


17-100



AVGVSTINI
BARBOSÆ,
I. V. D. LVSITANI,
DE OFFICIO, ET POTESTATE
EPISCOPI
PARS TERTIA:

In qua, quicquid quoad casuum reservationem, residentiam Episcopalem, beneficiorum collationem, Ecclesiarum visitationem, Vicarij constitutionem, monitoriorum concessionem, denique ad totius iurisdictionis exercitium, etiam in Regulares, & Exemptos, eorumque Conseruatores pertinet, methodo noua, & expedita complectitur.

ALLEGATIO L.

Episcopus circa casuum reservationes quam habeat auctoritatem.


SVMMARIVM.

- 1 Summus Pontifex Petri successor ex ordinatione divina principatum & iurisdictionem solus habet, illamque immediatè in vniuersa Ecclesia.
- 2 Summus Pontifex plures potuit sibi reservare casus.
- 3 Pallium Archiepiscopis concedere ipse est Summi Pont.
- 4 Pallium à B. Petri corpore accipi quomodo dicatur.
- 5 Ecclesiam in Cathedrali solus Papa erigit, ac alia ratione mutat.
- 6 Cathedrali Ecclesia sine speciali Summi Pontificis mandato nullus potest Pastorem dare, &c.
- 7 Cathedralis Ecclesia administrationem nemo potest dare, nisi Papa.
- 8 Episcopo coadiutorem nemo dat nisi Papa.
- 9 Ordinibus minoribus initiatus, vel Monachus laicus, ut Episcopus creetur solus Papa dispensat.
- 10 Episcoporum maiores causas solus dirimit, & cognoscit.
- 11 Episcopos è gradu dignitatis deicit, & deponit, ac restituit.
- 12 Episcoporum admittit renuntiationes.
- 13 Exemptionem à iure, & potestate Episcoporum solus ipse concedit.
- 14 Eximere à se, & à Romana Curia, an possit Summus Pontifex.
- 15 Ordines sacros dare illis, qui nondum ad legitimam aetatem venerunt, solus est Summi Pont.
- 16 Ordines Ecclesiasticos extra tempora à iure constituta dare ipse est Summi Pont.
- 17 Ordines duos sacros alicui uno, eodemque die, vel duobus continenter diebus dare est Summi Pontif. & num. 18.
- 19 Ordines ut quis accipiat ab Episcopo alieno, solus Papa concedit.
- 20 Ordines ut Episcopus conferre possit in die sua consecrationis, solus est Summi Pont. concedere.
- 21 Excommunicationis maioris vinculo obstrictus sacros Ordines suscipiens indulgentia solus Summi Pont. munere, & officio suo fungi potest.
- 22 Ordinatum à Papa nullus ad superiores Ordines promouere sine ipsius licentia potest.
- 23 Renuntiationem beneficij gratia alterius factam solus est Summi Pont. admittere.
- 24 Pensiones annuas in beneficiis constituere, & constitutas transferre, vel ius eas redimendi concedere, solus est Summi Pont.
- 25 Beneficium ad certum tempus conferre solus Papa valet.
- 26 Beneficiarius perpetuo absens ab Ecclesia infra de causa potest Summi Pontif. concessione fructus beneficij percipere.
- 27 Beneficia in Curia Romana vacantia Papa solus confert.
- 28 Beneficia, que incompatibilia iure dicuntur, vnicuique clerico conferre solus Papa potest.
- 29 Dignitates duas in eadem Ecclesia, vel vnam simul cum Canonicatu nullus absque Indulgentia Romani Pont. habere potest.
- 30 Beneficium primum incompatible, ita vacat ad epra.



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35

17-10056



AVGVSTINI
BARBOSÆ,
I. V. D. LVSITANI,
DE OFFICIO, ET POTESTATE
EPISCOPI
PARS TERTIA:

In qua, quicquid quoad casuum reservationem, residentiam Episcopalem, beneficiorum collationem, Ecclesiarum visitationem, Vicarij constitutionem, monitoriorum concessionem, denique ad totius iurisdictionis exercitium, etiam in Regulares, & Exemptos, eorumque Conseruatores pertinet, methodo noua, & expedita complectitur.

ALLEGATIO L.

Episcopus circa casuum reservationes quam habeat auctoritatem.

SVMMARIVM.

- 1 Summus Pontifex Petri successor ex ordinatione diuina principatum & iurisdictionem solus habet, illamque immediate in vniuersa Ecclesia.
- 2 Summus Pontifex plures potuit sibi reservare casus.
- 3 Pallium Archiepiscopis concedere ipsius est Summi Pont.
- 4 Pallium à B. Petri corpore accipi quomodo dicatur.
- 5 Ecclesiam in Cathedralem solus Papa erigit, ac alia ratione mutat.
- 6 Cathedrali Ecclesia sine speciali Summi Pontificis mandata nullus potest Pastorem dare, & c.
- 7 Cathedralis Ecclesie administrationem nemo potest dare, nisi Papa.
- 8 Episcopo coadiutorem nemo dat nisi Papa.
- 9 Ordinibus minoribus initiatus, vel Monachus laicus, ut Episcopus creetur solus Papa dispensat.
- 10 Episcoporum maiores causas solus dirimit, & cognoscit.
- 11 Episcopos à gradu dignitatis deicit, & deponit, ac restituit.
- 12 Episcoporum admittit renuntiationes.
- 13 Exemptionem à iure, & potestate Episcoporum solus ipse concedit.
- 14 Eximere à se, & à Romana Curia, an possit Summus Pontifex.

Barbosæ de Episcopo Pars III.

- 15 Ordines sacros dare illis, qui nondum ad legitimam aetatem venerunt, solus est Summi Pont.
- 16 Ordines Ecclesiasticos extra tempora à iure constituta dare ipsius est Summi Pont.
- 17 Ordines duos sacros alicui vno, eodémque die, vel duobus continenter diebus dare est Summi Pontif. & num. 18.
- 19 Ordines ut quis accipiat ab Episcopo alieno, solus Papa concedit.
- 20 Ordines ut Episcopus conferre possit in die sue consecrationis, solus est Summi Pont. concedere.
- 21 Excommunicationis maioris vinculo obstrictus sacros Ordines suscipiens indulgentia solum Summi Pont. auerere, & officio suo fungi potest.
- 22 Ordinatum à Papa nullus ad superiores Ordines promouere sine ipsius licentia potest.
- 23 Renuntiationem beneficij gratia alterius factam solus est Summi Pont. admittere.
- 24 Pensiones annuas in beneficiis constituere, & constitutas transferre, vel eas redimendi concedere, solus est Summi Pont.
- 25 Beneficium ad corium tempus conferre solus Papa valet.
- 26 Beneficiarius perpetuo absens ab Ecclesia iusta de causa potest Summi Pontif. concessionem fructus beneficij percipere.
- 27 Beneficia in Curia Romana vacantia Papa solus confert.
- 28 Beneficia, qua incompatibilia iure dicuntur, uni eidémque clerico conferre solus Papa potest.
- 29 Dignitates duas in eadem Ecclesia, vel unam simul cum Canonicatu nullus absque Indulgentia Romani Pont. habere potest.
- 30 Beneficium primum incompatibile, ita vocat ad op. 2.



- adepta prioris possessione, ut illud statim possessor dimittere teneatur in manibus Ordinarij, alias utriusque vacat per Romanum Pont. conferendū.
- 31 Causa omnes maiores ad Sedem Apost. referantur.
- 32 Canonēs generales condere solus est Papa.
- 33 Legem condendi potestati soli Principi competit.
- 34 Concilium generale confirmare, & eius constitutiones probare, vel improbare, ac interpretari ipsius est Summi Pontif.
- 35 Dubia, vel obscura in scriptis ipse solus Papa interpretatur.
- 36 Contractibus quod defuit, solus Summus Pont. supplet.
- 37 Iuramentū in rebus, & personis, alicuius momenti solus Papa relaxat, commutat, & interpretatur.
- 38 Rituū solus eos, qui solemnē ritus sunt d. clericorum gradu deiecit.
- 39 Penas ob simoniam in Ordine, vel beneficio contractam remittit Papa.
- 40 Naturalibus legitimis Papa aliquos restituit, quod attinet ad ea, que spiritualia sunt.
- 41 Testamentorum pias voluntates solus ipse Papa commutat.
- 42 Interdici non potest civitas à sacris ob debitum pecuniarium domini, vel officialium, vel primatarum personarum sine speciali Papae consensu.
- 43 Canonizare Sanctos solus Pontifex potest.
- 44 Privilegium solus Papa potest concedere, ut quis solvatur à lege, qua quisque decimam partem fructuum solvere cogitur.
- 45 Privilegium Regi, & Principi solus Papa concedit, ut beneficia in Ecclesiis sua di. tionis sita obitu beneficiarij destruita conferre queant.
- 46 Plenissimas peccatorum condonationes solus Papa concedit.
- 47 Religiosorum nonos Ordines solus Papa approbat.
- 48 Professionem Religionis potest Papa irritam facere certa formula minime servata.
- 49 Religiosi professi, ut cœnobium egressi ad audiendas leges, vel medicinam ad Ordines promoveri queant, solus Papa concedit.
- 50 Mendicantes Religiosi non possunt acquirere nova loca ad habitandum, vel antiqua alienare, vel mutare sine speciali Papae licentia.
- 51 Monasteriis, & Ecclesiis Religionum solus Papa concedit privilegium, ut liberentur ab obligatione solvendi Procuraciones Legatis Apostol. & Iura Episcopalia.
- 52 Religiosus non potest eligi in Abbatem, vel Praelatum alterius Religionis, vel habitus, sine licentia Papae.
- 53 Ecclesie Romanae nomine nullus potest agere in iudicio super bonis, qua Fratribus Franciscanis relinquuntur sine speciali Romani Pont. mandato.
- 54 Campanas plures non possunt habere Mendicantes sine speciali Sedis Apost. consensu.
- 55 Bulla in Cœna Domini cur ita dicatur.
- 56 Doctores referuntur, qui super Bullam in Cœna Domini commentarios ediderunt.
- 57 Bulla in Cœna Domini refertur.
- 58 Hæretici cuiuscunque secte excommunicantur, eorundem fautores, libros legentes, tenentes, aut imprimentes, & schismatici. §. 1.
- 59 Appellantes à Pontifice ad futurum Concilium, eorumque fautores excommunicantur in Bulla. §. 2.
- 60 Piratae, atque eorum receptatores, & fautores excommunicantur, in Bulla §. 3.
- 61 Naufragorum Christianorum cuiuscunque generis bona, etiam in littoribus inuenta surripientes,

- excommunicantur, in Bulla §. 4.
- 62 Pedagia nova, & gabellas imponentes, vel eas augetes excommunicantur, in Bulla §. 5.
- 63 Falsificantes litteras Apost. aut supplicationes à quocunque auctoritate habente signatas, item & falso fabricantes litteras Apost. excommunicantur in Bulla §. 6.
- 64 Arma, & alia vsui bellico idonea deferentes ad Turcas, vel alios Christiani nominis inimicos excommunicantur, in Bulla §. 7.
- 65 Impedientes eos, qui victualia, & alia necessaria Romam conuehant, excommunicantur, in Bulla §. 8.
- 66 Sedem Apostol. petentes, vel ab ea recedentes, & sine iurisdictione vexantes in Curia commorantes excommunicantur, in Bulla §. 9.
- 67 Romipetas, ac peregrinos etiam in Vibe morantes, vel abeuntes ladentes excommunicantur, in Bulla §. 10.
- 68 Cardinales S. R. E. & alios Prelatos offendentes, excommunicantur, in Bulla §. 11.
- 69 Romanam Curiam pro negotiis suis petentes per se, vel per alios ladentes excommunicantur, in Bulla §. 12.
- 70 Appellantes à gravamine, vel futura executione litterarum Apostol. ad laicam potestatem excommunicantur, in Bulla §. 13.
- 71 Litterarum Apostol. aut aliarum expeditionum executionem impediētes, & prohibētes excommunicantur, in Bulla §. 14.
- 72 Iudices saeculares, qui Ecclesiasticas personas trahunt ad sua Tribunalia, quique ecclesiasticam libertatem tollunt, aut in aliquo perturbant, excommunicantur in Bulla §. 15.
- 73 Prelatos ne sua iurisdictione utantur impediētes, quique illorum, & delegatorum iudicia eludentes ad Curiam secularem recurrunt, aut contra illos decernunt, praestantesque auxilium, excommunicantur §. 16.
- 74 Sedes Apostol. & quorumcunque Ecclesiasticorum iurisdictiones vsurpantes, vel etiam fructus sequestrantes excommunicantur, in Bulla §. 17.
- 75 Decimas, & alia opera personis Ecclesiasticis, Ecclesiis, Monasteriis, aut eorum fructibus imponentes excommunicantur, in Bulla §. 18.
- 76 Iudices seculares, qui se interponunt in causis capitalibus, seu criminalibus contra Ecclesiasticas personas excommunicantur, in Bulla §. 19.
- 77 Romana Ecclesia bona, aut terras occupantes, & illius iurisdictionem vsurpantes, excom. §. 20.
- 78 Absolvere presumentes à casibus Bulla in Cœna Domini, excommunicantur.
- 79 Absolutio Papa ab aliquo casu Bulla in Cœna Domini non comprehendit eos, qui non destiterint.
- 80 Absoluti non possunt incurrentes in excommunicatione Bulla in Cœna Domini ab alio, quā à Romano Pontifice, non obstantibus privilegijs, &c.
- 81 Episcopi, & locorum Ordinarij litteras processus Bulla in Cœna Domini, semel in anno solemniter publicare tenentur.
- 82 Confessiones quicumque audiunt apud se litteras processus Bulla in Cœna Domini habere debēt.
- 83 Clericos percipientes in iudicio in excommunicationem Papa reservatam.
- 84 Falsarij, vel habentes penes se litteras falsas Papae, vel aliorum officialium Curiae expressorum in iudicio in excommunicationem Papa reservatam.
- 85 Falsificatis litteris videntes non in iudicio in excommunicationem Papa reservatam.
- 86 Subreptitias, vel obreptitias litteras imperantes

non

- non in iudicio in excommunicationem Papa reservatam.
- 87 Excommunicatus à delegato Papa si per annum manet in excommunicatione, post annum absoluitur à solo Papa.
- 88 Excommunicatus à Papa clericus ad divina scienter admittens incidit in excommunicationem Papalem.
- 89 Incendiarij excommunicati, & publicati, non nisi à Papa absolui possunt.
- 90 Excommunicatos ob Ecclesie fractionem cum spoliatione post denunciationem solus Papa absoluit.
- 91 Eligentes in Senatorem, aut Gubernatorem Urbis Roma Imperatorem, Regem, Principem, Ducem, Marchionem, aut fratrem, vel eorum filium, aut alium potentia, & dignitate insignem, in Papalem incidit excommunicationem.
- 92 Tales clericis imponentes, & clerici illas soluentes incidunt in excommunicationem Papalem.
- 93 Ecclesiasticis personis ne quidpiam vendatur, prohibentes, incidunt in excommunicationem Papalem.
- 94 Vexandi, capiendi, seu interficiendi facultatem tribuens eorum personas, vel res, eo quod iulerint excommunicationis, interdicti, vel suspensionis sententiam incidunt in excommunicationem Papalem.
- 95 Inquisitores si alicui crimen hæresis falso imponant, & innocentes infamant, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 96 Religiosi, qui clericis, aut laicis Sacramentum Vtationis extremae, vel Eucharistia ministrant, vel matrimonia eorum solemnizant, non habita prius à Parocho speciali licentia, &c. in excommunicationem Papalem incidunt.
- 97 Fratres Minores habent privilegium à Sixto IV. ut possint administrare Sacramenta Eucharistia, & extremae Vtationis illis, quorum Confessiones audierint, quando Rectores, seu Curati eorum malitiosè, aut sine rationabili causa denegaverint.
- 98 Eucharistia Sacramentum prohibetur administrari secularibus, & Religiosis, & quid in hoc M. inoribus concessum sit, ostenditur.
- 99 Regulares matrimonia ministrantes, sine solemnitate non habita super his Parochialis Presbyteri licentia speciali, ipso facto in excommunicationem Papalem incidunt.
- 100 Clerici, siue Religiosi, qui violant Constitutionem illis prohibentem aliquem inducere ad vendendum, iurandum, aut promittendum, ut sepulturam apud eorum Ecclesiam eligat, vel electionem non mutet, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 101 Interdicto loco, qui celebrare cogunt, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 102 Minores Religiosi, qui tempore interdicti admittunt in suis Ecclesiis Fratres Tertij Ordinis ad audienda divina Officia, in excommunic. Papalem incidunt.
- 103 Cadavera hominum exhumans, in frustra incidens, vel carnes ab ossibus separans, incidit in excommunicationem Papalem.
- 104 Simoniam committentes in Ordine, beneficio, vel Religionis ingressu, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 105 Fratres cuiuscunque Ordinis Mendicantium transeuntes ad Religionem non Mendicantium, excepta Carthusiana, sine licentia Sedis Apostolica, necnon & tales recipientes incidunt in excommunicationem Papalem.
- 106 Ecclesiasticam libertatem, aut interdictum Sedis

Barbof. de Episcopo Pars III.

- Apostolica violantes incidunt in excommunicationem Papalem.
- 107 Dantes, vel recipientes, aut promittentes aliquid in Curia Romana ad obtinendam iustitiam, vel gratiam in ea, incidunt in excommunicationem Papalem.
- 108 Cardinalium bona rapientes dum in Conclavi sunt, incidunt in excom. Papalem.
- 109 Conceptionis Beatissima Virginis festum qui affirmant non esse venerandum, aut defendunt illam conceptam cum peccato originali, vel è contra, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 110 Decretum Sacrae Congregationis S. Romanae Ecclesiae, & uniuersalis Inquisitionis refertur.
- 111 Virginem Beatissimam sine ulla macula esse conceptam verissima tenet opinio.
- 112 Virgo Sanctissima vixit 63. annos, & ideo eius Corona totidem continet Aue.
- 113 Promissus de Ecclesia, vel Monasterio vacante à Sede Apostolica provisionis nuntiatoribus aliquid dāns, promittens, promissumve soluens, in excom. Papalem incidit.
- 114 Laicu, qui Ecclesiasticum relegauerit, aut proseripserit, & qui proseripcionem scripserit, incidit in excommunicationem Papalem.
- 115 Ecclesiasticus, qui alium Ecclesiasticum ad forum laicale trahit, incidit in excom. Papalem.
- 116 Papa ministri, & omnes officiales etiā Episcopales dignitate praediti in terris Ecclesiae officij quocunque exercentes qui munera accipiunt prater esculenta, & poculenta qua biduo consumi possunt, in excom. Papalem incidunt.
- 117 Lapides, & alia ornamenta de Ecclesia, vel alijs locis sacris auferentes, & auferenti seruanti, & retinenti auxilium, vel fauorem dantes, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 118 Cardinalis, vel assistentis, qui se finxerit nepotem, aut familiarem, seu commensalem, aut litteras Apostolicas gratis expedit, in excom. Papalem incidit.
- 119 Praedicantes miracula falsa, vel incerta, aut prophetias, qua non continentur in sacra Scriptura incidunt in excommunicationem Papalem.
- 120 Duellum facientes, campum dantes, & auxilium praestantes incidunt in excom. Papalem.
- 121 Inquisitionis officium impediētes, vel perturbantes incidunt in excom. Papalem.
- 122 Camera Apostolica libros, vel scripturas occultantes, aut retinentes, incidunt in excom. Papalem.
- 123 Camera Apostolica ministri, & alij rationes integre, & fideliter non reddentes, incidunt in excommunicationem Papalem.
- 124 Examine se supponentes pro alio beneficio Ecclesiasticum impetrante in excommunicationem Papalem incidunt.
- 125 Beneficiorum Ecclesiasticorum provisione, vel collatione, vel in eorum possessionem admissione aliquid exigentes, in excom. Papalem incidunt.
- 126 Papa viuente, qui tractant de alio eligendo, in excom. Papalem incidunt.
- 127 Cardinales, qui Sede vacante contrauerint iis, que ordinata sunt à Julio I. incidunt in excommunicationem Papalem.
- 128 Cardinales reuelantes aliquid de actis secreto in Confessorio existente praepropro Papa, ut non reuelentur, incidunt in excom. Papalem.
- 129 Litteras, aut scripturas cuiuscunque generis mittentes ad eos, qui sunt in Conclavi, & sic recipientes, in excom. Papalem incidunt.
- 130 Ecclesiastica bona per vim, vel suppositas perso-

A 2

- nas in proprios usus conuertentes incidunt in excommunicationem Papalem.
- 131 Commissary, seu delegati ad cognoscendam an alienatio bonorum Ecclesia sit in euidentem eius voluntatem, amore, vel timore alienationi consentientes, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 132 Clerici de Parochiali Ecclesia prouisi iuramentum de residendo intra tempus prescriptum non seruantes, in excom. Papalem incidunt.
- 133 Concilio Trident. commentarios, glossas, & scholia insereutes, in excom. Papalem incidunt.
- 134 Nuncios Apostolicos, qui à Principibus ad quos mittuntur, dignitatis, aut gradus ordinandi causa litteras commendatitias quouis modo ambierit, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 135 Mulier, qua monasteria Regularium etiam Mendicantium ingredi ausa fuerit, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 136 Monialis à clausura exiens, & excedendi licentiam dantes, comitantes, & receptantes, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 137 Penitentiaris Romanae officiales pro expeditione aliquid etiam sponte oblatum accipientes incidunt in excommunic. Papalem.
- 138 Beneficia Ecclesiastica palam, aut occultè retinentes, aut recipientes in confidentiam, incidunt in excommunicationem Papalem.
- 139 Vacantibus Ecclesiarum dignitatibus, canonicatibus, aut prebendis per statutum aut consuetudinam distributiones, & fructus mensis Episcopali applicat, aut in communem usum cedit, incidunt in excom. Papalem.
- 140 Gubernator locorum status Ecclesie, qui licentiam ferendi arma tribus palmis breuiora etiam ad breuissimum tempus concesserit, incidunt in excommunicationem Papalem.
- 141 Christianus, qui alium Christianum in Terris Turcarum habitantem tanquam mancipium ceperit, aut eius bona diripuerit, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 142 Publicani, qui pedagium, gabellam, vel vectigal à Regularibus Ordinibus Mendicantium exegerint, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 143 Gubernator Ecclesiastici status, & officialis, qui aliquem homicidam, aut exulem ab exilio renouauerit, vel saluum conductum ei fecerit, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 144 Confessores, qui ex privilegio Sixti IV. committant aliquod Poterum solemnium, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 145 Dux, vel Princeps in Regno Neapol. qui homicidam, aut exulem Romana Ecclesia receptauerit, protexerit, &c. in excommunicationem Papalem incidunt.
- 146 Baro, vel Dominus Sedi Apostolicae subiectus frumentum, fruges ultra sibi usum, familieque sue necessarium emens, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 147 Episcopus, aut patronus tam Ecclesiasticus, quam laicus, qui à collatione, aut suspensione suspensionis beneficium contulerit, aut ad id presentauerit, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 148 Fratres S. Francisci de Obseruantia, qui in electione Ministri Generalis, Prouincialium, & Custodum, pro se, aut pro alio subornauerint, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 149 Locus ad Romanam Ecclesiam cum vacauerit, qui de eo in feudum dando aliquo modo egerit, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 150 Agnos Dei à Summo Pont. consecratos qui de-

- pinxerit, & aliquo colore infecerit, an in excommunicationem Papalem incidat, ostenditur.
- 151 Monialium Monasteria ingredientes praeextu facultatum abrogatarum, & Superiores Regulares, qui eandem licentiarum praeextu eo aliter ingredi permiserint, & qui praeextu licentiarum Episcoporum eo ingrediuntur necessitatibus non urgentibus, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 152 Sal exterum in Vrbes, & oppida, eaque loca Sedi A. ost. subiecta asportantes, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 153 Frumenta, fruges, legumina, & animalia cuiusuis generis extra statum S. Rom. Ecclesiae, quouis modo exportantes, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 154 Religiosus S. Francisci de Obseruantia, qui contemptis Superioribus suis ad Tribunalia appellauerit, & ad ea confugerit, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 155 Religiosus Heremita S. Augustini Congreg. Lombardiae, qui obedire constitutioni neglexerit de exemptione Monialium eiusdem Ordinis incidunt in excommunicationem Papalem.
- 156 Religiosus Ordinis Cisterciensis, qui aliquid commiserit contra Constitutionem eandem de exemptione Monialium ab eodem Ordine, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 157 Subiectus ditioni Ecclesiasticae, qui homicidas, grassatores, & damnatos crimine capitali exules receperit, aut recipi permiserit, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 158 Reliquias sacras, qui sine concessione Summi Pont. in prouinciam A. diolanen. asportauerit, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 159 Iurare faciētes illicite vel de obseruandis ordinationibus & statutis contrariis decretis Concil. Trident. in excommunicationem Papalem incidunt.
- 160 Societas Iesu institutum, aut Constitutiones, qui directè, vel indirectè impugnare, aut contradicere audent, incidunt in excommunicationem Papalem.
- 161 Libros mouentes, & monumenta quacunque ex bibliothecis Ordinum Fratrum Carmelitarum, in excommunicationem Papalem incidunt.
- 162 Fratres Predicatores Ordinis S. Dominici, qui ad effectum consequendi officium Magistri generalis pro se, vel aliis ad fauores extra religionem incurruunt, incidunt in excommunicationem Papalem.
- 163 Confessionem, & abolutionem sacramentalem inter absentes per litteras posse fieri asserentes incidunt in excom. Papalem.
- 164 Armatorum collectas, & canalcatas facientes incidunt in excom. Papalem.
- 165 Regulares, qui ex insulis Philippinis, & aliis Indiarum partibus ad Iaponicas commeant, incidunt in excom. Papalem.
- 166 Fratres Ordinis B. Mariae de Monte Carmelo, qui ad Tribunalia secularia quouis praeextu appellare, vel confugere praesumunt, in excom. Papalem incidunt.
- 167 Delinquentes à Sacris locis extrahentes, praeter quod in casibus concessis per Gregor. XIV. in excom. Papalem incidunt.
- 168 Religiosum Superiores, qui Bulla Pauli V. edita ann. 1606. non paruerint, incidunt in excommunicationem Papalem.
- 169 Praesidentes, & Officiales omnes Montium pietatis status Ecclesiastici, qui pecunias ad dictos Montes

- Montes quomodolibet spectantes in alios, quam pauperum usus, disponere praesumunt, in excom. Papalem incidunt.
- 170 Superiores quouiscunque Ordinum & Religionum non remittentes causas ad officium inquisitionis spectantes incurruunt excom. Papalem.
- 171 Confessary seculares, vel Regulares praesumentes absoluerè à casibus in Bulla Coena contentos incurruunt excom. Pap.
- 172 Indices, & alij quicunque etiam Cardinales qui in causis ad officium A. C. spectantes se introumittere praesumunt, incidunt in excom. Papa reseruatam.
- 173 Auditor Camerae, Gubernator, Vicarius Orbis qui vigore facultatis aliquid praeter obseruatum inuouant, incurruunt excommunicationem Papalem.
- 174 Clerici Camerae Apost. notary, officiales, &c. qui in causis ad eorum tribunal non spectantibus se introumittere praesumunt, excom. Papalem incurruunt.
- 175 Camerales, qui aliorum suffragia, vel suam, aut aliorum sententiam in plena Camera apertam foris patefecerint, incidunt in excom. Papalem.
- 176 Coniurationem in Cardinalem non reuelantes incidunt in excom. Papa reseruatam.
- 177 Promittentes, dantes, vel recipientes aliquid pro iustitia incurruunt excom. Papalem.
- 178 Certamen singulare incuentes, suadentes, prouocantes, &c. incurruunt excom. Papalem.
- 179 Sepulchrum Domini petentes causa deuotionis absque licentia Summi Pont. incurruunt excom. Papalem.
- 180 Canonici, beneficiati, & clerici Basilicae S. Petri de Vrbe cum ingredientes absque habitu quem in choro deferre solent, incurruunt excom. Papalem.
- 181 Executionem litterarum S. Penitentiaris impediētes incidunt in excommunicationem Papalem.
- 182 Proponentes populo indicem casuum, & gratiarum cum indulgentiis incurruunt excommunic. Papalem.
- 183 Lapides sine clis. ornamenta Ecclesiarum subripiētes incurruunt excom. Papalem.
- 184 Cardinales contraueniētes Bulla Gregorij XV. de electione Papa in nouem actionibus incurruunt excommunic. Papalem. Imprimētes etiam cum addit. huiusmodi tractatū, necnon nostra collectanea absque speciali nostrali centiam scriptis habita, incurruunt excom. Papa reseruatam. ibid.
- 185 Clerici quando excom. Papalem incurruunt.
- 186 Religiosi quando in excommunicationem Papae reseruatam incidunt.
- 187 Persona publica quando excommunicationem Papalem incurruunt.
- 188 Omnes generaliter quando in excommunicationem Papae reseruatam incidunt.
- 189 Romanam Ecclesiam non esse caput omnium Ecclesiarum contumaciter asserentes, Excommunicationem nemini reseruatam incurruunt. & ita deinceps in iis quae sequuntur.
- 190 Oblationes Sacerdotibus factas accipientes.
- 191 Principes & Officiales, qui tertio admoniti ab Episcopis, vel Ecclesiasticis personis recusant facere iustitiam super eorum causis.
- 192 Electioni de se facta in summum Pont. à paucis

- ribus quam duabus Cardinalium partibus, assentientes, vel recipientes.
- 193 Religiosi professi de claustro exeuntes ad audientias leges Caules, vel Physicam, si infra duorum mensium spatium non redierint.
- 194 Suscipientes in ciuitatibus diuersarum linguarum eorum regimen, qui sunt linguae suae priusquam suscipiantur à proprio Episcopo in coadiuorem suum.
- 195 Doctores, & scholares vniuersitatis Bononiae, qui conducunt domus alterius Doctoris seu scholaris ante finitam locationem sine eius consensu.
- 196 Clerici habentes officium Picecomitis, vel Praepositi secularis si admoniti non desistant.
- 197 Monachi, & Canonici Regulares, ac alij personatus habentes, seu Presbyteri, qui leges, vel Physicam audiunt extra claustrum.
- 198 Bona Christianorum naufragio perditā capientes.
- 199 Ementes rem Ecclesiae, vel aliter acquirentes à schismatico.
- 200 Statuta edita contra vniuersalis Ecclesiae libertatem seruari facientes.
- 201 Scripturas, vel nuncios alicui Cardinali in Conclauo existenti mittens, vel cum eo secretè loquens.
- 202 Spoliantes clericos, &c. beneficiis pro eo quod nolunt eligere eum, pro quo ipso rogauerunt.
- 203 Regalia, custodiam, siue guardiam titulo aduocationis, siue defensionis in Ecclesiasticis, vel piis locis praesumentes occupare.
- 204 Monialium ad electiones vocati non temperantes ea, ex quibus discordiae nasci, vel foueri possunt.
- 205 Conservatorem sibi datum incitantes, ut se introumittant in ius, quae non continent apertam violentiam, &c.
- 206 Absolutionem, aut reuocationem excommunicationis, simoniae, &c. vi aut metu extorquentes.
- 207 Fingentes casum, vel fraudem aliquam quo Iudex ipse vadat ad accipiendum testimonium alicuius feminae.
- 208 Prelatos, vel alias personas Ecclesiasticas compellentes ut submittant Ecclesiam, vel eorum bona, &c. Laicis, &c.
- 209 Mendicantes, qui de noua domos ad habitandum recipiunt, vel receptas mutant sine licentia Sedis Apost. & num. 210.
- 210 Religiosi qui habitum suae Religionis temerè dimittunt.
- 211 Impediētes Ecclesiasticos Iudices Ordinarios, vel delegatos, ne sua iurisdictione utantur.
- 212 Domini temporales prohibentes subditis suis ne cum personis Ecclesiasticis contrahant.
- 213 Compellentes personas Ecclesiasticas ad pedagia, guidagia, &c.
- 214 Sepelientes in loco sacro hereticos.
- 215 Iurisdictionem temporalem habentes, qui non obediunt Episcopis, & Inquisitoribus in perquirendis hereticis.
- 216 Christianum aliquem per assassinos interficiens, aut videns interfici.
- 217 Clerici permittentes versari in terris suis feneratoribus publicos, &c.
- 218 Repraesalias contra personas Ecclesiasticas, vel eorum bona concedentes.
- 219 Principes & alij domini, ac Iudices non obseruantes contenta in c. felix, de penis lib. 6. contra percutientes Cardinalem.

- 220 Sequestrationem factam per loci Ordinarium presumentes impedire.
- 221 Sepelientes aliquem in cometerio tempore interdicti extra casus à iure concessos.
- 222 Religiosi qui sibi appropriant noualia, aut decimas Ecclesiis debitas.
- 223 Monachi, aut Canonici Regulares administrationem non habentes, qui petunt Curias Principum animo nocendi suis Prelatis.
- 224 Monachi, qui intra septa Monasterij sine licentia Abbatis arma tenere presumunt.
- 225 Monialium uisitatores impedientes.
- 226 Beguini, sine qui sequuntur eorum statum.
- 227 Matrimonium scienter contrahentes, in gradu prohibito.
- 228 Inquisitores, qui pretextu sui officij illicitè sumunt pecuniam aliquam.
- 229 Statuta de soluendis usuris dictantes, uel scribentes.
- 230 Religiosi Mendicantes, qui sine licentia Papa loca de nouo accipiunt ad habitandum, &c.
- 231 Decimarum à solutione in concionibus auditores retrahentes.
- 232 Religiosi non seruantes interdictum auctoritate Apostolice, uel Ordinariae impositionis.
- 233 Glossas super Clem. Exiui, edentes.
- 234 Nuncios uel legatos Romani Pont. impediens ne ingrediantur Regna, seu provincias ad qua mittuntur.
- 235 Alienantes, seu locantes in plures annos quam in res bona immobilia, uel mobilia pretiosa Ecclesiarum.
- 236 Prelati ad Romanam Curiam uenientes, & inde discedentes absque licentia Romani Pont.
- 237 Rectores Ecclesiarum & Mendicantes in Germania existentes, qui pacem inter ipsos factam uolant.
- 238 Litteras Papa electi antequam coronetur impugnant.
- 239 Episcopi, alique Prelati permittentes ritum, habitumue Fratellorum, Bizocorum, &c.
- 240 Imprimentes, seu mandantes imprimi libros de rebus sacris tractantes sine nomine Auctoris, & sine approbatione Ordinarij.
- 241 Confessionem ante Eucharistiam necessariam non esse asserentes.
- 242 Matrimonia filiorum suam, sine parentum consensu contracta esse irrita asserentes.
- 243 Raptores mulierum, ac omnes dantes eis auxilium, &c.
- 244 Matrimonium ne liberè contrahatur cogentes subditos, &c.
- 245 Magistratus seculares, qui ab Episcopis requisiti non prebent auxilium ad restituendam, uel conseruandam clausuram Monialium.
- 246 Religiosi, qui recipiunt aliquid à nouitiis dum sunt in probatione.
- 247 Mulieres ingredi Monasterium praterquam in casibus à iure permissis cogentes.
- 248 Montes pietatis qui predicando uel disputando audent impugnarè.
- 249 Sorilegia, incantationes, &c. exorcites.
- 250 Commissiones, intimationes, publicationes, & assignationes Apost. in Romana Curia presentantes prater Curiores.
- 251 Archipresbyter, Canonici, & beneficiati, ac clerici Basilicae S. Petri de Vrbe non applicantes integram medietatem omnium fructuum & distributionum primi anni seruitij.

- 252 Studiorum rectores & alij Episcopi inferiores doctorandi facultatem habentes, qui aliquem ad gradum Doctoratus promouent priusquam Fidei professionem emittat.
- 253 Archipresbyteri breuiores duorum palmarum etiam ad breuissimum tempus licentiam deferendi concedentes quicumque Sedis Apost. gubernatores, sine officiales.
- 254 Gubernatores, qui pœnas, seu multas pecuniarias alteri quam Camerae Apost. applicare presumunt.
- 255 Legati, seu Vicelegati, aut gubernatores quicumque in officis notariatum per Camerae Apost. uenditis se intromittere presumentes, &c.
- 256 Penitentiarj Officiales, qui in expeditionibus sibi interdictis se intromittere quoquo modo presumunt.
- 257 Offendentes aliquem uindicta studio in Vrbe.
- 258 Inquisitores, aduocatos aliumue ministrum S. Officij occidens, uerberans.
- 259 Inquisitorum generalium S. R. E. Cardinalium preceptis, & mandatis non obediens.
- 260 Taurorum agitationes permittentes.
- 261 Superiores, quibus cura Monasteriorum Monialium incumbit ea in casibus non necessariis ingredientes.
- 262 Agnos Dei à summo Pont. consecratos depingens.
- 263 Frumentum & legumina extra Urbem & Statum Ecclesiasticum extrahens, aut asserentes impediens.
- 264 Cruciferi requirentes fauores pro dignitatibus, & officiis obtinendis.
- 265 Episcopi quando excommunicationem nemini reseruatam incurrant.
- 266 Clerici quando excommunicationem nemini reseruatam incurrant.
- 267 Religiosi quando excommunicationem nemini reseruatam incurrant.
- 268 Domini temporales quando excommunicationem nemini reseruatam incurrant.
- 269 Magistratus & Iudices quando excommunicationem nemini reseruatam incurrant.
- 270 Omnes generaliter quando excommunicationem nemini reseruatam incurrant.
- 271 Absoluere ab excommunicationibus Papa reseruatam nullus Episcopus potest.
- 272 Episcopi singuli cum nomen suum alicui aetui, cuius ipsi sunt auctores, inscribunt, post Deum Sedi Apost. Episcopatum acceptum reseruant.
- 273 Episcopatus in Ecclesia sunt de iure diuino.
- 274 Absoluendi facultatem obtinens ab omnibus casibus summo Pont. reseruatam non potest absoluerè à casibus contentis in Bulla Cœna.
- 275 Absoluendi à casibus reseruatam etiam in Bulla Cœna facultatem obtinens non potest quin uirtute illius absolui ab excommunicatione ob haresim contracta.
- 276 Absoluendi à casibus summo Pont. reseruatam facultatem obtinens, potest absoluerè à censuris illi reseruatam.
- 277 Absoluendi ab omnibus censuris, facultatem obtinens à summo Pont. potest absoluerè à censuris reseruatam.
- 278 Episcopus causa cognita potest diminuerè, & relaxare de penitentia, quam Papa imposuit.
- 279 Index fori exterioris postquam suam tulit sententiam

- sentiam definitiuam, non potest penam in ea appositam reuocare.
- 280 Confessarius potest penitentiam à se iniunctam quandocumque & ubicumque ex causa commutare.
- 281 Prelatus qui cumque potest absoluerè sibi subditum à censuris nemini reseruatam, sine sint laici, & appositè per Concil. sine per quemcumque Summum Pont.
- 282 Absolui potest subditus ab Episcopo loci, ubi moratur, à sententia iuris, quam incurrit in alia Diocesi.
- 283 Parochus, & alius quicumque Sacerdos potestatem habens absolui à mortalibus, potest absoluerè à censuris iuris nemini reseruatam.
- 284 Ordinarius non potest sibi reseruare absolutionem excommunicationum iuris nulli reseruatam.
- 285 Episcopi omnes quorum casuum absolutionem sibi reseruare possunt.
- 286 Decretum, & declaratio super absolutione à censuris, seu à casibus reseruatam, refertur.
- 287 Decretum aliud refertur, quo confirmantur, & innouantur contenta in precedenti.
- 288 Littere Sacrae Congregat. referuntur, in quibus circa casuum reseruationem regule dantur uisissima.
- 289 [Declaratio eiusdem S. Congregationis circa facultatem absoluerè à casibus Sedi Apost. & ordinario reseruatam.]

Postoriam licet à Domino patrem cum Petro acceperint potestatem, & in nouo 21. dist. in quorum locum successerunt Episcopi, cap. quorum uices 68. auctor. Petrus tamen, in cuius locum successit Summus Hierarcha ter Maximus Pontifex, obtinuit Principatum ex ordinatione diuina: nam illi soli dictum est Ioan. 21. *Pascite oues meas*, cap. puto 2. quæst. 7. Inter Beatos Apostolos quedam fuit discretio, & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen à Domino concessum est (& ipsi inter se id ipsum uoluerunt) ut reliquis omnibus præfret Apostolis, & Cephas, id est, caput, & principium teneret Apostolatus. Ita Anacleto, epist. 3. c. 3. relatus in c. sacrosancta 2. distinct. 22. Ant. August. in epitome iuris Pontificij lib. 1. de Pont. Maximo cap. 19. Principatū igitur & iurisdictionem solus Summus Pontifex habet, eamque immediatè in uniuersam Ecclesiam, Extraneam, uiam sanctam, de maiorit. & obed. inter communes, quam quidem illo ipso temporis momento, quo canonicè est electus, accipit à Deo Opt. Max. super totum corpus Christi mysticum, ita ut quicumque alij ipsi necessariò subiiciantur, cap. licet, cum ibi notatis, de elect. ex quo ueluti quodam fonte perenni ceterorum Ecclesie Patrum potestas manat. d. cap. in nouo, 22. quæst. 1. Quid enim ei abnegabimus, de quo insigne illud D. Bernardi lib. 2. de consid. ad Eugenium: *Age indagemus adhuc diligentius quis sis? quam geras personam in Ecclesia Dei? quis est Sacerdos magnus, Princeps Episcoporum? Tu heres Apostolorum, Tu primatu Abel, gubernatu Noè, Patriarchatu Abraham, Ordine Melchisedech, dignitate Aaron, auctoritate Moyse, Iudicatu Samuel, Potestate Petrus, & uirtute Christus.*

Summus igitur Ecclesie Princeps, & Christi Vicarius plures potuit sibi reseruare casus, qui digni aut maturo consilio, aut seuera animaduersione sibi uili fuerit, ita ut nefas sit cuiusuis Ordinis uero ipso

inuito de illis cognoscere, aut eos attingere, Cotio- lan. de casibus reseruatam par. 1. sect. 1. art. 1. num. 7. vers. primo, Sebast. Acolta in explicat. Bullæ Cruciar. quæst. 42. undecim recentent quatuor uerbis gloss. uerb. *peruineant in cap. 1. de tranlat. Episcopi*, & gloss. uerb. *peruineant in cap. sicut unire, de excess. Pralat.* Host. uerò uiginti & septem uerbis, sexaginta complectitur, quos quidem uersiculos refert Gambar. de officio & potest. Legati de latere lib. 2. tit. de uariis Ordinariorum nomin. num. 257. quorum aliquos principaliores casus breuiter percurrere mihi non inutile uisum est, ut illis exceptis Episcopus in omnibus aliis potestatem sibi tributam esse sciat.

In Episcopis quæ sibi Summus Pontifex reseruauit.

Ipsius est Summi Pont. Archiepiscopis pallium concedere, cap. nisi, de auct. & usu pallij, Gambar. dist. loco num. 243. cum seqq. quia datur in signum plenitudinis potestatis, cap. antiqua 23. de priuileg. quæ quidem potestatis plenitudo ab alio dari non potest, nisi ab Apostolica Sede, seuque Præside Romano Pont. Petri Successore, à quo tanquam à capite in alios Prælatos, tanquam membra, omnis profluit Ecclesiastica iurisdictione. d. cap. in nouo, & ideo dicitur in cap. significasti 4. ad finem, de elect. quod pallium à Beati Petri corpore tantum suscipitur, quia scilicet à solo Romano Pontifice Petri successore est accipiendum, ut post Host. notat Abb. ibi num. 9. Læli. Zech. de Republ. Eccles. tit. de statu Reuerend. Patriarch. num. 5. vers. traditur, & ex Innoc. Luitanus noster Vasconcel. harmonia rubricar. sub rub. de auctoritate, & usu pallij, num. 7. Verum gloss. pen. in d. cap. significasti, scribit quod de corpore B. Petri pallium assumi dicatur, quia pallia consecrata deferuntur ad Altare sacrum, in memoria corporis B. Petri, ut inde tradantur Archiepiscopis presentibus, uel procuratoribus eorum, si absint, iuxta cap. quoniam 100. dist. quam glossa sequuntur omnes ibi, & late explicant Guid. Pancirola in thesauro uari. lectionum lib. 1. cap. 20. Steph. Durantes de ritibus Eccles. lib. 2. cap. 9. num. 43. Fr. Hieron. Roman. lib. 1. de Repub. Christ. cap. 6.

Solus ipse Ecclesiam erigit, & constituit in Cathedrali, cap. felix 50. cap. precipimus 54. 16. quæst. 1. Rebuff. in praxi benefic. tit. de eccl. in Eccl. Cathedral. num. 1. & 5. Azor. inst. moral. p. 2. lib. 5. cap. 29. q. 25. in princ. & lib. 6. cap. 30. quæst. 2. & 4. Nicol. Garc. de benefic. p. 12. cap. 5. num. 1. Monet. de commutat. ultim. uolunt. cap. 11. num. 251. ubi num. 252. idem dicit de erectione Ecclesie Cathedralis in Metropolitanam, Gambar. dicto loco num. 160. [Isidor. Moscou. in tract. de mitecl. eccl. milit. lib. 1. p. 1. cap. 15. Bzouij. de Pontifice Romano cap. 34. Thom. Sanch. lib. 2. consil. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 37. num. 7. nouissimè me citato Ioann. Solozan. in tract. de iure Indiarum tomo 2. de Ind. gubernat. lib. 3. cap. 4. num. 1. Lotter. de re benefic. lib. 1. quæst. 11. à princ. Ferentil. in annot. ad decis. Burattij 2. num. 11.] Et eam diuellit, coniungit, aut alia ratione mutat cap. 1. & cap. inter corporalia, de tranlat. Episcopi, cap. mutatione 7. quæst. 1. gloss. uerb. Cathedrali in cap. cum inferior, de maior. & obed. Monet. d. cap. 11. num. 235. Gambar. dicto loco num. 159. & 166. Molfes. in summ. Moralis Theolog. tract. 6. cap. 14. num. 5. 6. [Bened. Egid. ad l. ex hoc iure ff. de iust. & iure rom. 1. cap. 2. num. 3. Ioan.

Ioan. Solorz. d. tom. 2. lib. 3. cap. 5. num. 1.] Et solus ipse potest dioccesim separare, & illam alicui Abbati, seu inferiori Prelato supponere, Host. in cap. cum contingat num. 1. de foro comp. vbi Butr. num. 11. vers. de consuetudine. Panorm. num. 18. & Bellin. num. 15. vers. tamen certum est, Rot. de cis. 324. num. 2. apud Farin. p. 1. recent. Et quam ampla & absoluta sit potestas summi Pont. in constitutione nouae Sedis Episcopalis per dismembrationem aliarum dioceseon, probat cap. precipimus 53. & ibi praeter ceteris Turrec. vers. nam etiam Concil. 16. quest. 1. gloss. verb. pertinere in cap. sicut unire, de excessibus Prel. vbi Host. num. 1. Zabarel. num. 3. & Anchar. num. 1. Selu. de benefic. p. 2. quest. 3. num. 10. late & eleganter Melch. Lotter. in tract. de re benefic. lib. 1. q. 1. à princip. Cauendum igitur est à gloss. verb. diuisantes in cap. lege Imperatorum 10. dist. quae pronunciauit Papam inuito Episcopo non posse diuidere Episcopatum, praeterquam ex causa, quam videntur sequuti Abb. in cap. vlt. sub num. 12. vers. & vide, de confirmat. vtili, & inter suas quaestiones quest. 1. num. 17. & Felin. in cap. que in Ecclesiis num. 42. ad fin. de constitut. quorum fundamentis respondet Lotter. d. quaest. 11. num. 33. cum seqq. vbi num. 44. cum seqq. declarat doctrinam Abb. d. quaest. 1. sub num. 12. vers. consilium tamen Collegij, allententis in huiusmodi noua constitutione Sedis Episcopalis & dismembratione, assignationeque dioceseon, requirit consilium Collegij Cardinalium, vt procedat respectu necessitatis dioceseon, & intrinsecæ, non verò respectu necessitatis coactiuae & extrinsecæ, nam sic constitueretur Iudex supra ipsum summum Pont. contra text. in cap. nemo 9. quest. 3. prout declarat Card. Paleoth. de sacr. Consist. consular. p. 1. quest. 3. in resp. ad 3. argum. Ex quibus iam colligitur, quod cum Episcopus non habet dioccesim ex se, aut ab alio inferiori, sed ab ipso summo Pont. non possit auctoritate sua illam minuere, aut dismembrare, constituendo territorium distinctum à proprio territorio, nam id solum pertinet ad Papam ex speciali eius privilegio, Host. in cap. cum contingat num. 1. de foro comp. vbi eum sequuntur Ioan. Andr. sub num. 4. vers. alij dicunt, Butr. sub num. 11. vers. si queritur an habeat territorium, & Abb. sub num. 18.

¶ Sine speciali ipsius mandato, & licentia nullus potest Pastorem dare Ecclesiae Cathedrali sibi qualitercumque exemptae, quae Clero careat, & Pastore Christiano, Clem. in plerisque, de elect.

7 Ecclesiae Cathedralis administrationem nemo potest dare nisi Papa, cap. is, cui 42. de elect. in 6. cap. Ecclesiae Cathedrali, de supplenda neglig. Praelat. eod. lib. Rebuff. in tractat. nomin. quest. 8. n. 29. Et solus Papa Curatorem dare potest Ecclesiae Cathedrali, & eius bonis quoad effectum agendi, Gig. de pensionib. q. 65. num. 5 & 6.

8 Episcopo adiutorem nemo dat nisi Papa, cap. 1. de elect. in 6. cap. vnic. de clerico egrot. eod. lib. Quarant. in summ. Bullarj verb. Archiep. auctoritai n. 9. Flamin. de resign. lib. 7. quest. 20. num. 14. Campan. in dinerforio Iuris Canon. rub. 7. cap. 6. n. 105. vers. est tamen, Gambar. de officio, & potestat. Legati de Latere, tit. de coadiutoribus, num. 4.

9 Ipse solus potest concedere, vt Monachus laicus, vel clericus secularis minoribus solum Ordinibus initiatus Episcopus creetur, cap. miramur 61. dist.

10 Episcoporum, & Superiorum Antistitum maiore

res causas solus dirimit, & cognoscit, Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 5. Gambar. citato loco num. 159.

Episcopos è gradu dignitatis deicit ex causa, cap. 11. quamvis, & cap. dudum 3. quest. 5. Deponit, & restituit, cap. ideo 2. quest. 6. gloss. verb. reseruata in e. quod translamone, de officio Legati, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 41. n. 21.

Episcoporum admittit renunciaciones, gloss. 12. verb. manib. in Clem. 1. de renunt. Flamin. de resol. lib. 7. quest. 11. num. 17.

Solus ipse eximit, & excipit aliquos à iure, & potestate Episcoporum, gloss. in cap. frater 16. quest. 1. gloss. verb. exemplum in cap. cum inferior, de maior. & obed. gloss. verb. reseruata, post princip. in cap. quod translatione, de officio Legati, gloss. in cap. 1. in princip. de priuileg. in 6. Mandol. de signatura gratia, tit. exemptiones, ve sic. eximere proprie est Apostolica Sedis, Anchar. cons. 132. num. 5. ¶ Quo à se, vel Romana curia eximere non potest. Abb. in cap. si quis num. 2. de maior. & obed. Selu. de benefic. p. 3. quest. 8. num. 16. & tract. de iureiur. p. 4. num. 39. Barthol. Bellencin. de charit. subsid. quest. 58. num. 4. Restaur. de imper. quest. 50. num. 32. quia, vt dicunt Abb. & Ioan. Andr. non est credendum quod Papa possit aliquem priuilegiare ne teneatur venire ad eum, vel vt per eum non possit excommunicari, quia cum ipse teneat locum Dei in terris, cap. 2. de translat. Prelat. non debet aliquem eximere sua potestate, cum per hoc eximeretur à potestate Dei, vnde contra summam Papae potestatem non valet praescriptio. Innoc. in cap. bona 2. de postulat. Prelat. Felin. in cap. cum non liceat, num. 14. in fine, de praescript. tum ne dentur acephali, sine Rege, sine capite, vt locustae, Abb. in cap. per venerabilem num. 9. & 37. qui filij sunt leg. quia sic negaret se esse caput totius Ecclesiae. August. de Ancona de potest. Eccles. quest. 7. art. 8. Anton. Ricciul. de iure personarum [extra gremium Ecclesiae existentium.] lib. 9. cap. 2. num. 12. in fine, tum ne sit in manu Pontificis abiiciendi à se clauis, ac sibi manus ligandi, cap. innouit, de elect. cap. fin. vbi gloss. de rescriptis in 6. gloss. in cap. fin. de sentent. excomm. eod. lib.

In Ordinibus conferendis quae sibi Summus Pontifex reseruauit.

Solius est Summi Pontif. ad tres Ordines sacros promouere eos, qui nondum ad legitimam aetatem peruenerunt, cap. cum in cunctis, de elect.

Et extra tempora à iure constituta aliquem ad ecclesiasticos Ordines promouere, cap. consultationi, 16. de tempor. ordinat. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 16. lit. A. vers. & licet, Gambar. d. loco n. 258. cum seqq. dixi supra alleg. 17. num. 5.

Item vna, eademque die aliquem ad sacros duos Ordines prouehere, cap. dilectis, de temporibus ordinat. & faciunt quae supra alleg. 14. num. 10.

Item ipsius est solius alicui duobus continenter diebus duos sacros Ordines dare, puta Diaconatum sabbato, & die Dominica Presbyteratum, cap. litteras, eod. tit. de tempor. ordinat.

Et concedere, vt quis Ordines accipiat ab Episcopo alieno, cap. consultationi, de temporibus ordinat.

Item concedere, vt Episcopus in die iustae consecrationis Ordines conferre possit, cap. quod sicut 28. §. super eo, de elect. Gambar. dicto loco num. 268.

Item

21 Item indulgere, vt qui excommunicationis maioris vinculo obstrictus Ordines sacros suscipit, vel Sacris est operatus, suo munere, & officio fungi possit, cap. cum illorum, de sent. excomm.

22 Nemo denique potest ordinatum à Papa ad Superiores Ordines promouere sine ipsius licentia, Doctores in cap. cum in distribuendis, de temporibus ordinat. Cocchi. de iurisd. Ordinat. in exempro par. 1. quest. 21. Gambar. dicto loco num. 267.

In beneficiis, quae Summo Pontifici in iure reseruata reperiantur.

23 Renuntiationem beneficij, gratia alterius factam solius est Summi Pont. admittere, cap. deliberatione, §. prohibemus, de officio Leg. lib. 6. Flamin. de resign. lib. 2. q. 1. num. 62.

24 Item in beneficiis annuas & perpetuas pensiones constituere, & constitutas transferre, vel ius eas redimendi concedere, cap. 1. vt Eccles. benefic. sine dimittit. confer. & faciunt quae Rebuff. de pacificis possession. n. 117. & in praxi benefic. tit. requisita ad collationem bonam à num. 6. Mandol. in praxi signatura gratiae de extinct. in primo. Gig. de pension. q. 87. n. 5. Rot. decij. 437. num. 2. apud Farin. p. 1. recent. dixi infra alleg. 85. num. 1.

25 Item beneficium ad certum tempus, non in perpetuum conferre, cap. pastoralis 7. q. 1. gloss. verb. perperui, in cap. vni. de capellis monach. in 6.

26 Et solus concedit, vt beneficiarius quamuis perpetuo ab sit ab Ecclesia ex aliqua iusta causa, fructus beneficij percipiat, cap. vlt. de reser. lib. 6.

27 Et beneficia in Curia Romana vacantia ipse solus confert, cap. 2. de praebend. lib. 6. Vide infra alleg. 57. num. 19.

28 Item beneficia, quae incompatibilia iure dicuntur, vni, eidemque Clerico conferre ipse solus potest, cuiusmodi sunt beneficia familia sub eodem testamento, duas itidem Cathedralis, duas Parochiales, vel duo beneficia curam animarum habentia, vel Dignitatem, vt infra suo loco dicetur. Ea etiam, in quibus iure, priuilegio, vel consuetudine quis residere, vel commorari debet, Concil. Trid. sess. 7. de reform. cap. 17. Gambar. d. loco n. 219. Vide infra alleg. 62. à num. 78.

29 Item in eadem Ecclesia absque indulgentia Romani Pontificis nemo potest duos Personatus, vel Dignitates, vel Praeposituras, vel administrationes, vel officia, vel eorum alterum simul cum Canoniatu habere, cap. 1. de consuetud.

30 Item quando aliquis recipit secundum beneficium, quod incompatible cum alio iura vocant, & illius possessionem adeptus est, vel per se ipsum stat quominus illam alloquatur, ita vacat primum incompatible, vt illud statim dimittere in Ordinarij manibus cogatur, quod si non dimiserit, vtrumque vacat, & Rom. Pontif. solius est illud tunc conferre, Extravaag. excohabilis §. qui verò deinceps, de praebend. Joann. XXI.

Circa iuris interpretationes, & graues causas discernendas quae Summo Pont. reseruata reperiantur.

31 Causa omnes maiores ad Sedem Apost. referuntur, cap. 1. de inuam. calumnie, cap. maiores, de Baptismo, cap. 1. de translat. Episcopi, Gambar. de officio & potest. Legati de latere lib. 2. tit. de varijs Ordinat. nominibus à n. 182. Porro causae maiores continentur quaestiones, quae spectant ad articulos fidei intelligendos, ad Canonicos libros discendos, ad Babos, de Parocho Pars III.

sentum sacrarum litterarum declarandum, approbandumque, ad interpretanda, quae dubia sunt, vel obscura in controuersis Fidei, in iure Canonico, vel diuino: item ad declarandum quae ad Sacramenta pertinent, videlicet ad materiam, formam, & ministerium, & alia huiusmodi, iuxta notata in cap. quoties 24. q. 1. Gambar. d. loco num. 181.

Solius Papae est generales Canones condere, cap. ideo permittentes §. si ergo primum 25. q. 1. quia & potestas condendi legem soli Principi competit, l. vlt. C. de legibus. Riminald. in l. imperium n. 403. ff. de iurisd. omnium iud. vbi Gasp. Valasc. n. 96. & n. 199. Rebuff. ad leges Galliae in proem. glof. 1. n. 4. Auiles ad capita prator. in proem. verb. ordenanças n. 1. Menoch. cons. 686. n. 23. Mench. illust. cap. 1. n. 6. Morl. in emporio iuris p. 1. tit. 1. in prelude. n. 20. & 23. Cardoso in praxi iudicum verb. lex num. 5. Marta de Iurisd. par. 1. cap. 37. Soar. de legibus lib. 1. cap. 8. n. 9. & lib. 3. cap. 9.

Ipse est Consilium generale confirmare, & eius Constitutionem probare, vel improbare, & interpretari, cap. 1. §. etiam, dist. 17. & cap. statutum, de elect. Gambar. dicto loco num. 241. Et aliorum scripta damnare, c. damnamus, de Summa Trinit. cap. fraternitatis, de heret. Gambar. dicto loco n. 275.

Quae sunt dubia, vel obscura in rescriptis, ipse solus interpretatur, cap. pastoralis, de fide instrum. c. cum uenissent, de iudic. Gambar. dicto loco num. 217.

Solus ipse supplet, quod in contractibus deficit, quando scilicet aliquid, quod ius Canonicum requirit, omittum est, cap. illa quotidiana, de elect. c. 1. de transact. Gambar. dicto loco num. 200. cum seqq. vbi multipliciter declarat.

Relaxat, commutat & interpretatur iuramentum in rebus, & personis alienius momenti, cap. venerabilem §. eos, de elect. Gambar. d. loco num. 211.

Ipse solus restituit eos, qui solemniter sunt à clericorum gradu deiecti, gloss. in cap. ideo 2. q. 6. & in cap. extra §. vlt. de cleric. non resid. Gambar. dicto loco num. 195. & seq.

Et remittit poenas ob simoniam in Ordine, vel beneficio contractam, cap. qui simoniacis 1. q. 1.

Item aliquos legitimis natalibus restituit, quod atinet ad ea, quae spiritualia sunt, cap. per venerabilem, qui filij sunt legit. Gambar. dicto loco n. 194.

Legata ad pias causas facta nemo alius nisi Romanus Pontifex potest ad alios vsus conuertere, vel transferre, Clemens. qui contingit, de relig. domib. Nam illi soli licet commutare pias testamentorum voluntates, Tiraq. de priuilegijs pia causae. prin. 135. Pinel. in rub. C. de reser. vbi par. 1. c. 2. n. 19. Nauar. cons. 2. n. 6. d. rebus Ecclesiae non alien. Perez tit. 3. lib. 6. Ordin. pag. 72. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. q. 125. art. 9. Beia respons. casuum conse. p. 4. casu 22. Henric. in sum. lib. 7. cap. 37. §. 2. lit. F. & lib. 9. c. 22. §. 6. lit. M. Mench. illust. c. 25. n. 26. cum seqq. Iacob. de Grassis de arbitrar. Consist. lib. 2. c. 69. n. 1. Cened. pract. quest. lib. 1. quest. 35. n. 12. Melch. Phaeos Laxit. de c. 47. num. 12. cum seqq. tom. 1.

Sine speciali ipsius consensu non potest interdicti ciuitas à sacris ob debitum pecuniarium domini, vel officialium, vel priuatarum personarum. Extravaag. prouide attendentes. Bonifac. VIII. de sent. excomm. inter communes, Couar. in c. alma, par. 2. §. n. 5.

In sanctorum caltrum numerum solus ipse summus Pontifex aliquem referre potest, hoc enim Sedes Apost. reseruauit Alexand. III. in cap. 1. de reliquijs, & venerat. Sanctor. Gambar. de officio, & potest. Legati de Latere lib. 2. tit. de varijs Ordinarij n. 233. Quidam olim censuerunt id iuris esse penes

Episcopum in sua ditione, propterea quod in cap. 1. de consecrat. dist. 3. ita dicitur. *Et illa festiuitates, quas singuli Episcopi in suis Episcopatibus cum populo collaudauerunt: gloria tamen eo in loco id ad Romanum Pontificem solum pertinere attulit, & approbant Innoc. 2. Butr. n. 7. Host. etiam n. 7. & Ioan. Andr. n. 5. in c. 1. de reliq. & venerat. Sancti. S. Antonin. in sum. par. 3. tit. 22. cap. 5. §. 5. Tabien. verb. canonizatio num. 1. in fine. Greg. l. 66. gloss. 2. 4. 4. tit. 8. par. 1. August. Triumph. de potestate Ecclesie quast. 14. art. 1. Maluet. de canoniz. Sancti. dub. 2. num. 5. & seq. Angel Roch. in simili tract. cap. 4. Ludou. Carbo in summa summarum tom. 3. lib. 1. cap. 17. vers. tertium dictum, [Pineda in monarchia p. 2. tom. 2. lib. 14. cap. 19. §. 1. Anton. Yepes in chronica S. Benedicti anno Christi 545. & sancti Benedicti 65. cap. 3. in fine. Alced. in precell. Episcop. dignit. p. 1. §. 11. n. 19.] Domin. Alphons. de sacrarum reliquiarum cultu §. 23. num. 25. Cardin. Bellarm. de Sancto. beatitud. tom. 1. par. 2. lib. 1. cap. 8. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 19. num. 6. in fine. Dionys. Paul. de vera Patriarch. sedium erect. c. 17. num. 56. Malfard. de probat. conclus. 262. n. 50. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 5. cap. 6. quast. 1. Cened. ad Decretal. collect. 52. num. 4. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 5. in fine.*

Vnde iam sequitur Episcopos hodie non posse Sanctos canonizare, vt bene docent Castellan. de canoniz. sancto. quast. 3. art. 1. Maluet. d. dub. 2. num. 1. & 2. August. Triumph. d. quast. 14. num. 2. Malfard. concl. 262. num. 56. Luyf. Turrian. in 2. 2. disput. 17. dub. 2. vers. item dicendum; nec Legatum de Latere, Iacob Castellan. d. quast. 3. art. 2. n. 3. & quod minus est, nec etiam ex commissione Pontificis, vt tenent Alphons. de Castro de iusta hereticorum pœnit. lib. 1. cap. 6. col. 4. vers. rursus. D. Contetor. in addit. ad Castellana. d. quast. 3. art. 2. n. 4. quia Papa non potest delegare potestatem deserviendi res Fidei alteri. Arag. 2. 2. quast. 1. art. 10. in tract. de Concil. vers. tertia conclusio, in fine, & vers. ad 1. arg. Bannes etiam 2. 2. quast. 1. art. 10. dub. 4. vers. quapropter; & quod etiam Concilium vniuersale non possit per se solum Sanctos Canonizare, nisi interueniente Romani Pont. auctoritate, resoluunt Iacob. Castellan. dist. quast. 3. art. 5. à princ. Angel. Rocha dist. tract. cap. 4. vers. quod ad solum.

44 Priuilegium solum ipse Summus Pontifex potest concedere, vt quis soluatur à lege, qua quisque decimam partem fructuum soluere cogitur, cap. ex parte, & cap. suggestum, de decimis. Et post quadam bona, & iura Ecclesiastica laicis conferre; puta potest decimas partes fructuum ex beneficiis Ecclesiasticis iustis de causis Regibus, & Principibus addicere.

45 Item potest Regi, & Principi priuilegium concedere, vt beneficia in Ecclesiis sue ditionis sita obitu beneficiarij destituta conferre queant: potest etiam laico auctoritatem, & potestatem dare, vt aliquos excommunicationibus vinculo obstringere possit, Borgal. de irregul. par. 1. n. 40.

46 Solum Papa potest plenissimas peccatorum condonationes, hoc est, Indulgentias concedere, Doct. in cap. cum ex eo, de priuileg.

Quoad Religiosos, qua Summo Pontif. in Iure reseruata reperiantur.

47 Item Summi Pontif. est nouus Religiosorum Ordines approbare, hoc enim Innoc. III in Concil. Lateranen. Sedi Apost. reseruauit, vt habetur in cap. vltim. de relig. domib. Azori. instit. moral. par. 1.

lib. 11. cap. 23. quast. 5. & cap. 24. quast. 4. in fine, & par. 2. lib. 5. cap. 7. quast. 1. Fr. Emman. quast. Regular. tom. 3. quast. 48. art. 3. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 364. vers. accedit, Menoch. casu 421. [notissimè Laurent. de Franchis in conuersiones. inter Episcopos & Regulares q. 38. pag. 353. Didac. de la Motta: in tract. de confirmatione Ordinis Militie S. Jacobi de Spata lib. 2. cap. 2. §. 7. ad 7. num. 10. vbi refert quod ante Concilium Lateranense non erat necesse querere approbationem Religionum à Papa, sed approbatione Episcoporum instituebantur; Innocentius enim III. in eodem Concilio Lateranensi prohibuit ne vllus nouus institueretur sine approbatione Sedi Apost. cap. 13. & refertur in d. cap. vlt. & citat Card. Bellarm. de Monachis lib. 2. cap. 4.]

Solus ipse potest professionem religionis irri- 48 tam facere, hoc est, statuere ne rata, & firma sit, si fiat ante certos ætatis annos, aut certa formula minime seruata, communis sententia in cap. ad nostram, & cap. significauit, & cap. quia in insulis, de Regularib. Etiam Abbate, & Monachorum Conuentu inuitis potest Monachum è conobio euocatum, & assumptum, certæ Ecclesie præficere, vel Episcopo, vel Principi adiutorem, & locum dare, vel apud se locum retinere. cap. per principalem 9. quast. 3.

Item potest solum concedere, vt Religiosi pro- 49 fessi conobium egressi ad audiendas leges, vel Medicinam, ad Ordines promoueri queant, cap non magnopere, ne clerici, vel Monachi, idem iuris est de clericis secularibus Dignitatem, vel Personatum, vel Parochiale beneficium habentibus, cap. super specula, ne clerici, vel Monachi.

Mendicantes Religiosi non possunt acquirere 50 noua loca ad habitandum, vel antiqua alienare, vel mutare sine speciali licentia Papæ, cap. 1. de excessib. Pralat. in 6.

Papa solum concedit priuilegium monasteriis, 51 & Ecclesiis Religiosorum, vt liberentur ab obligatione soluendi procuraciones Legatis Apost. & iura Episcopalia, Clement. 1. de censibus.

Nullus nisi Papa concedere potest, vt Religio- 52 sus aliquis eligatur in Abbatem, vel Prælatum alterius religionis, vel habitus, Clem. 1. de elect.

De bonis quæ Fratribus Franciscanis relinquuntur, nullus potest agere in iudicio nomine Ecclesie Romanæ sine speciali Romani Pont. mandato. Extrauag. si conditorem, de verborum signif. Ioan. XXIIL

Solus Papa concedere potest facultatem, vt quis 54 assumere queat habitum Fraticellorum, & Bizocorum, Extrauag. Sancta Romana Ecclesia, de relig. domibus, Pauli II.

Fratres Mendicantes sine speciali Sedi Apost. 55 consensu non possunt plures habere campanas, Extrauag. quia cunctos, de offic. Custodis, Ioan. XXIIL

De excommunicationibus in Bulla Cœnæ, & extra illam Summo Pont. reseruatis.

Plures quoque sibi reseruauit casus & excommu- 56 nicationes Sum. Pontifex, in quibus Episcopi etiam quoad eorum subditos se intromittere non possunt. Et primò reseruati sunt Papæ casus contenti in Bulla Cœnæ Domini, ita nuncupata, eo quod feria V. magnæ hebdomadæ, qua Christus Dominus Cœnam Paschalem cum Discipulis fecit, legatur, & excommunicentur delinquentium multa genera; vsus legendi hunc processum & reseruandi Sedi Apost. has excommunicationes cepit sub Martino huius nominis V. publicari

ter in anno circa annum Redemptionis nostræ 1420. quo tempore fuit habitum Concil. Constantiense contra errores Bœmorum. In eodem Concilio fuit ordinatus hic processus, deinde auctus à Paulo I. & Sixto huius nominis IV. in sua Extrauag. Et se Dominici Gregis, hos sequutus est Leo X. & cum auxit aduersus Lutherum: hos sunt sequuti postea Paulus I. I. Paulus V. Pius V. qui eum maiori auctoritate fulcitum, & auctum Reipub. Christianæ vtiliorem reddidit, & successiuè omnes Summi Pontifices. Legebatur & publicabatur, vt supra dicebam, ter in anno, secundum gloss. in Clem. 1. de iudic. scilicet dicta feria quinta maioris hebdomadæ, & die Ascensionis Domini, & Dedicacionis Sancti Petri, & Pauli; sed hodie legitur semel in dicta feria quinta: ad illius explicationem sunt in lucem edita varia scholia, & annotationes à multis summæ eruditionis viris, qui post suos tractatus de hac re egerunt, ex quorum numero commendo Lectori Card. Tolet. in sua Summa, Vivald. in candelabro aureo, Vgolin. de censuris Papæ reseruatis, Ioan. Bapt. Poss. de officio curati, Honorat. Gambarupta de casibus reseruatis S. Sedi Apost. & locorum Ordinariis, Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 3. cap. 7. à num. 30. Iacob. de Grassis in decis. aureis par. 1. lib. 4. cap. 18. Azor. inst. moral. par. 1. lib. 8. cap. 15. cum seqq. Sanch. in precepta Decalogi lib. 2. cap. 10. Sayr. de censuris lib. 3. à cap. 5. Fr. Anton. à Sousa in relect. Bullæ Cœnæ. Mar. Alter. de censur. tom. 1. lib. 5. & nouè Duatlos & Bonacina in Bulla Cœnæ per integros libros, Filliuc. tom. 1. tract. 16.

In qua Bulla cum tot ferè sint sententiæ, quot 55 verba, nec sine periculo omissionis necessariorum summari possit, & ex ipso fonte potius casus huiusmodi reseruati cognoscantur tenorem ipsius, quem coram S. N. D. Gregorio X V. præterito anno 1611. & hoc præfenti 1622. publicari vidi, vtilitate, & commoditate omnium hic ponere operæpretium duxi.

Litteræ processus lectæ in die Cœnæ Domini 24. Martij M. D. C. XXII.

57 GREGORIUS Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei memoriam. Pastoralis Romani Pontificis vigilantiâ, & sollicitudo, cum in omni Christiana Republica pace, & tranquillitate procuranda, pro sui muneris officio assidue versatur, tum potissimum in Catholice fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate, atque integritate retinenda, & seruanda, maxime elucet. Nimirum, vt fideles Christi non sint paruuli fluctuantes, neque circumferantur omni vento doctrine in nequitia hominum, ad circumventionem erroris: sed omnes occurrant in unitate fidei, & agnitionis filij Dei in virum perfectum, neque se in huius vitæ societate, & communionem ledant, aut inter se alter alteri offensam prebeat: sed potius in vinculo charitatis coniuncti, tamquam vnius corporis membra sub Christo capite, eiusque in terris Vicario Romano Pontifice Beatissimi Petri Successore, à quo totius Ecclesie unitas dimanat, angeantur in edificationem, atque ita diuina gratia adiuuante, se presentis vitæ quiete gaudeant, vt futura quoque beatitudine perficiantur. Ob quas Barbof. de Episcopo Pars III.

sanè causas Rom. Pontifices Prædecessores nostri, hodierna die, qua anniuersaria Dominica Cœnæ commemoratione solemnis est, spirituales Ecclesiastica discipline gladium, & salutaria iusticie arma per ministerium Summi Apostolatus ad Dei gloriam, & animarum salutem solemniter exercere consueuerunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quam fidei inuoluntam integritatem, publicam pacem, & iusticiam, Deo auctore, tueri, vetustum, & solemnem hunc morem sequentes.

Contra hæreticos, eorumque fautores. CASVS I.

58 Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostra, quoscumque Hussitas, Vichlephistas, Lutheranos, Zuinglianos, Calvinistas, Vgonatos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana fide Apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos quocumque nomine censeantur, & cuiuscumque sectæ existant, ac eis credentes, eorumque receptatores, fautores, & generaliter quoslibet illorum defensores, ac eorundem libros hæresim continentes, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra, & Sedi Apost. scienter legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quouis causa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore, necnon Schismaticos, & eos, qui se à nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis, obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt. §. 1.

Contra appellantes ad Consilium generale. CASVS II.

59 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cuiuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint: Vniuersitates vero, Collegia, & Capitula, quocumque nomine nuncupentur, interdicens: ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium, ad vniuersale futurum Concilium appellantes: necnon eos, quorum auxilio, consilio, vel fauore, appellati fuerint. §. 2.

Contra Pyratas, cursarios, &c. CASVS III.

60 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Pyratas, Cursarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes mare nostrum, præcipue à monte Argentario vsque ad Terracinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores. §. 3.

Contra Naufragantium Christianorum bona occupantes. CASVS IV.

61 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque nauibus, tempestate, seu intransuersum (vt dici solet) iactatis, vel quoquomodo naufragii passis, sine in ipsis nauibus, sine ex eisdem ecclesia in mari, vel in litore inuenta, cuiuscumque gene-

ri bona; tam in nostris Tyrreni, & Adriatici, quam in ceteris cuiuscumque maris regionibus, & littoribus, surripuerint, ita ut nec ob quodcumque privilegium, consuetudinem, aut longissimam etiam immemorabilem possessionem, seu alium quemcumque pretextum excusari possint. §. 4.

Contra imponentes noua tributa.
CASVS V.

62 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis noua Pedagia, seu Gabelas, praterquam in casibus sibi à iure, seu ex speciali Sedis Apostolica licentia permisis, imponunt, vel augent, seu imponi, vel augeri prohibita exigunt. §. 5.

Contra falsarios litterarum Apostolicarum. CASVS VI.

63 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios litterarum Apostolicarum, etiam in forma Breuis, ac Supplicationum gratiam vel iustitiam concernentium, per Romanum Pontificem, vel S. R. E. Vicecancellarios, seu gerentes vices eorum, aut de mandato eiusdem de Rom. Pont. signatarum, necnon falso fabricantes litteras Apostolicas, etiam in forma Breuis, & etiam falso signantes Supplicationes huiusmodi sub nomine Romani Pontificis, seu Vicecancellarij, aut gerentium vices predictorum. §. 6.

Contra dantes auxilium infidelibus.
CASVS VII.

64 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hereticos, per nostras, sine huius sanctae Sedis sententias expressè, vel nominatim declaratos, deferunt, seu transmittunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metalorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canapè, fides, tam ex ipso canape, quam alia quacumque materia, & ipsam materiam atque huiusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per se, vel alios de rebus statum Christianae Reipublicae concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christianae Religionis inimicos, necnon hereticos, in damnum Catholicae Religionis, certiores faciunt, illosque ad id auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet praestant. Non obstantibus, quibuscumque privilegiis, quibusvis personis, Principibus, Rebus publicis, per Nos, & Sedem predictam hactenus concessis, de huiusmodi prohibitione expressam mentionem non facientibus. §. 7.

Contra impediētes victualia ad Curiam Romanam deferri. CASVS VIII.

65 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impediētes, seu inuadentes eos, qui

victualia, seu alia ad usum Romanae Curiae necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Rom. Curiam adducantur, vel afferantur, prohibent, impediunt, seu perurbant, seu hac facientes defendunt per se, vel alios cuiuscumque fuerint ordinis, praerogantiae, conditionis, & status, etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mundana praefulgeant dignitate. §. 8.

Contra afficientes aliquibus iniuriis eos qui ad Sedem Apost. accedunt.
CASVS IX.

66 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & recedentes ab eadem, sua, vel aliorum opera interficiunt, mutilant, spoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, à Nobis, vel Nostris Iudicibus non habentes, illam sibi temere vendicantes, similia contra morantes in eadem Curia audent perpetrare. §. 9.

Contra inferentes aliquas iniurias iis, qui Romam deuotionis causa petunt.
CASVS X.

67 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinentes, capientes, seu depradantes Romipetas, seu Peregrinos ad Urbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recedentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel fauorem. §. 10.

Contra persequentes aliquas personas Ecclesiasticas in dignitate constitutas.
CASVS XI.

68 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicae Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diocesis, territoriis, terris, seu dominiis efficientes: Necnon ea mandantes, vel rata habentes, seu praestantes in eis auxilium, consilium, vel fauorem. §. 11.

Contra percutientes, aut spoliantes eos, qui in Romana Curia causas agunt occasione earundem causarum. CASVS XII.

69 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios, personas Ecclesiasticas quascumque vel seculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, ac illa in eadem Curia persequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, Advocatos, Procuratores, & Agentes, seu etiam Auditores, vel Iudices super dictis causis, vel negotiis deputatos, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi, occidunt, seu quoquomodo percutiunt, bonis spoliant:

spoliant, seu qui per se, vel per alios directè, vel indirectè, delicta huiusmodi committere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem praestare non verentur, cuiuscumque praerogantiae, & dignitatis fuerint. §. 12.

Contra appellantes ad laicum potestatem in causis Ecclesiasticis ad impediendam executionem litterarum Apostolicarum. CASVS XIII.

70 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quam seculares cuiuscumque dignitatis, qui praetextentes friuolam quandam appellationem à grauiamine, vel futura executione litterarum Apostolicarum etiam in forma Breuis, tam gratiam, quam iustitiam concernentium: Necnon citationum, inhibitionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, executorialium, & aliorum decretorum, à Nobis, & à Sede predicta, seu Legatis, Nunciis, Presidentibus Palatii nostri, & Camera Apostolica Auditoribus, Commissariis, aliisque Iudicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum, & quae pro tempore emanauerint, aut alias ad Curias seculares, & laicam potestatem recurrunt, & ab ea instante etiam Fiscii Procuratore, vel Advocato, appellationes huiusmodi admittunt, ac litteras, citationes, inhibitiones, sequestra, monitoria, & alia predicta capi, & retineri faciunt, quive illa simpliciter, vel sine eorum beneplacito, & consensu, vel examine executioni demandari, aut ne Tabelliones, & Notarij, super huiusmodi litterarum, & processuum executione instrumenta, vel acta conficere, aut confecta parti, cuius interest, tradere debeant, impediunt, vel prohibent, ac etiam partes, seu eorum agentes, consanguineos, affines, familiares, Notarios, executores, & subexecutores litterarum, citationum, monitoriorum, & aliorum predictorum capiunt, percutiunt, vulnerant, carcerant, detinent, ex Cinitatibus, locis, & Regionibus eiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, concutiunt, & comminantur per se, vel alium, seu alios, publicè, vel occultè, quive alias quibuscumque personis, in genere, vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotiis prosequendis, seu gratiis, vel litteris impetrandis, ad Romanam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas, vel litteras à dicta Sede impetrent, seu impetratis utantur, directè, vel indirectè prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu Tabelliones, vel alias quomodolibet retinere praesumunt. §. 13.

Contra eos, qui causas spirituales praetextu litterarum Apostolicarum ad se aduocant, ut illarum executionem impediunt. CASVS XIV.

71 Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se, vel alios, auctoritate propria, ac de facto, quarumcumque excom-

pcionum, vel aliarum gratiarum, & litterarum Apostolicarum praetextu, beneficiales, & decimarum, ac alias causas spirituales, & spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliisque Iudicibus Ecclesiasticis auocant, illorumve cursum, & audientiam, ac personas, capitula, conuentus, collegia, causas ipsas profecti volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Iudices interponunt, quive partes actrices, quae illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias litteras in eis decretas, & ad faciendum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt à censuris, & poenis in illis contentis absolui, per statutum, vel alias compellunt, vel executionem litterarum Apostolicarum, seu executorialium, processuum, ac decretorum predictorum, quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, consilium, aut assensum praestant, etiam praetextu violentiae prohibenda, vel aliarum praetensionum, seu etiam donec ipsi ad Nos informandos, ut dicunt, supplicauerint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram Nobis, & Sede Apostolica legitime prosequantur, etiam si talia committentes fuerint Presidentes Cancellarium, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Consilij ordinarij, vel extraordinarij, quorumcumque Principum secularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia quacumque praefulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendatarij, seu Vicarij fuerint. §. 14.

Contra personas seculares trahentes ad sua Tribunalia personas Ecclesiasticas. CASVS XV.

72 Quive ex eorum praetextu officio, vel ad instantiam partis, aut aliorum quorumcumque personas Ecclesiasticas, capitula, conuentus, collegia Ecclesiarum quarumcumque coram se ad suum tribunal, Audientiam, Cancellariam, consilium, vel parlamentum, praeter iuris Canonici dispositionem, trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant, directè, vel indirectè, quouis quaequo colore: necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quouis alia decreta, in genere, vel in specie, ex quouis causa, & quouis quaequo colore, ac etiam praetextu cuiusvis consuetudinis, aut privilegij, vel alias quomodolibet fecerint, ordinauerint, & publicauerint, vel factis, vel ordinatis usi fuerint, unde libertas Ecclesiastica tollitur, seu aliquo leditur, vel deprimitur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris & dictae Sedis, ac quarumcumque Ecclesiarum iuribus quomodolibet directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè praesudicatur. §. 15.

Contra impediētes Praelatos Ecclesiasticos ne sua iurisdictione utantur. CASVS XVI.

Necnon qui Archiepiscopi, Episcopi, aliosque

superiores, & inferiores Pralatos, & omnes alios quoscunque Iudices Ecclesiasticos ordinarios quomodolibet hac de causa directè, vel indirectè, carcerando, vel molestando eorum agentes, procuratores, familiares, necnon consanguineos, & affines, aut alios impediunt, quo minus sua iurisdictione Ecclesiastica contra quoscunque viantur, secundum quod Canones, & sacra Constitutiones Ecclesiasticae, & decreta Conciliorum generalium, & praesertim Tridentini, statuunt; ac etiam eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum, quorumcumque sententias, & decreta, aut alias fori Ecclesiastici iudicium eludentes, ad Cancellarias, & alias Curias seculares recurrunt, & ab illis prohibitiones & mandata, etiam penalia, Ordinariis, aut delegatis predictis decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque qui haec decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & fauorem in eisdem §. 16.

Contra usurpantes iurisdictionem, aut fructus pertinentes ad personas Ecclesiasticas ratione beneficiorum. CASVS XVII.

74 Quive iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quascunque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes, usurpant, vel etiam quauis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad illegitimam facultatem habentium expressa licentia, sequantur. §. 17

Contra imponentes, aut recipientes decimas, aut alia onera à personis Ecclesiasticis absque Papae licentia. CASVS XVIII.

75 Quive collectas, decimas, tales, prestantias, & alia onera clericali, pralatis, & aliis personis Ecclesiasticis, ac eorum, & Ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & prouentibus huiusmodi absque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia, imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposta, etiam à sponte dantibus, & concedentibus, recipiunt. Necnon qui per se, vel alios directè, vel indirectè predicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel fauorem prestare non verentur, cuiuscunque sint praeceminentia, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam si imperiali, aut Regali praesulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, & alij potentatus, quicumque etiam Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, & Terris quomodolibet presidentes, Consiliarij, & Senatores,

aut quauis etiam Pontificali dignitate insigniti. Inuocantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi nouissime celebrato, quam alijs Concilijs generalibus edita, etiam cum censuris, & penis in eis contentis. §. 18.

Contra se interponentes in causis capitalibus contra personas Ecclesiasticas.

CASVS XIX.

Item excommunicamus, & anathematizamus 76 omnes & quoscunque Magistratus, & Iudices, Notarios, scribas, executores, subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa huius Sanctae Sedis Apostolicae licentia, quique eiusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illam perperam abutuntur, etiam si talia committentes fuerint Consiliarij, Senatores, Praesidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quouis alio nomine nuncupati. §. 19.

Contra destruentes, inuadentes, occupantes, &c. terras Romanae Ecclesiae subiectas. CASVS XX.

Item excommunicamus, & anathematizamus 77 omnes illos, qui per se, seu alios, directè, vel indirectè, sub quocunque titulo, vel colore inuadere, destruere, occupare, & detinere praesumpserint, in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliae, Insulas Sardiniae, & Corsicae, terras circa Pharam, Patrimonium beati Petri in Tuscia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venetiarum, Sabinen. Marchie Anconitanae, Massae Trebariae, Romandiole, Campaniae, & Maritimas Prouincias, illarumque terras, & loca, ac terras specialis commissionis Anulphorum, ciuitatesque nostras Bononiam, Casenam, Ariminum, Beneuentum, Perusum, Auinionem, Ciuitatem Castellum, Tuderium, Ferrariam, Comaculum, & alias Ciuitates, Terras, & loca, vel iura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictaque Romana Ecclesia mediata, vel immediata, subiecta, necnon supremam iurisdictionem in illis Nobis, & eidem Romanae Ecclesiae competentem de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare varijs modis praesumpunt, necnon adherentes, fautores, & defensores eorum, seu illis auxilium, consilium, vel fauorem quomodolibet prestantes. §. 20.

De absoluteione censurae huius Bullae.

Volentes presentes nostros processus, ac omnia, & quaecunque his litteris contenta, quo

quosque alij huiusmodi processus, à Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suosque effectus omnino sortiri.

Ceterum à predictis sententijs nullus per alium, quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tunc, nisi de stando Ecclesiae mandatis, & satisfaciendo cautione praestita, absolui possit, etiam praetextu quarumvis facultatum, & indulgentiarum quibuscunque personis Ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularibus, etiam Episcopali, vel alia maiori dignitate praeditis, ipsisque Ordinibus, & eorum Monasterijs, Conuentibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegijs, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus, & locis pijs, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cuiuscunque Concilij decreta, verbo, litteris aut alia quacunque scriptura in genere, & in specie concessorum, & inuocandorum, ac concedendorum, & inuocandorum.

78 Quid si forte aliqui contra tenorem praesentium talibus excommunicatione, & anathemate laqueatis, vel eorum alicui absoluteionis beneficium impendere de facto praesumpserint, eos excommunicationis sententia innodamus, grauius contra eos, spiritualiter & temporaliter, prout expedireauerimus, processuri.

79 Declarantes, ac protestantes quacunque absoluteionem, etiam solemniter per Nos faciendam, predictos excommunicatos sub praesentibus comprehensos, nisi prius à praemis, cum vero proposito ulterius similia non committendi destiterint. Ac quoad eos, qui contra Ecclesiasticam libertatem, ut praemittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, & decreta huiusmodi publice reuocauerint, & ex Archiuis, seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, delecti & cassari, ac Nos de reuocatione huiusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per huiusmodi absoluteionem, aut quoscunque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorum nostrorum quacunque tempore continuatam, in praemis omnibus & singulis, ac quibuscunque iuribus Sedis Apostolicae, ac Sanctae Romanae Ecclesiae unquamque & quandocunque quaesitis, vel querendis, nullatenus praedudari posse, aut debere.

80 Non obstantibus praesentibus, indulgentijs, indulgijs, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus supra dictis, vel eorum alicui, seu aliquibus alijs cuiuscunque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & praeceminentiae fuerint,

etiam si, ut praemittitur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quauis Ecclesiastica, & mundana praesulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Prouinciis, Ciuitatibus, seu locis à predicta Sede, ex quauis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quauis alia forma, & tenore, ac cum quibuscunque clausulis, etiam derogatorijs derogatorijs concessis, etiam continentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint, per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de praesentibus, indulgentijs, & indulgijs huiusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus eorum mentionem, necnon consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac praescriptionibus quantumcunque longissimis, & alijs quibuscunque obseruantijs, scriptis, vel non scriptis, per que contra hos nostros processus, ac sententias, quominus includantur in eis, se innuare valeant, vel tueri.

Quae omnia quo ad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, insereantur, praesentibus pro expressis habentes penitus tollimus, & omnino reuocamus, ceterisque contrarijs quibuscunque.

81 Ut verò praesentes nostri processus ad pastorum omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes, ualuis Ecclesiae S. Ioann. Lateranen. & Basilicae Principis Apostolorum de Vrbe appendi faciemus, ut ij, quos processus huiusmodi concernunt, quod ad ipsos non peruenerint, aut quod ipsos ignorauerint, nullam possint excusationem praecedere, aut ignorantiam allegare, cum non sit uerisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur. Insuper ut processus ipsi, & praesentes litterae, ac omnia & singula in eis contenta eo fiant notoria, quo in plerisque Ciuitatibus, & locis fuerint publicata, uniuersis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinarijs, & Praelatis ubilibet constitutis, per haec scripta committimus, & in uirtute sanctae obedientiae districtè praecipiendo mandamus, ut per se, vel alium, seu alios, praesentes litteras, postquam eas receperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, ac si expedire uiderint, etiam pluries in Ecclesijs suis, dum in eis maior populi multitudo ad diuina conuenerit, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuuncient, & declarent.

82 Ceterum Patriarcha, Archiepiscopi, Episcopi, alijque locorum Ordinarij, & Ecclesiarum Praelati, necnon rectores, ceterique curam animarum exercentes, ac Presbyteri seculares, & quorumvis Ordinum regulares, ad audiendum peccatorum confessiones, quauis auctoritate deputati, transumptum praesentium litterarum pedes se habeant, casq;

etque diligenter legere, & percipere studeant. Volentes eandem presentium transumptis, etiam impressis, notarij publici manu subscriptis, & sigillo iudicis ordinarij Romane Curiae, vel alterius personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, eandem prorsus fidem in iudicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, qua ipsis presentibus adhiberetur, si essent exhibitae, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae excommunicationis, anathematizationis, interdicti, innovationis, innodationis, declarationis, protestationis, sublationis, reuocationis, commissionis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicae millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, 9. Kalend. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno secundo.

De excommunicationibus extra Bullam
Cena Papae reseruat.

- 83 Extra Bullam praemissam sunt in corpore Iuris, & in diuersorum Extrauagantibus multae aliae excommunicationes ipsi Summo Pont. reseruae, quas dispersas in vnum colligere studuerunt D. Anton. 3. par. tit. 24. Rosel. Angel. Syluest. Tab. Caiet. Armil. & alij Summistae verb. excommunicationis. Nauar. in manual. cap. 27. à num. 25. Valer. Reginald. in praxi lib. 9. num. 26. cum seqq. Anton. in Catechesi Neapol. lib. 3. cap. 3. cum seqq. Molfes. in sum. tract. 7. cap. 18. Iuli. Caes. Rainerius in catalogo censurarum & irregularitatum, Iuli. Lauror. de Indulgent. p. 2. cap. 21. Filliuc. tom. 1. tract. 14. & 15. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 19. vsque ad cap. 24. Soar. tom. 5. disp. 21. vsque ad disp. 24. Sayr. eodem tract. lib. 2. & 3. Iacob. de Graffius in aureis decis. p. 1. l. 4. c. 19. cum seqq. [& nouissime ex professo Bonacin. de excomm. particulari extra Bullam Cena disp. 2. post aliquas huius tract. impressiones in lucem editas.]
- 84 Prima harum excommunicationum Papae reseruarum fertur contra inferentes violentas manus in clericos, refertur in cap. si quis suadente, 17. quest. 4. & in cap. mulieres, de sentent. excommunicationis. refert Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excomm. 1. Lauror. d. cap. 21. à num. 2. Filliuc. tract. 15. à num. 3. cum seqq. de qua plena manu agunt Nauar. in manual. cap. 27. num. 76. Perez. L. 1. tit. 3. lib. 1. Ordus. pagin. 61. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 1. cap. 31. Sà in Aphorism. verb. Excommunicationis, pag. 134. Beiar. respons. casuum conscient. p. 1. casu 46. & casu 60. Bonacin. de censuris disp. 2. q. 4. punct. 5. à princ. Iacob. de Graffius in aureis decis. par. 1. lib. 2. c. 49. Memoriale clericorum c. 9. n. 1. [Bonacin. d. disp. 2. p. 3. puncto 6.]
- 85 Secunda contra falsarios, vel habentes penes se litteras falsas Papae, vel aliorum Officialium Curiae expressorum, cap. ad falsarium, cap. dura, de crimine falsi, Lauror. d. cap. 21. num. 10. Filliuc. tract. 15. num. 46. vers. 2. & num. 49. Gambar. de casibus reseru. cap. 6. num. 1. de quibus vide Zerol. in praxi

Episcop. par. 1. verb. falsarij, Salzed. & Bernard. in pract. cap. 119. in nouiss. edit. Fatinac. in praxi crimin. par. 6. de falsis. quest. 151. à num. 7. Aldrete de religiosa disciplina uenda lib. 2. cap. 17. à num. 21. Viuald. post candelab. aureum in expof. Bulla Cena à num. 46. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 10. à num. 4. Fr. Anton. de Soula in relect. de censuris Bulla Cena cap. 7. disp. 41. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. par. 1. decis. 36. [Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 4. & in Bull. Cena disp. 2. q. 7.] Procedit in fauoribus, & defensoribus falsariorum litterarum Apost. Fatin. d. q. 151. num. 9. Fr. Anton. de Soula d. cap. 7. disp. 45. num. 2. Huius criminis Rei excommunicantur etiam hodie in Coena Domini in sexto casu, qua excommunicatione non ligantur non vrentes litteris falsificatis. Nauar. dict. cap. 22. num. 6. Iacob. de Graffius dict. cap. 18. num. 99. Viuald. in explic. Bulla Cena num. 50. Soar. de censuris d. p. 21. sect. 2. num. 48. ¶ Sicut etiam non excommunicantur impetrantes litteras subreptitias, vel obreptitias, Iacob. de Graffius d. cap. 18. num. 99. Salzed. ad Bernard. d. cap. 119. vers. incurrit, Viuald. in explicat. Bulla Cena num. 51. Soarez dict. disp. 21. sect. 2. num. 50. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 57. num. 45. Item non procedit in mandantibus falsificari, nec ad fautores praestantes auctoritatem huiusmodi falsificationibus, cum nulla mentio de eis fiat, bene tamen incurritur in illam. d. cap. ad falsarium, Iacob. de Graffius d. cap. 18. num. 95. Soar. d. disp. 21. sect. 2. num. 48. Fr. Anton. de Soula dict. disp. 45. num. 1.

Tertia contra eum, qui excommunicatus à legato Papae per annum manet in excommunicatione, nam post annum absoluitur à solo Papa, cap. quatenus, de offic. deleg. cap. studij, de offic. leg. Lauror. d. cap. 21. num. 7. Filliuc. tract. 15. num. 46. vers. prima, & num. 47. Memor. cleric. cap. 9. excommunic. 2. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excomm. 2. [Sayr. de censur. lib. 3. cap. 29. num. 1. Suar. in simili tract. disp. 22. sect. 2. num. 1. Lonac. d. disp. 2. q. 3. puncto 2.]

Quarta contra clericos scienter & sponte admit- tentes excommunicatos à Papa ad diuina (officia scilicet, vel Sacramenta) in his cum illis communi- cando, cap. significauit, de sentent. excomm. Nauar. cap. 27. num. 93. Sayr. lib. 3. cap. 29. num. 5. Soar. disp. 22. sect. 2. num. 22. tom. 5. Tolet. lib. 1. cap. 35. num. 2. Rainer. in catalogo excommunicatio- num extra Bullam cap. 2. excomm. 1. Lauror. d. cap. 21. num. 13. Filliuc. tract. 15. num. 168. Gambar. d. cap. 6. num. 2. [late Bonacin. d. disp. 2. q. 5. puncto 3.] quae vt subeat quinquere requiruntur: primo quod qui communicat sit clericus; secundo quod communi- cet cum excommunicato, à Papa per senten- tiam nominatim denuntiato, iuxta Ext. auag. Mur- vini V. Ad cuiusmodi. Tercio quod communicatio fit in diuinis, admittendo eum ad diuina officia. Quar- to quod id fiat scienter. Quinto quod nullus subit timor sic faciendi; ita Couar. in cap. alma p. 1. §. 3. num. 4. Clar. lib. 5. §. fin. q. 77. num. 18. Paul. Comit. respons. mor. lib. 9. q. 29. num. 5. Corinch. de censur. tom. 2. disp. 18. num. 33. & num. 136. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 32. n. 94. [Bonac. d. puncto 3. num. 3.] quantum Papa non exprimat, extendit ad participantes, Henricq. in sum. lib. 13. de excomm. cap. 8. §. 2.

Quinta contra incendiarios excommunicatos, & publicatos, [illi enim per sententiam publicati à summo Pont. absolui sunt.] cap. tua nos, 19. de sentent. excomm. Clar. lib. 5. §. fin. q. 77. n. 19. Nauar.

Nauar. cap. 27. num. 94. Tolet. lib. 1. cap. 35. num. 5. Soar. disp. 22. sect. 2. num. 15. Gambar. dict. cap. 6. num. 4. Memor. clericorum cap. 9. excomm. 3. Lauror. dict. cap. 21. num. 8. Filliuc. tract. 14. num. 46. vers. 4. Fatin. in praxi crimin. par. 3. quest. 110. num. 15. Rainer. dicto loco cap. 9. excomm. 5. late Sayr. de censuris lib. 3. cap. 29. num. 7. cum sequenti- bus, vbi num. 8. resoluunt quod mulier incendiaria semel denunciata excommunicata, à solo Papa ab- solui potest, & num. 10. quod incendiarij Eccle- siarum denunciati, à Legato à Latere regulariter expresso denunciari debent, nec sufficit denuntiatio generalis. [late Bonacin. dict. disp. 2. quest. 3. puncto 43. à princ. vbi num. 6. allexit ad incur- rendam istam reservationem sufficere generalem publicationem contra incendiarios.]

Sexta contra excommunicatos ob Ecclesiae sta- tionem cum spoliacione post denunciationem, quia eos solus Papa absoluit, cap. conquesti 22. de sentent. excomm. Clar. dict. quest. 77. num. 10. D. Antonin. par. 3. tit. 24. cap. 10. Rainer. in ca- tal. censurarum extra Bullam cap. 9. excomm. 6. vbi declarat, Nauar. cap. 27. num. 94. §. 8. Tolet. lib. 1. cap. 35. num. 6. Soar. disp. 22. sect. 2. num. 4. Filliuc. tract. 15. num. 46. vers. 5. & num. 54. Mem- mor. clericorum cap. 9. excomm. 4. Lauror. dict. cap. 21. num. 9. Gambar. dict. cap. 6. num. 5. [Bonacin. de censur. extra Bullam disp. 2. quest. 3. puncto 12.] optime Sayr. lib. 3. cap. 29. num. 13. cum sequentijs, & num. 14. resoluunt Ecclesiam frangentes, & spoliates ipso iure excommunica- tionem incurere, num. 15. asserit quod Eccle- siam frangentes, & spoliates ante denuncia- tionem Episcopus absolueri valet, dummodo satis- facere velint iniuriam passis, & num. 16. dicit quod Ecclesiam aperiens, vel frangens, vt spoliat, sed non spolians, in excommunicationem non in- cidit, & num. 18. quod Ecclesiarum nomine in- praesenti veniunt etiam Monasteria, Hospitalia, & alia loca pia, ita etiam haec omnia tradunt Fr. Emma. quest. Regul. tom. 2. quest. 38. art. 2. & quest. 50. art. 2. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 2. cap. 27. quest. 12. Valer. Reginald. in praxi fo- ri poenit. lib. 19. num. 60. vbi etiam cum Soar. de censur. disp. 22. sect. 2. num. 11. resoluunt ef- fringentem, seu spoliantem Sacristam, si ipsa sit coniuncta Ecclesiae, excommunicationem huius tex. incurere.

Septima prohibet ne eligatur in Senatorem, vel in officium aliud gubernationis Urbis Romae, vel- lus Imperator, Rex, Princeps, Dux, Marchio, Comes, &c. aut alius potentia, vel dignitate insi- gnis, aut vllus frater, aut filius eius, &c. contra facientes sunt excommunicati excomm. reserua- ta Summo Pont. cap. fundamenta, de elect. lib. 6. Memor. clericorum cap. 9. excomm. 6. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excomm. 8. vbi obseruat hanc excommunicationem hodie pa- rum esse in vsu, quia Senator à Papa eligitur. Lau- or. d. cap. 21. num. 17. Filliuc. tract. 15. num. 57. vers. prima, & num. 58. [Bonacin. d. disp. 1. quest. 3. p. 49.]

Octaua contra imponentes taleas clericis, & in clericos illas soluentes, c. clericis, de immu. Eccles. lib. 6. quoad clericos soluentes haec excommuni- catio est sublata in Clem. quoniam, eod. tit. quo ve- ro ad imponentes talia onera Clericis, & ipsorum bonis, non solum non est sublata, sed relata in

Bulla Cena casu 18. Filliuc. tract. 15. num. 57. vers. quinta, & num. 70. & 71. Item contra omnes ha- bentes dominium temporale, qui prohibent sub- ditis ne quidpiam vendant personis Ecclesiasticis, neque eorum frumenta molant, aut panem coquunt, &c. in cap. fin. de immu. Eccles. in 6. Nauar. cap. 27. num. 130. Soar. tom. 5. disp. 23. sect. 4. num. 24. Sayr. lib. 3. cap. 34. num. 16. Memor. clericorum cap. 7. excomm. 3. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 7. excomm. 3.

Nona contra tribuentes facultatem vexandi, ca- piendi, interficiendi personas, seu eorum, suorum- que res, eo quod tulerint excommunicationis, su- spensionis, seu interdicti sententiam, cap. quicumque 11. de sentent. excommunicationis, lib. 6. Lauror. d. cap. 21. num. 19. Filliuc. tract. 14. num. 54. vers. 2. & num. 60. Henricq. in sum. lib. 13. cap. 43. §. 3. lit. F. [late Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 15.] Rainer. loco citato cap. 9. excomm. 7. vbi cum Soar. tom. 5. disp. 2. sect. 3. num. 2. cum seqq. obseruat huiusmodi grauiamen debere esse per actionem iniuriosam, & contra iustitiam vt incurratur censura, siue illud fiat contra Iudicem, qui sententiam tulit, siue contra eum; qui dedit occasionem ferendae censurae, siue contra eum, qui talem sententiam obferat, vel non vult communicare cum tali excommunicato. [Nota cum, quialiqui ex praedictis occasione pro- late censura vexant in bonis, non affici excommuni- catione, si re integra, id est, ante sequutum effectum, licentiam reuocauit, aut si nondum elapsi sint octo dies, infra quos praestita non sit pro dictis bonis satisfactio vtraque enim conditio requiritur ad in- currendam censuram, dum grauiamen in bonis fa- ctum fuit, secus si damnum illatum sit personae, nam statim ac damnum pro bonis illatum est, in- curritur haec censura; quia in dict. cap. quicumque assignatur spatium octo dierum ad faciendam restitu- tionem, vel satisfactionem personis, non pro ini- iurijs personalibus. Ita gloss. verb. re integra, in d. cap. quicumque. Nauar. d. cap. 27. num. 99. Suar. d. disp. 22. sect. 3. num. 3. vers. atque hoc, Filliuc. tra- ct. 15. cap. 3. quest. 3. num. 62. Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 15. num. 2. vbi num. 3. ait reuocatio- nem licentiae datae excusare, & num. 5. resoluunt quod vexans aliquem, qui censuram inuallidam tulerat, non incurrit hanc excomm. & num. 7. quod ratam habens vexationem non eam incurrit, & num. 8. quod ista excommunicatio reseruat Summo Pont. quoribus delinquens in excommunicatione duorum mensium spatio perseuerat.] Et contra insecutores hostiliter Cardinalium, vel alicuius clerici, aut re- ligiosi de familia Domini Papae, vel Cardinalium percutientes, capientes eosdem, & dantes consi- lium, auxilium, & fauorem, receptatores, & defenso- res talium, cap. felicitas, de poenit. in 6. Filliuc. tract. 15. n. 57. vers. 4. & num. 67.

Decima. Inquisitores si alicui crimen haereticis falsò imponant (quod nunquam contigisse cre- dendum est) & innocentes infament, praeter alias poenas, quibus pro mensura criminis puniendi sunt, in sententiam etiam excommuni- cationis maioris incurrun, neque absolui pos- sunt ab alio, quam ab ipso Papa, praeterquam in mortis articulo, quo casu satisfactio- nem prius offerre debent, Clem. 1. §. verum, de haeret. Couar. pract. cap. 36. num. 22. Nauar. cap. 27. num. 100. Soar. tom. 5. disp. 22. sect. 3. Sayr. lib. 3. cap. 29. num. 25. Tolet. lib. 1. cap. 36. num. 1. Memor. clericorum cap. 7. excomm. 1. Rainer. in catalogo censurarum extra

94

95

C

extra Bullam cap. 6. excomm. 1. Filliuc. tractat. 1. §. 1. num. 206. ver. prima. & num. 207. Gambar. de casibus referu. cap. 7. num. 1. & 2. Ad hoc. verò. vt. contrahant hanc excommunicationem Inquisitores, & sub iuramento ab Episcopis (Episcopi. etiam contrahunt tantum suspensionem ab officio per triennium, vt. in eodem text.) debent tria concurrere. Primo vt. faciant contra iustitiam, secundo, vt. faciant scienter, vel contra propriam conscientiam, tertio. quòd. faciant amore, odio, &c. prout in text. vno harum deficiente, non incurritur in hanc censuram, gloss. verb. obtinui in d. vers. veniunt. Alia est in cap. eos. qui de sentent. excommunic. lib. 6. contra eos qui post iuramentum, absolutioem à priori excommunicatione. Papali sub conditione comparandi coram Summo Pont. vel satisfaciendi parti lætæ, talem conditionem non implent tempore debito, refert Rainer. dist. 10. cap. 9. excommunicat. 42. Lauer. d. cap. 21. num. 18. Soar. disp. 22. sect. 1. §. 6. & sect. 3. n. 9.

96. Undecima contra religiosos, qui clericis, aut laicis Sacramentum Vnctionis extreme, vel Eucharistie ministraverunt, aut Matrimonia eorum solemnizant, non habita prius à Parocho speciali licentia; aut absoluant excommunicatos à Canone, præterquam in casibus à iure expressis, vel privilegio Apost. concessis; aut etiam à sententiis latis in Conciliis Provincialibus, aut Synodalibus, aut absoluant à peccatis, à pœna, à culpa, cuius excommunicationis absolutio Sedi Apost. est specialiter reseruat, ita habetur in Clem. 1. de privileg. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 3. excomm. 2. Lauer. d. cap. 21. num. 24. Filliuc. tract. 1. §. n. 184. cum multis seqq. Mari. Alex. de censur. disp. 22. cap. 3. dub. 3. Gambar. de casibus referu. cap. 7. num. 3. [Bonacin. d. disp. 2. quest. 9. puncto 5.] Et quòd Sacramentum extreme Vnctionis, tenent Henric. in summa. lib. 13. cap. 40. §. 4. lit. N. praxis Episcop. par. 1. verb. extrema Vnctio, §. 2. pag. 158. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 60. art. 2. vers. decima, Azori. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 13. quest. 5. vers. primum, Paul. Comitol. respons. moralium lib. 1. quest. 44. Fr. Ludou. Miranda in man. Pralat. tom. 1. quest. 49. art. 1. vbi cum Syluest. & Soto, excipiunt religiosos, qui in casu necessitatis absente Parocho, sine ipsius licentia speciali, de licentia interpretatiua, & præsumpta prædictum Sacramentum ministraverunt. In compendio privilegiorum Mendicantium verb. excommunicatio, §. 6. dicitur quòd Sixtus V. concessit Fratribus Minoribus, vt possint administrare Sacramenta Eucharistie, & extreme Vnctionis, illis, quorum Confessiones audierint, quando Rectores, seu Curati eorum malitiosè, aut sine rationabili causa negauerint, seu distulerint illa ipsis administrare, & voluit quòd super hoc stetur assertioni eorundem Confessorum, vel pœnitentium, quòd quidem modificatum fuit per Leonem X. in Concilio Lateranen. vt asserit Collect. ibid. in §. 10. vt videlicet denegatio sine legitima causa facta per Rectores vicinorum testimonio probetur, aut requisitio coram Notario publico facta declaratur. Et Eugen. I V. concessit Fratribus Minoribus Provincialium Regni Castellæ, vt omnia Ecclesiastica Sacramenta, Tertiariis, Conuersis, Donatis, atque oblati, familiaribus, seruatoribus, & officialibus, & continuis commensalibus suorum Conuertiū possint administrare, quæ quidem concessio, vt aduertit Collect. priuil. Mendicantium verb. absolutio ordinaria quoad Fratres, §. 10. per Pium I I. extensa fuit ad totam familiam

Cilimontanam. Item in supradicto compendio verb. Extrema Vnctio, refertur quòd Nicolaus Francus Apost. Sedis Nuntius, & Orator cum potestate Legati de Lateræ à præfata Sede deputatus in Regnis Castellæ, & Legionis, & Aragoniæ, concessit Monachis Sancti Benedicti obseruantie Hispaniæ, quòd si qui infra septa Monasteriorum intrinseci fuerint, Extremam Vnctionem dare Apost. auctoritate liberè; & licetè possint, Parochialis Presbyteri, vel alterius cuiuscumque Episcopi, vel Superioris licentia, aut assensu nullatenus requisitis.

98. Quoad Sacramentum Eucharistie de iure communi in d. Clem. 1. cunctis prohibetur Religiosis, & Regularibus est illud administrare secularibus, absque Parochialis Presbyteri speciali licentia, & contrarium facientes sunt excommunicati ipso facto, & absolutio Sedi Apost. referuatur, non obstantibus, &c. firmant Henric. Paul. Comitol. Azor. & Fr. Emman. dist. locis, idem Fr. Emman. tom. 1. quest. 56. artic. 1. & tom. 3. quest. 57. art. 1. dicens, Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 23. num. 17. vbi limitat si ministrant alieno religioso sine licentia Prælati. Fr. Ludou. Miranda d. tom. 1. quest. 42. art. 1. vbi art. 3. limitat etiam in casu urgentis necessitatis, seu infirmitatis, & existente mortis articulo, deficiente parochio. In compendio priuil. Mendicantium, verb. communicare, §. 4. ex concessione Clementis Quinti, Nicolai etiam Quinti, Sixti Quarti, & Leonis Decimi, refertur concessio Generalibus, & Provincialibus Ministris, & omnibus Confessoribus Ordinum Minorum deputatis ad audiendas Confessiones secularium, vt possint omnibus quarumcumque diocetum quorum Confessiones auerint, Sacratissimi Corporis Domini Communionem dare omni tempore, præterquam in die Resurrectionis Domini.

99. Item Sacerdotes Regulares matrimonia ministrantes, sine solemnizantes, non habita super his parochialis Presbyteri licentia speciali, ipso facto sunt excommunicati excommunicatione Sedi Apost. reseruata, d. Clem. 1. Azor. d. loco, Fr. Emman. d. tom. 3. quest. 2. art. 1. Fr. Ludou. Miranda d. tom. 1. §. 48. art. 2. vbi contra gloss. in dila. Clem. 1. quæ verba illa, matrimonia solemnizare interpretatur, pro solemniter benedicere asserit tam ministrantes dictas solemnnes benedictiones, quam assistentes, & interessentes tanquam ministros huiusmodi Matrimonij, absque Presbyteri parochialis speciali licentia prædictam excommunicationem incurtere; aduertit huiusmodi licentiam debere esse expressam, Sanch. de Matrim. lib. 4. disp. 35. num. 4. & Vicarium generalem illam posse concedere asserit idem Sanch. dist. lib. 3. disp. 29. num. 15.

100. Duodecima contra clericos, & religiosos, qui violant constitutionem illis prohibentem aliquem inducere ad vouendum, iurandum, aut promittendum, vt sepulturam apud eorum Ecclesiam eligant, vel electam non mutant, Clem. cupientes, de pœnis, Sayr. lib. 3. cap. 29. num. 39. Tolet. lib. 1. cap. 36. num. 3. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 2. excomm. 2. in princ. & cap. 3. excomm. 1. Lauer. d. cap. 21. num. 25. [Suar. de censur. disp. 22. sect. 4. num. 25. Bonacin. d. disp. 2. quest. 5. puncto 4.] Filliuc. tract. 15. num. 170. Gambar. de casibus referu. cap. 7. num. 4. Memor. clericorum cap. 2. excomm. 2. Hanc censuram non incurrit religiosus vnius Ecclesiæ inducens ad

ad iurandum, &c. eligere sepulturam alterius Ecclesiæ. Nauar. d. cap. 27. num. 103. [Bonacin. d. puncto 4. num. 2. vers. secunda.]

101. Decimatercia contra dominos temporales, & quoscumque, qui quomodolibet cogunt aliquem in loco interdicto celebrare diuina, & qui per præcones faciunt conuocare populum ad illa audienda, & qui tunc hos, nunc illos, ad eadem audienda conducunt, & qui prohibent ne publici excommunicati, vel interdicti hac de re per illos, qui Missas celebrant, moniti exeant ab Ecclesia, similiter ipsi nominatim moniti cum sint excommunicati, non exeuntes, contrahunt excommunicationem Papæ reseruata, Clem. grauis, de sentent. excommunic. Tolet. lib. 1. cap. 36. num. 4. Soar. disp. 22. sect. 4. num. 27. tom. 5. Memor. clericorum cap. 7. excomm. 1. Nauar. d. cap. 27. num. 104. Henric. lib. 13. cap. 43. §. 3. lit. E. Sanch. de Matrim. lib. 4. disp. 4. num. 8. me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiastico tract. 11. cap. 11. quest. 23. resol. 2. Rainer. in Catalogo censurarum extra Bullam cap. 7. excomm. 1. vbi multipliciter declarat, & cap. 9. excomm. 9. Lauer. d. cap. 21. num. 26. Filliuc. tract. 15. num. 72. vers. 1. & num. 73. & num. 202. vers. prima, & num. 203. Gambar. de casibus referu. cap. 7. num. 5. [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 10. vbi plura ad intellectum.] Item & contra Minores, qui tempore interdicti admittunt in suis Ecclesiis Fratres tertij Ordinis ad audienda diuina Officia: hæc excommunicatio, vt habetur in Clem. cum ex eo, de sentent. excomm. satisfactione præmissa tollitur ab Episcopo, aliàs reseruatur Papæ, Memor. clericorum cap. 3. excomm. 10. Lauer. dist. cap. 21. num. 27.

103. Decimaquarta fertur in eos, qui cadauera hominum exenterant, incidunt in frustra, elixant, carnes ab ossibus separant, vt ossa transferant in sepulturam distantem, nisi hoc fieret in terris infidelium, vt ossa in terras fidelium portentur, Extrauag. de testanda, de sepulch. Lauer. de Indul. par. 2. cap. 21. num. 28. Filliuc. tract. 15. num. 72. vers. 3. & num. 77. Gambar. de casibus referu. cap. 7. n. 7. [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 45.] quam quidem excommunicationem non incurrit, qui hoc facit cadaueri ne fœteat, aut anatomiam faciens, Nauar. d. cap. 27. num. 105. sicut etiam illam non incurrit mandantes, consulentes, consentientes, &c. idem Nauar. cons. §. 4. de sent. excomm.

104. Decimaquinta contra committentes simoniam in Ordine, vel beneficio, vel religionis ingressu, similiter accipientes pro collatione, siue traditione possessionis beneficij, seu de dando aliqui iurare facientes prouisum de beneficio. Extrauag. 1. & 2. de simonia, inter com. Soarez disp. 22. sect. 5. num. 11. Sayr. lib. 3. cap. 36. num. 7. Memor. clericorum cap. 3. excomm. 4. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 3. excomm. 4. & cap. 9. excomm. 11. & 12. Lauer. d. cap. 21. num. 29. Filliuc. tract. 15. num. 72. vers. 6. & num. 82. Gambar. de casibus referu. cap. 7. num. 8. & 9. [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 24. per tot. vbi num. 5. limitat in simoniaco collatione, seu consecutione pensionis, & num. 7. si effectus nondum sit securus, & num. 20 quòd à summo Pont. sunt absolucendi.] Voluit incurrere similem censuram Pius V. Constit. sua, incip. Durum nimis, anno 1570. Kalend. Iuij. Non comprehendit simoniacos mentales tantum, vel conuentionales, sed reales, Nauar. cap. 23. num. 106. & cap. 25. num. 112. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 17. quest. 9. vers. si quartus. [Contra dantes, vel recipi-

piantes aliquid ex pacto pro ingressu in Religionem, extat excommunicatio in Extrauag. 2. aliàs sanè, de simon. quæ quidem non incurritur dando, vel recipiendo aliquid pro sustentatione ingredientis etiam si Monasterium diues sit, & locuples, vt per Syluest. in summa. verb. simonia, n. 15. Sot. de Iustit. lib. 9. q. 6. art. 2. ad 4. Miranda in tract. de monialib. quest. 8. art. 7. concl. 2. Bonacin. d. disp. 2. quest. 3. puncto 29. n. 4. quamuis inter inertem & diuitem Conuenrum distinguat. Suar. de censur. disp. 22. sect. 5. num. 9. & seq. Mar. Alter. eod. tract. tom. 2. disp. 18. cap. 2. col. 11. vers. quare videtur, Filliuc. tract. 15. cap. 4. q. 6. num. 84. & seq.]

105. Decimasexta contra omnes Fratres cuiuscumque Ordinis Mendicantium transcentes ad religionem non Mendicantium, excepta religione Carthusiana, sine licentia Sedi Apost. necnon & tales recipientes. Extrauagans viam ambrosiæ, de regularib. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 14. quest. 12. vers. inter Extrauag. quest. 16. Memor. clericorum cap. 3. excomm. 5. Filliuc. tract. 15. num. 183. vers. 3. & num. 192. Soarez tom. 5. de censur. disp. 22. sect. 5. num. 16. Gambar. d. cap. 7. num. 10. Sayr. eodem tract. lib. 3. cap. 30. num. 8. Ioseph. Aldred. de relig. discipl. tuenda lib. 2. cap. 18. à num. 11. Lauer. dist. cap. 21. num. 31. [Bonacin. d. disp. 2. quest. 9. puncto 1.]

Ex priuilegijs Summi Pont. Ordinibus Mendicantium concessis reperiuntur aliquæ excommunicationes, quarum absolutiones ipse Summus Pontifex sibi reseruauit. Prima contra Magistros excludentes Fratres Prædicatores à studio Parisiensis, Alexand. I V. Secunda contra eos, qui libellos famosos conficiunt, aut habent, aut in vulgus emittunt versus, aut cantilenas in infamiam, & detractionem status Ordinis Prædicatorum, vel Minorum, Alexand. IV. Bonifac. IX. & Eugen. I V. S. Anton. p. 3. tit. 24. cap. 70. Lauer. d. cap. 21. num. 114. & 120. Caiet. excomm. 181. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excomm. 39. Filliuc. tract. 14. num. 126. vers. 3. Tertia, contra dicentes, vel defendentes, quòd Fratres Prædicatores & Minores non sint in statu perfectionis, & quòd non liceat eis elemosinas quærere, aut prædicare, aut Confessiones audire, de facultate Summi Pontif. sine consensu aliorum Prælatorum inferiorum, Rectorum Ecclesiarum. Alexand. I V. S. Anton. p. 3. tit. 24. cap. 70. Caiet. cap. 81. Nauar. cap. 27. num. 109. Lauer. d. cap. 21. num. 109. Quarta contra quoscumque Iudices querelas Fratrum, aut Monialium Ordinis Prædicatorum suscipientes, vel de eis cognoscentes. Quinta contra illos, qui in Ecclesiis, monasterijs suis apostatas detinent eiusdem Ordinis, nisi illos eiecerint, vbi illis denunciatum erit. [Sanct. Antonin. par. 3. tit. 24. cap. 7. Bonacin. dist. disp. 2. quest. 9. puncto 3.] Lauer. dist. cap. 21. num. 95. Sexta contra quemcumque Principem laicum reformationem Fratrum Conuentualium impediens, ne fiat, aut factam mutari procurantem. Septima contra quoscumque Fratres Ordinis sancti Augustini, qui prætextu arctioris regulæ ad alium Ordinem transfuerint sine licentia Prioris Generalis, item recedentes ab eo, & intra octo dierum spatium ad obedientiam non redierint. Memoriale clericorum cap. 9. excomm. 37. vers. similis. Octaua contra omnes cuiuscumque status, & conditionis, qui impediunt, prohibent, vel quocumque modo molestant personas legitime

legitimè non impeditas volentes ingredi Religionem S. Benedicti, vel præsumunt aliquam molestiam, & iniuriam irrogare Monasteriis, aut Monachis, in Constit. Iulij II. incip. Et si ad uniuersas, de qua Viuald. in cardel. aureo, vbi de excomm. extra Bullam num. 45. Filliuc. tract. 15. num. 126. vers. tertia. Rainer. d. cap. 9. excomm. & 38. Lauor. d. cap. 21. num. 71. Nona contra Religiosos euntes ultra mare sine suorum Superiorum licentia in scriptis, nec ibi sunt ad celebrationem, seu prædicationem admittendi. Ioann. XXII. in Extrauag. ad nostrum 2. de Regularib. [Bonacin. d. disp. 2. quest. 9. puncto 8.] Filliuc. tract. 15. num. 183. vers. secunda, & num. 190. Lauor. d. cap. 21. num. 97. Decima Fratres Prædicatores recipientes, Fratres Minores, Alex. IV. in Constit. incip. Quos vos 2. Kalend. Julij anni 1211. Lauor. d. cap. 21. num. 105. Filliuc. tract. 25. num. 197. vers. 3. [Bonacin. d. disp. 2. q. 9. puncto 2. num. 4.] Duodecima contra faciendos violentiam in Ecclesiis Ordinum Cisterciensium, Clem. IV. ne propter, Perus. 7. Idus May, Lauor. d. cap. 21. num. 106. Duodecima contra molestantes Fratres Ordinis sanctissimæ Trinitatis in elemosynis perquirendis, in Constit. Clement. V III. incip. Gratiam Deo, Lauor. d. c. 21. n. 108. Decimatercia contra Claustrales recipiendos, aut dantes habitum suæ Religionis Fratribus S. Francisci de Paula professis, sine licentia Papæ, & eius generalis, extrauag. Iulij II. incip. Virtute conspicuus, & Leonis X. incip. Quamuis, & Pauli III. incip. Sincere, Lauor. d. cap. 21. num. 115. Filliuc. tract. 15. num. 197. vers. 3. [Bonac. d. disp. 2. q. 9. puncto 3. num. 3.] Decimaquarta contra Tertianos, Eremitas, mulieres, aliosque Religiosos portantes habitum fratrum S. Francisci de Paula, in Constit. Leonis X. incip. Licet alios, Lauor. d. cap. 21. num. 115. Filliuc. tract. 15. num. 197. vers. 4. [Bonac. d. puncto 2. n. 6.] Decimaquinta Sede Minores de Obseruantia subnotantes in electionibus, vel procurantes fauorem, extra ad officium obriendum in Religione, in Constit. 131. Pij V. incip. Pastoralis, de qua Filliuc. tract. 15. n. 197. vers. secunda. [Bonac. d. q. 9. puncto 4.]

106 Decimasextima fertur contra Ecclesiasticam libertatem, aut interdictionem Sedis Apostolicæ, & contra conspirantes in personam, vel statum Papæ, aut offendentem Episcopum, vel alium Ecclesiæ Prælatum, Extrauag. Si Dominici, de Pœnit. & remissis inter com. Lauor. d. cap. 21. Filliuc. tract. 15. num. 72. vers. 4. & 5. num. 78. Gambar. d. cap. 7. num. 6. In eadem etiam contra absoluentes à casibus Bullæ Cœnæ, vel Papalibus prætextu priuilegiatorum, idem de referuatis Ordinatio dicendum declaratum fuit in decreto Clem. VIII. hac de re edito sub die 9. Ianuarij 1601. Vide Filliuc. tract. 15. num. 180. cum seqq.

107 Decimadecima fertur contra eos, qui largiuntur, vel accipiunt aliquid, vel promittunt in Curia Romana ad obtinendam iustitiam, vel gratiam in eadem Curia, Bonif. VIII. in Extrauag. 1. de sentent. excomm. quæ est in Bull. 1. in ord. pag. 139. tom. 1. quam renouauit etiam maioribus pœnis Gregor. XIII. in sua Constit. 28. incip. Ab ipso Pontificatus nostri, & exornauit suis comment. Nauar. in tract. de datis, & promissis, [& Constit. referunt Virgin. Boccat. de pact. p. 1. & 2. in princ. Molin. de iustit. tom. 1. disp. 92. Quarant. in sum. Bullary verbor. data & promissa, Nald. in sum. verb. gratis n. 13. Bonac. d. disp. 2. quest. 3. puncto 31.] & vide de materia Nauar. in Manual. cap. 27. num. 106. vers. vigesima tertia, Sayr. in Clauis Regia lib. 3. cap. 11.

num. 13. vers. alij verò, Paul. Comitol. respons. moral. lib. 6. quest. 7. Farin. in praxi crimin. par. 3. q. 111. num. 291. cum seqq. Memor. cler. cap. 9. excomm. 25. Filliuc. tract. 15. num. 72. vers. 9. & num. 92. & num. 127. vers. prima, & num. 128. cum multis seqq. vbi latè declarat, Gambar. de casibus referu. c. 7. n. 11. [vide infra hac alleg. n. 177.]

108 Decimanona contra rapientes bona Cardinalium, dum in Conclauis sunt, seu electi in Papam, Concil. Constantin. 410. in decreto, omnis aetas, refert Memor. clericorum cap. 9. excomm. 33. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excomm. 35. Lauor. d. cap. 21. num. 101. [latè Bonac. d. disp. 2. q. 3. p. 9.]

109 Vigesima contradicentes mortaliter peccare, vel esse hæreticos eos, qui defendunt Beatissimam, & gloriosissimam Virginem Dei matrem esse conceptam sine peccato originali, vel è contra, & affirmantes peccare eos, qui colunt festum Conceptionis, & qui Concionibus interfunt, Sixtus Quartus in Extrauag. graue nimis, de reliq. & venerat. Sanctorum, Pius Quintus Constit. 114. Nau. cap. 27. n. 107. Soar. tom. 5. dispnt. 22. sect. 5. num. 30. Sayr. lib. 3. cap. 30. num. 10. Memor. clericorum cap. 5. excomm. 4. & cap. 9. excomm. 11. Rainer. in catalogo censurarum extra Bulla c. 5. excomm. 4. & c. 9. excomm. 14. Lauor. de Indulg. p. 2. c. 21. n. 32. cum seqq. Filliuc. tract. 15. num. 72. vers. 8. & num. 88. Gambar. de casibus referu. cap. 7. num. 12. [latè Bonac. d. disp. 2. q. 3. puncto 34.] innouatur per Concil. Trident. sess. 5. de peccato origin. in fine, & à Sacra Congregatione Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & vniuersalis Inquisitionis coram Sanctiss. Domino Paulo Quinto factis recordationis die 31. Augusti 1617. relata per Campan. de dispnt. iuris Canon. rubric. 12. cap. 13. num. 140. Vbi de nouo habetur, quod 7 n. posterum, donec articulus huiusmodi à Sancta Sede Apost. fuerit definitus, vel per Sanctitatem suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, non audeant in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuscumque actibus publicis asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, & quod etiam negatiuam opinionem, videlicet, quod non fuerit concepta cum peccato originali in publicis actibus asserentes, aliam opinionem non impugnent, nec de ea aliquo modo agant, seu tractent, sub censuris, & pœnis prædictarum Constitut. tribuens insuper tam Episcopis, & Prælati Superioribus, aliisque Ordinariis locorum, quam hæreticis prauitatis ubique locorum deputatis Inquisitoribus potestatem souerè animaduertendi contra transgressores, etiam Regulares cuiusvis Ordinis, & instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascunque Ecclesiasticas, & seculares personas, cuiuscunque status, conditionis, gradus, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam secularis. [vide infra alleg. 105. à num. 58.]

110 Verum quia inopinato casu incidit præfens scriptura in die Festi Conceptionis Beatissimæ Virginis non sine admiratione, quod & iterum fortunatè mihi acciderat Viliipone in anno 1617. vbi in eodem die peruenit ad manus meas prædictum Sacre Congregationis. decretum, eo tempore, quo typis mandabam Remissiones illas in Concilium Tridentinum, quibus illud magna iucunditate inserui, primusque in Portugaliæ Regno, nec dicam in tota Hispania, prælo tradidi, hæc in peculiarem Beatissimæ Virginis fauorem accepi, eo quod semper verissimam illam sum ample-

111 xus opinionem, quod scilicet sine vlla macula sit concepta, quam multis comprobant, & tenentur Henriq. in sum. lib. 3. cap. 11. §. 4. in fine. Azor institut. moralium. par. 1. lib. 4. c. 34. quest. 3. & par. 2. lib. 1. cap. 21. quest. 1. vbi de institut. Festiuitatis Conceptionis Beatiss. Virginis, Nauar. in man. prælaud. 8. Fr. Eumman. quest. Regular. tom. 1. quest. 57. Spin. in speculo testam. glof. 3. princ. num. 17. Ceuall. communium contra commun. quest. 346. Martini Deltri. disquisitionum magicarum lib. 4. cap. 1. quest. 3. sect. 9. pag. mihi 266. cum sequentib. Paul. Comitol. respons. moralium lib. 6. quest. 40. Soarez de religione tom. 1. lib. 2. cap. 8. num. 2. Gabriel Vasquez in tertium p. Diui Thomæ tom. 2. disput. 116. Aldrete de religiosa disciplina tuenda lib. 2. cap. 20. num. 14. & volumen integrum edidit de Immaculata Virginis Conceptione Lusitanus noster Egidius de Præsentatione, præceptor colendissimus, in Gonimbricensi Academia, olim Sacræ Theologiæ Vesperarius Professor emeritus. Deinde ad Immaculatæ Deiparæ Virginis Conceptionis defensionem edidit librum alium P. Ferdinandus Quirinus de Salazar Conchenfis, è Societate Iesu.

112 Virgo Sanctissima ætatis suæ anno decimoquinto peperit Saluatorem, deinde vixit vni cum filio tringinta tribus annis, & ex hac vita migravit anno decimoquinto post mortem Filij: & proinde anno ætatis suæ sexagesimotertio, & ex eo, quod tot annos vixit, eius Corona continet 63. Auc. ita Henriq. in sum. lib. 7. cap. 19. §. 3. propè fin. Nauar. in miscel. de Placito, & Kofar. Virg. Maria miscel. 3. num. 3 latè Azor. d. p. 2. cap. 20. quest. 5. Hieron. Roman. de reipub. Christi. lib. 5. cap. 12. ad fin. Pineda in Monarch. Eccles. par. 2. lib. 12. cap. 22. Cæsar. Baron. tom. 1. Annalium Ecclesiæ anno Christi 48. pag. 417. P. Ioan. Rebello in dialogis miraculorum Rosarij Beata Virginis fol. 45. verso. Campanil. in diuers. iuris Canon. rubr. 7. cap. 6. num. 159. Quamuis Beatissimam Virginem anno ætatis suæ septuagesimo secundo, vel septuagesimo tertio mortuum fuisse asserat Epiphanius Presbyter Constantinop. in libello de vita, & obitu Deiparæ, quem sequuntur Chronica Beati Francisci par. 3. fol. 265. verso. Fr. Eumman. quest. Regular. tom. 2. quest. 87. art. 3. Soar. de relig. tractat. de orat. lib. 3. cap. 9. num. 10.

113 Vigesima prima contra eum, qui prouisus de Ecclesia, vel Monasterio vacante à Sede Apostolica, earum prouisionum nuntiatoribus aliquid dederit, promiserit, promissumve soluerit, ex constit. 3. vel 4. Greg. XI. incip. Sollicitè, de qua Filliuc. tract. 15. num. 95. vers. prima, & num. 96. Iacob de Graffis lib. 4. cap. 23. num. 3. Gambar. d. cap. 7. num. 15. Memor. clericorum cap. 1. excomm. 8. Lauor. dict. cap. 21. num. 47. [Bonacin. d. disp. 2. quest. 3. puncto 27.]

114 Vigesima secunda contra laicum, qui Ecclesiasticum relegauerit, aut profcripserit, & qui profcripitionem scripserit, Urban. V I. constit. 6. incip. Quia sicut, Filliuc. tract. 15. n. 202. vers. tertia, & n. 205. Gambar. dict. cap. 7. num. 16.

115 Vigesima tertia fertur contra quemcunque Ordinis Ecclesiastici, qui alium Ecclesiasticum ad forum laicale traxerit, & contra quemcunque laicum auxilium, consilium, fauorem, ea in re dantem, constituit. 4. aliàs 5. Martin V. incip. Ad reprimendus, Nauar. cap. 27. num. 71. Lauor. d. cap. 21. num. 96. Gambar. d. cap. 7. num. 17. Memor. clericorum cap. 5. excommunic. 6. vbi dicunt hanc excommunicationem esse in Bulla Cœnæ, si fiat au-

toritate iudiciali laica. Bonacin. d. disp. 2. q. 5. puncto 6. Vigesima quarta contra ministros Papæ, & omnes officiales, etiam Episcopali dignitate præditos in terris Eccl. officium quocumque exercentes, qui munera accipiunt, præter esculentia, & poculentia, quæ biduo consumi possunt, Paul. 2. Gambar. d. cap. 7. num. 18. [Bonacin. d. disp. 2. q. 7. puncto 8. vbi tenet Cardinalis gubernatoris officium gerentes non ligari hac excomm.]

117 Vigesima quinta contra quoscunque de Ecclesia, vel locis sacris lapides, & alia ornamenta auferentes, & contra eos, qui auferenti, seruanti, & retinenti auxilium, vel fauorem dederint. Sixt. IV. constit. 3. Memoriale clericorum cap. 9. excommunic. 14. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excomm. 17. Lauor. dict. cap. 21. num. 79. Gambar. d. cap. 7. num. 19. [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 13.]

118 Vigesima sexta contra illos, qui se fixerunt nepotem, aut familiarem, seu commensalem Cardinalis, vel assistentis, vt litteras Apostolicas gratis expediant Innoc. VIII. constit. 7. aliàs 11. incip. Cum sicut, die 18. mensis Augusti anni 1487. in Bullar. tom. 1. fol. 382. Leo Decimus constit. 27. incip. Inhabendo, die 20. Februarij anni 1517. in Bullar. tom. 1. pag. 520. Memor. clericorum cap. 9. excommunic. 13. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam. cap. 9. excomm. 16. Lauor. d. cap. 21. num. 74. Filliuc. tract. 15. num. 95. vers. tertia, & num. 99. Gambar. de casibus referu. cap. 7. num. 20.

119 Vigesima septima fertur contra quoscunque in sermonibus, & prædicationibus miracula falsa, incertave populo renunciantis, vel prophetias ex facta Scriptura non desumptas predicare audentes, Ecclesiæ Prælati scandalosè detrahentes, Leo Decimus in Concilio Lateranen. sess. 9. & 11. incip. Superna maiestatis, Memoriale clericorum cap. 5. excommunic. 3. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam. excomm. 3. cap. 5. Filliuc. tract. 15. num. 176. Gambar. dict. cap. 7. num. 21. Bonacin. d. disp. 2. q. 5. puncto 2.

120 Vigesima octaua contra eos, qui in duello pugnaverint, campum dederint, auxilium presterint, Pius IV. in sua Bulla, incip. Ea que, de ann. 1560. Idib. N. quembriis, de qua Filliuc. tract. 15. num. 95. vers. septima, & num. 103. Gambar. d. cap. 7. num. 22. [me citato in hoc loco Ciaplin. controuerf. forens. lib. 1. c. 114. n. 2. latè Bonac. d. disp. 2. q. 3. puncto 48.] Gregor. XIII. in altera incip. Ad tollendum, de ann. 1582. nono Decembris, vbi excommunicationem, & pœnas à præfato Pio Quarto, & Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 19. extendit aduersus omnes illos, qui non publicè quidem, priuatim tamen ex condicito, statuto tempore, & in loco conuento monomachiam commiserunt, etiam si nulli patini, sociiue ad id vocati fuerint, nec loci securitas habitata, nullæ prouocatiue litteræ, aut de nunciacionis chartulæ præcesserint; extenditque contra locorum dominos, si certamen ex condicito permisierint, aut quantum in se fuerit, non prohibuerint; necnon contra eos omnes, qui duellum huiusmodi fieri mandauerint, instigauerint, auxilium, consilium, vel fauorem dederint, aut equos, arma, pecuniam, comeatum, & alia subsidia scienter subministrauerint, aut ex composito expectatores, vel socios, si se quouis modo præbuerint, etiam si illi, qui ad locum destinatum pugnaturo accesserunt impediti pugnam non commiserunt, per seipsos non steterint, quominus illa committeretur. Vltimò Clement. VIII.

Constit. sua 11. incip. Alii vices, de ann. 1592. confirmavit predecessorum suorum pœnas, & excommunicationes, eamque extendit ad Reges, Imperatores, & alios quoscunque qui non solum publicè, sed etiam privatim sine chartulis, litteris prouocatoriis, vel patris duellum commiserint, vel si conuenerint, ut non singuli cum singulis, sed bini, terni, aut plures hinc inde pugnent, refert Quaranta in Summ. Bullar. verb. duellum, [& Bonacin. d. puncto 48. n. 25.] Et de hac re plures citat Doctores Ceneæ ad Decretal. collect. 117. n. 4. quibus adde Peregrinum, & Floron. in suis tract. de duello, Zerol. in praxi Episcop. verb. duellum, Galer. in margarita casuum conscient. eod. verb. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 3. quest. 61. art. 1. vers. 12. Sayr. in Claus. Regia lib. 7. cap. 13. num. 11. cum sequentibus, & de censur. lib. 3. cap. 31. à num. 29. Fect. Caball. in tract. de omni genere homicidij num. 76. cum multis sequentibus, Farin. consil. 9. Paul. Comit. respons. moral. lib. 6. quest. 13. cum sequent. Mol. de Inst. tract. 3. disput. 17. Mart. Delti. disp. mag. lib. 4. cap. 4. quest. 4. sect. 2. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 2. cap. 7. à num. 75. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 39. num. 19. cum sequentibus. Bonacina de censur. disput. 2. quest. 6. puncto 2. à num. 1. vbi num. 15. asserit ab excommunicatione contra ob aliquod delictum in causa duelli posse Episcopum absoluere, quando delictum est occultum, per Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. quod non viderit abrogatum per dictam Bullam Clem. VIII. vbi absolutionem prædictæ excommunicationis sibi reservauit, cum in ea nulla fiat sufficiens reuocationis mentio illius decreti, que mentio necessaria videtur, ut illud decretum censetur reuocatum, iuxta allegata in alio loco. [vide inf. num. 178.]

121 Trigesima nona contra quoscunque in officio Sanctæ Inquisitionis impediens, vel perturbans Episcopos, & Inquisitores hæreticæ prauitatis, Iulij. II. Constit. 16. & Pius V. Const. 83. vbi eam profert contra illum, qui aliquem Inquisitorem, aduocatum, promotorem, notarium, aliumve ministrum officij Sanctæ Inquisitionis, aut denunciatores, accusatores, aut testem in causa Fidei perterrefecerit, occiderit, verberauerit, deiecerit, aut eiusdem Sacræ Inquisitionis, aut ministrorum ædes, alias res expugnauerit, inuaserit, incenderit, aut eiusdem libros excemplaria, litteras, & alia quæcunque scripta combusserit, diruperit, interuerterit, aut quocunque modo asportauerit, & qui in his consilium, auxilium, vel fauorem præsterit, aut qui contra Sacræ Inquisitionis officium delinquentibus veniam petere, aut pro illis intecedere tentauerit. Gambar. de casibus reseru. cap. 7. num. 23.

122 Trigesima contra quoscunque Cameræ Apost. liberos, vel scripturas occultantes, aut retinentes, vel scientes raptos non manifestauerint, Iulij. II. Constit. 14. incip. Cum scint, 15. Kalend. Septemb. Ann. 1507. in Bull. tom. 1. pag. 42. & Constit. 56. Sixti V. incip. Non sine maxima, die 27. Aprilis 1587. in Bullario pag. 573. tom. 2. Memor. clericorum cap. 9. excom. 15. Rainer. d. loco cap. 9. excom. 18. Filliuc. tract. 15. num. 126. vers. secunda [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 11.] Et contra detinentes iocalia, & alia quæcunque bona ad Sedem Apost. spectantia, ac scientes, & non reuelantes, in Constit. 4. Pij IV. incip. Pastorale officij, 3. April. 1564. in Bullar. pag. 5. tom. 2. Et contra alios, † qui cum Ministr. i Reuer. Cam. Apost. sint, rationes integre, & fideliter non reddunt, in Const. 40. Paul.

123

III. incip. Cum scint accepimus, die 21. Aprilis 1544. in Bull. tom. 1. pag. 679. me citato in loco Lauror. d. cap. 2. num. 69. Filiuc. tractat. 15. num. 206. vers. secunda, & num. 208.

Trigesima prima contra illos, qui ut beneficium Ecclesiasticum impetrent, se pro alio in examine supposuerint, vel annuas pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro alijs, ut ab eis aliquid consequantur, vel pro seipsis, ut alijs postea cum pensionem resignent. Paul. I V. Constit. 12. incip. Inter ceteras, die 25. Nguemb. 1577. in Bullario tom. 1. pag. 731. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excomm. 20. Lauror. d. cap. 21. num. 70. Filliuc. tract. 15. num. 95. vers. quinta, & num. 101. Gambar. d. cap. 7. num. 24. [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 28. per tot. vbi n. 3. tenet impetrantem pro alio pensionem, animo postea aliquid pacificendi circa eam, non ligari excommunicatione, & n. 4. quod beneficium impetrans animo illud permittendi cum alio, aut illud possidendi donec pinguis obtinuerit, non afficitur hac excom. & n. 7. quod beneficium procurans pro se intentione illud resignandi, non incidit statim in excommunicationem, nisi postea beneficium re ipsa consequatur, & num. 9. quod procurantes beneficia extra Romanam Curam cum animo illa resignandi, non incidit in excommunicationem. De excommunicatione contra dantes, vel promittentes aliquid nuntiantibus prouisiones à Sede Apost. factas mentionem faciunt Filliuc. tract. 15. cap. 5. quest. 2. Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 27.] † Et contra exigentes, vel perentes aliquid in collatione, alia prouisione beneficiorum Ecclesiasticorum, vel ad illorum possessionem admissionem, extat Constit. 104. Pij V. incip. Durum nimis, Kalend. Iunij 1570. in Bullar. tom. 2. pag. 310

126 Trigesima secunda contra tractantes de nouo Papa eligendo, viuente alio, ac eorum complices, & fautores Paul. I V. Constit. 16. incip. Cum secundum, 17. Kalend. Iann. 1558. in Bullario pag. 735. Filliuc. tract. 15. num. 95. vers. 6. & num. 192. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 1. excom. 3. & cap. 9. excom. 19. Lauror. d. cap. 21. n. 45. [latè Bonac. d. disp. 2. puncto 1.]

Item contra omnes cuiuscunque gradus, etiam si Imperatores, aut Cardinales sint, qui promissiones, stipulationes, conuentiones, aut pacta, aut contractum aliquem faciunt super vita, aut morte, aut super futura creatione Summi Pont. vel vacante Sede Apost. aut etiam super futura creatione Cardinalium, quam etiam sententiam incurrunter permissentes huiusmodi tacite, vel expresse fieri in terris, ciuitatibus, locis, & dominijs suis: vel consilium, auxilium, aut fauorem in prædictis dantes. Greg. XIV. in edita 21. Martij 1591. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam c. const. 1. excom. 3. in fine, & cap. 9. excom. 30. Lauror. d. c. 21. num. 47. [Azor. instr. moral. p. 3. lib. 11. cap. 20. Filliuc. tract. 37. c. 2. q. 7. Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 2.]

127 Item contra Cardinales, qui Sede vacante uenerint iis, quæ ordinata sunt à Iulio II. ut sine simonia eligatur Papa. in Constit. eiusdem Iulij II. incip. Cum iam diuino, quæ est 2. Nau. dict. cap. 27. n. 11. vers. trigesima prima, Soar. tom. 5. disp. 2. 2. sect. 6. n. 2. Sayr. lib. 3. cap. 31. n. 3. in fine. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 1. excom. 1. vers. nota secundò. Lauror. d. cap. 21. num. 38. Filliuc. tract. 15. num. 198. vers. secunda, & num. 199.

128 Item contra Cardinales reuelantes aliquid de actis secretè in Consistorio, existente præcepto Papæ

Papæ, ut non reuelentur, habetur in Conc. Lateranen. sub Leone X. sess. 9. incip. Superius statimus, Nau. d. cap. 27. num. 110. & seqq. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 1. excom. 2. Lauror. d. cap. 21. num. 99. Filliuc. tract. 15. num. 198. vers. tertia, & num. 200.

129 Trigesima tertia, contra quoscunque litteras, aut scripturas cuiuscunque generis, aut nuntium, aut signum ad eos, qui sunt in Conclau, mittentes, & contra eos qui receperint, & qui è contra è Conclau ad eos, qui foris sunt, scripserint, vel miserint, etiam si Cardinalatus honore fulgeant, Pius IV. Constit. 8. i. aliàs 62. incip. In eligenda Id. Octobr. 1562. in Bullar. tom. 2. pag. 93. Memor. clericorum cap. 9. excom. 19. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excom. 22. Lauror. d. cap. 21. num. 80. Filliuc. tract. 15. num. 95. vers. nona, & num. 116. Gambar. d. cap. 7. num. 26. [Bonacin. d. disp. 2. q. 2. puncto 34.]

130 Trigesima quarta contra omnes, qui in proprijs vltis conuerunt per vim, vel suppositas personas; bona Ecclesie, Concil. Trid. sess. 2. 2. cap. 11. referunt Filliuc. tract. 15. num. 75. vers. 10. & num. 117. Lauror. d. cap. 21. num. 100. Memor. clericorum c. 9. excommunit. 34. Spar. de censur. tom. 5. disp. 2. 2. sect. 6. num. 22. Sayr. in simili tract. lib. 3. cap. 31. num. 26. Salzed. ad Bernard. in tract. cap. 74. in fine. Vgolij. de potest. Episc. cap. 8. §. 4. n. 1. Franc. Leo qui thesaurus fori Ecclesie. p. 1. cap. 5. n. 4. 4. Glorit. resp. 12. n. 7. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 51. & 303. p. 4. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 2. excom. 6. Vbi ex declarat. S. Congreg. asserit clericos scienter consentientes huic nefandæ usurpationi, aut fabricatores, seu causam illius dantes incurrere hanc censuram, aliàs non. & cap. 9. excom. 36.

Item contra omnes, qui per vim, metum, fraudem, aliamve artem, hona, fructus, aut iura Ecclesiarum, locorumque priorum occupant. Clericos item, qui nefandæ huius fraudis, & usurpationis fabricatores, eidemue consentientes fuerint, Memor. clericorum cap. 9. excom. 39.

131 Item contra Commissarios, & delegatos ad cognoscendum an alienatio bonorum Ecclesie sit in euidentem eius utilitatem, vel non; qui amore, vel timore alienationi consentiunt, aut auctoritatem præbent tali alienationi, habetur in Extranag. Cum omnibus. Pauli I. Nauar. cap. 27. num. 108. Memor. cleric. excom. 3. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 6. excom. vlt. Filliuc. tract. 15. num. 172. [Bonacin. d. disputat. 2. quest. 5. puncto 5.]

132 Trigesima quinta contra quoscunque clericos infiores Episcopis de Parochiali Ecclesia prouisos iuramentum de residendo intra tempus præscriptum non seruantes. Et hæc excommunicatio est etiam contra illos, in quorum fauorem beneficia dicta resignantur, seu dimittuntur, & qui ad id præstant auxilium, &c. Pius I V. Constit. 92. aliàs 87. incip. Inter multiples curas, Sayr. lib. 3. cap. 31. num. 5. Memor. cleric. cap. 2. excom. 3. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 2. excom. 3. Filliuc. tract. 15. num. 178. [Bonacin. d. disp. 2. quest. 5. puncto 1.]

133 Trigesima sexta contra quoscunque ad interpretationem Concil. Trident. commentarios, glossas, annotationes, & scholia edentes, Pius I V. Constit. 97. vide Franc. Leo in thesauro fori Ecclesie. par. 3. c. 9. num. 33. Henric. in summi. lib. 7. de fructu gentis, cap. 29. §. 4. Fr. Emman. quest. regular. tom. 1. quest.

11. art. 3. Soar. tom. 5. disp. 2. 3. sect. 3. num. 12. Bonacini. de legib. disp. 1. quest. 1. puncto 8. optimè Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico. tract. 1. cap. 12. quest. 27. resol. 1. pag. 309. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excom. 57. vbi ait nemini reseruari, idem etiam dicit Lauror. d. cap. 23. num. 80. Filliuc. tract. 14. num. 91. Gambar. de casibus reseru. cap. 7. num. 27. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 20. num. 53. in fine, vbi etiam dicit in hac Bulla non esse sermonem de interpretationibus, quæ in scholijs fiunt docendo. [latè idem Bonacin. de censur. extra Bullam disp. 2. q. 2. puncto 17. à n. 1. vbi n. 3. resoluit consilium facientem arca decreta Concilij Trid. illudque apud se retinens, non incurtere hanc excommunicationem, & num. 4. quod scribens, & alijs vendens decreta S. Congregationis non ligatur huiusmodi excommunicatione, & num. 5. quod remissiones doctorum circa Concilium Trid. non videntur materia excommunicationis lata in Trid. contra edentes annotationes super Concilij Trid. decretis, & num. 7. quod edens aliquas annotationes super aliquo tantum Concilij decreto incurrit hanc excommunicationem. Illud est obseruandum; Doctores, qui Concilij decreta nonnunquam interpretantur, occasione doctrinæ de qua differunt, non delinquere contra huius Bullæ prohibitionem, qui non dicuntur edere glossas, vel scholia, &c. ita Sayr. de censur. lib. 3. cap. 35. num. 21. ad fin. Soar. eod. tract. disp. 23. sect. 7. n. 12. Filliuc. tract. 14. cap. 6. g. 6. n. 91. Bonacin. d. puncto 17. num. 2.]

134 Trigesima septima contra quemcunque Nuntium Apostol. qui à Principibus, ad quos mittitur, dignitatis, aut gradus obtinendi causa litteras commendatitias quouis modo ambierit, siue eorum studio, & fauore profect, aut conlinguicis suis vii audeat, Pius I V. Constit. 133. aliàs 124. incip. Et si Romanum, [Bonacin. d. disp. 2. q. 6. puncto 3.] quam tamen nemini reseruari asserit Memor. clericorum cap. 1. excom. 11.]

135 Trigesima octaua contra quemcunque mulierem, quæ Monasteria Regularium etiam Mendicantium ingredi ausa fuerit, Pius V. Constit. 27. de cuius materia agemus infra alleg. 102. Item eiusdem Pont. incip. Equum reputamus, contra Iesuitas professos, siue per simplicia, siue per solemnia vota præsumentes absque expressa sui Superioris licentia, ad id ab eis specialiter obtenta, etiam quæsto colore ad frugem melioris vitæ, aut strictioris obseruantia ad quemuis alium Ordinem Mendicantium, vel non mendicantium transire, Carthusiens. excepto; & contra sic recipientes ne dum receptos, & recedentes, necnon dantes auxilium, consilium, & fauorem sequuto effectui, reseruatur Papæ, vel Superiori Societatis huiusmodi, Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam, cap. 3. excom. 8.

136 Trigesima nona contra quemcunque monialem à clausura exeuntem, & contra exeundi licentiam dantes, comitantes, & receptantes, Pius V. Constit. 20. incip. Regularium, die 24. Octobr. Ann. 1566. in Bullar. tom. 2. pag. 198. de cuius materia in dicta alleg. 102. Alia eiusdem Pontificis 122. incip. Quomadamum, contra professos Ordines Humiliarum aliquem admittentes ad professionem, vel habitum dicti Ordinis. Rainer. d. cap. 3. excom. 8.

137 Quadragesima contra quoscunque officij Penitentiarie Romanæ procuratores, scriptores, correctores, aliove officiales aliquid etiam sponte obtutum, aut aliàs, siue pro expeditionis celeritate, siue pro

pro alio extraordinario labore accipientes, Pius V. *Constit. 84. incip. In omnibus. 14. Kal. Junij 1569. in Bullar. tom. 2. pag. 282.* de qua Laurus, d. cap. 21. n. 55. Sayr. lib. 3. cap. 31. n. 8. Memor. clericorum c. 8. *excom. 1. Rainer. in catal. censurarum extra Bullam cap. 8. excom. 1. [Bonacin. d. disp. 2. q. 7. puncto 6. vbi num. 3. cum Filiuc. tract. 15. c. 9. quas. 8. num. 209. resoluit huiusmodi officiales pœnam excom. incurrere accipiendo etiam fructus & emolumenta officij, dum officium non exercent.]*

138 *Quadragesima prima*, contra quoscunque Ecclesias, & quœvis beneficia Ecclesiastica palam, aut occultè retinentes, aut recipientes in confidentiam, *ex Constit. 85. Pij I V. incip. Rom. Pont. die 16. Novemb. 1564. in Bullar. tom. 2. pag. 121.* Et latius pœnis maioribus Pius V. *Constit. 85. incip. Intolerabilis, Kal. Junij 1569. in Bullar. tom. 2. p. 283. Nau. cap. 23. num. 110. Soar. tom. 5. disp. 22. sect. 6. num. 15. & de Relig. lib. 4. de simon. cap. 43. Filiuc. tract. 15. num. 179.* [Rainer. in catal. censur. extra Bullam cap. excom. 5. in princip. vbi declarat. Laurus. d. cap. 21. num. 52. 53. & 54. Azor. instit. moral. p. 3. lib. 12. cap. 10. latè Bonacin. d. disp. 2. quas. 3. puncta 25. Lessi. de instit. lib. 2. cap. 35. dub. 26. Sayr. lib. 3. cap. 31. num. 6. qui non rectè excipit Cardinales, nam etiam hi expressè comprehenduntur, vt notat Flamin. de confident. quas. 27. num. 27. & auctor libri excommunicationem in Archiepiscopatu Bononien. cap. 2. num. 5. & subdit Bonacin. d. puncto 25. num. 12. Pium V. in secreto Confessorio sub die 14. mensis Novembris 1569. declarasse omnes pœnas & censuras illius Constit. extendi ad Cardinales. Quamvis alij, ex quorum numero sunt Sayr. d. cap. 31. num. 6. Azor. d. p. 3. lib. 12. cap. 10. quas. 4. vers. quinta, Filiuc. tract. 15. c. 7. quas. 7. num. 179. existimaverint Cardinales, & Prælatos non affici excommunicatione, sed censura interdij ab ingressu Ecclesie Papæ reservati. Et multipliciter materiam huius Constit. declarat, idè Bonacin. d. puncto 25. à n. 3. vbi quòd resignatio beneficii sub confidentia simoniaca non est vetita sub excommunicatione, sed receptio beneficii, & n. 4. quòd confidentia simoniaca in beneficio committitur, & excommunicatione punitur, etiam si in pactis expressum non deducatur ex parte utriusque, & num. 5. quòd beneficium recipiens absque intentione recipiendi illud in confidentiam, non videtur affici excommunicatione, etiam si alter ei beneficium resignet cum spe & confidentia.]

139 *Quadragesima secunda* contra illum, qui vacantibus Ecclesiarum dignitatibus, Canonicatibus, & præbendis huiusmodi, vult, disponit, aut statuta, cõsuetudines servat de fructibus, & distributionibus, etiam primo ab ipsa vacatione anno perventuris, mensæ Episcopali, capitulativè applicandis, aut in communem usum cedendis, qui item de his instrumentum præstari ordinat, aut qui proviſum de his servandis inducit, aut possessionem impedit ei, qui talia præstare noluerit, Pius V. *Constit. 104. aliàs 106. incip. Durum nimis, Filiuc. tract. 15. num. 95. vers. 17. & num. 125. Nauar. cap. 27. num. 150. 5. 64. Sayr. lib. 3. cap. 31. num. 14. Philiarth. de officio Sacerd. lib. 3. cap. 30. casu 25. [latè Bonacin. d. disp. 2. quas. 3. p. 26. vbi quòd ista excommunicatio non incurritur ob solam fructuum petitionem, sed requiritur traditio, siue cessio.] Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excom. 26. vbi notat per hanc excommunicationem non esse sublatas consuetudines, quibus imponitur onus beneficij, & non beneficiato, vt fructus vacantis beneficii*

cedant in utilitatem fabricæ, vel sacrificia Ecclesie, aut alterius pij loci; secus autem in utilitatem Episcopalis, aut capitularis mensæ, aut singulorum.

Quadragesima tertia contra Gubernatorem locorum status Ecclesie, qui licentiam ferendi arma tribus palmis breviora, etiam ad brevissimum tempus concesserit, Pius V. *Constit. 145. incip. Cùm vices, die 13. mensis Februar. ann. 1572. in Bullar. tom. 2. pag. 358.*

Quadragesima quarta contra quemcunque Christianum, qui alium Christianum in terris Turcarum habitantem tanquam mancipium ceperit, aut eius bona diripuerit, Pius V. *Constit. 149. incip. Licet omnibus, die 1. Maij 1572. in Bullario tom. 2. pag. 361. Rainer. in catalogo censurarum cap. 9. excom. 24. Laurus. d. cap. 21. num. 65. Et contra omnes, qui ex partibus infidelium ad partes fidelium alumina defecerunt. Pius I V. in Constit. Ex Apostol. servitutis, Laurus. d. cap. 21. num. 69. Filiuc. tract. 15. num. 95. vers. 8. & num. 115. Memor. clericorum cap. 9. excommuni. 18. Rainer. in catalogo censur. extra Bullam cap. 9. excom. 21. [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 44.] Et contra omnes, qui non permittunt Christianos captivos apud Turcas postquam illos ceperint liberè abire, cum suis liberis, coniugibus, & bonis, Pius V. *diēt. Constit. 149. refert Memor. clericorum cap. 9. excommunic. 36. Rainer. diēt. cap. 9. excommunic. 37. Filiuc. tract. 15. num. 95. vers. 13. & num. 122. [Bonacin. d. disp. 2. quas. 3. puncto 46.]**

Quadragesima quinta contra publicanos, qui pedagium, gabellam, vectigal à Regularibus Ordinum Mendicantium exegerint, & qui ab eisdem pro reficiendis pontibus, viis, aqua ductibus, & fluminibus aliquid impensæ, aut contributionis exegerint, & qui eisdem Mendicantes, eorum bona, colonos, exemptos, & immunes ab omnibus exactiõibus non dimiserint. Pius V. *Constit. 16.*

Quadragesima sexta contra Gubernatorem Ecclesiastici status, & officialem, qui aliquem homicidam, aut exulem ab exilio reuocauerit, vel saluum conductum ei fecerit, etiam ad diem vnum, noctemve vnam; & contra subditos ciues Romanos, qui huiusmodi exules subditos Sedis Apostol. receptauerit, idem, qui iniuria vlciscendæ causa domum communierit, armatos receptauerit, aut aluerit, aut turbam eo nomine excitauerit, Pius V. *Constit. 19.*

Quadragesima septima contra Confessarios, qui ex privilegio Sixti I V. commutant aliquod istorum quinque votorum, Peregrinationis ad Urbem, vel Compostellam, vel Hierusalem, Religionis, & Castitatis, *Extra. reg. vbi Dominici. 2. de penitent. Nauar. cap. 27. num. 105. Memor. clericorum cap. 5. excom. 2. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 5. excom. 2. Laurus. d. cap. 21. num. 34.*

Quadragesima octava contra Baronem, vel Principem in Regno Neapol. qui homicidam, aut exulem Romanæ Ecclesie receptauerit, protexerit, atque auxilium, consilium, vel fauorem quouis quæsito colore dederit, Pius V. *Gambar. de casibus vers. cap. 7. n. 36. vers. 47. Item contra omnes Ecclesiasticos, tã seculares, quam Regulares, qui in Regno Neapolitano bannitos viarum grassatores receperunt, in Constit. Sixti V. de qui Quaranta in sum. Bullarij verb. Bannitorum fautores.*

Quadragesima nona contra quemcunque Baronem, & Dominum Sedi Apostol. subiectum, qui frumen

frumentum, fruges, vltra usum sibi, familiæque suis necessarium, emerit, Pius V. *Constit. 26. Gambar. d. cap. 7. num. 36. vers. 48.*

147 *Quinquagesima* contra quemcunque Episcopum, aut patronum tam Ecclesiasticum, quam laicum, qui à collatione, aut præsentatione suspensus beneficium contulerit, ad id præsentauerit, vel instituerit, Pius V. *Constit. 58. incip. Quanta Ecclesia Dei, Soar. tom. 5. disp. 22. sect. 6. num. 21. Memor. clericorum cap. 1. excommunic. 5. Laurus. d. cap. 21. n. 82. Filiuc. tract. 15. n. 198. vers. quarta, à n. 201. Gambar. d. cap. 7. num. 36. vers. 49.*

148 *Quinquagesima prima* contra quemcunque Fratrem Sancti Francisci de Obseruantia, qui in electione Ministri generalis, Prouincialium, Cuscodum, pro se, aut pro alio subornauerit, qui item subornatus est, qui subornanti non detulerit, qui pro hac re quemuis fauorem extra religionem procurauerit, Pius V. *Constit. 170. Laurus. d. cap. 21. n. 73. Gambar. d. cap. 7. num. 36. vers. 50.*

149 *Quinquagesima secunda* contra quemcunque qui, cum aliquod oppidum, locũve ad Romanam Ecclesiam pertinens vacauerit, de eo in feudum dando aliquo modo egerit, Pius V. *Constit. 35. incip. Ad mones, 4. Kal. Aprilis 1567. in Bullar. tom. 2. pag. 221. Memor. clericorum cap. 9. excom. 24. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam c. 9. excom. 26. Filiuc. tract. 15. n. 95. vers. duodecima, & n. 119. Gambar. d. cap. 7. n. 36. vers. 51. & Gregor. XII I, Constit. 3. incip. Inter caetera, 6. Kalend. Junij 1572. in Bullar. tom. 2. pag. 363. Laurus. d. cap. 21. n. 126. [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 41.]*

150 *Quinquagesima tertia* contra eum, qui Agnos Dei à Sum. Pont. consecratos, depinxerit, aliquo colore infecerit, minio norarit, qui item venales proposuerit. Gregor. XII I. *Constit. 2. incip. Omni certè studio. 8. Kalend. Junij 1572. in Bullar. tom. 2. pag. 363. de qua meminere Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. cap. 43. n. 28. Fagundes in quinque Ecclesie præcepta lib. 1. c. 4. n. 25. Gambar. diēt. c. 7. n. 36. in fine. Nemini tamen referuari aſserunt Sayr. lib. 3. c. 35. n. 23. Memor. clericorum par. 9. excom. 62. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excom. 64. Laurus. d. cap. 23. num. 88. Filiuc. diēt. tract. 14. num. 94.*

Quinquagesima quarta contra eum, qui prætextu facultatum Apostol. quas à Pio V. & Gregor. XIII. Pontificibus abrogatæ sunt, Monialium Monasteria ingreditur: necnon contra Regularium Superiorum, qui earundem licentiarum prætextu ed aliquid ingredi permiserit, & qui prætextu licentiarum Episcopaliũ ed ingreditur necessitatibus non vrgentibus. Gregor. XII I. *Constit. 18. incip. Quæ Sanctimonialium, de ann. 1584. Sixtus V. in alia incip. Sanctimonialium, de ann. 1589. de quibus latè egimus in alleg. 102. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 3. excom. 11. Laurus. diēt. cap. 21. à num. 58. Contra Moniales exeuntes à claufura absque licentia Sedis Apostol. quocunque prætextu, nisi causa magni incendij, vel infirmitatis, lepre, aut epidemice per Episcopum in scriptis approbata, &c. in Constit. 8. Pij V. incip. Decori, de qua inf. alleg. 102. Item contra mulieres ingredientes claustra Regularium virorum in Constit. 28. Greg. XIII. incip. Vbi gratia, de qua in diēt. alleg. 102. Et contra feminas ingredientes monasteria Regularium prætextu facultatum in Constit. 22. Pij V. incip. Regularium, de qua Filiuc. tract. 15. num. 95. vers. 11. & num. 118.*

152 *Quinquagesima quinta* contra quemcunque qui Barboſ. de Episcopo Pars III.

sal exterum in vibes, & oppida, eaque loca Sedi Apostol. subiecta asportauerit, Gregor. XII I. *Constit. 49. incip. Ex incumbenti, die 17. Decemb. 1577. in Bullar. tom. 2. pag. 419. Gambar. d. cap. 7. num. 38. in princ. ab hac censura in foro confidentiæ credere excludi viatores, qui aut munditie gratia, aut gustus causa ad usum itineris modicum sal, & in parua quantitate asportant, quamuis in foro exteriori aliter iudicaretur, per doctrinam Baldi in l. 1. C. qua res exportari non debent, vbi prohibitus extrahere vinum de aliquo loco, non potest portare metretam gustus causa, de qua vide Strac. de mercat. par. 4. num. 26. Viui. tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 17. num. 220. vers. amplia secundo, Tiracq. de iudicio in rebus exig. vers. 31. Mexia in tract. iassa panis, concl. 1. num. 29. Bobadil. in sua politica lib. 4. cap. 5. num. 1. & 39. Pradil. in summa legum pœnalium, par. 2. casu 17. num. 8.*

Quinquagesima sexta contra quemcunque qui frumenta, fruges, legumina, & animalia cuiusvis generis extra statum Sanctæ Romanæ Ecclesie quouis modo exportauerit. Gregor. XII I. *Constit. 98. incip. Non sine graui, die 10. Decemb. ann. 1584. in Bullar. pag. 485. Memor. clericorum cap. 9. excom. 32. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excommuni. 34. vbi notat hanc censuram, nec per supradictam Gregorij Constit. nec per aliam Pauli V. de qua infra, esse reservatam, sed ex consuetudine, & vt aiunt, viuz vocis oraculo haberi pro reservata. Laurus. d. c. 21. n. 76. Filiuc. tract. 15. n. 127. vers. quartas, & n. 145. Gambar. d. cap. 7. n. 38. vers. 55. [latè Bonac. d. disp. 2. q. 3. puncto 42.] & nouissimè innouauit, & extendit cum reuocatione in dulcorum omnium, & licentiarum quomodolibet similia extrahendi concessarum, Paul. V. *Constit. 2. incip. Inter grauiſsimas, de ann. 1606. quam latè declarat Filiuc. d. tract. 15. num. 157. cum seqq. moderauit, excommunicationes, & censuras in certis casibus non incurrere decernens, Gregor. X V. sua Constit. sub dat. 30. Iulij 1622. Limitarem, quando huiusmodi frumenta extracta sint è loco extra Ecclesie statum, & per transfennam per illum deferturum, extrahens enim res vetitas per transitum, non ex loco prohibito, sed aliunde, non incidit in pœnam statuti prohibentis aliquid deferri extra territorium, Ignat. del Villar in Sylua responsorum, lib. 1. resp. 5. par. 1. n. 31. quem refert doctissimus parens meus in annor. ad Ordin. Regiam Lusit. lib. 5. tit. 12. in princ. n. 2. Tamen contrarium tutius ducò propter dictionem, quouis modo, quæ est aded generalis, vt comprehendat ea, quæ aliàs non venient, ex Cened. præf. & canon. quas. sing. 96. n. 2. & citatis per me in Remissi. de dictionib. & claus. diēt. 291. [Vnde transferentem farinam ad præfata loca subijci excommunicationi, resoluunt Duard. in Bull. Cœna lib. 1. c. 3. q. 4. n. 9. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 5. cap. 26. q. 2. vers. quæres, Filiuc. tract. 15. cap. 6. q. 9. num. 158. Bonac. diēt. puncto 42. num. 4.]**

Quinquagesima septima contra quemcunque Religiosum Sancti Francisci de Obseruantia, qui contemptis Superioribus suis ad tribunalia appellauerit, & ad ea confugerit, Greg. XIII. *const. 27. incip. Quoniam nostro, die 8. Aprilis ann. 1575. in Bullar. tom. 2. pag. 393. Laurus. d. cap. 11. num. 77.*

Quinquagesima octava contra quemcunque Fratrem Eremitam Sancti Augustini Congregationis Lombardie, qui obedire constitutioni neglexerit de exemptione Monialium eiusdè Ordinis, Greg. XIII. *constitutio 17. incip. Pro nostri, die 26. Maij 1574. in Bullar. tom. 2. pag. 381. Laurus. d. cap. 21. num. 121.*

136 *Quinquagesima* contra quemcunque Monachum Ordinis Cisterciensis, qui aliquid commiserit, contra Constitutionem editam de exemptione Monialium ab eodem Ordine, Gregor. XIII. *Constit. incip. Vniuersi*. Lauor. d. cap. 21. num. 123.

157 *Sexagesima* contra quemcunque, qui subiectus ditioni Ecclesiasticae, homicidas, grassatores, & damnatos crimine capitali exiles receperit, recipere permiserit, qui item impeditur ne capiantur, qui etiam fecerit, ut capti euadant, qui praeterea impeditur iustitiae ministros, aut eos aliquo modo petterefecerit, Gregor. XIII. *constit. 65. incip. Tanta, 5. Idus July ann. 1580. in Bullar. tom. 2. pag. 447. Lauor. d. cap. 21. num. 72.*

158 *Sexagesima prima* contra quemcunque, qui sine concessione Summi Pontificis in prouinciam Mediolanen. sacras reliquias sportauit, qui item ab vna Ecclesia ad aliam transfulerit, qui aliquam earum particulam concesserit, donauit, qui item acceperit, Gregor. XIII. *in constit. incip. Pontificia sollicitudinis*, Lauor. d. cap. 21. n. 128. Gambar. d. c. 7. n. 40.

159 *Sexagesima secunda* contra facientes iurata illicita, vel de obseruandis ordinationibus, & statutis contrariis decretis Concilij Trid. Gregor. XIII. *in constit. 103. incip. Inter Apostolicas, de ann. 1584. Nonis Septembris*, Memoriale clericorum cap. 9. *excomm. 26. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excomm. 28. Lauor. d. cap. 21. n. 67. Filliuc. tract. 15. n. 127. vers. tertia, & n. 144. [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 17.]*

160 *Sexagesima tertia* contra omnes cuiuscunque status, & praeminentiae existant, qui Societatis Iesv institutum, constitutiones, &c. quouis disputandi, vel etiam veritatis indagandae quaesito colore, directè, vel indirectè, impugnent, vel eis contradicere audent, Gregor. XIII. *const. 102. quae incip. Ascendente Domino*, referunt [Fr. Emman. *quatt. Regul. tom. 1. q. 1. art. 5. ad finem*, Bonac. d. disp. 2. q. 3. puncto 35.] Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excomm. 32. Lauor. d. cap. 21. n. 83. Filliuc. tractat. 15. num. 127. vers. secunda, & num. 143. Item contra Religiosos omnes, exceptis Carthusianis, qui recipiunt aliquem Religiosum Societatis Iesv sine licentia sui Superioris; & haec excommunicatio est etiam contra ipsos Iesuitas ingredientes Religionem aliam ad Carthusiana, & contra dantes auxilium, &c. *ex constit. Pij V. incip. Equum reputamus*, quae est in priuilegiis dictae Societatis, Lauor. d. cap. 21. num. 124. Filliuc. *tract. 15. n. 197. vers. septima.**

161 *Sexagesima quarta* contra mouentes libros, & monumenta quaeunque ex bibliothecis Ordinis Fratrum Carmelitarum, Clem. Octauus *constit. 24. incip. Quae ad tuenda, die 29. Maij 1593. in Bullar. tom. 3. pag. 31. Lauor. d. cap. 21. num. 89.*

162 *Sexagesima quinta* contra Fratres Praedicatorum Ordinis Sancti Dominici, qui ad defectum consequendi officium Magistri Generalis pro se, vel aliis ad fauores extra religionem recurrunt, vel aliis minus legitimis viis, & modis illud obtinere quaerunt, Paul. V. *constit. 39. incip. Admonemur, die 7. Ianuarij 1608. in Bullar. tom. 3. pag. 228. Lauor. d. cap. 21. num. 80.*

163 *Sexagesima sexta* contra afferentes Confessionem, & absolutionem sacramentalem inter absentes per litteras posse fieri in decreto edito in Congreg. generali S. R. Inquisitionis iussu Clementis VIII. sub die 20. Iunij 1602 quod ad litteram referunt Piafec. *in praxi Episcop. par. 2. cap. 1. n. 6. in fine*, [Bonacin. d. disp. 3. q. 2. p. 33. vbi quod haec

excom. est reseruatà Papae.] Coriolan. *de casibus reseruat. part. 1. art. 20. num. 2. & Lauor. de indulg. p. 2. cap. 28. num. 54. & Molfet. in sum. Theologiae moralis tract. 7. cap. 5. num. 54. & de eius materia Filliuc. tract. 15. num. 127. vers. sexta, & num. 156.*

164 *Sexagesima septima* contra eos, qui armorum collectas & caualcas faciunt, *ex Constit. 1. Alex. VI. incip. Inter multiplices, Kalend. Aprilis 1493. & ex constit. 75. Sixti Quinti, incip. Dum pro communi*, 11. *Marij ann. 1588. in Bullar. tom. 2. pag. 617. Lauor. d. cap. 21. num. 87.*

165 *Sexagesima octaua* fertur contra Regulares, qui ex insulis Philippinis, & aliis Indiarum partibus, ad Iaponicas comitant. *ex constit. 74. Clementis Octauus, incip. Onerosa, die 12. Decemb. ann. 1600. in Bullar. pag. 106. tom. 3. & in constit. 90. alias 2. append. Pauli Quinti incip. Sedis Apost. die 11. Iunij 1608. in Bullar. tom. 3. pag. 48. append. Lauor. d. cap. 21. num. 88.*

166 *Sexagesima nona* contra Fratres Ordinis Beatae Mariae de monte Carmelo, qui ad Tribunalia secularia, quouis praetextu, aut quaesito colore appellare, vel ad illa confugere, aut ea propterea quoquo modo adire audent, & praesumunt, *in constit. 100. Clement. VIII. incip. Quoniam die 20. Septemb. 1604. in Bullar. tom. 3. pag. 159. Lauor. d. c. 21. n. 89.*

167 *Septuagesima* contra omnes extrahentes delinquentes à sacris locis, praeterequam in casibus concessis per Gregor. XIV. *in sua constit. quae incip. Cum alias*, atque etiam in illis, abiquè licentia Episcopi, vel Ordinarij loci, habetur *in d. constit. Cum alias*. Et quod sit reseruatà Sedi Apost. declarauit S. Congreg. sub die 23. Nouemb. 1617. approbante Paulo V. Lauor. d. cap. 21. n. 90. & de illa vide Filliuc. *tract. 15. n. 127. vers. 5. & num. 148. cum multis seqq. [Vgolin. de officio Episc. c. 6. §. 9. Duard. in Bullam Cæna lib. 6. in §. 2. q. 1. num. 16. Nald. in sum. verb. casus n. 9. me citato in hoc loco nouissime Bossi. de triplici iubilaei primil. sect. 1. casu 2. n. 3. Poena excommunicationis contra violatores immunitatis Ecclesiasticae de iure reperitur expressa in c. de finiuir, & in cap. frater, & in c. minor, & in c. quisquis 17. q. 4. in quibus iuribus non videtur imposita excommunicatio ipso facto, sed comminatorie, & sub conditione, si violator immunitatis Ecclesiasticae non satisfaciatur, & reum non restituatur: ita Zerol. in praxi Episcop. verb. immunitas vers. 14. Pereg. de immunit. cap. 15. n. 3. Farin. in simili tract. c. 20. n. 32. Verum in d. Constit. Gregorij XIV. extat excommunicatio ipso facto. Farin. d. loco n. 312. Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 16. §. 13. vbi in §. 16. an possit Episcopus absoluere.]*

168 *Septuagesima prima* contra Religionem Superiores, qui non paruenerunt Bullae Pauli Quinti editae ann. 1606. quae incip. *Romanus Pontifex*, & praecipit vt Religiosi de haeresi suspecti (cuiusmodi sunt sollicitantes mulieres in Confessione) ipsis Inquisitoribus denuncientur, ita vt pro ipsorum suspectorum Superioribus non sit amplius praeventio locus, Memoriale clericorum cap. 3. *excommunic. 11. vide infra post num. 169.*

169 *Septuagesima secunda* contra Praesidentes, & Officiales omnes Montium Pietatis Status Ecclesiastici, qui pecunias ad dictos montes quomodolibet spectantes in alios, quam pauperum vsus, deponere praesumunt, *in Constit. 89. Pauli Quinti, quae incip. Onerosa pastoralis, edita ann. 1615. refert Memor. clericorum capitulo 8. excommunicat. 3. Lauor. d. c. 21. n. 94. [Et contra impugnates in concionibus, aut*

aut disputationibus monte pietatis, Leo X. *in Constit. incip. Inter multiplices*, Bonac. d. 2. q. 4. puncto 2.]

170 *Septuagesima tertia* contra Superiores quorumcunque Ordinum & Religionum, qui suorum subditorum causas ad officium Inquisitionis spectantes, eorumque processus omnes non remittunt, & consignant ipsis Inquisitoribus, seu locorum Ordinariis respectiue, & contra eosdem, qui non denuntiant eidem Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum suos Religiosos, quos haeresis labe infectos, vel suspectos nouerint, & reseruat Papae *in Constit. 26. §. 6. Pauli V. de anno 1606. referunt Lauor. d. c. 21. n. 91. Filliuc. tract. 15. n. 196. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 3. excomm. 10. vbi aduertit non esse amplius locum praeventio, vt erat antea concessus superioribus in Constit. 67. Pij V. incip. Passoria. [latè Bonacin. disp. 2. q. 9. puncto 7.] Vnde ex vi Constit. alterius Pauli V. *in forma Breuij incip. Cum scius* editae de mense Septembris 1608. sub dicta censura comprehenduntur omnes, qui eidem Inquisitoribus, vel locorum Ordinariis non denuntiant Confessarios sollicitantes parum ante, vel parum post confessionem mulieres, siue sint Seculares, siue Regulares Confessarij, vt refert Rainer. loco proxime citato.*

171 *Septuagesima quarta* contra Confessarios Seculares, vel Regulares quorumcunque Ordinum, & Religionis, quibusuis priuilegijs, & indultis suffultos, qui absoluerè praesumunt à casibus clarè, vel dubiè in Bulla Cænae contentis, aut ab alijs casibus Papa libus, vel Episcopalis in decreto Congregationis Episcoporum & Regularium de mandato Clementis VIII. quod refert Quarant. *in sum. Bullarij verb. casus reseruat. pag. mihi 199. & seqq. & de eo meminit Rainer. in catalogo excommunicationum extra Bullam cap. 3. excomm. 1.*

172 *Septuagesima quinta* contra omnes Iudices, & quoscumque alios quouis nomine nuncupatos, & priuilegio munitos, etiam si Cardinales fuerint, qui in obligationibus, in forma Cænae, illarumque executione, aut in alijs causis ad officium Auditoris Cænae Apost. spectantibus quomodolibet se intromittere, aut ipsosmet Auditorem, eiusque locum tenentes super praemissis molestant praesumunt, *in Constit. Pij V. 38. incip. Ad extirpanda*, refert Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam cap. 8. excomm. 2.*

173 *Septuagesima sexta* contra Auditorem Camerae Apost. Vicarium, Gubernatorem Vrbis, & quoscumque alios quauis auctoritate fungentes, qui vigore facultatum, & auctoritatum illis concessarum praeter id, quod haec tenus obseruatum fuit, aliquid inuouant, seu alter ipsorum iurisdictionem alterius usurpat, *in Constit. 50. Pij V. incip. Cum scius ac cepimus*, [Bonacin. d. disp. 2. q. 7. puncto 7.]

174 *Septuagesima septima* contra Camerae Apost. Clericos, Notarios, Officiales, & quoscumque eorum ministros, qui in causis, negotijs, & expeditionibus, iuxta propriam eorum Tribunalis naturam non spectantibus quoquo modo se intromittere praesumunt, etiam praetextu quorumuis priuilegiorum, & indultorum, aut confucudinis, vel quasi possessionis, *in Constit. 70. Pij V. vt refert Rainer. d. cap. 8. excomm. 4. vbi aduertit hos Camerae Clericos nullam habere iurisdictionem vt singulos, nisi ex commissione eis facta in plena Camera, ideoque notarios & alios officiales illorum in expeditionibus, & scripturis conficiendis tenet mentionem facere tale negotium fuisse oppositum, & commissum in plena Camera.*

Septuagesima octaua contra quoscumque Camerales, qui aliorum suffragia, vel suam, aut aliorum sententiam in plena Camera apertam foris praefecerint, vel alicui indicauerint *in Constit. Pij V. 110. incip. Cum inter*, vt refert Rainer. d. cap. 8. *excomm. 5.*

176 *Septuagesima nona* contra scientes, & non reuelantes Papae si in Curia fuerint, vel Ordinario loci, aut viciniori Ordinario, auctorem, administratorem, vel confcium coniurationis, seu conspirationis, aut commissi, committendive criminis in persona Cardinalis, illiusve fauores, receptatores, vel occultatores, siue id cognouerint ex renunciatione sibi, vel per interpositam personam, aut per litteras facta, siue qualemcumque de hoc scientiam habuerint, vel etiam coniecerint ex scripturis, cætu, conatu, concursu, infidijs, alijsve signis, & indicijs, quantumcumque res alijs occulta sit: quod si crimen nondum commissum sit, tenentur sub eadem excommunicatione festinanter reuelare ipsimet Cardinali in quem crimen committendum erit, *in Constit. 93. Pij V. incip. Infelicis seculi*, prout referunt Rainer. *in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excomm. 23. Lauor. de Indulg. p. 2. cap. 21. num. 21. Filliuc. tract. 15. num. 95. vers. decima quinta, & num. 123.*

177 *Octogesima* contra promittentes, dantes, vel recipientes aliquid pro iustitia, vel gratia obtinenda apud Sedem Apost. & contra id scientes, & non reuelantes infra triduum à facta correctione fraterna, & contra vrentes sic obtentis, ac contra praestantes in hoc auxilium, consilium, vel fauorem, *in Constit. Gregorij XIII. 103. incip. Ab ipsomet Pont.* prout referunt [citati supra num. 107.] Lauor. d. cap. 21. num. 35. & Rainer. d. cap. 9. *excomm. 27. vbi aduertit Clementem VIII. in Constit. 100. incip. Pro commissa §. 22. praecipere vt eadem haec censura reseruat habeat locum etiam contra omnes supradictos pro gratia, vel iustitia obtinenda delinquentes in eisdem actionibus apud quouis Tribunalia, & eorum quoscumque Iudices etiam haec aliae Vrbis in Curia & extra illam in quibuslibet locis temporalis Sedis Apost. ditioni mediatè, vel immediatè subiectis, [quam Constit. refert & explicat Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 32.]*

178 *Octogesima prima* contra omnes, qui in quibusuis locis, modis & formis publicè, vel priuatim, palam, vel occultè singulare certamen ineunt, suadent, propocant, vel auxilium, consilium, aut fauorè praestant comitando, aut equos, arma, & comatus praebendo, *in Constit. 11. Clementis VIII. incip. Illius vices*, prout refert Rainer. d. c. 9. *excomm. 33. vide supra n. 120.*

179 *Octogesima secunda* contra accedentes ad sanctum sepulchrum causa deuotionis sine licentia Romani Pont. prout referunt S. Antonin. p. 3. *titul. 24. cap. 30. Soar. tom. 5. disp. 2. 2. sect. 9. n. 9. Lauor. d. cap. 21. num. 43. [Filliuc. tract. 25. c. 5. ad fin. Nau. cap. 27. n. 109. Bonac. d. disp. 2. q. 3. puncto 31.]*

180 *Octogesima tertia* contra Canonicos, beneficiatos, & Clericos Basilicae S. Petri de Vrbe ingredientes ipsam Basilicam absque habitu, quem in choro deferre solent, *ex Constit. Nicol. III. & V. Eugen. IV. & Pauli V. vt refertur in capitibus constitutionum dictae Basilicae sub tit. de modo inseruendi in celebratione diuinorum Officiorum num. 6. ful. 11.*

181 *Octogesima quarta* contra impediētes executionem litterarum S. Penitentiariae, *in Constit. Iulij III. incip. Rationi congruit*, prout refert Filliuc. *tract. 15. num. 95. vers. quarta, & num. 100. [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 19. vbi num. 3. & 4.*

air non ligari hac censura impediens iusta de causa, & nolentes exequi.]
182 Ologesimaquinta contra proponentes populo indicem casuum & gratiarum cum Indulgentiis, in Constit. 59. Pij V. incip. Quam plenam, vt refert Filliuc. d. tract. 15. n. 95. vers. decimasexta, & n. 124. [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 30 per rot. vbi n. 6. tener quòd Indulgentias publicans, vel concedens ob quæstum, censuram incurrit, siue id per se faciat, siue per alium, & num. 7. quòd ad istam excommunicationem incurrendam requiritur effectus publicationis, & num. 8. quòd cooperantes publicationi, vel concessioni Indulgentiarum, non subiciuntur excommunicationi.]
183 Ologesima sexta contra omnes, qui lapides, siue alia ornamenta Ecclesiarum ab iis subrepta habent, aut præstarunt auxilium in iis subripiendis, seruandis, retinendis, nisi à die habitæ notitiæ huius excommunicationis restituant cum effectu, in Constit. 3. Sixti V. incip. Cum prouida, vt refert Filliuc. d. tract. 15. num. 126. vers. prima [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 3. puncto 13.]
184 Ologesima septima contra Cardinales contrauenientes Bullæ Gregorij X. V. incip. Eterni, sub dat. 17. Kalend. Decembr. 1621, circa electionem Romani Pont. qui in nouem actionibus contrauenientes excommunicationem latæ sententiæ Papæ reservatam incurrunt. Prima si non seruauerint aliquid ex dictis à §. 1. vsque ad §. 14. vel quoquomodo directè, vel indirectè contrauenientes, vt in §. si quis autem 14. Secunda si in suffragiis dandis non seruauerint omnia & singula, quæ de scrutinij schedula ordinata sunt, vt in §. præterea statimimus 15. Tertia si scripserit schedulam nomine infirmi Cardinalis, & non seruauerit secretum d. §. præterea statimimus 15. Quarta si scrutatores infirmorum non seruauerint quæ statuta sunt in §. Adhæc 16. Quinta si non fecerint scrutationem iuxta formam præscriptam in §. similiter 17. Sexta si validitudo non impedit ad scrutinium non venerint, d. §. similiter 17. Septima si fecerint signa, pactiones, promissiones, & alia huiusmodi in electione facienda, vt in §. Cardinales 18. Octaua si non fecerint electionem in Conclauis clauso per secreta suffragia cum duabus ex tribus partibus Cardinalium presentium in Conclauis nullo præcedente speciali tractatu, nec seruatis reliquis in Bulla §. quod si electo 19. Nona si non seruauerint decretum, & præsumentes aliquid disponere, corrigere, alterare, mutare, moliri contra Bullam in §. postrema.
Ologesima octaua contra imprimentes, seu reimprimentes. euulgantes, seu venalia exponentes, aut etiam pro vtu proprio tenentes huiusmodi tractatum de Officio & Potestate Episcopi, necnon nostra Collectanea, aliaque opera in lucem à nobis eadenda, etiam cum addit. absque speciali nostra licentia in scriptis habita, in Constit. Urbani VIII. incip. Romanus decet, sub Dat. 15. Kal. Sept. 1626.

CATALOGVS EXCOMMUNICATIONUM PAPÆ RESERVATARUM EXTRA BULLAM IN CÆNA DOMINI PER STATUM PERSONAM ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.

CONTRA CLERICOS.

185 BSOLVENTES à casibus Bullæ Cœnæ, vel Ordinariorum, sup. num. 106. in fine, & num. 171.
Alienationem Ecclesiarum procurantes, sup. n. 39.

Beneficia in confidentiam retinentes, sup. num. 138.
Canonicos, & Clericos beneficiatos Basilicæ S. Petri de Vrbe illam ingredientibus absque habitu, sup. num. 180.
Confessarios commutantes aliquod quinque votorum, sup. num. 144.
Ecclesiasticum ad forum laicale trahentes, sup. num. 115.
Inducentes ad iurandum de eligenda sepultura, sup. num. 100.
Parochos non adimplentes iuramenta de residendo, sup. num. 132.
Participantes cum excommunicato à Papa, sup. num. 88.
Prædicatores, qui non seruauerint decreta pro eis in Lateranensi, sup. num. 119.
Procurantes eligi in successorem Papæ, num. 126.

CONTRA RELIGIOSOS.

186 ADMINISTRANTES sacramenta Vnctionis, & Euchariæ sine licentia Parochi, sup. num. 96. cum segg.
Claustales recipientes Minimos sine licentia Papæ, sup. num. 105. vers. 13.
Dominicanos, qui ad effectum consequendi officium Magistrj generalis pro se, vel aliis ad fauores, &c. sup. num. 162.
Dominicanos apostatas retinentes, num. 105. vers. 5.
Eremitas S. Augustini Congreg. Lombardiæ qui obedire constitutioni neglexerint de exemptione Monialium, sup. num. 155.
Euntes ultra mare sine licentia superioris, sup. num. 105. vers. noua.
Fratres Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, qui ad tribunalia secularia, &c. sup. num. 166.
Humiliatorum professos aliquem admittentes ad habitum, seu professionem illius Ordinis, sup. num. 136. in fine.
Matrimonium ministrantes siue solemnizantes Regularis Sacerdotes sine licentia, &c. sup. num. 199.
Mendicantes transeuntes ad non Mendicantes, sup. num. 105. in princ.
Minimos subrahentes se ab obseruantia Correctorium.
Minores recipientes Fratres Ordinis Prædicatorum, sup. num. 105. vers. decima.
Minores tempore interdicti admittentes Fratres certij Ordinis ad diuina, sup. num. 102.
Minores de Obseruantia subornantes in electionibus, &c. sup. num. 105. vers. 15. num. 148.
Monachum Ordinis Cisterciensis qui aliquid commiserit contra Constit. editam de exemptione Monialium ab eodem Ordine, sup. num. 156.
Moniales exeuntes de clausura absque licentia, &c. sup. num. 136.
Regulares, qui ex insulis Philippinis, & aliis Indiarum partibus ad Iaponicas commigrant, sup. num. 165.
Religiosum S. Francisci de Obseruantia qui contemptis suis Superioribus ad tribunalia appellauerit, sup. num. 154.
Societatis IESV aliquem recipientes exceptis Carthusianis, absque licentia, sup. num. 135.
Superiores non denunciante eos, qui sollicitant mulieres in Confessione, sup. num. 168.

Sup

Superiores quorumcumque Ordinum, qui suorum subditorum causas ad officium S. Inquisitionis, &c. sup. num. 170.
Ternarios portantes habitum Ministrorum, sup. n. 105. vers. decima quarta.
Contra personas publicas.
187 ANNIENTES personas Ecclesiasticas.
Cameræ Apost. Clericos, notarios, qui in causis iuxta propriam eorum tribunalis naturam non spectantibus quoquomodo se introuertere præsumunt, &c. sup. num. 174.
Cardinales non seruantes statuta à Iulio II. sup. num. 127.
Cardinales reuelantes gesta in secreto Consistorio, sup. num. 128.
Cardinales ambientes Papatum, & simoniacos eius causa.
Cardinales simoniacos in Ordine & beneficio.
Cardinales contrauenientes Bullæ de electione Pontificis, sup. num. 184.
Commissarios, vel Delegatos ad cognoscendum an alienatio bonorum Ecclesiæ, &c. sup. num. 131.
Dominos temporales cogentes aliquem tempore interdicti celebrare diuina, sup. num. 101.
Duellum concedentes, vel permittentes in terris suis.
Episcopos, qui in suspensione conferunt beneficia, sup. num. 147.
Gubernatores locorum status Ecclesiastici, qui licentiam ferendi arma tribus palmis breuiora concedunt, sup. num. 140.
Inquisitores malè procedentes contra hæreticos, sup. num. 95.
Iudices, qui in obligationibus in forma Cameræ, & alijs causis ad officium A. C. spectantibus se introuertere, &c. sup. num. 162.
Nuncium Apost. qui à Principibus, ad quos mittitur, dignitate, aut gradus obtinendi causa litteras commendatitias, &c. sup. num. 134.
Officiales non reddentes integrè computa Cameræ Apost. sup. num. 123.
Officiales Pœnitentiariæ facientes sibi interdicta, sup. num. 137.
Officiales status Ecclesiastici recipientes munera præter comestibilia, sup. num. 116.
Prælatos vexantes censuris commorantes in seruitio Papæ.
Prælatos, qui Ecclesiasticum traxerint ad forum secularè.
Prælatos dantes nunciatis prouisionem beneficiorum.
Præsidentes Montium pietatis status Ecclesiastici, qui pecunias ad dictos montes, &c. sup. n. 169.
Principem quemcumque laicum reformationem Fratrum Conuentualium impediens, &c. sup. num. 105. vers. sexta.
Prohibentes subditis ne vendant Ecclesiasticis, sup. num. 93.

CONTRA OMNES.

188 ABSOLUTOS ab excommunicatione sub conditione non adimplentes, sup. num. 95. in fine.
Alumina ex partibus infidelium deferentes, sup. num. 141.
Animalia, & alia bona diripientes ex Ecclesiæ statu.

Armatorum collectas, & caualcas facientes, sup. num. 164.
Bona Ecclesiæ occupantes, &c. sup. num. 130. [Cameræ Apost. libros, vel scripturas occultantes, sup. num. 122.]
Cardinalis personam offendentes.
Cardinalium in Conclauis bona occupantes, sup. n. 108.
Capientes Christianos habitantes inter Turcas, sup. num. 141.
Clericorum percussores, sup. num. 83. vers. prima.
Communicantes in crimine cum excommunicatis à Papa.
Confessionem Sacramentalem contra docentes posse fieri in absentia, sup. num. 163.
Conspirantes in personam Romani Pont. sup. num. 106. in princip.
Conspiraciones contra Cardinales non reuelantes, sup. num. 80.
Dantes, & recipientes ob ingressum Religionis sup. num. 104.
Dantes, & recipientes pro gratia, aut iustitia, apud Sedem Apost. sup. num. 107. & 177.
Dantes nunciatis prouisiones beneficiorum, sup. num. 113.
Defunctorum corpora exenterantes, sup. num. 103.
Dicentes mortaliter peccare, vel esse hæreticos eos, qui defendunt Sanctissimam Virginem esse conceptam sine peccato, &c. sup. num. 109.
Dicentes, vel defendentes quod Fratres Prædicatores, & Minores non sint in statu perfectionis, sup. num. 105. vers. tertia.
Duellum committentes, consulentes, &c. sup. num. 129.
Eligentes potentia insignem in Senatorem Romanum, sup. num. 91.
Examini se supponentes pro alio, vt Beneficium Ecclesiasticum impetret, sup. num. 124.
Executionem litterarum sacræ Pœnitentiariæ impediens, sup. num. 181.
Extrahentes delinquentes à sacris locis, præterquam in casibus concessis per Gregorium XIV. sup. num. 167.
Falsarios litterarum Pontificalium, sup. num. 84.
Falsificantes monetam Regis Franciæ.
Fœminas ingredientes Monasteria Regularium, sup. num. 151.
Fructus primi, vel secundi anni beneficij vacantis accipientes, sup. num. 139.
Frustrum ex statu Ecclesiastico & locis immediatè extrahentes, sup. num. 153.
Immunitatem Ecclesiasticam violantes, sup. num. 167.
Impediens, vel perturbans Episcopos, & Inquisitores in officio S. Inquisitionis, sup. num. 121.
Incendiarios ab homine excommunicatos, & denunciandos, sup. num. 89.
Indulgentias, & indicem casuum populo proponentes, sup. num. 182.
Interdictum violantes modis prohibitis in Clem. grauis, de ser. excom.
Interdictum Sedis Apost. violantes, sup. num. 106. in princip.
Iocalia, & alia quacumque ad Sedem Apost. spectantia detinentes, ac scientes, & non reuelantes, sup. num. 122.
Iurare facientes illicita, & contraria libertati Ecclesiasticæ, sup. num. 159.

D 3 Laicum,

Laicum, qui Ecclesiasticum relegauerit, &c. *sup. num. 114.*
 Lapides, & ornamenta de Ecclesiis, vel locis sacris auferentes, &c. *num. 117. & 183.*
 Libros, vel scripturas Camere Apost. occultantes, vel retinentes, *sup. num. 122.*
 Libros, & monumenta quaecunque ex bibliothecis Ordinis Fratrum Carmelitarum mouentes, *sup. num. 161.*
 Litteras mittentes, aut nuncium in conclauē, *sup. num. 129.*
 Magistratus prouinciae Marchiae Anconitanæ offendentes.
 Ministros Camere Apost. rationes integrè & fideliter non reddentes, *sup. num. 123.*
 Montium pietatis, & piorum locorum bona occupantes, [vel in alios. quàm pauperum vsus expendentes, *sup. num. 169.*]
 Mulieres Monasteria Regulatium etiam Mendicantium, ingredientes, *sup. num. 135.*
 Nepotes Cardinalium se fingentes vt expediant gratis litteras Apost. *sup. num. 118.*
 Papatum ambientes, cuiusque causa simoniam committentes.
 Papæ suadentes, vt infunderet bona Ecclesiae, *sup. num. 149.*
 Perseuerantes per annum in excommunicatione lata à legato Papæ, *sup. num. 87.*
 Parentes aliquid in collatione, aliave prouisione beneficiorum, &c. *sup. num. 125.*
 Recipientes, recipere permittentes Ecclesiae ditiori subiectos homicidas, grassatores, &c. *sup. num. 157.*
 Reliquias sacras asportantes in prouinciam Mediolanensem, sine concessione Summi Pont. *sup. num. 178.*
 Sal exterum asportantes in Vrbes, & oppida Sedi Apost. subiectas, *sup. num. 152.*
 Sacrilegos effringentes Ecclesias.
 Sepulchrum Domini petentes sine licentia Papæ, *sup. num. 179.*
 Simoniacos in Ordine, & beneficio, *sup. num. 104.*
 Simoniam confidentialem committentes, *sup. num. 138.*
 Societatis IESV institutum impugnantes, *sup. num. 160.*
 Sponsiones &c. facientes super vita, aut morte, aut futura creatione summi Pont. *sup. num. 126.*
 Tributa à personis Ecclesiasticis exigentes, *sup. num. 92.*
 Vexantes eos, qui censuras in aliquos intulerunt, *sup. num. 94.*

DE EXCOMMUNICATIONIBVS nemini reseruatis.

EX DECRETO.

Prima habetur in c. nulli fas 19. dist. cōtra contrumaciter asseretes Romanam Ecclesiam nō esse caput omnium Ecclesiarum, prout referunt Lator. de Indulg. p. 2. c. 23. n. 1. Filliuc. tract. 14. cap. 3. num. 43. Si tamen firmiter & veraciter ita crederet, esset haereticus, & absolutio Papæ reseruata, ita Bulla Cœnæ, *Casu I.*
Secunda, in cap. hanc consuetudinem 10. quest. 2. contra Laicos, qui oblationes Sacerdotibus factas [intra Ecclesiam de ea auferunt, & sibi vsurpant.] vt referunt Iacob. de Grass. in aurois decis. p. 1. lib. 4.

cap. 24. num. 10. Lator. d. cap. 23. num. 2. Memor. clericorum cap. 8. excom. 14. [latè Bonacin. de excommunicatione contra Bullam disp. 2. puncto 1. à num. 1. vbi contra Filliuc. in quasi. moral. tract. 16. cap. 3. quas. 4. num. 48. retoluit præfatam excommunicationem esse ipso iure latam, & statim incurri, & num. 7. tenet eam non esse reseruata.]

Tertia, in cap. administratores 23. quest. 5. contra omnes Principes, & Officiales, qui tertio admoniti ab Episcopis, vel Ecclesiasticis personis recusant facere iustitiam super eorum causis, vt referunt Tolet. in instr. Sacerd. lib. 1. cap. 37. num. 1. Soar. tom. 5. disp. 29. sect. 2. num. 1. Nauar. cap. 27. n. 112. Rainer. in catal. censurarum extra Bullam cap. 7. excom. 5. Lator. d. p. 2. cap. 23. num. 3. Filliuc. d. tract. 14. num. 164.

Ex Decretalibus.

Prima habetur in c. licet de emittendis 6. de elect. contra assentientem electioni de se factæ in Summ. Pont. à paucioribus, quam duabus Cardinalium partibus, & contra talem recipientes, vt referunt S. Antonin. par. 3. tit. 24. cap. 48. Nauar. in man. c. 27. num. 114. Lator. d. p. 2. cap. 23. num. 4. Filliuc. d. tract. 14. num. 43. vers. 3. Gambar. de casibus reseruatis. cap. 9. num. 5. vers. secunda.

Secunda in cap. non magnopere, ne clerici, vel Monachi, contra Religiosos Professos de claustris exeuntes ad audiendas leges Ciuiles, vel Physicam si infra duorum mensium spatium non redierint, vt referunt Soar. tom. 5. disp. 23. sect. 3. num. 9. Filliuc. d. tract. 14. à num. 126. & seq. Lator. d. p. 2. cap. 23. num. 8. [Et satis esse exire, & in eodem oppido præfatas scientias audire, & ad Monasterium finita lectione redire existimant Suar. d. disp. 23. sect. 3. num. 11. Filliuc. d. tract. 14. num. 128. Sed contrarium, immo Religiosum non incurtere hanc censuram audiendo medicinam, aut leges in eadem ciuitate, si domum serò redeant, multo melius resoluunt Nauar. d. cap. 27. num. 107. Tolet. d. lib. 1. cap. 38. num. 6. Sayr. d. lib. 3. cap. 23. num. 2. Sanctarel. de apostaf. cap. 2. num. 19. Bonacin. d. disp. 2. quest. 8. puncto 7. num. 2. vbi num. 4. contra Suar. Sayr. & Filliuc. tenet non incidere in hanc excomm. Religiosum qui non exiit animo audiendi medicinam, vel leges, quamuis postea extra claustrum permaneat animo eas audiendi, & num. 7. resoluunt quod Religiosus Monasterio egressus intentione audiendi medicinam, vel leges, hanc excomm. incurrit, etiam si postquam egressus est mutauerit intentionem illas audiendi, & n. 8. quod in hanc excomm. non incidit Religiosus egrediens Monasterium ad docendum medicinam vel leges.]

Tertia in cap. quoniam, de officio Ordin. contra Episcopum, qui in ciuitate diuersarum linguarum suscipit eorum regimen, qui sunt linguae suae, priusquam suscipiatur à proprio Episcopo in coadiutorum suum, vt referunt Nauar. d. cap. 27. num. 114. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 32. num. 1. Filliuc. d. tract. 14. num. 100. & num. 153. Memor. clericorum cap. 1. excommunic. 10. Gambar. d. cap. 9. num. 5. vers. tertia. [Bonacin. d. disp. 2. quest. 4. puncto 4. & quest. 6. p. 1.]

Quarta in cap. 1. de locato, contra Doctores, & scholares vniuersitatis Bononien. qui conducunt domos alterius Doctoris, seu scholaris ante finitam locationem, sine eius consensu, vt referunt Nauar. d. cap.

Ex sexto Decretalium.

Prima habetur in c. ubi periculum, de elect. contra mittentes scripturas, vel nuncios alicui Cardinali in Conclauē existentem ad electionem Romani Pont. vel cum eo secretè loquentes; item contra officiales, qui non seruant contenta in eod. cap. ubi periculum, vel circa ipsum fraudem committunt, vt referunt Syluest. d. verb. excommunicatio 9. num. 35. casu 12. Nauar. d. cap. 27. num. 121. Memor. clericorum cap. 7. excomm. 5. [Soar. disp. 23. sect. 4. num. 1. Bonacin. d. disp. 2. q. 10. puncto 1.] Lator. d. cap. 13. num. 28. Filliuc. d. tract. 14. n. 53. vers. 1. & num. 54. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 7. excomm. 5. & cap. 9. excomm. 45. vbi aduertit recipientes, vel mittentes litteras, nuntium, notam, aut signum aliquod iisdem dum sunt in Conclauē, contrahere excommunicationem Papæ reseruata in Constit. 80. Pij IV. incip. In eligendis, Gambar. de casibus reseruatis cap. 10. num. 1. [Sayr. d. lib. 3. cap. 35. num. 3. latè Bonacin. d. disp. 2. q. 2. p. 34. à num. 1. vbi num. 3. limitat quado litteras ad Cardinalem non perueniunt, & num. 12. quod deferentes litteras non ligantur hac excommunic.]

Secunda, in cap. sciant cuncti, eod. tit. contra omnes qui siue per se, siue per alios iniuste prosequuntur, aut spoliunt beneficiis, vel bonis suis clericos, aut Ecclesiasticas personas, aut eorum consanguineos, aut Ecclesias, monasteria, vel alia pia loca, eo quod noluerint, aut nolunt eligere eum, pro quo ipsi rogarunt, seu inducebant eligere, vt referunt Syluest. d. verb. excommunicatio 9. num. 38. casu 13. Nauar. d. cap. 27. num. 123. Tolet. d. lib. 1. cap. 38. num. 4. Soar. d. disp. 23. sect. 4. num. 3. Sayr. d. lib. 3. cap. 34. num. 7. Lator. d. cap. 23. num. 22. Rainer. d. cap. 9. excomm. 45. Filliuc. d. tract. 14. num. 53. vers. secunda, & num. 55. Gambar. d. cap. 10. num. 2. in fine; & num. 3. [latè Bonacin. d. disp. 2. quest. 2. puncto 19. à num. 1. vbi num. 3. quod contumeliis afficiens electorem eo quod noluerit eum eligere, pro quo rogabatur, non ligatur excommunicatione, & num. 6. quod vexans laicum electorem non incurrit hanc excommunicationem.]

Tertia in cap. generali, eod. tit. contra vsurpatores de nouo regalia, custodiam, siue guardiam titulo aduocationis, siue defensionis in Ecclesiis, sine quibuslibet aliis piis locis præsumunt occupare, vel capere aliqua illorum bona dum vacant, vt referunt Memor. clericorum cap. 9. excomm. 42. [Soar. d. lib. 3. cap. 34. num. 10. Lator. d. p. 2. cap. 23. num. 12. Filliuc. d. tract. 14. n. 53. vers. tertia, & num. 56. & num. 99. vers. quarta, & num. 106. Rainer. d. cap. 9. excomm. 44. vbi cum Soar. d. disp. 23. sect. 4. num. 6. norat occupationem bonorum cum effectu, & simul vsurpationis conatum requiri ad contrahendam hanc censuram. [Bonacin. d. quest. 2. puncto 23.]

Quarta in cap. indemnitatibus, §. postremo, eod. tit. de elect. contra eum, qui vocatus, seu deputatus ad dirigendas moniales in electionibus non tēperat ea, ex quibus discordia nasci, vel foueri possunt, vt referunt Memor. clericorum cap. 9. excomm. 44. Soar. d. disp. 23. sect. 4. num. 8. Lator. d. cap. 23. num. 21. [latè Bonacin. d. disp. 2. quest. 2. puncto 5.] Filliuc. d. tract. 14. num. 53. vers. quarta, & num. 57. Rainer. d. cap. 9. excomm. 46. vbi cum gloss. & Caiet. obseruat quod si quis

d. cap. 27. num. 114. vers. 4. Soar. d. disp. 23. sect. 3. num. 3. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 8. excom. 15. Lator. d. par. 2. cap. 23. n. 10. Filliuc. d. tract. 14. num. 49. Gambar. d. cap. 9. num. 5. in fine. [Sayr. d. lib. 3. cap. 35. num. 1. latè Bonacin. d. disp. 2. quest. 2. puncto 37. à num. 1. vbi num. 4. resoluunt quod scholaris Academiae Bononien. conducens alterius domum abique ipsius damno ante finitam locationis tempus non incurrit excommunicationem, & num. 5. quod ista excommunicatione non afficit Magistros, & scholares aliarum Vniuersitatum, & num. 6. quod non est reseruata.]

Quinta in cap. clericis, ne clerici, vel monachi, contra clericos habentes officium Vicecomitis, vel Præpositi secularis si admoniti non desistant, vt referunt Nauar. d. cap. 27. num. 117. vers. septima, Iacob. de Grass. d. par. 1. lib. 4. cap. 22. num. 32. Tolet. in instr. Sacerd. lib. 1. cap. 37. num. 7. Soar. tom. 5. disp. 23. sect. 3. num. 21. Lator. d. p. 2. cap. 23. num. 7. Filliuc. tract. 14. num. 105. Gambar. d. cap. 9. num. 7. [Bonac. d. disp. 2. quest. 4. puncto 5.]

Sexta in cap. fin. eod. tit. ne clerici, vel monachi, contra Monachos & Canonicos Regulares, Archidiaconos, Decanos, Præpositos, Plebanos, & alios clericos Perionatus habentes, vel quoscunque Presbyteros, qui leges, vel Physicam audiunt extra claustrum, nisi intra duos menses redierint, vt referunt Nauar. d. cap. 27. num. 116. Tolet. d. lib. 1. cap. 37. num. 4. Soar. d. disp. 23. sect. 3. num. 9. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 2. excomm. 10. & 11. & cap. 5. excomm. 13. Filliuc. d. tract. 14. num. 101. [Bonac. d. disp. 2. quest. 4. puncto 6.]

Septima in cap. non minus, & in cap. aduersus, de immuni. Eccles. contra laicos collectas imponentes Clericis, vel Ecclesiis, seu iurisdictionem eorum vsurpantes si moniti non desistant, vt referunt Filliuc. d. tract. 14. num. 43. vers. 4. & Lator. d. cap. 13. num. 26. vbi refert hodie reseruati in Bulla Cœnæ.

Octaua in cap. excommunicationi, de raptoribus, contra eos, qui capiunt bona Christianorum naufragio perdita, & non restitunt, quæ hodie est de reseruatis in Bulla Cœnæ Domini §. 4. vt per Filliuc. d. tract. 14. cap. 3. num. 43. Gambar. de casibus reseruatis cap. 9. num. 8.

Nona in cap. 1. de schismat. contra euentes rein Ecclesie, vel aliter acquirentes à schismatico, necnon contra tenentem beneficium à schismatico, & innitentem ordinationi factæ per schismaticum, vt referunt Nauar. in man. cap. 21. num. 117. Lator. d. par. 2. cap. 23. num. 5. Filliuc. d. tract. 14. num. 43. vers. secunda.

Decima in cap. nouerit, de sentent. excomm. contra omnes seruari facientes statuta edita & consuetudines introductas contra vniuersalis Ecclesie libertatem, vel nisi ea intra duos menses faciant amoueri de capitularibus suis, id est, de publicis Communitatium libris, & contra alias personas auxilium ferentes ibi nominatas, vt referunt Syluest. in sum. verb. excommunicatio 9. num. 31. Lator. d. cap. 23. num. 11. Filliuc. d. tract. 14. num. 43. vers. quinta, & num. 165. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 7. excomm. 8. vbi aduertit illos, qui de nouo talia statuta edere præsumunt, esse excommunicatos in Bulla Cœnæ Domini. Gambar. d. cap. 9. num. 9. [Bonacin. d. disp. 2. quest. 10. puncto 3.]

non vocatus interfit, & perturbet, vel vocatus, sed post electionem iam factam perturbat, non incurrit censuram, secus si non vocatus superior esset, quia si ille perturbat, dum interest, censura ligatur. Gambar. dist. cap. 10. num. 4. vers. quinta.

205 Quinta, in cap. hac constitutione, de officio deleg. contra partes incitantes Conseruatorem sibi datum, vt intromittat se in iis, quæ non continent apertam violentiam, vel iniuriam, & exigunt altiore inuaginem, siue iudicalem discussionem, vt referunt Memor. clericorum cap. 19. excomm. 64. Rainer. d. cap. 9. excomm. 47. Filliuc. d. tract. 14. num. 53. vers. quinta, & num. 58. Gambar. d. cap. 10. num. 6. in princip. [latè Bonacin. d. disp. 2. quest. 2. puncto 35. Intellige dummodo Conseruator non habeat priuilegium cognoscendi de huiusmodi actibus, vt per Nauar. dist. cap. 27. num. 125. Siar. de censur. disp. 23. sect. 4. num. 10. ad fin. Filliuc. d. tract. 14. num. 58. ad fin. Monet. de censur. cap. 7. num. 587. ad finem quest. 11. & num. 605. Bonacin. d. puncto 35. num. 2. vbi num. 3. cum citatis resoluit quod procurans vt Conseruator intromittat se in aliis, quàm in manifestis iniuriis, non ligatur hac excommunicat. antequam Conseruator se intromittat, & num. 5. quod absolutio istius excommunicat. impendi non potest: ante præstitam integram satisfactionem, & num. 8. quod Conseruator excedendo limites suæ potestatis suspensionem ab officio per annum incurrit, & num. 9. quod Episcopus non incurrit pœnam suspensionis excedendo Conseruatoris potestatem, & num. 10. quod Conseruator Episcopo inferior non incurrit suspensionem excedendo terminos suæ potestatis ex ignorantia, & num. 12. quod tempus, seu spatium anni, in quo suspensus remanet Conseruator, ob excessum suæ potestatis, debet esse continuum. Vide latè infr. alleg. 106. n. 47. cum seqq.]

206 Sexta, in cap. vnic. de iis que vi, contra eos, qui vi, aut metu extorquent absolutionem, aut reuocationem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, vt referunt Soar. dist. disp. 23. sect. 4. num. 11. Memor. clericorum cap. 9. excomm. 46. Rainer. dist. cap. 9. excomm. 48. Filliuc. d. tract. 14. num. 53. vers. sexta, & num. 59. Gambar. dist. cap. 10. n. 7. in princip. [latè Bonac. dist. disp. 2. q. 2. puncto 15. à num. 1. vbi num. 3. quod metum incutiens Episcopo repetendi suum creditum, nisi absolutionem conferat, non incurrit hanc excommunicationem, & num. 6. quod debet absolutio sequi vt excommunicatio incuratur.]

207 Septima, in cap. mulieres, de iudic. contra eum, qui fingit calum, vel fraudem aliquam facit, quo iudex ipse vadat ad accipiendum testimonium alicuius fœminæ, vt referunt [Nauar. d. cap. 27. num. 125. vers. 18.] Soar. d. sect. 4. num. 15. Lauor. dist. cap. 13. num. 20. Memor. clericorum cap. 9. excomm. 47. Rainer. d. cap. 9. excomm. 49. Filliuc. d. tract. 14. num. 53. vers. septima, & num. 60. Gambar. d. cap. 10. num. 8. [Sayr. de censur. lib. 3. cap. 34. num. 13. latè Bonacin. d. disp. 2. quest. 2. puncto 36. à num. 1. vbi num. 3. dicit quod fingens, vel fraudem committens se iudex vt personaliter conferat ad fœminam, non ligatur excommunicatione effectu non sequuto, & num. 4. quod ista excomm. incurritur siue inducatur Index Ecclesiasticus, siue laicus, & num. 8. non incurritur ac si accedat ob alterius deceptionem, vel fictionem.]

208 Octaua, in cap. hoc consultiſſimo, de rebus Eccles. non alien. contra compellentes Prælatos, vel alias personas Ecclesiasticas, vt submittant Ecclesias, vel

earum bona immobilia perpetuò, vel ad longum tempus laicis, vel supponant eis, ipsorum iura recognoscendo, seu profitendo se tenere ea ab illis tanquam Superioribus, patronis, vel defensoribus, & laicos, qui aliquid horum habentes aliquo modo illicito plus vturpant, quàm illis sit permissum; & moniti ab eo non desistunt, referunt Rainer. d. cap. 9. excomm. 50. Lauor. dist. cap. 23. num. 23. Filliuc. d. num. 53. vers. octaua, & num. 61. Gambar. d. cap. 10. num. 9. [latè Bonacin. d. disp. 2. quest. 2. puncto 20.]

209 Nona, in cap. vnic. de relig. domibus, contra Religiosos Mendicantes approbatos post Concil. Lugdunense, qui de nouo domos ad habitandum recipiunt, vel receptas mutant sine licentia Sedis Apost. vt referunt Nauar. d. cap. 27. num. 127. vers. 20. Tolet. d. lib. 1. cap. 38. num. 12. Soar. d. disp. 23. sect. 4. num. 19. Sayr. d. lib. 3. cap. 34. num. 5. Lauor. dist. cap. 13. num. 29. Filliuc. d. tract. 14. n. 130. [Bonacin. dist. disp. 2. quest. 8. puncto 1.]

210 Decima, in cap. vt periculosa, ne clericis, vel monachi, contra Religiosos omnes, qui habitum suæ Religionis dimittunt, vt referunt Nauar. d. cap. 27. num. 131. Soar. d. disp. 23. sect. 4. num. 17. & 26. Lauor. dist. cap. 13. num. 32. Filliuc. d. tract. 14. n. 5. vers. decima, & num. 63. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 3. excomm. 12. & cap. 8. excomm. 6. [latè Bonac. dist. disp. 2. quest. 2. puncto 32. cuius tex. excommunicatione non afficitur qui se vestibus spoliatur vt dormiat, vt habitum purget, vel accommodet, vt melius studeat, vel quietet, vt ludat, vt saltet, vt saxum deferat, vt liberius, vt voluptuosius peccet, &c. Ita Nauar. dist. cap. 27. num. 131. Suar. de censur. disp. 23. sect. 4. num. 29. Azor. insit. moral. p. 1. lib. 12. cap. 13. & 17. San. h. in præcepta Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 8. num. 51. Sayr. de censur. lib. 3. cap. 33. n. 13. Filliuc. in quest. moral. tract. 14. cap. 8. quest. 4. num. 131. Sanctarel. de apostas. cap. 1. num. 6. & 7. Bonacin. d. disp. 2. q. 8. puncto 6. à num. 1. cum quo intellige & amplius ad multos casus in praxi occurrentes.

In eod. cap. vt periculosa, excommunicantur Religiosi professi accedentes ad quæuis studia litterarum, nisi à suo Prælato cum consilio sui Conuentus, vel maioris partis eiusdem sibi eundem studium licentia primitus sit concessa: intelligi de Religiosis aliò proficiscentibus causa studij, hoc est extra oppidum sui Monasterij. Suar. d. disp. 23. sect. 4. num. 35. Sayr. d. lib. 3. cap. 33. num. 20. Filliuc. tractat. 14. cap. 4. quest. 4. num. 136. Sanch. in præcepta Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 8. num. 76. Sanctarel. de apostas. cap. 2. num. 1. Bonacin. d. disp. 2. quest. 8. puncto 8. vbi num. 5. tener Religiosum non affici hac excomm. accedendo ad aliud Monasterium suæ Religionis, in quo studia exercentur, & num. 8. quod Generalis, aut Prouincialis potest facultatè concedere Religioso sibi subdito accedendi ad studia, & num. 9. quod accedens ad studia ex licentia inualida incurrit hanc censuram, & num. 14. quod Prælati ab ea eximitur accedendo ad studia sine licentia.]

211 Undecima, in cap. quoniam, de immunit. Eccles. contra eos qui impediunt Ecclesiasticos Iudices ordinarios, vel delegatos ne sua iurisdictione vtantur, vt referunt Rainer. d. cap. 9. excomm. 66. Lauor. dist. cap. 13. num. 18. [Bonac. dist. disp. 2. quest. 2. puncto 18.]

212 Duodecima, in cap. eos, qui, eod. tit. de immunit. Eccles. contra dominos temporales prohibentes subditis suis ne cum personis Ecclesiasticis contrahant, vel

munia obsequia exhibeant, vt referunt Nauar. dist. cap. 17. num. 130. §. 2. Lauor. d. p. 2. cap. 23. n. 16. [Bonac. d. disp. 2. q. 10. puncto 4.]

213 Decimatercia, in cap. quamquam 4. de censib. contra compellentes Ecclesias, & Ecclesiasticas personas ad pedagia, guidagia, &c. siue per se, siue per alium exigentes, vt referunt Soar. dist. disp. 23. sect. 4. num. 21. Lauor. dist. cap. 13. num. 17. Filliuc. dist. tract. 14. num. 53. vers. nona, & num. 62. [latè Bonac. d. disp. 2. q. 2. puncto 21. à n. 1. vbi n. 4. quod tributum exigens à sponse dantibus non incurrit hanc excommunicationem, & num. 8. quod absolutio excommunicat. latæ contra exigentes tributum ab Ecclesiasticis ante præstitam satisfactionem reseruata est.]

214 Decimaquarta, in cap. 2. de heret. contra quoscunq; qui scienter præsumunt sepelire in loco sacro hæreticos, credentes, eorum receptatores, defensores, aut fautores, nec debent absolui, nisi prius propriis manibus suis publicè extrahant, & proiciant huiusmodi cadauera, & locus ille perpetuò caret iure sepulturae, vt per Lauor. d. cap. 13. n. 30. Memor. clericorum cap. 9. commun. 49. Filliuc. dist. tract. 14. n. 53. vers. undecima. Gambar. dist. c. 10. n. 12. [Sayr. dist. lib. 3. cap. 35. n. 6. latè Bonac. dist. disp. 2. q. 2. puncto 30. à num. 1. vbi num. 4. quod sepeliens hæreticum nondum denuntiatum, vel eius fautorem, non incurrit hanc excommunicationem.]

215 Decimaquinta, in cap. vt inquisitione, eod. tit. contra octo genera delinquentium, de quibus ibi, & præcipuè contra omnes habentes iurisdictionem temporalem, qui non obediunt Episcopis, & Inquisitoribus in reuocandis hæreticis, & aliis præstantibus, de quibus ibi: vbi etiam extenditur contra dantes auxilium, consilium, & fauorem, vt per Syluest. d. verb. excomm. 9. num. 8. casu 28. Nauar. dist. cap. 27. num. 135. Tolet. d. lib. 1. cap. 38. num. 19. Memor. clericorum cap. 7. excomm. 6. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 7. excomm. 6. Lauor. d. cap. 23. n. 25. [Bonac. d. disp. 2. quest. 10. puncto 8.]

216 Decimasexta, in cap. pro humani, de homicid. contra eos, qui per assassinos interficiunt aliquem Christianum, aut vident interfici, quamuis non sequatur mors, aut assassinos receperint, defenderint, vel celauerint, vt referunt Soar. d. disp. 23. sect. 4. num. 46. Rainer. d. cap. 9. excomm. 52. Lauor. d. cap. 13. num. 15. Filliuc. d. tractat. 14. num. 53. vers. duodecima, & num. 65. Gambar. d. cap. 10. num. 14. [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 2. puncto 33.]

217 Decimaseptima, in cap. 1. de vsuris contra clericos, qui permittunt versari in terris suis fœneratores publicos, alienigenas, vel si non expellunt eos, intra tres menses, qui locat de illis, vel alio prætextu concedunt domus ad fœnus exercendum, vt referunt Nauar. d. cap. 27. num. 136. vers. 13. Soar. tom. 5. disp. 22. sect. 4. num. 42. Tolet. d. lib. 1. cap. 38. num. 22. Lauor. dist. cap. 23. num. 13. Filliuc. d. tractat. 14. n. 108. Sayr. lib. 3. cap. 32. num. 12. Gambar. d. cap. 10. num. 15. [Bonacin. d. disp. 2. q. 4. puncto 9.]

218 Decima octaua, in cap. vnic. de iniur. contra eos, qui concedunt repræsentationem contra personas Ecclesiasticas, vel eorum bona, & qui concessas extendunt ad prædictos, & bona, nisi intra mensem à concessione, vel extensione abstinuerint & reuocauerint: si autem est vniuersitas, supponitur interdicto, vt referunt Syluest. d. verb. excommunicatio 9. Barboſ. de Episcopo Pars III.

num. 62. casu 32. Nauar. cap. 27. n. 136. [Sayr. d. lib. 3. cap. 34. num. 22. & seq. Alter. tom. 2. disp. 12. de interdict. cap. 1. vers. animaduertendum est primo.] Rainer. in d. catalogo cap. 7. excomm. 9. Lauor. dist. cap. 13. num. 19. Filliuc. d. tract. 14. num. 53. vers. decimasexta, & num. 66. Gambar. dist. cap. 10. n. 17. [latè Bonac. d. disp. 2. quest. 2. puncto 22. à n. 1. vbi num. 4. quod repræsentatio, vel pugnationes concesses contra personas Ecclesiasticas non ligatur excommunicatione statim post concessionem, sed post mensem, & n. 5. quod facultatem alicui cõcedens vt tantumdem possit à clerico sibi debitore accipere, quantum sibi debetur, non ligatur hac excommunicatione.]

219 Decimanona, in cap. felicitis, de pœnis, contra omnes Principes, & alios dominos, ac Iudices non obseruantes contenta in eo contra percutores, vel hostiliter insequentes aliquem S. R. E. Cardinalem, hodie est de reseruatis in Bulla Cœnæ Domini, vt per Nauar. d. cap. 27. num. 136. Rainer. in d. catalogo c. 7. excomm. 4. Lauor. d. cap. 13. num. 14. Filliuc. d. tract. 14. num. 53. in fine, & num. 133. & 134. Gambar. dist. cap. 10. in fine. [latè Bonac. in Bull. Cœnæ disp. 1. quest. 12. puncto 1. cum seqq. & disp. 2. quest. 3. p. 7.]

Ex Clementinis.

220 Prima fertur in Clem. 1. de sequest. possess. contra præsumptos impedite sequestrationem factam per loci Ordinarium de beneficio Ecclesiastico per triennium pacificè non possessio, & oblatam in Curia Romana vnam sententiam diffinitam in possessorio, vel proprietate, nunc sequestra non ponuntur ab Ordinariis, sed ab ipsiſ Rotæ Romanæ Auditoribus auctoritate Papæ, vt per Soar. tom. 5. disp. 23. sect. 5. num. 1. Nauar. d. c. 27. num. 137. Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 9. excomm. 62. Lauor. dist. par. 2. cap. 13. num. 41. Filliuc. d. tract. 14. num. 67. vers. prima, & num. 68. Gambar. de casibus reseruatis cap. 11. num. 1. [Sayr. d. lib. 3. cap. 35. num. 7. latè Bonac. d. disp. 2. q. 2. puncto 8.]

221 Secunda, in Clem. 1. de sepultur. contra sepelientes aliquem in cœmeterio tempore interdicti extra casus à Iure concessos, vel ibidem sepeliunt publicè excommunicatos, vel nominatim interdictos, vel vsurarios manifestos, etiam si sepelientes sint exempti, non obstantibus eorum priuilegiis, vt referunt Memor. cleric. c. 9. excomm. 51. Rainer. d. cap. 9. excomm. 51. & 53. Gambar. d. cap. 11. num. 2. Filliuc. d. tract. 14. n. 67. vers. secunda, & n. 69. [Suar. de censur. disp. 31. sect. 2. num. 10. latè Bonac. d. disp. 2. quest. 2. puncto 31. à num. 1. vbi num. 4. quod sepeliens excommunicatum denuntiatum, aut notorium clericum percussorem, afficitur hac excommunicatione, & num. 5. idem ait de sepeliente in loco sacro interdictos publicos, & num. 6. de sepeliente vsurarios manifestos. Nota quod conitans ad sepulturam cadauer vsurarij, excommunicati, vel interdicti, non videretur subitici excommunicationi, quia pœna non fuit extendendæ, ita Nauar. d. cap. 27. num. 137. Henriq. in summ. lib. 13. cap. 43. §. 3. Auil. de censur. par. 2. cap. 6. disp. 10. dub. 6. Mari. Alter. in simili tract. tom. 2. de interdicto disp. 9. cap. 4. col. 12. vers. gloss. Contra Vgolin. de censur. tab. 2. c. 9. §. 6. Suar. disp. 12. sect. 4. Egid. de Coninch de censur. disp. 14. dub. 8. num. 68. E. Filliuc.

Filliuc. d. tract. 12. cap. 4. n. 111. existimantes hac censura comprehendi mandantem.]

222 Tertia, in Clem. Religiosi, de decimis, contra Religiosos, qui sibi appropriant exquisitis fraudibus, siue coloribus vsurpare presumunt noualia, aut decimas Ecclesis debitas non spectantes ad eos aliqua legitima de causa, vel prohibuerint, aut non permiserint solui decimas Ecclesis de animalibus familiarium, & Pastorum horum, vel aliorum immiscentium animalia ipsa ipsorum gregibus, vel prohibuerint, aut non permiserint solui decimas Ecclesis de animalibus, quae in pluribus locis emunt in fraudem Ecclesiarum, emptaque tradunt venditoribus, vel aliis ad ipsa tenenda, vel de terris, quas aliis tradunt excolendas, decimas Ecclesis solui non permiserint, aut prohibuerint, si requisiti ab eis, quorum interest, a praemissis intra mensum non desisterint, aut si intra duos menses non satisfecerint Ecclesis laicis, si quid contra praedicta vsurpauerint, vt per Syluest. verb. excommunicatio 9. num. 72. casu 36. Nauar. cap. 27. num. 188. Tolet. d. lib. 1. cap. 39. num. 3. Rainer. in d. catalogo cap. 5. excommunicatio. 15. Lator. d. cap. 13. num. 46. Filliuc. d. tract. 14. n. 67. vers. quinta, & num. 137. Gambar. dist. cap. 11. num. 7. [Alter, de censur. tom. 2. de suspens. disp. 17. cap. 2. col. 5. quae. 5. ad fin. Bonacin. d. disp. 2. q. 8. puncto 12. Hae excommunicatio, extenditur ad feminas Religiosas. Suar. disp. 3. 1. sect. 6. num. 9. Filliuc. d. loco num. 138. Alter. d. cap. 2. col. 3. vers. notandum tertio, Sayr. d. lib. 3. cap. 34. num. 24. Bonacin. dist. puncto 12. num. 8. Et ad Equites Militares qui verè sunt Religiosi, Suar. d. num. 9. Bonac. d. p. 12. num. 8. vers. addo, vbi etiam quod clerici, & laici non afficiuntur hac censura.]

223 Quarta, in Clem. ne in agro §. quia verò, de statu Monach. contra Monachos, aut Canonicos Regulares administratione non habentes, qui petunt Curias Principum animo nocendi suis Praelatis, & Monasteriis, referunt Syluest. d. verb. excommunicatio. 9. num. 73. casu 37. Nauar. d. cap. 27. num. 139. Soar. tom. 5. disp. 13. sect. 5. num. 4. Fr. Emmani. quae. Regular. tom. 2. quae. 60. art. 2. vers. quarta, Filliuc. d. tract. 14. num. 119. Lator. d. cap. 13. num. 45. Rainer. in d. catalogo cap. 3. excomm. 16. [Bonacin. d. disp. 2. q. 8. puncto 9.]

224 Quinta, in ead. Clem. ne in agro, contra quoscunque Monachos, qui intra septa Monasterij sine licentia Abbatis armate praesumant, vt per Rainer. d. cap. 13. excomm. 22. Filliuc. d. tract. 14. num. 120. Gambar. d. cap. 11. num. 8. [Bonac. d. disp. 2. quae. 8. puncto 16. a princip. vbi num. 3. tenet monachum affici hac excomm. tenendo arma in cubiculo, in cella vinaria, in stabulo, aliisque locis infra Monasterij fines existentibus; ligna autem, vel lapides in suo cubiculo absque huius censura incurru tenere potest. Nauar. cap. 27. num. 139. vers. 37. Suar. disp. 2. 3. sect. 5. num. 8. Filliuc. tract. 14. cap. 8. quae. 6. num. 142. Bonacin. dist. puncto 16. num. 4.]

225 Sexta, in Clem. attendentes §. fin. eod. tit. de statu Regul. contra eos, qui praesumunt impedire Visitatores Monialium, & etiam Canonicorum Regularium in his quae pertinent ad officium visitationis earundem, si a Visitatoribus admoniti non desistant; referunt, Memor. clericorum cap. 9. excomm. 52. Rainer. in d. catalogo cap. 9. excomm. 54. Lator. dist. cap. 13. num. 43. Filliuc. d. tract. 14. num. 67. vers. tertia, & num. 72. Gambar. d. cap. 11. num. 10. [latè Bonac. dist. disp. 2. quae. 2. puncto 4.]

Septima, in Clem. 1. de Relig. domibus contra Beguinos, siue qui sequuntur statum Beguinorum, vel sectantur assumptum, vel de nouo institunt, & Religiosos, qui dictos Beguinos, vt supra, fouent, & dant eisdem auxilium, consilium, & fauorem, referunt Lator. dist. par. 2. cap. 13. num. 35. Filliuc. d. tract. 14. n. 67. vers. quarta, & num. 74. & n. 143. Gambar. d. cap. 11. n. 11. [Bonac. d. disp. 2. quae. 3. puncto 4. latè nouissimè Tamburin. de iure Abbatissar. disp. 7. quae. 9.]

227 Octaua, in Clem. vnic. de consanguinit. & affinit. contra contrahentes scienter Matrimonium in gradu prohibito à sacris Canonibus consanguinitatis, vel affinitatis. Et contra illos, qui contrahunt cum Monialibus professis, & etiam Moniales ipsas professas, & contra Religiosos professos, qui contrahunt cum quavis muliere. Ac denique contra clericos omnes in Sacris constitutos, Matrimonium contrahentes, [Bonacin. d. disp. 2. quae. 8. puncto 5.] referunt Soar. tom. 5. disp. 23. sect. 5. num. 23. Memor. clericorum cap. 2. excomm. 12. Rainer. in d. catalogo cap. 2. excomm. 11. Lator. dist. cap. 13. num. 33. Filliuc. d. tract. 14. n. 67. vers. quinta, & num. 7. & n. 113. [latè Bonacin. d. disp. 2. quae. 2. puncto 7. & q. 4. puncto 1.]

228 Nona, in Clem. nolentes, de haeret. contra Inquisitores, & ipsorum, vel Episcoporum, aut Capitulum Sede vacante commissarios deputatos in causis Fidei, qui praetextu sui officij Inquisitionis illicitè sumunt pecuniam aliquam, & qui scienter confiscant bona Ecclesiastica, etiam applicanda fisco Ecclesiae, vt per Syluest. verb. excommunicationis, n. 81. casu 22. Nauar. d. cap. 27. num. 142. Rainer. in d. catalogo cap. 6. excomm. 2. Filliuc. d. tract. 14. num. 168. Tolet. d. lib. 1. cap. 39. num. 11. Gambar. d. cap. 11. n. 13. [Bonacin. d. disp. 2. q. 7. puncto 5. & q. 10. p. 10.]

229 Decima, in cap. vnic. de vsuris, contra omnes officiales locorum quocunque nomine censentur, qui faciunt, scribunt, vel dicunt statuta de vsuris soluendis, vel quod solutae non repetantur, & eos qui iudicant vsuras esse soluendas, aut solutas non esse repetendas, & qui habent super hoc potestatem, nisi intra tres menses deleuerint statuta talia de libris Communitarum, vel si talia statuta, aut consuetudines, illorum effectum habentes obseruare praesumant, vt referunt Syluest. d. verb. excomm. 9. n. 81. Lator. dist. cap. 13. num. 40. Filliuc. d. tract. 14. n. 170. Gambar. d. c. 11. num. 14. Rainer. in d. catalogo cap. 7. excomm. 7. vbi multipliciter declarat. [Bonac. d. disp. 2. quae. 10. puncto 15.]

230 Undecima, in Clem. cupientes, de panis, contra omnes Religiosos Mendicantes, qui sine licentia Papae loca de nouo accipiunt ad habitandum, vel haecenus recepta mutant, vel quouis titulo alienationis transferunt, vt referunt Syluest. d. verb. excommunicatio 9. casu 44. num. 85. Nauar. d. cap. 27. num. 144. [Suar. de censur. disp. 23. sect. 5. num. 35. Tolet. lib. 1. cap. 40. num. 13.] Memor. clericorum cap. 3. excomm. 22. Rainer. d. catalogo cap. 3. excomm. 20. Gambar. d. cap. 11. num. 15. Lator. d. cap. 13. num. 36. Filliuc. d. tract. 14. num. 145. quorum aliqui norant hanc excommunicationem quoad multos Mendicantes per eorum privilegia sublata esse: [Bonacin. dist. disp. 2. quae. 8. puncto 2.]

231 Duodecima, in ead. Clem. cupientes, contra Religiosos, qui in concionibus, vel aliis locis dicunt aliquid, vt retrahant auditores à solutionibus decimarum Ecclesis debitaram, vt per Syluest. d. verb. excomm. 9. num. 88. casu 45. Nauar. d. cap. 27. n. 145. Memor. clericorum cap. 3. excomm. 19. Lator. d. cap. 13. n. 37. Rainer. d. catalogo cap. 3. excomm. 17. Suar.

[Suar. disp. 23. sect. 5. num. 37. Filliuc. tract. 14. c. 8. num. 146. Bonacin. d. disp. 2. q. 8. puncto 13. per tot. vbi multipliciter declarat & limitat praecipue num. 4. si ex inaduerentia, vel ignorantia Religiosus aliqua verba proferat, & num. 5. si verba proferat, non animo retrahendi, & num. 7. si retrahat à solutione decimarum non iustitia debitaram, & n. 10. limitat in Religiosis feminis.] Item etiam in eadem Clem. fertur alia excommunicatio contra Religiosos, qui de industria postponunt facere conscientiam penitentibus, seu confitentibus de huiusmodi decimis soluendis, & postea praesumunt predicare non purgata negligentia eum commodè possint eos admonendo. Gambar. d. cap. 11. num. 16. [Bonacin. d. puncto 13, num. 11. Sayr. d. cap. 33. num. 42. Filliuc. d. tract. 14. num. 147. Alter. d. tom. 2. disp. 17. cap. 2. col. 6.]

232 Decimatercia, in Clem. 1. de sentent. excomm. contra omnes Religiosos cuiuscunque Ordinis, qui interdictum impositum auctoritate Apostol. vel Ordinaria non seruant, cum sciunt matricè Ecclesiam, vel Parochiale loci illud seruare, vt referunt S. Anton. par. 3. tit. 94. c. 65. Nauar. d. c. 17. n. 146. Tolet. d. lib. 1. cap. 39. num. 15. Syluest. dist. verb. excommunicatio 9. num. 90. casu 47. Sayr. d. lib. 3. cap. 33. num. 44. Rainer. in d. catalogo cap. 3. excomm. 14. Lator. d. cap. 13. num. 38. & 44. Filliuc. d. tract. 14. num. 125. vers. duodecima, & num. 148. Gambar. dist. cap. 11. num. 17. [Alter. d. tom. 2. disp. 9. cap. 4. Bonacin. d. disp. 2. quae. 8. puncto 14.]

233 Decimaquarta, in Clem. exini de Paradiso, de verbor. signif. contra eos, qui illam commentantur, vt referunt S. Antonin. par. 3. tit. 24. cap. 69. Sayr. d. lib. 3. cap. 35. num. 21. Memor. clericorum cap. 9. excomm. 54. Rainer. d. catalogo cap. 9. excomm. 56. Lator. d. cap. 13. num. 44.

Ex Extrauagantibus.

234 Prima fertur in Extrauag. super gentes, de censur. inter comm. contra impediens nuncios, vel legatos Romani Pontif. ne ingrediantur Regna, Prouincias, & terras, ad quae ipsos destinare contigerit, quae hodie referuata est in Bulla Coenae Domini, refert Lator. d. part. 2. cap. 13. num. 48. Gambar. de casibus referu. cap. 12. num. 2. [Bonac. de censuris in Bull. Coenae disp. 1. quae. 12. puncto 1. num. 8.]

235 Secunda, in Extrauag. ambitiosa, de rebus Eccles. non alien. inter comm. contra eos, qui extra casus à Iure permittos alienant, vel locant in plures, quam in tres annos bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum, vt referunt Rainer. in d. catalogo c. 2. excomm. 13. Filliuc. d. tract. 14. num. 99. vers. septima, & num. 114. [latè Bonac. d. disp. 2. quae. 4. puncto 11.] Hanc Extrauagantem receptam esse quoad nullitatem contractus, non verò quoad excommunicationem, & alias penas extrinsecas, resoluunt Doctores, quos citauimus infra alleg. 95. num. 48. & 49.

236 Tertia, in Extrauag. est decaet, de maior. & obed. inter comm. contra Praelatos quoscunque etiam Patriarchas ad Romanam Curiam venientes, & inde descendentes absque Papae notitia, & contra omnes qui Praelatos apud Sedem Apost. recipiunt, nisi ante receptionem aduentum illorum Papae significauerint, vt referunt Sayr. d. lib. 3. cap. 32. num. 23. Lator. d. cap. 13. num. 49. [Bonacin. dist. disp. 2. quae. 6. puncto 4.]

Barbof. de Episcopo Pars III.

Quarta, in Extrauag. vices 2. de treuga & pace, 237 contra ipsos Rectores Ecclesiarum, & Religiosos Mendicantium in Germania existentes, qui pacem inter ipsos factam violant, vt per Sayr. dist. lib. 3. cap. 33. num. 44. Memor. clericorum cap. 5. excomm. 13. Rainer. in d. catalogo cap. 8. excomm. 13. Filliuc. d. tract. 14. num. 149. Lator. dist. cap. 13. num. 50. [latè Bonacin. d. disp. 2. quae. 8. puncto 15. vbi num. 4. ait quod ista excommunicatio ante praestitam satisfactionem est referuata.]

238 Quinta, in Extrauag. quia nonnulli, de sentent. excomm. inter comm. contra impugnantes litteras Papae electi antequam coronetur, cum eodem momento, quo quis in Papam canonicè eligitur, confirmatur immediatè à Deo, & potest ante coronationem exercere officium suum, vt referunt Memor. clericorum cap. 9. excomm. 55. Rainer. in d. catalogo cap. 9. excomm. 58. Lator. d. par. 2. cap. 13. num. 34. [Suar. de censur. disp. 23. sect. 6. num. 2. Filliuc. d. tract. 14. cap. 5. quae. 7. num. 78. latè Bonacin. d. disp. 2. quae. 2. puncto 11. vbi subdit hanc Extrauag. etiam hoc tempore robur & vires obtinere.]

239 Sexta, in Extrauag. Sancta Romana, de relig. d. mib. Ioannis XXII. contra Episcopos, & quoscunque Praelatos permitentes ritum, habitumve Fratitellorum, Bizzocorum, siue Beguinorum, vt referunt Caiet. verb. excommunicatio cap. 5. Tolet. d. lib. 1. cap. 38. num. 12. Sayr. d. lib. 3. cap. 32. num. 24. Lator. dist. cap. 13. num. 47. Hae excommunicatio est etiam contra dictos Fratitellos, & Beguinos, & omnes de nouo assumptos talem sectam, quae hodie non extat, vt obseruat Tolet. proximè laço citato.

Ex Concilio Tridentino.

240 Prima fertur sess. 4. contra impietates, & mandantes imprimi, vendentes, & apud se retinentes libros de rebus sacris tractantes sine nomine Auctoris, sine approbatione Ordinarij, & si Auctores Regulares fuerint ultra Ordinarij approbationem, requiritur etiam proprij Superioris recognitio & licentia, vt referunt Soar. tom. 5. disput. 3. sect. 7. in princip. num. 2. & 3. Memor. clericorum cap. 9. excomm. 56. Rainer. in catalogo censurarum extrae Bullam cap. 9. excomm. 59. Lator. de pndigent. par. 2. cap. 13. num. 51. & num. 58. Gambar. de casib. referu. cap. 13. num. 2. [latè Bonacin. d. disp. 2. quae. 2. puncto 16. vide infra alleg. 90. n. 6. cum seqq.]

241 Secunda, sess. 13. cap. 11. contra eos, qui docent, praedicant, vel pertinaciter asserunt, seu etiam publice disputando defendere praesumunt eos, quos conscientia peccati mortalis grauat, quantumcunque etiam se contritos existiment habita copia Confessarij necessariò praemittendam non esse Sacramentalem Confessionem, vt referunt Soar. tom. 3. disp. 66. sect. 3. Memor. clericorum cap. 9. excomm. 57. Rainer. in d. catalogo cap. 9. excomm. 60. Filliuc. dist. tract. 14. num. 81. vers. secunda, & num. 84. Lator. d. cap. 13. num. 57. Gambar. d. cap. 13. num. 3. [Bonac. d. disp. 2. quae. 2. puncto 14.]

242 Tertia, sess. 24. de reformat. Matrim. cap. 1. contra falso affirmantes Matrimonia filiorumfam. sine consensu parentum contracta esse irrita, ac parentes ea rata, vel irrita facere posse, vt per Lator. d. cap. 13. num. 59. [latè Bonacin. d. disput. 2. quae. 2. puncto 8.]

243 Quarta, ead. sess. 24. de reformat. Matrim. cap. 6. contra raptos mulierum, ac omnes dates eis auxilium, consilium, & fauorem, vt per Memor. clericorum cap. 9. excomm. 58. Rainer. d. catalogo c. 9. excomm. 61. Filliuc.

E 2

Filliuc. d. tract. 14. num. 85. Lauer. d. cap. 13. num. 60. Sanchi. de Matrim. lib. 7. disp. 13. Valer. Reginald. in praxi fori pontif. lib. 22. num. 31. vers. de excomm. B. mac. de Matrim. quest. 4. punto 18. num. 9. in fine. Gambar. dict. cap. 13. num. 4. [Bonacin. d. quest. 2. punto 9.]

244 Quinta, ead. sess. 24. de reformat. Matrim. cap. 9. contra dominos temporales, ac magistratus cuiuscunque gradus, dignitatis, ac conditionis existant, qui quouis modo directè, vel indirectè supditos suos, vel quoscunque alios cogunt quominus liberè Matrimonium contrahant, vt per Rainer. in d. catalogo cap. 7. excomm. 14. Filliuc. d. tract. 14. num. 86. Gambar. dict. cap. 13. num. 4. Lauer. d. cap. 13. num. 61. [latè Bonacin. d. disp. 2. q. 12. punto 6.] Comprhen- di tantum temporales quosdam dominos, & publicam forensè iurisdictionem habentes, vt iudices, & Episcopos, obseruant Henric. in summ. lib. 11. cap. 6. §. 6. in commento lib. G. Sanchi. de Matrim. lib. 4. disp. 22. in fine. Basil. Pontif. de impediè. Ma- trim. c. 29. §. 11. vers. ex dictis. Gutier. de Matrim. cap. 79. num. 11. Bonacin. eod. tract. quest. 3. punto 9. §. num. 34. vers. aduertendum. [& dict. quest. 2. pun- cto 6. num. 4. vbi reprobat Suar. de censur. disp. 23. sect. 7. num. 6. vers. quarta, & Filliuc. d. tract. 14. num. 86. contrarium tenentes, & idem Bonac. d. punto 6. num. 6. contra Henric. d. cap. 6. §. 5. in commenta. Sanchi. d. disp. 21. num. 10. Gutier. d. cap. 79. num. 12. existimat Episcopum cogentem aliquem ad ma- trimonium in istam excommunicationem non in- cidere.] Non extendi tamen ad prohibentes Matrimonium tenent Henric. d. c. 6. §. 5. Bonac. d. n. 34. vers. secundo, & q. 4. punto 17. n. 26. vers. nec obstat. Basil. Pontif. d. §. 12. vers. secundo. [idem Bonac. d. q. 2. punct. 6. n. 3.]

245 Sexta, sess. 25. de Regular. cap. 5. contra Magi- stratus seculares, qui ad Episcopis requisiti non præbent eorum auxilium ad restituendam, vel con- seruandam clausuram Monialium, & ad compescen- dum pœnis inobedientes, & contradicentes talis clausuræ, vt referunt Memor. clericorum cap. 7. ex- communi. 10. Rainer. dict. catalogo cap. 7. excomm. 10. Lauer. d. cap. 13. num. 63. Filliuc. d. tract. 14. num. 96. vers. prima, & num. 172. Gambar. d. cap. 13. num. 5. [Bonacin. dict. disp. 2. quest. 10. punto 7.]

246 Septima, ead. sess. 25. de Regularib. cap. 16. contra Religiosos, & Religiosas, qui recipiunt aliquid à nouitiis, dum sunt in probatione, vel à parentibus, propinquis, & curatoribus suis, excepto victu, atque vestitu, vt per Fr. Ludou. Miranda in manuali Pralat. 2. 12. q. 35. art. 18. capcl. 2.

247 Octaua, ead. sess. 25. de Regular. cap. 18. contra omnes, quicunque sint, & qui quomodocunque coegerint aliquam Virginem, vel viduam, aut aliam quamcunque mulierem inuitam, præterquam in casibus à iure permisis, & expressis ad ingrediendum Monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscunque Religionis, vel emitendam professio- nem in eis, & qui in aliquo ex prædictis consilium, auxilium, vel fauorem dederint, aut qui scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emitere quoquomo- do eidem actui vel præsentiam, vel consensum, vel auctoritatem interposuerint, vel qui sanctarum Vir- ginum, & aliarum mulierum voluntatem veli acci- piendi, vel voti emitendi quoquomodo sine iusta causa impederint, vt referunt Soar. tom. 5. disput. 23. sect. 5. num. 9. Gambar. d. cap. 13. num. 8. Rainer. in d. catalogo cap. 9. excomm. 63. Filliuc. d. tract. 14. num.

88. [latè Bonacin. dict. disp. 2. quest. 2. punto 2.] Lauer. dict. cap. 13. num. 64. vbi citat metipsum in hoc loco, cuius decreti dispositionem intelli- gendam esse de vi coactiua, non inductiua, cum loquatur per verbum, coegerit, obseruant Azor. in- stit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 9. quest. 2. vers. præterea. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarra lib. 2. tit. 8. l. 7. num. 62. Procedere in cogente feminam ad Monasterij ingressum, non vt proleatur, nec vt habitum sumat, sed vt ibi seculari retento educetur, donec ætatis aptæ Matrimonio sit, notant Nauar. conf. 6. sub tit. de senenti. excommuni. in 1. edit. alias conf. 6. sub tit. de Regular. in nouis. Soar. tom. 5. disp. 23. sect. 5. num. 9. Zerola in praxi Episcop. par. 2. ver. b. Morales §. 13. [Filliuc. tract. 14. c. 6. quest. 5. num. 89. quicquid aliter sentiant Bonacin. dict. punto 2. num. 6. &] Sanchi. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 4. num. 12. Non comprehendere tamen cogentes ingressu non sequuta resoluunt Sayr. in floribus decif. sub tit. de senenti. excomm. decif. 51. Nauar. sub eod. tit. conf. 55. in antiq. [Sanchi. num. 19. & Bonacin. n. 8. dictis locis, vide infra alleg. 104. a princ.]

Ex diuersis Summorum Pontif. Consti- tutionibus.

Prima fertur in Concil. Lateranen. sub Leone X. contra eos, qui predicando, vel disputando audent impugnare Montes pietatis, vt referunt Rainer. in catalogo censurarum extra Bullam cap. 5. excomm. 6. Filliuc. dict. tract. 14. num. 121. Lauer. de Indulgent. par. 2. cap. 13. n. 52.

Secunda, in eod. Concil. Latè. auen. sub Leone X. contra fortilegia, incarnationes, & diuinationes per inuocationem demonum exercentes, vt referunt Filliuc. dict. tract. 14. num. 67. vers. secunda, Lauer. d. cap. 13. num. 53. vide Constit. Gregorij XV. incip. Omnipotentis Dei, sub Dat. 20. Mar- tij 1623. vbi grauissima pœna imponuntur, [& que habentur infra alleg. 51. num. 120. cum seqq.]

250 Tertia, in Constitut. 24. Clementis VII. incip. Accepimus, contra eos, qui in Romana Cu- ria Apostolicas commissiones, intimationes, pub- licationes, & affixiones præsentauerint præter cursores, vt refert Lauer. dict. cap. 13. num. 77.

251 Quarta, in Constit. Clementis VII. & alio- rum Summorum Pont. relatis, in Constitut. Basili- cæ S. Petri de Vrbe sub tit. 6. de sacrificia num. 6. fol. 47. contra Archipresbyterum, Canonicos, be- neficiatos, & Clericos, eiusdem Basilicæ non ap- plicantes integram medietatem omnium fructuum, & distributionum quotidianarum primi anni, Sa- crificiæ.

252 Quinta, in Constit. 88. aliàs 112. Pij IV. incip. In sacrosancta, contra Rectores studiorum, & alios Episcopis inferiores doctorandi facultatem habentes, qui aliquem ad gradus doctoratus promoueri, vel Cathed. am, aut lectiones retinere, vel conse- qui pariuntur priusquam Fidei professionem emit- tant, & alia non seruant quæ seruare tenentur iuxta formam traditam in eadem Constit. vt referunt Rainer. in d. Catalogo cap. 8. excomm. 7. Filliuc. d. tract. 14. num. 63. vers. septima. [Bonac. d. disp. 2. q. 10. punto 14.]

253 Sexta, in Constit. 65. eiusdem Pij IV. incip. Cum eius vires, contra Sedes Apost. eiusque locorum Gu- bernatores, Rectores, Præsidentes, & alios officiales, qui concedere quouis colore præsumunt alicui li- centiam, seu facultatem deferendi, vel retinendi etiam ad breuissimum tempus archibusfetos bre- uioris

uoris mensuræ duorum palmorum, referunt Rainer. in d. catalogo c. 8. excomm. 8. Lauer. d. c. 13. n. 87. [Bo- nacin. d. disp. 2. q. 10. p. 16.]

254 Septima, in Constit. 56. eiusdem Pij IV. incip. De- cet, contra eosdem Gubernatores, &c. qui pœnas pecuniarias, seu multas, aut bonorum in parte, vel in totum confiscaciones contra delinquentes per statuta, vel bannimenta impositas alteri quam Ca- nactæ Apost. applicare quouis modo præsumunt, vt refert Rainer. d. cap. 8. excomm. 9. [Bonacin. d. disp. 2. q. 10. punto 13.]

255 Octaua, in Constit. 107. eiusdem Pij IV. incip. Superna, contra Legatos, Vicelegatos, Gubernato- res, & quoscunque Iudices, & Officiales quouis prætextu & priuilegio munitos, qui per se, seu per worum Cancellarios, Secretarios, scribas, vel alium quemcumque in officiis notariatum per Came- ram Apost. venditis, vel in eorum interpretatio- ne, ac originalibus scripturis officia huiusmodi ipso- rumque Notariorum præiudicium concernentibus se introumittere, aut de illis quomodolibet dispo- nere, seu Notarios illa ementes molestare, perturbare vel impedire, aut contra eos procedere præsumunt vt refert Rainer. d. c. 8. excomm. 10. [Bonacin. d. disp. 2. q. 10. punto 12.]

256 Nona, in Constit. 60. eiusdem Pij IV. incip. In sublimi, contra Officiales S. Pœnitentiariæ, qui in concessionibus, & expeditionibus sibi interdicitis ab eodem Pio IV. quouis priuilegij, seu indulti prætextu se introumittere quouo modo præsu- munt, vt refert [Bonacin. d. disp. 2. q. 10. punto 11.] Rainer. d. cap. 8. excomm. 11. vbi nomine Officialium S. Pœnitentiariæ intelligit Regentem, correctores, scriptores, procuratores, reuifores, sigillatores, & alios quoscunque.

257 Decima, in Constit. 93. Pij V. contra omnes, qui vindictæ studio aliquem offenderint in Vrbe, & ibi arma ad hoc, aut armatos congregauerint, vt per Iacob. de Grassis in aureis decif. p. 1. lib. 4. cap. 22. num. 22. Filliuc. d. tract. 14. num. 97. vers. septima.

258 Undecima, in Constit. 83. eiusdem Pij V. incip. Si de protegendis, contra eos, qui occidunt, verberant, detinunt, perterrefaciunt Inquisitores, aduo- catos, procuratores, notarios, aliumve ministrum S. Officij, seu accusatorem, denunciatorem, aut tes- tem in causa fidei quomodocunque productum, vt referunt Rainer. in d. catalogo cap. 9. excomm. 68. Filliuc. d. tract. 14. num. 92. Lauer. d. cap. 13. n. 84. [Bonacin. d. disp. 2. q. 2. punto 13. vbi resoluti hanc excommunicationem non esse referuatam.]

259 Duodecima, in Constit. 175. eiusdem Pij V. incip. Sanctissimus, contra omnes Superiores, & infe- riores officiales, ac ministros tam Vrbs Romæ, quam totius Orbis, qui DD. Cardinalium Inquisi- torum Generalium præceptis & mandatis, in qui- buscunque Officium S. Inquisitionis concernenti- bus non parent, & obediunt, referunt Rainer. in d. catalogo cap. 7. excomm. 11. & Filliuc. d. tract. 14. num. 163. vers. octaua.

260 Decimatertia, in Constit. 47. eiusdem Pij V. incip. De salute gregis, contra omnes Principes qua- cunque, tam Ecclesiastica, quam mundana, etiam Imperiali, Regia, vel quouis alia dignitate fulgen- tes, qui in suis prouinciis, ciuitatibus, terris, & lo- cis permittunt fieri taurorum, aliarumque fera- rum agitaciones, idest, congressus hominum cum tauris, aliisque feris bestis, & contra clericos tam Regulares quam Seculares beneficia Ecclesiastica obtinentes, vel in sacris Ordinibus constitutos,

qui in huiusmodi spectaculis publicis, vel priua- tis interfunt, vt referunt Rainer. in d. catalogo cap. 7. excomm. 12. Filliuc. d. tract. 14. num. 123. [Bona- cin. d. disp. 2. q. 4. punto 7. num. 1.] Postea Gre- gorius XIII. de anno 1575. reuocauit pœnas & censuras, in d. Bulla Pij V. contentas quoad Laicos, & Fratres Milites tantum quarumcunque Militia- rum (dummodo sacris Ordinibus initiati non fue- rint) Regnorum Hispaniæ, vt attestantur Salzed. ad Bernard. cap. 75. in nouiss. edit. & Quarant. in summa Bullarum verb. torneamenta. Denique Cle- mens VIII. de anno 1596. abundantius prædictas pœnas & censuras quoad omnes in d. Const. Pij V. contentos (exceptis Monachis, & Fratribus Mendi- cantibus, cæterisque Regularibus cuiuscunque Or- dinis, & instituti) sustulit, & amouit, illam ad ter- minos Iuris communis reducendo, non tamen illi derogando, referunt Quarant. citato loco, & Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. quest. 68. art. 2. de quarum Constitutionum materia & intellectu, vi- de Nauar. in man. cap. 15. num. 18. cum seqq. Spin. in speculo testam. glof. 2. princ. a num. 27. Ioan. Garc. de expens. cap. 21. num. 29. Gutier. canon. lib. 1. c. 7. Azor. instit. moral. p. 3. lib. 2. cap. 15. à princip. Filliuc. tom. 2. tract. 29. num. 109. [Bonacin. d. pun- cto 7. per tot.] & alios plures citatos à Cened ad Decretal. collect. 13. num. 3.

Decimaquarta, in Constit. 28. Gregorij XII. incip. Dubis, contra Superiores, & Prælatos Secu- lares & Regulares, quibus Cura Monasteriorum Monialium incumbit, dicta Monasteria ingredien- tes in casibus non necessariis, nec comitatos à per- sonis Religiosis, etiam si sint Cardinales, vt refert Lauer. d. cap. 13. num. 56.

Decimaquinta, in Constit. 2. eiusdem Grego- rij XIII. incip. Omni ceruè studio, contra eum, qui Agnos Dei à Summo Pont. consecratos depinxerit, aliquo colore infecerit, minio notarit, qui item venales propouferit, vt per citatos sup. hac alleg. num. 150.

Decimasexta, in Constit. 13. eiusdem Gregorij XIII. incip. Inter multiplices, contra extrahentes frumentum, & legumina extra Vrberum, & itatum Ecclesiasticum, impedièntes afferentes prædicta ad Vrberum, & ementes ultra vsum vnus anni, vt refert Lauer. d. cap. 13. num. 65.

[Decimaseptima, in Constit. Gregor. XIV. incip. Seder Apostolica, in qua rigorem alte- rius const. Sixti V. 87. in ord. incip. Effrenatam, pœ- nam excommunicationis Papæ referuatæ inferentis iis, qui abortum foetus animati, vel etiam inanimati procurant, moderatus est dupliciter, primò quoad referuationem absolutionis, secundo, quoad abor- tum foetus tantummodo animati, de quo vide per me dicta infra alleg. 51. num. 136. cum seqq.]

Decimoctaua, in Constit. 109. Clementis VIII. incip. Quoniam, contra Fratres Ordinis Crucefer- rorum requirentes fauorem pro dignitatibus, & officiis obtinendis, & contra vtentes di- ctis fauoribus etiam non requisitis, & contra admittentes ad officia, di- gnitates, &c. etiam per fa- uores, vt refert La- uor. d. cap. 13. num. 54. * *

CATALOGVS EXCOMMUNICATIONUM nemini reservatarum per status per sonarum, alphabetico Ordine digestus.

CONTRA EPISCOPOS.

165 **R**ATICELLORVM habitum permit- tentes *sup. num. 239.*
Litteras à Principibus impetrantes ad dignitates.
Prælatum in ciuitate diuersarum linguarum eorum suscipientes, qui sunt linguæ suæ priusquam suscipiatur à proprio Episcopo in coadiutorem suum, *num. 194.*
Romam petentes, & inde recedentes sine licentiâ Papæ, *num. 236.*

Contra Clericos.

166 **A**bsoluere præsumentes à casibus contentis in Bulla Cœnæ.
Administrandi munus suscipientes in ciuitate diuersorum rituum, &c.
Alienantes bona Ecclesiarum, vel locantes ultra triennium.
Beneficia siquæ resignantes, vel permutantes.
Matrimonium contrahentes si sint in sacris.
Medicinam aut leges audientes si sint Sacerdotes, vel personatum habentes, *num. 196.*
Montes pietatis impugnantes in concionibus.
Regalia, & iura Ecclesiarum vacantium procurantes, ut alij occupent.
Taurorum agitationibus interessentes si sint in Sacris.
Vicomitis officium habentes, vel Præpositi secularis, si admoniti non desistant, *num. 196.*
Vsurariis alienigenis domos minores Episcopis locantes, *num. 217.*

Contra Religiosos.

167 **A**rima intra claustra sine licentiâ tenentes, *num. 224.*
Beguiarum statum fouentes, *num. 226.*
Capuccinos recipientes Minores de Obseruantia.
Curiam Principum aduocantes ad nocendum suis, *num. 223.*
Decimas occupantes, vel earum solutionem impedi- entes, *num. 222.*
Decimas ut non soluant retrahentes auditores, *num. 231.*
Cruciferos requirentes fauores pro dignitatibus consequendis, *num. 264.*
Instituentes nouum Ordinem sine licentiâ Papæ.
Interdictum non seruantes quando obseruatur à Cathedrali, &c. *num. 234.*
Medicinam & leges extra claustra audientes.
Medicantes recipientes nouas domos, &c. *num. 209.*
& *num. 230.*
Medicantes & Parochos non seruantes pacem inter se in Germania, *num. 237.*
Professos temerè habitum demittentes, *num. 210.*
Professos Matrimonium contrahentes.
Professos de claustro exeuntes ad audiendas leges, vel Physicam, & *num. 193.*
Recipientes aliquid à nouitiis dum sunt in proba- tione, vel à parentibus, &c. *num. 246.*
Superiores, quibus cura Monasteriorum Monia-

lium incumbit, dicta Monasteria ingredientes in casibus non necessitati, &c.

Contra Dominos temporales.

Inquisitionis officij promotionem impedi- entes, *num. 244.*
Matrimonium ne liberè contrahatur impedi- entes, *num. 244.*
Præcipientes subditis ne præstent obsequia Eccle- siasticis, *num. 212.*
Repræsentatias contra Ecclesiasticos concedentes.
Statuta in cap. felix, de panis in 6. non seruantes, *num. 219.*
Taurorum agitationes in tetris suis permittentes, *num. 260.*
Vicarij Imperat. nomen vacante Imperio retinen- tes.

Contra Magistratus & Iudices.

Arima breuiora tribus palmis permittentes por- tare in statu Ecclesiastico, *num. 253.*
Cardinalibus Inquisitoribus in officio ipsorum non parentes.
Doctores, & professores non facientes professio- nem Fidei, *num. 252.*
Doctores, & Scholasticos Vniuersitatis Bononien- sis qui conducunt domos alterius Doctoris, seu Scholaris ante finitam locationem sine eius con- sensu, *num. 195.*
Inquisitores Officij prætextu pecuniam extorquen- tes, *num. 228.*
Ius Ecclesiasticis reddere negligentes.
Iustitiam facere recusantes postquam fuerint admo- niti ab Episcopis, vel Ecclesiasticis personis, *num. 191.*
Monialium in claustra contra non adiuuantes E- piscopos, *num. 245.*
Officiales ciuitatis non seruantes contenta in cap. ubi periculum.
Officiales Pœnitentiariæ in expeditionibus sibi interdictis à Pio IV. se introuidentes, *num. 256.*
Pœnas pecuniarias alteri quàm Cameræ Apost. ap- plicantes, *num. 254.*
Statuta contra libertatem Ecclesiasticam seruaria- cientes.
Vsuras potestate fouentes, *num. 229.*

Contra omnes.

Abertum fetus animati procurantes, *num. 270.*
Absolutionem à censuris per vim, aut metum extorquentes, *num. 206.*
Agnos Dei pingentes, *num. 150.* & *262.*
Beguiarum statum assumentes, seu sequentes, *num. 226.*
Bononiæ domos alterius Scholastici, vel Doctoris conducentes.
Cardinales dum sunt in Conclauis secreto allo- quentes.
Christianum per assassinos contra mandantes inter- fici, *num. 216.*
Cogentes ad Matrimonium, *num. 244.*
Cogentes feminas ingredi Monasteria, *num. 247.*
Collectas imponentes Clericis, vel Ecclesiis, &c. *num. 197.*
Commissiones, intimationes, affixiones Apost. &c. præsentantes in Curia Romana præter cursores, *num. 250.*

Compel

Compellentes Ecclesiasticos ut submittant laicis
- Intra Ecclesiæ, *num. 208.*
Confessionem ante Eucharistiam necessariam non esse contra asserentes, *num. 241.*
Electioni assentientes de se factis in summum Pont. à paucioribus quam duabus Cardinalium parti- bus, *num. 192.*
Ementes rem Ecclesiæ, vel aliter acquirentes à schis- matico, &c. *num. 199.*
Friaticellorum falsam Religionem profitentes.
Frumenta, & legumina extra Urbem ac statum Ec- clesiasticum extrahentes, *num. 263.*
Glossas in Clem. exiui, edentes, *num. 233.*
Glossas, commentarios, &c. in Concil. Trid. eden- tes, *num. 133.*
Hæreticos, &c. sepelientes in locis Sacris.
Impediennes Ecclesiasticos Iudices, ne sua iurisdic- tione utantur, *num. 211.*
Imprimentes libros absque licentiâ Superiorum, *num. 240.*
Inducentes per fraudem Iudicem ad testimonium fœminæ, &c. *num. 207.*
Inquisitionis officiales occidentes, verberantes, &c. *num. 258.*
Laicos oblationes Sacerdotibus factas accipientes, *num. 190.*
Laicos imponentes collectas Clericis, vel Eccle- siis, si moniti non desistant.
Legem, medicinam docentes Religiosos.
Litteras Papæ non coronati impugnantes, *num. 238.*
Matrimonium in casibus prohibitis contrahentes, *num. 227.*
Monialium directores fouentes discordias, *num. 204.*
Monialium visitatores impediennes, *num. 225.*
Montes pietatis impugnantes prædicando, vel dis- putando, *num. 248.*
Nuncios Romani Pont. impediennes ne ingredian- tur regna, &c. *num. 234.*
Ordinationes factas à schismaticis ratas habentes.
Pedagia, &c. exigentes ab Ecclesiasticis personis, *num. 213.* Et à Religiosis Mendicantibus.
Procurentes ut Conseruatores procedant in aliis, &c. *num. 205.*
Raptores mulierum, & fautores, &c. *num. 243.*
Regalia, & bona Ecclesiæ vacantia titulo defensionis occupantes, *num. 203.*
Repræsentatias concessas contra Ecclesiasticos exten- dentes, *num. 218.*
Romæ aliquem offendentes vindictæ studio, &c. *num. 257.*
Romanam Ecclesiam non esse caput omnium Ec- clesiarum contumaciter asserentes, *num. 189.*
Sepelientes tempore interdicti, vel interdictos, *num. 221.*
Scipituras, vel nuncios mittentem alicui Card. in Conclauis existentes, *num. 201.*
Sequestrationem factam per loci Ordinarium de beneficio Ecclesiastico, per triennium, &c. præ- sumentes impedire, *num. 210.*
Spoliantes beneficiis, vel bonis suis Clericos, aut Ecclesias, *num. 202.*
Sortilegia, incantationes, & diuinationes per in- uocationem demonum exercentes, *numero 249.*
Statuta, seu consuetudinis contra libertatem Eccle- siasticam seruaria facientes, nisi ea intra duos men- ses, &c. *num. 200.*

Vexantes Ecclesiasticos quia non elegerunt eum pro quo rogabantur.
Vexantes S. Officium.

DE ABSOLVTIONE CENSURA- rum reservatarum.

RESTAT nunc ut videamus quis possit à supradictis excommunicationibus re- seruatis absolueri, & agendo prius de illis, quæ Papæ reservatæ reperiuntur, quas supra percurrimus, & in catalogum reduxi- mus à *num. 185.* [secluse mortis articulo, in quo omnis cessat reservatio, Torreblanc. de magia lib. 4. cap. 5. *num. 15.*] Sciendum est Episcopos, & quos- cunque Ecclesiæ Primates ab illis absolueri non posse, cum inferior nihil contra superioris volunta- tem debeat attentare, *cap. cum inferior, de maiorib. & obed. nam Episcopi (qui iurisdictionem suam non à Deo immediatè obtinent, nisi in iis quæ à consecratione, & ordinatione dependent, ut latè ostendimus p. 1. tit. 1. cap. 1. *num. 18.* & seqq. quacun- que extraneam potestatem ab ipso summo Pont. assequuntur. Nauar. d. cap. 27. *num. 263.* qui illis sic vices suas, & potestatem communicauit, ut in partem sollicitudinis, non in plenitudinem po- testatis eos receperit, vel vocauerit, *cap. qui se sciit, cap. decreto 2. quest. 6.* Ideoque debent Episco- pi singuli cum nomen suum alicui actui, cuius ipsi sunt auctores, inscribunt, post Deum Sedi Apost. Episcopatum acceptum referre his verbis. *N. Dei & Apostolica Sedis gratia Archiepiscopus Bracha- rensis.**

Nec obstant quod Episcopatus sint de iure diui- no, iuxta illud Psalmi 108. *Et Episcopatum eius ac- cipiet alter, & Alt. 1. post med. gloss. in cap. porro 66. distinct. cap. 1. & seqq. 80. dist. & Doctores citatos supra alleg. 1. *num. 23.* quia respondetur E- piscopos esse in Ecclesia de iure diuino, sed hic vel ibi, hoc vel eo modo de iure positio Canonico esse: quare qui in aliquem ex supradictis casibus Summo Pont. reservatis incidit, non ab Episco- po, sed à Summo Sacerdote, qui ad Christiani populi disciplinam eos sibi reservauit, absolutio, vel absoluendi facultas est obtinenda.*

Si autem quis obtinuerit facultatem absoluendi ab omnibus casibus Summo Pont. reservatis, non poterit absolueri à casibus contentis in Bulla Cœ- næ, quando non est facta mentio illius Bullæ, quia casus Bullæ Cœnæ specialiter reservantur, & con- sequenter indigent speciali expressione in conce- ssione facultatis absoluendi, tum quia vlti ita rece- prum est. Ita docent Iacob. de Grassi. *consonie. in princ. de immun. Eccles. [et in decis. aureis lib. 4. cap. 18. *num. 2.*] post Nau. & Cotar. Stuar. rom. 5. disp. 2. 1. scilicet. 3. *num. 3.* & disp. 7. scilicet. 5. *num. 11.* Vgo- lin. de censur. tab. 1. cap. 10. 9. 4. *num. 8.* Alex. Rice. in praxi aucta resol. 333. [Mari. Alex. de censur. tom. 1. lib. 4. disp. 4. cap. 2. pag. 413. col. 1. & lib. 5. disp. 22. cap. 2. dis. 3. pag. 770. col. 2. in fine. Bonacin. eod. tract. disp. 1. q. 3. puncto 1. *num. 12.* Farin. de heresi q. 192. §. 4. *num. 63.* Sanch. in precepta decal. lib. 2. cap. 12. *num. 3.* Laur. de iubil. p. 2. cap. 28. *num. 24.* Leo eod. tract. par. 2. *num. 40.* & 41. Duard. in Bull. Cœn. lib. 3. §. 2. q. 1. *num. 14.* vers. immo hoc.]*

Data facultate absoluendi à casibus reservatis etiam contentis in Bulla Cœnæ, non potest quis virtute illius absolui ab excommunicatione ob hæ- ritum contracta, prout resoluunt Henric. in summ. lib. 8.

& impedimentis, nisi in mortis articulo, vel nisi habeant licentiam nouam (specialem à Sede Apostolica, vel ab Ordinariis in scriptis, vel viua voce, sub pœna excommunicationis, & priuationis officiorum, dignitatum, & beneficiorum, ac inhabilitatis ad ea in posterum obtinenda, ipso facto absque vlla declaratione incurrenda, à qua non poterint dispensari, habilitari, vel absolui, nisi à Sede Apost. præterquam in mortis articulo, quoad confitentes verò adest pœna nullitatis absolutionis. Quæ omnia, aliaque in hac materia decisa [referuntur nouissimè à Lezana in summ. quest. Regul. cap. 19. n. 14. cum seqq.] & continentur in edictis sacre Congreg. Cardinalium super negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium propositis, quæ sequuntur.

Decretum, & declaratio super absolutione à censuris, seu à casibus reſeruatīs.

²⁸⁶ **S**acra Congregatio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium proposita, iustis, & grauibus causis id exigentibus, ac de Sanctissimi D. N. Clementis Octaui, speciali mandato viuæ vocis oraculo de super habito, sacerdotibus omnibus, tam secularibus, quam regularibus per uniuersam Italiam extra Urbem degentibus ad Confessiones audiendas probatis, quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militarium, aut Congregationum, etiam Societatis Iesv, & generaliter quarumcunque aliarum quouis nomine nun upentur, iubet, & præcipit, ne quis eorum sub prætextu privilegiorum, indulgentiarum, aut facultatum generaliter, vel specificè scripto, aut viua vocis oraculo, vel per communicationem à Sede Apostolica, vel eius auctoritate eorum Ordinibus, Congregationibus, Collegiis, vel Societatibus, aut Archiepiscopatuibus secularium, aut singularis personis, seu aliis quomodocunque sub quibusvis tenoribus, formis, & clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, ad uisus etiam Imperatorum, Regum, aut aliorum Principum instantiam concessorum, seu confirmatarum alicui cuiusvis status, gradus, & conditionis, aut dignitatus, tam Ecclesiasticæ, quam secularis, etiam Regiæ, vel Imperialis, ab ullo ex casibus clare, vel dubie in Bulla die Cœnæ Domini legi solita contentis, vel aliis quomodocunque Sedi Apostolicæ reseruatīs, aut in futurum, & per Sanctitatem suam, eiusve Successores pro tempore, in eadem Bulla, vel aliter reseruandis, nec etiam à casibus, quos Ordinarij locorum hæctenus reseruarunt, vel in posterum sibi reseruabunt, nullo casu, etiam necessitatis, vel impedimenti, nisi in mortis articulo, seu cum noua, vel speciali Sanctitatis suæ, aut Successorum suorum, vel Ordinariorum, quoad casus ab ipsis tantum reseruatō respectu, impetrata in scriptis licentia, Ordinarij locorum exhibenda, absolutionis beneficium de cetero impendere audeat, vel presumat, Sed cum opus fuerit

penitentes ad Superiores, legitimosque iudices suos accedere consulant, sub pœna contrasententibus, tam regularibus, quam secularibus excommunicationis, priuationis officiorum, & dignitatum, aut beneficiorum, inhabilitatis item audiendi Confessiones, & ad quacunq; officia, pralaturas beneficia in posterum obtinenda ipso facto, absque vlla alia declaratione incurreda, super quibus à nemine, nisi à Romano Pontif. habilitatio, dispensatio, aut absolutio, præterquam in mortis articulo possit impartiri: Sanctitatis enim suæ quatenus opus sit, facultates, & concessiones ipsas in hac parte uti cassas, & irritas haberi de cetero voluit, & vult, non obstantibus quibuscunque.

Præterea nouerint penitentes absolutionem, si quam obtinebunt, contra huiusmodi prohibitionem esse nullam, nulliusque roboris, & momenti.

Et ne locorum Ordinarij, quibus ius hoc reseruandorum casuum competit, plurimum, quam opus sit, reseruandis, subditis, aut Confessariis in animarum salute procuranda cooperantibus sint onerosi, monentur omnes, ut paucos, eosque tantum, quos ad Christianam disciplinam retinendam, animarumque sibi creditarum salutem pro cuiusvis diœcesis statu, & qualitate necessariò reseruandos esse iudicauerint, reseruent. In quorum fidem, &c. Dat. Romæ die 9. mensis Ianuarij ann. 1601.

Cum autem dubia quadam, ac difficultates circa eiusdem Decreti interpretationem, atque observationem emerſissent, eadem Congreg. ne ullus deinceps obscuratus, scrupulo, ambiguitate locus relinqueretur, & ut clarius appareat in quibus casibus, vigore eiusdem Decreti reseruatū, intelligatur prohibita absolutio, speciali mandato eiusdem S. D. N. Clementis Papæ Octaui similiter viuæ vocis oraculo super ea re habito ipsum decretum ita moderatur, ac declarat, videlicet sub eiusdem prohibitione illos tantum in posterum comprehendendos casus, qui in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta continentur. Ac præterea violationis immunitatis Ecclesiasticæ in terminis Constitutionis felicis recordationis Gregorij Decimiquarti, quæ incip. Cum aliis nonnulli. Violationis clausura Monialium ad malum finem, prouocantium, & pugnantium in duello, iuxta decretum Sacri Concilij Tridentini, & constit. felicis recordat. Gregorij Papæ XIII. incip. Ad tollendum. Inticentium violentæ manus in clericos, iuxta canon. Si quis suadente, 17. quest. 4. ac Iuris dispositionem. Simonie realis scienter contractæ, atque etiam confidentiæ beneficiæ. Item omnes casus, quos Ordinarij locorum sibi reseruarunt, vel in posterum reseruabunt. In quibus omnibus iam enumeratis casibus dumtaxat, & sublata etiam pœna inhabilitatis audiendi Confessiones eadem Sacra Congreg. vult, & mandat dictum Decretum in sua firmitate, & pristino robore permanere; ac præterea declarat eos quidem

Sacer

Sacerdotes, tam seculares, quam Regulares, qui aliquo ex privilegiis, indulgiis, & facultatibus in supradicto Decreto expressis suffulti fuerint, posse iuxta eorum privilegia, indulgiis, & facultates usque ante idem Decretum receptas, & quæ sub aliis reuocationibus non comprehenduntur, tantum, & non alias absoluere à casibus in presenti declaratione non comprehensis, aliis vero Sacerdotibus huiusmodi privilegia non habentibus nihil de nouo concedi. Sed ne locorum Ordinarij, ad quos casuum reseruatio spectat, ea in re modum excedant, eadem Sacra Congreg. illos rursus admonere ad monendos censet, ut non passim, sed cum id videbitur communi bono expedire atrociorum tantum, & grauiorum criminum absolutionem sibi reseruent, quorum reseruatio ad Christianam disciplinam retinendam conferat in edificationem, non autem in destructionem cedat, ne alioquin Sacramenti Pœnitentiæ ministrorum coarctata potestate Sanctæ Matris Ecclesiæ pie mentis contrarius effectus subsequatur. Prohibet etiam, ne sibi superflue reseruent casus in Bulla die Cœnæ Domini legi consueta contentos, neque alios Sedi Apostolicæ specialiter reseruatō, facultatem vero, & licentiam absoluendi à casibus reseruatīs, quam in scriptis tantum concedi permittebatur, etiam sola viuæ voce concedi posse declarat. Cæterum ne quis Sacerdotum secularium, aut Regularium sub prætextu, quod per primum dictum Decretum non fuerit sufficienter eorum specialibus privilegiis derogatum eidem Decreto, sicut præfertur, declarato contravenire audeat, Sanctitatis suæ constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis omnibus in fauorem quorumcunque Ordinum, seu institutorum Regularium, aut Sacerdotum, tam secularium, quam Regularium editis, necnon eorundem Ordinum, seu institutorum, atque etiam Ecclesiarum, & monasteriorum, & aliorum secularium, seu regularium locorum quorumcunque, etiam inramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgiis, & litteris Apostolicis, etiam Magni, seu Bulla aurea, aut aliis nuncupatis, eisdem Ordinibus, seu institutis, atque etiam Ecclesiis, & monasteriis, & secularibus, seu regularibus locis, aut personis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausuris, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, aut aliis quomodolibet, etiam per viam excommunicationis, seu extensionis concessis, atque etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque totis tenoribus, & formis, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis

Barbof. de Episcopo Pars III.

alia expressio habenda, aut alia exquisita forma seruanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omiſſiſſe, & forma in illis tradita obseruanda inserti forent, presentibus pro expressis habens, quoad ea, quæ presentibus obseruantur, illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogat, contrariis quibuscunque non obstantibus. Romæ die 26. Nouembris 1602.

ALEXAND. Card. Florentiæ, Episcop. Prænestin. HIER. AGVCCH. Secret. refert post aliquas huius tractatus impressiones Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. cap. 35. num. 10. Lauret. de Franchis in controu. inter Episcop. & Regul. pag. 284. cum seqq.

Decretum eiusdem S. Congreg. de S. D. Pauli V. felicis recordat. mandato editum, quo confirmantur, & innouantur contenta in supradicto Decreto.

²⁸⁷ **Q**uoniam Sacra Congreg. Cardinalium negotiis Episcoporum, ac Regularium prepositorum nuper accepit quamplures Regulares tantum facultatis, seu privilegij ab Apostol. Sede sibi concessum profiteri, ut etiam à casibus locorum Ordinariis in eorum diœcesibus reseruatīs, absque alia ipsorum Ordinariorum licentia, penitentes absoluere minimè dubitent, nonnullisque alios in decreto prohibitionis, absolutionis à casibus Sedi Apostol. vel locorum Ordinariis reseruatīs die 9. Ianuarij 1601. felicis recordat. Clement. Papæ VII. iussu edito, necnon in declaratione illius eodem Clement. Pont. iubente, die 26. Nouembris 1602. promulgata, excommunicationes Sedi, vel Ordinariis predictis reseruatōs minimè comprehensas asserere: unde fit ut metus, quo homines à peccando coercentur, absolutionis facilitate exoleſcat. Ideo Sacra eadem Congreg. de S. D. X. Pauli V. speciali mandato, viuæ vocis oraculo de super habito, decretum huiusmodi, illiusque declarationem, necnon censuras, & pœnas in eis contentas, omnia confirmanda, atque innouanda opera pretium duxit, prout per presentes confirmat, atque innouat, ab omnibusque Sacerdotibus, tam secularibus, quam Regularibus, quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, Militarium, Congregationum, ac cuiusvis aliter instituti etiam necessariò exprimentis, quouis nomine nuncupetur, inuoluntate obseruari, ac insuper, ut nulli ex Sacerdotibus predictis, quibuscunque privilegiis, indulgiis, & facultatibus suffulti, ab excommunicationibus, vel à casibus eisdem Ordinariis, vel Sedi Apostol. reseruatīs, tam ad forum contentiosum eorundem Ordinariorum deductis, quam non deductis, præterquam in mortis articulo, absoluere audeant, vel presumat, sub eisdem censuris, & pœnis eo ipso, & absque

F. 2. aliis

alia declaratione incurrendis, mandat, & precipit. Non obstantibus omnibus, quae idem Clemens VIII. in decreto, & declaratione huiusmodi voluit non obstaré. Dat. Romae 7. Ianu. 1617. AN T. Card. Saulius V. Theat. Secr. refert Moltes. in sum. Theologia moralis tract. 7. cap. 18. num. 23.

Sequuntur litterae eiusdem Sacrae Congregationis ad Archiepiscopum Neapolitanum, in quibus circa casuum reservationem regulae dantur vtilissima.

²⁸⁹ **I**llustrissime, & Reuerendissime Domine, accipiet Illustr. Amplitudo Vestra una cum hisce litteris exemplum declarationis, quam Sacra Congreg. S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, de expresso Sanctissimi D. N. mandato nuper edidit super decreto de prohibita absolutione à casibus reservatis die 9. Ianuarij 1601. promulgato, quod in suis Diocesis Offensis, & Neapolitana publicandum, ac studiose observandum diligenter curabit. Cum autem locorum Ordinarij magna ex parte indicem, seu notam singulorum casuum à se reservatorum huc miserim, compertum est in hoc genere variè quid à variis admissum fuisse, quod aliqua emendatione indigeret, quosdam nimirum quaedam reservasse, quae iam Apostol. Sedes sibi reservaret, alios alia, quae minimè expediebant, nonnullos vero in ea re modum excessisse, ut nullum fere super esset peccatum, quod non sibi vendicaret indifferens illa servandi ratio, quae (ut necesse erat) res pleraeque levis momenti, & aliquin Concilij Tridentini, aliorumque Sacrorum Canonum sententia parum congruentes completebatur. verum quia nondum satis hic explorata erat cuiusque loci conditio, ac necessitas, non potuit unicuique reservationum huiusmodi sigillatim modus, ac temperamentum, quod res postebat, adhiberi. Nec sane debuit una eademque regula omnibus Ecclesijs praescribi, quandoquidem alia alibi magis convenire certum est, & fieri vix potest, ut omnia omnibus in locis aequè probentur, & prosint. Quae cum ita sint visum est eidem S. Congreg. praeter illam declarationem priuatas quoque litteras ad singulos Ordinarios mittere, quibus moncant, ut simul ac eas acceperint, omnes casus sibi iam olim reservatos, adhibitis aliquibus pietate, & doctrina praestantibus viris, de integro discutiant, diligenterque examinent, & ad ipsius decreti iam declarati normam accommodent, eorum multitudinem sic refecantes, ut ad quam paucissimos, eosque maximè necessarios redigantur iidem casus, unde salutaris ille sequatur effectus, cuius causa haec reservandi atrociores quosdam casus, Episcopis in sua cuique diocesi tributa est auctoritas.

Precipue vero haec mandata censet Sacra Con-

greg. ut videant ipsi Ordinarij, ne illos casus promiscuè reservent, quibus annexa est excommunicatio maior à iure imposita, cuius absolutio nemini reservata sit, nisi forte propter frequentiam, scandalum, aut aliam necessariam causam aliqui huiusmodi casus nominatim reservandi viderentur. Neque casus, in quibus absolutio, nisi cum restitutione, vel executione eorum, ad quae poenitentes tenentur, non confertur: neque illos, qui etiam si mortale peccatum inducant, circa restamen parvi momenti versantur, & frequenter inter idiotas euenire solent, vti damni dati, & similia. In peccatis etiam carnalibus reservandis multa vitantur circumspectione propter periculum scandalorum, in his maximè personis, in quas ob accessum ad Confessarios extraordinarios, vel frequentem reditum ad ordinarios, suspitionis aliquid cadere potest. Postremo eam potissimum incant, ac sequantur rationem, qua consideratis diligenter cuiusque Provinciae, ac populorum moribus, natura, ac propensione, magis in Domino expedire videbitur. Postquam autem ab huius peracta descriptaque fuerit haec moderatio, unusquisque eam primo quoque tempore ad me perferendam curet, addita insuper causa, quae cuiusque casus reservationem potissimum iusserit. Hoc enim S. D. N. deliberatum est, ut postmodum singula huiusmodi reservationes distinctius examinentur, quo perferente tandem ad iurice Dei gratia opportunum iis incommodis remedium adhibeatur. Interim de ipsius Sanctitatis suae mandato iidem Ordinarij monentur, ut per totam suam diocesim, ac praesertim iis locis, qui à Ciuitate, & Cathedrali Sede longius remoti sunt. Poenitentarios, aliosque Sacerdotes constituant, ac delegent, quibus facultatem absoluedi à casibus sibi reservatis concedant, itant his quoque liceat eandem aliis Confessariis, si opus sit, etiam viva voce impartiri: idque maximè in solemnioribus, & praecipuis anni festiuitatibus, ut peccatores, quibus obuia, & facilis fuerit huiusmodi Sacerdotum copia, ad peragendam Confessionem alliciantur, quia alioquin plerique, vel ob id ipsum omittere possent, si necesse haberent Poenitentia Ministros, quibus indigent, longius quarere. In eam igitur curam, quantum in se erit, sedulo incumbet Illustriss. Amplitudo vestra, ut haec omnia ex Sanctitatis suae, & sacrae Congreg. mente debite executioni mandentur, ea diligentia, & zelo ubique adhibito, quem optimus quisque Pastor erga animarum sibi creditarum salutem praese ferre debet: ut autem apud se, successoresque suos perpetuum extet monumentum, quid hic circa totam hanc reservandi rationem deliberatum sit, dabit operam, ut haec litterae una cum ipso Decreto, ac declaratione in publicis suarum Curiarum Episcopaliū actus integre describantur. Eas vero cum primum acceperit, dignabitur facere nos e. a. de re certiores, missura postea,

ALLEGATIO LI.

Episcopi quorum casuum absolutionem sibi reservare consueverunt?

S V M M A R I V M.

- 1 Casus in quibus tantum cadat Episcoporum reservatio nulli certi dari possunt.
- 2 Casus numerantur quos Episcopi sibi reservare consueverunt.
- 3 Homicidium voluntarium quod dicatur.
- 4 Homicida sui aggressoris ad defensionem vitae propria cum moderazione inculpata tutela, non peccat, nec tenetur ad restitutionem, nec est irregularis.
- 5 Moderamen inculpata tutela non dicitur servare, qui occidit si fugiendo evadere possit, nisi fuga sit illi valde dedecorosa.
- 6 Inuasorem licet occidere pro defendendis propriis bonis, quando sunt ordinata, ut media ad conservationem vitae.
- 7 Inuasorem licet occidere pro defensione sui honoris, vel integritat sui corporis.
- 8 Defendere vitam, seu bona proximi licet usque ad occasionem iniusti aggressoris, quando aliter illa defensio expediri non poterit.
- 9 Locus Matth. 26. declaratur.
- 10 Irregularis non sit defendens proximum usque ad occisionem, vel mutilationem aggressoris.
- 11 L. vt vim vi, ff. de iust. & iur. declaratur.
- 12 Mandans, & mandatarius censentur unum idemque delictum committere, saltem variatione finis.
- 13 Mandans punitur eadem poena, qua puniri debet mandatarius.
- 14 Consulens delictum punitur eadem poena, qua ipse delinquens.
- 15 Auxilium praestans in delicto punitur, prout ipse delinquens.
- 16 Homicidium esset nocentum irreparabile, quia tollit vitam humanam, quae ex bonis temporalibus summum est.
- 17 Iuramentum ut licitum & honestum sit, tres comites habere debet.
- 18 Perurium est mendacium iuramento firmitum.
- 19 Perurium in iuramento assertorio semper, & indistinctè est peccatum mortale.
- 20 Iurans falsum putans esse verum quando peccat.
- 21 Iuramentum promissorium, cui deest veritas, ara semper inducat peccatum mortale.
- 22 Iuramenti promissory violatio in re leui, & parua solum inducit peccatum veniale.
- 23 Testis falsus ut aliquis dicatur, falsique poenam incurrat, quae necessaria sint.
- 24 Testis à iudice legitime interrogatus de veritate dicendi non solum falsus est si falsum dicit, sed etiam si veritatem celat scienter in damnum proximi.
- 25 Falsum deponens in iudicio nullo includitur sub reservatione huius secundi casus.

postea, quantocius fieri poterit, expeditum noua reservationis indicem ex praescripto huiusce mandati confectum. Quae omnia mandante ipsa Sacra Congreg. ego Illustrissime D. V. scripsi, Deum precatus, ut eandem quam diuissimè incolumem reueatur. Romae die 26. Nouembris 1602. Dignabitur etiam Amplitudo V. Illustriss. operam dare, ut Prelatis inferioris Ordinis exemptis, seu nullius diocesis, seu qui sint in sua Prouincia, innotescat Decretum hisce litteris inclusum, tum etiam haec reliqua, quae ei scribuntur super casuum reservationem.

ALEXANDER Cardin. Florent.

Declaratio eiusdem S. Congregationis circa facultatem absoluedi à casibus Sedi Apostol. & Ordinario reservatis.

Sacra Congreg. S. R. E. Cardinalium negotiis & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita censuit per confirmationes priuilegiarum, quas Regulares à Sede Apostol. post Sacrum Concil. Trident. obtinuerunt, nequaquam renuississe priuilegia prius ab eodem Concil. ac deinde etiam ipsius Congregationis decretis sublata, atque extincta, si quae habebant, absoluedi à casibus Ordinario loci reservatis. Quenamodum neque indulta absoluedi à casibus contentis in Bulla, quae in die Caene Domini legi consuevit, ut pote sublata per annuam ipsius Bullae publicationem, vires aut robur acquisuisse, ex subsequenibus priuilegiarum confirmationibus, ac proinde Regulares cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti etiam necessario exprimentis, nec intra, nec extra Italiam in vim priuilegiarum, aut confirmationem eiusmodi, quas vel haecenus obtinuerunt, vel deinceps forte obtinebunt, posse quemquam absoluere ab eisdem casibus in Bulla Caene Domini aut Ordinario loci reservatis. At si secus egerint, absolutiones nullas atque irritas fuisse, ac fore: ab aliis vero casibus, & censuris Sedi Apostol. reservatis, siquidem Regulares habeant à Sede Apostol. absoluedi facultatem, illam extra Italiam minime sublata fuisse iisdem S. Congregationis decretis hac de re editis iussu sanctae mem. Clementis VIII. Quam Sacra Congregat. sententiam sanctitas sua ad se reuocata approbavit, mandauitque ab omnibus ad quos pertinet, inuolubiliter obseruari. Romae 17. Nouembris 1628.

Praefata Sacra Congreg. decreta post aliquot huius tractat. impressiones transcripsit nouissimè Fr. Ludou. à Cruce in expos. Bullae Cruciate disp. 1. cap. 3. dub. 5. pag. 164. cum sequent.]

- 26 Testimanium ferens non iuratus si falsum dicat, ordinaria plectendus est poena.
- 27 Falsum deponens sine dolo, non est ordinaria poena falsi plectendus.
- 28 Interpretatio in dubio semper fieri debet, ut quis excusetur a periuicio.
- 29 Ad evitandam testium falsitatem eorum dicta sunt improprie intelligenda.
- 30 Falsitas nemini nociva poena ordinaria non puniuntur.
- 31 Falsum testimonium dolose dicens, quod tamen non valuit, ordinaria poena non est puniendus.
- 32 Falsitas tria essentialia requirit, dolum scilicet, mutationem veritatis, & quod alteri noceat.
- 33 Testis, qui interrogatur de aliquo sibi commissum sub sigillo secreti, quando teneatur reuelare factum occultum.
- 34 Falsum deponens circa extrinsecam, & extra factum principale, non dicitur falsum.
- 35 Periuurium quam graue sit peccatum, ostenditur.
- 36 Periuurium non satisfacit si dicat se falsum deposuisse, quia tunc ei fides non adhibetur, quamuis sit in articulo mortis.
- 37 Periuurium est grauius adulterio.
- 38 Cap. quod in omnibus 32. quest. 7. declaratur.
- 39 Cap. at si clerici, §. de adulteriis, de iudiciis, declaratur.
- 40 Periuurium homicidio grauius est, & num. 41.
- 42 Periuuria apud varias nationes quibus poenis puniebantur.
- 43 Periuiri puniuntur poena depositionis ab Ordine.
- 44 Periuiri beneficiis Ecclesiasticis obtentis priuantur.
- 45 Periuuro facta collatio est nulla.
- 46 Pondus illud dicitur falsum, quod nunquam transiit per manus assignatorum.
- 47 Ponderibus, & mensuris falsis utens, falsum dicitur committere.
- 48 Ponderibus, & mensuris falsis utens, quomodo ad restitutionem obligetur.
- 49 De adulterantibus, vitiis falsis ponderibus, & mensuris, referuntur plures Doctores.
- 50 Vinum lymphatum vendens quas poenas incurrat, remissum.
- 51 Vinum verum cum musto admiscens quam poenam incurrat, remissum.
- 52 Pharmacopola vendentes medicinas adulteratas quas poenas incurram.
- 53 Pecunia qui prius usi fuissent, ostenditur.
- 54 Denarii, quibus fuit venditus Dominus Noster Iesus Christus, qui fuerint.
- 55 Monetam eudere ad Principem solum, & Republicam spectat.
- 56 Moneta ut probata, & legitima sit, qua continere debeat, ostenditur.
- 57 Moneta adulterari, falsificari, seu corrumpi quibus modis dicatur.
- 58 Moneta excudens alia effigie, quam effigie Principis illius Regni, obihabitat, vel falsificans monetam alterius Principis, a poenis excusat.
- 59 Monetam Principis tondentes, vel radentes eisdem subiiciuntur poenis, quibus eam adulterantes.

- 60 Monetam iustum pondus excedentem tondens, & mutans, atque eam ad iustum pondus reducens, an in poenam incidat, ostenditur.
- 61 Monetam reprobam vitiates non puniuntur.
- 62 Monetam falsam falsificantes non incurrunt in poenis.
- 63 Monetam minimi valoris fabricans, vel tondens modicam quantitatem, excusetur a poenis ordinariis.
- 64 Monetam falsam expendentes eadem poena puniuntur, qua efficiuntur illam adulterantes, vel radentes.
- 65 Intellige si scienter falsam expendant.
- 66 Ignorantia quomodo in hoc casu probetur, ostenditur.
- 67 Monetam falsam expendens, si doceat a quo illam habuit, nulla lege puniri debet, & referuntur alij casus in quibus potest excusari.
- 68 Monetam corrumpens, fabricans, tondens, vel scienter expendens, igne comburitur, & eius bona fisco venduntur.
- 69 Domus in qua fabricatur moneta falsa sciente domino cedit fisco.
- 70 Vidua excusatur a scientia fabricationis falsa moneta cusa in eius domo.
- 71 Referuntur Doctores de hac materia plene agentes.
- 72 Violatores Ecclesiarum immunitatis, & libertatis Ecclesiasticae hodie absolui non possunt a Confessariis secularibus, vel regularibus, etiam vigore suorum privilegiorum.
- 73 Incendiarium dicitur ille, qui malo animo auctoritate propria incendit aliena.
- 74 Incendium connumeratur inter casus fortuitos.
- 75 Conductor propter incendium ad damni estimationem non tenetur, nec ad restitutionem in foro conscientia, nisi constet de culpa, vel negligentia ipsius.
- 76 Incendiarium ad damna, & interesse tenetur si fuerit lata culpa.
- 77 Incendiarium ad damna, & interesse tenetur, si incendium ex sua nimia negligentia fiat.
- 78 Incendium a quibus in dubio emissum presumatur, remissum.
- 79 Dominus de incendio per familiam admissio vtrum ne, & quando teneatur, remissum.
- 80 Incendiarium quocumque pertinentia, remissum.
- 81 Arborum, & vitium incensores tenentur ad omne damnum, quod earum dominus ex ipsa incensione patitur, & quomodo sit facienda restitutio, ostenditur.
- 82 Arborum incisor, qui in suo solo plantare fuerunt ab alio, vel in eo radices egerunt an peccet, teneaturque ad restitutionem, ostenditur.
- 83 Vitis dicitur arbor signifera.
- 84 Vites, aliaque arbores incidens non damni causa, vel iniuria, sed voracitatis, & rapacitatis naturalis, non incidit sub reservatione quinti casus.
- 85 Blasphemia est de reseruato Episcopo.
- 86 Blasphemare est dicere tacite, vel expresse, verbo, vel scripto contra Deum, aut eius Sanctos quidpiam contumeliosum.
- 87 Blasphemia alia hereticalis, alia simplex.
- 88 Blasphemia hereticalis est illa, qua cum heresi connexionem habet.
- 89 Inquisitores contra hereticam prauitatem priuatiue cognoscunt de blasphemis hereticalibus, &

- contra consuetum blasphemare, & monitum blasphemare non cessantem.
- 90 Poena qua imponi solet ab Inquisitoribus pro hereticalibus blasphemis, ostenditur.
- 91 Blasphemia simplex est illa, qua non repugnat iis, que tenemur credere.
- 92 Blasphemia simplicis qua iurationes sunt, ostenditur.
- 93 Episcopi de blasphemis, qua hereticae non sunt, cognoscunt, & puniunt.
- 94 Blasphemia simplicis crimen est mixti fori.
- 95 Ecclesiasticus iudex si prius de crimine mixti fori cognoscens poenam leuem imposuerit, iure optimo poterit secularis de eadem causa iudicare, supplereque usque ad condignam condemnationem.
- 96 Blasphemia peccatum quam detestabile sit in sacra Scriptura, ostenditur.
- 97 Blasphemi quibus poenis iure Pontificio puniuntur.
- 98 Blasphemi in Synodo Lateran. quibus poenis afficiantur.
- 99 Iulius II. quas poenas aduersus eos inflixerit, ostenditur.
- 100 Pius V. in blasphemos quomodo inquirendum, & animaduertendum, sua Constit. sancit.
- 101 Blasphemi iure Ciuili mortis poena puniebantur.
- 102 Blasphemi quibus poenis apud Lusitanos, & Hispanos puniuntur.
- 103 Blasphematores apud Gallos quomodo multentur.
- 104 Blasphemantibus, qua poena imponantur apud Neapolitanos.
- 105 Blasphemantes a poenis ordinariis, quando possunt excusari, remissum.
- 106 Parentes percutientes quam graue peccatum faciant, ostenditur multis sacra Scriptura locis.
- 107 Parentes percutiens potest hereditate priuari.
- 108 Filius verberans patrem, nec ille pater, nec ille filius est censendus.
- 109 Pater, vel mater non presumitur, qui filium non diligit.
- 110 Salomonis Regis iudicium pro cognoscenda matre ex duabus infantem postulantibus, referuntur.
- 111 Caroli Magni simile iudicium refertur.
- 112 Alphonso Aragonia Regi simile factum accidisse ostenditur.
- 113 Filius etiam leuiter patrem percutiens, peccat mortaliter.
- 114 Parentum appellatione in presenti materia veniunt solum pater, mater, auus, auia, & alij ascendentes.
- 115 Filius percutiens, vel occidens patrem venientem contra fidem Christi non punitur.
- 116 Patrem ad sui defensionem percutiens, vel occidens, non dicitur parricida.
- 117 Furiosus percutiens patrem non incidit in poenas parricidij.
- 118 Patrem sine dolo percutiens, vel occidens, non punitur ut parricida.
- 119 Filius occidens patrem suum, ignorans sibi patrem esse, non punitur ut parricida.
- 120 Magica ars qua sit, remissum.
- 121 Diuinitio quomplex sit.
- 122 Superstitio qua dicatur.
- 123 Diuinitio qua fit per demonum inuocationem sapit heresim, & sic diuinites possunt per Inquisitores coerceri.

- 124 Inquisitores contra hereticam prauitatem habent auctoritatem, & ius inquirendi contra diuinites, & sortilegos, quotiescumque aliquas admiscerit, qua heresim sapiunt.
- 125 Inuocatio facta ad id, quod est demonis natura, non sapit heresim.
- 126 Pocula, vel carmina amatoria, an vim aliquam habeant naturalem homines inuitos alliciendi ad amandum, remissum.
- 127 Augures qui dicantur, remissum.
- 128 Sortilegi qui sint, remissum.
- 129 Necromantici qui dicantur, & eorum materia, remissum.
- 130 Chiromantici superstitiose faciunt per manuum lineas bonam, vel malam fortunam indicantes, secus si complexionem, humores, & aptitudinem.
- 131 Aegyptianam de bona, vel mala fortuna interrogare quando sit peccatum.
- 132 Somniantes putantes omnia per somnia sibi visa esse vera, & diuinitus sibi immissa, peccant mortaliter.
- 133 Astrologi qui dicantur, remissum.
- 134 Astrologiam iudiciariam exercentes qua poenas hodie incurrant, ostenditur.
- 135 Eucharistia sanctissima abutentes sunt suspecti de heresi, & curia seculari traduntur.
- 136 Abortum procurantes, consultantes, & quocumque modo consentientes, quibus poenis per Constit. Sixti Quinti, & Gregorij Decimiquarti puniantur.
- 137 Animari factus in homine dicitur per infusionem anima rationalis, que in masculo fit post quadraginta dies, in foemina vero post 80.
- 138 Masculus, vel foemina an sit si dubitetur, presumendum est esse animatum post quadraginta dies.
- 139 Abortum consulens ei, qua dubitat esse pregnantem, non est irregularis, si non apparet de abortu.
- 140 Foetus postquam est viuificatus si occidatur, verum homicidium committi dicitur.
- 141 Abortui causam praebens sit irregularis, etiam si dubium sit an factus esset viuificatus.
- 142 Abortioni causam dans, vel recipiens poculum, quando ut homicidia puniatur, remissum.
- 143 Exponentes proprios partus feris peiores.
- 144 Pater exponens filium legitimum, & naturalem, vel naturalem tantum, arbitrio iudicis est puniendus.
- 145 Pater exponens filium, siue alius eo consentiente, vel ratum habente, amittit ius filiationis.
- 146 Pater exponens filium licet perdat patriam potestatem, non per hoc eximitur ab onere dotandi.
- 147 Parentes grauius peccant, qui filios exponunt, si eos nutrire, & alere commode possunt.
- 148 Infantes expositos spurios esse censendos, tenet una sententia.
- 149 Naturales tamen esse iudicandos, existimat altera opinio.
- 150 Legitimos tamen, ac successionum, ordinum, & dignitatum capaces esse, tenet verior sententia.
- 151 Expositi non sunt capaces censendi ubi habentur statuta requirentia qualitatem nobilitatis, & alia huiusmodi.
- 152 Expositus est ciues illius loci, & ciuitatis, cui exponitur.

- 153 Consanguinitas dicitur quasi sanguinis unitas, & consanguinitas quasi eodem sanguine iuncti.
- 154 Consanguinitas est vinculum personarum ab eodem stipite descendentiū carnali propagatione contractum.
- 155 Consanguinitas per gradus, & lineas distinguitur.
- 156 Linea quatuorplex dicatur.
- 157 Qualibet ex his lineis per gradus distinguitur.
- 158 In linea recta ascendentiū, & descendentiū, utroque iure inspecto, tot sunt gradus, quot sunt personae, dempta semper ea, a qua incipit computatio.
- 159 In linea transversa aequali quo gradu unaquaque persona à communi differt stipite, eo etiam gradu ab altero distat stipite, eo etiam gradu ab altero distat stipite.
- 160 In linea transversa aequali attendito iure Canonico, quo gradu distat remotior à communi stipite, eo etiam differt ab alio consanguineo.
- 161 Graduum computatio in matrimonii contrahentibus secundum ius Canonicum semper facienda est.
- 162 Graduum computatio ad susceptores, & reliqua civilia antea Casareo iure facienda est, nisi aliter de consuetudine receptum sit, vel ipsa lex civilis secus statuerit.
- 163 Matrimonium hodie interdicitur cum consanguinitate intra quartum gradum.
- 164 Affinitas ex copula licita dirimit Matrimonium usque ad quartum gradum.
- 165 Affinitas ex copula illicita dirimit Matrimonium usque ad secundum gradum.
- 166 Gradus affinitatis quomodo computentur, ostenditur.
- 167 Affinitas ut contrahatur requiritur ea copula, quae sit sufficiens ad generationem.
- 168 Seminatio femina ad generationem non est necessaria.
- 169 Affinitas oritur ex copula cum femina inuita, ignorante, dormiente, ebria, vel insana.
- 170 Semen alicuius viri ope demonis in uterum femininum delatum non inducit affinitatem.
- 171 Affinitas non contrahitur si casu ad se traheret uterius feminine semen viri cum ea ludentis.
- 172 Affinitas oritur ex copula cum effusione veri seminis, qualis non est eunuchorum.
- 173 Affinitas non oritur ex copula sodomitica.
- 174 Impedimentum publica honestatis usque ad quartum gradum extenditur.
- 175 Affinitas non oritur ex Matrimonio per verba de presenti, copula non sequuta, sed impedimentum ulterioris gradus.
- 176 Impedimentum publica honestatis, quando simul concurrat cum impedimento affinitatis, utrumque explicitè, vel saltem implicitè in petitione explicandum est.
- 177 Publica honestas oritur ex Matrimonio nondum consummato, si non sit inualidum defectu consensu.
- 178 Impedimentum publica honestatis non oritur ex Matrimonio rato amentium, vel puero-rum.
- 179 Cap. iuuenis, de sponsal. declaratur.
- 180 Impedimentum publica honestatis non oritur ex Matrimonio celebrato sub conditione de futuro, antequam adimpleatur conditio.
- 181 Contractus non obligat ante conditionis eventum.

- 182 Impedimentum publica honestatis ex sponsalibus validis, & certis oritur in primo gradu.
- 183 Impedimentum publica honestatis non inducitur quando aliquis fidei consentit.
- 184 Impedimentum ex sponsalibus, aut Matrimonii metu, aut errore persona, nullum nascitur.
- 185 Impedimentum publica honestatis non oritur ex sponsalibus conditionatis ante eventum conditionis.
- 186 Impedimentum publica honestatis, non oritur ex sponsalibus contractis à parentibus nomine filiorum sine eorum consensu.
- 187 Impedimentum publica honestatis oritur ex sponsalibus quacumque ratione irritis, quando ipsa publica sunt, & nullitas occultata.
- 188 Impedimentum publica honestatis contractum ex sponsalibus validis, & certis, non cessat quando sponsalia dissoluntur mutuo contrahentium consensu.
- 189 Cognatio legalis quando impediatur, & dirimat Matrimonium, ostenditur.

NVLLOS posse dari, aut tradi certos casus, in quibus tantum cadat Episcopo-rum reservatio, ait Nauar. in manual. cap. 27. num. 262. in fine id enim pendet ex cognitione singularum digressum, & ex ipso facto, ideo non possunt cadere sub scientiam, ut advertit Filliuc. tom. 1. tractat. 15. num. 236. quare ipsi Episcopi consideratis diligenter suarum prouinciarum, ac populorum moribus, huiusmodi reservationem ad animarum salutem facere poterunt, dummodo non sit de exceptis alleg. precedenti, num. 187. De quorum casuum reservatione, post Syluest. Nauar. & alios plures agunt Soar. tom. 4. disp. 29. sect. 3. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 1. num. 134. cum seqq. Claud. Soler. in tractat. de iuridica potestate Confessor. cap. 3. Marcel. Megal. p. 1. inffit. Confessor. lib. 1. cap. 11. Molfes. in summ. Theologia moralis tract. 7. cap. 19. de casibus reservatis Episcopo, Ioann. Baptist. Antonuc. in catechesi Neapol. lib. 3. de casibus reservatis, Laeli. Zechi. in tractat. de casibus Episcopo reservatis. [Similem tractatum in lucem ediderunt Barthol. Giptius, Vincentius Filliucius, Capeauilla, Floronus, Homobon. de Bonis.]

A Doctoribus numerantur sex casus reservati Episcopo iure communi in Extrava. super Cathedral. de sepultur. vbi gloss. verb. à iure, & alia similibus verb. reservantur, in cap. si Episcopus, de Penit. & remiss. lib. 6. quorum Primus est, quando peccatum habet iure annexam poenitentiam publicam. Secundus, quando habet annexam excommunicationem maiorem. Tertius, quando habet annexam irregularitatem. Quartus est peccatum incendiarij. Quintus, blasphemia publica. Sextus, homicidium voluntarium, & mutilatio. referunt Filliuc. tom. 1. tract. 15. n. 234. & Fagundez in quinque Ecclesia precepta p. 2. lib. 8. cap. 2.

Verius tamen videri propriè loquendo nullum hodie esse casum iure communi reservatum Episcopo, late probant Fagundez d. cap. 2. Soar. tom. 4. disp. 29. sect. 4. num. 6. & Filliuc. d. tract. 15. num. 238. & seq. ex eo quia casum aliquem esse propriè reservatum iure communi Episcopo est in iure repertum aliquem Canonem, vel Constitutionem Pontificiam, quae referret illum Episcopo: ac hic Canon, vel Constitutio non datur; ex tribus enim locis, quae afferunt solent à Summistis contrasententi-

bus,

bus, Primus in d. cap. si Episcopus, tantum habet dari casus, qui Episcopo specialiter reservantur, sed non exprimitur an à iure, vel à consuetudine tales sint, & posset aliquis interpretari esse à consuetudine, & gloss. ibi verb. reservatur, & afferens octo, significat esse ex consuetudine: vsurpat enim verbum, solent Episcopus reservari, &c. Secundus in d. Extrava. super Cathedral. vbi gloss. verb. à iure, ait esse peccata quaedam reservata à iure ipsis Episcopis, & assertit d. cap. si Episcopus, ad hoc probandum, & praeterea id tantum probaret esse sententiam glossae, non autem haberi in iure, ponit autem nouem casus: adde illam Extrava. Bonifacij VIII. ex qua glossa se fundat, reuocaram esse à Clem. V. in Clem. dudum 2. de sepultur. ibi, nos eum omnino cassantes. Tertius locus est in Extrava. inter cunctas §. obseruent. de privileg. vbi referuntur aliqui casus, & peccata, at non dicuntur iure reservata, sed consuetudine, quam approbat Benedictus XI. eoque, inquit, qui tam enormibus sunt in reitici peccatis, quod ea rationabilis consuetudo praescripta canonicè in Episcopis aliquibus reservauit Episcopis; cum ergo in his locis id non habeatur, nec alij textus afferantur, probatum remanet non dari propriè casum in iure reservatum Episcopo, quod à aliis fundamentis ostendunt Soar. Fagundez & Filliuc. proximè citatis locis.

Iure igitur consuetudinis possunt esse aliqui casus Episcopo reservati, quales autem ij sunt, non potest certò definiti, ut supra dixi, videntur tamen ferè à Episcopis reservari. Primò, illorum absolutio, qui homicidium voluntarium committunt. Secundo, qui falsum in iudicio testimonium, siue in gratiam, siue in alicuius damnium deposuerint. Tertio, qui stateras, mensuras, monetæve adulterauerint, corruerintve. Quarto, qui libertatem, siue in iumentum Ecclesiae violauerint. Quinto, Incendiarij, & qui damni iniuriæve causa vites, vel arbores alienas inciderint. Sexto, qui blasphemiam publicam, & notoriam protulerint. Septimo, qui parentes percussent. Octavo, qui ad magicas artes, veneficia, superstitiones, & alia huius generis, Eucharistia, sacrificiæ rebus abutuntur. Nono, qui abortum procurauerint. Decimo; qui pijs locis infastas exposuerint, cum habeant vnde ipsos alant, neque eorum locorum damna resarcierint. Undecimo, qui Matrimonium contraxerint in gradibus prohibitis. Hi sunt principales casus, qui, veluti atrociora, & grauiora crimina, ab Episcopis reservari solent, in quorum tamen arbitrio erit iuxta suarum diuinitatem, ac populorum mores plures alios, paucioresve reservare: in Confessoriorum vero commoditatem breuis in quolibet praedictorum faciendae erit à nobis explicatio. [Aduertendo tamen quòd reservatio est odiosa, ac proinde ad casus certos restringenda; quare si dubium sit utrum casus sit reservatus, praesumptio est pro non reservatione, Sà verb. casus reservati num. 5. Filliuc. in quest. moral. tom. 2. tract. 21. cap. 4. num. 172. Laur. Pottel. in dub. Regular. verb. casus reservati num. 7. Homobon. in consult. casuum Consc. vol. 1. p. 5. resp. 87. Merola in disp. Theolog. tom. 1. disp. 3. c. 3. dub. 2. corol. 23. n. 370.]

PRIMVS CASVS.

Qui homicidium voluntarium commiserint.

Homicidium voluntarium dicitur id, quod à dolo malo, animo occidendi committitur, Rorbof. de Episcopo Pars III.

l. 1. ff. de scar. Carer. §. homicidium. num. 2. Vel secundum alios ad homicidium voluntarium requiritur, ut sit illicitum, intentum in se, saltem equipollenter, aliàs quam vitandæ mortis causa commillum, quasi requiratur, quod sit intentum in se, aut saltem in causa, quæ sit proxima, vel ex se ordinata ad mortem, Nauar. in man. cap. 27. num. 238. & 240. Couar. in Clement. si furiosus, par. 1. in intro. num. 1. & 2. Verbi gratia, dedit quis alteri venenum scienter mortiferum, licet non intenderit mortem illius, est voluntarium homicidium, si ex veneno moritur. Similiter de eo, qui laceffitus leui iniuria ab amico, illum quæsiuit animo eum leuiter percutiendi, & inuentum, in capite ense absque intentione occidendi percussit, ex qua percussione ille mortuus est, in quo casu percutions, quamuis non haberet animum occidendi, quia tamen fecit actum sua natura directiuum ad mortem, dicitur voluntariè occidisse, & ita visus est sentire Nauar. conf. 28. de homicid. quod deest in nouis, Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 26. Similiter etiam de percuteute voluntariè prægnantem, vel inferente vulnus non intendens occidere: nam si mors sequatur, dicitur volitum in sua causa, cum percutions potuerit hunc casum præcogitare, & dicitur voluntarium, vt distinguitur à casuali, vel effectu à furioso dormiente, & similibus, vt tamen includat eum, qui occurrens inimico suo, illum occidit: vtroque enim casu dicitur homicida voluntarius, cum voluntas casu, vel vsu rationis absorpta non fuerit, ita Laeli. Zechi. de casibus referu. cap. 13. vers. secundo. Voluntas enim in homicidiū ferri potest, vel directe, & per se, vel indirectè, & per accidens. Directè, quando quis habet animum occidendi, & occidit, & ista est perfecta, propriaque homicidij malicia, & proprium homicidium voluntarium, l. 1. C. de scar. l. 1. §. diuus. ff. eodem. Indirectè autem fertur voluntas in homicidium, quocies fertur in id, ex quo immediatè. & per se sequitur homicidium, sicuti ex percussionibus, & vulneribus, ex quibus per se, & vt plurimum sequitur mors. Ita vt non solum dicatur voluntarium homicidium, quod est intentum ex causa propria, vel immediatè, vel per se ordinata ad homicidium, vt dixerunt Couar. & Nauar. distis locis, sed sufficit vt sit talis, vt ex illa vel semper, vel frequenter, vel in pluribus solitum sit sequi homicidium, Caietan. 2. 2. quest. 64. artic. 8. Azor. in sist. moral. par. 3. lib. 2. cap. 14. vers. tertio notandum. Quamuis hæc ad forum exterius, vbi coniecturis, & iudiciis cognoscitur animus, sint vera; quoad forum tamen interius, de quo loquimur, non iudicabitur homicida voluntarius, qui præter scientiam, & intentionem occidit: voluntas enim non solum distinguit peccatum à non peccato, sed etiam diuersificat peccati species, vt clarè patet ex Philosopho in ethic. ita Gambar. de casibus referuat. in casu homicida voluntarij, num. 5. fol. 207. verso, & num. 9. cum Ioan. Andr. in cap. de infantibus, de iis, qui filios occide. resoluit homicidium voluntarium dici, qui præ ira subita, & in rixa committit homicidium.

Primò limita in homicida sui aggressoris ad defensionem vitæ propriæ, cum moderamine inculpate tuelæ, is enim non dicitur homicida voluntarius, sed necessarius, nec peccat, nec tenetur ad restitutionem, nec est irregularis, l. vt vim vi, ff. de iust. & iure. Clem. si furiosus, de homicid. Clar. in §. homicidium, num. 24. Couar. in d. Clem. si furiosus, par. 3. §. unic. num. 1. Gomez tom. 3. variar. cap. 3. n. 20. G. Mascard.

Mascard. de probat. conclus. 1126. plures refert Doctores, Cened. ad Decretum collect. 29. num. 2. quibus adde Farinac. in praxi crimin. quest. 125. num. 3. & 10. Christoph. de Pace in scholis ad leges styli lib. 58. à num. 2. Bernard. Græuæ. ad pract. Camera Imper. lib. 2. conclus. 110. Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 4. collect. 792. Petr. Caball. in tract. de omni genere homicidij, num. 93. Cardoso in praxi iudicum, & advocat. verb. homicidium, num. 5. Molina de iustit. tom. 4. tract. 3. dispur. 11. à princip. Lessi. eodem tractat. lib. 2. cap. 9. à num. 41. Rebello de obligat. iustit. part. 1. lib. 3. quest. 12. à princip. Azor. institut. moral. par. 3. lib. 2. cap. 1. à princip. & in nostris terminis Læli. Zechi. de casibus reservatis, casu 13. de homicid. vers. quærit fallit, Gambarupra eodem tractat. verb. homicid. voluntarij, num. 7. [nouissimè Trulench. in exposit. Decalogi lib. 5. cap. 4. dub. 4. à princip.] Vbi tamen quis fuga accepta salutis suæ consulere potest, se subsistere non debet, sed fugam capessere, nisi illi sit valde dedecorosa, vt contingere potest in viro illustri, vel nobili. Vnde si inuasus sit Religiosus, vel Clericus, vel homo inferioris notæ, & sortis, tunc, cum his fuga non sit ignominiosa, si fugiendo euadere possint, tenentur fugere, & non occidere, alioquin non esset quod moderamen inculpatæ tutelæ, sed homicidium voluntarium, si occidant, & non fugiant, Hippol. in l. 1. num. 46. & 47. ff. de scar. Clar. §. homicidium, num. 32. Menoch. de arbitrar. casu 177. num. 14. Farinac. dict. quest. 125. à num. 121. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 4. quest. 10. num. 16. Azor. dict. cap. 1. questio 15. Bernard. Græuæ. dicta conclus. 110. consider. 1. à num. 24. Læli. Zechi. dict. casu 13. vers. si vera fuga.

Secundò, limita in homicida pro necessaria defensione rerum suarum, illi enim licitum est occidere inuasorem pro defendendis propriis bonis, quando sunt ordinata vt media ad conseruationem vitæ, Doct. in d. l. vt vim, post gloss. ibi, verb. iure, & in l. fruem, ff. ad legem Cornel. de scar. & in l. 4. ff. ad l. fulcid. & in cap. olim, il. 1. de restit. spoliat. Clar. in d. §. homicidium, n. 25. Nauar. in man. cap. 15. num. 2. Couar. dict. §. vii. num. 6. Sot. de iustit. lib. 5. quest. 1. artic. 8. Menoch. iustit. cap. 18. num. 5. plures per Cened. ad Decretal. collect. 96. n. 3. quibus adde Mich. Grassi. tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 20. num. 13. pag. 484. Farinac. dict. quest. 125. num. 21. & 180. Cardoso in praxi iudicum, verb. homicidium, num. 8. Gregor. de Valentia tom. 3. disp. 5. quest. 8. puncto 4. dub. 3. Tolet. in summ. lib. 5. cap. 6. vers. tertius est casus, Beja respons. casuum conscient. p. 2. casu 23. Sayr. in clau. Regia lib. 7. cap. 10. num. 30. Molina dict. tract. 3. dispur. 16. num. 1. vers. contrariam, Lessi. dict. cap. 9. à num. 66. [Villalob. in summ. tom. 2. tract. 12. diffic. 11. Trulench. d. lib. 5. cap. 4. dub. 6.] Rebello dict. quest. 12. num. 2. Azor. dict. cap. 1. quest. 19. Læli. Zechi. dict. casu 13. vers. rursus dubitatur, & est communis opinio saltem in laicis, quamuis in clericis, & de iure Canonico contrarium tenentur Panorm. in cap. suscepimus, de homicid. per tex. ibi, & plures alij relati per Clar. & Couar. vbi proximè, post gloss. in verb. fugiens, in summ. 23. quest. 3. à quibus merito ipsi discedunt hanc limitationem tenentes etiam de iure Canonico, prout etiam discedit Molina, & Lessi. vbi proximè, respondentes ad text. quo nititur Panorm. dicto lo-

co, videlicet in cap. 2. de homicid. & in dict. cap. suscepimus, communiter etiam resoluentes posse quemlibet pro necessaria defensione vitæ, aut rerum suarum occidere aggressorem, etiam clericum sine metu excommunicacionis, sic intelligentes text. in cap. si verò in 1. vers. si verò, de sentent. excommunic. prout intelligit post alios dicens communem Gomez d. cap. 3. sub num. 20. & Molina d. disp. 16. num. 3. Soar. de censur. dispur. 22. sect. 1. sub num. 33.

Tertiò, limita in homicida ad defensionem sui honoris, verbi gratia, si inuasor illum nobilem alapa, vel fusto, vel verbera percussit, quando illi valde dedecorofum, vel si aliqua puella defendendo integritatem sui corporis, repellendo violentiam stupri, adulterij, sodomitæ, & huiusmodi inuadentem occidat, quando inuasoris manus vociferando, vel fugiendo non potest euadere, Læli. Zechi. dicto casu 13. vers. ulterius dubitatur, Farinac. d. quest. 125. à num. 41. Lessi. dicto cap. 9. à num. 76. Azor. d. cap. 1. q. 16. cum seqq. [nouissimè Trulench. d. lib. 5. cap. 4. dub. 5.]

Quartò, limita in homicida ad defensionem vitæ, seu bonorum proximi, in foro enim conscientie quilibet regulariter potest ex iure positio, & naturali, cum moderamine inculpatæ tutelæ defendere vitam, seu alia bona proximi, etiam vsque ad occisionem iniusti aggressoris, quando aliter illa defensio expediiri non potuerit, Claud. in repet. l. vt vim num. 125. vbi Curt. num. 49. Bologn. num. 75. Hippol. Riminald. ibid. num. 379. cum sequentibus, Gam. d. cap. 3. num. 21. Clar. §. homicidium, num. 27. & 28. Couar. d. §. unico num. 5. Farinac. dict. quest. 125. à num. 267. Soar. dict. sect. 1. num. 39. Viu. tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 10. num. 27. Molina dict. tract. 3. disp. 18. num. 1. Lessi. dict. cap. 9. à num. 87. [Trulench. dict. lib. 5. cap. 4. dub. 7.]

Non obstat locus Math. 26. dum Dominus damnauit defensionem, quam Petrus pro ipso suscepit, & vsus est verbis ad omnes generalibus, ibi, omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. Respondetur enim Dominum ibidem non damnasse defensionem proximi iustam & commendatam, vt talem, Eccles. cap. 17. Proverb. cap. 24. Sed solum damnasse defensionem non iustam, qualis erat ex pluribus causis illa à Petro suscepta; nam Primò habebat speciem vindictæ potius, quam defensionis, vt pote quia huic defensionis locus non erat probabiliter in tanta turba, quantam repelli vnus hominis, & gladij defensione probabile non erat. Secundò, quia Dominus non habebat opus tali defensore, nec is defendendi modus decebat eum, qui poterat, si vellet, mille Angelorum legiones, ad eandem defensionem à Patre cælesti obtinere. Tertio, quia erat contra ordinationem ipsius patris, volentis vt filius vim illam iniquam humiliter sustineret, prout has, & alias prædictæ condemnationis causas prosequitur D. Augustin. tract. 112. in Iohann. quem sequitur Lessi. dict. cap. 9. num. 50. Nec enim obstat quòd huiusmodi defensor habet æqualiter vt proximos non solum aggressum, sed etiam aggressorem, & consequenter videtur non debere magis vni, quam alij, imò vtrique esse pariter obligatum, ac proinde non posse pro defensione vnus alium occidere, quia, vt inquit Cicero. lib. 2. offic. animaduertamus, cum alios inuare velimus, ne quos offendamus. Respondetur enim ex mente Gomez

Gomez d. cap. 3. sub num. 21. quod in his terminis, etiam si res hæc inter æqualiter extraneos consideretur, sanè proximior nobis est aggressus, quàm aggressor iniustus, & illi potius, quam huic assistere in ea defensione possumus, & tenemur, quia scilicet aggressus habet de iure communi facultatem se defendendi ab iniusto aggressore, vt supra diximus, & eo iure vti potest per se, vel per alium, ex reg. potest quis per alium, de reg. iuris in 6. at verò aggressor iniustus non habet ius aggrediendi, iuxta text. in cap. 1. in med. 22. quest. 2. cum similibus.

Nec item obstat, quòd defendens proximum etiam ascendente vsque ad occisionem, vel mutilationem aggressoris, sit irregularis, iuxta sententiam gloss. pen. in dict. Clem. si furiosus, sequitur Card. ibidem quest. 28. plures in cap. si verò in 1. de sentent. excommunicat. vbi Abb. num. 11. in fine, Nauar. in man. cap. 27. num. 213. & alij quorum sententiam dicunt communem Couar. d. §. vii. num. 5. Curt. in dict. l. vt vim, num. 53. Farinac. plures referens dict. quest. 125. num. 280. vnde consequi videtur in hoc defendere non esse ius, sed culpam in defendendo proximum vsque ad occisionem, vel mutilationem aggressoris, cum aliter non incurreret prædictam irregularitatem, quippe quòd non solet homicidij priuato danti operam rei licite impurari ad irregularitatem, quando contingit vsque culpa occisoris debitam diligentiam adhiberis, iuxta reg. text. in cap. lator, & in cap. dilectus, cum aliis ibid. de homicid. iunctis resolutis per Ceuar. in d. Clem. si furiosus par. 2. §. 4. à num. 5. Respondetur enim verius esse ex prædicta proximi defensione, & occisione aggressoris non incurriri irregularitatem, prout resoluunt Fortun. in repet. dict. l. vt vim, sub num. 32. & 33. Couar. dict. §. vii. num. 5. Iacob. Ayer. in tract. de homicidio necessario par. 1. à num. 226. Molina tract. 2. disp. 109. num. 2. iuncto 10. & licet fateremur ex defensione proximi sequuto homicidio aggressoris insurgere irregularitatem contra defendentem, tamen non inde concludi eum non posse licite proximum sic defendere, quippe quòd ex pluribus actibus in se licitis incurrit irregularitas, vt videre est in bigamo, iuxta text. in cap. 1. cum aliis ibid. de bigamis, & in iudice profertente sententiam sanguinis, iuxta text. in cap. 1. distinct. Doct. in cap. sententiam sanguinis, vt clerici, vel Monachi, Sot. in 4. distinct. 25. quest. art. 3. Nauar. in man. d. cap. 27. à num. 206. & 212. Syluest. verb. homicidium in 3. num. 3. Henric. sum. lib. 14. de imped. irregular. cap. 1. num. 1. & cap. 12. à princip. Molina tract. 3. disp. 74. à num. 1.

Nec denique obstat dict. l. vt vim, ibi, ob tutelam corporis sui, &c. quibus verbis videtur significare ius defendendi, & propulsandi vim, & iniuriam, non comperere pro corpore alieno, sed tantum pro suo. Respondetur enim dicta verba accommodari etiam ei, qui proximum defendit, dum scilicet tantquam eius instrumentum resarsentat eius corpus, & illius vicem gerit, ex reg. potest quis, de reg. iuris in 6. Vel rursus responderi potest, in illo text. non agi de excludendo, vel includendo iure, quod nobis competit ad proximum defendendum, sed agi solum de defensione proprii corporis, vt ex illis, quæ à iure naturali nobis proueniunt, exemplum poneretur in ea, vt frequentiori, non verò vt exclusiua alterius defensionis.

Quintò limita in mandante, consulente, vel auxiliante homicidam, ex eo, quia etsi fictio iuris mandans & mandatarius censentur vna eadēque

persona, cap. qui per alium, de regul. iuris in 6. l. 1. §. deicisse ff. de vi, & vi arm. tamen in statutis non habet locum fictio, & sic homicida proprie tantum dicitur is, qui propriis manibus occidit, aut est eius causa immediata. Contrarium tamen verius est, quia re vera mandatis, & mandatarij vnium, idemque est delictum, saltem ratione finis, ex doctrina Baldi in l. non ideo minus C. de accusat. tum quia quod mandans punitur eadem pœna, qua puniri debet mandatarius, Gom. tom. 3. cap. 3. num. 39. Menoch. de arbitrar. casu 353. num. 2. Ayer. de homicid. par. 2. à num. 41. Mascard. concl. 1012. Decian. tractat. criminal. lib. 9. cap. 31. cum sequentibus. Ceuall. commun. contra communi. quest. 166. Petr. Caball. in tractat. de omni genere homicidij num. 464. cum sequentibus, Cardoso in praxi iudicum verb. factum n. 6. Farinac. par. 5. quest. 135. num. 1. Sic etiam quod confu- 14 lens delictum punitur eadem pœna, qua ipse delinquens, vt per Bernard. reg. 175. in princip. Duenh. regul. 149. Ayer. dict. par. 2. num. 35. Farinac. in praxi criminal. d. par. 5. quest. 129. num. 23. cum multis sequentibus, & à num. 26. asserit procedere in persuadentibus, inflammantibus, instigantibus, hortantibus, incitantibus, & instrumentibus, & num. 81. resoluit quòd consulens non punitur nisi sequuto delicto. Sic denique quod præstans auxilium in delicto punitur eadem pœna, qua punitur ipse delin- 15 quens, Clar. §. fin. quest. 90. num. 1. Ayer. d. par. 2. num. 34. Menoch. de arbitrar. casu 249. num. 7. Sured. conf. 40. num. 45. Mascard. concl. 159. num. 18. Farinac. par. 3. quest. 131. à num. 1. Molina tract. 1. disp. 6. nisi post delictum auxilium præstiterit, quia tunc non dicitur delicto opem præstirisse, Farinac. dict. p. 3. quest. 132. à princip. Nam D. Augustinus ad Elitarium relictus in cap. periculose, de poenitent. dist. 1. periculose, inquit decipiuntur, qui existimant eos tantum homicidas esse, qui manibus homines occiderunt, & non potius eos, per quorum consilium, & fraudem, & exhortationem homines extinguuntur. Iudæi enim nequaquam propriis manibus Christum occiderunt, sicut scriptum est, nobis non licet interficere quemquam, sed tamen illis mors Domini imputatur, quia ipsi lingua eum interfecerunt, & D. August. in Psalm. 63. ad 3. vers. Et vos o Iudæi occidistis, unde occidistis? gladio lingua acuisistis enim linguas vestras, & quando percussistis, nisi quando clamastis, crucifige, crucifige? Quia sicut homicida peccat mortaliter, & tenetur resarcire hæredibus occisi omne damnus, quòd ex tali morte perpeffi sunt, ita etiam mandans aliquem occidere, & consulens in actu proximo homicidæ, vt probat Læli. Zechi. de casibus referu. casu 13. vers. ampliatur, cum seqq.

Notificandum est penitenti quàm graue sit hoc peccatum, est enim grauissimum inter omnia mala, quæ homines ad inuicem erga se ipsos facere possunt, eius nocumentum est immediatè personale, & irreparabile, quia tollit vitam humanam, quæ cum ex bonis temporalibus summum sit, iuxta resoluta per Sot. de ratione regandi memb. 1. quest. 3. & multis probat, & controuertit Nauar. in cap. inter verba, concl. 4. num. 20. cum sequentibus, 11. quest. 3. respondens ad tex. prima facie repugnantem in l. isti quidem 8. vers. quod si ff. quod metus causa, & in l. de codicillis, aliàs Lucius 38. §. matre, ff. de legatis 2. & notabiliter limitans commune illud dictum, moriendū esse pro honore, tamen semel ablata huiusmodi vita, restitui non potest de lege ordinaria, iuxta illud Psalm. 77. spiritus vadens, & non rediens, consonat text. in l. 1. c. de sacros. Eccles. vbi, quod

quod iterum non reddat arbitrium, cum his quæ in cõment. ad eund. tex. cogit alios referens Lufitan. Benedict. Agid. p. 6. §. 3. ad plures quæstiones controuerti solitas à Doctõribus circa restitutione bonorum spiritualium, & temporalium eius, qui dum semel mortuus esset, tamen non obstante prædicta lege ordinaria rediit ad vitam corporalem, resuscitatus ex speciali indulgentia, & miraculo diuino, Rursus homicidium maius est cæteris peccatis contra iustitiam commutatuam inferiora bona auferentibus, denotat, ut plurimum, pertinaciorum infestis animi deliberationem, quia scilicet difficilius committitur, ut obseruat Lessi. de iustitia lib. 2. cap. 42. sub num. 75. Soar. de relig. tom. 2. tractat. 4. lib. 3. cap. 3. sub num. 11. deinde gignit magnum scandalum, propter quæ vocatur immane flagitium, in cap. miror. 50. distinct. Hinc Deus maiora de illo supplicia, quam de alio scelere suscipit, ab eius enim altari is euelli iubet, ut morte moriatur, Exod. 22. Sanguinem etiam ipsius effundi statuit, sicut & ipse proximi effudit, Exod. 20. Et gladio ferientem gladio ferendum esse asserit Matth. 26. quia viçi sanguinum, & dolosi non dimidiabant dies suos, Psalm. 5. & sanguis ille effusus clamauit ad Deum de terra, habet enim sanguis vocem suam, Genes. cap. 4.

SECUNDVS CASVS.

Qui falsum in iudicio testimonium, siue in gratiam, siue in alicuius damnum deposuerint.

17 **C**um solus Deus sit testis, & cognitor mentis nostra, iuxta illud Psalm. Scruians corda, & renes Deu, cap. erubescant in sine 32. dist. qui nec falli potest, nec fallere, cap. à nobis 28. vers. nos igitur, de sentent. excomm. & in quo nullum omnino mendacij vestigium considerari potest. cap. Deus quando 24. quæst. 3. necessarii igitur fuit ad eius reuerentiam, ut id quod iuratur, primò sit verum, deinde iustum: & tandem necessarium, ut non passim, nec leuiter, sed maturo iudicio, & præuia deliberatione iuretur: Iure enim diuino, & naturalis tres circumstantia, seu comites requiruntur, ut iuramentum licitum, & honestum sit, videlicet veritas, iustitia, & iudicium, ut deducitur ex illo Hierem. 3. Et iurabunt vitæ Dominus in veritate, iustitia, & iudicio: referunt in cap. & iurabunt 22. quæst. 1. cap. animadvertendum 22. q. 2. cap. nisi Christus vers. Iacobus, de iure iur. resoluunt D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 3. vbi Caietan. Angel. verb. iuramentum 3. §. 8. Syluest. verb. iuramentum 2. quæst. 5. Sot. lib. 8. de iustit. quæst. 1. art. 3. Nauar. in man. cap. 12. num. 3. Couar. in cap. quamuis, par. 1. §. 6. num. 4. Læli. Zech. de casibus Episcopo reseruatis, casu 12. vers. secundo notandum, & alij quos refert, & sequitur Sayr. in Clauis Regia lib. 5. cap. 4. num. 1. cum sequentibus.

18 Peritium est mendacium iuramento firmitatem, ut per Magist. in 3. dist. 39. Syluest. verb. peritium, in princip. D. Thom. 2. 2. quæst. 98. art. 1. vbi ait falsitatem esse de intrinseca ratione peritij, Sot. lib. 8. de iustit. quæst. 2. art. 1. Couar. in cap. quamuis, par. 1. §. 6. num. 5. Soar. de relig. lib. 3. de iurament. cap. 2. num. 3. Sayr. dist. cap. 4. num. 7. Hinc fit propriè, & verè interuenit peritium, quando in iuramento defecit veritas, siue præsens, prout in iuramento assertorio, siue præsens & futura, prout in promissorio.

Peritium autem, quod contingit in iuramento assertorio, semper, & indistinctè, & in quacunque materia, siue magna, siue mediocri, siue leui, seu leuissima est peccatum mortale etiam quidem grauissimum, cum directè adnascetur præceptis Decalogi primæ tabulæ, nempe secundo de non assumendo nomen Dei in vanum, & per quod grauissima iniuria quantum est ex parte iurantis Deo fit, dum in testem falsitatis adducitur, quinimò etiam peritium iocosum est peccatum mortale, dummodo ad iurandum interueniat actio deliberata, resoluunt D. Thom. dist. quæst. 98. art. 3. ad 2. Nauar. dist. cap. 12. num. 6. cum sequent. Sayr. d. cap. 4. à num. 14. Soar. d. lib. 3. cap. 3. & 4. Sic etiam, qui iurat verum putans esse falsum, semper peccat mort. ratione peritij, talis enim formaliter iurat falsum, & mentitur, quia formaliter loquitur contra mentem, & inde sumi actus malitiam, probat cap. homines 22. quæst. 2. resoluunt D. Thom. Sor. Syluest. Nauar. & alij quos refert Soar. dist. lib. 3. cap. 5. num. 2.

20 Si verò quis iuret falsum putans esse verum, non erit indistinctè mort. quinimò aliquando nullum erit peccatum: si enim quis præuia adhibita deliberatione, & exigente necessitate aliquid iuramento firmavit, credens probabiliter verum esse, quod tamen à parte rei erat falsum, nullum peccatum contrahitur, quia veritas, vel falsitas iuramenti, non tam ex re iurata, quàm ex conscientia, & mente iurantis attenditur: si nam per contrarium nullam adhibuit diligentiam ad hoc, ut sciret essetne falsum, an verum id, quod iuramento firmavit, quamuis putaret esse verum, si tamen erat falsum, peccauit mort. Si tandem aliquam adhibuit diligentiam, non tamen sufficientem, neque eam, quam debuit adhibere, tunc venialem culpam committit, resoluunt Abb. num. 4. & ibi gloss. pen. in cap. tua 11. de iure iur. Nauar. d. cap. 12. num. 7. vers. sexto, Angel. verb. peritium §. 1. & alij quos refert, & sequitur Sayr. dist. cap. 4. num. 28. Soar. d. lib. 3. cap. 5. num. 3. cum sequenti, quem vide in cap. 6. 7. & 8. vbi agit quando consuetudo iurandi incaute constituit hominem in statu peccati.

21 Circa iuramentum verò promissorium, cui deest veritas, resoluendum est quòd deficiet veritate de præsentem, (verbi gratia) si promittens iuramento se aliquid facturum, vel datum, non habet animi adimplendi promissum, peccat mort. in quacunque materia, siue magna, siue parua, siue licita, siue illicita: ratio est, qui iurans aliquid facturum, non habens tamen animum faciendi, iam iurat falsum scienter, ut patet, igitur peccat mort. quæ est conclusio communis Theologorum teste Soar. dist. lib. 3. cap. 17. num. 2. vbi multos refert, sequuntur & multi citati à Sayr. dist. cap. 4. num. 27. & cap. 6. num. 6. Si verò veritas de futuro deficiat, quia scilicet promissum sub iuramento, cum esset licitum, & honestum, non est postea adimpletum, resoluunt committi in hoc casu peccatum ex genere suo mort. quia ius diuinum & naturale licet reddendum esse Domino iuramenta, iuxta cap. debitores, de iure iur. ergo non est dubium quatinus hoc præceptum ex genere suo obliget sub peccato mort. & ita hanc sententiam tenent omnes, quos citat Sayr. dist. cap. 4. num. 28. Nauar. dist. cap. 12. num. 10. Soar. dist. lib. 3. cap. 15. num. 7. At verò si violatio iuramenti promissorii sit in re leui, & parua, siue materia sit partialis, siue totalis, peccatum solummodo committitur veniale, ita D. Antonius, par. 2. tit. 10. cap. 4. §. 2. vers. de

tribus,

tribus, Syluest. verb. iuramentum 4. quæst. 1. Sot. lib. 8. de iust. quæst. 1. art. 7. & quæst. 2. art. 3. concl. 5. Medina in summ. lib. 1. cap. 14. §. 4. Fr. Emmanuel. in summ. par. 1. cap. 192. conclus. 5. & par. 2. cap. 94. conclus. 3. Nauar. d. cap. 12. num. 10. & cap. 18. num. 7. Azor. in iust. moral. par. 1. lib. 1. cap. 5. quæst. 3. & alij quos refert, & sequitur Soar. d. lib. 3. cap. 16. num. 4. ex eo quia in omnibus his præceptis leuitas materia iurata est, ut transgressio fiat venialis, quamuis illa ex genere suo sint mortalia, ut patet in præcepto de non furando, de non recitando diuino officio, vel alio simili opere faciendo, ut obseruant Doctores supra citati, quamuis contrarium teneant Caietan. in summ. verb. peritium, §. 2. & 2. 2. quæst. 89. art. 7. dub. 1. Gabr. in 3. distinct. 39. quæst. 2. art. 2. concl. 4. & 7. Couar. lib. 1. vari. cap. 1. n. 2. & in cap. quamuis par. 1. §. 1. num. 4. Tolet. in summ. lib. 4. cap. 12. in princip. alij quos refert, & sequitur Sayr. in dist. cap. 4. num. 28. vers. secunda.

23 His ita prænotatis sciendum quòd ad hoc vt casus hic sit referuatus, requiritur quòd falsum dictum sit in iudicio ab aliquo, vt testis, in gratiam, siue in alicuius damnum, vt indicant ipsa referuationis verba, & probat Læli. Zechi. dist. casu 12. vers. his ita, vt falsus testis iure aliquis sit, falsique peritium incurrit necesse est, vt sit iudice interrogatus, ac de veritate dicenda præstiterit iuramentum, & aut occultauerit, aut negauerit veritatem his, quibus dictum est, Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 216. num. 1. vers. sed tu. Testis enim à iudice legitime interrogatus de veritate dicenda, non solum falsus est si falsum dicit, sed etiam si veritatem celat scienter, in damnum proximi, cap. 1. de crimine falsi, Titiaq. de penis tempor. causa 44. num. 15. cum sequentibus, Zanchin. de heret. cap. 14. n. 2. Pena in direct. Inquisit. par. 3. quæst. 73. com. 122. vers. falsum autem testem, Aloyf. Ricc. dist. resolut. 216. in princip. Mascard. de probat. in præfat. quæst. 5. à num. 70. & concl. 743. num. 12. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 6. cap. 10. num. 30. Læli. Zechi. d. casu 12. vers. tertio considerandum, Farin. in praxi crimin. par. 2. quæst. 67 à num. 210. vbi num. 225. ampliat etiam in teste, qui deponit obscure, vel sicut, vel per malitiam, ad hoc vt eius depositio producenti non prosit.

25 Amplia in deponente falsum in iudicio nullo, Felin. in cap. nobis num. 2. de simonia, Afflic. decif. 21. num. 11. & 12. Decian. d. lib. 6. cap. 11. num. 60. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 57. num. 51. Etiam si non iuratus testimonium ferat, quia pena falsi ordinaria plebendum esse resoluunt Felin. in cap. 1. num. 5. de testibus cog. lat. in repet. l. admonendi n. 223. Socin. reg. 153. ad fin. Clar. §. falsum num. 11. Cened. ad Decretal. collect. 139. num. 3. Hortens. Caualea. in præf. de testibus par. 3. num. 56. Salzed. ad Bernard. in præf. cap. 96. vers. quimò. in nouiss. edit.

27 Limita primò in deponente falsum sine dolo, per ea quæ resoluunt Menoch. de arbitr. casu 194. num. 58. & casu 309. Cor. in memorab. verb. peritium pag. mibi 683. Clar. in §. falsum num. 33. & verb. peritium num. 9. Salzed. ad Bernard. cap. 95. vers. tertio, Mascard. de probation. conclus. 739. n. 12. Rebuff. de reprob. testium num. 206. Perez ad lib. 8. Ordin. pag. 190. Decian. d. lib. 6. cap. 11. num. 14. Cened. d. collect. 139. num. 6. In dubio enim semper fieri debet interpretatio, vt quis excusetur à peritio, ex Decian. d. lib. 6. cap. 11. num. 58. & cap. 12. num. 20. Et ad euitandum testium falsitatem eorum dicta sunt impropiè intelligenda, Rebuff.

d. tract. de reprob. testium, n. 100. Surd. decif. 263. num. 9. & decif. 282. num. 11. cum sequentibus, dummodo non sequatur absonus intellectus, Hortens. Caualea. in præf. de testibus par. 3. num. 67. & 68. Cum tamen sumus in materia quæ tangit conscientiam forum, penitens ipse sibi iudicet, & secundum conscientiam suam, & intentionem, qua testimonium profert: nam qui ignoranter falsum dixit, vel verum celauit, dummodo ignorantia non fuerit supina, & indebita, non tenetur, vt resoluit Læli. Zechi. d. casu 12. vers. fallit in teste.

30 Secundo limita, quando falsitas nemini est nocua, quia tunc nec in gratiam, aut alicuius damnum testimonium profuit, nec pena ordinaria puniuntur, Felin. in præf. de testibus par. 3. num. 67. & 68. Couar. in cap. quamuis par. 1. §. 7. num. 6. in fine, Clar. lib. 5. §. falsum, num. 35. & §. peritium, num. 11. Bonacof. commun. crim. part. 2. verb. falsitas, fol. 27. Menoch. de arbitr. casu 306. num. 10. 23. & 30. cum sequentibus, Surd. decif. 282. num. 18. Flores de Mena vari. lib. 2. quæst. 20. num. 81. Farinac. de falsitate, & simulat. quæst. 150. num. 291. Salzed. ad Bernard. cap. 96. vers. excusabitur, in nouiss. edit.

31 Tertio limita in dicente falsum testimonium dolose, quod tamen non valuit, quia hunc nec in gratiam, aut alicuius damnum deposuisse dicendum est, nec etiam pena ordinaria puniendum, ex resolutis per Hyppol. consil. 27. num. 17. & consil. 70. num. 12. & consil. 105. num. 21. Syluan. consil. 7. num. 11. Grammar. decif. 2. num. 28. Cald. Pereira de empr. cap. 1. num. 19. & dicit Hortens. Caualea. in præf. de testibus par. 3. num. 68. post princip. quòd falsitas tria essentialia requirit, dolum, mutatio-

32 nem veritatis, & quòd alteri noceat. Quarto limita in teste, qui interrogatur de aliqua re sibi commissa sub sigillo secreti, vel de qua quis non est infamatus, tunc enim non tenetur reuelare factum occultum, quia sic proximum infamaret, nisi tendat in damnum Reipubl. & quia non debet falsum dicere iudici interroganti, idcirco debet tergiverfari ne mendacium incurrat, nullo tamen casu in hoc euentu veritatem celans tenetur ad restitutionem, ita ex D. Thom. Nauar. & aliis resoluit Læli. Zechi. d. casu 12. vers. secundo fallit, faciunt quæ dixi in Alleg. Episcopus monitoria pro rebus inueniendis, sub pena excommunicationis, quando concedere possit, in tit. denunciare vi monitorij, qui non teneatur, vers. quinto, vbi poterit multa inuenire, quæ ad limitationem huius casus accommodari possunt, ab illo loco pete, ne dicta repetamus.

34 Quinto limita in teste falsum deponente circa extrinseca, & extra factum principale, & qualitates substantiales, quia tunc nequaquam dicitur falsus, nec vitia reddunt illius depositio, Alexand. consil. 88. n. 195. Cæsar de Grassis decif. 75. num. 9. Farinac. d. quæst. 67. num. 159. cum seqq. & num. 179. quos refert & sequitur Aloyf. Ricc. d. resolut. 216. num. 2. in fine, Salzed. ad Bernard. d. cap. 96. vers. secundo.

35 Recordandum est penitenti quàm graue sit hoc peccatum, dicitur enim Proverb. 19. testis falsus non erit impunitus, & qui mendacia loquitur, non effugiet, sed peribit. tribus personis est obnoxius, primò Deo, quem peccando contemnit; secundò iudici, quem suo testimonio fallit; tertio innocenti quem lædit, cui tenetur de damno per illius falsitatem sequuto, gloss. fin. in cap. Presbyterum, de homicid. Tolet. de iustit. Sacerd. cap. 59. num. 2. in

fine, quem refert & sequitur Aloyf. Ricc. d. refolut. 216. num. 3. in fine, Laeli. Zechi. d. casu 12. vers. si verò causa. & Non satisfacit si dicat se falsum deponuisse, quia tunc ei fides non adhibetur, ex resolutis per Stephan. Gratian. disceptatio. forens. c. 192. num. 9. cum seq. quamuis dicat, in articulo mortis, ex Mascard. refolut. Hortens. Caualean. dict. par. 3. num. 59.

37 Crimen hoc perituri est grauius adulterio, & furto, ex eo quia directe aduersatur secundo præcepto Decalogi, quod est primæ tabulæ, & per consequens immediate contra Deum: adulterium verò, & furtum sunt contra præceptum secundæ tabulæ; ac per consequens immediate contra proximum, quia tanto grauius est peccatum, quanto corrumpit ordinem digniorem. Riccard. in 3. distinct. 39. quæst. 2. art. 4. & ibi Gabr. art. 3. dub. 4. Angel. verb. perituri, §. 9. Sayr. lib. 5. cap. 4. n. 9. Nec obstat cap. quod in omnibus, 32. quæst. 7. vbi & adulterium censetur grauius omnibus peccatis: quia in primis responderi potest censeri grauius omnibus peccatis, commissis contra proximum, non verò commissis contra Deum immediate, quale est perituri, de quo agimus. Deinde responderi falsum esse dicere adulterium esse grauius peccatis in proximum commissis, constat namque homicidium esse grauius adulterio, vt patet ex ordine præceptorum Decalogi, & probatur ex text. in cap. si quid verius 32. q. 2. & deducitur ex l. ult. in §. 1. ff. de publicanis, & ex his, quæ tradunt D. Thom. 1. 2. q. 70. art. 6. Sor. lib. 5. de iustit. q. 1. art. 3. refoluit post alios Corral. lib. 2. miscel. p. 1. communis ex Nau. in cap. inter verba, concl. 4. num. 23. Nec obstat d. cap. quod in omnibus, quia ultra alios intellectus satisfacit, si dicas cum glos. ibidem, quam sequuntur Archid. & antiquiores, verba illa interrogatoriâ referenda esse ad exaggerationem, & in derogationem criminis adulterij, quod quidem licet non sit grauius omnibus criminibus, est tamen secundum se admodum graue, vt latissime tradit Tiraquell. l. 13. connub. num. 26. cum seqq. & satis constat ex pœna mortis, quæ pro adulterio imponitur (Leuitonom. 24. quamuis 30. in fine, C. de adulter. Ordin. Regia Lusitan. lib. 5. tit. 38. in princip. Nec obstat & cap. & si clerici, §. de adulteris, de iudic. vbi videtur adulterium intra minora crimina computari. Respondetur enim text. agere de adulterio, quod est crimen graue, & de aliis, quæ licet in se sint graua, nihilominus minora sunt illo, quod in eo text. Pontifex constituit maximum, ad effectum, vt ad illud, & non ultra, possit Episcopi dispensatio peruenire.

40 Item huiusmodi perituri crimen homicidio grauius est, prout tenent D. Thom. quolib. 1. art. 18. Sylu. verb. perituri, quæst. 2. Sor. de iustit. lib. 8. q. 2. art. 3. conclus. 4. Couar. in c. quamuis, part. 1. §. 7. num. 1. Menoch. nihil decidens, de arbitr. casu 319. num. 2. tamquam probabilius sequuntur Azor. instit. moral. par. 1. lib. 11. cap. 16. quæst. 6. P. Soar. de relig. tom. 2. tract. 4. lib. 3. cap. 3. a num. 7. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 3. cap. 4. num. 37. Sayr. d. lib. 5. cap. 4. num. 9. quæ sententia primo ex eo suadet, quia perituri est contra præceptum primæ tabulæ, ac subsinde contra Deum, homicidium autem contra præceptum secundæ tabulæ, & immediate contra proximum, peccata autem, quæ sunt immediate contra Deum, ex se grauiora sunt, quam ea, quæ sunt contra proximum, vt per se patens est: igitur perituri est peccatum grauius homicidio. Neque huiusmodi argumentum infringet, qui di-

xerit ex illo sequi grauius fore peccatum in die Dominica facere opus seruale, quam committere homicidium, quia obseruatio Sabbati est præceptum primæ tabulæ, & instituta ad ordinandum hominem directe & immediate ad Deum; absurdum autem videtur dicere grauius peccatum committere illum, qui perpetravit homicidium, ergo non videtur grauitas peccatorum consideranda ex ordine præceptorum Decalogi: satis enim docte respondent Syluest. & Sor. diuisis locis, asserentes obseruantiam festorum, quantum ad tempus determinatum non esse de iure diuino naturali, sed solum de iure humano Ecclesiastico, & hac ratione violatio festi non est tam graue peccatum, quam homicidium, furtum, aut adulterium; quantum verò ad tempus expenditur ad honorem Dei, est de iure diuino naturali: vnde qui præceptum illud transgredere, ita ut tota vita nullum tempus assumeret, quod diuino cultui dicaret, grauius quam homicida peccaret, quia tunc ageret directe contra latram Deo debitam. Facit deinde, quia perituri videtur habere coniunctam blasphemiam, vt quia peierans dum adducit Deum vt testem falsitatis, videtur ei tribuere, quod ipsi non conuenit, in quo sanè consistit ratio blasphemie, sicut & in eo, quod Deo negetur, quod ipsi conuenit, vt post D. Thom. 2. 2. quæst. 13. art. 1. & Valent. 2. 2. disput. 1. quæst. 13. puncto 1. in initio, refoluit latè prosequitur Sanchez in præcepta Decalogi lib. 2. c. 32. a n. 1. atqui blasphemia opponitur confessioni Fidei, & virtuti religionis, iuxta explanationem, quam post D. Thom. & post Ban. Ledesin. & Valent. tradit in hanc rem Sanch. d. cap. 32. n. 7. & 8. & proinde censetur peccatum maius homicidio, aduertit Soar. d. cap. 3. num. 10. igitur idem de perituri dicendum est.

Secundo pro hac sententia expendi potest argumentum à posteriori desumptum, ex eo quod iuramentum est iuris controuersiarum, id est, in causis iudicialibus adhibetur, vt metu illius aperiat veritas, cuius violatio controuersias dilataret, & per hoc ipsa finiatur. Paul. ad Hebræ. 6. habetur in cap. et si Christus, vers. homines, de iureiuram. & ita adhibetur in causa homicidij ad illam terminandam, & veritatem inquirendam, quod quidem frustra fieret, si homicidium grauius peccatum esset, quam perituri: esset namque præsumendum, quod qui maiorem culpam homicidij commisit, non vereretur minorem perituri incurrere, vnde ex hoc ipso quod in causa cuiuslibet peccati defertur iuramentum, manifestè ostenditur perituri pro maximo peccato habendum esse. Confirmatur generali quadam ratione efficaciter suadente grauitatem perituri, deducta ex adductis per Couar. d. §. 7. sub n. 2. colum. 2. post princip. cum iuxta explanationem doctissimi Soarez d. cap. 3. sub num. 1. colum. 2. ante med. inquit grauitatem, & magnam deordinationem perituri conuincit ex ea maxime ratione, quia cum illud quantum est ex se tollat certitudinem diuini testimonij in iuramento contenti, consequenter tollit hoc velut primum principium confirmandi, & stabilendi contractus humanos, ac tandem maxima ex parte euertit humana commercia, ita ut ex his omnibus mitum non sit Perituri vocari grande scelus, in cap. prædicandum 22. quæst. 2. Ex quibus non videtur recipienda opinio asserentium homicidium esse peccatum grauius perituri, ex quorum numero sunt Bellam. in cap. duo mala 13. distinct. n. 3. Angel. in summ. verb. perituri, n. 8. Gabr.

Gabr. in 3. distinct. 39. quæst. 2. art. 3. dub. 4. & ibi Maior. quæst. 5. & alij quos refert, & sequitur Lessi. de iustitia lib. 2. cap. 42. sub num. 75. qui distinctio- nis fœdere vtramque opinionem conciliare videtur, dicitque quod si sumatur perituri in sua malitia assentiali, grauius peccatum est, quam homicidium, vt latè conuincunt rationes supra adductæ: si tamen consideretur ex parte accidentium, & circumstantiarum, grauius est illo homicidium, prout euincunt rationes, de quibus in fine casus præced.

42 Non immerito igitur tam iure Canonico, quam Ciuili graues, & variæ pœnæ fuerunt perituri impostæ, quia grauissimis delictis grauissimæ sunt pœnæ imponendæ, iuxta cap. non asseramus, vbi gloss. ult. 24. quæst. 1. cum similibus. Omittis autem variis pœnis, quibus apud varias nationes perituri puniebantur, de quibus Tiraq. de nobilit. cap. 20. num. 120. cum seqq. Azor. par. 1. lib. 11. cap. 12. quæst. 7. Perez l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordin. pag. 545. cum seq. Decian. tract. crimin. lib. 6. cap. 13. num. 33. cum multis seqq. Fr. Emman. quæst. regul. tom. 2. quæst. 14. art. 2. Lessi. dict. cap. 42. dub. 14. num. 74. Marra de iurisdict. par. 2. cap. 9. a num. 27. Christoph. de Paz in scholiis ad leges Styli. 128. quod attinet ad ius Canonicum, refoluit in primis & conuictum de perituri simpliciter, quod priuato huiusmodi præiudicium inferri, puniri pœna depositionis ab Ordine, iuxta text. & ibi Doctores, in cap. cum non ab homine, de iudic. notat Abb. in cap. tua 11. de iureiuram. & ibi quinquid & priuato beneficii Ecclesiastici obtentis, vt optimè deducitur ex cap. querel. 10. & ex dict. cap. tua, in fine, de iureiuram. refoluit Abb. Felin. Dec. & alij in cap. 2. per text. ibi, de rescript. post multos Couar. in c. quamuis, part. 1. §. 7. num. 3. Clar. §. perituri, num. 4. Perez ad d. l. 1. verb. positiones, in fine, Bernard. & Salzed. in præst. cap. 92. alias cap. 95. in ult. edit. Venetiis excusa. Menoch. de arbitr. casu 319. Soar. d. lib. 3. cap. 20. num. 22. Sayr. lib. 5. cap. 9. num. 7. cum seq. [Viui. decis. 220. num. 34. & seq. Nouar. in praxi eccl. & variat. fori p. 1. q. 3. num. 16. in ult. imp.] & non esse priuatum ipso iure, sed priuatum, tenent Abb. & Felin. in d. cap. querelam, Dec. & Ripa in d. c. 2. post Selu. Lambertin. Rebuff. Couar. Guier. & alios tradunt Garc. de benef. par. 11. cap. 10. num. 167. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 11. cap. 12. quæst. 9.

45 Collatio enim facta perituro est nulla, Azor. d. c. 12. quæst. 10. & par. 2. lib. 7. cap. 18. col. 874. Flamin. de rescript. lib. 4. quæst. 3. num. 10. cum seqq. Sayr. d. cap. 9. num. 9. [Item perituri priuatur dignitate, & ad illam amplius non admititur. Francisc. Marc. decis. 667. vol. 1. Decian. conf. 48. num. 30. vol. 3. Nouar. dict. q. 3. num. 16. in princip. Et infamiam incurrit de iure Canonico, cap. infamis, & cap. quicumque 6. q. 1. cap. querelam, de iureiur. Perez in l. 1. gloss. 6. pag. 545. tit. 4. lib. 3. Ordin. Sayr. in clau. Reg. lib. 5. cap. 9. n. 6. Nouar. d. q. 3. num. 17. vbi aduertit quod de iure Ciuili non semper incurrit infamiam. Vt iure autem Episcopus absolueret possit à iuramentis & perituro? vide Mart. de iurisdict. p. 2. cap. 9. num. 10. cum seqq.]

TERTIVS CASVS.

Qui stateras, mensuras, monetæ, & adulterauerint, corruperint, &c.

46 Pondus illud dicitur falsum, quod nunquam transiit per manus assinatorum, Mascard. de

probat. concl. 1044. num. 5. Bobadil. in sua politica lib. 3. cap. 4. num. 105. Et illi mercaturam exercentes, si in dolo sint, non solum crimine falsi, sed & crimine furti implicantur, falsi quidem cum mensuras, vel pondera adulterant, furti verò cum eis vtuntur in alienum damnnum, contra duo diuina præcepta, Gambarupta de casibus referuatis fol. 214. verso, num. 1. Loduic. Rodolphin. quæst. var. lib. 2. quæst. 40. num. 13. qui per totam quæst. probare intendit contra Strach. requiri scientiam in vtre falsis ponderibus ad hoc vt criminaliter puniri possit. Et quamuis & vtens scienter falsis ponderibus 47 & mensuris falsum dicatur committere, l. 1. ff. ad l. Cornel. de falsis, l. maiorem, C. eodem tit. Ordin. Reg. Lusitan. lib. 5. tit. 58. tamen non videtur cadere in hanc referuationem, cum referuatio loquatur tantum de falsante, & non extenditur ad vtentes illis iam falsificatis: nam cum casus sit pœnalis, non extenditur ad casus non expressos, argum. cap. in pœnis, de regul. iuris, in sexto, ita Laeli Zechi. de casibus referuatis, casu 18. vers. bis ita præmissis. Gambar. d. fol. 214. verso, num. 3. vbi n. 4. refoluit non comprehendi sub hac referuatione mensura, stateræ iusta vtentem, sed minus dantem, quam iustum pondus, vel mensura exigat: & obligantur tamen omnes ad restitutionem, & proculdubio tenentur rescire omne damnnum passis, si eos no- uerunt, cum restitutio sit facienda ei, à quo ablatum est, vel habenti causam ab eo, non enim æqualitas iustitiam seruatur per restitutionem alteri factam eo inuito, l. inuito, C. de solutio. gloss. 2. & communis in reg. peccatum, de reg. iur. in 6. Nec fat est restitutionem fieri pauperibus, vt probant text. in cap. cum tu, de vsuris, & in cap. sicut dignum, §. eos in super, de homicid. qui sunt intelligendi, vbi dominus, vel is, cui debetur, certus est, & citra scandalum, vel periculum potest eidem restitui: aliter enim si sit incognitus post adhibitam diligentiam, vel si scandalum imminet, potest fieri restitutio pauperibus, quia sic in effectu restituitur domino, cui prodest. quoad animæ salutem, Nauar. in man. cap. 17. num. 92. & 93. Valent. tom. 3. disput. 5. quæst. 6. puncto 4. Lessi. Zechi. dicto casu 18. propè fin. vers. videndum in super, Gambarupta dicto loco num. 5. Sayr. in clau. Regia lib. 10. tract. 5. cap. 2. a princip. Hi enim sunt fures communes, & ob id ex dispositione legis Cornelie condemnantur in duplum, & in insulam relegantur, l. hodie, ff. ad leg. Cornel. de falsis, l. Laeli. Zechi. dicto casu 18. propè fin. Gambarupta d. loco num. 2. Secundum canones verò pœnitentia ieiunij triginta dierum in pane, & aqua eis est iniungenda, cap. 2. de conpr. De his Deus per Moysem Leuit. 19. dicit: Nolite aliquid facere iniquum in iudicio, in regula, in pondere, in mensura: statera iusta, & aqua sint pondera, in suis modis, æqueque sextarius.

Alia de adulterantibus, & vtentibus falsis ponderibus, & mensuris, vide apud Gregor. l. 7. & 8. tit. 7. part. 7. Maranta de ordine iudic. par. 4. distinct. 11. tit. iudicium seculare, & Eccles. a num. 44. Mexi. in tract. cassa panis, concl. 5. num. 30. cum seq. Martien. l. 2. gloss. 5. & 6. tit. 13. lib. 5. noua recop. & l. 1. gloss. 9. tit. 14. eodem lib. Marra de iurisdict. par. 4. casu 3. num. 16. cum seqq. latè Hortens. Caualean. de brachio Regio par. 6. a num. 354. Ordin. Regia Lusitan. lib. 5. tit. 54. & De vendentibus vinum 50 lymphatum vide apud Hispanos l. 8. & 9. tit. 17. par. 7. Rebuff. tom. 2. ad leges Gallie, tit. de hospiti- bus, vers. duodecima conclus. pag. 276. Azueved l. 5. tit. 11. lib. 5. noua recop. Sebalt. Neui. in remiss. ad l. ii.

l. is, qui in puteum ff. quod vi, aut clam, Bobadil. in sua politica ubi. 3. cap. 4. n. 90. & de admiscendis vinum verus cum multo, vend. de exequendis mand. par. 1. cap. 9. num. 30. verj. quinto. Matienf. d. glos. 9. num. 6. De illis, qui in principio canistri ponunt poma meliora, Azevedo l. 3. num. 4. cum seqq. tit. 5. lib. 1. noua recop. Matienf. d. l. 1. glos. 9. num. 11. vbi resoluit, quod crimen itelionatus committitur quoties in saccis portantur merces deluper bonæ & inferius corruptæ, seu vilioris pretij & De pharmacopolis vendentibus medicinas adulteratas, vide Luc. de Pen. in Constit. Neapol. lib. 3. tit. 49. fol. 101. Bellacomb. commun. opinion. tom. 2. lib. 9. tit. 17. num. 12. pag. 505. Mascard. de probation. concl. 5. num. 32. Aduerter tandem Episcopum posse punire laicum, qui merces mixtas alia cum specie, ignorante emptore, vendiderit, Abb. in cap. 1. num. 9. de empt. Couar. lib. 3. vari. cap. 14. num. 5. vers. huius tandem, Bellet. disquis. cleric. tit. de favore clericorum reali. §. 5. num. 64. me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiastico tract. 10. cap. 4. quest. 12. resol. 3.

Circa adulterantes, corruptentelue monetam, sciendum est, teste Plinio naturalis historia lib. 33. c. 3. Romanos primum ærea pecunia, deinde multo post argentea, ac demum aliquot lapsis annis aurea vfos fuisse. Sed ante Romanorum originem multis quidem annis penes alias gentes fuit numismatum vsus, vt colligitur ex adductis per Forcat. in necyom. iuris, dial. 48. Cæli. Rhodig. lect. antiq. lib. 6. cap. 2. Fr. Hieron. Roman. de Republic. Gentilica lib. 8. cap. 5. & Triginta illos denarios, quibus fuit venditus Dominus noster I H S V S C H R I S T V S in Insula Rhodiensi culos fuisse ex vna parte Solem, & ex altera rosam habentes, qui Rhodon Græcè rosa interpretatur, referunt Orozco en sus emblemas morales lib. 1. cap. 12. Fr. Bernard. de Brito in monarchia Lusitana, par. 1. lib. 3. cap. 30. Ambros. de Morales in chronico Hispania par. 2. vbi de descriptione Hispanie fol. 85. vers. Pinedain Monarchia lib. 10. cap. 12. §. . . & in vita Sancti Iohannis Baptistæ lib. 2. artic. 2. cap. 1. pag. 110. vbi etiam refert singuli denarij pretium duos Iulios, excepto medio grosso, non attingisse. Sed Anton. Augustin. in dial. 2. de medallis, aliquanto aliter habet, ibi vide, nam & denarij figuram ipsam apponit. Goffridus autem Viterbiensis in chronico par. 1. 4. longè diuersus, vide, si luber, & ipsum.

Notandum etiam est ad Principem solum, & Rempub. spectare monetam cudere, vt probat text. in cap. 1. vers. sic. moneta, qua sint regalia, disponit Ordin. Regia Lusitan. lib. 2. tit. 26. §. 3. & lib. 5. tit. 12. in princip. & apud Hispanos l. pen. tit. 7. par. 7. l. 1. tit. 20. lib. 5. noua Recop. Couar. munismat. cap. 8. num. 1. Mynsing. centur. 4. obseruat. 24. Menoch. consil. 302. num. 28. Matienf. l. 1. glos. 13. tit. 10. lib. 5. noua recop. Pereg. de iure Etsi lib. 1. tit. 1. num. 25. & tit. 2. num. 97. Farinac. in praxi criminal. parte 5. quest. 115. num. 22. cum sequentib. Moela in tempore iuris par. 1. tit. 2. quest. 24. num. 4. Cardolo in praxi iudicum, & aduocat. verb. moneta, num. 2. Decian. tract. crimin. lib. 7. cap. 26. num. 1. Cabed. Lusitan. decis. 45. par. 2. Christoph. de Paz in schol. ad leges styli l. 78. n. 72. Vincent. Carot. in tract. de locato. par. 1. tit. de origine locati, num. 4. Bened. Etyd. ad l. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iure. cap. 8. de empt. & vendit. num. 7. vbi etiam asserit quod à Principe homini priuato, seu familia priuatae cudentæ pecuniæ licentia concedi nequit, & concessa non valet: idcirco falsi censendi sunt num-

mi, qui non fuerint Regia auctoritate percussi, vel ex adulterina materia compositi. Couar. dict. cap. 8. num. 1.

Moneta igitur, vt sit probata, & legitima, tria continere debet, scilicet materiam publicam, formam, & legitimum pondus, Decian. tract. crimin. tom. 2. lib. 7. cap. 23. à num. 9. Menoch. consil. 49. n. 1. Mascard. de probat. concl. 1065. num. 7. Cabed. d. Lusitan. decis. 45. num. 2. Farin. d. quest. 115. num. 3. Garcia Gironda de priuileg. seu exempt. explicat. n. 1425. Vnde & adulterari, falsificari, seu corrumpi tribus modis potest, videlicet circa substantiam, circa pondus, & circa formam: quoad substantiam namque falsa moneta dicitur, quando substituitur, aut permiscetur vnum metallum pro alio, l. Paulus, ff. de solut. circa pondus autem quando minus pro maiori ponitur. l. 1. ff. de contrab. empti circa formam verò, cum quis cudit monetam bonam, hoc est veri, & iusti ponderis, ac valoris, sine tamen potestate id faciendi, aut imprimendo characterem, & formam alienam absque consensu eius, cuius erat, l. sine nomine, & l. qui nomine, ff. ad leg. Cornelia de falsis, hic tamen à pœnis excusabitur & excudens monetam alia effigie, quam effigie Principis illius regni, vbi habitat, Decian. lib. 7. cap. 27. num. 12. vel falsificans monetam alterius Principis, Aloyf. Ricc. d. collect. 172. limit. 2. Farinac. d. quest. 115. n. 77. Cabed. par. 1. decis. 89. aut mutando formam externam, seu superficiem tingendo argentum, seu deaurando illud, hos tamen casus comprehendit referuatio hæc, prout resoluit Gambar dict. loco à num. 9.

Huiusmodi tondentes, vel radentes Principis monetam eisdem subiciuntur pœnis, quibus illam adulterantes, vt disponit Ordin. Regia Lusitan. lib. 5. tit. 12. §. 4. & apud Hispanos l. 67. tit. 21. lib. 5. noua recop. & apud Neapolitanos, & Carhalanos obseruatum dicit Peguer. decis. 46. quem refert Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 1. collect. 172. ampl. 1. & apud varias nationes receptum attestantur Decian. d. cap. 27. num. 9. & cap. 28. num. 6. Farin. in praxi crimin. quest. 115. num. 99. cum sequentibus, Molina de iust. tract. 2. disp. 702. num. 8. Christ. de Paz in schol. ad leges styli l. 78. num. 130. [nouissimè Trulench. in exposit. Decalogi lib. 7. cap. 12. dub. 1. num. 6.]

Dubium videtur de eo, qui auctoritate priuata monetam aliquam excedentem iustum pondus tondeat, & mutauit, atque ita eam ad iustum pondus reduxit, an hic dicatur monetas adulterare? nam dicit viri clarissimi, Marsil. scilicet in d. l. qui falsam num. 109 ff. de falsis, & Alciat. consil. 461. affirmant hunc tonforem, seu limatorem monetarum nullis pœnis subiacere, quia neminem lædit: quibus tamen aptè videtur respondere Menoch. de arbitr. casu 316. à num. 36. inquit enim n. 38. Principem iustum existimare monetæ suæ pondus, quod à suis monetarum censoribus in publicum ex eorum officina mittitur, & quod à se factum est in deterius mutari non velle, & facit quod scribit Nauar. in man. c. 17. n. 168. videlicet nulli licere priuata auctoritate reducere monetas ad æqualitatem iusti pœderis, imò qui id faceret, teneretur restituere id quod corralerat ei, qui cudi iussit, aut monetariis, qui eas cudunt, si illud plus peccit ipsi monetariis, & non iubenti cudere: itaque dum hunc tonforem ad restitutionem damnat, certè cum lethalis culpæ reum statuit, & sic continebitur sub hac referuatiōe, qui priuata auctoritate monetam mutauit, illam ad iustum pondus reducendo.

Limitatur principalis illa resolutio primò in

67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100

vitante monetam reprobata, quia pœnæ contra vitantes monetam, debent intelligi de moneta vsuali, & quæ expendi potest, vide Alexand. consil. 103. in princip. vol. 1. Hippol. in dict. l. qui falsam n. 64. Tiraq. de retract. lig. §. 1. gloss. 20. num. 12. Decian. dict. lib. 7. cap. 25. num. 11.

Secundo limita in falsificante falsam monetam, Cott. in memor. verb. actus nullus, Menoch. de arbitr. casu 316. num. 19. cum sequent. Surd. decis. 282. num. 18. Decian. d. lib. 7. cap. 27. num. 14.

Tertiò limita in tondeute modicam quantitatem, Peguer. decis. 46. Decian. d. lib. 7. cap. 27. num. 2. Farinac. d. quest. 115. num. 111. Fabricans enim minimi valoris monetam excusabitur. Tiraq. de iudicio in rebus exig. vers. 80. fol. mibi 46. Farinac. d. quest. 115. num. 90. Menoch. d. casu 316. num. 33. Mench. lib. 1. success. §. 7. num. 37. & sequenti, Decian. d. lib. 7. cap. 27. num. 2.

Eadem etiam pœna puniuntur falsam monetam expendentes, qua puniuntur illam adulterantes, vel radentes, vt probat text. in l. lege Cornelia §. eadem pœna ff. de falsis, disponit Ordin. Regia Lusitan. d. tit. 12. §. 3. resoluit Afflict. in Const. Regni Sicilia rub. adulterinam §. 1. num. 3. Clar. §. falsam num. 38. Hippol. consil. 47. lib. 1. Menoch. dict. casu 316. à n. 51. Vincent. de Franch. decis. 401. Aloyf. Ricc. d. collect. 147. ampl. 4. Decian. d. lib. 7. cap. 25. à num. 3. Farin. dict. quest. 115. num. 81. & à num. 130. me citato in hoc loco, Homobon. de examine Ecclesiastico tract. 10. cap. 4. quest. 12. resol. 2.

Intellige si eam scientes falsam expendierint, d. l. lege Cornelia §. eadem pœna, d. Ordin. Reg. Lusitan. dict. §. 3. ibi, subdando que era falsis, Couar. d. cap. 8. num. 4. Burlac. consil. 166. à num. 8. lib. 2. Menoch. d. casu 316. num. 55. Farin. d. quest. 115. num. 154. Decian. dict. lib. 7. cap. 25. à num. 6. vbi num. 7. quod & ignorantia affectata, vel crassa non excusabit, quæ quidem probatur iuramento dicentis se ignorasse falsam esse monetam, dummodò concurrat præsumptio ignorantie pro allegante illam, secus tamen si iur ex aduerfo præsumptiones, vel coniecture inferentes ad scientiam, Decian. d. cap. 25. non 8. Farin. d. quest. 115. n. 59. Seraphin. de priuileg. iurament. priuileg. 4. num. 136. & Quando verò expendens falsam monetam docuerit à quo illam habuit, nulla lege puniri debet, vt resoluunt Anton. Fab. in suo C. sub tit. de falsa moneta, diffinit. 2. Decian. d. lib. 7. cap. 27. num. 9. Farin. d. quest. 115. n. 145. Vel quando expendens protestaretur quod si esset falsa sibi restitueretur, quia daret bonam: non enim tunc dicitur expendisse, cum pendeat è futuro euentu. Decian. d. cap. 27. num. 19. vbi num. 20. idem resoluunt quando expendens nemini nocuisset, & num. 17. quod bona opinio, & fama expendentis monetam, vel eius, penes quem reperta est, minuit pœnam, & cap. 25. num. 9. quod ludens cum falsa moneta puniatur, si luderet computando eam pro falsa. Huiusmodi falsam monetam expendentes (vt ad rem redeamus) verius credo sub hac referuatiōe non venire, quæ loquitur tantum de adulterantibus monetas, non autem de eas scienter expendentibus, quæ diuersa sunt crimina, ex Menoch. d. casu 316. num. 51. & ita in terminis resoluunt Gambar. d. loco num. 9.

Crimen hoc grauissimum est, prout demonstrat pœnæ pro illo impostæ, qui enim illud commiserit, igne comburendus est, vt probat text. in l. 2. ibi, flammæ, C. de falsa moneta, & concordat Ordin. Regis Lusitan. d. tit. 12. in princip. ibi, morte natural. de fogo, & apud Hispanos l. 5. & 6. tit. 17. Barbof. de Episcopo Pars III.

lib. 8. noua recop. tradunt Couar. dict. cap. 8. num. 3. Decian. dict. lib. 7. cap. 28. num. 2. & 3. Christoph. de Pace d. l. 78. num. 88. Farin. d. quest. 115. num. 13. & 9. 2. num. 109. Cardolo in praxi iudicum, verbo moneta num. 3. & eius bona fisco vindicantur. l. 1. ibi, fisco vindicetur, C. de falsa moneta, Ordin. Reg. Lusitan. d. tit. 12. in princip. ibi, è todos seus bens sejan confiscados, Men. d. casu 316. num. 6. Farin. d. quest. 115. num. 14. Christoph. de Paz d. l. 78. num. 96. Decian. d. lib. 7. cap. 28. num. 11. & Domus etiam in qua fabricatur moneta falsa sciente domino cadit fisco d. l. 1. ibi, domus, & c. Ordin. Reg. Lusitan. d. tit. 12 §. 1. Couar. d. cap. 8. num. 3. vers. pœna autem, Decian. d. l. 7. cap. 27. num. 8. & cap. 28. num. 12. Mascard. concl. 1065. num. 2. Molina de iust. tract. 2. disp. 702. num. 3. Farin. d. g. 115. num. 16. Si autem dominus quamprimum id sciuerit, indicauerit Magistratui, excusabitur, Decian. dicto cap. 27. num. 8. Farinac. dict. quest. 115. num. 17. vbi resoluit quod domus, in qua fabricatur falsa moneta, habet præsumptionem contra se scientiæ, & participationis. Sic etiam & vidua, excusatur à scientia fabricationis falsæ monetæ cusæ in eius domo, vt probat text. in l. 1. §. vidua ff. de falsis, Farinac. in praxi criminal. par. 3. tit. de pœnis temper. q. 98. num. 2. Ordin. Regia Lusitan. dict. §. ibi, de aliqua viuua.

Cætera ad hanc materiam pertinentia tractant Soar. Viui. Kirchou. & alij tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 19. pag. 514. Couar. in tractat. numismat. cap. 8. Gom. l. 83. Tauri, à num. 3. & tom. 3. vari. cap. 3. num. 4. Hippol. consil. 47. & 71. Menoch. dict. casu 316. à num. 7. Petr. Gregor. Synag. iuris lib. 36. cap. 2. Did. Quantier. in quest. crimin. cap. 7. à n. 19. Mascard. de probat. concl. 1065. Decian. dict. lib. 7. cap. 25. vsque ad cap. 28. de Franch. decis. 351 & 401. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 1. collect. 172. Gutier. pract. quest. lib. 3. quest. 4. Cardolo in praxi iudicum, verb. falsum à num. 15. Azevedo. l. 5. & 6. tit. 17. lib. 8. noua recop. Bernard. Muscatel. in pract. crimin. tit. de falsa moneta. Paradil. in summa legum poenal. par. 1. cap. 23. Farinac. dict. quest. 115. Christoph. de Paz d. l. 78. à num. 79. Cabed. par. 2. decis. 45. Thom. Valasc. tom. 1. alleg. iuris alleg. 13. à num. 38. [nouissimè Trulench. in exposit. Decalogi lib. 7. cap. 12. dub. 1. cum seqq.]

TERTIVS CASVS.

Qui libertatem, siue immunitatem Ecclesiæ violauerint.

Summus Pontifex Benedictus XI. in Extrauag. 72. Sinter cunctas, de priuileg. approbat consuetudinem, quæ referuauit Episcopis immunitatis, & libertatis Ecclesiasticæ violatores, circa quod multas, & quotidie plures nascentes controuersias sopiuit, Gregor. XIV. Const. sua circa protectionem ad Ecclesiæ fugientium perpetuò obseruandam, quæ incip. Cum alias nonnulli, Dat. Romæ ann. Incarn. Dom. 1591. 9. Kalend. Iulij. Hodie veto cum iuxta Decretum Sacræ Congreg. alleg. preced. num. 185. reatum prohibetur quibuscumque Consecratis Secularibus, & Regularibus, ne vigore suorum priuilegiorum absoluant à casibus violationis immunitatis Ecclesiæ in terminis dict. Constit. Gregor. XIV. non est necessarium, vt huius casus referuatio fiat, ideò de eo nil amplius. Absolutio tamen excommunicatiōnis ob violatam Ecclesiæ immunitatem ad Ordinarium spectare, tenet Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol.

resol. 333. vbi num. 2. dicit non obstare Bullam in Cœna Domini, quia ibi solum excommunicantur statuentes contra libertatem Ecclesiasticam, non illam violantes.

QUARTVS CASVS.

Incendiarij, & qui damni, iniuriæve causa vites, vel arbores alienas inciderint.

- 73 **I**ncendiarius dicitur is, qui malo animo, & auctoritate propria incendit aliena, vt domum, segetes, & his similia, cap. cum deuotissimam 12. quæst. 2. Ad hoc verò, vt quis sit in hoc casu comprehensus, quatuor requiruntur. Primò quod incendat. Secundò quod malo animo. Tertiò quod auctoritate propria. Quartò quod incendat aliena, ita Gambarupta de casibus referu. casu 5. num. 1. fol. 198. verso; vbi etiam resoluit non sufficere attentasse incendium, nisi fuerit sequutus effectus incendiij, aut per eum non stetit, quin effectus fuerit sequutus, vt pura quia ignis extinctus est à superuenientibus hominibus, vel etiam aliquo casu pluuiæ, niuis, & huiusmodi.
- 74 Cùm incendium connumeretur inter casus fortuitos. Greg. l. 3. verb. fuego, tit. 2. par. 5. Menoch. de arbit. casu 390. num. 3. cum sequentibus. lib. 1. de præsump. quæst. 59. num. 3. & consil. 13. num. 1. Ioseph. Ludou. Perul. decis. 10. n. 1. 5. & decis. 25. Güttic. præct. lib. 1. q. 29. num. 6. Mex. in tract. tassie panis concl. 6. num. 111. Surd. decis. 198. num. 5. Mascard. de probat. concl. 467. n. 5. & concl. 892. n. 8. Pradil. in sum. legum penal. p. 1. cap. 2. 3. n. 1. plures refert Doctores, Cened. ad Decretal. collect. 40. n. 1. † Conductor propter incendium ad damni æstimationem non tenetur, nisi constet de culpa ipsius. Gail. lib. 2. obseruat. 21. quem refert Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 2. collect. 797. nec tenebitur ad restitutionem in foro conscientie, si solum ex negligentia, vel leui culpa committeret incendium, Gambar. d. loco. num. 2.
- 75 Si verò fuerit lata culpa, cum hæc nunquam sit sine dolo, tenebitur incendiarius ad damna, & interesse. cap. si egressus, §. de iniur. Menoch. d. casu 390. num. 24. Ioseph. Ludou. d. decis. 25. n. 10. Farin. in praxi crim. par. 3. q. 110. num. 18. & num. 24. resoluit quod ex incendio commisso culpa leuissima in omittendo non tenetur incendiarius ad damna & interesse, secus si in committendo. Quamuis autem in foro ciuili. exteion quis teneatur de negligentia, & leui culpa l. 3. ff. ad l. Aquil. cum similibus; tamen in foro conscientie non imponitur sibi pœnitentia pro illa inaduertentia, putà, quia neglexit cooperire ignem vnde domus sua cum vicinis est incensa, vel quia posuit ignem in stipula, non aduertens principium ventorum, ex quibus postea segetes vicini arserunt, quia de hac culpa non grauabit eum Confessarius ad restitutionem, sunt verba Felini in cap. sicut dignum num. 16. de homicid. & sic non solum non peccauit mortaliter, sed nec tenetur ad damna, & ideo non cadit sub referuatione, cum ea fiat tantum de peccatis mortalibus, Gambar. d. casu 5. num. 2.
- 77 Verùm si negligentia illa fuerit nimia, cum aperte malitiæ comparetur, argum. tex. in cap. ult. de celebrat. miss. ibi, aperta malitia, vel nimia desipientia, & l. de arate, §. qui raucit. ff. de interrog. actiom. non excusabitur incendiarius, cum in culpa sit, ex tex. difficili in l. magna 2. 26. ff. de verborum signific. dum ait, magna negligentia culpa est: magna culpa dolus est. Culpa enim in gene-

re sumpta, prout dolum, & culpam simplicem comprehendit, propriè dicitur quæcunque deuotio à bono, quæ humana diligentia potuit præuideri; in specie verò sumpta à dolo distinguitur, quia hic malitiæ, illa verò imprudentiæ tribuitur, explicat Conan. comment. Iuris Ciuilis lib. 7. cap. 4. num. 7. Lorient. de apicibus iuris, tit. de regulis iuris, axi. 134. cum seqq. Donel. comment. lib. 16. c. 7. Ex quibus magnam & dissolutam negligentiam latam dici culpam, & dolo proximam, non est qui dubitet, & ideo incendiarius, qui lata culpa, (quæ dicitur non intelligere, quod omnes intelligunt. l. lata culpa, ff. de verborum significat. Vel si quis in rebus alienis, quas custodiendas suscepit, eam non adhibeat diligentiam, quam adhibet rebus suis, l. quod Nerva, ff. de depositis, cap. 2. eodem tit.) incendium immittit, tenetur nedum ad damnum illatum dolo, sed etiam ad id, quod pronenit ex eius culpa: vt si quis incendat domum alicuius, & ignis incendat etiam domum vicini, tenetur ad vtrumque damnum; vel si comburet stipulam in agro proprio, & ignis vi ventorum impulsus incendat segetem vicini, ita per tex. in dicto c. si egressus, tenet Franc. Marc. Delphin. decis. 417. n. 1. p. 3. Ioseph. Ludou. d. dec. 25. post num. 4. Farinac. dicta quæst. 110. n. 10. Læli. Zechi. de casibus referuatis casu 16. num. 1. in fine.

Incendium à quibus in dubio emissum præsumatur, agunt Menoch. de arbit. casu 390. Thesaur. Pedem. decis. 24. Polyd. Ripain tractatu de nocturno tempore, cap. 27. Mascard. de probat. concl. 892. num. ult. † Vtrum ne & quando teneatur dominus de incendio per familiam suam admissio, Cephal. consil. 362. Franc. Marc. decis. 112. num. 34. quos refert Aloyf. Ricc. d. collectan. 797. Menoch. dicto casu 390. à num. 20. cum seq. & consil. 53. Bernard. Græua. ad præct. Camera Imper. lib. 2. conclus. 21. in coronide. Vicinus vicino de damno incendiij culpa obortian teneatur, vide Alex. Rauden. Pisana decis. 6. num. 61. par. 1. Mascard. concl. 892. num. 4. & 5.

Cætera pertinentia ad huiusmodi incendiarios videri possunt per ordinarios in l. 1. & seqq. ff. de incendio, & in l. capitulum, §. incendiarius, ff. de pœnis, Gregor. in leg. 9. text. ibi. tit. 10. part. 7. Doctiff. parentem meum in comment. ad Ordin. Regiam Lusitan. lib. 5. tit. 86. Afflict. decis. 57. Menoch. d. casu 390. Bossi. in præct. tit. de incendio, Polydor. Ripa de nocturno tempore cap. 27. Franc. Marc. decis. 154. & 417. par. 2. Perez leg. 2. verb. quem las casus, tit. 18. lib. 8. Ordin. pag. 250. & l. 36. in princ. tit. 19. eodem libro, Fachin. controuers. lib. 1. cap. 85. Ludouic. Perrus. decis. 25. & 29. Decian. tract. crimin. lib. 8. c. 5. Viucent. Carot. de locato, tit. de incendio, Bernard. Muscatel. de cognit. delict. tit. de incendio, Mench frequent. c. 10. n. 47. Aloyf. Ricc. dict. collect. 797. Farinac. in praxi criminal. tom. 3. quæst. 110. [Marta de iurisd. p. 2. cap. 25.]

Deueniendo ad vitium, & arborum incisiones, aduertendum illos teneri ad omne damnum, quod eorum dominus ex ipsarum incisione patitur, etiam ad refectionem fructuum, quos eorum dominus verosimiliter quotannis ex illa arbore percipere potuisset, deductis tamen impensis, & laboribus expositis in arbore custodienda & excolenda, & hoc vsque ad illud tempus quo alia arbor denuò plantata ita excrecere possit, vt tantumdem fructus ex ea percipi possint, quia sic damnificans est causa efflicax, & sine qua damnatum non esset illatum, & ideo tenetur ad illud

per

SEXTVS CASVS.

Qui blasphemiam publicam, & notoriam protrulerint.

Blaspheatoribus publicis, & notoriis per Episcopum suum pœnitentiæ sunt imponendæ, vt probat text. in cap. 2. de maledicis, blasphemia enim est de referuatis Episcopis secundum gloss. verb. referuantur in cap. 2. de pœnis, & remiss. lib. 6. igitur de ea sunt à nobis aliqua declaranda, sic diffinitur. † Blasphemare est dicere tacite, vel expresse, verbo, vel scripto, contra Deum, aut eius Sanctos, quidpiam contumeliosum, quod quidem fit, vel tribuendo Deo, quod illi non conuenit, vel tribuendo creaturæ, quod solius Dei proprium est: in hanc diffinitionem incidunt omnes, quas referunt Couarr. in cap. quamuis pactum, par. 1. §. 7. num. 8. Nauarr. in manual. cap. 12. num. 81. Iacob. de Grassis in aureis decis. lib. 2. cap. 19. num. 7. Gambarupt. de casibus referu. post casum 26. num. 1. fol. 250. verso. [Marta de iurisd. p. 2. cap. 13. à num. 1. nouissimè Trulench in exposit. Decalogi lib. 1. cap. 12. dub. 1. num. 1.] † Diuiditur in duas species, quarum altera dicitur blasphemia hæreticalis, altera simplex. † Hæreticalis est illa, quæ cum hæresi connexionem habet; veluti quando negatur, vel renegatur Deus, aut quando aliquid dicitur contra articulos Fidei, his verbis, non credo in Deum, vel denego, aut maledico Deum, vel abnego Fidem. Lusitani, descreo de Deo. Hispani, descreo en Dios, reniego de Dios, o de la fe, o de la Cruz, o de la Christina de la fronte, o reniego de la puridad de Nuestra Señora. Itali, Rinego l'Idio. Resoluitiue igitur dico blasphemias esse hæreticales, quæ repugnant primo Decalogi præcepto, & illas, quæ contra aliquem ex duodecim Fidei articulis dicuntur, Direct. Inquisit. par. 3. quæstion. 41. refert Gambarupt. dict. loco. num. 3. [Marta dict. p. 2. cap. 13. num. 12. & 13. Trulench dict. cap. 12. dub. 1. num. 2. cum seqq.]

De his hæreticalibus blasphemis hæreticæ prauitatis Inquisitores priuatiue cognoscant, & ius habent animaduertendi, vt per Couarr. dict. §. 7. num. 12. versio. crimen autem blasphemie, Castro libr. 1. de iusta hæretic. punit. cap. 12. Attendar. in addit. ad recapitulat. legum Nauarra, lib. 5. tit. 4. l. vnic. de blasphemis, num. 2. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 9. cap. 28. quæst. 5. Salzed. ad Bernard. in præctico. cap. 113. versio. quandoque tamen, cum sequentibus in nouiss. edit. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 32. num. 37. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resol. 9. num. 2. Farin. in praxi crimin. quæst. 20. num. 39. & de hæresi quæst. 178. num. 76. vbi resoluit contra consuetum blasphemare, & monitum blasphemare non cessantem, Inquisitorem posse procedere. [Zanard. in direct. Theolog. p. 1. prac. 1. cap. 11. Lorca in 2. 2. D. Thome q. 13. art. 2.] † Pœna autem quæ imponi solet ab Inquisitoribus pro his blasphemis, in quibus cognitionem habent, ea quidem est, quod si blasphemus infamæ sortis fuerit, flagellis cæditur cum publica pœnitentia, in publicoque spectaculo, lingua ferro, vel ligno comprehensa, cum aburatione de leui. Si verò fuerit nobilis, pœna pecuniaria mulctatur, & ad tempus in monasterium detruditur; ita testatur Rojas de hæretic. par. 2. n. 176. quem refert Salzed. vbi proximè. [Mich. Zanard. in direct. Theolog. par. 2. præcep. 1. cap. 11. numero 10. Peña in direct. Inquisit. par. 2. commun. 66. Laz-

H 2 zar.

per text. in cap. fin. de iniur. & l. nihil interest ff. de ficar. Sed quia quantitas ista incerta esse, potest: fieri enim potest, vt arbores cæcant, vt fructus non ferant, idèd cum hoc damnatum incertum esse possit, æstimabitur arbitrio boni viri, ita tamen vt ad æqualitatem reducat, quantum fieri poterit. ita ex Nauar. tradit Læli. Zechi. dicto casu 16. n. 2. Si vero infructifera fuerit arbor, ipsa sola erit in consideratione, ita tamen vt semper deducatur aliquid de futuro pluris valore arboris, habita etiam ratione dubij euentus, Gambarup. dict. casu 5. num. 5.

- 82 Dubium hinc oritur non contemnendum, an peccet, teneaturque ad restitutionem incisor arborum, quæ in suo solo plantatæ fuerunt ab alio, vel in eoradices egerunt, in qua quæstione videbatur negatiue respondendum, quia scienter plantans arbores in alieno solo, non efficitur earum dominus, sed ea omnino solo cedunt, si modo radices egerint, si vero adhuc radices non egerint, emanet eorum dominus, qui conleuit, §. si Titius, Instit. de rerum diuis. ergo videtur dicendum, prædictum incisorum cum illo modo efficiatur arborum dominus, si illas incidat, nec peccare, nec teneri ad restitutionem. Verum potius teneatur sic incidendum peccare, ex eo, quia propria auctoritate sibi ius ministraverit, sed non teneri ad restitutionem: sicut enim furripens, quod sibi debetur peccat, si id modo indebito faciat, non tamen tenetur ad restitutionem, vt per Richar. in 4. distinct. 15. Nauar. in man. cap. 17. num. 112. Sic in proposito, licet peccet incidens plantam satam mala fide ab alio in proprio solo, non tamen tenetur ad restitutionem, ita in terminis Læli. Zechi. dicto casu 16. num. 2. versio. sed difficultas, cum seqq. vbi etiam resoluit, quod incidens arborem sitam in alieno solo, licet aspectui suo officiat nisi statutum, vel seruitus contraria existat, tanquam incidens arborem, in qua nullum ius habet, tenebitur ad omnem damni æstimationem; si enim fundus vicini nullam debebat seruitutem domui vicini, vel præscriptam, vel aliter acquisitam, ne luminibus vicini officiat, licebit sibi in proprio solo plantare, licet luminibus vicini officiat, l. cum eo, vbi gloss. ff. de seruis. verb. prad. l. aliterius, C. eodem tit. & vtrisque Doctores.

Notandum valde est, quod licet casus hic loquatur in plurali numero, ibi, vites, vel arbores, habebit tamen locum, etiam in vna arbore, vel vite incisa damni, iniuriæque causa, Bonacof. commun. criminal. verb. incidens arbores, quem refert & sequitur Gambarupta dicto casu 5. in fine. † Vitis dicitur arbor frugifera, Perez l. 2. verb. cortales arbores, tit. 16. lib. 8. ordinat. Auend. de exequendis mand. par. 1. cap. 4. num. 28. Azueved. l. 6. num. 5. tit. 12. lib. 8. noue recopilat. Sebasti. Naui. in remiss. ad l. 1. §. arboris appellatione, ff. de arbor. cedendis, Cardolo in praxi iudicum, & aduocat. verb. arbor, num. 1.

- 84 Huius casus referuatio non habebit locum in eo, qui non damni causa, vel iniuriæ, sed foracitatis, & rapacitatis naturalis vites incidit, aliasque arbores, Gambarupt. d. casu 5. num. 4. Nec etiam in illo qui euellit arbores, per l. furtum §. si quis ra dicitur, ff. de arborum furtim casarum. Nec si cas alpoiter, postquam scissæ fuerunt, Auend. dict. cap. 4. num. 28. vers. prædicta regula.

Barbof. de Episcopo Pars III.

zar. de blasphemia question. 6. numero 20.]
 91 Simplex verò blasphemia est illa, quæ non reputatur iis, quæ renemur credere, vel quæ Fidei confessioni non opponuntur, quamvis grauiissima sint, vel quia negant aliquid in Deo, quod ei conuenit, vel tribuunt Deo, quod minimè ei conuenit, his verbis: Pigeat Deum: Dolet Deus, Per vitam Dei. Lusitani, *A pesar de Dios*. Hispani, *A despecho de Dios*, mal grado aya Dios, por vida de Dios, pese à Dios. Itali: *Al dispetto de Dio: Rincresca Iddio, Porra de Dio, o de la Vergine Maria*. Salzed. ubi proxime, versic. & quia sepius, Azor. d. cap. 28. quas. 3. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 9. num. 3 & in collect. decem par. 1. collect. 75. [& sic huiusmodi blasphemie non dicuntur hæreticales, quia Fidei confessioni non opponuntur, ac proinde harum puniatio ad iudices ordinarios pertinet, Roias de hæretic. p. 2. num. 70. Capcauil. de casibus referit. cap. 19. q. 2. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 12. num. 36. Suar. de Relig. tom. 1. lib. 1. c. 5. num. 8. quidquid contra teneant Flotonus de casibus referit. p. 2. casu 3. num. 8. Filliuc. in simili tract. casu 3. num. 2. Nald. in sum. verb. blasphemia num. 1. Sanctarel. de blasphemia cap. 2. dub. 1. num. 3.]
 Eodem etiam modo contumelie in Sanctos dicuntur blasphemie, qui enim maledicit Sanctis, maledicit eis ut sancti sunt, ac proinde maledicit in Sanctis ipsi Deo, qui Sanctos effecit, & à quo est sanctitas: nam sic etiam qui iurat per Sanctos, religiosè iurat, quia iurat per eum à quo sanctitas existit, ac pender; Azor. dict. cap. 28. quas. 4. Farinae. dict. quas. 20. num. 25. Soar. de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 1. cap. 5. num. 6. Decian. tract. crim. lib. 6. cap. 2. num. 19. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 32. num. 27.

92 Ad hanc simplicem blasphemiam pertinent iurationes illæ, videlicet, sicut Deus est veritas, sicut veritatem continent Euangelia, ut Deus est filius Virginis Mariæ; hæc liquidem æquiparationes nostrarum veritatum cum diuinis, blasphemie nomen habere videntur. Quamobrem dum falsitas sub his iurationibus affirmatur, fœdissimum est perurium cum blasphemia coniunctum, quod si affirmatio veri veritate pollear, adhuc non fugiunt, qui hinc verbis videntur, blasphemie crimen & culpam; nam quamvis veritas, ut aiunt Philosophi, eo quod adæquatio rei ad intellectum in indiuisibili consistit, non recipiat magis, nec minus, tamen quia veritates æternæ, & diuinæ ipsissimæ sunt, inaccessæque veritates, ac subinde principium, & finis creaturarum omnium, nulla nostrarum veritatum cum illis est comparanda, ita ex Soto referunt Couarr. d. 7. num. 9. versic. undecimo, Iacob. de Grassis in aureis decif. libr. 2. cap. 19. num. 14. Placet referre id quod Sot. libr. 8. de iustis. quas. 1. artic. 3. scribit. Sunt (inquit ille) & blasphemiarum non infima species, iurare per membra Dei, ut per caput, per sanguinem, per iecur, & per alia membra, quæ nominare depudet; nam præterquam quod Deo videantur illi membra tribuere, etiam de membris Christi intelligant, enorme conuictum & contumelia est, quandoquidem in hoc non est membra in testimonium afferre, sed vituperii Christi fordinare, sicuti nefas est iurare per intemperatam Deiparæ virginitatem, & paulo infra: at hæc profectò si blasphemie non sunt, proximè accedunt. iurare vero per corpus, aut per sanguinem Domini si fiat cum irreuerentia, peccatum mortale est, non est blasphemia, quoniam post Christi incarnationem Deus dicitur habere cor-

pus, & sanguinem in quantum homo, non autem in quantum Deus, Nauar. dit. cap. 12. num. 83.

De his autem blasphemis, quæ hæreticales non sunt, cognitio, & puniatio non ad Inquisitores contra hæreticam prauitatem, sed ad Episcopos spectat, ut probat text. notab. in cap. 2. de maled. Salzed. ubi proxime versic. & quia sepius, in fine, Gambarupt. dicto loco num. 3. in fine, Aloyf. Ricc. dict. resolut. 9. in fine, † & ad iudicem etiam seculari huius criminis puniatio spectabit, cum sit mixti fori, ut probat text. in dict. cap. 2. versic. per temporalem præterea potestatem, Menoch. casu 319. num. 16. Auend. de exequendis mand. par. 2. cap. 5. num. 11. & 12. Marta de iurisdic. par. 2. cap. 13. alt. Modern. in tractat. de cognitione per viam violentie par. 2. quas. 85. Cur. Philipp. par. 3. §. 2. num. 15. Salzed. dicto loco versic. est quidem, Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 32. num. 37. Armend. dicto loco num. 16. Ordin. R. g. Lusitan. lib. 2. tit. 9. in princ. versic. blasphemos, [Villalob. in sum. p. 2. tract. 1. diffi. 17. num. 6. Trulench d. cap. 12. dub. 3. num. 1. in fine.]

93 Si fortè iudex Ecclesiasticus prius de hoc crimine cognouerit, pœnamque lætem imposuerit, iure optimo poterit secularis de huiusmodi causa iudicare, supplebitque vsque ad condignam condemnationem, Couarr. practic. lib. 2. cap. 10. num. 6. Gom. tom. 3. vari. cap. 1. num. 40. Gregor. l. 58. verb. estos tit. 6. par. 1. & l. 4. verb. contentos tit. 28. par. 7. Clar. §. ult. quas. 57. à num. 11. Petr. Gregor. Synuagm. iuris par. 3. lib. 47. cap. 4. in fine, Salzed. ubi proxime, Auiles ad cap. 25. Prat. glos. 1. num. 11. & 21. Auend. de exequendis mand. par. 2. cap. 5. num. 18. & 19. in princ. tit. 8. lib. 3. Oránu. & l. 3. tit. 4. eodem lib. versic. ad quantum, Franc. Ven. in director. Inquisitor. part. 2. schol. 20. colum. 5. Soar. de Pace in pract. tom. 2. prel. 2. num. 49. cum sequentibus, Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 45. & cap. 10. num. 5. versic. & nota, & lib. 6. ca. 6. num. 8. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 17. num. 98. & cap. 18. num. 234. Cur. Philipp. par. 3. §. 2. num. 33. Fr. Ludou. Miranda de Ordine iudic. quas. 1. art. 7. concl. 2. Mend. de Castro in praxi Eccles. Lusit. lib. 2. cap. 4. à num. 17. plures ex antiquioribus refert Cened. ad Decret. collect. 113. num. 3 & collect. 116. num. 4. Verùm licet opinio ista verissima sit, & tot Doctorum auctoritatibus fuscata (ut loquar verbis Salzed. d. loco) à iudice laico hoc pœnæ supplementum non fit, quia ad iudicem Ecclesiasticum tanquam digniorem spectat hæc declaratio, & semper declarauit condignam pœnam impostam fuisse.

94 Peccatum hoc blasphemie aded est immane, atrox, & detestabile, ut aliquando sacræ litteræ si de blasphemia sermo incidat, benedictionis nomine vtantur, per antiphrasim significantes maledictionem, 3. Reg. 21. impia Isabell de Naboth loquens calumniando dixit, *Benedixit Deo, & Regi*. Job 1. *Ne fortè peccauerim filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis, & c. 2. Benedic Deo, & mouere.* Ob blasphemiam filius mulieris Israëlitis præcepto Domini lapidibus fuit obrutus, eo quod nomen Domini blasphemasset, *Leuit. cap. 24.* Ob blasphemiam Antiochus insanabili, & inuisibili plaga percussus fuit 2. *Machab. cap. 9.* Ob blasphemiam Holofernes scæminæ manu victus fuit *Judic. 12.* & Goliath Israëllem blasphemans à Dauide lapidis ictu, è funda emisso occiditur 2. *Reg. cap. 21.*

& populus ob blasphemiam Hieremiæ gladio, & fame consumptus est, *Hierem. cap. 44.* cum aliis adductis per Couarr. d. §. 7. num. 10. in princ. & Salzed. dicto loco.

97 Iure Pontificio grauiissimæ pœnæ in blasphemos sunt constitutæ, videlicet in d. cap. 2. de maledicis, ubi sancitum est, ut si quis contra Deum, vel aliquem Sanctorum suorum, & maxime Beata Virginem, linguam in blasphemiam publicè relaxare presumpserit, per Episcopum suum pœnis debitis subiiciatur, videlicet, ut septem diebus Dominicis præforibus Ecclesiæ palam, dum aguntur Missarum solemnias, existat, & ultimo die Dominico pallium, & calceamenta non habeat ligatus circa collum, & sexis quibusque feriis intra illud tempus contentis in pane, & aqua ieiunet, arceaturque ab Ecclesiâ ingressu, & tres si poterit, aliqui duos pauperes, aut unum reficiat illis diebus. Quod si ad hoc ei facultates non suppetant, in aliam pœnam commutetur, quam si luere recusauerit, ei interdicitur ingressus Ecclesiæ, & Ecclesiastica careat sepultura si decesserit, & c. quam pœnâ laici tantum, non clericis subdit, & perferre debent, ut testantur Innoc. Host. Ioan. Andr. & Abb. quos referunt Couarr. d. §. 7. num. 10. versic. sed quia, Bernard. in pract. cap. 113. prop. finem, ubi Salzed. in addit. lit. C. rationem reddit, quia clericus non facit publicam pœnitentiam text. in cap. 1. de bigam. & in cap. de his 50. distinct. & in cap. Presbyter. 82. distinct. ne grex fidelium scandalum patiar, & dignitas sacerdotalis vilescat, cui summa reuerentia debetur, ut ostendit Chrysof. lib. 3. de Sacerdotio, & Ambros. lib. de dignitate sacerdotali cum citatis per Bellet. disquisit. cleric. p. 1. tit. de disciplina clericali §. 1. à num. 1. Que quidem iuris pœnæ, licet in desuetudinem abierint, indicant tamen quàm execrabili scelere se polluantur, qui impuro ore in Deum, aut Sanctos maledicta conferunt.

98 Synodus autem Lateranen. sub Iulio II. cæpta, & deinde sub Leone X. continuata sess. 9. aduersus blasphemos, statuit, ut quicumque Deo palam, seu publicè maledixerit, contumeliosèque atque obscenè verbis Dominum nostrum Iesum Christum, vel gloriosam Virginem Mariam Dei genitricem expressè blasphemauerit, si minus publicum iurisdictionem uogesserit, perdat emolumenta trium mensium pro prima, & secunda vice dicti officij: si tertio deliquerit, illo eoispo priuatus existat. Si Clericus, vel Sacerdos fuerit, eo ipso quod de delicto huiusmodi fuerit conuictus, etiam beneficiorum, quæcumque habuerit eo priuetur: si plura, quod Ordinarius maluerit, id amittere cogatur: quod si tertio eius sceleris conuictus, dignitatibus, beneficiis omnibus, quæcumque habuerit, eo ipsa priuatus existat, eaque libere impetrari, & conferri possunt. Laicus vero blasphemans si nobilis fuerit, pœna viginti quinque ducatorum multetur, & pro secunda vice quinquaginta; pro tertia mobilitatem amittit. Si vero ignobilis, & plebeus fuerit, in carcerem detradatur. Quod si ultra duas vias publicè blasphemauerit, mira infami per integrum diem ante fores Ecclesiæ principalis coronatus stare cogatur. Quod si sepius in hoc peccatum lapsus fuerit, ad perpetuas carceres, vel ad trivemes damnatur. Et qui reliquos Sanctos blasphemauerit, arbitrio iudicis rationem personarum habituri aliquantulum mitius puniatur. Et indices seculares, qui in tales blasphemias conuictos non animaduertierint, nec corripserint, & debitis pœnis affecterint quantum in eis fuerit, quasi eodem scelere contaminati, eisdem quoque pœnis subiiciantur; qui vero in illis puniendis solliciti

& seueri fuerint, qualibet vice decem annorum indulgentiam consequantur, & tertiam partem multa pecuniaria habeant.

Iulius III. in Constit. Pontificali incip. In multis, 99 instituit iudices huius criminis Inquisitores hereticæ prauitatis generales, & præcipit, ut scientes denuntiet apud iudicem de blasphemis intra triduum, alioquin in eadem pœnas incurrunt, & ut denuntians possit haberi loco vnus testis, si iureiurando denuntiet. Conuicti habeantur infames, inhabiles ad quæcumque beneficia, gradus, honores, & dignitates obtinendas, si bis conuincantur. Si tertio conuicti fuerint, sint priuati beneficiis Ecclesiasticis, officiis, dignitatibus, honoribus, magistratibus quibuscumque, & sint intestabiles actiue, & passiuè, sintque inhabiles ad testimonium ferendum.

100 Pius V. in Constit. sua incip. Cum primum Apostolatus, decernit in blasphemos posse inquirere, & animaduertere quoslibet iudices competentes, & inter alia sic ait. Ad abolendum nefarium, & execrabile blasphemie scelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mandat, & Imperialibus quoque legibus præceptum est, nunc autem propter nimiam iudicum in puniendi seguitiam, vel potius desuetudinè supra modum innatuit, Leonis X. Prædecessoris nostri, in nouissimo Lateranensi Concilio statuta reuocantes, decernimus, ut quicumque laicus Deum, & Dominum nostrum Iesum Christum, & gloriosam Virginem Mariam eius Genitricem expressè blasphemauerit, pro prima vice pœnam viginti quinque ducatorum incurrat: pro secunda pœna duplicabitur: pro tertia centum ducatos soluet, ignominia notatus exilio multabitur. Qui plebeus fuerit, nec erit soluendo, pro prima vice manibus post tergum ligatis ante fores Ecclesiæ constituetur per diem integrum; pro secunda suspirabitur per hebdomadam; pro tertia ei lingua perforabitur, & mittetur ad trivemes. Quicumque clericus blasphemie crimen admisserit, pro prima vice fructibus unius anni, omnium etiam quorumlibet beneficiorum suorum, pro secunda beneficiis ipsis priuetur; pro tertia omnibus etiam dignitatibus exutus deponatur, & in auxilium mittatur. Quod si clericus nullam beneficium habuerit, pœna pecuniaria, vel corporali pro prima vice puniatur: pro secunda carceribus mancipetur: pro tertia verbaliter degradetur, & ad trivemes mittatur. Qui reliquos Sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemie iudicis arbitrio puniatur. Hæc ibi. Est tamen aduertendum verba illa, pro prima vice, interpretanda esse pro prima vice punitionis, & non blasphemie, etiam si clericus fuerit pro illa prima vice inquisitus, quod pluries blasphemasset, ad quod facit text. in cap. graue, de præbendis, ibi, post primam, & secundam correctionem, ita Prosper de Augustin. in addit. ad Quarantam in sum. Bullarum verb. blasphemie, Marc. Antonin. Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 63. in nouiss. edit.

101 Iure autem Ciuili blasphemie olim pœna mortis puniebantur, text. in auth. ut non luxuriantur contra natur. §. præterea, quæ quidem pœna (ut adnotauit ex aliis Couarr. dict. §. 7. num. 10. in fine,) tunc locum habet cum quis ex consuetudine, ut incorigibilitate Deum blasphemauerit. Et ad hoc, ut quis dicatur consuetus blasphemare, non sufficit, quod per duas, vel tres vias id crimen commiserit, sed ad inducendum prauum usum, & vitiosum habitum blasphemandi requiruntur multo plures reiterationes, ita ex Alex. & Taf. resolut. Prosper de Augustin. dicto loco.

Contra blasphemos variæ inflictæ fuerunt pœnæ

nae, iuxta vniuersumque Provinciam statuta: in primis apud nostros Lusitanos per Ord. Regiam lib. 5. tit. 2. quae primum à Rege Dionysio Vlyssipone fuerat condita, nobili, qui blasphemauerit, pro prima vice imposita est poena pecuniaria viginti scutorum cum exilio vnus anni in Africam, & si fuerit eques, vel scutifer, soluit decem scuta cum praedicto exilio vnus anni in Africam: & si fuerit plebeus, multatur poena quinque scutorum, & triginta verberum ad pedem pali cum funiculo, & praeconio. His pro secunda vice poena duplicatur. Pro tertia vltra poenas pecuniarias nobiles, equites, & scutiferi multantur exilio trium annorum in Africam, plebei vero ad trimes per eisdem tres annos mittuntur: vltra quam quod in arbitrio iudicis sit aliis poenis praedictos omnes punire iuxta grauitatem blasphemiarum.

Apud Hispanos per l. 4. tit. 28. par. 7. blasphemus pro prima vice, praesertim si fuerit plebeus, verberatur: pro secunda notatur in labiis ferro candenti signo Crucis, pro tertia lingua mutilis fit, eique abscinditur. Deinde per leg. 2. tit. 8. lib. 8. noua reop. constitutum est quod blasphemus in Curia Principis, aut intra quinque leucas, puniatur poena verberum, & amputationis linguae, & amissionis dimidiae partis bonorum. Nouioribus tamen Constit. aliter praxis recepit, siquidem blasphemus pro prima blasphemia puniatur carcere vnus mensis: pro secunda exilio sex mensium à loco habitationis, & mille quadrantem poena, in tres distribuenda partes, quarum vna accusatori, alia iudici, tertia pauperibus competit; pro tertia vero blasphemia clauo lingua perforatur, & huius perforationis loco hodie ligno premitur lingua, quod nos *mordaza* appellamus. Nisi blasphemus sit ex his, qui scutiferi apud nos appellantur, vel maioris conditionis homo, quia is pro tertia blasphemia puniatur exilio vnus anni, & multa duorum millium quadrantum, ita refert Couar. d. 5. 7. n. 11. Armendar. dicto loco num. 12.

103 Apud Gallos pro prima vice multantur blasphematores, pro secunda, tertia, & quarta duplicatur multa, pro quinta vice maximè cum vituperio flagrantur, & impunè ab omnibus iniuriantur, & etiam multantur, pro sexta vice labrum superius cum ferro candenti scindendum venit, ita quod dentes appareant, pro septima vice labrum inferius, & pro octaua lingua scindenda erit, referunt Papon. lib. 3. ar. 20. Boer. decis. 301. num. 15. Couar. d. num. 11.

104 Apud Neapolitanos imponitur blasphemantibus poena amputationis linguae, per Constit. Regni incip. *Blasphematoribus*, & postea per pragmaticam Regis Ferdinandi incip. *Considerando*, vltra linguae abscissionem adest poena tertiae partis bonorum, & vltimo loco per pragmat. Reg. Philippici incip. *Per cho molti ribaldi*, vltra alias poenas stabilitas, adest poena triremium per quadriennium, sed aliquando iuxta casus superuenientes aliter atque aliter iudicauit Senatus, & diuersimodè fuerunt blasphemates puniti, Afflict. in Constit. Regni, rub. 54. n. 7. Thom. Grammat. decis. 50. Boer. decis. 301. Vinc. de Franch. decis. 504. Viui. decis. 275. & 388. Bernard. Muscatel. in pract. crim. tit. de blasphemia.

105 Insuper ad sciendum an à praedictis poenis excusetur aliquis, vel saltem an sit talis, vt cum eo mitius sit agendum, poterit studiosus lector videre quid de ebrio dicant in hoc proposito Auendan. de exequendis mand. par. 2. cap. 5. num. 19. Decian. pract. crimin. lib. 6. cap. 5. num. 8. Farin. d. quest. 10.

num. 50. Et de minore Decian. dict. cap. 5. num. 6. Farin. quest. 92. num. fin. Et de rustico Decian. d. c. 5. num. 10. Farin. d. quest. 20. à num. 51. & de heresi quest. 179. §. 2. num. 11. cum sequentibus, allexit etiam in crimine heresis aliquantulum rusticitate excusare, nisi appareat nimia solertia, & sagacitas, vel nisi moniti pertinaciter in suis erroribus adhaerent; & de muliere dicit idem Farin. quest. 98. num. 19. Veneris vidisse plures flagitiosas feminas ob blasphemiam in lingua abscissione punitas. Ad hoc, vt excuset iracundiae calor, quibus debeat esse vallatus circumstantiis blasphemus: vide Menoch. de arbitr. casu 319. à num. 32. & casu 375. num. 32. Tiraq. de panis temper. casu 1. num. 14. [Albertin. quest. 27. num. 6.] Auend. d. cap. 5. num. 12. in princ. Decian. d. cap. 5. num. 9. Farin. d. quest. 20. à num. 47. & quest. 91. num. 9. Et si quis calore iracundiae pluries vno instanti blasphemat, praesumitur, quod semel tantum blasphemauerit, Menoch. de praesumpt. lib. 5. quest. 2. num. 17. quem citat Prosper de August. d. loco in fine.

Deueniendo iam ad nostrum casum, dicendum est vsum Episcoporum seruare, quod blasphemiam ea sit seruata, quae publica, & notoria est, vt ait Gambar. dicto loco num. 6. [I me citato in hoc loco Trulench. in exposit. Decalogi lib. 1. cap. 12. dub. 3. num. 2.] sed qualiter dicatur notorium, quando verò occultum, colliges ex dictis alleg. 39. num. 10. cum seqq.

SEPTIMVS CASVS.

Qui parentes percusserunt.

106 Quam graue sit peccatum hoc, ostendunt multi sacrae Scripturae loci, vbi à Deo summo pere punitur, & detestabile habetur, dicitur enim *Denteron. 21. Si genuerit homo filium contumacem, qui non audierit patris, ac matris imperium, apprehendens eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentes: Filius iste noster proteruus est, & contumax, &c. & Deuter. 27. habetur, *Maledictus qui non honorat patrem suum, & matrem, & dicet omnis populus, Amen. Exod. etiam 21. Leyit. 20. Proverb. 20. dicitur, Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur, etiam Exod. 21. dicitur, Qui percusserit patrem, morte moriatur. Sic Absalon patri iniuriam vitam miserabiliter finiuit 2. Regum 18. Elau parentibus iniuriosus primogenituram miserimè amisit, Genes. 27. Cam reuelans patris pudenda maledictus est, Genes. 9. Et Lampridius in *Alexand. Seneca* dicit, quod manus amputabitur filio patrem percipienti, prout refert Pineda in *lob. tom. 2. cap. 31. vers. 22. pag. 529.***

107 Cum crimen hoc sit adeò detestabile, ideo huiusmodi parentum percussores exheredari posse, dicit text. in *auth. vt cum de appel. cognosc. §. causas, collat. 8. & censuit nostra Reg. Ord. lib. 4. tit. 88. §. 4. tenent Couar. in cap. Raininius, in princip. num. 9. de test. P. Mol. de iustit. tract. 2. disp. 176. vers. prima est, vbi resoluit quod ibi nomine, manuum, intelligitur si lapide, ligno, vel alia re parentes iniuriosè attingat, nisi filius probabiliter ignorantia ductus, patrem percuserit. Et hoc peccatum est quodammodo contra ius naturale: naturali enim quodam instinctu animantia omnia parentes iuuant, atque defendunt. Ciconia, secundum D. Ambros. in *Exameron*. parentes senes nudatos plumis tegunt, fouent alis, & nutriunt alimentis, idemque, secundum eundem, pietatis officium à cornicibus erga seniores exhibetur.*

exhibetur. Apes etiam iuniores non in opere tantum, sed etiam in foetu adiuuant matres.

108 Felin. igitur, in cap. *afferte*, num. 2. de praesumpt. admiratus discordiam patris & filij, dicit, quod quando filius verberat patrem, nec ille pater, nec ille filius est censendus, sequitur Menoch. de praesumpt. lib. 5. quest. 11. num. 5. & facit illud quod fieri iussit Petrus Rex Portugaliae, & refert Eduardus Nonius in *vita eiusdem Regis folio mibi 179.* ¶ Sicut enim non praesumimus matrem, vel patrem, qui filium non diligit, vt probat Menoch. de praesumpt. lib. 6. quest. 56. num. 2. ita nec praesumere debemus filium, qui diabolico instinctu patrem, vel matrem deposita debita reuerentia & dilectione percuit: ¶ Mulieris igitur amor infantem diuidi prohibentis indicium fuit, & argumentum, ex quo optimè collegit Rex Salomon materna esse proculdubio viscera, quae malebant filio pueri, ne illa vita priuaretur: adiuuauit praesumptionem altera meretricis postulatione, quae infantem diuidi petebat, nullòque modo genuisse indicabat, quem ita crudeliter sub oculis ipsa inspectante medium secari volebat: vnde iustissimo argumento, & vehementi praesumptione ductus Rex sapiens, ex his, quae audierat, & viderat, iudicauit, illam esse matrem, quae diuidi infantem prohibebat, aliam vero id postulante nullo modo, & id certius putauit, quem si mulierem patientem fuisse percipitatus, 3. Regum cap. 3. referretur in dicto cap. *afferte.*

109 Simili iudicio vltus fuit Carolus Magnus, is cum accepisset patrem & filium homicidij accusari, & re vera adhibitis etiam grauissimis cruciatibus constare non potuisset, quorum alter ex eis delictum perpetrasset, vtrumque laqueo suspendi iussit: hoc cognito pater nullam inde sibi spem vitae considerans rem omnem patefecit, atque ita se reum criminis detexit, filiumque liberauit, referunt Menoch. de arbitr. casu 270. num. 15. Sayr. in *elau Regia lib. 12. cap. 17. num. 28.*

110 Alphonso Aragoniae Regi simile factum accidisse narrat liber de mirabilibus illius Regni folio 50. verso, nam adhuc pene puero, cum in Aragoniam vniuersae Siciliae regna susciperet, accidit, vt cuiusdam ancilla ex domino pareret, & ad libertatem ex Hispaniensi lege prouocaret: dominus ne matre cum filio priuaretur, negabat ex se natum, deiecit in re clam parari solita probationes, quid ageret? bellè se expedit, iubet sub hasta partum vendi, vincitur dominus licitatione: ergo ne secum, filius meus in seruitutem me vltus? Quin potius fateor, quod res est, & ecce paterni animi erumpunt inuito lachrymae, sublequitur lingua confessionem oculorum, sic patri filiam, matri debitam Rex libertatem asseruit.

Tres Cymeticorum Regis filij de paterno regno contendentes iudicem elegere Ariopharnem, hic iubet patris cadauer sepulchro erui, arbori allegari, & eos arcu contendere, vt qui patris cor transfuisset, is in regnum succederet: primogenitus guttur, secundus medium pectus corde illaso transfuisset. Superat minimo spes regni, vicit pietas, & se regno cedere malle, dum in patris cadauer pietate superior esset, professus, iaculari detestatur. Huic iudex regnum adiudicauit, quia naturae propensionem se, & verè filium, & virtute praestantiorum ostendisset, refert Martin. Delri. *disquisit. magicarum lib. 4. in princ. pag. mibi 252.*

111 Deueniendo ad intellectum praesentis casus, credo sub illius reservatione comprehendi filium etiam leuiter patrem percipientem, cum propter irreue-

rentiam peccet filius, qui parentes etiam leuiter percuit, vt tenent Richard. in 3. sentent. *distinct. 37. Nauar. in man. cap. 14. num. 12. vers. quinto*, [Fillius. p. 2. tract. 28. cap. 1. quest. 8. num. 17. Valer. Reginald. in *Praxi fori poenit lib. 20. num. 24. nouissimè Trulench. in exposit. decalogi lib. 4. cap. 1. dub. 2. num. 5.*] & in nostris terminis Gambar. de casibus *reseru. fol. 211. num. 2. vbi num. 3. resoluit quod cum casus iste loquatur de percipiente, non habet locum in filio manuum leuante vt percussit, qui tamen non percussit, quia verba cum effectu sunt accipienda, ex citatis in libello de principiis vniuersae iuris, lit. P. num. 10.* [Trulench. d. lib. 4. cap. 1. dub. 2. num. 5. dum ait percussorem parentum cum effectu esse casum Episcopo reseruatum.]

114 Parentum appellatione in hoc casu veniunt solim pater, mater, auus, auia, & alij ascendentes, à quibus naturaliter descendimus, Nauar. in *man. cap. 14. num. 3. Ferrer. in Constit. Cataloniae gloss. 1. num. 430. Læli Zech. de casibus Episcopa reseruatis circa casum 14. à num. 2. Gambar. dicto loco num. 3.*

115 Primò limita in filio percipiente, vel occidente patrem venientem contra Fidem Christi, quia imputo illum potest occidere, Plac. in *epit. delict. cap. 22. num. 15. Decian. tract. crimin. lib. 9. cap. 15. num. 8. Farinac. in praxi crimin. quæstion. 120. num. 176.*

116 Secundò limita in percipiente, vel occidente patrem ad sui defensionem, quia tunc parricida non dicitur, Decian. d. lib. 9. cap. 15. num. 12. Farin. *dict. quest. 120. num. 186. Cald. Perceja in comment. ad l. vii. C. ex delictis defunct. par. 2. num. 28.* [Trulench. d. dub. 2. num. 5. in fine.]

117 Tertiò limita in filio furioso percipientem patrem, ex resolutis per Iodoc. in *pract. crimin. cap. 87. de parricid. num. 6. Farin. d. q. 120. n. 181.*

118 Quarto limita in percipientem, vel occidente patrem sine dolo, nam hic non punitur vt parricida, l. 1. ibi, *cum sine dolo malo id factum erit, ff. ad legem rom. de parricid.* Decian. d. lib. 9. cap. 15. num. 11. & 15. Farin. *dict. quest. 120. num. 182. vbi num. 183. resoluit quod in parricidio dolus non praesumitur.*

119 Quintò limita in filio occidente patrem suum, ignorante sibi patrem esse, nisi talis ignorantia sit crassa, & supina, ex resolutis per Decian. *dict. lib. 9. cap. 15. num. 7. Farinac. dict. quest. 120. num. 184. & 185.*

OCTAVVS CASVS.

Qui ad magicas artes, veneficia, superstitiones, & alia huius generis, Embar sita, sacrificiis rebus abutuntur.

120 Vre communi atrento contra diuinatores, exercitantes sortilegia, aruspices, incantatores, demonem inuocantes, aliosque similes, adest excommunicatio in cap. 1. 26. quest. 5. vbi dicitur, *si quis arviolos, aruspices, vel incantatores obseruauerit, aut phidæteris usus fuerit, anathema sit. cap. aliquanti, ead. causa & quest. Leo X. in Bulla 7. incip. Superius dispositionis §. 14. ibi, Et cum secundum leges civiles, & sacrorum Canonum censuras, sortilegia per inuocationem demonum, incantationes, ac diuinationes superstitionesque prohibita sint, statuimus, decernimus, ac ordinamus, vt clerici, qui in praemissis culpabiles reperi-*

superstit. cap. 11. à num. 8. Farinac. in praxi crimin. quest. 20. num. 111. & de heresi quest. 185. num. 55. Martin. Delrio lib. 4. cap. 3. quest. 1. Lessi. dist. lib. 2. cap. 43. dub. 6. à num. 32. Sanch. d. lib. 2. c. 38. à num. 27.

134 Contra exercentes Astrologiæ iudiciariæ artem, & alia quæcunque diuinationum genera, libròsque de eis legentes, ac tenentes, extat Sixti V. Constit. incipiens, Cæli, & terra creator Deus, Roma publicata die nona Ianuarij 1586, quam adducunt [Laurent. de Franchis in controuers. inter Episcopum & Torepl. de magia lib. 1. cap. 4. & 8.] Quaranta in summa Bullarij, verb. Astrologia iudiciaria, ubi in fine Episcopis commendatur, vt diligenter prouideant ne Astrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, & indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisque casibus, aut iis actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audeant. Permittuntur autem iudicia, & naturales obseruationes, quæ navigationis, agriculturæ, siue medicæ artis iuuandæ gratia conscripta sunt. [An dicta Bulla Sixti V. obliget non solum in foro exteriori, sed etiam in interiori, vide Dian. moral. resolut. p. 2. tract. 1. miscell. resol. 38. pro foro exteriori latam esse, non autem in foro conscientie obligare resoluunt Nald. in summ. verb. Astrologus n. 4. Suar. tom. 2. de Relig. tract. de irreligios. cap. 11. n. 34. Mosel. in Theolog. moralis tract. 11. cap. 7. n. 120. Verùm in vtroque foro militare non solum dum futura prænantur, verùm etiam dum Astrologos declarat se id non asseueranter affirmare, tenent Sanch. d. lib. 2. cap. 38. num. 34. Ioan. Salas 1. 2. tract. 5. disp. 2. sect. 3. num. 36. Homobon. de exam. eccl. tract. 6. quest. 22. vers. 4. Filliuc. tract. 24. cap. 4. puncto 3. num. 84. ad fin. Bonacin. de censur. extra Bull. disp. 2. quest. 2. puncto 38. n. 3. ubi respondet, & Primo quòd facientes iudicia, vel natiuitates hominum circa futuros effectus contingentes, ab humana voluntate pendent, reum esse Astrologiæ iudiciariæ, & superstitiois. Secundo prædicentes ex astris præcisè futuros effectus contingentes ab hominum voluntate pendent grauius delinquere contra hanc Const. Sixti V. Contra Astrologos iudiciarios, qui de statu Reip. Christianæ, vel Sedis Apost. seu vita Romani Pont. aut eius consanguineorum iudicia facere, necnon eos, qui illos de super consulere præsumperint, cum in nouatione dictæ constit. Sixti V. nouissimam edidit S. D. N. Urbanus VIII. incip. Inscrutabilis, sub Dat. Kal. Aprilis anno Incarnationis 1631. quam refert Laurent. de Franchis ubi supra pag. 27. cum sequentibus. contra Astrologos iudiciarios possunt Inquisitores animaduertere, vt per Scott. in Bull. Pontif. epit. 140. theorem. 361. Souza in aphor. Inquis. lib. 1. cap. 48. num. 15. Laurent. de Peitinis in priuileg. Animor. tom. 2. constit. 9. Pauli P. 5. 2. num. 3. Alphonf. de Leone de officio, & potest. Confess. p. 1. recoll. 2. num. 15. casu 30. Diana moral. resolut. p. 4. tract. 7. resol. 17. Sapient enim heresim manifestam Astrologia iudiciaria, quia ex stellarum cursu de futuris contingentibus, quæ soli Deo referuntur, aut actionibus ex humana voluntate pendentibus aliquid affirmare audet, de quo Jacob. de Grassilis in decis. aurois lib. 2. cap. de superstit. ex num. 10. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib. 5. cap. 17. Vgo. lin. de censuris Pontifici reseruat. p. 2. §. 2. num. 10. Torreblanca in practicab. Iuris spirit. lib. 12. c. 14. n. 19. vide Villalob. in sum. p. 2. tract. 38. diff. 4. num. 4.

cum seqq. Anton. de Souza in aphorism. Inquis. lib. 1. cap. 48. num. 10. cum seqq. Trulench. d. lib. 1. cap. 10. dub. 4. num. 4. ubi dub. 3. num. 12. me citato meminit cuiusdam Const. S. D. N. Urbani VIII. contra Astrologos iudiciarios, qui de statu Reip. Christianæ, vel Sedis Apost. seu vita Romani Pont. aut eius consanguineorum iudicia faciunt.]

135 Prædicti omnes, & similes, si qui sunt, ad veneficia, superstitionesque suas Eucharistia, sacrise rebus abutentes sub resecutione huius casus continentur. Huiusmodi enim abutentes Eucharistia in sortilegijs, heresim sapiunt manifestè, vt clare asserit gloss. verb. Saperent, in cap. accusatus, §. sane, de heret. lib. 6. Cast. de iusta heret. punit. lib. 1. c. 13. [Souza in aphor. Inquis. lib. 1. cap. 57. num. 11.] Farin. in praxi crimin. quest. 20. num. 83. & de heresi quest. 181. num. 19. subdens in fine, quòd sic abutentes Sacratissimo Altaris Sacramento Curia seculari traduntur, de quo etiam Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccl. decis. 671. in 1. edit. & resolut. 432. vers. Eucharistia, & vers. videntes. [Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. cap. 68. num. 10. Diana resolut. moral. p. 4. tract. 7. resol. 10. in fine.] Videant miseri, qui sacra Eucharistia tam detestabiliter vtuntur, quæ de illis scribit Camill. Gallin. de verborum significat. lib. 1. cap. 15. & 16. & Horatius Gambarupta de casibus reseruat. fol. 215. in hæc verba : O indignum facinus ! eo ergo processit hominis furor, vt quod demones ipsi verentur, credunt, & contremiscunt, quod ipsi demones aspicere non audent : homo demone ipso, (quantum ad hoc) peior fiat, vt sacrosancta esca & panis vitali, celesti alimonia, pane vite, esca vite, vita ipsa, poculo aeternæ salutis, conuiuio Dominico, viatico tuto peregrinationis nostræ, Paschate Christianorum, manna abscondito, pane Cæli, pane Angelorum, Sacramento Sacramento, spe salutis nostræ, salute nostra ipsa in sacrilegia abutatur superstitionibus. O bone LESV, iterum Judam? adhuc scellites, & carnifices crucifigentes? etiam nunc membra diaboli in sanctissimam carnem, & pretiosissimum sanguinem tuum sanientes sustines? quam verè scriptum est, Miserationes tue super omnia opera tua. [hanc exclamationem me citato piissimam vocat Trulench. d. lib. 1. cap. 10. dub. 3. n. 4. in fine.] Pro maiori dictorum in hoc casu explicacione aduertendum est quòd licet Episcopi toleant sibi referuare Magiæ crimina virtute Concil. Tridentin. sess. 14. cap. 7. non intelligitur talis reseruatio de iis, quæ sapiunt heresim, quia sunt demandata Inquisitoribus, cap. accusatus, §. sane, de heretic. ita Torreblanca in practicab. Iuris spirit. lib. 14. cap. 10. num. 6. cap. 15. num. 12. cum seqq. ubi quando Episcopi de illis cognoscere possunt.]

NONVS CASVS.

Qui abortum procurauerint.

136 Contra procurantes abortum, consultants, & quocunque modo consentientes, rigidam edidit Constitutionem S. D. Sixtus V. incip. Effrenatam, Romæ publicatam die 16. Nonembrijs 1586, quæ postea moderata fuit, & reducta ad terminos iuris communis per Gregor. XIV. Constitutione sua incipientè, Sedes Apostolica, Kal. Iunij 1591. per huiusmodi moderacionem Gregor. XIV. non tolluntur pænæ priuationis, inhabilitatis, degradacionis, traditionis Curia seculari, & præuentionis impostæ à Sixto V. post animatum foerum, sed solum

lùm sit moderatio in partem quo ad absolutionem à peccato, & excommunicationem reseruatam Ordinario in foro conscientie tantum, quando verò non est foetus animatus, in totum tollitur Constitutio Sixti V. & reducitur ad dispositionem Iuris communis, vt in cap. sicut il. 2. & in cap. si aliquis, de homicidio. ubi Doctores. [vide Bonac. de excommuni. extra Bullam disp. 2. quest. 2. puncto 10. & de his constitutionibus Apost. nouissimè Trulench. in expost. Decalog. lib. 5. cap. 1. dub. 4. num. 7. & 8.]

137 Animati verò foetus in homine dicitur per infusionem animæ rationalis, quæ in masculo fit post quadraginta dies, in femina verò post octuaginta, gloss. in sum. distinct. 5. cap. quod verò, cap. Moyses 32. quest. 2. Lælius Zechi. de casibus reseruat. super casum norum de abortu num. 2. Gambarupta eodem tract. fol. 191. verso num. 6. Quaranta in summa Bullarij verb. abortus num. 5. latè Zachias in quaest. medicolegalib. tit. 2. quest. 9. & 10. [Trulench. d. lib. 4. num. 2.]

138 [Si verò non constiterit quot dierum sit foetus, an proinde nesciatum an animatus, vel inanimatus fuerit, ad effectum incurrendi irregularitatem; potius præsumendus est animatus, quia in dubio tutior pars est eligenda. Couar. in Clem. si furiosus p. 1. in initio num. 3. Nauar. in man. cap. 27. num. 183. & 222. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 15. num. 9. vers. si verò dubius sit, & d. lib. 7. cap. 2. num. 5. Auila d. p. 7. disp. 6. sect. 4. vers. tertio conclusio. Baiard. ad Clar. §. fin. quest. 68. num. 9. vers. item adde. Sanch. in præcepta Decal. tom. 1. lib. 1. cap. 10. num. 44. Portel. in dub. Regular. in addit. verb. abortus num. 1. & nouissimè p. 3. casu 12. num. 1. in fine, Hieron. Roder. in compendio quest. Regular. resol. 4. num. 9. me citato in hoc loco Alphonf. Caranza de partu cap. 9. §. unico de abortu procurato num. 59. & Quo ad exclusionem verò pænæ corporalis quando criminaliter agit, foetus præsumitur potius inanimatus, quam animatus, ita Greg. Lop. l. 8. gloss. fin. tit. 8. par. 7. Anton. Gom. tom. 3. var. cap. 3. num. 32. Azueved. ad rub. tit. 23. num. 10. lib. 8. nou. Recopil. Molin. de iustit. tom. 3. disp. 27. num. 4. Farin. in praxi crimin. quest. 122. num. 138. Prosper. de Augustino in addit. ad Quarant. d. verb. abortus lit. B. ubi limit. 1.] prædictas pænæ asserit non procedere in eo, qui non fuit in dolo, & sic in ignorante mulierem esse prægnantem, & limit. 2. idem asserit in eo, qui contrario sensu dederit poculum mulieri ad eam ingruidendam, & illa eo sumpto mortua fuerit, nam tunc debet tantum puniri pœna relegacionis, l. 3. §. ex Senatusconsulto, ff. ad legem Cornelianam de sicarijs, & ratio esse potest, vt excusetur à dictis pœnis, quia finalis intentio tradentis huiusmodi poculum ad concipiendum tendit in bonum, scilicet ad suscipiendam prolem, quod est fauorabile, licet istud factum non debeat ex toto transire impunitum propter malum exemplum, consentens in eo, videlicet, in quarendo violentare naturam volendo imponere foecunditatem in vtero, in quo Deus, & natura impulerunt sterilitatem, quia tunc etiam non euadet irregularitatem, vt resoluit Prosper. de Augustino d. loco vers. secundo limita, in fine.

140 Postquam foetus est viuificatus per animæ infusionem, quæ censetur infusa siue in mare, siue in femina, si lineamenta omnium membrorum habuerit, vt per Borgazium in tract. de irregularit. par. 6. tit. de veneficijs, sub num. 14. licet adhuc verò non sit in rerum natura, & multa possunt impe-

142 dire ne nascatur, l. 1. §. sed & si quis ventrem, ff. de ventre in possessionem mittendo, tamen illum occidens, verè homicidium committere dicitur, dist. cap. quod verò, dist. cap. Moyses, cap. consuluisti, in fine, & ibi gloss. 2. quaest. 5. Quo ad irregularitatem tamen tenendum præsentem causam abortui esse irregularem, etiam si dubium sit, & an foetus esset viuificatus, quia de facto dubitatur, & ita resoluit Fr. Emman. in summ. tom. 1. cap. 176. [num. 4. Auil. de censur. p. 7. disp. 2. dub. 1. concl. 1. Sanch. in præcepta Decal. lib. 1. cap. 10. num. 43. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 15. num. 9. Merol. in disput. Theolog. tom. 1. disput. 3. cap. 3. num. 237. Farinac. fragm. crimin. p. 2. num. 444. Diana moral. resol. p. 4. tract. 2. resol. 16.] nam in dubio facti homicidij censetur quis irregularis quo ad priuationem suscipiendi Ordines, atque in illis ministrandi, se-cus verò quoad alias pœnas, quæ à iudice imponi solent pro irregularitate contracta, qualis est priuatio beneficiorum, pœna enim ordinaria statuta delicto certo, non est imponenda delicto dubio, sed extraordinaria pro dubij qualitate: ita Sayr. in clauis regia lib. 1. cap. 13. num. 24. Vasquez 1. 2. quest. 19. art. 6. disp. 66. cap. 1. num. 5. Soar. de censuris tom. 5. disp. 40. sect. 6. n. 6. in princ. & num. 10. ad fin. Salas 1. 2. q. 21. tract. 8. disp. unica sect. 19. num. 176.

142 Cætera ad hanc materiam pertinentia & principaliter, an & quando dans, vel recipiens poculum, aut causam abortionis vt homicidia puniatur? vide Couar. variar. lib. 2. cap. 20. num. 10. Clar. §. fin. quaest. 68. num. 1. Gom. tom. 3. variar. cap. 3. num. 32. Menoch. de arbit. casu 357. Soar. tom. 2. commun. opinion. lib. 9. tit. 1. num. 71. pag. 436. Sayr. sub tit. de homicidio decis. 22. & 23. Fr. Emman. quest. regular. tom. 2. quest. 33. art. 4. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 72. num. 17. Molin. de iustit. tom. 4. tract. 3. disput. 27. Farinac. in praxi criminal. quaest. 122. num. 91. cum sequentibus, Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 590. plures refert Doctores ex antiquioribus Cæced. ad Decretal. collect. 32.

DECIMVS CASVS.

Qui pijs locis infantes exposuerint, cum habeant unde ipsos alant, neque eorum locorum damna resarsierint.

143 Færis peiores partus proprios exponentes sunt iudicandi, quæ cum vsu rationis careant, prolem suam minimè negligunt, nec abiciunt, dicuntur enim iure Ciuili huiusmodi feri parentes partum occidere, dum illum exponunt, per L. necare, ff. de liberis agnoscendis, ubi Iuriconsultus in hæc verba: Necare videtur non tantum is, qui partum præfocat, sed & is, qui abiicit, & qui alimoniam denegat, & is qui publicis locis misericordia causa exponit, quam ipse non habet. [refert nouissimè Nouar. in tract. de elect. & var. firi sect. 2. q. 10. num. 4. in vlt. imp.] Vnde Azo in summ. tit. de infantibus expositis, existimat expositos nominari filios sanguinolentos, & ideo taliter dictos, quia pœna sanguinis istud expositionis facinus luendum est, cum pater exponens necare videatur, ex d. l. necare, & cap. fin. dist. 87. Azonem sequitur Gregor. Lopez l. 4. gloss. 1. tit. 20. part. 4. & idem tenuit gloss. in l. 2. C. de par-

tribus, qui filios distaxerunt. [Nouat. d. q. 10. num. 5.] Verius tamen duco & patrem exponentem filium legitimum, & naturalem, vel naturalem tantum, iudicis arbitrio esse puniendum, per d. l. 2. resoluunt Menoch. de arbit. casu 396. num. 5. Vulpel. in cons. crim. 94. num. 11. Aloyf. Ricci. in praxi iurea resol. 28. vbi contra d. Vulpel. extendit contra patrem exponentem filium spurium. [Nouat. d. q. 10. num. 5.]

144 Propter crudelitatem, qua in hac expositione in filios vtuntur parentes, ius filiationis amittunt, siue ipse pater filium exponat, siue alius eo consentiente, vel ratum habente, quia idem est quoad pendendum ius patriæ potestatis, probat cap. vnic. de infanibus expositis, ibi, à potestate patria fuit liberatus, resoluunt Paleoth. de nobis & spuris cap. 63. num. 6. Menoch. de arbit. casu 396. num. 11. Surd. de aliment. tit. 4. q. 18. num. 51. & tit. 8. priuil. 63. n. 4. & priuil. 64. num. 2. cum sequentibus. Azou. instit. moral. p. 2. lib. 2. cap. 26. quæst. 1. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 267. à princip. vbi à num. 34. resoluunt, quod si licet pater exponens filiam perdat patriam potestatem, non per hoc eximitur ab onere dotandi, quia solum perdit patriam potestatem quoad ea, quæ sunt sibi vtilia, non circa sibi onerosa, & damnosa afferentia, refert me citato in hoc loco, Homobon. de examine Ecclesiastico tract. 10. cap. 4. q. 14. supp. 1.

145 Cum igitur grauitur peccent parentes, qui filios exponunt, si eos nutrire, & alere commode possint, vt insinuat text. in dict. cap. vnic. ibi, relegato pietatis officio, & probant Azor. dicto cap. 26. quæst. 2. & Henriq. in summ. par. 2. lib. 11. cap. 19. §. 3. [nihilominus tamen tria requiri debent] ad hoc, vt quis dicatur subiacere huic reservationi, primo quod patrum exponeret, secundo quod exponens habeat vnde partum alere possit, tertio quod non resarciat damna illorum piorum locorum: ex quibus clarè apparet sub hac reservatione non comprehendi pauperem, qui exponit, si non habeat vnde alat, nec vnde damna resarciat; nec peccat si adhibita cautione vitæ infantis exponat, si aliter faciendo, vel non exponendo, infantis vita periclitabatur ob famem, vel aliam necessitatem, sic etiam non comprehenduntur infantes exponentes loco non pio, cum in reservatione exprimitur solum loca pia, quæ verò talia dicantur, colliges ex dicendis alio loco.

148 Quæret aliquis non abs re in præfenti, resolutionem non minus difficilis, quam necessarîe quæstionis, verum scilicet filij, de quorum parentibus non constat, vt sunt infantes expositi, censendi sint legitimi, vel spurij, an naturales? Et in primis videtur dicendum, in dubio spurios esse censendos; nam spurij sunt illi, qui patrem certum demonstrare non possunt, vt probat text. in l. vulgo quæst. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris, quales istos esse supponimus, & illis equiparari tenent Puteus par. 1. decif. 435. D. Barbola in rubr. ff. soluto matrim. par. 1. num. 20. deinde quia legitimi sunt illi, qui ex iustis nuptiis nascuntur, in naturales autem propriè ex concubinato cum prædictis solemnitatibus, vnde cum matrimonium, & concubinitus in facto consistant, præsumi non debent, iuxta regul. l. in bello, §. fact. ff. de captiuis, & postliminio reuersis, qui text. licet non probet, vt bene aduertit Alciat. est tamen axioma vulgare, ad quod multa adducit latè Menoch. lib. 6. præsumpt. 14. Quo argumento ita expressè docuerunt Alciat. de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 2. num. 3. & reg. 3. præsumpt. 1. num. 12. &

plures quos referunt Mascard. de probat. conclus. 882. num. 1. Menoch. dicto lib. 6. quæst. 54. num. 15. Indeque expositos spurios censendos, & vt tales ad Ordines absque dispensatione promotendos non esse, licet dubitet Ancharan. in d. cap. vni. securè docet Mayol. de irregulari. lib. 1. cap. 11. n. 1. quem magis sequitur Couar. in Clement. si furiosus par. 1. in princip. num. 9. resoluens quod ipse consuleret ne promouerentur expositi, eaque ratione confirmat, quia non solent filij legitimi exponi, sed potius expositi nasci ex futurijs, & illicitis congressibus, & Couar. opinionem sibi magis placere ait Salzed. ad Bernard. in præf. cap. 14. littera C. in fine, & hoc esse securius concludunt Suar. tom. 5. de censuris, disputat. 50. sect. 4. num. 4. Rebell. de obligat. iustit. par. 2. lib. 1. quæst. 3. sect. 2. num. 15. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. num. 77. vers. septimo. Hurtado de censur. dist. 2. de irregular. diff. 14. num. 57. Castil. quotid. lib. 2. cap. 19. num. 51. Vgolin. de officio Episcopi cap. 44. §. 7. Garc. de benefic. p. 7. cap. 2. num. 9. cum seqq. Seraphin. decif. 1081. num. 3.

149 Sed alij naturales censendos esse existimant, ita Bald. las. & alij, quos refert Menoch. d. quæst. 54. num. 10. sequitur Couar. d. cap. 8. §. 3. n. 1. ea ratione, quia cum sint legitimi, vel spurij, oportet præsumere qualitatem, quæ à natura non inest, scilicet matrimonium, vt sint legitimi, vel sint spurij, quod ab illis nati sunt, qui matrimonium contrahere non potuerunt.

150 Verum Doctores magis communiter resoluunt hos expositos, de quorum parentibus non constat, legitimos esse censendos, ac successonum, Ordinum, & dignitatum capaces, & ita Paleoth. de nobis & spuris, cap. 63. num. 3. & 7. Bermond. de publicis concubin. in verb. qui etiam filios ex tali concubinato procreatos, n. 90. Menoch. de præsumpt. lib. 6. q. 54. n. 20. & de arbit. cas. 396. Mascard. de probat. concl. 799. Girond. de priuilegiis explicat. n. 1441. & seqq. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 13. artic. 1. & quæst. 14. artic. 3. columna 6. Don. Sebastian. Orozzo en el thesoro de la lengua Castellana, verbo Enechado, ad finem, Stephanus Gratian. disceptat. forens. cap. 135. num. 31. cum sequentibus. & cap. 267. num. 22. me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiastico tractat. 12. cap. 3. quæst. 11. suppos. 3. [Salas in 1. 2. tract. 8. disput. vnic. sect. 24. num. 246. Pefant. in addit. ad 3. p. q. 20. disput. 5. Malder. in 1. 2. D. Thoma q. 19. art. 5. disput. 87. in fine, Dominic. Tasson. in pag. de antefato vers. 13. obser. 1. num. 78. Mercer. in 3. p. D. Thom. de sacram. q. 24. dub. 12. quæst. 2. Squillante de priuileg. clericor. cap. 4. dub. 2. num. 39. Diana moral. resol. p. 2. tract. 1. miscell. resol. 22. p. 4. tract. 2. resol. 58. Piafec. in praxi Episcopi. p. 1. cap. 1. num. 27. Cherubini. ad Constitut. 44. Gregorij XII. Basil. Ponti. de matrim. lib. 11. cap. 9. Sanctarel. var. resol. q. 44. nouissimè Marchin. de sacram. Ordinis tract. 1. p. 10. num. 8. cum seqq. pag. 162. nouissimè etiam Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. cap. 47. num. 32. Castil. Palao tom. 1. disp. 3. punto 5. Turrian. in opuscul. Theolog. opusc. 10. disp. 5. dub. 3. Villalob. in summ. tom. 1. tract. 1. diff. 20. num. 10.] Qui mouentur ea ratione, quia in dubio sumenda est coniectura, quæ delicti præsumptionem excludat, quod sumè necessarîo supponunt, & præsumunt, qui filios naturales vel spurios inquirunt in dubio præsumendos, adducunt etiam text. in cap. lator, & in cap. peruenit, qui filij sui legit. vbi aduersario iniungitur onus probandi illegitimum esse filium, & text.

in cap. accedens, de purgat. canon. vbi tunc demum quis adstringitur ad probandum se esse legitimum, si in contrarium rumor & fama extabat; vnde expositos potius legitime potest esse præsumendos, & absque dispensatione posse ordinari merito resoluunt supra citati Doctores.

151 Vbi tamen habentur statuta requirentia qualitatem nobilitatis, & alia huiusmodi, prout in officiis sanctæ Inquisitionis, & in aliquibus Ecclesiis, Collegiis, & Confraternitatibus, huiusmodi expositi non sunt capaces censendi, nec illos prædictas qualitates habere præsumi potest, vt resoluunt Perez de Lara de annuarius & capellanis, lib. 2. cap. 4. à num. 37. Garc. Girond. d. tract. de priuilegiis explicat. num. 1443. & seqq. & n. 50. resoluunt & expositum esse ciuem illius loci & ciuitatis, cui exponitur, ita vt si aliquod legarum relinquatur, vel priuilegium concedatur, vel puellis naturalibus, aut ciuibus aliquis ciuitatis, aut pro eis maritandis aliquibus relicto, virgines, & puellæ expositæ comprehendantur.

152 Vnde decimus casus.

Qui matrimonium contraxerint in gradibus prohibitis.

153 Gradus, qui in hoc reservationis casu dicuntur prohibiti, reperiuntur vel in consanguinitate, vel in affinitate, aut in publicæ honestatis impedimento, compaternitate, vel in cognatione legali: sed quia in quolibet illorum diuersi constituuntur, oportet singillatim declarandos esse operæpretium duxi. & Consanguinitas, quæ dicitur quasi sanguinis unitas, & consanguinitas quasi eodem sanguine iuncti, vt inquit Iuriconsultus in l. 1. §. sciendum, vers. consanguinitas autem, ff. de suis, & legitimis heredibus, de huius, vt sit & vinculum personarum ab eodem stipite descendendum carnali propagatione contractum, ita Couar. de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 6. à num. 1. Nauar. in manual. cap. 22. num. 42. Sylu. verb. Matrimonium 8. §. 6. Guilhelm. in cap. Raynmaria, verb. in eodem testamento, 1. num. 200. Ledesin. de matrim. q. 54. art. 1. Henriq. in summ. lib. 12. cap. 9. in princip. Sanch. de matr. lib. 7. disp. 50. à princ. Gutier. eod. tract. cap. 98. num. 1. Bonacin. eodem tract. q. 3. part. 5. §. 1. num. 3.

154 Distinguitur consanguinitas per gradus, & lineas: linea describitur vt sit collectio personarum ratione sanguinis coniunctarum gradus continens, numerososque distinguens, ita Ioann. Andr. in expositione arboris, colum. 2. in 6. Gregor. Lopez l. 1. gloss. 1. ut. 6. part. 4. tripliciter diuiditur hæc linea, & alia est ascendendum recta dicta, quæ scilicet complectitur personas, à quibus originem duximus, vt est pater, auus, proauus, & ceteri ascendentes. Altera descendendum continens eas, quæ à nobis sunt progenite, vt est filius, nepos, pronepos, & reliqui descendentes. Altera tandem collateralis, vel transversa dicta est, in qua continentur illæ, quæ nec à nobis originem trahunt, nec nos ab eisdem descendimus, sed tantum ex latere, aut ex transuerso nobis copulantur, & coniunguntur, ita probat text. in l. 1. & ult. ff. de gradibus, cap. ad sedem, cap. ult. 35. quæst. 5. notant communiter Doctores, & vltra supra citatos videre licet ex Antonio August. lib. 2. cõmendat. cap. 5. Petr. Gregor. syntagm. iuris lib. 9. cap. 9. Gomez l. 6. Tauri à principio.

155 Qualibet ex his lineis per gradus distinguitur, qui teste Iuriconsulto in l. iuriconsultus vers. gra-

duus, ff. de gradibus, dicunt ad similitudinem graduum scalarum, etenim sicut per hos, aut sursum gradatim de proximo in proximum ascendimus, aut deorsum descendimus, ita similiter per consanguinitatis gradus de persona ad personam vsque ad truncum, seu communem stipitem ascendimus, vt videre licet ex consanguinitatis arbore, & ita metaphora vlos etiam fuisse ipsius lingue latinæ auctores ex Ouid. Sueton. ac aliis obseruat Pichard. ad princip. Institut. de gradibus cognationum, num. 3. & 4.

156 Circa incundam rationem consanguinitatis, agnoscendumque quo gradu cuiusvis consanguinitatis ab alio distet, tres à nobis sunt regulæ constituendæ.

Prior sit pro linea recta ascendendum, & descendendum: In hac linea utroque iure inspecto tot sunt gradus, quot sunt persona, dempta semper ea, à qua incipit computatio, colligitur hæc regula ex serie text. in l. 1. & ult. ff. de gradibus, & ex princip. & §. sequentibus, Instit. eodem, & ex cap. ad sedem, & cap. ult. 35. quæst. 5. traditurque à gloss. 1. in expositione arboris consanguinitatis in Decreto, expressè D. Thom. in 4. distinct. 40. quæst. vnic. art. 2. quem sequitur vniuersa Theologorum, ac Iurisperitorum schola, vt testantur Henriq. d. cap. 9. colum. 2. Couar. d. §. 6. num. 7. Surd. cons. 5. à num. 23. Pichard. in dicto princip. num. 8. & 13. Sanch. d. disput. 50. num. 4. Bonacin. d. punct. 5. §. 1. num. 6. vers. prima, Coninch. de Sarum. disp. 32. dub. 1. num. 2. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 31. num. 141. & 142. [Basil. Ponti. de Matrimon. lib. 7. cap. 30. num. 7. me citato in hoc loco Fontanel. Cathol. decif. 12. num. 17. tom. 1.] Propterea cum pater & filius sint duæ personæ, si stipitem demas, id est, patrem, à quo incipit computatio, pater & filius erunt in primo gradu, eo quod dempto stipite remaneat vna persona, & sic de similibus.

157 Secunda regula pro linea transversa æquali. Attento iure Canonico, quo gradu vnaqueque persona à communi differt stipite, eo etiam gradu ab altero distat consanguinitate, colligitur hæc regula ex text. in d. c. ad sedem, & in c. parentela, cum multis ibidem 35. q. 5. explicant Couar. Sanch. Pichard. Bonacin. & ceteri supra citatis locis. [Scob. de ratiocin. comp. 23. num. 6. vers. secunda regula, me citato in hoc loco Fontanel. d. c. decif. 12. num. 23.] Ex qua colliges fratres inter se differre in primo gradu, etenim cum à patre communi stipite in primo differant, eodem etiam necesse est inter se distare. Sic etiam eorundem fratrum filij in secundo differunt gradu, quia cum ab auctore communi stipite eodem distent, etiam inter se in secundo differre debent, iuxta supradicta, & sic de ceteris philosophandum est. Nec obstat cap. vltim. vers. secundo gradu 35. quæst. 5. quatenus Isidorus in eo asserit fratres in secundo differre gradu, qui tamen secundum nostram regulam primo continentur. Respondetur enim Isidorum ibi loquentem fuisse secundum computationem iuris ciuilibis, quæ inspecta verum est fratres secundo contineri gradu, secus tamen nostro iure Canonico attento, vt expressus est text. in d. c. ad sedem, ad medium, ibi, fratres, qui secundum seculares leges dicuntur in secundo gradu, iuxta Canones numerantur in primo.

160 Tertia regula est pro linea transversa æquali. In hac linea iure etiam Canonico inspecto, quo gradu distat remotior à communi stipite, eo etiam distat ab alio consanguineo, traditur expressè hæc regula à Gregorio Nono in cap. vlt. de consanguinit. & affinit.

cina dicit puncto 11. n. 16. vbi num. 18. contra Sanch. d. disput. 70. num. 13. allertit huiusmodi impedimentum oriri ex matrimonio contracto sine Parocho & testibus, cum hoc Matrimonium non videatur inualidum defectu consensus, sed defectu solemnitaris ab Ecclesia prescriptæ: quod ego non approbo, cum hæc nullitas proueniens ex defectu Parochi, & testium sit irremissibilis, nulloque alio modo possit suppleri, nec contrahentium consensu validari, & ita decisum fuisse post hæc scripta inueni apud Armend. dicto loco num. 87.

182 Ex sponsalibus etiam validis, & certis iure Ecclesiastico oritur huiusmodi impedimentum in primo gradu, vt patet ex Concil. Trident. d. cap. 3. vbi hoc impedimentum in sponsalibus restrictum est ad primum gradum, & ita declarauit Pius V. in suo Motu proprio, qui incipit, ad Romanum spectat, edito anno 1568. in hæc verba. Auctoritate Apostolica, tenore presentium declaramus, & desinimus Decretum Conc. huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro duntaxat, non autem in Matrimonio sic, vt profertur, contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum Concil. decretum introductum erat, referunt Nauar. in manual. cap. 22. num. 56. Henric. dict. cap. 10. §. 2. Valent. par. 4. disp. 10. quest. 5. puncto 3. Sanch. d. lib. 7. disp. 7. num. 5. Rebel. d. lib. 4. in appendice num. 98. Reginald. d. lib. 31. num. 128. Coninch d. disp. 32. dub. 5. num. 70. concl. 3. [Bened. Egid. dict. art. 17. num. 2. in fine, Sanctar. var. lib. 1. q. 56. numero 4.]

183 Ex quibus primo infertur, impedimentum hoc publicæ honestatis non induci quando aliquis fidei consentit, quia Concil. Trident. citato loco decernit ex sponsalibus quacunque ratione inualidis non oriri impedimentum publicæ honestatis, sed in hoc casu sponsalia sunt inualida, cum ad sui valorem potulent interiorum consensu; ergo non inducitur impedimentum publicæ honestatis, quando aliquis fidei consentit. Ita Petr. de Ledesma. quest. 55. art. 4. vers. nihilominus, Nauar. in manual. cap. 22. num. 57. Bonacina. d. puncto 11. num. 3. [Hurtad. dict. disp. 21. diff. 1. num. 3.]

184 Secundo infertur ex sponsalibus, aut Matrimonii metu, aut errore personæ, vel deliberatè, aut à destituro sufficienti ratione contracti, ideoque inualidis, nedum nasci impedimentum, sicut nec nascitur ex sponsalibus cum incerta contractis: quia deficit legitimus consensus, qui debet in certam personam ferri: ita Rebel. d. q. 14. num. 5. Coninch d. disp. 32. num. 61. Reginald. d. lib. 31. num. 127. Gutier. d. cap. 103. num. 18.

185 Tertio infertur ex sponsalibus conditionatis ante aduentum conditionis non oriri huiusmodi publicæ honestatis impedimentum; ob defectum consensus, qui suspenditur vsque ad illius euentum, ita Sanch. lib. 7. disp. 69. num. 3. & 21. Petr. de Ledesma. d. c. 15. concl. 9. dub. 2. in fine, Reginald. d. lib. 31. num. 129. Coninch d. disp. 62. num. 61. Gutier. d. cap. 103. n. 19. & 20. Bonacina d. puncto 11. num. 5. vbi n. 6. resoluit infidelem, qui tempore infidelitatis contraxit sponsalia cum Berta, posse validè matrimonium inire cum eius matre, vel sorore non solum ante Baptismum, sed etiam post illud susceptum, quia huiusmodi impedimentum non est inductum iure naturæ, vel diuino, sed iure Ecclesiastico, cui non sunt subiecti infideles.

186 Quarto infertur ex sponsalibus contractis à parentibus nomine filiorum sine eorum consensu non

oriri publicæ honestatis impedimentum: ita Sanch. lib. 7. disp. 68. num. 18. & 19. Reginald. d. lib. 31. n. 129. vers. aduerro 5. vbi secus resoluendum putat, si iidem filij consenserint sine expressè, siue tacitè, veluti si parentes fuerint, nec cum iam essent doli capaces contradixerint, de quo etiam Petr. de Ledesma d. cap. 16. concl. 3. dub. 2.

187 Quinto infertur ex omnibus sponsalibus quacunque ratione irritis, quandiu ipsa publica sunt, & nullitas occulta, oriri publicæ honestatis impedimentum. Ita Nauar. in man. cap. 22. n. 57. Coninch d. disput. 32. num. 69. Reginald. d. lib. 31. num. 127. vbi num. 70. resoluit matrimonium clandestinum cum habeat rationem sponsalium inducere eodem modo impedimentum, atque alia sponsalia.

188 Sexto infertur, impedimentum publicæ honestatis contractum ex sponsalibus validis, & certis non cessare, quando sponsalia dissoluntur mutuo contrahentium consensu, quia impedimenta matrimonij non dependent à voluntate contrahentium, sed ab Ecclesia, quæ constituit, vt impedimentum publicæ honestatis consurgat ex sponsalibus validis, sponsalia autem non ob id fuerunt inualida, eo quod postea dissoluantur: ita Sanch. lib. 7. disp. 68. num. 21. Bonacina d. puncto 11. num. 7. Sed contrarium melius tenent Sanch. num. 12. & Gutier. n. 11. citatis locis, [Hurtado d. disp. 21. diff. 1. num. 5.] [Rebell. par. 2. de obligat. instit. lib. 3. quest. 14. num. 2. & in declarat. Cardin. sect. 5. n. 99. Armendar. d. loco n. 86. & 72. quorum duo vltimi referunt decisum sponsalia per verba de futuro contracta posse quandoque ante contractum matrimonium per verba de præsentibus, mutuo contrahentium consensu dissolui, atque vbi sic dissoluta fuerint, nullum hodie inducere impedimentum.

Cognatio spiritalis inter quos contrahatur atque impedimentum sit ad Matrimonium contrahendum dixi supra alleg. 30. n. 53. & 54. & n. 32. latè de hac materia.

189 Cognatio legalis procedens, siue ex adoptione perfecta, quæ dicitur arrogatio, siue ex imperfecta, quæ communi nomine appellatur adoptio, quamuis in multis differant, semper impedit, & dirimit Matrimonium, videlicet, inter adoptantem, & adoptatum, & descendentes adoptati vsque ad quartum gradum, & hæc cognatio inter has personas semper impedit, etiam si adoptio dissoluta fuerit. cap. diligere 30. quest. 3. Deinde inter vxorem adoptantis, & adoptatum, & inter vxorem adoptati, & adoptantem, & perpetuo durat sicut prima, etiam si adoptio sublata sit. l. adoptiuus, ff. de ritu nupt. Denique inter filios, seu filias adoptantis, & adoptatum, seu adoptatam, & durat quamdiu filij, vel filia adoptantis existunt sub illius potestate. c. 1. de cognat. legalis, cap. per adoptionem 30. quest. 3. quæ omnia latissimè declarant Couar. de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 5. Henric. in sum. lib. 12. cap. 12. Cened. ad Decretum collect. 38. num. 5. Sanch. de Matrim. lib. 7. disp. 63. Gutier. eodem tract. cap. 102. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 31. num. 158. cum sequentibus. Basil. Pont. de impedimentis Matrim. cap. 25. Bonacina de magno Matrimonij Sacramento quest. 3. puncto 5. §. 3. apud quos videbis quicquid in materia desiderari potest, quod recensere non est instituti nostri, cum ex dictis possis colligere quinam Matrimonium contrahere dicantur in gradibus prohibitis, vt sub reservatione præsentis casus contineantur.

ALLEGATIO LII.

A casibus Episcopo reseruatis qui possunt absolueri?

S V M M A R I V M.

- 1 Absoluere potest à casibus reseruatis, qui eos reseruauit.
- [Episcopi in casibus reseruatis à seipsis incidere non possunt, & cur. ibid.]
- 2 Capitulum Sede vacante succedit in omnibus, quæ sunt iurisdictionis Episcopalis, nisi in casibus iure expresso vetitis.
- [Episcopus si absit in longinquis partibus, Capitulum administrare debet, & vicarius mori contingat, vel per potentiam Regiam eregno exciatur. ibid.]
- 3 Capitulum Sede vacante potest confessarium instituere, qui absoluat à casibus reseruatis.
- 4 Episcopus potest vices suas delegare absoluedi à casibus reseruatis.
- 5 Casus omnes sibi reseruatos concedens, non videtur concedere facultatem absoluedi à censuris.
- 6 Episcopus concedens alicui omnem suam auctoritatem ad audiendas Confessiones, non videtur ideo concedere casus sibi reseruatos.
- 7 Absoluedi concessa generalis facultas à Summo Pont. ab omnibus censuris, siue ab omnibus excommunicationibus sibi reseruatis, an comprehendat casus, & excommunicationes, quas Episcopi in specie sibi reseruauerunt, ostenditur.
- 8 Prærogatiua omnia, etiam Mare magnum, Confessarius Regularibus olim concessa absoluedi à casibus Episcopo reseruatis, sunt resuocata.
- 9 Absoluedi concessa facultas à casibus reseruatis simpliciter extenditur ad præterita, & futura.
- 10 Licentia concessa alicui ab Episcopo absoluedi à casibus reseruatis extenditur ad eos, quos ipse reseruauit.
- 11 Delegatus ab Episcopo ad absoluedum poenitentem à casu particulari reseruato, prædictum casum alteri delegare non poterit.
- 12 Absoluto quomodo sit impedienda super casu reseruato quando sit Confessio ei, qui facultatem non habet absoluedi ab illo, ostenditur.
- 13 Confessarij delegati ad absoluedum à reseruatis quomodo se habere debeant, ostenditur, & n. 14.
- 15 Parochus habens facultatè absoluedi à casibus reseruatis Episcopo suo, potest absolueri poenitentem alterius Episcopatus habentem peccata reseruata suo Episcopo domicilij, vel originis in cuius diocesi peccauit.
- 16 Pagabundus potest absolui à commissis alicui, etiam si in loco patrorum criminum essent reseruata, si hic non sunt reseruata.
- 17 Poenitentarius electus vigore Concilij non habet auctoritatem absoluedi à casibus Episcopo reseruatis.
- [Adiudicantes Ordines an possint virtute suorum privilegiorum absolueri à casibus reseruatis Episcopo. ibid.]
- 18 Regularium Superiores quorum casuum absoluedi non sibi reseruare possunt.

CASIBVS reseruatis potest absolueri, qui eos sibi reseruauit, eius enim est solueri, cuius est ligare, l. 3. ff. de re ind. cap. verbum, de poenit. distinct. 1. vbi definitum est, par, & Barbof. de Episcopo Pars III.

æquale ius esse soluendi, & ligandi, ille etiam qui potuit excommunicare, potest absolueri, vt tradit gloss. verb. inferior in cap. 21. inferior dist. probant text. in c. prudentiam §. sexta, de officio deleg. & in a. ad reprimendam, de officio Ordin. & non solum potest absolueri à censuris latis à se, sed etiam à suis prædecessoribus, Mari. Alter. de censur. tom. 1. disp. 2. de absolut. ab excommuni. lib. 4. cap. 2. Bonacina eodem tract. disp. 1. quest. 3. puncto 2. num. 1. Sic etiam successor illius, qui casus sibi reseruauit, potest ab eis absolueri, Piasce. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 1. n. 16. Coriolan. de casibus reseru. p. 1. sect. 1. art. 7. Ex quibus omnibus fit consequens à casibus reseruatis absolueri posse omnes illos, qui peccata reseruauerunt, vel qui in hac iurisdictione fori sacramentalis eis fuerint Superiores, aut quibus ipsi specialiter concesserint. Probatur, certum in hac materia est reservationem in eo consistere quod Ecclesia, vel Superior aufert iurisdictionem Sacerdotibus inferioribus, eamque sibi retinet. ergo idem superior poterit absolueri, vel is, qui superior fuerit eodem, aut cui ipse concesserit, consequentia bene infertur: nam si alij non possunt, quia reseruans iurisdictionem sibi retinuit, bene sequitur in reseruante iurisdictionem non deficere, quemadmodum neque in superiore eiusdem, iuxta reg. text. in l. iudicium soluitur. ff. de iudic. cap. cum inferior, de maior. & obed. cum similibus, atque etiam neque in eo, cui ipse concesserit, iuxta reg. l. 1. §. qui mandatam. ff. de officio eius, iuncta reg. Qui per alium facit, de regulis iuris lib. 6. cum vulgaribus, & in terminis resoluit alijs adductis Henric. lib. 6. cap. 14. §. 9. Soar. tom. 4. disp. 30. §. 1. à princip. notantes superiorem reseruantis intelligi non respectu maioris iurisdictionis in foro exteriori, vt est Archiepiscopus respectu Episcopi, sed respectu fori sacramentalis, qualis est Pontifex respectu Episcoporum, & Generalis respectu Prouincialis, & Prouincialis respectu inferiorum Prælatorum, refert Fagundez in quinque Ecclesie præcepta par. 2. lib. 8. cap. 3. n. 2. & 3. Vtrum autem possit Episcopus nominatim excommunicatus non toleratus, suspensus, irregularis, aut interdictus, validè aliquem absolueri à reseruatis, aut dare licentiam alteri Sacerdoti, vt illius absoluat? In quo dubio negatiua opinio verior est, ex eo, quia huiusmodi absolutio, & delegatio est actus proprius iurisdictionis, sicut actus proprius illius est absolueri ab ipsi reseruatis, vnde sicut ipse non potest absolueri per se, sic nec etiam delegare, ac committere alteri Sacerdoti hanc absoluedi; ita docent expressè Henric. lib. 3. de Confirmat. cap. 13. §. 3. Sanch. lib. 3. de Matrim. disp. 21. num. 7. quos refert, & sequitur Fagundez d. lib. 8. cap. 8. num. 4. Contra Palud. Syluest. Tabien. Nauar. & Fr. Emman. contrarium tenentes. [Illud est magna consideratione dignum Episcopos in casibus reseruatis à se ipsis incidere non posse, quia secum iurisdictionem exercere non possunt, Alzed. de præcellent. Episcop. dignit. p. 1. c. 5. n. 125. in princ.]

Capitulum Sede vacante cum succedat in omnibus quæ sunt iurisdictionis Episcopalis, nisi in casibus iure expresso vetitis, vt probat text. in cap. 2. ne sede vacante, & resoluit Flam. de resignat. lib. 7. quest. 23. à num. 26. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. c. 27. quest. 6. poterit t. Confessarium instituere, qui absoluat à casibus Episcopo reseruatis, ex eodem Azor. d. cap. 37. quest. 16. Vgolin. de potest. Episcopi cap. 36. Sedes vacans non tantum per obitum Episcopi, sed etiam si longo tempore absens est à diocesi, nec patet aditus ad eum, vt si detineatur

vinculus apud infideles, ex c. si Episcopus, de suppl. neglig. Prelat. lib. 6. hoc enim casu non Archiepiscopus, sed capitulum, ac si Sedes per mortem vacaret, in spiritualibus, & temporalibus ministrare debet, ita Mari. Alter. dict. c. 2. vers. neque. [Hinc si Episcopus absit in longinquis partibus, Capitulum administrare debet, si Vicarius mori contingat, vel per potentiam Regiam à Regno eiiciatur, ad not. per Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 18. à num. 60. Cened. canon. quest. lib. 1. q. 45. num. 24. Ioseph. Sesse de inhibit. cap. 8. §. 3. num. 98. Salgado de Regia protecl. p. 1. cap. 2. num. 273. cum seq. quos nouissime refert & sequitur D. Francisc. de Amaya ad l. 60. num. 40. C. de decurionib. lib. 10. vbi num. 41. subdit quod vera vacatio est per mortem, altera per longam absentiam, quia tunc Prælatum non potest administrare, & reputatur tanquam mortuus, & consequenter debebit Capitulum vicarium constituere.]

Potest Episcopus, vel alius quicumque facultatem habens referuandi sibi casus, vices suas expresse delegare ad absoluendum à prædictis casibus sibi referuare, vt firmat Vgolin. dict. cap. 36. §. 1. virtute huius delegationis, & mandati poterit delegatus ab eis absolueri, dummodo ante absolutionem non moriatur, delegatio enim morte delegantis extinguitur, l. & quia, ff. de iurisdict. omni. iud. Quinimò addo maximè expedire si Episcopi in solemnioribus, & præcipuis anni festiuitatibus in diœcesi, præsertim in locis à Cathedrali Sede remotis, Pœnitentiarum plures instituant, quibus etiam liceat facultatem à referuatis casibus absoluendi aliis Confessariis impartiri ex S. Congreg. Cardinalium tradunt Pialec. in praxi Episcop. par. 1. cap. 1. Megal. par. 1. instit. Confess. lib. 1. cap. 13. num. 24. Homobon. de Bonis de humana vira statibus par. 1. cap. 10. vers. primo. Secus verò si per modum licentiæ alicui fuerit concessa à prædictis casibus absolutio, vt per text. in cap. si gratiosè, de rescript. lib. 6. resoluunt Vgolin. d. cap. 36. §. 2. & post Soar. Possuim. de officio Curati cap. 7. num. 11. vers. quare forte. Quapropter videndum est an casus omnes sibi sint delegati, an vero aliqui tantum, an per mandatum, vel licentiam, aut qualibet verborum forma, ne fines mandati excedens, actum nullum reddat, seseque æternis suppliciis dedat, argum. l. diligenter, ff. mandati, resoluunt Læli. Zech. de casibus Episcopo referu. in princ. obseru. 1.

Episcopus concedens omnes suos casus sibi referuatos, non videtur concedere facultatem absoluendi à censuris, cum sint diuersa peccata, siue casus, quoniam à diuersis non sit illato. l. Papinianus exuli, ff. de minoribus. Nam cum Episcopus soleat aliquando referuare casus cum censuris, aliquando sine illis, oportet, vt vtrumque concedat, nec etiam concedendo quod possint absolueri à casibus, & censuris, concedit absolutionem, vel dispensationem votorum, aut irregularitatum, eadem ratione, quia facultates istæ non possunt extendi: ita docent Nauar. in man. cap. 27. num. 261. Iacob. de Graff. in aureis decis. lib. 1. cap. 13. num. 63. Soar. tom. 4. de Pœnit. disp. 30. sect. 1. num. 3. in fine, quos refert, & sequitur Fagundez dict. lib. 8. cap. 8. n. 10. vbi excipit, nisi quando ex circumstantiis, aut ex antecedentibus, & consequentibus aliud constiterit de intentione Episcopi. Hoc tamen solum procedit in Episcopis, nam in Summo Pont. cum nunquam peccata de facto & in actu referuatur absque censura concessa facultate ad absoluendum à casibus referuatis, etiam censetur concessa ad ab-

soluendum à censuris, & de facto nunquam vnum tollitur sine alio, sicut nunquam vnum sine alio ponitur, ita docent Sà verb. casus referuatus num. 2. Nauar. in man. cap. 27. num. 261. Iacob. de Graff. d. cap. 13. num. 40. Viuald. in candelab. aureo, vbi de absoluit. num. 8. & 56. Soar. tom. 4. disp. 29. sect. 1. n. 11. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 8. num. 5. quos refert, & sequitur Fagundez d. cap. 8. num. 11. Nec si Episcopus concedat alicui omnem suam facultatem, & auctoritatem ad audiendas Confessiones, videtur idè concedere casus sibi referuatos, nisi de illis speciale fecerit mentionem, ea consideratione, quod referuata non veniunt sub generali concessione, vt probat c. 2. in princ. de pœnit. lib. 6. & obseruatur Nauar. in man. cap. 27. n. 261. Læli. Zechi. dict. tract. de casib. Episcopo referu. in princ. obseruati. 1. Gambar. de casibus Papæ referu. c. 2. n. 22. Fagundez d. lib. 8. cap. 8. n. 7. Iacob. de Graff. in aureis decis. lib. 1. cap. 13. num. 65. Soar. d. sect. 1. n. 3. Verùm si vnum casum expresserit referuatum, & deinde generalem clausulam adiciat, quod omnem suam potestatem concedit ex vi huius clausulæ præcedente expressione vnus casus, poterit absolueri à referuatis non expressis, iuxta reg. text. in cap. qui ad agendum, vers. sed si aliquis, de procurator. lib. 6. cum similibus, de quibus Couar. lib. 2. var. c. 5. num. 8. quemadmodum etiam si Episcopus concedat omnem suam potestatem, excepto vno casu referuato, censetur concedere omnes alios casus non exceptos, quia exceptio vnus format regulam contrariam in reliquis omnibus, iuxta reg. text. in l. nam quod liquido §. vlt. ff. de pen. legat. cum similib. de quibus latè Couar. d. cap. 5. n. 4. & 5. ex quibus rationibus in nostris terminis has doctrinas tradunt Nauar. d. c. 27. n. 261. vers. 11. Fagundez d. c. 8. n. 8. Sà verb. casus num. 1. Soar. d. sect. 1. num. 3. notantes etiam secundum communem vsum loquendi quando Episcopus concedit suos casus, videri intellexisse de omnibus sibi referuatis.

Queret aliquis, an concessa generali facultate à Summo Pont. absoluendi ab omnibus censuris, siue ab omnibus excommunicationibus sibi referuatis, comprehendat casus, & excommunicationes, quas Episcopi in specie sibi referuauerunt? In qua quæst. Nauar. in c. ita quorundam not. 11. gloss. vlt. num. 35. de iude. [Iacob. de Graff. in aure. decis. lib. 4. cap. 15. n. 28. Bonacin. de censur. disp. 1. q. 3. punct. 1. n. 10. Laur. de Iubil. p. 2. c. 28. n. 25.] tenet Confessarium habentem potestatem absoluendi ab omnibus excommunicationibus iuris, & Bullæ Cœnæ Domini, non posse quem absolueri ab excommunicatione prædicta Episcoporum, nisi habeat etiam aliunde legitimam potestatem absoluendi ab eorum excommunicatione: hæc autem sententia in eo fundari potest, quia Papa huiusmodi concessione videtur velle concedere tantum facultatem absoluendi ab excommunicationibus, quarum absolutiones pertinent ad Papam, & nullo pacto velle preiudicium aliquod inferre Episcopis, sicut cum Papa promulget legem generalem, non vult derogare consuetudinibus particularibus, legitimis, & approbatis, nec statutis Episcoporum, cap. 1. de Constit. lib. 6.

Verùm contrarium, imò Confessarium habentem generalem facultatem à Papa absoluendi ab omnibus excommunicationibus, & censuris referuatis Sedi Apost. posse absolueri etiam à casibus in specie Episcopis referuatis, non caret probabilitate: nam Papa habet super omnes Christianos, iurisdictionem, Extraneag. vnam Sanctam, de maior. & obed. immediatam quoad omnia spiritualia, quam

acmo

memo potest ab illo tollere, vel diminueri, cap. cum etiam per mundum, cap. per principalem 9. quæst. 3. Et quamuis potestas referuandi aliquos casus conueniat Episcopis, vt patet ex Concil. Trident. sess. 14. cap. 7. non tamen inde colligitur conuenire illis iure diuino, vt non possit Papa ex iusta causa limitare, & coarctare, & de casibus ab illis referuatis disponere, quia hæc referuandi potestas non pertinet ad essentiam Ordinis Episcopalis, neque ad iurisdictionem necessariam ad absoluendum, sed ad iurisdictionem externam gubernationi Ecclesiasticæ accommodatam, & ad Christiani populi disciplinam: Papa enim iure proprio, alij verò Episcopi non iure proprio, sed à Romano Pont. dependenti possunt casus referuare, & tenet Gambar. d. tract. de casibus referu. cap. 1. num. 21. Quo fundamento redarguens quemdam contrariam opinionem tenentem, hanc etiam partem sequi videtur idem Nauar. in man. cap. 27. num. 263. [Sed expressius eam sequuntur Suar. de censur. tom. 5. disp. 7. sect. 5. n. 14. Mari. Alter. eod. tract. tom. 1. lib. 4. disp. 4. cap. 2. dub. 2. Cæli. Botton. in obseruat. circa Bullam Sixti V. vers. eos à quibus suis, pag. 251. in fine, & pag. 262. Zerola in praxi Episcop. p. 1. verb. absolutio §. 6. & in praxi de Pœnit. c. 15. q. 19. Ioan. à Cruce de statu Relig. lib. 1. c. 6. dub. 15. concl. 4. Hieron. Pharaon in suo prompt. tract. 1. sess. 18. casu 23. Paul. Layman in sum. Theolog. moral. lib. 1. tract. 5. cap. 7. num. 5. Gauant. in man. Episcop. verb. censura n. 5. Floron. de casibus referuatis. p. 1. cap. 2. §. 4. num. 13. & §. 2. num. 7. Leoue de Subila. p. 2. num. 34. & 38. nouissime me citato in hoc loco Bossi. de triplici Iubilæi priuilegio, sect. 1. casu 3. per tot.] Sed primam veriotem iudico, [licet hæc communior sit, & probabilis.]

Vnde absolutio à casibus specialiter Episcopo referuatis penes ipsum eiusque delegatos ad eam annexa est post Concil. Trident. vt iam hodie sint reuocata omnia priuilegia Confessariis Regularibus olim concessa absoluendi ab eis, & quando id ita non esset, iam expressissimè nunc reuocata sunt per nouum Edictum, Decretum, ac Constitutionem, de qua supra, vt tenet Fr. Ludouic. Miranda in man. Prelat. tom. 1. q. 46. art. 4. conclus. vnic. [Torreblanca in practicab. Iuris spirit. lib. 14. cap. 10. num. 25.] Itaut Regularis etiam per priuilegium, quod Mox magnum vocatur, facultatem non habeat absoluendi Pœnitentes à casibus Episcopis referuatis, referunt per Sacram Congregationem decessum Fr. Ludouic. Beja responsor. casuum conscientie par. 2. casu 21. in fine, vers. nunc tamen, & part. 3. casu 5. in fine, vers. hoc tamen [Zerol. in prax. Episc. p. 1. verb. absolutio §. 5. vers. dicit quis, & p. 2. cod. verb. §. 1. vers. respondendum secundo, & in praxi de Pœnit. cap. 24. q. 9.] Campan. in dinor. orio iuris Canonici rubr. 12. cap. 13. num. 63. Miranda d. quæst. 46. art. 2. in fine, Armentar. in addit. ad recopil. legum Navarrae lib. 2. tit. 18. lib. 7. de religionibus, num. 56. Nicol. Garcia de benefico. part. 3. cap. 2. num. 269. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 61. artic. 13. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico tract. 5. cap. 2. quæst. 10. Filliuc. tom. 1. tract. 15. numero 248. [Bossi. dict. sect. 1. casu 3. numero 9.]

Sacerdos, seu Confessarius, cui facultas fuit data absoluendi à casibus referuatis simpliciter, potest absolueri à præteritis & futuris, iuxta reg. l. de pretio, ff. de Public. in rem act. Et etiam quando illi fuit concessa licentia pro aliqua tantum persona, po-

B. Hof. de Episcopo Pars III.

test eam absolueri à referuatis, quæ post licentiam habitam, etiam commisit pro prima tantum vice. Secus verò si licentiam petiit, vt absolueret quempiam à casibus, in quos incidit, quia hoc casu à commissis solum absoluet, non autem ab iis, quos deinceps commisit. Si verò licentia fuit petita à pœnitente, vt absolui posset à referuatis, tunc à præteritis tantum absolui poterit, nisi etiam expresse concedatur, vt possit absolui, etiam si deinceps in huiusmodi peccata incidere, ita Vgolin. dict. cap. 36. §. 5. [Fr. Emman. in Bull. Cruc. §. 9. num. 93. & num. 109. Henric. in sum. lib. 3. cap. 15. §. 6. lit. T. Suar. de Pœnit. disput. 52. sect. 3. num. 7. Lessi. de Iustit. lib. 6. cap. 16. §. 3. lit. N. Zerola de Iubile. lib. 1. cap. 16. quæst. 21. & lib. 2. cap. 13. quæst. 3. & cap. 17. quæst. 5. Filliuc. in quæstion. moral. tom. 1. tract. 8. cap. 6. num. 187. Sanch. in præcepta Decal. lib. 4. cap. 53. num. 27. & cap. 54. num. 9. Floron. de casibus referu. p. 1. cap. 4. §. 3. num. 22. Ioan. Malder. de virtut. tract. 10. cap. 5. dub. 11. in fine. Basil. Pont. de Marim. lib. 3. cap. 10. num. 8. me citato in hoc loco Bossi. de triplici Iubilæi priuilegio, sect. 1. casu 14. per tot.]

Licentia concessa alicui ab Episcopo absoluendi à casibus referuatis extenditur ad eos, quos ipse referuauit, non verò intelligitur concessisse licentiam absoluendi etiam à casibus iure ipsi referuatis, nisi speciatim facultatem concessisset Episcopus absoluendi etiam à censuris, & à casibus iure ipsi referuatis, ita Vgolin. dict. cap. 36. §. 6. Vigore tamen facultatis concessæ Societati, cum clausula, vt ingrediens in talem societatem possit absolui ab omnibus casibus, etiam Sedi Apostolicæ referuatis, poterit tunc absolui pœnitens à quibuscunque referuatis Episcopo, tam à iure, quam ab homine, resoluunt Fr. Ludouic. Beja responsor. casuum conscientie parte 2. casu 21. per totum.

Huiusmodi ab Episcopo delegatus ad absoluendum pœnitentes à casu particulari referuato, prædictum casum alteri delegare non poterit, iudex enim delegatus delegandi potestatem non habet, l. à iudice, C. de iudiciis, nisi Ordinarius speciatim subdelegandi facultatem concesserit, vel quis ad vniuersitatem delegatus esset, qui enim delegatur ad vniuersitatem, Ordinarius quasi est, vt dicit gloss. verb. delegatus, in cap. cum causa, de appellat. ita Aloyf. Ricc. in praxi iurea resolut. 179. Nauar. consil. 22. de pœnitent. Vgolin. dict. cap. 36. §. 7. vbi etiam resoluunt, quod vbi quis subdelegandi potestatem habet, non potest subdelegare facultatem alicui, qui ipsum subdelegantem à referuatis absoluat.

Absolutio quomodo sit impertienda super casu referuato, quando sit concessio ei, qui facultatem non habet absoluendi ab illo, variis modis docent Iacob. de Graff. in aureis decis. par. 1. lib. 1. cap. 13. num. 70. Læli. Zechi. de casibus Episcopo referuatis, in princip. obseruati. 4. Gambar. dict. cap. 2. num. 38. Praxis noua Episcop. par. 2. cap. 1. num. 18. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum. verb. Pœnitentia differ. 10. & omisis, quæ super hunc art. diffusè tradunt, semper consulere, vt fiat quod tradit Nauar. in man. cap. 26. num. 6. in hæc formalia verba. Octauò quod pœnitentem habentem peccatum referuarum non debet absolueri ab eo sine priuilegio, Bulla, vel alia licentia eius, qui illa potest dare: sed debet absolueri à quibus potest, & pro absolutione referuati mittere ad eum, cui referua-

K 2 tum

rum est, cui solum referuatum confiteatur, vt ab illo absoluaatur, aut absoluendus ad priorem Confessarium remittatur. Quare, vt cuidam doctissimo respondi non debet dicere absolute, *Abfoluo te ab omnibus peccatis mihi confessis*, sed cum limitatione, *exceptis tali, & tali*. posset item penitus per se, vel per alium, ante, vel post suam Confessionem impetrare facultatem secretam, verbo, aut scripto ab eo, cui referuatum est, absoluendi à proprio Confessario; sed quia hic modus periculosus est, eo quod peccatum extra Confessionem detegitur, tutius esset, vt Confessarius per se, vel alium impetraret sibi facultatem absoluendi ab illo peccato, ei referuato. Superior autem, cui est referuatum peccatum, non potest absoluere ab illo, antequam ipsi, vel alteri omnia fuerit confessus. Hæc Nauarr. dicto loco.

Sed pro clario multorum casuum decisione, qui euenire possunt, aliqua obseruanda duxi, & in primis quod si pœnitens habens peccata referuata adeat primò Superiorem, & Superior audiat in Confessione omnia peccata tam referuata, quàm non referuata, ab omnibus simul tenetur absoluere pœnitentem, & si intendat absoluere à referuatis tantum, & non ab aliis, peccabit quidem mortaliter, valebit tamen Sacramentum, & gratiam conferet, & velit nolit omnia simul peccata tam referuata, quàm non referuata absoluit: ex graui tamen, & vrgenti causa licet poterit superior audire tantum referuata, & pro aliis non referuatis remittere pœnitentem ad alium Confessarium, dummodo ipsa non referuata in Confessione non audiat, ita docent Nauarr. in cap. consideret §. causis num. 12, 18. & 19. de pœnit. dict. Tolet. lib. 3. summ. cap. 8. num. 3. Henric. lib. 2. de pœnit. c. 12. §. 4. Soar. tom. 4. disp. 31. sect. 1. num. 3. quos refert, & sequitur Fagundez in quinque Ecclesie præcepta par. 2. lib. 8. cap. 3. à num. 2. vbi num. 7. cum Soar. d. sect. 1. n. 10. contra Henric. & plures alios affirmat in eo casu in quo pœnitens ritè & rectè sacramentaliter fuit absolutus de solis referuatis à Superiore, non teneti amplius illa confiteri, sed satisfacere integritati Confessionis, si alteri Confessario illa peccata tantum non referuata fateatur, quæ superiori non fuit confessus, & num. 9. obseruat sicut licet Superiori ex causa vrgenti absoluere à referuatis tantum remittendo alia alteri Confessario, ita id licitum esse Religioso, vel cuiunque alteri Sacerdoti habenti priuilegium ad absoluendum à referuatis ex causa vrgenti & graui, additque quâuis superior non audiat casus referuatos, vt ab illis sacramentaliter absoluaatur, sed solum ad tollendam illorum referuationem, & ad remittendam illorum absolutionem inferiori, nihilominus teneri ad sigillum, & n. 11. asserit quoribus ex causa licitum est superiori absoluere sacramentaliter de solis referuatis ex tali Confessione, & absolutione verum perfici Sacramentum, & formaliter integrum verè conferens gratiam, distinctum ab alio, quod potest ab inferiori conferretur, & num. 12. resoluit quando subditus confitetur Superiori, & ab illo simpliciter absoluitur, non absoluitur nisi ab habente dictam facultatem, quia in absolutione referuatorum respicitur tempus, in quo datur absolutio. Si veniat habens casum referuatum, sed cum factum fuit non credebat mortale, si ignoratum fuit inuincibiliter, absoluitur ab omni expolito, quia solum mortale potest referuari, hoc non est tale, Graff. d. lib. 1. cap. 3. num. 71. Henric. in sum. lib. 3. cap. 14. num. 6. Polleuin. d. num. 49. vers. si veniat, in ult.

Si verò habens peccata referuata prius adeat inferiori, quàm Superiore, tenetur dicere ipsi inferiori omnia peccata tam referuata, quàm non referuata, & inferior auditis omnibus solum eum potest absoluere à non referuatis, & pro aliis referuatis tenetur eum remittere ad Superiorem, illeque tenetur Superiorem adire, talisque absolutio est licita, & valida, & fructuâ gratiâ conferet; ita Syluest. verb. Confessio 1. num. 20. Nauarr. in d. cap. cum consideret num. 10. Medin. in c. de pœnit. quest. 13. Tolet. d. lib. 3. cap. 8. n. 3. Soar. tom. 4. disp. 31. sect. 2. n. 1. 4. & 6. Ioan. Valer. de different. inter vtrumque forum verb. Pœnitentia, differ. 10. Fagundez d. lib. 8. cap. 3. num. 13. vbi num. 15. & 16. notat si Superior absque legitima, & vrgenti causa pro mera tantum voluntate & libertate sua absoluaat ipsam pœnitentem remissum ab inferiore à referuatis tantum, & hæc audiat, & nolit audire non referuata, peccare mortaliter, & talem absolutionem non solum esse illicitam & sacrilegam, sed etiam inualem.

Videant huiusmodi delegati, an casus sint sibi libere concessi, vel cum limitationibus appositis: quando enim Episcopi alicui concedunt facultatem absoluendi in specie ab aliquo peccato sibi referuato, & committunt nudam absolutionem, sive nudum ministerium absoluendi cum hac, vel tali moderatione, modo, vel satisfactione, is modus omninò seruandus est, aliàs absoluens nihil agit, cum limitata causa limitatum producat effectum, l. in agris, ff. de acquir. rerum dom. & fines mandati sunt diligenter obseruandi, l. diligenter, ff. mandati, ita Iacob. de Graff. dist. lib. 1. cap. 32. num. 3. Læli. Zechi. d. loco, obseruat. 3. Gambar. d. cap. 2. num. 48.

Aduertant etiam in qua regione sibi sit huiusmodi potestas concessa; nam cum iurisdictione non extendatur ultra terminos demandatos, l. 1. in princ. ff. de iurisdic. omni. iud. cap. 1. in princ. de pœnit. dist. 6. absoluens extra suam iurisdictionem nihil ageret, tanquam sententia lata, à iudice non suo, & extra territorium. l. fin. ff. de iurisdic. omni. iud. l. præses, ff. de offic. Præs. quo fundamento ita resoluit Læli. Zechi. d. loco obseruat. 2.

Non abs re quæres iam, an Parochus habens facultatem absoluendi à casibus referuatis Episcopo suo, possit absoluere pœnitentem alterius Episcopus habentem peccata referuata suo Episcopo domiciliij, vel originis, in cuius diocesi peccauit? Respondendum est quod sic; nam peregrinus habens casus referuatos in suo Episcopatu, sed non referuatos, vbi confitetur, debet absolui ad habente facultatem in casus referuatos, ita Nauarr. d. c. 27. n. 261. vers. decimo, Gambar. d. c. 2. num. 34. Marcel. Megal. lib. 1. instit. Confesser. c. 13. num. 31. Molfes. in summa. Theologia moralis tract. 7. c. 21. num. 53. Iacob. de Graff. d. c. 13. num. 48. Vivald. de absolut. num. 58. Soar. tom. 4. disp. 30. sect. 1. num. 4. Fagundez d. lib. 8. cap. 8. num. 18. Polleuin. de officio curati, cap. 7. num. 49. vbi etiam dicit, quod si veniat habens casum referuatum, qui, quando est factus, non erat referuatus, sed postea est referuatus, non absoluitur nisi ab habente dictam facultatem, quia in absolutione referuatorum respicitur tempus, in quo datur absolutio. Si veniat habens casum referuatum, sed cum factum fuit non credebat mortale, si ignoratum fuit inuincibiliter, absoluitur ab omni expolito, quia solum mortale potest referuari, hoc non est tale, Graff. d. lib. 1. cap. 3. num. 71. Henric. in sum. lib. 3. cap. 14. num. 6. Polleuin. d. num. 49. vers. si veniat, in ult.

Vtrum

Vtrum Confessarius nullam omninò habens facultatem circa casus referuatos, possit absoluere pœnitentem alterius diocesis à peccatis referuatis in diocesi pœnitentis? In quo dubio Soar. tom. 4. disp. 30. sect. 1. num. 6. sub distinctione sic respondet, vel peccatum est referuatum in vtraque diocesi, vel in diocesi pœnitentis tantum: si in vtraque referuatum est, fateatur non posse, secus verò si in diocesi pœnitentis tantum referuatum sit, quia tunc absolui posse existimat ex eo, quia talis pœnitens iudicandus est vt incola illius diocesis in qua absoluitur, & iuxta formam eius. Ego tamen probabilior censo contrariam opinionem, quam tenent Sor. in 4. distict. 18. quest. 4. art. 2. col. 9. in fine, Iacob. de Graffis d. c. 13. num. 46. Veg. in sum. lib. 2. casu 326. quos refert, & sequitur Fagundez d. cap. 8. num. 20. quia absolute loquendo Sacerdos alterius diocesis non habet iurisdictionem in aliquos casus referuatos, & pœnitens non est exemptus à subiectione sui Episcopi, qui peccatum referuauit, vnde quamdiu non mutauit domicilium, aut quasi domicilium, videri non posse absolui, præsumitur enim aliò se contulisse fraudulenter, vt sic absque mutatione domicilij, vel quasi domicilij effugeret pœnam referuationis propriij Episcopi volentis ea restrictione libertatem licentiam amputare peccandi. Quid autem si Parochianus aliquis versetur in aliena diocesi, & peccata ibi referuata committat? vide Fagundez d. cap. 8. num. 21. vbi resoluit posse absolui à quocunque Sacerdote approbato.

Vagabundus verò nullam certam Sedem habens, potest absolui à commissis alicubi, etiam si in loco paratorum criminum essent referuata, si hæc non sunt referuata, quia cum iste nullum habeat domicilium, adstringitur tantum legibus Episcopi loci, vbi confitetur: sic tradit Sor. in 4. sentent. dist. 19. quest. 4. artic. 2. colum. 10. quem refert Gambar. vbi proximè num. 36. Aduertendum tamen, quod si Curatus, qui habet casus referuatos, audit suum Parochum in alieno Episcopatu casum habentem ibi referuatum, non referuatum autem in Episcopatu Curati, potest eum absoluere, quia cum hic Curatus absoluaat auctoritate sui Episcopi suum subditum legitime consentientem, & casus à suo Episcopo non sit referuatus, validè absoluit Polleuin. d. n. 49. vers. quid sit.

Pœnitentiarius electus vigore Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 8. si non habet auctoritatem absoluendi ab Episcopo, non potest absoluere à casibus Episcopalis, ex ratione & vi solius officij, cum de casuum referuatorum absolutione nouo iure nihil decretum sit, ita Nauarr. consil. 20. sub tit. de pœnit. in nouis. Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 44. praxis Episcop. p. 1. verb. dimissorie, §. 1. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 179. in fine. Aduertit tamen Homobon. de Bonis de humane vite statibus p. 1. cap. 10. statim in princ. iam passim vti receptum esse, vt ex monere in foro interiori absoluaat, quinimò non ex vi verborum Concilij Triid. sed Episcoporum consuetudine, qui vbi que se ad hoc assumere huiusmodi Pœnitentiariorum declarant, vt illis in casibus referuatis, censuris, & aliis forum Conscientiæ concernentibus deseruiant, quasi Episcopalem iurisdictionem habere censentur, ita vt à Doctoribus Vicarij in spiritualibus nuncupentur, & citat inter alios Zerol. in præsi sacrum. pœnit. cap. 22. quest. 5. Sbroz. de officio Vicarij lib. 2. quest. 19. Antonuc. in catechesi Neapolit. cap. 34.

[Mendicantibus Ordinibus virtute suorum pri-

uilegiarum, etiam Maris magni, quibus eis permittitur quoscunque & indecunque ad eos venientes absoluere à cunctis peccatis & censuris, etiam Pontifici Maximo referuatis, exceptis iis, quæ in Bulla Cœnæ Domini continentur, an liceat absoluere à referuatis Episcopo casibus? Olim fuit quæstio dubia, in qua licet affirmatiuam partem multis defendere nitatur post alios Tordreblanc. de Magia lib. 4. cap. 5. num. 19. cum seqq. Nihilominus tamen hodie ex quadam declaratione Sacræ Cong. S. R. E. Cardinalium negotijs & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositæ, quam supra retuli alleg. 50. num. 189. id totum illis, & Regularibus cuiusvis Ordinis, congregationis, & Societatis prohibuit reperitur.]

Clemens octauus Anno Domini 1593. expendens, quod quidam Regulares dum superiori conscientiam suam detegere formidant, adduci possunt in æternam damnationis periculum, & spiritualis remedij desperationem, lanxit, ne eorum superiores sibi absolutiones referent, nisi in casibus expressis, seu eorum aliquibus, cum hæc scilicet crimina commissa erunt.

Veneficia, incantationes, sortilegia. Apostasia à religione, sine habitu dimisso, sine reuocato, quando eò proueneret, vt extra septa monasterij, seu conuentus fiat egressio, etiam non animo apostatandi facta.

Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale.

Juramentum falsum in iudicio regulari, seu legitimo.

Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum ad animatum foetum, etiam effectum non sequuto.

Falsificatio manus, aut sigilli officialium, monasterij, aut conuentus.

Furtum de rebus monasterij, seu conuentus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

Carpus carnis voluntarius opere consummatus. Occisio, seu vulneratio, aut grauis percussio cuiusque personæ.

Malitiosum impedimentum, seu retardatio, aut apertio litterarum à superiori ad inferiores, aut ab inferioribus ad superiores; & quando aliud referuandum videbitur, fiat ex deliberatione Generalis, vel Provincialis in ea prouincia. Non audiant Superiores Regularium Confessiones, nisi aliqui huiusmodi referuatum admiserint, aut sponte perierint, sed habeant duos, aut tres alios deputatos, nec vllatenus vlli ea notitia ad externam gubernationem veniant: possunt tamen in genere graues aliquas pœnitentias, etiam non referuatis imponendas decernere. Sed quia nostri instituti non est agere de his casibus Prælati Regularibus referuatis, pro illorum declaratione, qui scire cupit, consulat P. Soar. tom. 4. disp. 28. sect. 3. [& de Relig. etiam tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 18.] Quarant. in summa. Bullarij, verb. casus referuatus, in princ. Fr. Emman. quest. Regularij, tom. 1. quest. 20. art. 1. cum seqq. Fr. Ludou. Mirand. in manual. Prælatorum tom. 2. quest. 34. art. 7. cum seqq. Iacob. de Graff. lib. 3. de casibus referuatis, Marcel. Megal. p. 3. instit. Sacerdotum lib. 1. c. 12. Franc. Coriol. in tract. de casibus referuatis, iuxta regulâ decreti record. Clem. VIII. Regularibus præscriptam, Molfes. in summa Theologia Moralis tract. 7. c. 20. de casibus referuatis Prælati Regularium, Fagundez in quinque Ecclesie præcepta p. 2. lib. 8. cap. cum seqq. [Lezana in summa. quest. Regul. p. 1. cap. 18. num. 20. cum seqq.]

ALLEGATIO LIII.

Episcopus ad residentiam an semper teneatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur de residentia Episcoporum agentes.
- 2 Residentia in Episcopis, & Parochis est de iure diuino.
- 3 Residentia Episcoporum facienda est in loco, ubi est ipsa Ecclesia Cathedralis.
- 4 Mala ex non residentia Episcoporum quae sequantur, ostenduntur.
- 5 Episcopi ultra tres menses singulis annis quando possunt à suis Ecclesiis abesse.
- 6 Charitas Christiana, quae excusat Episcopum à residentia qualis, ostenditur.
- 7 Necessitas urgens, quae excusat Episcopum à residentia, quomodo intelligenda.
- 8 Abesse ab Ecclesia iuste potest Episcopus, occurrente temporali persecutione persona, & non Ecclesia, vel aliarum orium suarum.
- 9 Abesse à sua Ecclesia non potest Episcopus propter perpetuum morbum.
- 10 Obedientia debita, propter quam excusatur Episcopus à residentia, qualis dicitur.
- 11 Episcopi lege residentium Summi Pontificis consensu solui possunt.
- 12 Cardinales sui pars corporis Papa, illique assistere tenentur, ita ut à Curia sine eius licentia illis discedere non liceat.
- 13 Cardinales Romano Pontifici assistentes iustam habent causam, ut absint ab Ecclesiis suis.
- 14 Virilitas Ecclesiae euidens, qui excusat Episcopum à residentia, qualis.
- 15 Virilitas Reipublicae euidens quae dicatur.
- 16 Episcopus euidens Reipubl. exigente virilitate potest esse legatus, siue Orator Principis secularis.
- 17 Episcopi in Curia Regum, & aliorum secularium Principum fungentes munere & officio Regii Praesidis, Confessarii, vel consilii, quando à residentia excusentur.
- 18 Virilitas D. Cypriani refertur.
- 19 Residentia Episcoporum non solum in assidua corporis presentia, sed potius in mentis sollicitudine, & Charitatis studio consistere debet.
- 20 Episcopus absque iusta causa à sua Ecclesia absens, quas poenae incurrat, ostenditur.
- 21 Votum suscipere non possunt Episcopi quo vinculum, per quod sunt suis Ecclesiis addicti, dirimatur sine speciali Summi Pontificis licentia.
- 22 Religionem intrare non potest Episcopus sine Papa licentia.
- 23 Resignandi Episcopatum non est iusta causa si Episcopus velit ingredi Religionem approbatam, causa mutandi statum & vitam.
- 24 Religionem vouens an possit fieri Episcopus non adimpleto voto, ostenditur.
- 25 Cap. per tuas, 10. de voto, declaratur.
- 26 Iuramentum factum de non acceptando Episcopatum an sit validum, ostenditur.
- 27 Iuramenta illa non sunt obligatoria, quae melioris boni faciunt directè impediri.

- 29 Episcopalis status est perfectior statu religionis.
- 30 Cap. vni. dist. 85. secundum unum intellectum declaratur.
- 31 Iurans se non facturum aliquod opus consilij & perfectionis venialiter tantum peccat, iurans tamen se nunquam illud facturum mort. peccabit.
- 32 Peccatum mortale non impedit promouendum, nec sufficit ad repellendum electum, nisi irregularitatem inducat, vel talem infamiam pro se ferat, ut morum honestatem tollat.
- 33 Cap. vnic. secundum verum intellectum, dist. 85. declaratur.
- 34 Alternativa non gaudet Episcopus in sua diocesi non residens, quamuis abesse pro exercitio alicuius officij inquisitoris Generalis.
- 35 Alternativa non fruitur Episcopus absens, etiam ex causa à Consilio approbata.
- 36 Alternativam ob absentiam amittens Episcopus, an retineat aliquod tempus ad conferenda beneficia, ostenditur. [Alternativa acceptatio ex quibus probetur, remissive, ibid.]
- 37 Proponuntur certa dubia in hac materia resolvennda.
- 38 Regulae quatuor ad illa decidenda constituuntur.
- 39 Fundamenta predictarum Regularum ostenduntur, & earum rationes dantur, num. 40. 41. 42. 43. & 44. [Alternativa an possit vti Episcopus quando fuit praesens tam in principio mensis, quam tempore vacationis, sed ante ipsam vacationem recessit ad modicum tempus, d. n. 43.]
- 40 Rota Romana decisio in vna Papien. beneficij decima Aprilis 1617. coram R. P. D. Martino Andrea refertur.
- 41 Alternativa non gaudet Episcopus in illo mense, etiam ad illum spectante, in cuius principio absens fuit.
- 42 Rubrica habens rationem perfectam potest allegari ad decisionem causarum.
- 43 Regulae de octo est reservatoria mensium.
- 44 Reservatio illa de octo mensium non tollitur per alternativam Episcopo concessam, & ab eo acceptatam.
- 45 Episcopo non residente in aliquo ex quatuor mensibus sibi à Papa mutatis, si contingat casus vacationis, Papa non confert iure deuoluto, sed ex titulo primo reservationis.
- 46 Alternativa non est mera & simplex remotio obstaculi, sed quasi contractus inter Papam, & Episcopum.
- 47 Papa ex octo mensibus sibi reservatis concedit Episcopo quatuor, & vicinosa Episcopus de suis quatuor dimittit Papa duos.
- 48 Menses quatuor alternati, quos occupat Episcopus, sum & remanent Papa quoad proprietatem, non quoad usum, durante residentia Episcopi.
- 49 Respondeatur traditis in decis. Sulmonen. & n. 55. & 56.
- 50 Adducuntur responsiones aliquibus obiectis.
- 51 Martinus, & September, qui erant Episcopi, per alternativam sunt Papa, suspensa Ordinarij facultate concessa in illis conferendis, siue Episcopus resideat, siue non, n. 62.
- 52 Absens Episcopus an possit conferre in mensibus Junij, & Decembris, quos firmos appellamus.
- 53 Residentia in alternativa desiderata debet esse mense integraliter facta.
- 54 Absens à principio captus Apostolicus semper tenet Apostolicus.

- 55 Promissa per Episcopum facta in principio, vel in medio mensis Ordinarij, erit legitime facta, veluti in tempore habili, etiamsi postea in fine recesserit.
- 56 Episcopus in principio mensis recedens, cur ita absens non gaudeat alternativa in reliqua parte mensis.
- 57 Parochi cur ita dicti.
- 58 Parochialis Ecclesia quae dicatur.
- 59 Parochialis Ecclesia quomodo dignoscatur.
- 60 Parochiale, seu curatum beneficium quoad residentiam non dicitur illud, quod non est actu curatum, sed habitum.
- 61 Beneficium in dubio non censetur curatum, sed simplex.
- 62 Parochi in suis Ecclesiis debent residere, etiamsi beneficium sit modici valoris.
- 63 Parochi in Ecclesiarum domibus cogendi sunt habitare, quae si non sint, in propinquioribus intra Parochiarum limites.
- 64 Parochus tenetur in parochia residere, etiamsi in illa res, vel quatuor essent incola.
- 65 Residentia facienda est in Ecclesia digniori, ubi fuerint duae aequae principaliter vna, quod si non constat, quae sit dignior, in frequentiori, quod si vna fuerit extra, & altera intra Urbem, residendum est in ea, quae est intra.
- 66 Parochus non habetur pro residente si in ciuitate habitat ab Ecclesia sua tribus, vel quatuor milliariis distante, quamvis Dominicis, & festiuis diebus ad illam accedat.
- 67 Magister Grammaticae non potest deputari in ciuitate, cum excusatione residentiae sua Ecclesia à dicta ciuitate ultra duo milliaria non distaret, etiamsi velit singulis diebus festiuis Parochiali interesse.
- 68 Episcopus potest compellere Rectores ad residendum non obstante consuetudine residentis in loco distanti à Parochia per sex milliaria.
- 69 Parochialem obtinens Ecclesiam post Conc. Trid. studendi licentia, atque in absentia studiorum causa fructus percipiendi non datur.
- 70 Capellani & coadiutores Rectorum Parochialium instituti, auctoritate Apostolica tenentur ad personalem residentiam, ut Rectores ipsi.
- 71 Parochialem habens in qua Vicarium perpetuum legitime instituit obtinuit, eo viuente residere non tenetur.
- 72 Baptismalem Ecclesiam obtinens, cui incumbit sola cura baptizandi omnes infantes oppidi, tenetur ad residentiam.
- 73 Vicarium deputare, donec provideatur de Rectore, spectat ad Episcopum, in cuius diocesi Parochialis existit.
- 74 Parochias duas habens vnitae aequae principaliter, potest in qua maluerit residere.
- 75 Canonatum & Parochialem obtinens, in parochiali residere tenetur.
- 76 Residentis in parochiali, quae non longe abest à Collegiata, in qua Canonatum obtinet, diebus festiuis ad Ecclesiam Collegiatam accedere, & in ea diuini inferuire potest.
- 77 Episcopo non licet pro Cathedrali Ecclesia seruitio, & etiam suo, aliquem ex curatis suis diocesis ex ipsorum Ecclesiis, constituto in illis idoneo Vicario, ad certa negotia adhibere.
- 78 Episcopo non potest vti opera Parochi in visitatione, vel in alio seruitio sua diocesis, nisi pro tempore duo, unum mensium, & tunc relicto idoneo Vicario.
- 79 Inquisitoris officium à residentia Parochialis non excusat.
- 80 Subcollectoris Apostolici officium exercens à residentia Parochialis non excusatur.
- 81 Inimicitia graues quando legitime sint cause propter quas quis residere non tenetur in Parochiali.
- 82 Acrius intemperies non excusat Parochum à residentia Parochialis.
- 83 Senectus in paruo non excusat à residentia, sed debet poni Vicarius idoneus, cum assignatione congrua portiois ex ipsius Parochia redditibus.
- 84 Abesse non dicitur, qui statim est reuersurus.
- 85 Parochus sine legitima causa, & licentia in scriptis habita non residens, mortifere peccat, & fructus beneficij pro rata temporis, quo abest, suos non facit.
- 86 Bona acquisita ex beneficio Parochi absentis extra suam Parochiam morientis tanquam spolia ad Cameram Apost. pertinent.
- 87 Causa legitima ab Episcopo approbata excusat à poenis contra non residentes prolatas.
- 88 Licentia discedendi requiritur ab Episcopo etiam in duobus mensibus à Conc. Trid. Parochia concessis.
- 89 Constitutio Episcopi ne Parochi possint abesse ultra duos dies sine eius licentia, valida est.
- 90 Parochus non satisfacit petens licentiam iurans se grauem habere causam, quam non expediat manifestare.
- 91 Parochus habens licentiam per mendacium, in absentia fructus percipiens, eos restituere tenetur.
- 92 Absens ex causa rationabili, licet peccet ob inobedientiam non petendo licentiam, non tenetur tamen ad restitutionem.
- 93 Fructus amittuntur dumtaxat pro rata illius temporis, quo quis abest sine licentia, non potest componi restitutio debita fructuum male perceptorum obtinentibus Bullam Cruciatam.
- 94 Parochus ultra duos menses absens potest cogi per Episcopum ad restitutionem fructuum pro rata temporis absentia.
- 95 Fructus non residentium debet Episcopus applicare fabricae Ecclesiae Parochialis.
- 96 Episcopus procedens per subractionem aduersus Parochos non residentes, iuxta Trid. tenetur seruare interualla, & quibus scilicet, 6. cap. 1.
- 97 Parochi ob non residentiam quomodo beneficiis sunt prinandi.
- 98 Parochus absens ex iusta causa, siue cum licentia, siue absque ea, tenetur relinquere substitutum Vicarium idoneum, & approbatum, qui pro se populo seruiat, nisi absentia fiat per sex, vel octo dies.
- 99 Canonici in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesiis, ita tenentur ad residentiam, ut eis non liceat vigore cuiuslibet statuti, ultra tres menses etiam continuos, ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse.
- 100 Abbates, Priores, & alij Superiores Collegiarum Ecclesiarum, licet habeant iurisdictionem in Canonicos, ad residentiam cogi possunt per Episcopos, sub quorum diocesi sunt.
- 101 Dignitas principalis in Collegiata cum regulariter habeat curam animarum, requirit etiam 25. annorum incarcerationem.

- 110 *Canonicatum, & Monasterium in commendam obtinens debet in canonicatu residere, nisi monasterium habeat curam animarum.*
- 111 *Monasterium in commendam secularis habens, non obtinet curam conuentus, nec monachorum, sed tota est penes Priorem conuentualem.*
- 112 *Commendatary Abbatis curam iurisdictionalem tantum, non autem Sacramentalem habentes, ad residentiam non tenentur.*
- 113 *Canonicatum & Parochialem habens in duabus diocesis, & non residens in Parochiali ex permissu Episcopi, cogendus est ad residentiam in Canonicatu.*
- 114 *Archidiaconatus duos habens, dignitate pares, tenetur residere in quo magis sibi placuerit.*
- 115 *Consuetudo immemorialis non excusat à residentia in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus.*
- 116 *Consuetudo immemorialis, qua licebat Canonicis ultra tres menses abesse, sublata est per Conc. Trident. nisi esset confirmata per Sedem Apostolicam.*
- 117 *Consuetudo vel statutum, quo canetur seruitium quadraginta annorum Ecclesie praestitum liberare beneficiatum à residentia, obseruari potest.*
- 118 *Absentia causam legit. non est necesse assignare, nec licentiam à Prelato obtinere pro absentia trium mensium à Concil. Trident. concessorum, dummodo omnes Canonici eodem tempore non absint.*
- 119 *Menses tres, quibus Canonici abesse possunt, prouidero debent Episcopi, ne incurram in Natale, aut Pascha Domini, vel simile. m. ximus solemnitates.*
- 120 *Menses tres, quibus Canonici abesse possunt, debent contineri nonaginta dies, & possunt accipi non solum continui, sed etiam interpolari.*
- 121 *Absentia trium mensium Canonicis conceditur, si constitutiones Ecclesie seruitium totius anni requirunt.*
- 122 *Canonici ultra tres menses absentes, licet in ciuitate, ubi ipsa Ecclesia existat, sint praesentes, incidunt in poenam Concilij.*
- 123 *Episcopus ob legitimam causam dare potest Canonici suis facultatem, ut possint abesse per quatuor menses.*
- 124 *Canonici an pro tribus mensibus sibi concessis in absentia distributiones quotidianas consequantur.*
- 125 *Coadiutor & coadiutus possunt abesse tribus mensibus.*
- 126 *Archidiaconus potest abesse ultra tres menses ratione visitationis.*
- 127 *Cura animarum incumbens imminente sua dignitati habetur pro praesenti.*
- 128 *Canonicatum, & Parochialem habens, & residens in Parochiali, quomodo quotidianas distributiones lucratur.*
- 129 *Canonici curam animarum habentes, quae illi Ecclesie imminet, habentur tanquam praesentes in choro, dum sunt in actu administrandi Sacramenta.*
- 130 *Canonicatum & Parochialem habenti, in quo non potest sine discrimine vita propter inimicitias residere, permittitur ut in canonicatu resideat.*
- 131 *Canonici, & dignitates in Ecclesiis cathedralibus & collegiatis, etiam seculis consuetudine, vel statuto, tenentur iusto cessante impedimento psallere in choro.*
- 132 *Distributiones tenentur restituere assistentes in choro non cantando, vel de ordinario, & frequenter confabulando.*
- 133 *Canonici debent interesse omnibus diebus, & horis, praeterquam in tribus mensibus singulorum annorum.*
- 134 *Celebrans in Ecclesia ex deuotione, vel obligatione, tempore, quo cantatur una hora, non potest dici interfuisse.*
- 135 *Distributiones quotidiana non possunt percipi à Canonicis absentibus, & per substitutum Ecclesie suae inseruientibus, nisi expresso id privilegio inuauerint.*
- 136 *Statuti non est habenda ratio, quo canetur posse Canonicos inseruire per substitutos, vel alternatim unum pro alio, quia est contra Conc.*
- 137 *Canonici personaliter ad canendum Missam sunt cogendi illis diebus, quibus ex instituto, & legitima consuetudine illius Ecclesie deobligantur.*
- 138 *Canonicatus, ac dignitates obtinentes, praesertim in Ecclesiis Cathedralibus, Episcopo solemniter celebranti assistere tenentur.*
- 139 *Capitulum, seu clerici inferiores sine Episcopo non possunt statuere de quotidianis distributionibus.*
- 140 *Distributionum amissionem ob non residentiam non potest Episcopus aut Capitulum remittere.*
- 141 *Canonici associantes Pralatum quandoque uolentem audire Missam in Ecclesia extra Cathedrali, non sunt participes distributionum quotidianarum.*
- 142 *Canonici duo interefferentes Episcopo ad mentem S. Canonum non percipiunt distributiones quotidianas, nisi tamen in illis consisterent omnes fructus.*
- 143 *Episcopus Canonicis sibi seruientibus indulgere potest, ut in absentia praebendarum, seu portionum suarum fructus percipiant.*
- 144 *Episcopus Canonicum, seu Capellanum ex causa legitima comprehensa in cap. vi. de cleric. non resid. à residentia sine consensu aliorum Canonice excusare potest.*
- 145 *Episcopus ob legitimam causam potest dare Canonici licentiam absentiae quatuor mensium.*
- 146 *Absens per annum à dignitate, canonicatus, seu praebenda distributionibus est priuatus, &c.*
- 147 *Poenae contra obtinentes canonicatus, & non residentes non procedit in Canonico simplici carente praebenda.*
- 148 *Poenarum gradus praescripti à Concilio contra non residentes, necessario seruandi sunt, antequam deueniatur ad punitionem, alias erit nulla.*
- 149 *Citatio una contra non residentem ante priuationem sufficit si personaliter fiat, si tamen sit absens trina citatione per edictum publicum est uocandus, nec sufficit una pro tribus, aliter enim facta priuatio est nulla.*
- 150 *Fructus praebende, quibus Canonici, qui abfuerunt à seruitio Ecclesie ultra tres menses priuandi sunt, applicandi in usum Ecclesie, aut proportionabiliter seruientibus, & residentibus, num. 152.*

- 151 *Poenam contra non residentes potest Episcopus ante sententiam minuire, vel augere, sed non in totum tollere.*
- 152 *Absens à seruitio suae Ecclesie, ut possit fructus, & distributiones lucrari, duo copulatiue requiruntur, iusta causa absentiae, & licentia Ordinarij.*
- 153 *Concil. Trid. sess. 21. de reform. cap. 3. & sess. 22. de reformat. cap. 3. declaratur.*
- 154 *Auditors Rota Romana consequuntur fructus, & distributiones suarum praebendarum in absentia.*
- 155 *Inquisitores contra haereticam prauitatem habentur in suis praebendis, & dignitatibus pro praesentibus, & residentibus, non tamen in beneficiis curam animarum habentibus.*
- 156 *Collector generalis Camera Apostolica, Subcollectores, Aduocati, Procuratores Fiscales, & Notarij in causis spoliarum, eorum officio durante, lucrantur distributiones quotidianas in absentia.*
- 157 *Concilio generali interefferentes lucrantur distributiones quotidianas.*
- 158 *Limina Apostolorum uisitant Episcopi nomine, vel ipsum comitans ad eadem limina, quotidianas lucratur distributiones.*
- 159 *Poenitentarius dum Confessiones audit censetur pro praesente in choro.*
- 160 *Examinatores beneficiorum à Synodo diocesana electi si causa examinis absint à choro, possunt ex stat. Capituli quotidianas distributiones lucrari.*
- 161 *Curam animarum exercentes, quae illi Ecclesie, ubi sunt Canonici, imminet, dum sunt in actu administrandi Sacramenta, distributiones quotidianas lucrantur.*
- 162 *Uisitant Ecclesiam, iura, vel redditus sua Praebenda, percipit distributiones quotidianas.*
- 163 *Senex beneficiarius quando non residens diuinis officiis habeat quotidianas distributiones.*
- 164 *Obfess datus ab Ecclesia, aut etiam repressariam causa captus, quotidianis distributionibus priuandus non est.*
- 165 *Infirmus, qui personaliter diuinis officiis adesse non potest, quotidianas percipit distributiones.*
- 166 *Intellige si solitus erat residere, & interesse diuinis, dum bene ualebat.*
- 167 *Intellige, etiam si quis propria culpa in morbum incidit.*
- 168 *Medicinam tuenda ualitudinis causa cum Medici consilio sumens, quotidianas percipit distributiones.*
- 169 *Pestis causa, qui abfuerit, quotidianas distributiones non lucratur, nisi consuetudo sit ut darentur absentibus ex legitima causa.*
- 170 *Absentes pro utilitate Ecclesie distributiones quotidianas non amittunt, praecipue stante consuetudine, &c.*
- 171 *Absenti à seruitio Ecclesie ex iusta causa, & pro defensione iurium ipsius Ecclesie, vel sui beneficii, debentur fructus, & distributiones.*
- 172 *Excommunicatus pro causa Ecclesie, & defensione ipsius iurium lucratur fructus, & distributiones beneficii.*
- 173 *Excommunicatus inique distributiones quotidianas exigere potest.*
- 174 *Barbof. de Episcopo Pars III.*

- 175 *Suspensus iniuste, sine ab officio, sine à beneficio, recuperat quotidianas distributiones.*
- 176 *Interdictus iniuste, vel nulliter ab ingressu Ecclesie recuperat quotidianas distributiones, confitto de iniustitia, vel nullitate.*
- 177 *Poenae imposita super Canonicatu, dum Canonici sunt suspensus, debet solui per Capitulum.*
- 178 *Incarceratus iniuste, semota quacumque consuetudine in contrarium, debet percipere distributiones quotidianas.*
- 179 *[Procuratores Generales nullo modo cogi possunt ut apud Sedem Apostolicam, & in Curia Regis Catholici negotia peragant, durante illorum deputacione.]*
- 180 *Clerus, seu status Ecclesiasticus Regnorum Castellae, & Legionis, cum aliquando in uniuersum se congregat, Canonicum aliquem, vel in dignitate Ecclesie constitutum in suam Procuratorem eligere, & ad congregationem huiusmodi dimittere debet.]*
- 181 *Beneficia simplicia obtinentes non possunt cogi per Episcopum ad aliquod seruitium personale in eis faciendum.*
- 182 *Monitiones S. Caroli Borromaei ad Canonicos.*

DE residentia Pralatorum in suis Ecclesiis faciendae agit Conc. Trid. sess. 6. de reformat. cap. 1. & sess. 13. etiam de reformat. cap. 1. & late tractarunt Bartholom. Cazanca in suo speciali tract. de residentia Episcoporum. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 3. c. 2. à num. 4. cum sequentibus, Marc. Anton. Genuenf. in manual. Pastorum c. 3. 1. Azori. instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 4. Vgolin. de potestate Episcopi cap. 4 §. 3. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 30. tract. 4. num. 54. cum seqq. Alphons. Aluarz in speculo iuris Pontifici §. 9. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nau. lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. rub. utrum Episcopi possint se absentare à suis Episcopatibus, vel debeant in eis residere, nouè Sanctarel. variar. resolut. à quest. 1. usque ad quest. 16. Ioan. Valer. de different. inter utrumque forum, uerb. Parochus, differ. 3. Galgan. de iure publico lib. 3. tit. 9. Item super residentia Pralatorum, & aliorum curam animarum habentium, & residere debentium emanauit Constit. Pij IV. incip. In suprema, Dat. Romae Kalend. Decembris 1564. Postea ab eodem Pio IV. super executione Concilij, & litterarum eiusdem Sanctissimi contra Archiepiscopos, Pralatos, & alias personas Ecclesiasticas non residentes in suis Ecclesiis emanauit Motus proprius, incip. Motu proprio, publ. die 11. Maij 1565. Cum praecipuo diuino mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, oues suas cognoscere, ut ait Trid. Synodus d. sess. 23. cap. 1. ideo Episcopos, & Parochos suis Ecclesiis iure diuino ad residentiam compelli resoluunt Caietan. 2. 2. quest. 185. art. 5. Carranza d. tract. cap. 2. Sor. de iustit. lib. 1. quest. 3. art. 1. Couar. lib. 3. uari. cap. 13. Alphons. Aluar. d. cap. 9. vers. de residentia, Nauar. in manual. cap. 35. num. 121. quos refert & sequitur Azor. instit. moral. d. cap. 4. quest. 1. [Mandol. conf. 18. n. 7. Ferrer. conf. 32. ex n. 14. Monet. de commut. vltimar. vol. 6. n. 95. Zypae. in analyt. lib. 3. tit. de cleric. non resid. n. 7. Ceual. commun. 9. §. 5. J. Posseu. de officio Curati c. 1. n. 1. Salzed. ad Bernard. in pract. c. 54. lit. A. in nouiss. Vargas de Episcop. iurisd. axiomate 12. Bott. de Synodo par. 3. art. 1. num. 150. Zechi. de munere

L. Episcopi

Episcopali cap. 5. num. 3. Nicol. Garc. de benefic. par. 3. cap. 2. n. 16. Valq. in opusculo de benefic. cap. 4. §. 2. dub. 1. num. 121. cum seqq. Card. Tusch. verb. Residencia concl. 247 Valent. tom. 3. disp. 10. quest. 3. puncto 5. vers. altera sententia, Monet. de commutat. vlt. volunt. cap. 4. num. 95. & 113. Cordub. in quest. lib. 1. quest. 9. Melch. Galleg. de Parochorum oblig. tempore pestis p. 1. disp. 1. num. 46. cum seqq. Paul. Grisald. in decis. Cathol. verb. Episcopus. Ioan. Baptista Conrad. in resp. casuum Conscient. q. 317. Valer. Reginal. in praxi fori poenit. lib. 30. tract. 3. n. 52. Molfes. in summ. Theolog. moralis. tract. 6. o. 11. n. 13. Sanch. de Matr. lib. 8. disp. 6. n. 5. & in precepta Decalogi lib. 4. c. 37. n. 15. Less. de iustit. lib. 2. c. 34. dub. 29. n. 153. [Lotter. de re benefic. lib. 3. quest. 27. n. 37. Alzed. de praesent. Episc. dign. p. 1. c. 6. n. 4. & 7.] latè Sanctar. var. resol. q. 1. a princ. Contra Alb. de resid. Thom. Camp. & Cather. de resid.

3 *Episc.* Et si huiusmodi Episcoporum residentiam debere fieri in Cathedrali, id est, in loco, ubi est ipsa Ecclesia Cathedralis, dicit gloss. in cap. Episcopus 4. de consec. dist. 3. Marc. Anton. Genuens. d. cap. 31. num. 6. Nam quis dubitat, quod ianitor ad ianuam, villicus ad villam, gubernator navis ad gubernaculum, praecipitor ad scholam, & alij ad sua munera sedere debeant? alioquin qui non residet (cum aliud non abducunt praescripta à sacro Consilio causa, de quibus infra) ostendit se sponsum non esse, sed peregrinum: non patrem, sed extraneum: non pascentem oves, sed se ipsum: non edificantem, sed ferè detrumentem.

4 *Ex non residentia item Episcoporum nonnulla mala sequi manifestum est:* clerici efficiuntur irreligiosi, seculares irreuerentes, perit doctrinae puritas, pauperes nimis patiuntur, & alia munera Pastoralia obiri non possunt. Trid. sess. 23. cap. 1. ubi si sub poenis ibi contentis prohibet Episcopis singulis annis ultra tres menses abesse, & dummodo ex causa rationabili, & sine gregis detrimento, quod an ita sit conscientiae Episcopi relinquatur, non tamen in Aduentu, Quadragesima Nativitate Domini, Resurrectione, Pentecostes, & festis Corporis Christi: ultra verò tres menses non liceat, nisi urgeat Christiana charitas, virgens necessitas, evidens Reipublicae utilitas, evidens Ecclesiae utilitas, & debita obedientia, & licentia est concedenda in scriptis, & approbanda à Papa, aut Metropolitanò, vel viciniori Episcopo, nisi causa sit notoria, & repentina, ita habetur in d. cap. 1. Concilij Trident. Vnde Metropolitanus, vel illo absente Episcopus antiquior, debet providere, ut Provinciales Episcopi iuxta Concilij Decreta in eorum Ecclesiis resident, & super absentia inquirere, Armenar. vbi supra num. 5. & 6. me citato Sanctarel. d. quest. 4. num. 7.

6 *CHRISTIANA CHARITAS* intelligitur proximatorum utilitas, ut si aliqua Ecclesia veretur in magno periculo heresis, & Episcopi praedicatione posset succurri, vel ob pacem Magnatum componendam. Sed ista causa debet intelligi, dummodo in propria Ecclesia non sequatur notabile detrimento, quia esset contra ordinem Charitatis, Cardin. Tolet. in instruat. Sacerd. lib. 5. cap. 4. n. 3. quem refert, & sequitur Marc. Anton. Genuens. d. cap. 31. num. 3. Sanctarel. var. quest. 3. num. 5. Molfes. d. cap. 11. num. 29.

7 *VRGENS NECESSITAS* intelligitur, quando scilicet aliquo gravi morbo affectus est, & nisi locum mutet, vitae periculum imminet, praecipue si Ecclesia sua ex hoc detrimento spirituali

non patiatur, quòd si sequi possit, quia tyrannus, vel haereticus studet nocere ouibus in spiritualibus, tunc debet potius mori, quam deserere gregem, Tolet. d. cap. 4. num. 3. vers. 3. Marc. Anton. Genuens. d. cap. 31. num. 3. Azor. d. cap. 4. quest. 4. Carranza d. tract. de resid. Episcop. cap. 12. vers. secundo, ubi docte asserit quòd si occurrente temporali persecutione personae, & non Ecclesiae, vel aliarum ouium suarum, iuste potest abesse ab Ecclesia durante persecutione, quia Paulus missus est in sporta, ut fugeret Damasci persecutionem Iudaeorum, & Athanasius fugit ab Ecclesia sua instante persecutione Constantini Imper. Arriani, quo tempore exulati multi Sancti Episcopi ab Ecclesiis suis. Quoad primum verò credo verius si Episcopo non licere à sua Ecclesia abesse, etiam propter perpetuum morbum, ut decimum refert Armenar. d. loco num. 4. & 7. nam tempore pestis si Parochi moriantur, vel aufugerint, tenetur ipse Sacramenta propter necessitatem ministrare, ex Diu. Thom. & Soar. resoluit Marc. Anton. Genuens. dist. cap. 31. num. 4.

Vnde ex S. Thom. 2. 2. quest. 185. art. 5. colligunt Caiet. Sor. & Miranda, quos citat & sequitur Valq. in opusculo de benefic. cap. 4. §. 2. art. 1. dub. 2. num. 135. principalem resolutionem procedere quoties non immineret detrimento ouium, si cuius tale detrimento immineret in spiritualibus, ex nulla causa posset abesse, quia bonus Pastor animam suam ponit pro ouibus suis, ut habetur Ioan. 10. Nam munus Episcopale adeò strictè obligat, ut minus aestimare debeat bonus Pastor detrimento propriae vitae, quam detrimento in spiritualibus suarum ouium, quantum curam suscipit, ut egerunt S. Thomas Archiepiscopus Cantuariensis, Stanislaus Episcopus Cracouiensis, & alij plures; idem est si tempore pestis opus sit praesentia Pastoris ad iuuandum oues spiritualibus remediis, eisque Sacramenta praestando, nisi iam possit per alium ad id tempus aequè bene illud praestare; & ita egit S. Carolus tempore pestis Mediolani, nam per seipsum praecipue id praestitit, exponens vitam propriam periculo mortis, ut adiunaret oues sibi commissas spiritualibus remediis & Sacramentis per seipsum & per alios eius exemplo, ut per Carol. à Basilica S. Petri in eius vita lib. 4. cap. 8. & Homobon. de Bonis de humana vita statibus par. 1. cap. 6. propè finem, ubi etiam ait quòd Episcopus tempore pestis etiam cum periculo vitae aliis deficientibus residere tenetur, & Sacramenta instante necessitate ministrare, & citat Soar. de Sacramento extreme unctionis disp. 44. sect. 3. Ioan. Chapeauil. in tract. de necessitate, eo modo administrandi Sacramenta tempore pestis, quest. 3. Benion. in speculo Pastorum lib. 1. disp. 2. quest. 1. quod etiam generaliter de omnibus habentibus curam animarum tradit Fagundez in quinque Ecclesiae praecipua par. 3. lib. 3. cap. 3. Excusatione tamen dignum reputato Praelatum si sine detrimento Ecclesiae suae, & quum ad saluandam propriam vitam abisset, vel fugiat furorem persecutionis, ut se indemnem & incolumem seruans possit melius in vinea sibi commissa laborare, ut fecit S. Athanasius, quia contra ipsum tantum erat persecutio, & oues non patiebantur detrimento, & fuga sua resultauit in maiorem utilitatem, & sui vniuersalis Ecclesiae, ut bene prosequitur Molfes. dist. tract. 6. cap. 11. num. 32.

DEBITA OBEDIENTIA, quando scilicet aliquis à Summo Pontif. vocatur, Salz. ad Bernard. in practico. cap. 54. vers. verius casus. Azor. d. cap. 4. quest.

4. vers. ad tertium. Nam Summi Pont. mandato accessurus ad tempus aliquod breue pro ministerio aliquo, & bono Ecclesiae vniuersalis, vel Reip. Christianae, iuste à residentia excusaretur, dummodo expedito ministerio redeat ad propriam Ecclesiam, quamuis commodè possit supplere per non Episcopum, ita Carranza d. cap. 12. vers. quinto. [An Episcopi tempore Anni sancti possint absque licentia speciali peregrinari ad Urbem Iubilaei adificandi causa, quia Papa in Bulla Iubilaei Anni sancti videtur omnibus Episcopis talem licentiam concedere, ita Benion. de Iubilaeo lib. 5. cap. 5. d. 12. Fabrin. eod. tract. cap. vlt. dub. 14. Lauri. in simili tract. p. 1. cap. 22. num. 14. Gregor. Polachi. in Bullam Urbani VIII. sect. 4. 1. num. 19. nouissimè Bossi. de triplici Iubil. privilegio, sect. 3. casu 22. §. 3. num. 37.]

An iusta possit esse causa, ut quis Episcopus à lege residentiae Summi Pontif. consensu soluat, si sit Curiae Romanae Camerarius, vel Vicecancellarius, vel Summus Pœnitentiarius, vel Cameræ Apostol. Thesaurarius, vel Auditor Rotæ, vel à Secretis, aut Confessionibus Papæ Negatiuè videtur respondendum, si adsint alij satis idonei ad hæc munera, & officia cum Caiet. & Sor. quos refert, & sequitur Azori. d. cap. 4. quest. 5. licet autem iuris diuini sit, ut Episcopi, & Parochi suis Ecclesiis per seiplos inseruiant, & Papa non possit suo arbitratu huius legis rigorem gratia alicuius laxare, poterit tamen iustus de causis, his videlicet, quas recta ratio, & lex charitatis praescripserit, hunc, vel illum hac lege soluere.

Cardinales igitur, cum sint pars corporis Papæ, Moneta de decimis cap. 9. quest. 3. num. 114. & illi assistere teneantur, Flamin. de resig. lib. 2. quest. 1. num. 34. & lib. 7. quest. 1. num. 14. ita ut à Curia sine Papæ licentia non eis discedere liceat. Flamin. lib. 1. quest. 10. num. 27. Camill. Borrell. in summa omnium decis. tit. 10. num. 8. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 24. num. 123. & sequenti. si iustam habent causam, ut absint ab Ecclesiis, quarum sunt Episcopi, ita Martin. Laudens. de Card. quest. 5. & in alio tract. de Cardin. quest. 68. Andr. Barbat. de praesentia Card. quest. 12. Villad. de origine Cardin. quest. 5. num. 11. & 12. & quest. 13. num. 62. Gonz. dist. gloss. 24. num. 118. Hieron. Gig. de resident. Episcopi cap. 17. num. 30. Anastal. Germon. in tract. de indult. Cardin. §. tibi quoad vixeris, num. 10. dum ait se putare quòd si Cardinales agunt in Romana Curia, & à Summo Pontifice inde discedere non iubeantur, perinde esse ac si residerent, quia tacita illa Papæ approbatio videtur dispensatio.] Sed contrarium non sine fundamento tenent Turrian. de residentia pag. 45. Sà verb. residentia. Azori. d. cap. 4. quest. 7. & cap. 6. quest. 1. Sanctarel. vari. resol. quest. 2. Flamin. d. lib. 1. quest. 10. num. 8. Valent. tom. 5. disp. 10. quest. 3. puncto 5. col. 3. vers. sed quaerit. Valq. in opusculo de benefic. cap. 4. §. 2. dub. 2. num. 141. cum seqq. Molfes. in summa. moralis Theologia tract. 6. cap. 11. num. 34. ubi aduertit ideò S. Carolum requisitum à variis Pontificibus, ut ex causis praedictis Romæ resideret, semper se excusabat summa modestia, & ut gregem sibi commissum gubernaret, renūciauit omnibus aliis beneficiis, & Archiepiscopatum Mediolanensem tantum sibi retinuit, & fructus in vltis pauperū expendebat, sibi victus, & vestitus cōtentus, ut in eius vita legitur. [Et decreta Concilij Trident. de personali residentia in Patriarchalibus, Primitiualibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis facienda. Gregor. Barbof. de Episcopo Paris III.

rius XIII. per suum consistoriale decretum declarauit etiam in S. R. E. Cardinalibus locum habere quocunque titulo illis praesent, ita ut à reatu, & poenis in dicto Concilio statutis non excusarentur nisi absentiae causa in scriptis approbata foret, scientiaque vel tolerantia non excusaret eosdem Cardinales, nec alios Episcopos, & hanc declarationem, aliasque Apostolicas constitutiones confirmauit, & approbavit, multaque de nouo statuit S. D. N. Urbanus VIII. prout infra num. 21. in fine. nouissimè stante Bulla S. D. N. Urbani VIII. hanc partem sustinet Diana moral. resoluit. p. 5. tract. 2. de potest. & priuileg. S. R. E. Cardinalium resol. 8.]

EVIDENS ECCLESIAE UTILITAS intelligitur, quando abest ad defendendum iura suae Ecclesiae, vel ob aliud simile vocatus accedit, vel si contingat celebrari Concilium aliquod generale, vel provinciale, quando scilicet durat Concilium, Tolet. d. num. 3. vers. quartus, Salz. d. cap. 54. vers. quartus, Carranza d. cap. 12. vers. tertio, Molfes. d. cap. 11. num. 36. Marc. Anton. Genuens. d. cap. 31. n. 5. me citato Sanctarel. quest. 3. num. 5.

EVIDENS REIP. UTILITAS, intelligitur quando postularerit evidens utilitas suae ciuitatis, aut totius Regni, ita quòd per alios id fieri non potest, post Tolet. refert. Marc. Anton. Genuens. d. cap. 71. num. 6. Molfes. d. cap. 11. num. 36. & Episcopus enim evidenti Reipubl. exigente utilitate potest esse Legatus, siue Orator Principis secularis, ut habetur in cap. cum parati, de appellat. gloss. vni. verb. Legatum, in cap. Episcopus 14. dist. Corset. in tract. de potest. Regia par. vlt. num. 47. Carol. de Grassis de effectibus clericalibus effectibus 61. num. 2. Zechi. de casibus reseru. casu 3. num. 2. [me citato in hoc loco Alzed. dist. p. 1. cap. 6. num. 39.]

In Curia tamen Regum, & aliorum secularium Principum fungentes munere, & officio Regij Praesidis, vel Confessarij, vel Consiliarij, aut Proregis, non eximuntur à residentia suorum Episcoporum, nisi ea sit hominum penuria, ut alij satis idonei minime reperiantur, qui hæc praesent obsequia, nec in hoc Caesaris facultas, de qua in aurb. quom. oport. Episcop. collat. 1. & in aurb. de sanctissimis Episcopis collat. 9. aliquam vim habet, cum sit causa spiritualis Episcoporum residentia, ideò dato communi Reipubl. commodo non Caesaris indulgentia, sed Romani Pont. habita licentia Episcopi ab Ecclesiis suis abesse possunt, prout resoluit Azori. dist. par. 2. lib. 7. cap. 4. quest. 6. [& me citato in hoc loco tenet Diana moral. resoluit. p. 2. tract. 1. resol. 5. in fine.] aliter enim nullo modo existentes in seruitio, aut officiis Regis excusari possunt à residentia, Nicol. Garc. de benefic. par. 3. c. 2. à n. 388. Nam si residentia, ut supra dixi, est de lure diuino, ut Numer. cap. 18. solis filiis Levi mibi seruiantibus in Tabernaculo, & portantibus peccata populi dedi omnes decimas filiorum Israël in possessionem, & Apostol. ad Theff. 1. cap. 3. neque gratis panem accipimus ab aliquo, sed in labore, & fatigatione die, ac nocte operantes, ut nos metipfos formam daremus vobis ad imitandum nos, & Matth. 10. & Luca 10. dignus est operarius mercede sua: & non residere est contra debitam Christi charitatem, nam amor eius non est apud eum, qui paruipendet, quæ maxima sunt Christi, scilicet salutem animarum sibi commissurarum, Alphonf. Alvarez d. cap. 9. propè finem.

19 Meminerint Episcopi elegantia Diui Cypriani verba in *tract. de lapsis*, relata per Cardin. Cæsar. Baron. *annalium Ecclesie tom. 2. anno Christi 253. pag. 301.* & sunt quæ sequuntur: *Episc. p. plurimi (quos & hortamento esse oportet cæteris & exemplo) diuina procuratore contempta audent procuratores rerum secularium fieri derelicta cathedra, plebe deserta, per alienas Prouincias aberrantes, negotiationis questuose nundinas aucupari, esurientibus in Ecclesia fratribus non subuenire, habere argentum largiter, velle fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicantibus fenus augete, quid non perpeti tales pro peccatis huiusmodi merentur?*

20 Meminerint etiam huiusmodi residentiam, non solum præsentiam corporis assiduam, sed etiam mentis sollicitudinem, & charitatis studium præferre debere. Quid si habitans in Ecclesia sua Episcopus in eadem, cum concionandi tempus instat, obmutescat? Quid si de sceleribus profligandis, de virtutibus disseminandis, de subleuanda inopia, de disciplina restituenda, de blasphemis, de aleatoribus, de luxu, & de obscenitate ableganda, nihil, aut parum labore? Quid si in eius Ecclesia non Synodus diocesana quotannis habeatur, non Confirmationis Sacramentum in locis remotioribus ministratur? imò nec diocesis ipsa, nisi per ardua, & non integre visitetur? & quæ alia præcipue à Tridentino Concilio præcepta fuerunt, lentè admodum in vsum inducantur? Siue cum crassa admodum in pluribus diocesisbus Patochorum imperitia deprehendatur; nulla tamen industria adhibeatur, vt lectio Theologica habeatur, vel vt casus conscientie examinentur, siue vt Congregationes aliquot, qua apertiore fieri potest ratione, ad eos instruendos instituantur, seu alia huiusmodi ad illorum fructu subsidia excoigantur? Hic certè nudum potius nomen, ac simulacrum Episcopi in otio, & desidia, quam veri pastoris formam, quæ cum zelo, ac sollicitudine coniuncta esse debet, omnibus referet. Nam quamuis sola corporis præsentia, humano iudicio, Ecclesiasticisque sanctionibus tuti, immunisque esse videantur, sciant tamen non eos supremum illud, acerrimumque Præpotentis Dei tribunal euasuros, nisi & alia multa cum hac personali residentia coniunxerint, quæ eos non specie tantum, sed verè Episcopos, Pastoresque esse declarent. Hinc Concil. Tridentin. diuino præcepto hæc inter cætera illis nominatim mandata esse recensuit: oues suas agnoscere; pro his sacrificium offerre, verbum diuinum prædicare, Sacramenta administrare, bonorum omnium operum exemplo pascere, pauperum miserabiliumque personarum curam paternam gerere, & in cætera munia Pastoralia diligenter incumbere. [Vnde bene Possuin. *de officio Curati cap. 1. n. 3. & ibid. Victorel. n. 10.* omnino videndus, qui postquam multa in hanc rem vtilissima dixit, tandem concludit. *Residentia non solum inter oues habitationem indicat, sed pastorale munus, sed vigilem curam, sed diligens Sacramentorum, & diuini verbi ministerium, per seipsum Ecclesia sua Parochus deseruire debet, &c.* Et paulo inferius. *Non residet enim, qui cum debet & potest, non seruit Ecclesia, si sequitur, officianterque, pastorale munus ob eas, nihil refert an adsit, vel absit, &c.* optimè Iacob. de Graff. in *decis. aureis tom. 1. lib. 2. cap. 97. num. 57* ibi. *Verbum residere significat Ecclesia deseruire, nam debet intelligi cum effectu; alia parum esset residere, nisi cura habeatur de beneficio, &c.* Couar. *lib. 3. var. cap. 13. mem. 8. Gæbr. Vafquez de benef. cap. 4. art. 1. §. 2. dub. 1.*

num. 133. & dub. 4. ex num. 152. Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 2. num. 53. Quare præcepto residentie minimè satisfacere residentem quidem in loco, sed non ex-
eccentem officium suum, proindeque in vtroque foro punibilem esse, mortaliterque peccare, tenet Possuin. *d. cap. 1. num. 11.* neque facere fructus suos resoluit Victorel. *ibidem num. 10.* & Vafq. *vbi proximè, quicquid contrarium teneat Nicol. Garc. d. p. 2. cap. 2. num. 53.*

Abque iusta causa à sua Ecclesia absens Episcopus, qui propria salutis immemor, terrena caelestibus, ac diuinis humana præferens in diuersis curiis vagatur, aut in negotiorum temporalium sollicitudine ouili derelicto, atque ouium sibi commissarum cura neglecta se detinet occupatus, vltra mortalis peccati reatum, quem incurrit pro rata temporis, quo absens, fructus suos non facit, nec tuta conscientia illos retinere potest, sed tenetur eos fabricæ Ecclesiæ, vel pauperibus erogare, Concil. Trident. *di. cap. 1. vers. si quis autem, sess. 23.* Si tamen per sex menses continuos nullo legitimo impedimento, seu iustis & rationabilibus causis cessantibus extra suam diocesim morando abfuerit, ipso facto quarta parte fructuum illius anni priuatur, quæ pars per Superiorem Ecclesiæ applicanda est fabricæ, & pauperibus loci. Quod si per alios sex menses in absentia perseuerauerit, aliam quartam eadem ratione amittit, applicandam per eundem eisdem. Postremò crescente contumacia intra tres menses Metropolitanus de absentia suffraganei Romanum Pont. per litteras nunciūve certiorum facere debet, alioquin elapsis prædictis tribus mensibus ipso facto ingressu Ecclesiæ priuatus est ipse Metropolitanus, ita habetur in Conc. *Trid. d. cap. 1. sess. 6. de reformat.* [me citato in hoc loco Alzed. *di. p. 1. c. 6. n. 11.*]

Bona Patriarcharum, & Episcoporum, cuiuscunque quantitas, mortuorum extra suas Ecclesias contra Concil. Trident. tanquam spolia ad Cameram Apostolicam pertinent per Bullam Pij Quartii, quæ incip. *In suprema militantis Ecclesie*, publicata die 4. Decembris 1564. & exequutorem idem Pius Quartus dedit Auditorem Cameræ, iuxta formam, quæ habetur in Bulla eiusdem, incip. *Cum tam per sacrosanctam.*

[Circa residentiam huiusmodi, S. D. N. Urbanus VIII. in sua constit. incip. *Sancta synodus, sub Die 7. Decembris 1634.* sic nouissimè statuit.

In superque omnes & singulos Ecclesiis Patriarchalibus, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopalibus, & Episcopalibus quocunque nomine, seu titulo præfectos, etiam S. R. E. Cardinales à præfatis suis Ecclesiis absentes in virtute sanctæ obedientie, & sub interdicti ingressus Ecclesiæ, amissionisque tam fructuum earundem Ecclesiarum pro tempore, quo absentia durauerit, quam facultatem testandi, & disponendi de bonis suis à Sede Apostol. sibi alias concessarum eo ipso absque alia declaratione incurrendus, necnon priuationis à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum huiusmodi, aliisque pænis Romani Pont. pro tempore existentis arbitrio infligendus, districtè precipiendo monemus vt omnibus postpositis quanto citius in Romana Curia, videlicet moram trahentes intra vnum, extra eam vero

in Italia intra duos, extra vero Italiam existentes intra quatuor menses à die publicationis presentium in locis infra scriptis faciendæ computandos, quos pro talibus canonicis monitionibus peremptoriisque dilationibus, & terminis respectiue eis assignauimus, & assignatos esse volumus, se itineri committere, & legitimis itineribus ad Ecclesias seu Dioceses suas proficisci, & se personaliter conferre, ac ibidem, vt tenentur, residere debeant, eisdemque præfectis, postquam personaliter ad residentiam se contulerunt, necnon quibuscunque aliis apud suas Ecclesias quandocunque personaliter residentibus sub eisdem pænis etiam eo ipso respectiue incurrendis iniungit ne ab eorum Ecclesiis discedant nisi prius obtenta nostra, & Romani Pont. pro tempore existentis, per Breue, seu litteras missiuas licentia: illos etiam qui imposterum per Nos, seu Romanos Pont. nostros successores alicui præfatarum Ecclesiarum Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum, Archiepiscopalium, & Episcopaliū quouis nomine, vel titulo præfecti fuerint, etiam si S. R. E. Cardinales quandocunque fuerint, vel sint, sub eisdem pænis etiam eo ipso respectiue incurrendis debeant, & quilibet eorum debeat infra præfatum tempus à die eorum promotionis ad aliquam Ecclesiarum præfatarum inchoandum, quod eis pro tribus monitionibus & dilationibus, vt præfertur, ex nunc assignauimus, pariter se itineri committere, & ad Ecclesias siue dioceses sibi commissas ad personaliter in eis residendum conferre: respectiue postquam residere inceperint, ab illis non discedere nisi obtenta à nobis & Romano Pont. pro tempore existente licentia præfata. A quarum pænarum incursum noluit posse aliquem se excusare prætextu & ratione cuiuscunque seruitij quomodolibet præstiti & præstandi pro gerendis & tractandis negotiis quorumcunque Principum, etiam Imperatoris, & Regum, aut Rerum publicarum, Regnorum, & Prouinciarum, nec ratione prosecutionis seu defensionis quarumcunque litium, seu controuersiarum etiam ecclesiasticarum, vel in eundi fœderis, aut cuiuscunque alterius negotij etiam grauissimi, & specialis nota digni, tractandi, vel distantie locorum, aut breuitatis temporis, ob quam non videtur expectanda Sedis Apostol. licentia præfata, antequam à suis Ecclesiis, & Diocesis discedant, aut ratione cuiuscunque alterius cause, vel occasionis etiam publicæ, vel aliæ fauorabilis, & aque pie, etiam cuiuscunque utilitatis, siue necessitatis Ecclesiarum, & personarum, præterquam personalis interuentus in Synodis prouincialibus, vel congregationibus, vel Assembleis generalibus, in quibus Ecclesiastici interuenire solent, vel ratione muneris, aut Resp. officij Episcopatus, vel Ecclesiis maioribus præfatis adiuncti, cuius ratione ad certum tempus occupari solent, & tunc pro tempore, quo illa synodus & congregationes, &

Assembleæ, exercitiumque muneris, seu officij publici ipsi Ecclesiis adiuncti actu durauerint, quibus finitis recto tramite ad Ecclesias præfatas sibi commissas se conferre debeant. A prædicta quoque residentia, & pænarum præfatarum incursum voluit excusari S. R. E. Cardinales, nunc & pro tempore existentes alicui præfatarum Ecclesiarum præfectos, seu præficiendos, etiam si tanquam in ordine priores aliquem ex dictis titulis Episcopalibus prope urbem, vel in eius districtu consistentibus obtineant, & imposterum obtineant, & in prædictis Episcopatibus titularibus vbi proximis resederint, vel in Romana Curia in suis titulis respectiue etiam Nobis, ac Romanis Pontificibus nostris successoribus scientibus, videntibus, & quomodolibet tolerantibus, moram traxerint, itaut nulla nostra ac Romanorum Pont. successorum nostrorum conuentione, taciturnitate, & ad quaruncunque functionum, & actuum Pontificalium etiam publicorum, & solemnium celebrationem, receptionem, & admissionem unquam ueri se possint. Et pro præmissorum & infra scriptorum inuolabili obseruatione committimus, & mandamus C. A. generali nunc & pro tempore existenti quatenus contra omnes, & singulos prædictos tam in Vrbe quam alibi, & vbi que locorum nunc & pro tempore commorantes, & in suis Ecclesiis, seu Diocesis non residentibus per affixionem ad valuas Basilicæ S. Petri, ac in acie campi Flora, & quoad presentes in Romana Curia ad abundantiore cautelam, etiam domi dimissa copia, procedat, & constituto sibi quantum sufficere videbitur summarie, simpliciter & de plano, sola veritate inspecta, & manu Regia, de contrauentione, & inobedientia præfatis vsque ad sententiam exclusiue procedat, & deinde Nobis, & Romano Pont. pro tempore existenti referat, vt Nos ac Romanos Pont. pro tempore existens in Consistoria ad sententiam declarationis incursum pænarum, ac respectiue priuationis, seu depositionis, aliarumve punitionum præfatarum inobedientium valeat procedere. Volumus tamen Episcopos, Archiepiscopos, Metropolitanos, Primates, & Patriarchas etiam S. R. E. Cardinales citra montes, vel mare existentes per quatuor, alios vero ultra montes, vel mare degentes per septem menses continuos à residentia in præfatis Ecclesiis faciendæ ad effectum visitandi limina SS. Apostolorum Petri & Pauli iuxta sacros Canones, & Apostol. constitutiones pro qualibet visitatione excusari, ita tamen vt tunc illi durantiibus visitationis huiusmodi omnes explere teneantur, nec ad alios actus se diuertant. Cardinalibus vero nunc & pro tempore existentibus, qui in casu vacationis Sedis Apostol. ad electionem Romani Pont. faciendam accedere solent ad locum Conclauis ad hoc designati licentiā concedimus discedendi ab Ecclesiis præfatis sibi commissis, habita tamè prius certa notitia vacationis ipsius sedis Apostol.

& extra residentiam in loco in quo electionem huiusmodi celebrari contingeret, commorandi, & permanendi usque ad peractam electionem, ac etiam postea per duos menses postquam Romanus Pont. coronationis sue insignia suscepit, quo tempore elapso presuli Cardinales, nisi illico, ut presertur, ad Ecclesias presatas, quibus presidere eos contigerit, se contulerint, subiaceant panis praeditis, &c.

Incidit dubium super hac constitutione, cui Sacra Congreg. in hac verba respondit, die 3. Februarii 1635. Requiritibus nonnullis Episcopis, Sacra Cong. Cardinalium Concilij Trid. interpretum, habito prius verbo cum Sanctissimo Domino nostro, respondit per constitutionem super Episcoporum etiam S. R. E. Cardinalium residentia ab eodem S. D. N. nuper editam, non fuisse subla tam facultatem ab eodem Sacro Concil. cap. 1. sess. 23. der format. concessam æqua ex causa abessendi aliquantisper ad residentiam, dummodò absentia sparium duos, vel ad summum tres menses non excedat.

F. Card. VEROSPVS.

FRANC. PAVLVTIVS
S. Cong. Concil. Secret.]

21 Episcopi adeo sunt obstricti ad residentiam suam Ecclesiarum, ut ne votum quidem suscipere possint, quo vinculum, per quod sunt suis Ecclesiis addicti & obligati, dirimatur, sine Romani Pontificis licentia, cap. nisi cum pridem, de renunc. cap. licet, de regular. cap. magna, de voto, Azor. in sist. moral. par. 1. lib. 11. c. 16. quas. 2. Sayr. in clavi Regia lib. 6. cap. 5. num. 24. vers. secundo votere, Syluest. verb. votum 3. quas. 1. [me citaro in hoc loco Alzed. dict. p. 1. c. 5. num. 130.] Marc. Anton. Genuenf. dict. cap. 31. num. 10. vbi num. 11. vers. tertio, cum Azori. dict. cap. 16. quas. 2. vers. quares, resoluit Episcopum, qui longinquæ peregrinationis votum fecerit, oportere soluere expensas, quas inter eundem commorandum, & redeundum fecisset, laborem verò peregrinationis cum vigiliis, precibus, ieiuniis, & aliis pietatis officiis commutare debere. Ego tamen tenerem Episcopum ad prædicta non obligari, cum huiusmodi votum longinquæ peregrinationis non possit emittere sine Papæ licentia, ut tenet Panormit. in dist. c. magne, quem refert, & sequitur Alphons. Alvarez in speculo Iuris Pontificij c. 9. in princip. pag. mibi 27. & optima ratione probat Sanch. in præcepto Decalogi tom. 1. lib. 4. c. 25. num. 41. vbi num. 42. asserit quòd licet aliqui accipiant votum eundi in subsidium Hierosolymitanum quasi illud emittere & exequi inconsulto Romano Pontifice sit integrum Episcopis, id tamen hodie non est licitum, cum aditus non pateat in Terram sanctam sine Pontificia licentia.

Si tamen votum Episcoporum sit modicæ peregrinationis, vel precum, vel abstinentiarum, quæ munus exequi non impediunt, est absolutum, & obligat nulla Pontificis expectata licentia, quia nulla alia ratione ea necessaria est, nisi ne impediatur munus ad quod exiustitia teneret Episcopus, ac proinde exequutio votorum non impediendum nulla indiget licentia, nec pendet à dominatiua alicuius potestatis, sed in eis est sui iuris ad vouendum. Ita Angel. verb. votum 2. quas. 1. Syluest. eod.

verbo 3. quas. 1. Tabien. eod. verbo 5. quas. 1. num. 2. Azor. dict. cap. 16. quas. 2. Iacob. de Graff. in aureis decis. par. 2. lib. 2. cap. 12. num. 2. Sayr. in clavi Regia lib. 6. cap. 5. num. 24. vers. secundo votere, Soar. de Relig. tom. 2. tract. de voto lib. 3. cap. 4. num. 10. quos refert, & sequitur Sanch. d. cap. 25. num. 43.

Sic etiam sine Papæ licentia [Episcopi, aut in Episcopali dignitate constituti ad Religionem admitti non possunt, quia status Episcoporum altior est statu Religiosorum, & ita ab illo ad istum non est transitus sine dispensatione Summi Pontificis,] dict. cap. licet, vers. illa, Menoch. de arbitrar. casu 423. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 18. num. 377. vers. postremo, Marc. Anton. Genuenf. in prædicab. Eccles. quas. 502. num. 3. [Miranda in man. rom. 1. quas. 17. art. 3. Soar. de Relig. tom. 3. lib. 1. cap. 19. num. 13. me citaro in hoc loco Lezana d. c. 24. num. 11.] † nec est iusta causa resignandi Episcopatum, si Episcopus velit ingredi religionem approbatam, causa mutandi statum, ad vitam, cap. suggestum 7. quas. 1. cap. suscitatus 7. quas. 5. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 3. num. 31. in fine, Flamin. de resign. lib. 5. quas. 3. num. 233. tenebitur tamen, quantum in se fuerit, à Papa facultatem petere abdicandi se à munere Episcopali, Azori. dict. quas. 2. vers. quares, Marc. Anton. Genuenf. d. cap. 31. num. 11.

An qui vouit religionem, possit fieri Episcopus non adimpleto voto? Quæstio est, in qua text. in cap. per tuas 10. de voto, dicit, quòd prius debet adimplere votum, Marc. Anton. Genuenf. dict. cap. 31. num. 12. Iacob. de Graff. in aure. decis. par. 1. lib. 2. cap. 24. num. 12. Valer. Reginald. dict. lib. 18. num. 382. [Lezana dict. cap. 24. num. 27. in fine.] Sed dubio non caret, cur Episcopus creatus post simplex religionis votum, teneatur Episcopatu relicto ad religionem transire, cum votum non infringat, qui commutat in melius, cap. peruenit, in 2. de iureiur. & status Episcopi sit perfectior statu regulari, cap. veniens, eodem tit. cap. licet, de Regularibus.

Quare sunt aliqui qui asserant Summum Pontif. in dict. cap. per tuas, loqui de consilio, ibi, consilium, cum nulla sit culpa acceptare Episcopatum, & ob id non implere religionis votum, ita Fr. Etzman. in summa tom. 2. cap. 6. n. 6. Henriq. in sum. lib. 10. de Sacram. Ordinis, cap. 32. num. ult. in com. littera I, Marc. Anton. Genuenf. d. num. 12. Verùm dicendum puto hunc tenere dimisso Episcopatu ad religionem transire, quia acceptans Episcopatum, admittit impedimentum religionis promissæ, & sic erit voti reus, quamuis enim non repugnet, ut religiosus fiat Episcopus, repugnat tamen ut Episcopus fiat religiosus, quia oportet illum prius fieri nouitium, & in operibus humilibus versari, quæ dignitatem Episcopi dedecent, ita post Angel. Syluest. Tabien. & alios, tenent Sanch. in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 18. num. 5. Azori. dict. c. 16. quas. 2. & cap. 22. quas. ult. & parte 2. lib. 3. c. 32. quas. ult. vbi respondens ad obiectionem illam de statu Episcopali, quòd sit perfectior statu Religiosorum, asserit eam nihil euincere, quia votum sub præcepto cadit; Episcopatus verò consilij, non præcepti opus est: & ad illud quòd licitum est transitus à religione ad Episcopatum, respondit huiusmodi transitum fieri auctoritate Summi Pontif. non propria voluntate religiosi.

Ex quibus difficilis redditur text. in cap. unico distinct. 35. ibi, vel si tactis, &c. quatenus probat iura

mentum factum à quodam Archidiacono de non acceptando Episcopatum validum censerit, & colligit glof. ibi verbe, Sacrosanctis, difficultas ex eo prouenit, † quia illa iuramenta non sunt obligatoria, quæ melioris boni fuerint directè impeditiua. D. Thom. 2. 2. quas. 89. art. 7. ad 2. & quodlib. 5. artic. 27. Abb. in cap. si verò. num. 3. de iureiuran. Couar. in cap. quamuis, par. 1. §. 6. num. 7. Sayr. in clavi Regia lib. 5. cap. 7. num. 3. Soar. de relig. tom. 2. lib. 2. de iurament. cap. 17. num. 7. cum seq. atqui acceptatio Episcopatus inter opera meliora censerit debet, ex reg. cap. in scripturis, & cap. qui Episcopatum 8. quas. 1. Igitur iuramentum de illo non acceptando inualidum debet iudicari. Confir-matur deinde difficultas, quia † iuramentum de non ingrediendo religionem, non obligat, secundum supra citatos: sed status Episcopalis est perfectior statu religionis, ille namque status est perfectior, qui magis charitatem attingit, qualis est Episcoporum, quia consistit in officio pastoralis, iuxta illud Ioan. 10. bonus pastor. &c. Tridentin. sess. 13. de reformat. cap. 1. ob idque præ omnibus aliis statibus charitatem attingere dicendum est, iuxta illud Ioan. maiorem charitatem, &c. refertur ad hoc propositum in cap. nisi cum pridem, §. quippe, de renunc. & hinc fit, quòd facilius indulgetur, ut monachus ad Episcopatum ascendant, quam præsul ad monachatum descendat, ut probat opt. text. in d. cap. nisi, vers. nec putes, text. idem opt. in cap. licet, vers. illa, de Regular. D. Thom. 2. 2. quas. 84. artic. 1. ergo à fortiori iuramentum de non acceptando Episcopatum obligatorium non est ceniendum, argumento authent. multo magis, C. de sacros. Eccles.

Vnde minimè valere votum non procurandi, aut non acceptandi Episcopatum, eo quòd impediatur perfectio Ecclesiæ statum, illique utilissimum, asserunt Roman. sing. §. 07. Nauar. in man. cap. 12. num. 16. D. Barbosa. in l. alia §. eleganter, num. 28. ff. soluto matrim. Azor. in sist. moral. par. 1. lib. 11. cap. 5. quas. 1. vers. quares an eiusmodi.

20 Vnde ad text. in d. cap. unico, respondententes Abb. in dicto cap. si verò, num. 4. Selu. de iureiuran. par. 3. quas. 1. num. 21. Angel. & Syluest. verb. iuramentum, §. 3. D. Antonin. par. 2. tit. 10. cap. 6. §. tertius casus, & alij citati à Soar. dict. lib. 2. cap. 13. num. 14. asserunt † iuramentum illud attendi in specie illius text. non quia fuit validum, aut obligatorium, sed quia illud emittens mortaliter peccauit in actu iureiurandi: licet enim simpliciter iurans se non facturum aliquid opus consilij, & perfectionis venialiter tantum peccet, ex sententia Diui Thomæ d. art. 7. ad 2. vbi Caietan. Sor. de instit. lib. 8. q. 2. art. 3. conclus. 5. Couar. d. n. 7. Nauar. in man. c. 12. num. 16. & aliorum, quos refert, & sequitur Sayr. lib. 5. c. 4. n. 36. Nihilominus tamen mortaliter peccat, qui iurat nunquam se illud opus facturum, quia includit casum necessitatis, in quo iam non ex consilio, sed ex præcepto tenetur, ut per glof. verb. sacrosanctis, in princip. in d. cap. unico Couar. d. num. 7. Nauar. dict. num. 16. Sayr. dict. num. 36. Vnde quia Archidiaconus, de quo in dict. cap. unico, iurauit se nunquam Episcopatum acceptaturum, ut text. habet, utique mortaliter deliquit, ut aduertit Caietan. 2. 2. quas. 89. art. 7. ad 2. & idè ad Episcopatum non promouetur.

31 Verùm hic intellectus nullo modo est admittendus, quia peccatum mortale non impedit promouendum, nec sufficit repellendum electum, cap. sicut, 27. iuncta glof. 1. de iureiuran. glof. verb. emen-

22 Verùm hic intellectus nullo modo est admittendus, quia peccatum mortale non impedit promouendum, nec sufficit repellendum electum, cap. sicut, 27. iuncta glof. 1. de iureiuran. glof. verb. emen-

dato, in cap. distinctio 22. quas. 4. sic aliàs solum illud peccatum impedit promouendum, quòd vel irregularitatem inducit, vel factem talem præ se fert infamiam, ut morum honestatem tollat, ex Felin. in cap. dilectus, num. 4. de except. Couar. in cap. alma par. 1. §. 8. num. 4. Deinde verius est Archidiaconum iurantem, de quo in dict. cap. unico, nullum commississe peccatū in ipso actu iurandi, ut infra ostendetur; ergo non propter peccatum est ab Episcopatu repulsi. Quare Sor. lib. 8. de instit. quas. 1. art. 7. in 2. arg. asserit Archidiaconum illum fuisse coactum à Pontifice accipere Episcopatum, eo quòd iudicatus fuit Ecclesiæ necessarius, & idè oportuisse infringere iuramentum. Sed hic intellectus nullum habet fundamentum, imò litteræ omninò repugnat, & Epistolæ originali Gregorij, ex qua text. desumitur, cuius verba ad hoc propositum refert Soar. d. cap. 13. num. 15.

Reiectis igitur his, atque aliis intellectibus tu die in hoc euentu iuramentum duobus modis fieri posse: priori modo, quando, verbi gratia, iuramentum generaliter fit de non acceptando Episcopatum, animo etiam resistendi Superiori præcipienti, ut accipiat: item animo non acceptandi quantumcunque vrgens necessitas, vel utilitas Ecclesiæ id exposcat, & tale iuramentum peccatum mortale includit, tam in actu iurandi, quam in sui obseruantia, & idè nullatenus est obligatorium: posteriori verò modo potest fieri hoc iuramentum cum debita moderatione, videlicet non acceptandi Episcopatum, nisi necessitas, vel utilitas Ecclesiæ, aut præceptum Superioris interueniat, iuxta reg. cap. venientes, de iureiuran. In hoc vltimo casu dubium est, an obliget iuramentum extra casum necessitatis, in quo resolue quòd sic, quia tale iuramentum simpliciter est de meliori bono, nec in actu iurandi, nec in sui obseruantia aliquod datur peccatum, quamuis glof. d. verb. sacrosanctis, existimet committi saltem in hoc iuramento peccatum veniale, sed immeritò: licet namque Episcopatus sit status perfectionis, d. cap. qui Episcopatum, d. cap. nisi cum pridem, vers. quippe, d. c. licet, vers. illa, eius tamen acceptatio ob honorem, & diuitias ei inhærentes, & ob alia pericula adeò à perfectione recedit, ut optimum consilium sit illud non acceptare, imò erit opus minus perfectum illud accipere, nisi quando vrgat utilitas Ecclesiæ, vel præceptum Superioris, iuxta doctrinam Gregor. lib. 13. moral. cap. 13. & resoluta per Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 8. num. 37. Hoc supposito resolute Archidiaconum, de quo in d. cap. unico, non iurasse iuxta priorem modum, sed tantum iuxta posteriorem, in quo nullum commisit peccatum, vnde cum iuramentum non sit melioris boni impeditiuum, ex supradictis, suam habet vim obligandi, atque adeò impedit promouendum, iuxta illum text. quem sic interpretantur Caiet. dict. artic. 7. ad 2. Sayr. lib. 5. cap. 7. num. 3. Soar. dict. cap. 13. num. 13. eius sequentibus.

Quis autem sit Prælati potens cogere ad acceptandum Episcopatum, non abs re dubitari potest, in quo dubio Valent. 2. 2. dist. 10. quas. 3. pun-cto 3. col. 5. conclus. 6. quem refert, & sequitur Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 4. cap. 8. num. 38. ait optimè, nullum Prælatum etiam Religionis posse ad id cogere, sed id esse solius Pontificis, quòd eius sit ad id cogere qui potest Episcopos confirmare.

Episcopum non residentem in sua diocesi, alternatiua non gaudere, declarauit Sacra Concilij 34
Con

Congregat. prout referunt Galet. in *margarita casuum conscient. verb. Episcopus*, Stephan. Grarian. *disceptat. forens. cap. 156.* Aloyf. Ricc. in *praxi fori Ecclesj. decij. 540 in prima edit. & resolut. 462. in secunda edit. Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss. 43. n. 84.* vbi asserit, quod cum quidam Episcopus Hispaniæ abellet à propria diocesi pro exercitio sui officij Inquisitoris Generalis in Curia Hispaniarum Regis, vbi Generalis Inquisitor cum suo Tribunali residere solet, & instantè supplicasset Clem. VIII. quod concederet indulgentiam speciale, vt posset gaudere beneficio alternatiuæ, quamuis non resideret in proprio Episcopatu, illud obtinere non potuit. [me citato in hoc loco Alzed. d. p. 1. cap. 6. num. 66. nouissimè Castr. Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 23. §. 1. num. 2. vbi refert quod de anno 1603. Maximilianus ab Austria Episcopus Segobienfis gaudens alternatiuè à suo Episcopatu ad domum de Escorial. profectus fuit causâ inuiscendi Regem Philippum III. eius cognatum, & vt ei gratias ageret ob id quod ad Archiepiscopatum Compostellanum illum praeserauerat, & cum duobus tantum diebus ob hanc urgentem causam à suo diocesi discessisset, euenit vt beneficium quoddam in ea tunc vacaret, cuius prouisionem credens sibi competere contulit D. Hieronymo de Padilla eius Vicario, sed à Papa vti reseruatam alteri prouisum fuit, & cum causa commissa esset in Rota, tandem resolutum fuit sub die 26. Martij 1604. non esse locum alternatiuæ, sed potius reseruationi, & num. 3. adhærens opinioni Garciae contra Gonzales resoluuit locum non esse alternatiuæ si Episcopus coactus timore mortis, vel violentia impeditus à sua diocesi abfuerit.] Nec obstat quod Flamin. de rescript. lib. 1. quæst. 10. num. 58. dicat declaratum fuisse contrarium, quia respondet Gonzal. d. loco id procedere attento tenore regulæ Greg. XII. in qua tunc non erat apposta dictio illa, vt. prout ad praesens adest in moderna regula, quæ veteri residentiam præcisè requirit, refert Nicol. Garc. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 467. & tenet Moneta de optone, cap. 3. num. 79. in vltima editione, vbi num. 97. cum Gonzal. d. gloss. 43. à num. 136. resoluuit, vt mensis dicatur Ordinarius, vigore alternatiuæ acceptatæ non requiri integram residentiam illius mensis, in quo vacat beneficium, sed sufficere maiorem partem eiusdem.

35 Quæstio est non contemnenda, an Episcopus absens ex causâ à Concilio approbata fruatur alternatiua, quam Sanctissimus concessit verè & personaliter dumtaxat residentibus? in quo dubio variè decifum fuit, illud tamen obtentum cum referretur ad Sanctissimum, quod non fruatur Episcopus alternatiua, quando abest etiam ex causâ à Concilio approbata, idque ad tollendas lites, quæ orti possunt super hoc articulo, quæ causâ sit approbata, vel non; ita Sanctissimum respondisse referunt idem Garcia in addit. ad d. cap. 1. num. 463. Ioan. Anton. Massob. in praxi habendi concursum prel. 23. dub. 3. secundum Romanam impress.

36 Deinde non abs re dubitari potest, an Episcopus, qui ob eius absentiam amisit alternatiuam, retineat aliquod tempus ad conferenda beneficia? In quo dubio olim Rota tenuit in vna Salmonen. Canonicius corâ D. Cantuccio, quarta Maij 1583. Episcopum absentem à diocesi posse conferre beneficium vacans quouis quatuor mensium, licet acceptauerit alternatiuam, sequuntur Anastaf. Germon. de indultis Cardinalium §. volumus, 18. Franc. Leo in thesuro fori Ecclesiast. par. 1. cap. 18. n. 4. Moneta

d. quæst. 3. num. 95. propè finem. Verum ab illa decifione Salmonen. Canonicius recessit Rota in alia Salmonen. alternatiua 14. Maij 1610. coram Illustrissimo Lancelloto, vbi dubitatum fuit, an collatio beneficiorum vacantium in mensibus Martij, & Septembris, Episcopo à sua diocesi abente ad Episcopum, vel potius ad Summum Pontif. spectaret? Super quo dubio Rota consulta respondit collationem pertinere ad Sum. Pontificem cum isti duo menses, qui alias sunt Ordinarij, vigore acceptationis, alternatiuæ efficiantur Apostolici, eam refert, aliamque in proposito adducit, contrariis bene respondens Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesj. decif. 684. in prima edit. & resolut. 582. in secunda edit. & antea fuisse decifum in vna Mauricen. Canonicius 15. Nouembris 1593. ac etiam sepe, dicit Gonzal. gloss. 43. num. 134. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. disp. 2. puncto 23. §. 2. num. 4.] quamuis illis respondere frustra elaboret. Garcia in addit. ad d. c. 1. n. 691.

Per absentiam enim Episcopi à sua diocesi nec resoluuit alternatiua in prauidicium Papæ, itaut Episcopus possit redire ad suos menses ordinarios, neque aliud inducitur quàm simplex suspensio vsus alternatiuæ in prauidicium ipsius Episcopi absentis. Ratio primi dicti est, quia acceptatio alternatiuæ facta in vim regulæ habet vim cuiusdam contractus nominati, videlicet permutationis, vt censuit Rota apud Mohedan. decif. 3. num. 1. de rescript. Nam Papa ex illis octo mensibus quatuor communicat Episcopo, Episcopus verò ex illis quatuor duos communicat Papæ: vnde etiam adhuc res foret integra, quia scilicet adhuc Episcopus non inceperat conferre in mensibus alternatis, non posset recedere à tali contractu, nisi concurrat etiam voluntas Papæ, l. 1. C. quando liceat ab empt. disced. l. nihil tam naturale, vbi Dec. & alij. de regulis iuris, & fuit decifum in Faentina Canonicius 16. Decembris. 1585. coram Blanchetto, & in d. Salmonen. alternatiua.

[Alternatiuæ acceptatio ex quibus probetur? vide Seraph. ecf. 146. num. 1. cum seqq. vbi num. 3. subdit quod alternatiua ab Episcopo recusata, amplius non reuocatur, sed dicitur consumpta.]

37 Verum, vt occasione præcedentis quæstionis omnia, quæ in materia occurrere possunt, breuissimè discutiantur, & quid in ea tenendum, ostendatur, sub duplici quæstio ea resoluenda putauit, videlicet vtrum menses alternatiuæ debeant esse integri, vt Episcopus ea frui possit? exèpli gratia. si Episcopus habet alternatiuam acceptatam sit absens à sua diocesi principio mensis Februarij, Aprilis, aut alterius alternati, & reuertatur in eodem mense, an gaudeat alternatiua in beneficiis vacantibus in tali mense post reditum ad Episcopatum? Deinde si Episcopus secunda Februarij, vel alterius mensis alternati acceptet Romæ alternatiuam, an ea gaudeat in beneficiis post acceptationem vacantibus in tali mense? In quibus dubijs decidendis quatuor infra scriptæ regulæ sunt constituendæ, ex optimo cuiusdam moderni in hac re iudicio.

38 Prima regula. Alternatiua acceptatione recepta in Dataria in aliquo mense Apostol. non incipit vsus illius, nisi toto mense peracto, secus si in mense Ordinarij. Secunda regula. Mensis Aprilis, & Octobris semel facti Apostolici, propter absentiam ordinarij, semper remanent Apostolici, quamuis ipse reuertatur de nouo. Tertia regula. Menses Februarij & Augusti, semel per absentiam Ordinarij facti Apostolici, tales esse non desinunt reuertente Ordinarij ad suum Episcopatum, in qua recedo à regula constituta, in prima impressione

impressione. Quarta regula. Menses Iunii & Decembris nunquam sunt Apostolici, quamuis Ordinarij nunquam resideant.

39 Fundamentum autem prædictarum regularum apertius patebit, si primo consideremus, quod in alternatiuæ acceptatione dicitur Ordinarius quasi contrahere cum Papa, sub specie cuiusdam permutationis mensium, ex allegatis per Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 43. num. 106. & gloss. 58. num. 14. Vnde ratio postulat, quod æqualitas inter Papam, & Episcopos seruetur, sicut inter omnes contrahentes de iure seruari iubet, text. in l. si id quod, §. fin. ff. de res. vend.

40 Quod autem seruata sit æqualitas in supradictis regulis appareat, ex eo quod Papa iuxta primam regulam 8. alias 9. Cancellarie partem habet octo menses, nempe Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Nouembrem; Ordinarius vero quatuor, Martij, Iunij, Septembris, & Decembris. Vnde in alternatiua lucratur Ordinarius menses Aprilis, & Octobris, mutaturque Martij pro Februarij & Septembris pro Augusto, menses autem Iunij & Decembris nec lucratur, nec mutatur, sed illos retinet, vt prius, quos ideò menses fixos appellamus.

41 Quapropter primæ regulæ ratio in eo consistit quod acceptatio, vel non acceptatio alternatiuæ est in sola facultate Ordinarij, qui si acceptauerit in principio alicuius sui mensis sibi imputet, cum potuisset expectare finem talis mensis; si vero acceptauit in aliquo mense Papæ, non est rationi consonum, vt hoc Papæ præiudicet, cum ipse etiam posuerit in facultate Ordinarij quando velit acceptare alternatiuam, [me citato in hoc loco Alzed. d. p. 1. cap. 6. num. 75.]

42 Secundæ regulæ ratio ea est, quia Ordinarius lucratur illos duos menses Papæ, Aprilis, scilicet, & Octobris, abique aliqua mensium ipsius permutatione, & nullo alio nisi residentia onere adiecto. Vnde cum eos gratis accipiunt, æquissimum erit, vt quantumque paruo tempore à sua diocesi abfuerit, illos amittat, ita vt semel facti Apostolici semper remaneant Apostolici, vsque ad vltimum diem illius mensis, quo abfuerit.

43 Tertiæ regulæ ratio in eo fundatur, quia licet aliqui asserant quod Ordinarius non ita simpliciter accipit à Papa menses Februarij, & Augusti, sed in cambium Martij & Septembris. Vnde cum nullo casu possit Ordinarius ex parte Papæ iterum habere Martij & Septembris, iustissimum etiam erit quod Papa non ita absolute, & rigore stricto recuperet Februarij & Augusti, sed sit satis quod per illud solum tempus, quo fuerit absens Ordinarius, Papa prouideat beneficia vacantia in sua diocesi, reuertente vero ad eam Ordinario desinant esse menses Apostolici. Verum hanc rationem optimo iure refutat Massob. in sua praxi habendi concursum. prelud. 23. Quemadmodum enim Papa concessit Episcopis gratiam hanc distributiue in singulos alternatos menses propter residentiam, ita censetur exigere eandem residentiam in singulos eosdem menses integros, adeò quod non sequuta residentia initio mensis illico torus mensis sit affectus, neque superueniens residentia in ipso mense tollat eam affectionem, quæ semel à principio totum mensem tanquam vnum indiuiduum pernat, quemadmodum, qui diuinas operas dare damnatus est, si non à manè, sed à sexta diei hora der, nihil dedisse videtur. l. 2. ff. de annis legat. Mens enim Papæ concedentis, & Episcopi acceptantis, sufficit vt ex illa distributione temporis in menses certos dicatur constitutum indiuiduum, id quod alias natura diuiduum est, l. cum eiusdem ff. de adlit. edito. Vnde si initio mensis Episcopus, vel per momentum abfuerit à sua diocesi, nihil illi proderit si eodem mense redeat antequam vacet beneficium, quominus Papa de eo prouideat: reseruat enim reg. 8. Cancell. non beneficia vacantia in mensibus ibi enumeratis, sed ipsos menses, & sic partem anni integram, proindeque cum initio mensis propter absentiam Episcopi, sit lus quæsitum Papæ ratione mensis, semper ille mensis remanet reseruat, vt in Papen. beneficij infra relata, & prius in Faentina Canonicius 16. Decembris. 1585. coram Card. Blanchetto, & exactè fuit etiam deductum decif. 144. à num. 1. p. 2. recent. [Germon. de indultis Cardin. §. volumus autem, ex num. 21. Lotter. dere benefic. lib. 2. q. 40. num. 87. vbi num. 88. subdit, quod quamuis Garc. dict. cap. 1. ex num. 695. & Gonzal. dict. gloss. 43. ex num. 140. reluctentur contra Rotæ auctoritatem, ea possimum ratione quod simpliciter debeat attendi tempus vacationis in statuenda, vel excludenda vacatione, iuxta doctrinam Archid. in cap. statutum, sub n. 2. vers. Guilielmus enim, de prebend. in 6. Rota diuers. p. 3. lib. 3. decif. 774 num. 3. & 10. attamen hæc ratio nihil valet, cum vinculum reseruationis iniectum sit à principio mensis, & illud totum, tanquam vnum quid integrale, peruat, vti iam dictum est, quapropter quocumque vacet beneficium, semper dicitur reseruatum Papæ, & licet iam inspecto tempore vacationis, optime diceret intrare reseruat.] E conuersò si initio mensis præsens fuerit Episcopus & vacauerit beneficium, illudque vi alternatiuæ contulerit, moxque recesserit, nihilominus irrita erit illius prouisio, & Papa prouidebit tanquam de reseruat; nam ab euentu colligitur Episcopum non habuisse animum residendi per totum mensem. §. pavonum, vers. reuertendi autem animum, Inst. de rerum diuis. perinde ergo est ac si nec tunc præsens fuisset, quia non dicitur is esse in loco quem corpore occupat, qui mente, & animo abest. l. postliminij §. captiuus ff. de capt. & postlim. reuers. cum latè adductis per Rot. apud Ludouic. decif. 70. num. 3. & 4. & per totam: residentia enim non constituitur ex sola præsentia, seu ex commoratione continua. Archid. in cap. licet canon. num. 5. de elect. in 6. & ita resoluuit Rota in his terminis, in vna Elecen. beneficij S. Saluatoris 30. Octobris 1602. coram bonæ mem. Card. Lancelotto, quæ legitur impressa inter recent. p. 4. decif. 613. num. 1. & rursus 15. Nouembris eiusdem anni 1602. coram Penia, quas rescripsit Marchelan. tom. 1. fol. 350. num. 4. [Vnde si Episcopus verè residet tempore vacationis, nec detur præexistens aliqua causa remigrandi ad alium locum, in quo teneretur residere, verum tamen post factam prouisionem, recessit à sua residentia itaut nullo modo possit dici quod per totum mensem verè ac personaliter residerit, prouisio iam facta valet, quia cum illa fuerit facta de tempore habili, ex quo vere & personaliter residere debet, non debet retrahari, licet casus postea eueniat, à quo non possint inchoari, cap. factum legitime 73. de regul. iuris in 6. & in his terminis induxit & probauit Rota in dict. Papen. beneficij, & resoluuit Lotter. dict. lib. 2. q. 40. à num. 83. Verum si præsumatur in Episcopo animus perpetuo apud suam Ecclesiam non morandi propter necessitatem sibi iniectam aliò remigrandi, ex munere aliquo antea suscepto, quod itidem personalem exigat residentiam,

dentiam, quævis non solum tempore vacationis, sed etiam initio mensis, & per totum continuatiue præsens esset, minimè gauderet beneficio alternatiuæ, quia cum non detur animus perpetuè morandi apud suam Ecclesiam, non potest videri residens, neque enim is dicitur esse in loco, quem corpore occupat; dum mente & animo abest, dicitur, *l. postliminiy*. abesse autem mente intelligitur dum præexistit causa remigrandi in locum, in quo consuevit continuam habere residentiam. §. *in his autam animalibus*, *Instit. de rerum diuis.* & ita concludit Rota apud Gregor. X V. *decif. 70. n. 3. & 4.* & prius idem censuerat in eadem causa. *Eluen. beneficij S. Saluatoris 30. Octobris 1602.* coram Card. Lancelotto, impressa p. 4. *diuers. decif. 613. num. 1.* & in eadem die 15. *Novembris eiusdem anni*, coram Perna, impressa per Marches. *de commissiomb. tom. 1. pag. 350. num. 4.* refert Lotter. *d. lib. 2. q. 40. num. 81. & 82.*

Vtrum autem quando Episcopus fuit præsens tam in principio mensis, quam tempore vacationis, sed ante ipsam vacationem recessit ad medicum tempus possit, uti alternatiua? Hic casus difficilis est, vnde in vna Regien. Canonatus coram R. P. D. meo Pirouano articulo hoc sæpius proposito, domini suffragia semper fuerunt, ita æqualiter selecta, ut non potuerit capi resolutio, adeo quod in vltima positione, quæ fuit habita sub die *Veneris 26. Maij 1628.* iussum fuerit causam omnino concordari, in qua erat Aduocatus pro prouiso Apostolico Lotterius, ut ipse testatur *d. q. 40. n. 92.* quo loci, & numeris seq. probat neque hoc casu posse Episcopum uti alternatiua in eo mense.]

44 Quarta regulæ ratio in eo constituitur, quia cum Papa retineat sibi medietatem suorum octo mensium, Ianuarij scilicet, Maium, Iulium & Nouembrem, in quibus nullo casu voluit posse competere Ordinario ius aliquod, etiam perpetuè residenti, æquissimum etiam erit quod Ordinarius sibi etiam retineat medietatem suorum quatuor mensium, Iunium scilicet, & Decembrem, in quibus nullum vnquam ius possit competere Papæ, Ordinario nunquam in sua diocesi residente. Colliges hæc omnia ex elegantibus, & elaboratissimis Sacre Roræ decisione, quam huic nostro tractatui adiungere operæ præterit duxi, cum omnia, quæ in materia desiderari possunt, ibi plenissimè adducantur, & eleganter discutiantur, quæ quidem, post primam huius tractatus editionem, refert etiam Ioan. Anton. Mallobr. in *praxi habendi concursus prel. 23. dub. 2. à num. 5. secundum Romanam impress.*

R. P. D. Martino Andrea Papien. Beneficij, Luna 10. Aprilis 1617.

45 Præsupposito quod Episcopus Papien. esset in possessione conferendi beneficia suæ Diocesis vigore Alternatiuæ acceptatæ.

Et quod fuerit absens à sua Diocesi per aliquot menses, & in principio mensis Aprilis, quodque ad eam redierit die 10. vel 11. d. mens. 1615.

Et quod 14. eiusdem Aprilis extra Rom. Cur. vacauerit beneficium simplex Canonatus nuncupat. Plebes Cairi Papien. Diocesis Episcopo iam residente.

Et præsupposita prouisione Apostolica dicti beneficij vigore regulæ viij. facta in personam Ioannis Baptistæ Naldini.

Et præsupposita prouisione Ordinarij eiusdem

beneficij facta vigore dictæ Alternatiuæ in personam Ludouici Somaſci.

Fuit, me proponente, dubitatum, An collatio huiusmodi beneficij spectaret ad Papam, vel ad Episcopum? Quo dubio sæpius proposito, & mature discussio, tandem sub die 10. Aprilis 1617. Rota censuit collationem spectare ad Papam.

Ratio decisionis fuit, quia licet beneficium vacauerit in mense Aprilis, Episcopo tunc residente, qui mensis vigore Alternatiuæ spectat ad Ordinarium; attamen cum Episcopus in principio mensis fuerit absens, cessauit commodum alternatiuo ad eius fauorem, & fuit acquisitum ius Papæ, ita ut totus mensis fuerit ei reseruat, ut per bonas rationes fuit firmatum in *decisione Faentina Canonica 115. 16. Decembris 1585.* coram bo. mem. Card. Blanchetto, quam Rota sequuta fuit inconcussè in pluribus causis, & signanter in *Eluen. beneficij*, 22. Maij 1599. coram Illustriss. Millino, & in eadem 30. Octobris 1602. coram Illustriss. Ludouiso, & Segobien. beneficij 28. Martij 1604. coram bo. me. lusto, prout latius, & plenius examinato articulo eandem decisionem approbavit in *Salamantina beneficiorum de Almena 20. Iunij 1505.* coram R. P. D. meo Manzanedo, & ab ea non recessit, immò expressè confirmauit in *Sulmonen. Alternatiua 14. Maij 1610.* coram Illustriss. Lancelotto, quicquid in hac vltima tota vis tormentorum ad euerendam illam primam tot propugnaculis septam, ac munitam per informantes pro Somaſco fuerit constituta.

Quod autem mensis Aprilis fuerit reseruat ab initio visum fuit, non posse dubitari. Quia regula 8. habet duas partes: in prima Papa reseruat sibi octo menses, quorum vnus est Aprilis ad effectum conferendi beneficia in eis vacantia, ut patet ex rubrica, quæ sic cantat, *Reseruat mensium Apostolicorum*, & cum habet orationem perfectam, etiam si non incipiat per V T, vel per N E, dicitur continere ius commune, & potest allegari ad decisionem causarum, Felin. in *princip. rub. ut lit. non conuert.* Euerard. in *loco à rubr. num. 3. vers. immò quod plus est*, adeo quod Papa licet in migro reseruet suæ dispositioni omnia beneficia, in singulis dd. octo mensium vacatura, atque ita reseruet beneficia, & non menses, attamen, ex quo rubrum est generalius nigro, debet illud ampliare, ut sic non solum beneficia, sed etiam menses Papa reseruat voluerit gloss. l. 1. & ibi Bar. C. de *capit. cin. cens. exim. lib. 11.* cum alijs per Euerard. vbi supra num. 11. *vers. quid autem è contrà*, & in nostris terminis quod regula de octo sit reseruatoria mensium, tradit Put. *decif. 53. lib. 2. idem decif. 492. num. 3. & decif. 507. per tot. eodem lib. Achil. decif. 1. super reg. reseru. 8. mens.* & pro indubitato tenuit Rot. in *illa Faentina*, & alijs vbi supra. In secunda verò parte in *vers. in super*, Papa concedit Episcopis facultatem conferendi in sex mensibus alternatis, quandiu apud suas Ecclesias, aut dioceses resederint, non obstante reseruatione, & quæ reseruat non tollitur per concessionem alternatiuæ, sed alternatiua operatur, ut Ordinarius possit conferre in mense reseruat, remanente natura ipsius reseruationis, quæ propterea non cessat, iuxta *decif. Cassad. 8. num. 10. de prebend.* quam in istis terminis sequuta fuit Rota in *Tuden. Canonatus 21. Aprilis 1570.* coram bo. mem. Card. Lancellotto seniore, & in *causa Oneten. beneficij 30. Iulij 1610.* coram Reuerendiss. D. meo Decano. Et quod reseruat non tollatur per alternatiuam Episcopo concessam, &

48
49
ab

ab eo acceptatam, fuit sine difficultate resolutum in *Eluen. beneficij S. Saluatoris 30. Octobris 1602.* coram Illustriss. Ludouiso.

50 Hinc Domini inferebant, quod non residente Episcopo in aliquo ex quatuor mensibus sibi à Papa mutatis, si contingat casus vacationis, Papa non confert iure deuoluto, sed ex titulo primæuo reseruationis. Quia cum dicta alternatiua non tollat reseruationem, sed illa remanente aperiat viam prouidendi de reseruat, sub illa tamen conditione, & qualitate residendi, cessante residentia, cessat effectus alternatiuæ, & consequenter non intrat deuolutio, sed reseruat. Quia semel reseruat semper durat reseruat, ut in puncto arguit Cassad. vbi supra, & Rota in *illa Oneten.* Quod etiam comprobatur ex stylo Cancellariæ, quæ in casu isto dat expeditionem tanquam de reseruat vigore reseruationis octo mensium, ut in fide Reuerendiss. DD. Abbreuiatorum, de Parco maiori, qui stylus in hac materia attendendus est, cum declarat mentem Papæ, Cassad. *decif. 2. num. 4. vers. & iste stylus, & decif. 2. num. 3. ad fin. vers. pro qua interpretatione, de reseru. Mandos. in proem. regul. quæst. 2. numero 3.* & fuit dictum Inuenen. *Archiepiscopbyteratus 26. Iunij 1591.* coram bo. me. Card. Pamphilio, vbi quod stante communi cursu, & stylo Cancellariæ cessat omnis difficultas, & in proposito etiam fuit consideratum in *Paduana Prioratus 18. Maij 1611.* coram R. P. D. meo Pirouano.

51 Nec placuit responso ad *decif. Cassad. & Rot. in illa Tuden.* quod loquantur retenta opinione antiqua, nempe quod alternatiua esset simplex remotio obstaculi, non secundum opinionem modernam, quod excedat simplices terminos remotionis obstaculi, & per eam dicitur initus quidam permutationis contractus inter Papam, & Episcopum, de qua latè in *d. Sulmonen. alternatiua*, coram Illustriss. Lancellotto, quia & antiquo tempore vigeat eadem opinio, quod alternatiua non esset mera & simplex remotio obstaculi, sed quasi contractus, eod quod tunc prout hodie, fiebat hæc mensium permutatio inter Papam, & Episcopum, Mohed. *decif. 3. num. 1. de rescrip. Achil. decif. 2. super reg. modif. indul. Put. decif. 88. lib. 3.* per quas decif. debent declarari, & cum eis concordari alia, quæ dicunt gratiam alternatiuæ esse remotionem obstaculi causati per reseruationem octo mensium, ad text. *non est nonnum, cum duabus seqq. ff. de legib. & cap. cum expediat, de elect. in 6.* & in terminis fuit dictum in eadem *Sulmonen.*

52 Præterea aliqui ex DD. censent multum resere quid veniat in huiusmodi contractu permutationis, quia licet Papa ex octo mensibus reseruat concedat Episcopo quatuor, & vice versa Episcopus de suis quatuor dimittat Papæ duos, illa tamen concessio de reseruat non fit quoad proprietatem, sed solum (ut ita dixerim) quoad vsum fructum, proprietate scilicet remanente penes Papam, ita ut illi quatuor menses propriè dicantur ipsius Papæ, *l. rectè dicimus, ff. de verb. significat.* vbi Iuriconsultus ait, rectè dicimus cum fundum totum nostrum esse, etiam cuius vsum fructus alienus est, *l. Annius, §. penult. ff. de leg. 2. gloss. in l. 4. de vsum fruct.* Bart. & Doct. in *l. qui vsum fructum, ff. de verb. oblig. Pincl. in l. 1. par. 3. num. 4. vers. atque ita, C. de bon. matrem.* Et ut proprius loquamur, Papa non concedit menses Episcopo, sed facultatem conferendi in mensibus, & hæc dicitur alternatiua, quæ quoad proprietatem spectat ad

Barbof. de Episcopo Pars III.

Episcopum, quoad vsum verò, quandiu resederit, ut sunt verba expressa regulæ, & distinxit Rot. in *illa Sulm.*

53 Quamuis igitur in *dict. decif. Mohed. 3. de rescrip.* & in aliquibus tam antiquis, quàm modernis *decif.* & in ipsa eadem *Sulmonen.* dicatur fieri hanc mensium permutationem, ac vulgò menses alternatis pro Episcopo dicantur Ordinarij; hoc tamen non propriè, & restrictiuè, sed largè, & demonstratiuè accipiendum est, quod non mirum videri debet, cum ipsæ etiam leges, & antiqui Iuriconsulti proprietatis amatores impropiè, & abusuè, ac vt Græci dicunt *καταχρηστικῶς* aliquando fuerint loquuti, Vlpian. in *l. 2. §. 1. ff. quemadmodum restament. aper. Testamentum* (inquit) *proprie illud dicitur quod iure perfectum est, sed abusuè restamenta quoque appellamus ea, quæ falsa sunt, vel iniusta, vel irrita, vel rupta, Iulian. in l. fideiusfor obligari. §. fideiusfor, ff. de fideiusfor.* Nam licet minus propriè debere dicantur naturales debitorum, per abusionem intelligi possunt debitorum, &c. Papin. in *l. inter libras, ff. ad leg. Iul. de adult.* vt in Florentino reclus, quàm in Norico. Lex Stuprum, & adulterium promiscuè, & *καταχρηστικῶς* appellat, sed propriè adulterium in nuptam, stuprum verò in virginem, viduamvè committitur, Caius in *l. licet 58. ff. de verb. significat.* licet inter gesta, & facta videatur esse quædam subtilis differentia. Attamen *καταχρηστικῶς*, idest, abusuè nihil inter factum, & gestum interest, vbi rectè declarant Alciat. & Rebuff. idem Alciat. *lib. 1. dispunct. cap. 26. Budæ. & Cuiac. in d. l. inter liberas, ff. de adulter.* ergo non oportet syllabas aucupari, neque decisionum verba captare, sed qua mente quid dicatur, in eis animaduertere, *l. penultim. ff. ad exhib. l. scire leges, ff. de legibus, cap. intelligentia, de verb. significat.* Mens itaque & sensus illarum decif. & vsus loquendi est, quod menses quatuor alternati, quos accipit Episcopus, sunt & remanent Papæ quoad proprietatem, non quoad vsum durante residentia Episcopi, non tamen vsus mensium est Episcopi, sed vsus alternatiuæ, idest, facultatis conferendi limitariuè, quamdiu resederit, proprietate alternatiuæ in absentia penes ipsum remanente.

54 Hinc facile videbatur posse euitari alia omnia, quæ tanquam decisa allegabantur in *dict. decif. Sulmonen.* nempe quod à reseruatione octo mensium fuit recessum per acceptationem alternatiuæ, neque ad eam sit reditus ob non residentiam, quia non dissoluitur permutatio facta in acceptatione alternatiuæ, sed tantum suspenditur illius vsus, absentia durante: illa enim decisio non negat, quin stante acceptatione alternatiuæ duret reseruat octo mensium, vt in *d. decif. Cassad. 8. de preb. & in d. Tuden. & Oneten.* sed tantum dicit, quod per absentiam Episcopi non dissoluitur permutatio, quid autem fuerit permutatum, & quomodo hoc intelligatur, patet ex prædictis.

55 Non obstat eadem *decif. Sulmonen.* dum in ea dicitur, quod durante absentia Episcopi suspenditur vsus alternatiuæ, quasi quod reuertente Episcopo, statim vsus recuperetur, ex illa dictione, *quandiu*, & alijs allegatis hic per informantes. Quia principalis articulus in ea decisus fuit, an Episcopus amitteret alternatiuam per discessum à sua Diocesi, ita quod redeat ad suos quatuor menses, & possit conferre beneficia vacantia in mense Martij, & Septembris, & fuit decisum, quod non, in hoc recedendo à *decif. bon. memor.*

M 2 Can

Cantucci: sed an rediens in aliquo ex dictis mensibus, & aliis alternatis, postquam ille mensis incœperat spectare ad Papam vigore *reg. de octo*. possit conferre beneficia post eius reditum vacantia in dicto mense, hoc ibi non discutitur, imò nec tangitur. Et licet ratio, de qua supra, inferat, quòd redeunte Episcopo, & sic cessante causa suspensionis vltus alternatiuæ, cesset effectus suspensionis, ad *reg. cessante causa*, cum tamen ex deductis in illa *Faenm.* & aliis supra allegatis fuerit ab initio acquisitum ius Papæ in illo mense integraliter, & non per dies mensis, intrat limitatio, quòd cessante causa, non cessat illius effectus, ubi ius iam fuit quæsitum alteri ex causa existentia. Nam licet illa postea deficiat, ius tamen illud quæsitum retinetur, Ioan. Andr. in *reg. decet. num. 5. ad fin. vers.* & idem in *similibus, de reg. iur. in 6. Tiraq. in tract. cessan. caus. limit. 11. num. 1. & 2.*

56 Nec obstat, quòd hoc modo Episcopus egeret nota acceptatione alternatiuæ, quòd esset contra eandem Sulmonem. Quia cum per absentiam Episcopus non amittat proprietatem alternatiuæ, sed solum suspendatur illius vltus, vt in eadem *decif.* & Papa habet ius quæsitum in illo mense, resultat quòd finito mense, absque alia noua acceptatione intrat vltus alternatiuæ, vt in simili, qui habet indulgiam percipiendi fructus beneficiorum primi anni vacantium vsque ad quinquennium, si alicui de speciali priuilegio fructus dicti primi anni debeantur, licet non possit gaudere fructibus primi anni, in quibus alteri est ius quæsitum, non propterea amittit indulgiam, sed eo vti poterit in fructibus anni sequentis, *gloss. fin. in cap. si propter, in 2. intellectu, vers. alij dicunt, & ibidem Butr. num. 4. & 11. vers. istarario, de reser. in 6.*

57 Hinc cessare dicebant aliud obiectum, quòd si Episcopus non gauderet vsu alternatiuæ statim post eius reditum, contractus diceretur claudicare, atque ita vel standum esse alternatiuæ in totum, vel ab ea recedendum, l. *Iulianus, § si quis colludente, ibi, aut sterit emptioni, aut discedatur, ff. de action. empt.* Quia hoc obiectum fuit sublatum in dict. *decif. Sulmonem.* ubi traditur ratio diuersitatis inter reservationem octo mensium, quæ est pura, & inter eius limitationem ad fauorem Ordinariorum, cum qualitate residendi, qua stante diuersitate, & quòd propter absentiam Episcopi fuit acquisitum ius Papæ in illo mense integrali statim à principio, vt dictum fuit, contractus non dicitur claudicare, nec Episcopus ab eo potest recedere, vt fuit firmatum in dict. *decif.* Vltra quòd non est inconueniens, vt contractus possit claudicare, ubi adest ratio diuersitatis, *gloss. & Castrenf. in dict. § si quis colludente, Cagnol. in l. singularia, num. 160. & seq. ff. si cert. pot. Surd. decif. 187. num. 11. vers. propterea.*

58 Non etiam obstat videbatur, quòd secunda reservatio sex mensium, de qua in regula, sit superflua si prima non tollitur per alternatiuam. Quia hæc secunda fuit apposta ad referuandum expressè duos menses, scilicet Martij & Septembris, quos Papa ex quatuor Ordinariis capit ad tollendam difficultatem, quæ posset oriri, An sine dicta secunda reservatione illi dici possent referuati, vt constat ex *decif. Put. 492. & 507. lib. 2. & decif. 4. par. 3. lib. 1. diuers. & decif. 21. eadem par. 3. lib. 2.* ibi enim alternatiua fuerat concessa Episcopo pro solitis sex mensibus, & dubitabatur, An in aliis sex Papa conferretur referuati collationem beneficiorum? & fuit dictum, quòd sic, eo quòd

tunc aderat regula referuati octo mensium, ex quo apparebat, quòd ex illis sex mensibus Episcopo concessis, Papa voluit impedimentum remouere, & licet Martij & September non essent de illis octo; nihilominus quia in alternatiua dicebatur, *ita tamen, vt facultate Ordinariis concessa non utaris*, hinc apparebat mens Pontificis, quòd Episcopus in quatuor mensibus Ordinariis concessis non conferret, atque ita quòd Martij, & September essent referuati, illa igitur verba regulæ, *que etiam dispositioni suæ, vt præfertur, reservauit*, non inducunt nouam reservationem respectu quatuor mensium, quos Papa sibi retinet in concessione alternatiuæ, & sunt referuati in prima parte regulæ, vt ostendunt illa verba, *etiam vt præfertur*, secundum vnum intellectum, vt referantur ad primam partem, sed benè eam inducunt respectu duorum mensium quos capit ex quatuor Ordinariis, & non erant in prima parte comprehensi, & idem secundum alium intellectum, quem tenet Modern. ibi, *gloss. 54. num. 1. & 3. vers. hinc sunt apposta*, nempe quòd illa verba, *vt præfertur reservauit*, præsupponant anteriorem reservationem sex mensium, quæ expressa non fuerat, sed dumtaxat tacita, eo ipso quòd alij sex menses fuerunt Ordinariis concessi. Qui tamen secundus intellectus potest procedere quoad Martij & Septembrem, qui non fuerant expressi in prima parte regulæ, sed non quoad alios quatuor in dicta prima parte expressè referuatos, & quorum respectu non fuit sublatum impedimentum, vt sunt expressa illæ *decif. Put. & alia, quæ se fundant in ista expressa reservatione; priorem denique sensum tenuit Rot. in dict. decif. Sulmonem in fine*, dum dixit, quòd Papa in secunda parte concessionis alternatiuæ referuat sibi alios sex menses, vt præfertur, scilicet modo, quo supra in regula sibi purè referuauit.

59 Nec etiam mouit Dominos illa ratio, quòd si verum esset, quòd alternatiua sit remotio obstaculi in hunc sensum, vt aperiat facultatem de referuatis, firma remanente proprietate reservationis, vt supra dictum fuit, sequeretur, quòd cum ex mensibus alternatis ad fauorem Episcopi aliqui sint de Apostolicis effecti Ordinarij, vt Februarius, Aprilis, Augustus, & October, alij verò duo, nempe Iunius, & December sint ipsius Ordinarij vigore regulæ de octo, quos fixos appellamus, alternatiua esset remotio obstaculi præfatio modo quantum ad menses ex Apostolicis effectos Ordinarios; quo verò ad menses fixos, non esset remotio, & tamen sub eadem forma, & iisdem verbis conceditur facultas conferendi Ordinariis in fixis, atque in Apostolicis Ordinariis effectis, sicque vna, & eadem forma verborum concepta diuerso iure conferretur, & eadem concessio alternatiuæ, & acceptatio, quoad duos menses, quos Papa capit, etat contractus, vt in *decif. Sulmonem.* Quoad duos alios autem fixos, non erit. Quia primò fuit responsum, quòd cum principalis intentio contrahentium fuerit, remouere obstacula modo, quo supra, & inuicem permutare menses, & si non omnes permutentur, & obstacula ex omnibus non remoueantur, nihilominus alternatiua in omnibus sex mensibus erit remotio obstaculi, & contractus permutationis, vt declarat Butr. in l. *e. Aristo, num. 2. ff. de donat. Abb. in cap. questiones, n. 4. de rer. permutat. Tiraq. de retract. lig. mag. §. 30. gloss. 1. num. 2. Couar. lib. 2. variat. cap. 4. num. 9. Pinell. in leg. 2. p. 2. rubr. num. 1. C. de*

*C. de reser. vend. & in terminis quòd alternatiua sit remotio impedimenti quoad illos sex menses Ordinarij, tradit Tur. decif. 507. num. 1. in fin. lib. 2. alia decif. 495. in princip. vers. nam præsupponebatur in non. Secundo fuit dictum, quòd licet Episcopus dimittit Papæ tantum duos menses, & retineat duos ex suis Ordinariis, at tamen recipit quatuor ex Apostolicis, & sic propter illum maiorem numerum tota alternatiua dicitur remotio obstaculi, & permutatio, argum. text. in l. *quæritur, ff. de stat. homin. & in cap. quo in dubiis, de consecrat. & eccl. vel Alt. sicque tradunt Butr. Abb. & ceteri, ubi supra. Tertiò fuit responsum quoad istos duos menses fixos nullam posse considerari reservationem, ex quo neque in prima parte regulæ, neque in secunda Papa eos referuat. Nec transit sine dubio, An Episcopus absens possit conferre in dictis duobus mensibus? & negatiuum late defendit Gonzal. in *reg. 8. gloss. 43. num. 1. vers. ex aduerso*, & licet ab ea recedat Garz. de benef. 5. par. cap. 1. num. 506. in fin. ubi subdit ita videri communi sensu & praxi receptum, quòd etiam innuere videtur illa *decif. Sulmonem.* quidquid tamen sit de hoc articulo, non est inconueniens, quòd diuersis respectibus vna, & eadem res diuerso iure conferatur, *gloss. in cap. cum Capella, ubi alij scriben. & in specie Butr. num. 7. Ancl. n. 3. in 4. not. Abb. n. 5. in fin. de priuil. Tiraq. de nobilit. cap. 28. num. 12.***

60 Nec obstat, quòd in dicta *Faenina*, ideo Rota censuerit dictionem, *quamdiu*, esse appositam mensi integrali, ne fiat fraus Papæ in duobus mensibus permutatis, quòd cum hodie cesset propter d. Sulmonem. sequitur cessare quoque prædictam resolutionem. Quia, vt apparet ex dict. *decif. Faenina.* ea non tam fundatur in præsumpta fraude, quam in eo, quòd dictio, *quamdiu*, est apposta mensi integraliter, quòd fundamentum late fuit comprobatum in illa *Salamantina* beneficij coram R. P. D. meo Manzanedo, in qua nulla cadebat fraus, neque illius præsumptio, vltra quòd hodie etiam potest habere locum fraus, possent enim Episcopi continuè extra dioccesim vagari, nempe in mensibus Apostolicis, eo quòd in eis beneficia conferre non possunt, in suis verò mensibus redire, dumtaxat quando imminet vacatio alicuius beneficij, propter instantem infirmitatem beneficiarij, illa verò sequuta, & collatione facta statim à diocesi recedere, & iterum ad eam redire, instante aliqua alia simili vacatione, & denud se absentare, & sic residentiam facere momentaneam contra omnem iuris intellectum, & mentem Papæ, qui concessit alternatiuam Episcopis, vt eos ad residendum inuicaret, ita vt contrarium operaretur, vt fuit consideratum in dicta *Faenina*, & post eam in dicta *Sulmonem.* Et quando hæc ratio cessaret, quæ tamen non cessat, alia etiam concurrunt, scilicet distributio mensium integraliter, & non per dies, neque horas, ac momenta ad evitandam confusionem, quæ daretur in computatione momentorum, & ne ius Sedis Apostolicæ sit in incerto, vt fuit quoque animaduersum in *causa Picon. Præceptoria 4. Decembris 1592.* coram bonæ memoriæ Cardin. Blanchetto, & in eadem *Sulmonem.* ac propterea non debet cessare dicta resolutio in *causa Faenina*, iuxta regulam §. *affinitatis*, ubi not. Doct. *Instituit. de iur. cum aliis per Tiraq. in tract. cessan. caus. limit. 22.*

61 Non obstat responso ad eandem decisionem in *causa Faenina*, quòd ibi ageretur de vacatione in mense Septembris, qui erat alternatus ad fauorem

rem Papæ, & eodem modo in dicta *Salamantina. de Almenara*, acceptatio alternatiuæ erat recepta, & recognita in Dataria incœpro mense Augusti, qui erat Apostolicus, & sic benè intrabat ratio in vtraque decisione, quòd quia mensis à principio erat cœptus Apostolicus, vsque ad finem durauit talis, ac in nostro casu mensis Aprilis est alternatus pro Episcopo, & sic non fuit cœptus Apostolicus, vnde non potest durare talis, hæc enim diuersitas non tollit fundamentum illarum *decif.* & manifestum continet æquiuocum. Illa enim *decif.* eam rationem habent, quòd menses sunt integrales, & propterea cum ab initio mensis fuerit acquisitum ius Papæ, semper ille mensis remanet referuatus; sicuti beneficium, semel affectum, semper durat affectum. Quæ ratio æquè militat in mense Aprilis, qui, vt supra dixi, etiam stante alternatiua remanet Apostolicus, & referuatus, sed illius tamen vltus impeditus, quamdiu Episcopus resederit. Vnde cum per absentiam Episcopi ab initio Papa acquisierit ius in illo mense, & ille sit integralis, etiam si in medio redierit Episcopus, non propterea desinit esse referuatus, & quidem ad istum effectum parum interest, in quo mense absentia Episcopi contingerit, dummodo in principio mensis illa fiat, quia siue ille mensis sit de illis, quos Papa sibi retinet, siue de aliis, quos Ordinario dat, & in principio Ordinarius recedit, semper ille mensis intrat Apostolicus.

62 Vnde etiam cessat, quòd si vacatio contingeret de mense Martij, vel Septembris Episcopo non residente Papa conferret, sed non vigore regulæ, quia isti duo menses non sunt ex octo referuatis, & sic dici non potest, quòd mensis effectus Apostolicus duret Apostolicus. Quia licet dd. duo menses non sint referuati per primam partem *reg.* sunt tamen referuati per secundam, vt præfertur, id est, eodem modo, quo in prima. Et ideo in rubr. non dicitur restrictiue reservatio octo mensium Apostolicorum, sed absolutè, & indefinitè, reservatio mensium Apostolicorum, vt indicet, & designet omnes menses Apostolicos in ea referuatos, indefinita enim æquipollet vniuersali, *cap. quia circa, de priuileg.* Vnde sequitur necessariò, quòd acceptata alternatiua, siue Episcopus resideat, siue non resideat, in istis duobus mensibus Papa conferat vigore regulæ, vt fuit etiam dictum in eadem *Sulmonem.*

Postremò non obstat quòd articulum hunc ex professo disputant & resoluunt pro Episcopo, Gonzal. in d. *reg. 8. gloss. 43. n. 142. & seq. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. §. 12. à num. 692. vsque ad 699.* Quia si auctoritatem spectemus, Rotæ auctoritas seipsum ostendit, si verò rationem, sine qua illa nihil diiudicare solet, in eadem *Faenina*, & *Salamantina* expressæ rationes à media iuris prudentia deriuantur, & adductis in contrarium præponderant, solum superest ad omnia, & ex eisdem auctoribus modò repetita, satisfacere.

63 Non igitur obstat inconueniens, quòd si esset necessaria integra residentia totius mensis, si quæretur, quòd omnes collationes factæ in mense Ordinario in principio, & in medio per Episcopum residentem, illo postea in fine recedente corruerent. Quia cum prouisio fuerit de tempore habili, & sic legitime facta ex eo quòd postea Episcopus discesserit à diocesi, non corrumpitur, etiam quòd cesset qualitas residentie requisitæ, iuxta regulam, *factum legitime, de reg. iur. in 6. l. in ambiguis, §. non est nouum, ff. eod.* Tiraq. in tract. cessan. caus. limitat. 4. & 12.

64 Nec obstat aliud inconueniens, quod si principium mensis esset attendendum, ita ut talis daret, qualis cœpit esse, resularer, quod posset Episcopus in principio residere, & postea recedere, & absens gaudere alternatiua in reliqua parte mensis ne partim esset Ordinarius, partim Apostolicus. Quia Episcopum non sufficit habere alternatiuam, sed vltimius requiritur, quod resideat, vt possit. Et ideo cum tempore vacationis cesset qualitas residentie, cessare quoque debet priuilegium alternatiue, l. *athleta*, §. 1. & l. *idem Vlpianus*, ff. de excusat. l. *Titia Scio*, §. *usurus*, vbi gloss. & Doct. ff. de leg. 2. cum alijs per Tiraquell. vbi suprà in 1. par. n. 203.

Ex quibus ita conclusum fuit collationem spectasse ad Papam. [Hęc decisio D. Martini Andree reperitur inter eius impressas decision. vltim.]

De residentia Parochorum.

65 Parochi olim apud Ethnicos dicti erant, qui Legatis publicè Romam missis salem & ligna præparabant, hoc est, qui omnium rerum copiam Legatis Regum, Principum, ac populorum hospitio receptis suppeditabant: instar horum dictos esse Parochos in Ecclesia quidam arbitrantur, eo quod sint Sacerdotes auctoritate Episcoporum Ecclesijs præfecti, vt plebibus, siue populis sacrum diuini verbi, & Sacramentorum pabulum ad pacificandos animos subministrant. Alij verò putant Parochum dictum, quasi parcum; parcus autem Græcis est incola, siue habitator in loco, vnde Pomponius Iureconsultus in l. *pupillus*, ff. de verborum significat. ait, incola est, qui in aliquam regionem domicilium suum conuulit, quem Græci paræcon vocant: quare Parochus ex eo dicitur incola, & habitator loci, quia in eo continuè residere debet, de quibus etymologijs vide, si lubet, Theaurum linguæ Latinæ, verb. *Parochus*, Lambinum ad Horatium lib. 1. *Satyra* 5. pag. 68. & lib. 7. *Satyra* 8. pag. 234. Budæum in prioribus annotat. ad Pandect. pag. 195. Iacob. de Grassis in *auris de cef. par. 1. lib. 2. cap. 39. n. 7.* Gabriel del Toro in *thesauro misericordie*, cap. 29. Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 12. quest. 1.*

66 Parochia est Ecclesia ad quam conuenit populus ad recipienda Sacramenta, & ad audienda Sacra diebus festis, vbi sunt sepultura, & audire debent Parochiani verbum Dei, ac Rudimenta Fidei, ac ei decimas, & oblationes soluere, praxis Episcopalis par. 1. verb. *Parochia*, §. 1. pag. 269. me citato in hoc loco Viuiam. in *praxi iurisparron. lib. 2. cap. 7. num. 16. in 2. edit.* † Dignoscitur autem melius Ecclesia Parochialis, ex eo quod habeat populum certis limitibus, ac finibus distinctum, quasi non sufficiat, si sacri baptismatis fontem habeat, ac sepeliendum actum exerceat, Rebuff. in *praxi*, tit. de *dispensat. super etate*, vers. *etiamsi curam habeat animarum*, & in *concord. tit. de collat. §. statuisimus, il secundo pag. 666.* Malchard. de *probation. conclus. 888.* Azor. *dicto cap. 12. quest. 3.* Gonzal. ad reg. *Cancell. glos. 6. num. 37. & a num. 48.* Stephan. *Gratian. discipulat. forens. cap. 298. a num. 42.* Viuiam. *dict. cap. 7. num. 17.*

67 † Non dicitur tamen Parochiale, seu curatum beneficium, nec vti tale regulandum, ad effectum de quo agimus, illud quod non est actu curatum, sed tantum habitu, veluti quia populus sit de-

structus, & omnes Parochiani aliqua ex causa mortui sunt, & esse desierunt, licet Ecclesia Parochialis semper firma maneat, vt per Rebuff. d. *vers. etiamsi curam habeat animarum*, & in *tract. nominat. quest. 16. num. 23.* Duenh. *regul. 71. num. 4.* Gutier. *allegat. 8 num. 7.* Malchard. *conclus. 589. num. 5.* Gonzal. *dict. glos. 6. num. 89. & 90.* Azor. *dict. par. 2. lib. 6. cap. 8. quest. 9.* vbi resoluit, quod si quis ad hanc Ecclesiam promouetur, non tenetur intra annum ad Sacerdotium ascendere: si tamen Parochiani, quia forte captiui erant, redierint, Parochialis Ecclesia, quasi iure possliminij ad sua iura, & bona reuertitur, ac proinde is, qui ipsi præest, debet intra annum computandum ab eo tempore, quo Ecclesia cœpit Parochianos habere, ad Sacerdotium ascendere, de quo etiam praxis Episcopalis par. 1. verb. *beneficia*, §. *dico quarto*, vers. *se-cyndum dubium.* Aduerte tandem in dubio † beneficium non censei curatum, sed simplex, ex Gonzal. *dict. glos. 6. num. 91.* Nicol. *Garcia de beneficijs parte 1. cap. 6. num. 8.* Cardin. *Tusch. littera B, concl. 63. n. 4.* Aloyf. *Ricc. in collect. decis. par. 5. collect. 1696.*

68 Parochi, qui Ecclesijs præfunt, curamque gerunt animarum, in eis residere debent, vt probant text. in *cap. quia nonnulli*, & in *cap. conquerente*, vbi gloss. & in *cap. relatum*, & in *cap. vna fraternitatis, de clericis non residen.* & disponit Concil. Trident. *sess. 6. de reformat. cap. 1. & sessio 7. de reformat. cap. 3. & sess. 13. etiam de reformat. cap. 1.* etiamsi modici commodi sit beneficium, quia hoc etiam residentiam requirit, prout per text. in *d. cap. conquerente*, resoluunt Sanctarel. *var. resolut. 4. num. 45. in fine.* Rebuff. in *tract. nominat. quest. 9. num. 27.* Valer. *Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. tract. 3. num. 294. versio. si obiciat.* Et † cogendi sunt in proprijs Ecclesiarum domibus habitare, quæ si non sint, in propinquioribus intra Parochiarum limites, prout decifum referunt Nicol. *Garc. de beneficijs par. 3. cap. 2. num. 179. in 22. declar.* Armendar. in *addit. ad recopilat. legum Xanarre lib. 1. tit. 23. l. 2. §. 2. de residentia, vel absentia Parochorum, num. 150.* Et licet Ecclesia Parochialis sit in loco, vbi minor pars Parochianorum inhabitat, & maior pars habitat longè in oppidis, nihilominus Parochus tenetur prope Ecclesiam habitare, & succurrendum est eis, qui longè habitant, secundum loci antiquam consuetudinem, per *cap. 4. sess. 21. de reformat.* referunt decifum *Garcia dict. num. 179. in 20. declar.* & Armendariz *dict. loco num. 148.* † Rector, seu Parochus, qui habet Parochiam, intra cuius limites adhuc habitant Parochiani, tenetur in ea residere etiamsi tantum essent in illa Parochia tres, vel quatuor incolæ; † & vbi fuerint duæ Ecclesie æquè principaliter vnitæ, residendum est in digniori: quod si non constet, quæ sit dignior, in frequentiori; quod si vna fuerit extra, & altera intra urbem, residendum est in ea, quæ est intra, referunt etiam decifum *Garc. dicto num. 179. in 14. declar.* Armendar. *dicto loco num. 142.*

69 Quamuis Parochialis tribus, aut quatuor miliaribus tantum distet à ciuitate, non habetur parochus pro residente, si in ciuitate habitet, dominicis, & festiuis tantum diebus ad suam Ecclesiam accedens, decifum referunt *Garcia dicto cap. secundo num. 179. in 17. declar.* Armendar. *dicto loco num. 145.* me citato in hoc loco, nouissimè Bonacin. *var. tract. 5. disp. 5. puncto 1. num. 4. in fine.* Et Presbyter obtinens

70 obtinens Parochialem etiam à ciuitate vltra duo miliaria non distantem, † non potest deputari magister Grammaticæ, & ob id à residentia excusari, etiamsi vltis singulis diebus festiuis Parochialis interesse, *Garc. d. num. 179. in decl. 19.* Armendar. *dicto loco num. 147.* Sanctarel. *d. q. 3. num. 33.* † Et etiam deficiente magistro Grammaticæ in ciuitate non potest in ea curatus habitare, relicto idoneo vicario, & approbato cum congrua mercede in Parochiali, quamuis solemnibus diebus interfit, refert decifum Aloyf. *Ricc. in praxi decis. 502. in prima edit. & resolut. 393. num. 2. in secunda edit.* Sanctarel. *var. resolut. quest. 3. num. 32.* Et Episcopus potest compellere Rectores ad residendum, non obitante consuetudine residenti in loco distanti à parochia per sex miliaria, *Garc. d. num. 179. in 18. declar.* Armendar. *d. loco num. 146.* Etiamsi illius collatio ad inferiorem etiam Abbatem regularem spectaret. *Garc. d. num. 179. in 2. & 27. declar.* Armendar. *d. loco num. 153. & 154.*

71 Obtinentibus parochialem Ecclesiam post Cœcilium Trident. studendi licentia, atque in absentia studium causa fructus percipiendi non datur, referunt decifum *Henriq. conf. 23. num. 4.* Gonzal. ad *regul. 8. Cancell. glos. 6. num. 251.* Nicol. *Garc. d. cap. 2. num. 81. in 4. declar.* Armendar. *d. loco num. 122.* Aloyf. *Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 502. in prima edit. & resolut. 393. in fine, in 2. edit.* Sanctarel. *var. quest. 3. num. 25.*

72 Capellani, & coadiutores Rectorum parochialium, instituti, auctoritate Apostolica tenentur ad personalem residentiam, vt Rectores ipsi, referunt decifum praxis noua Episcop. par. 2. cap. 3. num. 27. Armendar. *d. loco num. 171.* Gonzal. ad *reg. 8. Cancell. glos. 5. §. 9. num. 17.* Campan. in *diuersorio iuris Canonici rubric. 7. cap. 6. num. 104.* Moneta de *option. cap. 4. quest. 8. num. 157.* Galet. in *margarita casuum conscientie, verb. residemia. 1.* Aloyf. *Ricc. dict. resolut. 393. ampl. 5.* Vgolin. de *potest. Episcopi cap. 15. §. 3. num. 3. vers. postremo.* Sanctarel. *var. quest. 4. num. 17.* † Habens parochialem, in qua Vicarium perpetuum legitime instituit obtinuit, eo viuente, residere non tenetur, Armendar. *dicto loco num. 193.*

73 Gonzal. *d. glos. 6. n. 99.* Sed † obtinens Ecclesiam baptismalem, cui incumbit sola cura baptizandi omnes infantes oppidi; & existentes sub cura Archipresbyteri, tenetur ad residentiam tanquam coadiutor Ecclesie Parochialis, præsupposito quod in Ecclesia Archipresbyter præter baptismum cætera Sacramenta administret, Armendariz *dicto loco n. 178.* † Deputatio Vicarij donec prouideatur de Rectore spectat ad Episcopum, in cuius Diocesi parochialis est, refert decifum Armendar. in *addit. ad recopil. legum Xanarre lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episc. num. 86.*

74 Duas Parochias habens vnitas perpetuò inuicem æquè principaliter, & non vnã alteri accessoriè, ambalque partes, ita ut vna non sit dignior, & principalior altera, potest in qua maluerit residere, decifum referunt *Garcia d. cap. 2. num. 179. in 16. declar.* Armendariz *dicto loco num. 144.* † Obtinens verò Canonicatum, & Parochialem quocunque in loco sit, in Parochiali residere tenetur, nec ob hoc est priuandus canonicatu: sed solum eius quotidianas distributiones perdit, & si quid absens iusta aliqua de causa non perceperit, Armendar. *d. loco n. 197.*

75 † Residens in Parochiali, quæ non longè abest à Collegiata, in qua Canonicatum obtinet, diebus festiuis ad Ecclesiam collegiatam accedere, & in ea diuinis inservire potest, modo in omnibus die-

bus, & horis suis debitis, & congruis Parochial inserviat, & nihil profus relinquat ex debito seruitio ipsius Parochialis, Armendar. *dicto loco num. 195.*

76 Episcopo non licet pro Cathedrali Ecclesie seruitio, & item suo, aliquem ex Curatis suæ diocesis ex ipsorum Ecclesijs, constituto in illis idoneo Vicario, ad certa negotia adhibere, cum hi dum in huiusmodi sunt seruitio à suis Ecclesijs abesse censeantur; decifum referunt praxis noua Episcop. par. 2. cap. 3. n. 27. *Quarantain summa Bullarij, verb. residentia pag. 446.* Gonzal. ad *reg. 8. Cancell. glos. 6. num. 258.* *Garc. dict. cap. 2. num. 42. in 2. declar.* Armendar. *dicto loco num. 167.* Sanctarel. *var. quest. 3. num. 49.* [me citato in hoc loco Alzed. d. p. 1. cap. 5. num. 128.] Vtrum autem Ecclesie Cathedralis Parochus possit vicariatus officio fungi vide Aloyf. *Ricc. Neapol. decis. 319. par. 4.* † Nec etiam Episcopus potest vti opera Parochi in visitatione, vel in alio seruitio suæ Diocesis, nisi tempore duorum mensium; & tunc relicto idoneo Vicario. *Posseuin. de officio Curati cap. 1. num. 12.* *Garc. dict. cap. 42. in 1. declar.* Armendar. *dicto loco num. 166.* & num. 175. dicit etiam decifum non excusari à residentia Parochum, quamuis Episcopus iudicauerit expedire vti illius opera pro Secretario, vel Vicario foraneo.

77 Inquisitoris officium à residentia Parochialis non excusat, prout referunt decifum Gonzal. *d. glos. 6. n. 265.* & *glos. 43. num. 164.* Aloyf. *Ricc. d. resolut. 303. num. 4.* me citato in hoc loco Sanctarel. *var. quest. 11. num. 4.*

78 Subcollectoris Apostol. officium exercens à residentia non excusatur. Gonzal. *d. glos. 6. n. 266.* Aloyf. *Ricc. d. resolut. 393. num. 4.*

79 Inimicitie graues sunt legitime causæ propter quas quis residere non tenetur in Parochiali, & illis durantijs, potest Episcopus (cognito prius an sint veræ, & graues, & absque Parochi culpa) ei licentiam concedere, vt in alio viciniore, & tutiori loco manere possit, ac à suo beneficio per annum abesse, posito tamen in illo per Episcopum idoneo Vicario, seu OEconomio congruente mercede ex eius fructibus illi assignata, referunt decifum Salzed. ad *Bernard. in tract. cap. 53. in addit. litt. C. Galet. in margarita casuum conscientie, verb. residentia*, Aloyf. *Ricc. in praxi fori Eccles. resolut. 645. in 2. edit.* Armendar. *d. loco num. 182. 183. & 184.* praxis Episcop. par. 1. verb. *pruatio*, §. 4. *dub. 1.* vbi etiam aduertit, quod si intra annum inimicitie non extinguantur, & curatus, seu beneficiatus fuerit in culpa tam causarum durandarum inimicitiarum, quàm non extinctionionis earundem, priuari potest; si vero inimicitie cessant sine Parochi culpa, alius annus dari potest, Armendar. *d. loco num. 134.*

80 Propter aëris intemperiem non potest Parochus etiam non oriundus alibi habitare relicto in Ecclesia Vicario approbato, de quo agit Iardè Meloch. *Gallec. in suo tract. de Parochorum obligat. tempora pestis*, tenetur enim tempore pestis, vel alterius contagiosi morbi ex lege charitatis, & iustitie residere; *Hip. de peste, num. 147.* *Soar. tom. 4. disp. 44. sect. 3.* Hęc est enim lex boni Pastoris à Christo omnium Pastorum Principe præscripta, vt quando salus gregis hoc postulat vitam corporalem pro eius spirituali vita exponat. Et sic Sancti Patres illud Ioan. semper intellexerunt, *Bonus Pastor animam suam ponit pro ouibus suis.* Card. Paleoth. in *Archiep. Bonon. p. 7. serm. 5.* Ioan. à Capeauil. de necessitate, & modo administrandi Sacramenta tempore pestis, Bancs

Banes 2. 2. *quest. 26. art. 5.* Ioseph. ab Ortu in *speculo Parochorum cap. 1. quas. 1.* Rutil. Benion. in *speculo Episcop. & curat. lib. 1. disp. 1.* Anton. Cuch. in *stip. maior. 16. tit. 16. n. 34.* Sic tempore Valeriani Imp. cum Alexandria sacissima pestis grassaretur, maxima cum laude peste corruptis seruierunt, & qui in eo ministerio obierunt, nil à martyrij splendore abesse visi sunt; vt dixit Dionys. illius Vrbis Episcopus, Tympi. in *speculo Eccles. signo 46. latè & eleganter.* Fagundez in *quinque Eccles. precepta p. 3. lib. 3. cap. 3.* Si tamen aded infirmus sit, & in loco Parochialis curari non possit defectu Medicorum, medicinarumve, tunc potest ab Ordinario ei dari dilatio trium, aut quatuor mensium, vt in locis vicinioribus, maneat sanitatis causa; interea ab ipso Ordinario in Parochia idoneo Vicario cum congrua portione ex redditibus parochialis constituto, referunt decifum Garc. *dist. cap. 2. num. 179. in 4. declar. Armendar. dicto loco num. 132.* praxis Episcop. *par. 1. verb. residentia §. 7. & 9.* vbi etiam quod si senectus in Parocho non excusat, sed debet poni Vicarius idoneus cum assignatione congruæ portionis ex ipsius Parochi redditibus, si cum infirmis enim & decrepitis dispensandum est, vt eorum Ecclesiis, quæ personalem residentiam requirunt, per Vicarios seruiatur, prout definitur in Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 1.* Armendar. *dicto loco num. 130.* Et Parochus debet residere in loco, vbi sita est Ecclesia parochialis, etiamsi ei esset datus coadiutor ratione infirmitatis, referunt decifum Garc. *d. cap. 2. n. 178.* Armendar. *d. loco n. 129.* [Potest etiam nulla cogente necessitate Parochus sibi vicarium, ex approbatis tamen ab ordinario, pro Sacramentorum administratione veluti adiutorem, vt aliqua impleat ministeria generaliter, & absque vlla temporis limitatione assumere, ita tamen vt Curatus ipse laboret, non enim debet ob id à ministerio cessare si vult esse dignus stipendio & mercede, Valq. in *opuscul. tit. de benefic. cap. 4. art. 1. §. 2. dub. 1. num. 133. & num. 151.* Possuin. *d. cap. 1. num. 10.* vbi Parocho hac de re sic consuluit, & vicatur Capellano, non vt homine qui portet pondus diqi & astus, sed vt socio laboris, &c.

92. Quæ omnia de residendi obligatione dicta, non ita amare accipienda sunt, vt debeat Curatus manere quasi in compedibus, vt ex Sor. aduertunt Possuin. *d. cap. 1. num. 6.* Iacob. de Graff. in *aureis decif. tom. 1. lib. 2. cap. 97. num. 57.* Vnde non definit residere, qui per breue tempus vel abfuit, vel personaliter non deseruit, vt ex Archid. & Gemin. tradit Zerol. in *praxi Episcop. p. 2. verb. residentia, §. 4.* & Perez de Lara de *annuvers. & capellan. lib. 2. cap. 8. à num. 20. cum seqq. & num. 25. ibi, Et licet residere dicatur qui conuèntè moratur, vt notat Archid. in *cap. licet canon. de elect. in 6. tamen ex eo quod aliquis aliquibus diebus diuenterit, non dicitur non residere, moraliter intelligendo, &c.* [Quia abesse non dicitur, qui statim est reuerturus, vt probat text. in l. postliminium, §. captiuus, & in l. nihil. ff. de captiuis, & postlimin. reuers. sicut etiam venisse non videtur, qui statim abiit, vt ad plures iuris effectus considerant Rebuff. in *praxi par. 3. tit. de permutat. num. 12. & in concord. Gallie rub. de collationib. §. 1. gloss. in verb. Et si residentiam deseruerit, Tiraq. in l. si nunquam, verb. suscepit liberos, num. 176.* quos refert Dionys. Paul. de *vera quatuor Patriarchal. Sedium erectione, cap. 9. num. 31.* & in his residentia terminis adducit Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 1. verb. quoniam, & probat Gonzal. ad reg. 8. Cuncel. gloss. 43. num. 5.* [Vnde con-*

tinui commensales dicuntur, qui pro negotiis animo reuertendi se absentant. Simon. de *reueruat. benef. q. 35. à num. 12.* & absens à Parochia per breue tempus animo reuertendi illam non amittit. *cap. 2. quis, de sepulch. in 6. Mascard. de probat. concul. 145.* Hoc autem breue tempus, de quo agimus, ad octo tantum dies extendit Possuin. *d. cap. 1. num. 19.* Valer. autem Reginald. in *praxi fori pœnit. lib. 1. cap. 6. sect. vlt. num. 51.* vult vt ad spatium trium hebdomadarum non accedat. Thom. verò Sanch. de *matrim. lib. 3. dispur. 31. num. 11.* absolute ait per spatium trium hebdomadarum esse debere, ex *cap. si quis in clero 7. q. 1.* [Vnde parochum ruralem, qui singulis quibusque hebdomadibus in Urbem venit, causa inuolendi parentes, & cum illis vno tantum die moratur, relicto ad occurrentes casus Capellano, non peccare lethaliter, nec teneri ad restitutionem fructuum, resoluit Ludou. Beja *respons. casuum conse. par. 4. casu. 21.*

93. Parochus sine legitima causa, & licentia in scriptis habita non residens mortiferè peccat, Concil. Trident. *d. cap. 1. verb. eadem omnino, & fructus beneficij pro rata temporis quo abest, suos non facit, idem Concil. d. cap. 1. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 3. cap. 2. num. 15.* Flamin. de *resignat. lib. 1. quas. 10. num. 32.* etiam ante sententiam, vt optimè probat Vgolino, *de potestate Episcopi cap. 15. §. 4. num. 2. & §. 5. num. 2. in fine,* cum Nauar. *cons. vltim. de clericis non resid. resoluit* & bona acquirit ex beneficio Parochi absentis extra suam parochiam morientis tanquam spolia ad Cameram Apost. pertinere.

94. Ad huiusmodi pœnas euadendas requiritur legitima causa ab Episcopo approbata, vt habetur in Concil. Trident. *d. cap. 1. verb. eadem omnino, & expressa eius licentia.* Garc. *d. cap. 2. num. 35.* Armendar. *dicto loco num. 164.* quam licentiam etiam locorum ordinarij Episcopo inferiores, vt Abbates, & alij similes habentes iurisdictionem concedere possunt, ac etiam Capitulum Sede vacante ex Azor. resoluit Possuin. *dist. cap. 1. num. 8. & 29.* & licet in duobus mensibus à Concilio concessa licentiam Episcopi non requiri teneant Nauar. in *man. cap. 2. num. 121.* Azor. in *inst. moral. par. 2. lib. 7. cap. 4. quas. 9. & 10.* Franc. Leo in *thesauro fori Eccles. par. 3. cap. 1. num. 19. & 21.* Sanch. de *matrim. lib. 3. disp. 31. num. 11.* tamen contrarium verius existimo cum Vgolino *dist. §. 5. num. 2. Tolet. lib. 5. cap. 5. Lessi. de inst. lib. 2. cap. 34. dub. 29. num. 159.* Possuin. *dist. cap. 1. num. 21.* Sanch. *var. quas. 4. num. 2.* [Alzedo *d. p. 2. cap. 9. num. 40.*] nam discedere non debet, nisi causa cognita, & probata ab Episcopo, & licentia in scriptis, & gratis concedenda, vt ait Concil. Trident. *d. cap. 1. & comprobant Azor. d. cap. 4. quas. fin. & cap. 5. quas. 4. & 5.* Sanch. *d. lib. 3. disp. 7. num. 27.* & decifum fuisse referunt Garc. in *cap. 2. num. 23. in prima decl. vat. & par. 9. cap. 2. num. 295. in secundo dubio,* Armendar. *d. loco num. 155.* vbi etiam asserunt & valere Episcopi constitutionem ne parochi possint abesse vltra duos dies sine licentia. Hinc etiam potest Episcopus prohibere sub pœna pecuniaria arbitraria, quæ tamen dimidiâ non excedat, ne vltra biduum à suis Ecclesiis possint abesse, non tamen id prohibere potest sub pœna excommunicationis late sententia, ita referunt decifum Garcia *d. cap. 2. num. 23. in 2. declar. Armendar. d. loco, num. 156.* An iusta causa absentia iudicialiter sit probanda, vide Aloyf. Ricc. in *decif. Curia Archiepisc. Neapol. decif. 152. par. 2. & decifum inueni & non satisfacere parochum si perat*

licentiam

licentiam iurans se grauem habere causam, quam non expedit manifestare, vt per Garc. *d. cap. 2. n. 37.* Armendar. *d. loco num. 165.* & Si Parochus habeat licentiam, sed per mendacium, & absentia fructus percipiat, eos restituere tenebitur, quia Concil. requirit duo ad iustitiam absentia, nempe causam iustam, & eius approbationem, vt acquirantur fructus in absentia, & cum sit falsa prima, erit etiam inutilis secunda, maxime cum tota ratio acquirendorum fructuum dependat à causa iusta, Sanch. *d. quas. 4. num. 16.* Azor. *d. par. 2. lib. 6. cap. 10. quas. 3.* Possuin. *d. c. 1. num. 24.* Vnde & absens ex causa rationabili, licet peccet ob inobedientiam non petendo licentiam, non tenetur tamen ad fructuum restitutionem, Zocchi. de *casibus reueruat. casu 3. num. 3.*

100. Fructus amittuntur dumtaxat pro rata illius temporis, quo quis abest sine licentia, nec potest componi restitutio debita fructuum malè perceptorum obtinentibus Bullam Cruciatæ, vt vigore aliorum priuilegiorum, & facultatum obtenturam per Concilium, referunt decifum Garcia *d. cap. 2. num. 27.*

101. Armendar. *dicto loco num. 158.* & Curatum inferiorem, qui vltra duos menses abfuit à sua residentia, posse & debere cogi per Episcopum ad restitutionem fructuum pro rata temporis absentia, iuxta *c. 1. sess. 23. de reformat.* nec ad eam rem requiri citationem, vel monitionem, referunt Garc. *d. c. 2. n. 27.* Armendar. *dict. loco num. 159.*

102. Episcopus semper debet applicare fructus non residentium, de quibus in *sessione 23. cap. 1. de reformat.* fabricæ Ecclesiæ Parochialis, etiamsi non indigeat, nec pauperes intra limites reperiantur, quæ potest tamen in dies indigere, saltem quoad ornamenta. Garcia *d. cap. 2. num. 31.* Armendar. *d. loco num. 160.* & Episcopus procedens per subtractionem aduertit parochos non residentes, iuxta Trident. tenetur obseruare eadem interualla, eandemque rationem, quæ contra Episcopos non residentes statuit idem Concil. *sess. 6. cap. 1.* quoties in pœnam omiffæ residentia vult subtrahere partem fructuum, quos suos fecerunt: non verò tenetur obseruare eadem interualla in executione faciendi super illis fructibus, quos Parochi pro rata temporis absentia suos non fecerunt, decifum referunt Nicol. Garcia *d. cap. 2. num. 32.* Armendar. *d. loco num. 161.* me citato in hoc loco Alzedo *d. p. 2. cap. 9. num. 38.*

103. Parochos ad residentiam importunis remedijs cogendos esse ait Concil. Trident. *sess. 6. de reformat. cap. 2.* & si ipsi in presentia citari possunt, citabuntur dato termino idoneo ad redeundum habito respectu ad personas, loca, & tempora, *cap. inter quatuor, de clericis non resid.* Et si non redierint imposita excommunicatione, vel suspensione si non venerint, beneficijs priuari possunt. *cap. 2. cap. relatum, cap. ex parte, & cap. qualiter, de clericis non resid.* priuari enim quis non debet, nisi prius monitus ad residentiam, Card. Tusch. *littera R, conel. 254. num. 6.* Et ita priuationem præcedere debet monitio, & deinde pœna censurarum, postea subtractionis fructuum, ita quod post quemlibet terminum pœnæ, expectetur ad minus per sex menses: aliter enim non seruata hac forma à Concilio prescripta, non teneretur sententia priuationis, vt fuisse decifum in Rota in *una Salamantini die quinta Decembris an. 1567.* coram Illustiss. Cardin. Seraphino, [inter eius impressas decif. 27. vbi quod Episcopus potest ob non residentiam deuenire ad priuationem beneficij, seruato tamen iuris

Barb. de Episcopo Pars III.

ordine, nempe per censuras prius Ecclesiasticas procedendo, ac per sequestratione, & substationem fructuum, aliaque iuris remedia, & vsque ad priuationem, ad quam debet præcedere per tres citationes in Ecclesia successiue factas, & vnica peremptoria non sufficit.] refert praxis Piasc. in *nona Episcop. par. 2. cap. 4. num. 96. in fine.* Absentes tamen, qui ignorantur vbi sint, per edicta tria in sua Ecclesia fixa citabuntur. Concil. Trident. *sess. 23. de reformat. cap. 1. verb. eadem omnino,* separata scilicet, vt ait Abb. in *cap. ex tua, num. 4. de clericis non resident.* qui si non venerint, vterius procedatur contra illos, vsque ad priuationem, post terminos elapsos, de quibus supra. [Verum vt clarius procedamus, videtur in hac materia aliquos casus esse distinguendos. Primus est quando absentia fuit à principio iusta, & cum licentia Superioris concessa ad certum tempus quod iam est elapsum, quo casu Ioan. Andr. in *c. quoniam frequenter n. 52. vt lite non contest.* distinguit quod vel in ipsa licentia inserta est monitio vt reuertatur intra tempus, aliàs quod priuabitur; vel non est inserta, vt in priori casu non sit necessaria aliqua monitio, sed elapso tempore sine vlla citatione, vel admonitione priuari possit; secundo vero necessaria sit talis monitio, aut citatio. Secundus est casus quando temere recessit, scilicet tamen locus, in quo moratur, neque ipse latitat, vel impedit accessum ad suam personam, & tunc debet legitime moneri, vt ad suam Ecclesiam reuertatur intra tempus conueniens secundum locorum distantiam, & temporis qualitatem arbitrio ipsius Episcopi præfigendum, & si non redierit, vel causam iustam quominus redeat, ostenderit, poterit postmodum ipsa Ecclesia priuari; vt est casus in *c. inter quatuor & in c. vlt. de cler. non resid.* Et post huiusmodi monitionem personaliter exequutam, & effluxum tempus in ea contentum, non est necesse aliud tempus expectare, sed illico potest procedi ad spoliationem mediante promotione alterius. Mantie. *decif. 67. n. 5.* Seraph. *decif. 1346. sub n. 5. verb. nam si processisset,* quod obtinet etiamsi aliter constet monitionem ad eius notitiam deuenisse. Coccin. *decif. 10. n. 3.* Tertius est casus quando non ignoratur locus, sed ipse impedit ne personaliter moneatur, & tunc probat quod huiusmodi impedimento debet citari per edictum, eaque citatio operabitur eundem effectum, quem personales, vt est text. in *d. c. quoniam frequenter §. porro,* vbi Bald. *n. 2. vt lite non contest.* Quartus denique est casus quando penitus ignoratur locus in quo est, vt possit personaliter citari, & tunc succedit dispositio text. in *c. ex tua, de cleric. non resid.* vt debeat tribus edictis citari in Ecclesia, & expectari per sex menses, quibus effluxis, & non antea spoliatur, Mantie. *decif. 12. n. 2. & decif. 67. n. 4.* Et isti sex menses computari debent post lapsum vltimi peremptoriij. Abb. *cons. 67. sub num. 2. verb. post quartum lapsum p. 1.*

Declaratoria super vacatione ob non residentiam prolata, quæ sufficit, nec est necessaria positiua pronuntiatio super priuatione. Mantie. *d. decif. 67. n. 8.* non potest Ordinarius remittere pœnam incursam, sed tantum summus Pont. vt notat Archid. in *c. felix, sub num. 13. in verb. iniuriam, de pœnis,* vbi Ioan. Andr. *sub n. 4. in verb. ruinarum,* & Franch. *num. 3.* & multo minus poterit ex facto eiusdem Ordinarij citari effectus iuris circa reservationem resultantem ex constitutione *Ad regimen, de preben. inter commun. indicendo videlicet pœnam eandem priuationem ex aliqua Synodali constitutione contra Rectores absentes, nisi intra certum tempus ad residendum redierint.*

106 Ab Ecclesiis suis nunquam Parochis abesse licebit, nisi ex quatuor causis, de quibus supra dictum fuit, dum ageremus de Episcoporum residentia, re-
lati à Concilio Trident. d. cap. 1. sess. 23. de reformat. Azor. par. 2. lib. 7. cap. 4. quas. 4. Possuin. de offic. Curati cap. 1. num. 12. Et cum abest iusta de causa, siue cum licentia, siue absque ea, tenetur relinquere substitutum, qui pro se populo seruiat. Possuin. d. cap. 1. num. 13. dummodo sit idoneus, & admissus in illo Episcopatu pro administratione Sacramentorum, vt dicit Concil. dicto cap. 1. ibi, Vicarium idoneum relinquat ab Ordinario approbandum, ex quo colligitur etiam consulto Episcopo esse relinquendum. Possuin. d. cap. 1. num. 19. Nisi absentia per sex, vel octo dies fiat, quia tunc poterit substituere sine Episcopo, ita declarante consuetudine vniuersali; nisi Episcopus per suas constitutiones inhibeat. Poterit etiam sine licentia, & substitutione Vicarij discedere per aliquos dies cum causa est vrgens, & non patitur dilationem, ne habet quem mittat ad Episcopum pro licentia, & pro Vicario substituendo, Azor. dicto cap. 4. quas. ult. Possuin. d. cap. 1. num. 15. Si tamen Curatus rationabiliter iudicauerit (veluti quia nullus infirmatur) posse abesse per duos, aut tres dies non festos, licet aberit, etiam si nullum substituatur, quia consuetudo optima legum interpres ita declarat, etiam apud timoratos. Et si contingat Curato rationabiliter absente aliquem à Parochiis suis mori sine Sacramenti sumptione, quæ verè recepisset, si Curatus adfuisset, putà quia infirmi, vel domestici ea periebant, non peccabit, quia rationabiliter absuit, ita Possuin. dicto cap. 1. num. 5. At verò si illo tempore, quo repentina vrget discessio ob incommodum repentinum, causam legitimam, vel periculum instans, adsit infirmus, & non habeat Parochus quem substituatur ad conferenda Sacramenta necessaria, nec infirmus commodè possit expectare alium Sacerdotem aliunde accerendum, tenetur Curatus subire quoduis periculum potius, quam deserere talem infirmum, ex D. Thom. resoluit Possuin. in dicto cap. 1. num. 16.

De residentia Canoniorum Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiarum in eisdem Ecclesiis faciendâ.

107 Obtinentes in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis dignitates, Canonicatus, præbendas, aut portiones, tenentur ad residentiam, ita ut non liceat eis vigore cuiuslibet statuti ultra tres menses, etiam continuos (vt Sacra Congregatio declarauit) ab eisdem Ecclesiis quolibet anno abesse, saluis nihilominus earum Ecclesiarum constitutionibus, quæ longius seruitij tempus requirunt; ita decimum refert Franc. Leo in thesau. fori Ecclesiastici par. 3. cap. 2. num. 11. & docet Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. vers. præterea, de quo multa Nauar. consil. 2. de clericis non resident. Azor. in sit. moral. par. 3. lib. 7. cap. 3. colum. 916. optimè Nicol. Garcia de beneficiis. par. 3. c. 2. n. 180. cum seqq. Armend. in addit. ad recopil. legum Navarra lib. 2. tit. 23. de residentia. rub. An Canonici, vel alij habentes dignitatem teneantur residere in suis Ecclesiis, num. 8. cum multis seqq.

108 Ad hanc residentiam tenentur etiam Abbates, Priores, & alij Superiores Collegiarum Ecclesiarum, (vt est Prior nostræ Collegiæ insignis Vimarantensis) quamuis habeant iurisdictionem in Cano-

nicos; ad hoc enim cogi possunt ab Episcopis, sub quorum diocesi sunt: ita decimum referunt Garcia d. c. 2. n. 181. Armend. dicto loco n. 11. & faciunt quæ Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 7. collect. 1591. nam & dignitas principalis in Collegiata cum regulariter habeat curam animarum in foro interiori, vel exteriori, requirit ætatem 25. annorum inceptorum. Nicol. Garcia de benefic. p. 7. cap. 4. num. 65.

110 Obtinens Canonicatum, & monasterium in commendam, debet in Canonicatu residere, nisi monasterium habeat aliàs curam animarum: ita referunt Garcia d. cap. 2. n. 183. Armend. d. loco n. 13. & Secularis enim habens Monasterium in commendam non habet curam conuentus, nec Monachorum, sed tota est penes Priorem conuentualem, Rota Roman. apud Farinac. decis. 112. num. 10. in nouissimis.

112 Commendatarij Abbatie curam iurisdictionalem tantum, non autem Sacramentalem habentes, nullo Concilij Decreto ad residendum adstringuntur, neque si non resident, pœnis ab eo in non residentes constitutis, arcentur, ita decimum refert Garcia in addit. ad dictum cap. 2. numero 183.

113 Habens Canonicatum, & Parochialem in duabus diocesis, & nō residens in Parochiali ex permisso Episcopi, vt tenetur per Bullam Pij Quinti, cogendus est ad residentiam in Canonicatu: ita decimum referunt Garcia d. cap. 2. num. 184. Armend. d. loco n. 14. & Item habens duos Archidiaconatus dignitate pares, residere poterit, in quo sibi magis placuerit, si alter est dignior, tenetur in eo residere, huic verò in quo non residet quotidianas distributiones perdit, in quibus distributionibus intelligitur etiam comprehensa tertia pars præbendæ, quæ ex Trident. conuersa fuit in distributiones quotid. Ita decimum referunt Garcia d. cap. 2. num. 185. Armend. d. loco num. 15. 16. & 17.

115 Immemoralis consuetudo non excusat à residentia in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, resolutura ita asserunt Nicol. Garcia d. par. 3. cap. 2. num. 197. Armendar. d. sit. de residentia num. 20. me citato in hoc loco, Sanctarel. var. resolut. quas. 4. num. 33. [latè me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 9. §. 12. à princ.] In Collegiatis autem non insignibus possunt excusari Canonici, si Ecclesiæ sunt rurales profus destitutæ, aut in quibus nunquam antea supra hominum memoriam solitum esset, residere, aut in quibus adeo tenues redditus essent, vt Canonicos aliunde non habentes vnde viuerent, alere non possent, & sufficit ad excludendam immemoraliam, quod aliqui Canonici recederint, ita decimum referunt Nicol. Garcia d. cap. 2. n. 197. Sanctarel. dicto cap. 4. num. 59. Armend. dicto loco num. 10. Pialec. in praxi noua Episcop. par. 2. c. 3. n. 10. in fine, Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decis. 500. in prima edit. & resolut. 390. n. 4. in secunda edit. & ita tenuit Rota in vna Papien. residentie 10. Martij 1613. coram Ortembergo, vbi fuit resolutum consuetudinem immemorialem non excusare à residentia in Collegiatis insignibus. & Immemoralis consuetudo ita sublata est per Concil. ita ut statuta iurata nihil valeant, illa verò auctoritate Apostolica confirmata non esse sublata referunt decimum Nicol. Garcia d. cap. 1. num. 197. in tertia declaratione, Armend. dicto loco num. 21. Sic etiam prætextu immemoralis consuetudinis non licet canonicis ultra tres menses quotannis ab Ecclesia abesse, referunt decimum Garcia in addit. ad dict.

dict. cap. 2. num. 197. Armend. dicto loco num. 43. Aloyf. Ricc. in dict. praxi resolut. 392. num. 2. Si verò statutum, quo permittum est quatuor menses Canonicis quolibet anno ab Ecclesia abesse, à Papa confirmatum fuerit, non est sublatura à Concilio, & idè obseruari debet, ita referunt decimum Garcia d. cap. 2. num. 216. Armend. dict. loco num. 26. & 27.

Consuetudine introduci posse, vt quotidianæ distributiones conferantur iis, qui iussa suarum Ecclesiarum occupantur in computatione reddituum, vel sumptuum ipsarum Ecclesiarum, docent Moner. p. 2. quas. 11. n. 47. Cened. d. quas. 1. n. 68. Sanctarel. d. quas. 10. num. 18. inualidam esse consuetudinem, qua introductum fuerit, vt is, qui habet Canonicatus in diuersis Ecclesiis, percipiat distributiones in vtraque, cum tamen in vna tantum resideat, tenent Cur. in cap. fin. de consuet. sect. 5. n. 45. Moner. p. 2. quas. 12. n. 40. & Sanctarel. dict. quas. 10. n. 20. Item quòd mortuo beneficiario distributiones primi anni dentur eius hæredibus, notat Azor. in sit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 7. quas. 5. Cened. d. quas. 1. num. 41. Sanctarel. d. quas. 10. num. 21. Bonacin. de horis Canon. disp. 2. quas. 5. puncto 6. num. 11. vbi num. 12. secus dicit de fructibus. Item quòd Canonicis qui vna hebdomada intereunt diuinis Officiis, possint lucrari distributiones sequentis etiam hebdomadæ, quamuis illis non intereunt, ex Azor. d. cap. 7. q. 5. Sanctarel. d. q. 10. n. 23. Item vt vna hora, vel duabus intereunt lucrentur massam grossam, siue præbendam amissis distributionibus quotidianis, referunt decimum Garc. d. cap. 2. num. 329. in 1. declar. Armendar. d. loco num. 52.

117 Stante statuto, vel consuetudine, qua cauetur seruitium quadraginta annorum Ecclesiæ præstitum liberare beneficiarum à residentia, lucrarique distributiones quotidianas in absentia, quamuis ipse non interit diuinis, obseruari potest, vel potius tolerari, prout resoluunt Cened. par. 3. collect. 155. in fine. Moner. de distributionibus. quotid. par. 2. quas. 7. num. 21. & quas. 12. num. 61. & quas. 13. num. 41. Pialec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 3. num. 9. vers. de senio. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 208. num. 19. Bonacin. de Horis Canon. quas. 5. puncto 6. n. 15. & 16. me citato in hoc loco Sanctar. var. resolut. q. 10. num. 26. & q. 8. num. 14.

118 Ad absentiam trium mensium à Concilio concessorum, non est necesse assignare absentie causam, nec licentiam sui Prælati petere, dummodo tamen omnes Canonici eodem tempore non absentent, ne Ecclesia suo debito seruitio destituatur: sed tantum illa quarta Canoniorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi, vel Capituli, referunt decimum Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. priuatio, §. 2. dub. 4. Sanctar. d. q. 4. n. 28. Galet. in margarita casuum conscientie, verb. distributiones, Aloyf. Ricc. d. resolut. 390. num. 4.

119 Huiusmodi tres menses Episcopi prouidere debent ne incurant in Natale, aut Pascha Domini, aut similes maximas solemnitates, prout decimum referunt Zerola d. verb. priuatio, §. 4. d. 2. præsentiali, dub. 3. Garcia d. cap. 2. n. 316. Armend. d. loco n. 38. Sanctarel. var. resolut. q. 4. num. 20. [me citato in hoc loco Castr. Palao in opere morali tract. 7. disp. 3. puncto 9. §. 1. num. 9. in fine.]

120 Qui quidem tres menses debent continere nonaginta dies, & vnus mensis triginta. Et cum Con-

cilium absolutè illos concedat, nec exprimat à quo tempore incipere debeant, possunt accipi non solum continui, sed etiam interpolati: ita Menoch. de arbitrar. casu 50. à num. 12. Gonzal. ad regul. 8. Cancoll. gloss. 11. num. 8. Garcia dicto cap. 2. num. 306. Intellige concedi Canonicis & absentiam 122 trium mensium si Constitutiones Ecclesiæ seruitium totius anni requirunt, prout decimum referunt Garcia d. cap. num. 312. Armendar. dict. loco num. 35.

122 Si ultra tres menses absint Canonici, licet in ciuitate vbi ipsa Ecclesia existit, sint præsentibus, incidunt in pœnas Concilij d. cap. 12. ita decimum referunt Garcia d. cap. 2. num. 322. Aloyf. Ricc. dict. praxi resolut. 392. num. 2. Armend. d. loco num. 43. Francisc. Leo in thesauo fori Ecclesiastici. par. 3. cap. 2. à num. 19. Pialec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 5. num. 10. in fine. Sanctarel. dict. q. 4. num. 24.

123 Potest tamen Episcopus ob legitimam causam dare Canonicis suis facultatem, vt possint abesse per quatuor menses, referunt decimum Armend. d. loco num. 124. Comit. resp. moral. lib. 1. q. 59. num. 2. [me citato in hoc loco Alzed. de præstantia Episcop. dign. p. 2. cap. 9. num. 39.]

124 Non possunt Canonici pro illis tribus mensibus distributiones quotidianas consequi, cum sint distinctæ à præbendis: ita decimum referunt Flamin. de resig. lib. 1. quas. 10. num. 65. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. §. 7. proœciali num. 182. Moneta de distributionibus quotidianis par. 1. quas. 6. à principio. Francisc. Leo dicto cap. 2. num. 22. praxis noua Episcopalis parte 2. cap. 3. num. 8. in medio, pag. 124. Armend. dicto loco num. 36. in fine, Aloyf. Ricc. d. praxi resolut. 385. num. 10. [Trulench. dict. cap. 8. dub. 9. num. 9.] quod non procedit quando distributiones quotidianæ succedunt loco præbendæ, & tanquam fructus habentur, quia tunc absentes ex legitima causa illas lucrantur, ex eodem Aloyf. Ricc. in d. praxi decis. 499. in prima editione, & resolut. 390. num. 2. in secunda editione. Vnde licet distributiones quotidianæ non percipiuntur à Canonici, qui interueniunt Episcopo visitanti, si tamen fructus omnes consistunt in illis, debent percipere duas illarum partes, amissa tertia, quæ accrescit intereuentibus, ita decimum referunt Franciscus Leo d. cap. 2. num. 18. Galet. in margarita casuum conscientie, verb. distributiones, Aloyf. Ricc. d. resolut. 390. num. 4.

125 Coadiutor, & coadiutus possunt abesse his tribus mensibus, vt per Nauar. consil. 1. n. 6. de clericis egrot. Rota in vna Salamantina integra portione, 18. Octob. 1584. coram Pena, Moneta de optione, cap. 4. quas. 8. num. 172. vbi etiam docent legitimè impeditum coadiutorem posse percipere distributiones.

126 Archidiaconus potest abesse ultra tres menses ratione visitationis ei incumbentis, ratione suæ dignitatis, potestque pro tempore dictæ absentie lucrari fructus sui Archidiaconatus, dummodo dari consueverint absentibus ex legitima causa, non tamen lucratur distributiones merè quotidianas, ita decimum referunt Garcia d. cap. 2. num. 332. Moner. d. q. 11. num. 63. Cened. d. quas. 1. num. 36. & 74. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarra. lib. 1. tit. 6. l. 6. de visitat. num. 81. vbi num. 82. limitat, nisi extet Ecclesiæ consuetudo, vt Archidiaconus visitans nihil fructuum percipiat, & repetit idem Armend. d. tit. de residentia, vel absentia clericorum à n. 54. vbi n. 82. & Nicol. Garc. d. c. 2. n. 332. in 2. dub. aduertunt etiam hoc casu durante

uisione nō posse Archidiaconum percipere fructus illius Canonatus, quem obtinet ex dispensatione, vel Ecclesie consuetudine. Si vero Archidiaconus vel Canonicus uisitaucrit Ecclesiam, iura, vel redditus suae praebendae, non amittere distributiones quotidianas, cum uisitando praedicta iura, & loca, seruiat Ecclesiae in re uili, dicunt decimum Monet. d. quæst. 11. num. 63. Cened. dist. quæst. 1. num. 36. Garc. par. 3. cap. 2. n. 333. & seq. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 7. cap. 7. q. 10. me citato Sanctarel. d. quæst. 11. num. 9.

127 Incumbens curae animarum imminenti suae dignitati habetur praesenti & interuenti, lucraturque distributiones, Concil. Tridentin. sess. 22. de reformat. cap. 3. vers. quod si aliquid, referunt decimum Aloyf. Ricc. d. resol. 389. num. 4. Zech. de Repub. Eccles. cap. 24. num. 6. Zerola in praxi Episcop. p. 1. verb. distributiones num. 3. vers. secundo debentur, [me citato in hoc loco Trulench. d. lib. 1. cap. 8. dub. 12. §. 7.] Cened. d. quæst. 1. num. 75. me citato in hoc loco Sanctarel. d. quæst. 11. num. 11. Bonacin. de horis Canonici disp. 2. quæst. 5. puncto 3. §. 7. [Marchin. de Sacram. Ordinis tract. 3. p. 2. cap. 35. sub num. 9. vers. idem dicendum, Steph. Vveymis in 24. constit. ex iure antiquo desumptas, & per Concil. Trident. innotatas, constit. 11. num. 21. in princip.] dum tamen est in actu administrandi Sacramenta, vel alia exercendi, quae spectant ad ipsam curam, ex declarat. S. Congreg. quam refert Franciscus Leo d. cap. 2. num. 24. Sub quo non comprehenduntur Canonici habentes Ecclesias parochiales, non tamen canonicaribus annexas, seu unitas: qui si in parochialibus resederint, & fuerint priuilegiati ad perceptionem fructuum, exceptis distributionibus quotidianis, iuxta Bullam Pij V. vel ex indulto Apostolico, non poterunt optare, neque domus canonicales, neque canonicarum presbyteralem, & similia, cum non habeantur pro praesentibus, sed tantum sunt priuilegiati ad percipiendos fructus, & id quando scilicet extrat consuetudo, vel statutum, quo absentes non possunt optare, ita decimum referunt Nicol. Garcia dist. cap. 2.

128 num. 337. Armendar. d. loco num. 58. ¶ Canonice-
tum, & parochialem habens, & residens in parochiali ex dicta Bulla Pij V. distributiones quotidianas integras lucratur, si canonicatus consistit solum in distributionibus non habens praebendam, quando scilicet utriusque seruire nequit: nam si ambobus commodè seruire posset, lucraretur solum iuxta seruitium quod praestaret, idem Armendar. dist. loco num. 65. & 66. Garcia d. cap. 2. num. 114. ¶ Habentur tamen tanquam praesentes in choro, qui curam animarum exercent, qui illi Ecclesiae imminet, dum sunt in actu administrandi Sacramenta, vel alia exercendi, quae spectant ad ipsam curam, referunt decimum Garcia dist. cap. 2. num. 335. Armendar. d. loco num. 57. & resoluit Theodos. Rube. inter disceptas forenses. Stephan. Gratian. cap. 298. num. 22. At si haberent curam animarum in aliis Ecclesiis, dum in eis residerent ac sacramenta administrarent, non posse percipere distributiones, quas perciperent si in Ecclesia Cathedrali, vel collegiata, in qua habent canonicatus, vel dignitates residerent, resoluit Monet. p. 2. q. 12. n. 69. Sanctar. d. q. 11. num. 13.

130 Habens Canonicatum, & parochialem, in qua non potest sine discrimine vitae propter inimicitias residere, cogendus non est residere in ea, sed ei est permittendum, ut in Canonicatu resideat, referunt decimum Salzedo ad Bern. cap. 54. in nouiss. edit. lit.

C, in fine, vers. octauum, Armendar. dicto loco num. 101.

131 Canonici, & qui Dignitates obtinent in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis, etiam seclusa consuetudine, vel statuto, etiam si adsint Mansionarij, seu Capellani, tenentur iusto cessante impedimento psallere in choro, seu canere psalmos & hymnos, ac caetera huiusmodi, quae vel alternatim in choro decantantur, vel ad Sacerdotis hebdomadarij pronuntiationem, seu recitationem respondendo dicuntur: alijs ad distributionum quotidianarum restitutionem teneri resoluit Nauar. in tractat. de orat. & horis canon. cap. 10. num. 47. & cap. 11. n. 41. & cap. 13. num. 17. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 10. cap. 11. quæst. 5. cum seqq. Beja par. 1. respons. conscientia casu 55. Petr. de Ledesm. in summ. par. 2. tract. 9. cap. 4. concl. 1. diff. 1. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 18. a num. 175. [Squillante de obligat. clericor. p. 1. a num. 60. Paul. Layman. in summ. Theolog. moral. lib. 4. tit. 2. cap. 7. num. 6. Oliuert. Bernart. de obligat. Horarum Canoniar. lib. 2. cap. 23. num. 9. Tamburin. de iure Abbatum tom. 2. disp. 10. quæst. 3. num. 4. prope finem, Barth. à S. Faulo de Horis Canon. lib. 3. quæst. 13. Sebast. Cæl. in relect. de Eccles. hierarchia disp. 12. §. 1. num. 7. cum seqq. Vgolin. de potest. Episcopi p. 1. cap. 19. §. 1. num. 4. Cast. Palao in opere mor. tom. 2. disp. 3. p. 4. num. 5. nouissimè me citato in hoc loco Trulench. in exposit. Decalogi lib. 1. cap. 8. dub. 7. a princ.] Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. quæst. 62. num. 2. Quicquid aliud uelint Petr. Nauar. de restit. lib. 2. cap. 2. dub. 3. num. 217. cum seqq. Petr. de Aragonia 2. 2. quæst. 83. art. 13. Lessi. de iustitia lib. 2. cap. 34. dub. 33. [Suar. de Relig. tom. 2. lib. 4. cap. 2. num. 18. Bonacin. de horis Canon. disp. 1. q. 3. p. 2. §. 1. num. 17. Cened. canon. lib. 1. q. 2. a princ. & praecipue a num. 14. Nicol. Garc. de benefic. p. 3. cap. 2. num. 514. Monet. de distrib. quotid. p. 2. q. 3. Diana moral. resol. p. 4. tract. 4. resol. 217. in fine, Sanch. in opuscul. moral. tom. 2. lib. 2. cap. 2. dub. 100. num. 2.] Canonici autem, & caeteri beneficiarij ad recitationem Horarum Canonice in choro adstricti, debent ibi eas recitare, nec à peccato excusantur, scilicet ueniali, nisi iustam habeat causam absentiae; mortale tamen committent si per contemptum, aut contra Praelati particulare praecceptum fuerit talis absentia, ut resoluit Valer. Reginald. d. lib. 18. num. 176. ¶ domi enim recitantes, & assistentes in choro non recitando, nec cantando, tenentur restituere distributiones quasi totas, ut per Fr. Emman. in summ. tom. 2. cap. 145. num. 5. Sic etiam teneri, qui de ordinatio, & frequenter confabulantur in choro, testatur Ludouic. Lopez in instructorio conscientia tom. 1. cap. 246. quem sequitur Vega in summa parte 1. cap. 128. casu 10. [nouissimè Trulench. d. cap. 8. dub. 3. num. 6.]

133 Omnibus diebus & Horis, praeterquam in tribus mensibus singulorum annorum, debent canonici interesse, ut resoluit Garcia dist. cap. 2. num. 325. Armendar. dist. loco num. 47. Et non possunt iuuari aliqua consuetudine quin teneantur omnibus septem horis inferuire, tenet Theodosius Rubeus inter disceptationes forenses Stephani Gratiani cap. 298. num. 20.

134 Qui tempore quo cantatur una hora in choro, Missam celebrat in eadem Ecclesia ex deuotione, vel obligatione, non dicitur interfuisse illi horae, nec illius distributiones accipere potest: si uero iussus fuerit à superiore, ut celebret, tunc recipere:

ret: superior uero debet caere à tali iussione, refert decimum Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 494. in prima editione, & resoluit 385. num. 2. in secunda editione, resoluit Galett. in sua margarita casu conscientiae, verb. distribution. pag. 81. Henriq. consil. 22. Theodos. Rube. dist. cap. 298. num. 21. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici parte 2. cap. 13. num. 6. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. proom. num. 181. Pialec. in praxi noua Episcop. parte 2. cap. 3. num. 8. pag. 124. me citato Bonacina de sacrament. disput. 4. q. ult. puncto 7. §. 5. num. 7. & de horis Canon. disput. 2. quæst. 5. punct. 3. §. 4. Armendar. dicto loco num. 81. & 83. Aloyf. Ricc. Neap. decis. 113. p. 4. ubi multipliciter intelligit, me citato in hoc loco Sanctarel. vari. q. 7. num. 19. [Marchin. de sacram. Ordinis tract. 3. p. 2. cap. 35. num. 9. Et sacra Congreg. Concilij in Oriolen. praxi Martij 1632. in resp. ad 12. censuit Canonicos, seu alios Praebendatos tempore, quo diuina Officia celebrantur in choro, vel anniuersarium, seu cantatur Hora, Missas planas celebrantes, non lucrari distributiones quotidianas, nec emolumenta, nisi illa hora ad celebrandas Missas ab eo ad quem pertinet, iussu, aut compulsi fuerint.]

135 Distributiones quotidianas non possunt percipi à Canonicis absentibus, & per substitutum Ecclesiae suae inferuientibus, nisi expresso in id priuilegio iuuarentur, in facti contingentia consulit Caldeirin. consil. 1. sub titulo de clericis non resid. dub. 2. quem refert Galett. dicto verb. distributiones antepen.

136 Vnde si factum sit aliquid statutum, quod canonici possint inferuire per substitutos, vel alternatim unus pro alio, non habeatur eius ratio, quia est contra Concilium, ut refert decimum Zerol. in praxi Episcop. parte 2. verb. Canonicus, §. 5. Garcia dist. cap. 2. num. 498. Rota Romana apud Farinac. decis. 659. num. 3. in nouiss. [me citato in hoc loco Cast. Palao dist. punct. 9 §. 2. num. 3. in fine.]

137 ¶ personaliter ad canendum Missam cogendi sunt Canonici illis diebus, quibus ex instituto, & legitima consuetudine illius Ecclesiae deobligantur, refert decimum Garcia dist. cap. 2. num. 495.

138 Obtinentes Dignitates, Canonicatus, vel portiones in Ecclesiis, praesertim Cathedralibus, cuiuscunque qualitatis sint, Episcopo solemniter celebrantur, aut Pontificalia exercenti assistere, & uestibus sacris indutos eidem inferuire, necnon munera eidem dignitatibus, canonicatibus, & portionibus in decantatione Missae, Euangelij, Epistolae, & similibus functionum praestatione incumbentia, & annexa per se ipsos subire & exercere iuxta sacrorum Canonum, & Concilij Tridentini dispositionem, ac cuiusque Ecclesiae particularem ordinationem certum esse respondit sacrorum Rituum Congregatio, quod si quando aliquis legitimo impedimento detentus ea per se ipsum adimplere non poterit, tunc alios, eiusdem tamen ordinis, & gradus, non autem inferioris dignitatis, nempe alias dignitates, canonici canonicos, & portionatij respectiue portionarios in sua quisque hebdomada ne grauium, & ordinum praerogatiua confundatur, deputare debet, idque per Episcopum opportunis remedijs, etiam huius decreti vigore prouidendum fore censuit eadem Congregatio, supplicante Capitulo, & alijs Ecclesiae Abelenis portionarijs, refert Garcia d. cap. 2. num. 496.

139 Capitulum, seu Clericos inferiores sine Episcopo non posse statueri de quotidianis distributionibus, quatenus earum distributio attingit, aut con-

cernit statum uniuersalem Ecclesiae, diuinaque officia, earumve regimen, resoluit Moneta de distribut. quotid. par. 2. quæst. 15. num. 26. in ultima edit. [me citato in hoc loco nouissimè Trulench in exposit. Decalogi lib. 1. cap. 8. dub. 3. num. 4.] quamuis putent posse id facere, quando nihil constituunt contra Episcopi iurisdictionem, nec contra ius commune. Azor. instit. mor. p. 2. lib. 7. cap. 7. q. 17. Sanctar. var. resol. q. 13. num. 8.

140 Non posse Episcopum, aut Capitulum remittere, aut donare amissionem distributionum ob non residentiam, probat Concil. Trident. d. cap. 12. ibi, quauis collusione, aut remissione exclusa, & resoluit Nauar. de orat. & horis canon. cap. 22. miscel. 14. num. 48. & consil. 7. de clericis non resident. num. 1. Menoch. de arbit. casu 429. num. 6. Pialec. in praxi noua Episcop. parte 2. cap. 3. num. 8. in fine, pag. 124. [me citato in hoc loco Castro Palao d. punct. 9. §. 13. n. 6.] & decimum in sacra Card. Congregat. referunt Galett. in margarita casuum conscientiae, verb. distributiones 4. Armendar. dist. loco num. 90. & 91. & saepe resolutum fuit in Rota, prout in una Hispanen. distribut. Veneris secunda Maij 1603. Coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Rotae Decano, quae est prima ex impressis post tractatum de distribut. quotidianam. Ioan. Petr. Moneta num. 3. & me citato nouissimè Sanctarel. var. resol. quæst. 13. num. 7. Cui resolutioni non obstat gloss. verb. suas, in cap. 1. de clericis non resident. lib. 6. quae uidetur contrarium dicere, quia non inquit posse conueniri, quod distributiones in absentia remittantur, sed solum quod is, cui iam ipso iure accreuerunt, posset eas remittere, ne is, qui illas perdidit, teneatur restituere, quod est longè diuersum à pactione, qua quis distributio nes in absentia perdat; & hanc glossam ita intelligit Nauar. dist. cap. 2. miscel. 14. num. 49.

141 Non possunt Canonici, uidelicet duo, aut plures associantes eorum Praelatum, quandoque uolentem audire Missam, non in Cathedrali, sed in alia Ecclesia ciuitatis, participes fieri distributionum quotidianarum, quae non nisi praesentibus, & interuentibus dantur, refert decimum Pialec. praxi noua Episcop. parte 2. cap. 3. num. 8. pag. 124. Aloyf. Ricc. dist. resoluit. 385. num. 3. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. §. 7. proom. num. 183. Moneta de distrib. quotid. par. 2. q. 8. num. 14. prope finem, Armendar. dist. tit. de resident. Canon. num. 61.

142 Sic etiam Canonici duo interessentes Episcopo ad mentem sacrorum Canonum non percipiunt distributiones quotidianas, nisi tamen in illis confisterent omnes fructus, quorum tali casu duas partes solum reciperent, reliqua tertia accrescente interuentibus, ita decimum refert Galett. in margarita casuum conscientiae, verb. Canonicus, pag. 29. in fine, & verb. distrib. penultimo, Armendar. dist. loco num. 97. & lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. n. 10. [Stephan. Vveymis in constit. 24. ex iure antiquo desumptas, & per Concil. Trident. speciatim innotatas, constit. 11. num. 20. in fine, & num. 21. pag. 101. Theodos. Rub. sing. Rot. tom. 2. p. 5. fol. 500. c. 1.] ¶ Distributiones enim 143 quotidianae non debentur his, qui Episcopis defertunt. cap. de caetero, de cleric. non resident. Nauar. consil. 11. eodem tit. Gonzal. dist. §. 7. proom. num. 183. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 166. num. 20. Poterat tamen Episcopus Canonicis indulgere sibi seruiantibus, non alijs clericis, ut in absentia praebendarum, seu portionum suarum fructus percipiant, Moneta de distrib. quotid. par. 2. quæst. 8. num. 2. Cened. pract. lib. 1. quæst. 1. num. 35. Gonzal.

zal. gloss. 6. num. 255. Azor. *insit. moral. par. 2. lib. 7. c. 4. quæst. 3. vers. sexta causa*, Valer. Reginald. *in praxi fori pœnit. lib. 30. tractat. 3. num. 54. vers. quarta*, Stephan. Quaranta *verb. residentia pag. 444*. Stephan. Gratian. *dist. cap. 166. num. 20.* vbi etiam resoluit, quod hodie non poterit Episcopus Canonicos ab Ecclesia extrahere pro suo seruitio inspecta vbertate reddituum Episcopatum, & multitudine peritorum. [Præsentibus etiam quoad hunc effectum dicuntur qui cum Episcopo pro suo & ipsius Ecclesiæ seruitio commorantur, *dist. cap. de cetero, cap. ad audientiam, de cleric. non resid.* & sic posse Episcopum in sui seruitio habere duos Canonicos suæ Ecclesiæ, qui fructus præbendarum, in absentia, non tamen distributiones quotidianas percipiant, ita Gutier. *can. lib. 1. cap. 1. n. 149.* Marc. Anton. Genuens. *in præct. Neap. cap. 95. num. 2. in ult. impress. de an. 1619.* Vgolin. *de pœnest. Episcop. cap. 19. in princ. num. 6. vers. tertio*, Lotter. *de re benef. lib. 3. q. 27. num. 182. cum sequentibus.* Aloyf. Ricc. *in collect. decif. p. 6. collect. 2444. vers. secundò nota*, vbi extendit ad Canonicos Doctores, & Magistralis. Nisi ex quadragena consuetudine Canonici in seruitio Episcopi dentur distributiones, Sbroz. *de offic. vic. lib. 1. q. 43. num. 3.* Garc. *dist. cap. 2. num. 348.* Moneta *dist. q. 8. num. 15.* Sanctarel. *dist. q. 7. num. 31.* Et an hoc privilegio gaudeant Canonici ex Collegiata? vide *de Canon. cap. 25. num. 8.*

Proposito sic dubio. *Eminentissimus & Reuerendissimus D. Cardinalis Spinola Archiepiscopus Compostellanus* Canonicatum & præbendam in dicta sua Ecclesia vacantes contulit Don Lupo de Huarie familiaris suo, ac magistro cubiculi, quem declarauit velle pro seruitio suo retinere iuxta Decretales in cap. *de cetero, & in cap. ad audientiam, de cleric. non resid.* Nihilominus Capitulum & Canonici Compostellani petunt non teneri illi respondere de fructibus dictæ præbende sub pretextu cuiusdam statuti eiusdem Ecclesiæ requirentis primam residentiam per quatuor menses ad hoc ut fructus percipere valeat. Quare supplicatur per eminentias vestras Reuerendissimas respondere, an capta possessione, & facta Fidei professione per procuratorem Capitulum teneatur Oratori de fructibus dictæ suæ præbende iuxta formam præfatorum furium in dict. cap. *de cetero, & in dict. cap. ad audientiam respondere, non obstante dicto statuto, & quod nunquam orator accesserit ad dictam Ecclesiam.* Die 2. Jul. 1633. Sacra Congreg. Cardinalium Concilij Triad. interpretum re mature discussa censuit huiusmodi statutum non obstrare quominus Oratori in seruitio Eminentissimi Archiepiscopi commoranti de integris fructibus suæ præbende responderi debeat.

144 Ordinarius potest excusate à residentia in choro aliquem Canonicum, seu Capellanum ex causa legitima comprehensa in cap. *unico, de clericis non residentibus. lib. 6. sine consensu aliorum Canonico- rum, seu capellanorum, quorum interesse videtur propter ips accrescendi, quia id Conc. non derogat, nec requirit Capituli consensum.* Ita decifum referunt Garcia *d. c. 2. n. 407.* Armend. *dicto loco n. 85.*

145 Et Episcopus potest ob legitimam causam dare licentiam absentie quatuor mensium Canonicis, vt referunt decifum Garcia *d. c. 2. num. 408.* Armend. *dicto loco num. 86.*

146 Absens per annum à Dignitate, Canonicatus, seu præbendæ distributionibus est priuatus, & priuari debet dimidia parte fructuum; si verò perseverauerit in absentia, priuandus est non fructibus, sed

beneficio, ita refert decifum Armend. *d. loco n. 98.* & prius citandi sunt huiusmodi absentes, quare non debeant puniri secundum Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 12.* & bonus iudex arbitrabitur quanto tempore valeat ultra tempus permissum absentes expectare antequam contra eos pœnas exequatur, ita etiam decifum referunt Garcia *dist. cap. 2. num. 145.* Armendar. *dicto loco num. 108. & 109.* Item & Canonici, qui maiori seruitio Ecclesiæ, quam nouem mensium sunt adstricti, iisdem pœnis, de quibus in Trident. *dist. cap. 12.* subiacent, si non resederint, Garcia *dist. cap. 2. num. 144.* Armendar. *dist. loco num. 107.* Dispositio text. Concilij *dist. cap. 12.* & pœna contra obtinentes Canonicos, 147 & non residentes, non procedit in Canonico simplici carente præbenda, vt resoluit Aloyf. Ricc. *in praxi fori Ecclesiast. decif. 11. in 1. edit. & resolut. 624. in 2. edit.* & Necessariò seruandos esse pœnarum gradus præscriptos à Concilio *dist. cap. 12.* antequam deueniatur ad priuationem, aliàs esse nullam, fuit decifum in Rota Romana coram Illustrissimo Scraphino *in una Salamantinen. del Petrefo die 15. Decembris 1567.* in impressis *decif. 27. & 1346. & decif. 176. num. 4. p. 1. recent.* & optimè *in una Oriolen. canonicatus 14. Martij 1622.* coram R. D. meo Nauarro testantur praxis Archiepiscop. Neapolit. *cap. 112.* Piafec. *in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 3. num. 9. vers. necessariò*, vbi etiam asserit, quod citari debet huiusmodi non 149 residens in persona ante priuationem, si sciatur vbi moretur, gloss. *in cap. quoniam frequenter §. si v. r. d. in Canonibus, vt lite non contest.* Caputaq. *decif. 375. num. 3. & decif. 378. p. 2.* Scraphin. *decif. 1346. num. 5. & decif. 290. num. 4.* Rota in dicto Oriolen. *Canonicatus*, coram D. Nauarro, & si non sciatur, citandus est per edictum publicum trina citatione, nec sufficeret vna citatio pro tribus, & aliter facta priuatio esset omninò nulla, intellige quando quis personaliter non potuit citari; vnica autem sufficit, si personaliter fuit exequata, ita Rot. Rom. *in una Zamaron. capellania Luna 12. Junij 1589.* coram Illustriss. Mantica, quæ est impressa inter suas decisiones *decif. 67. num. 5.* vbi *num. 6.* asserit ex declaratione Illustriss. Cardinal. decifum Concil. *d. cap. 12. vers. præterea*, non afficere Episcopos, qui possunt procedere ad priuationem ob non residentiam, tamen illa temporum interualla non fuerint obseruata. & Fructus præbendæ, quibus Canonici, qui abfuerint à seruitio Ecclesiæ ultra tres menses priuandi sunt, applicandos esse in vltim Ecclesiæ, ac illius vtilitatem decifum referunt Garcia *dist. cap. 2. num. 146.* Armend. *dicto loco numero 10.* [me citato in hoc loco Castro Palao in opere *moral. tract. 7. de orat. disputat. 3. puncto 8. numero 6.*]

150 Possit tamen Episcopum hanc pœnam ante sententiam minuire, vel augere, sed non in totum tollere, resoluit Garcias *vbi supra num. 150.* Armendar. *dicto loco num. 111.*

151 Distributiones tamen non seruientium, & non residentium proportionabiliter applicantur seruientibus, & residentibus, vt tentum fuit in *una Astoricon. residentia, Luna 6. Junij 1616.* coram Reuerendiss. D. meo Coccino Rotæ Decano, & in *una Gerunden. distributionum, Luna 16. Februarij 1604.* coram Illustriss. Cardin. Bononiensi, nunc S. D. N. Gregorio X V. resoluit gloss. *verb. pars dimidia in Clement. 2. de vitæ, gloss. verb. suspensos in Clem. 2. de vitæ, & honestate clericorum*, Nauar. *in manus. cap. 25. num. 123. & de orat. cap. 7. num.*

num. 34. & miscel. 59. num. 9. Azor. *insit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 8. & 9.* Moneta *de distribut. par. 3. quæst. 6. num. 16.* Sanctar. *var. resol. quæst. 13. num. 2.* [me citato in hoc loco Castro Palao in opere *moral. tract. 7. de orat. disputat. 3. puncto 8. num. 3.*]

153 Absens à seruitio suæ Ecclesiæ, ad effectum vt lucretur fructus, & distributiones, duo copulatiuè requiruntur, videlicet iusta causa absentie, & licentia Ordinarij, iuxta tradita per gloss. *verb. Prælatorum in cap. relatum*, vbi Abb. *notab. 4. de clericis non resid.* & tenuit Rota in *una Locien. fructuum 21. Aprilis 1603.* coram Illustrissim. Pamphilio, & in *Placentina Salarij 7. Decembris 1606.* coram Reuerendissim. D. Penna Decano, & in *una Carthaginen. fructuum Luna 2. April. 1612.* coram R. P. D. Pitouano, & in *una Calagritana fructuum, & distributionum, Luna 26. Martij 1614.* coram R. P. D. Vbaldo.

154 Decifio Concilij *sess. 12. de reform. cap. 3.* dum decidere videtur portionem distributionum iis contingentibus, qui non interfunt, applicari debere fabricæ Ecclesiæ quatenus indigeat, vel altari, pro loco arbitrio Ordinarij, repugnare videtur decifioni ipsiusmet Concilij *sess. 21. cap. 3.* sed Nauar. *dist. miscel. 59. de oratione num. 9.* vtramque Concilij decisionem sic ad concordiam reducit, quod scilicet text. *in d. cap. 3. sess. 22.* loquatur tantum de distributionibus extraordinariis, & impropriis, quæ de redditibus particularibus, dignitatibus, personatum, & officiorum constituuntur, lucri faciendæ ab eis solis, qui huiusmodi beneficia habent, implendo officia, & seruitia diuina eis ab Episcopo præscribenda, ac designanda. Aliud verò Decretum quod habetur *sess. 21. cap. 3.* intelligitur de distributionibus ordinariis, & propriis, quæ constituuntur de fructibus communibus lucri faciendæ ab obeuntibus communiter officia diuina, & ideo subeunt Nauar. illas extraordinarias merito aliis non accrescere, quibus ordinariæ accrescunt, quoniam hæ de communibus fructibus constituuntur pro officiis communiter ab omnibus obeundis, illæ verò de fructibus particularibus præfatarum dignitatum, personatum, & officiorum, pro officiis, ac seruitiis à solis ea obtinentibus, faciendis, & obeundis: hanc Nauar. ad vtrumque decretum conciliationem post Philarch. sequuntur Galet. *in marginata casuum conscientia verb. officium diuinum pag. 190.* Fulc. *de visitat. lib. 1. cap. 15. num. 25.* Azor. *insit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 7. quæst. 8.* Campan. *in diuersorio juris Canon. rub. 7. cap. 6. num. 15. vers. consului*, Moneta *de distribut. quotid. par. 3. quæst. 6. num. 29.* Sed melius dic. *cap. 3. sess. 22.* loqui in Dignitatibus à quibus Ordinatus tertiam partem fructuum in distributiones quotidianas contentendos separare potest, & dato, quod distributiones quotidianæ non sint tenues, & in odium obtinentium dignitatis, & negligentium residere, & quando illa tertia pars ita subtracta per non seruientes amittitur, locis piis est applicanda. At verò *cap. 3. sess. 21.* loquitur solum quando distributiones ita sunt tenues, vt negliguntur, & hoc casu tertia fructuum pars ita separata, & in distributiones ab Ordinario conuersa, si per non seruientes amittatur, proportionabiliter seruientibus accrescit, refert decifum Nicol. Garcia *de benefic. par. 3. cap. 2. n. 465.* & declarasse Sacram Congregationem testatur Rota in *una Astoricon. Residentia, Luna die 6. Junij 1616.* coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Rotæ Decano.

155 Absentes in seruitio Papæ de Iure communi lucrari fructus, sed non distributiones, resoluit Ioan. Selu. *de benefic. p. 4. quæst. 6. num. 36.* Garcia *dist. cap. 2. num. 385.* Macign. *de horis Canon. cap. 17. num. 124.* Bonacin. *in simili tractat. disp. 2. quæst. 5. puncto 3. §. 1.* Sanctarel. *var. resol. quæst. 7. num. 34.* [Cened. *canon. lib. 1. q. 1. num. 3.* Vgolin. *de pœnest. Episc. p. 1. cap. 19. in princ. num. 6. vers. multo magis*, Barthol. à S. Fausto *de horis Can. lib. 3. disput. 66. & 67.* Rot. *in Barbastren. Canonicatus 26. Junij 1626.* coram R. P. D. Duran, impressa *p. 5. diuers. decif. 22.*] Sic etiam absentes in seruitio Cardinalis Legati lucrari fructus, non tamen distributiones præbendarum suarum, docent Gambart. *de officio legati de latere lib. 1. de auctoritat. legat. n. 56.* Zerola *in praxi Episcopi p. 1. verb. Residentia §. 4.* Nicol. Garc. *d. cap. 2. num. 382.* Moner. *d. p. 2. q. 9.* Sanctarel. *d. q. 7. num. 33.* [Barth. à S. Fausto *d. lib. 3. q. 64.*]

156 Auditores Rotæ Romanæ consequuntur fructus, & distributiones suarum præbendarum in absentia, ac si actualiter residerent; ex Bulla Clement VII. incipit, *Conuenit*, prout tradit Læsl. Zech. *in Re-publ. Eccles. par. 11. num. 2.* Cened. *præct. & canon. quæstion. lib. 1. quæst. 1. num. 63.* & me citato Sanctarel. *var. quæst. 11. num. 1.* [& Castro Palao in opere *moral. tractat. 7. disputat. 3. puncto 5. §. 8. num. 3.*]

Inquisitores hæreticæ prauitatis habentur in suis præbendis, & Dignitatibus pro presentibus, & residentibus, & percipiunt integros fructus suarum præbendarum, simul cum distributionibus quotidianis ex privilegio speciali fauore Fidei à Paulo III. & Pio V. Pont. Max. eis concessio referunt Rojas *de privilegio Inquisit. num. 420.* & in *tractat. de heret. sing. 96.* [Castro Palao me citato in hoc loco *d. §. 8. num. 3. in fine.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarræ, lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de residentia, vel absentia Canon. num. 71.* Nicol. Garcia *d. cap. 2. num. 356.* Sanctarel. *quæst. 11. num. 3.* [Cened. *d. q. 1. num. 28.* Ceuall. *commun. contra commun. q. 585. num. 12.* Diana *moral. resol. p. 4. tract. 8. resol. 71. in fine*, nouissimè Elcobar *de nobilit. & purit. proban. p. 1. q. 4. §. 5. num. 71.*] Spino *in Speculo resam. gloss. 3. princip. num. 78.* vbi etiam resoluit hoc privilegium competere etiam habentibus beneficia curata, cuius contrarium verius esse resoluit Cenal. *q. 585. num. 12.* & dixi supra *hac alleg. n. 87.* [Quoad nostros verò Inquisitores aliter se res habet, illis enim, necnon consultoribus, & procuratoribus in Romana Curia & aliàs vbi libet residentibus, secretariis fiscalibus, relatoribus, ac commissariis ad causas sancti Officij deputatis, & deputandis, actu tamen inseruientibus in Castellæ, Legionis, Aragonum, ac Hispaniarum, & vtriusque Siciliæ Regnis, existentibus, concessum fuit per diuersos summos Pont. de quinquennio in quinquennium, protogantes ab Innocentio VII. vsque ad Pauli V. in sua Constit. incip. *Aliàs per Nos accepto, sub dat. 5. Martij 1610.* ampliando ad vnum quinquennium, & ad aliud de nouo à fine illius incipiendum, & durante hoc tempore omnes fructus, redditus, & proventus, quotidianas distributiones, & etiam quæ manualia nuncupantur, annuaria, ac alia emolumenta, & obuentiones quorumcumque beneficiorum Ecclesiasticorum ad præsens obtentorum, vel in posterum obtinentorum, etiam si Canonicatus, & præbendæ, non tamen Theologicae, quibus actu deseruiri solent, Dignitates, Personatus, administrationes, vel officia in Cathedralibus etiam

etiam Metropolitanis, etiam si poss. Pontificales maiores, vel in Collegiatis Ecclesijs huiusmodi principales fuerint, dummodo beneficia ipsa Parochiales Ecclesiarum, vel eorum perpetua Vicaria, aut beneficia, curam animarum habentia non existant, predicti omnes officiales, & ministri percipere, exigere, & leuare valeant, perinde ac si in eisdem Ecclesijs singulis diuinis, tam diuines, quam noturnis locis, anniuersarijs, & processionibus, ac alijs officijs interessent, etiam si in illis primam residentiam personalem non fecerint, &c.]

157 Collector generalis Camere Apostolice. Subcollectores, Advocati, Procuratores, Fiscales, & Notarii in causis spoliarum, & iurium prelatu Camere, eorum officio durante, lucrantur distributiones quotidianas in absentia, ex Bulla Sixti V. Roma in monte Quirinali sub Anno Piscatoris die 8. Maij 1590. sui Pont. anno sexto, Monet. p. 2. quest. 11. num. 111. Sanctarel. dict. q. 1. num. 6. [Cened. d. q. 1. num. 64. Castr. Palao me citato in hoc loco, d. q. 8. num. 3. in fine.]

158 Concilio generali interefferentes lucrantur distributiones quotidianas, ut per Rebuff. in praxi parte tertia, tit. de dispensatione, de non resident. num. 34. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 52. lit. C. vers. quatuor casus. Similiter Concilio Prouinciali, seu Synodali Clericos interefferentes distributiones quotidianas percipere resoluunt Salzed. d. cap. 52. lit. C. vers. idemque pari ratione, Cened. pract. quest. 1. num. 67. vers. idem pari ratione. Sanctarel. d. quest. 1. num. 22. quest. 10. num. 17. in princip. [Vgo. lino. d. cap. 19. §. 2. num. 6. vers. secundo excipitur. Barthol. à S. Fausto d. lib. 3. q. 52.] Sic etiam qui tanquam Theologus, vel Canonista Concilio interefferent nomine sui Capituli ab eo missus, eandem distributiones lucratur, ut tenet [me citato in hoc loco Trulench. d. lib. 1. cap. 8. dub. 112. in princip. num. 7.] Moneta de distribut. quotid. par. 2. q. 11. num. 91. post Cened. idem dicit Sanctarel. d. quest. 11. num. 7. in fine, vbi num. 8. cum Moneta d. q. 11. num. 92. asserit Canonicum percipere posse distributiones si à Capitulo gratulationis causa mitteretur ad Pontificem, Principem, vel Civitatem, [de omnibus Castr. Palao me citato in hoc loco, in opere morali tractat. 7. disputat. 3. puncto 9. §. 3. numero 5.]

159 Canonici missi ab eorum Episcopo ad visitanda limina Apostolorum eorum nomine, vel comitantes ipsos Episcopos ad eadem limina ex Constit. Sixti V. distributiones quotidianas lucrantur, prout decifum referunt Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decif. 498. in 1. edit. & resolut. 389. num. 3. in 2. edit. Armendar. d. loco num. 62. Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 349. Moneta d. par. 2. quest. 8. num. 23. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 3. cap. 2. num. 23. me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiastico tract. 11. cap. 9. q. 2. 1. resol. 1. & Sanctar. d. q. 1. num. 14. vbi in fine cum Garc. asserit idem esse in alijs prabendatis licet non sint de Capitulo. [Barth. à S. Fausto d. lib. 3. q. 52. me citato in hoc loco Castr. Palao d. tract. 7. disp. 3. puncto 9. §. 3. num. 4.]

160 Pœnitentiarius interim dum Confessiones audit, censetur pro præsente in choro, nec amittit distributiones, Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 8. Aloyf. Ricc. dict. resolut. 389. num. 5. Bonacina de horis Canon. di p. 2. quest. 5. puncto 3. §. 5. me citato in hoc loco Sanctarel. var. resolut. quest. 7. num. 13. [Barth. à S. Fausto d. lib. 3. q. 74. Stephan. Weyms in 24. constit. ex iure antiquo desumptas,

& per Concil. Trid. innotatas, constit. 11. num. 23. pag. 102. me citato in hoc loco Trulench. lib. 1. cap. 8. dub. 12. in princ. num. 8.] & adde quæ dixi agendo de Pœnitentiario in Cathedrali Ecclesia constituendo alleg. 55. num. 30. [me citato in hoc loco Trulench. dict. lib. 1. cap. 8. dub. 102. §. 5.]

161 Examinatores beneficiorum à Synodo diocæsana electi, si cauta examinis absint à choro lucrantur distributiones quotidianas, prout decifum refert Legi. Zech. de Republ. Ecclesiast. tit. de beneficiariis num. 13. Sed verius credo huiusmodi examinatores dum ea de causa à choro absint, cum non Ecclesie suæ, cui sunt adscripti, sed dumtaxat Ecclesie suæ Ciuitatis, ac diocæsibus seu Episcopi sui deseruiant, non debent quotidianas distributiones percipere, nisi huiusmodi examinatoribus examinis causa absentibus illæ concedantur, vel ex speciali priuilegio, vel ex consuetudine legitime præscripta, vel denique ex statuto Capituli, & Ecclesie propriæ, prout tenet Moneta dict. par. 2. quest. 11. num. 61. Garc. dict. cap. 1. num. 355. Sanctar. d. q. 7. num. 37. Homobon. de examine Eccles. tract. 1. cap. 6. q. 29. [Trulench me citato d. lib. 1. cap. 8. dub. 12. §. 8. num. 2.]

162 Animarum curam exercentes, quæ illi Ecclesie, vbi sunt Canonici, imminer, dum sunt in actu administrandi Sacramenta, vel alia exercendi, quæ spectant ad ipsam curam, distributiones quotidianas lucrantur, & tanquam præsentes in choro habentur, Armend. dicto loco num. 57. Aloyf. Ricc. d. resolut. 389. num. 4. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 335. Franc. Leo d. cap. 2. num. 24. [me citato in hoc loco Castr. Palao dict. tractat. 7. disputat. 3. puncto 9. §. 3. num. 8. vbi reprobat limitationem Bonacinae disp. 2. q. 5. puncto 3. §. 7. in fine, existimantis distributiones proprias & ordinarias constitutas ex bonis communibus Ecclesie, & inter præsentes diuinis Officijs diuidendas, non lucrari præbendam, cui animarum cura inest, nisi priuilegio, vel consuetudine muniatur, vel nisi eius præbenda non habeat alios fructus præter distributiones quotidianas.]

163 Visitans Ecclesiam, iura, vel redditus suæ præbendæ, percipit distributiones quotidianas, cum visitando prædicta iura, & loca seruiat Ecclesie in re vtili, Moneta d. par. 2. quest. 11. num. 63. & vide quæ supra hac alleg. num. 126. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. tract. 7. disput. 3. puncto 3. §. 3. num. 9.]

164 Senex beneficiarius non assistens diuinis officijs (si aliàs residere solitus erat) habet distributiones, quando senio ita confectus est, ut non possit commode personaliter Ecclesie deseruire, ita referunt decifum Hoied. de incompatib. benefic. par. 1. c. 17. num. 17. Menoch. de arbitr. casu 60. num. 10. Moneta d. par. 2. quest. 7. Armendar. dict. loco num. 76. Aloyf. Ricc. dict. resolut. 389. num. 7. Franc. Leo d. cap. 2. num. 27. Cened. d. quest. 1. num. 15. Azor. d. lib. 7. cap. 7. quest. 12. me citato in hoc loco Sanctarel. d. q. 8. num. 12. vbi num. 13. asserit Iudicis arbitrio standum esse cum quis propter senectutem excusatur, quominus possit in choro interesse diuinis Officijs, & tamen possit lucrari distributiones.

165 Obles datus ab Ecclesia, aut etiam repressaliarum causa captus, & detentus, quotidianas distributionibus priuandus non est. Moneta par. 2. quest. 5. num. 56. cum sequentibus. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. tract. 7. disp. 3. puncto 3. §. 3. n. 12. &

& Trulench. dict. lib. 1. cap. 8. dub. 12. in princ. num. 14.]

166 Infirmus, qui personaliter diuinis officijs adesse non potest, quotidianas percipit distributiones in absentia, cap. 1. de clericis non resident. in 6. Couar. lib. 3. var. cap. 13. num. 8. Duenh. regul. 206. vers. limita 7. Hoieda dict. cap. 17. num. 15. Nauar. conf. 2. num. 3. de cleric. non resident. Thom. Aeti. in tract. de infirmis. par. 1. cap. 50. num. 25. Garc. p. 3. cap. 2. num. 363. Carol. de Grassis de essetib. clerical. esset. lib. 1. num. 1172. Selu. de benefic. par. 4. quest. 6. num. 9. Fulch. de visitat. lib. 1. cap. 15. num. 25. vers. & infirmo, & cap. 20. num. 26. Gutier. canon. lib. 1. cap. 1. num. 140. Spino in speculo testam. gloss. 9. princip. num. 20. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 3. cap. 2. num. 27. Piafec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 3. num. 9. vers. infirmus, [nouissimè Trulench. d. cap. 8. dub. 8. num. 2.] Armend. d. loco num. 75. Moneta d. par. 2. quest. 6. num. 7. Bonacin. de horis Canon. disput. 2. quest. 5. puncto 1. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. tract. 7. de orat. disput. 3. puncto 9. §. 1. num. 1.] & me citato in hoc loco Sanctarel. var. resolut. quest. 8. à princ. [Cened. d. q. 1. num. 7. Stephan. Weyms d. constit. 11. num. 18. & 19. Lotter. de re benefic. lib. 3. q. 27. à n. 133.] & tenuit Rota in vna Hispanen. distributionum Pœnitentis 2. Maij 1603. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Rotæ Decano.

167 Intellige procedere si solitus erat residere, & interesse diuinis officijs dum bene valebat, secus verò si huiusmodi ægrotus dum sanus erat horis Canonici interesse non solebat, tunc enim infirmitas illius non iudicatur pro præsenti, & interefferentia, cum eo casu ipse infirmitas non præsterit causa absentie, itaut tenuit Rota in d. Hispanen. distributionum, & resoluunt Corfer. sing. 152. incip. An quilibet infirmus, Nauar. de horis canon. cap. 11. à num. 9. Couar. d. num. 8. vers. sexto, Spino d. gloss. 9. num. 30. vers. sed tenendum, Henriq. in sum. lib. 13. cap. 13. num. 4. in fine in commento lit. Y. [me citato in hoc loco nouissimè Trulench. d. cap. 8. dub. 8. num. 3. in princ.] Fr. Emman. in sum. par. 1. cap. 33. num. 6. Azor. par. 2. lib. 7. cap. 7. quest. 11. Cened. d. quest. 1. num. 9. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. tractat. 7. disput. 3. puncto 9. §. 1. num. 4. vbi reprobat Petr. Nauar. contrarium tenentem.] me citato in hoc loco Sanctarel. d. quest. 8. n. 8. Moneta d. par. 2. quest. 6. num. 21. Cald. Perota de reuocac. employt. quest. 5. n. 23. vers. unde si Canonici, Bonacina de censuris disput. 1. q. 2. puncto 4. n. 5. in fine, Gutier. d. c. 1. n. 138. vbi n. 139. asserit tunc denum infirmum consequi debere distributiones quando præsens est in loco, vbi est Ecclesia, vel si extra illam absens ex legitima causa infirmus sit, de quo latè Moneta d. q. 6. à n. 19. [Valq. in opusc. de benefic. cap. 4. §. 5. num. 225. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 160. & 364. Bonacin. d. disp. 2. q. 5. puncto 1. num. 6. me citato in hoc loco Castr. Palao d. tract. 7. disp. 3. n. 3. puncto 9. §. 1. n. 6. vbi intelligit de eo, qui absque legitima causa à loco beneficij abest, quia hic censetur tunc non ex infirmitate tamquam ex malitia abesse, sicuti illi, qui absque causa solitus erat in infirmitate abesse: subditque quòd si tempore vacationis aliò transferas, ibique infirmus, ob quam infirmitatem venire ad residendum non possis, lucraberis distributiones, ac si præsens existeres, quia per te non stat quominus assistas.]

168 Intellige etiam procedere supradictam resolutionem etiam si quis propria culpa in morbum incidere, de Episcopo Pars III.

rit, Couar. d. num. 8. vers. 7. Fulch. d. cap. 20. num. 26. Gutier. d. cap. 1. num. 138. Fr. Emman. d. cap. 33. num. 6. vers. de aqua se infiere. [me citato Trulench. dict. cap. 8. dub. 8. num. 4. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. distributiones §. 3. v. f. sexto debentur, Cened. d. quest. 1. num. 8. me citato Sanctarel. d. quest. 8. num. 6. Moneta d. quest. 6. à num. 12. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 7. quest. 11. vbi idem dicit de eo, qui ex culpa vultus accepit. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. tract. 7. disp. 3. puncto 9. §. 1. num. 3.]

169 Intellige quoque procedere non modò in eo, qui verè morbo detinetur, sed etiam, qui tuenda valetudinis causa cum physici consilio medicinam sumit, aut sanguine minuitur, Iacob. de Grassis in decif. aureis par. 2. lib. 3. cap. 15. num. 10. Azor. d. cap. 7. quest. 10. Cened. d. quest. 1. num. 7. [me citato Trulench. dict. cap. 8. dub. 8. num. 2.] Sanctarel. dict. quest. 8. num. 4. Moneta d. quest. 6. num. 8. vbi num. 10. ampliat habere locum si oporteat huiusmodi clericum aliò se conferre acquirendæ sanitatis causa, puta ad balnea, vel ad celeberrimum aliquem medicum, vel etiam, ut cæli sibi officientis inclementiam effugiat, & ad salubrius se transferat, de quo etiam Cened. d. quest. 1. num. 11. Sanctarel. d. quest. 8. num. 4. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. tract. 7. disp. 3. puncto 9. §. 2. num. 2.]

170 Pestis causa qui abfuerint, distributiones quotidianas non lucrantur, nisi probetur legitima consuetudo, quod distributiones huiusmodi darentur absentibus ex iusta causa, resoluunt Couar. dict. num. 8. vers. nono, Ripa de peste cap. 1. num. 145. [Anton. Fabric. lib. 2. tit. de præbendis num. 39. Rutil. Benzoni. in speculo Episcop. & Curat. lib. 1. disp. 1. q. 1. concl. 3. Bonacin. de locis Canon. disp. 2. q. 5. puncto 2. num. 7. Barth. à S. Fausto in simili tractat. lib. 3. q. 35. latè Ciartin. controuerf. forens. cap. 26. per tot. vbi num. 22. refert ita respondisse Sacram Concilij Congreg. in Mediolanen. 9. Nõ. uenbris 1630. Bonac. d. disp. 2. q. 5. puncto 2. num. 7. Castr. Palao d. tract. 7. disp. 3. puncto 9. §. 2. num. 2. vers. quinto.] & referunt decifum Moneta dict. par. 2. quest. 5. num. 76. Armendariz d. loco num. 74. Nicol. Garcia dict. cap. 2. num. 362. [quicquid absolutè teneat Trulench. dict. cap. 8. dub. 9. num. 4. quòd possunt Canonici absentes causa pestis percipere dum graue & probabile periculum imminer illius contrahendæ.] Illud autem hic adnotandum est, antequam discedat beneficiarius propter pestem, facultatem à Superiore petere debere, si facile peri possit, non esse autem necesse eam obrinere, ut fatis probat Ripa d. cap. 1. num. 140. & sequentibus. Si verò aliquis peste, lepra, vel alio morbo contagioso à ciuitate abesse iuberetur, interim nullum damnum sentire debet, cum inuitus sine culpa abest, ita Moneta d. par. 2. q. 6. num. 11. Cened. d. quest. 1. num. 12. Sanctar. d. q. 8. num. 5.

171 Absentes pro vtilitate Ecclesie distributiones quotidianas non amittunt, præcipuè stante consuetudine quod Canonicus missus à Capitulo pro aliquo seruiio ipsius Ecclesie, seu Capituli percipiat omnes fructus, & quotidianas distributiones, ut per Couar. d. num. 8. vers. 8. Duenh. reg. 206. limitat. 6. Laxl. Zechi. de republ. Eccles. cap. 24. num. 6. vers. quando, Nauar. conf. 10. à num. 4. de clericis non resident. Seraphin. Rot. Roman. decif. 1239. par. 2. [latè Castr. Palao d. tract. 7. disp. 3. puncto 9. §. 3. à princ. & in Sacra Congregat. de

cifum referunt Armendar. *d. loco num. 73. & 95.* Nicol. Garcia *d. c. 1. num. 362.* & bis fuisse in Rota resolutum asserit Aloyl. Ricc. *in praxi fori Ecclesiastic. decis. 498. in prima edit. & resolut. 389. in secunda edit.* [me citato Trulench. *d. lib. 1. c. 8. dub. 12. à princ.*] Et ꝑ clerico absentia à seruitio Ecclesiæ ex iusta causa, & pro defensione iurium ipsius Ecclesiæ, vel sui beneficii, debentur fructus, & distributiones, per text. *in c. ex parte, il secundo, de clericis non resident. resolut. Couar. d. num. 8. vers. decimo, & fuit dictum in una Salamantina censuram 28. Nouembr. 1594. coram Illustrissimo Cardinali Seraphino, quæ est decis. 1098. num. 5. par. 2. in impressis, & in Asten. fructuum 15. Marij 1613. coram Illustrissimo Patriarchæ Manzenedo, & in Calaguritana fructuum, & distributionum Luna 26. Marij 1614. coram Domino Vbaldo. [Castro Palao me citato in hoc loco *d. puncto 3. § 3. num. 11.*]*

173 Excommunicatus pro causa Ecclesiæ, & defensione ipsius iurium, lucratur (etsi diuinis non intersit) fructus, & distributiones beneficii. Nicol. Garc. *d. c. 13. num. 126.* Anton. Ricciul. *d. c. 14. num. 37.* Ego ipse *in collect. ad d. cap. pastoralis § 3. num. 15. in fine, de appellat. Gutier. Canon. lib. 1. c. 1. num. 142. & 147. inferens num. 150.* eas pari ratione lucrari proniores, & officiales generales à Capitulo Sede Episcopali vacante deputatos, si excommunicentur ob causam officij, cuius est iurisdicção, quam exercent. [Castr. Palao me citato in hoc loco, *vbi proximè.*]

174 Excommunicatus iniuste distributiones quotidianas recuperare potest, si eo tempore, quo excommunicatio iniusta in eum lata fuit, præfens erat in loco beneficii sui, eratque solitus diuinis officiis ante impedimentum excommunicacionis adesse, docent Couar. *d. num. 8. vers. ceterum,* Petr. Nauar. *de restitution. lib. 2. c. 2. num. 238.* Fr. Emman. *d. c. 33. num. 6.* [Barth. à S. Fausto *d. lib. 3. q. 36. Cened. d. q. 1. num. 49. Stephan. Gratian. discept. foren. tom. 4. c. 191. num. 38. Perentil in annor. ad decis. Buratti 694. num. 10.*] Carol. Macign. *de horis Canon. cap. 71. num. 67. cum sequentib.* Marc. Anton. Genuent. *in practicab. Ecclesiastic. quæst. 206. num. 2. Perez l. 1. vers. aduertendum tamen est, tit. 5. lib. 8. Ordin. pag. 175.* [latè Trulench. *d. lib. 1. cap. 8. dub. 1. num. 1. cum sequentibus,] Sued. de alimentis tit. 1. quæst. 82. num. 15. vers. aliàs fecus, Gutier. d. cap. 1. num. 157. Moneta d. par. 2. quæst. 15. à num. 32. Henriq. lib. 13. cap. 13. num. 4. in fine, Sayro de censuris lib. 2. cap. 3. num. 27. Bonacina eodem tract. disp. 2. quæst. 2. puncto 4. §. 2. num. 5. Auila eodem tract. par. 2. disp. 6. dub. 1. concl. 1. in fine, Sanctarel. d. quæst. 9. num. 9. idem Bonacin. de horis Canonici disp. 2. quæst. 5. puncto 2. §. 2. Ego ipse *in collect. ad cap. pastoralis § 3. num. 14. de appellation.**

A quo autem iniuste excommunicatus omillas distributiones recuperet, aliquis videtur extare controuersia: etenim Vgolin. *de censur. tab. 2. cap. 12. in princ. num. 4.* opinatur repetere non posse ab illis clericis, quibus iam sunt acquisitæ, sed ab eo, qui iniuste excommunicauit, & hoc idem affirmant Sayr. *de censur. lib. 2. cap. 5. num. 27.* & Soar. *tom. 5. disp. 13. sect. 2. num. 25.* Verum Moneta *d. quæst. 15. num. 33.* annuit a clericis ipsis repetendas esse, quia illis iam erunt quæstæ reuocabiliter, quam sententiam expressè tenent Gutier. *diçt. c. 1. num. 136.* Nicol. Garc. *de benefic. par. 7. cap. 13. num. 20.* & seq. Campan. *in diuersorio Iuris Canon. rub.*

11. c. 15. num. 70. Anton. Ricciul. *de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existens. lib. 4. cap. 14. num. 33. Bonacin. d. puncto 2. §. 2.*

Limita tamen, quando excommunicatus esset in mora petendi absolutionem, quia pro eo tempore, pro quo mora considerari potest, non recuperat distributiones quotidianas, vt per Nicol. Garc. *d. c. 13. num. 124.* & Anton. Ricciul. *d. c. 14. num. 36.* quos refero ego ipse *in d. collect. ad d. c. pastoralia num. 15.* [Vazq. *in opusc. de benefic. c. 4. §. 3. dub. 4. num. 230.* me citato in hoc loco Castr. Palao *diçt. tract. 7. disp. 3. puncto 9. §. 2. num. 4. cum sequentibus.*]

Suspensus iniuste siue ab officio, siue à beneficio, recuperat distributiones quotidianas. Moneta *diçt. par. 2. quæst. 15. num. 42.* Piafec. *in praxi noua Episc. par. 2. c. 3. num. 9.* Zerol. *p. 1. verb. distributiones, §. 3. vers. octauo, Cened. d. quæst. 1. num. 52.* Bonacin. *d. disp. 2. quæst. 5. puncto 2. §. 3.* Sanctarel. *d. quæst. 9. num. 12.* [Gratian. *d. c. 591. num. 38.* Lotter. *d. lib. 3. q. 27. num. 139.* me citato in hoc loco Castr. Palao *d. tract. 7. disp. 3. puncto 9. §. 2. num. 9.* & Trulench. *d. lib. 1. c. 8. dub. 1. num. 4.*]

Interdictus iniuste, vel nulliter ab ingressu Ecclesiæ, recuperat quotidianas distributiones constituto de iniustitia, vel nullitate. Moneta *d. par. 2. q. 15. à num. 46.* & par. 3. q. 6. num. 46. Cened. *d. q. 1. n. 59.* me citato Sanctarel. *d. q. 9. num. 13.* Bonacin. *d. puncto 2. §. 4.* [me citato Trulench. *d. lib. 1. c. 8. dub. 1. num. 5.*] Et interdicta Ecclesia, vel polluta, beneficiarius, qui consueuerat in ea residere, & non dedit causam interdictio, consequitur distributiones quotidianas, Moneta *eadem par. 2. quæst. 16. num. 29.* Cened. *d. quæst. 1. num. 59.* & 60. Bonacin. *d. puncto 2. §. 6.* Sanctarel. *d. quæst. 9. num. 14.* [Vnde obligatum esse Capitulum ad solutionem pensionis, charitativi subsidij, & aliorum onerum, quæ præbendæ impostæ sunt, dum ipsum Capitulum recipit distributiones, & fructus alioquin obuenturos præbendato, si esset, vel resideret, Diuinitque interesset, resoluunt Gig. *de pension. q. 51. Quarant. in sum. Bullary verb. distributiones quotidiana ad fin. Nau. conf. 3. num. 3. in fine, de solution. vbi mutauit sententiam, quam amplexus fuerit conf. 1. sub eod. tit. Nicol. Garc. de benefic. p. 1. cap. 5. num. 224.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. §. 4. num. 44. cum sequentib.* Ceual. *commun. contra commun. tom. 4. quæst. 897. num. 505. cum sequentibus,* Bonacin. *de distribut. disput. 2. q. 6. puncto 3. num. 9.* Marecot. *var. resolut. lib. 2. c. 18. à num. 51.* latè me citato in hoc loco Castr. Palao *tom. 2. disp. 3. de oratione publica in choro puncto 7. num. 11. cum sequent.* vbi affirmat sic declarasse Clementem VII I. *de anno 1592.* quodam Breui in fauorem D. Alphonfi Colonia postea Episcopi Charthaginensis, præcepit enim Capitulo Vlixbonen. soluere ei pensionem sexcentorum Ducatorum impositam super Canoniceatu illius Ecclesiæ vii à Capitulo debitam, eo quod perceperit distributiones Canoniceatus, super quibus erat pensio imposita; cui declarationi inhærens Rota Romana sæpe in hanc partem tulit sententiam. Rationem huius resolutionis optimam assignat Rot. *diçt. decis. 133. num. 2.* quia quamuis pensio imponatur super distributionibus, quæ non acquiruntur à titulari ante præstitum seruitium, tamen intentio Papæ est grauari ab initio in fauorem pensionarij non solum illas distributiones, quæ acquiruntur titulari post seruitium, sed etiam eas, quæ sunt destinatæ Canoniceatui, quas titularis residens & inser

inseruendo acquisiuit: idem ferè dicit Castro Palao *vbi supra numero 12.* dum ait quod anteq. diuisionem fructuum, & cuiuslibet illorum applicationem obligatum est Capitulum ad solutionem pensionis, si in se velit retinere, aut aliis interuentibus applicare illam partem fructuum, quæ beneficiato grauato, si assisteret, esset concedenda, quia illa pars indeterminatè à cumulo fructuum ex voluntate Pontificis est extracta, & ad pensionem grauata ex gratia Pontificis independentè à seruitio possessoris. latè hanc quæstionem examinaui in mea praxi exigendi pensiones quæst. 7. numero 19. cum sequentibus. vbi hanc partem multis comprobauit, & à num. 25. eandem resolutionem teneo etiam eo casu quo litteræ Apostol. reservationis pensionis non fuerunt Capitulo intimatæ antequam fructus, super quibus est reseruata pensio, distribuerentur inter presentes.] ꝑ Pensio imposita super Canoniceatu, dum Canonicus fuit suspensus, debet solui per Capitulum, vbicunque portio Canonici suspensi spectat ad Capitulum per ius accrescendi, secus vero si portio spectet ad Capitulum per ius non accrescendi, tenuit Rota in una Colimbrien. pensionis, *Veneris 28. Ianuarij 1605.* coram Illustrissimo Domino meo obseruandissimo Cardinale Millino, apud Farin. *decis. 133. par. 2. recent.* vbi etiam quod pensionarius, quando pensio est imposita super distributionibus quotidianis, & Canonicus fuit suspensus, duplicem habet viam, vel dirigendo actiones contra Canonicum suspensum, vel contra Capitulum, quod distributiones percipit, quod iterum censuit eadem Rota *decis. 176. p. 2. recent.* refero ego ipse *in collect. ad d. cap. pastoralis num. vir.* [me citato Trulench. *d. lib. 1. cap. 8. dub. 11. num. 7.*]

Cessatione à diuinis durante Canonicos debere percipere distributiones quædianas probari videtur ex text. *in cap. si canonici, de officio Ordinarij. lib. 6.* & ex resolutis supra de interdictione, & suspensio, in quam sententiam factis inclinavit Sacra Congregatio Concilij Tridentini *de anno 1623. in una Aquilana cessationis.* Contraria tamen opinio communis & receptior est ab omnibus ferè Doctoribus asserentibus Canonicum cessatione durante non recipere distributiones ab Ecclesia, vt per Couar. *in cap. alma mater par. 2. §. 4. numero 7.* Henriq. *in sum. lib. 13. cap. 52. §. 3. & cap. 53. §. 2. circa med.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 2. quæstion. 116. art. 4.* Sayr. *de censur. lib. 5. cap. 19. num. 17.* Moneta *par. 2. quæstion. 16. numero 36.* Anton. de Campos *de cessatione à Diuinis à numero 98. vers. si autem, & in tit. de declaratione de lo que se ha de guardar en tiempo de cessacion, declarac. 34.* Alphonfi Vega *in sum. par. 1. capit. 103. casu 6.* Anton. Gom. *in explicat. Bulle Cruciatæ ad §. clausul. in ultimis verbis,* Menoch. *de arbitr. casu 180.* Auila *de censur. par. 6. disputat. 2. dub. 3. conclus. 3.* Ronacin. *de horis Canon. disput. 2. quæst. 5. puncto 2. §. 5.*

178 Incarceratus iniuste, & abique legitima causa, senota quacunque consuetudine in contrarium, percipere debet distributiones quotidianas, [glos. & DD. *in cap. super casu 2. quæst. 4. fabric. de re benef. lib. 2. tit. de prebendis num. 39. in fine, Lotter. diçt. lib. 3. q. 27. num. 142.* Gratian. *d. c. 591. num. 49.* Rot. *decis. 168. p. 4. diuers.*]

Barbof. de Episcopo Pars III.

Couar. *diçt. num. 8. vers. undecimo,* Armend. *diçt. loco num. 77.* Nauar. *conf. 11. num. 3. cum sequentibus, de clericis non resident.* Lxl. Zech. *de Republic. Eccles. cap. 24. numero 6. vers. sexto debentur,* Azor. *instit. moral. par. 2. libr. 7. cap. 7. quæst. 2.* Zetola *in praxi Episcop. par. 1. verb. distributiones, §. 8.* Ceual. *communium contra communes quæst. 585. numero 15.* Garcia *diçt. cap. 2. num. 362.* Gonzalez. *ad regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 9. num. 15. & 118.* Moneta *diçt. par. 2. quæst. 5. num. 80.* Nald. *verb. distributiones numero 10.* Bonacina *de horis Canon. disputat. 2. quæst. 5. puncto 2. §. 1.* me citato in hoc loco Sanctarel. *var. resolut. quæst. 9. num. 5.* [me citato in hoc loco Trulench. *diçt. cap. 8. dub. 10. num. 2.*] Vnde posse clericum lucrari distributiones, cum per vim ab aliquo detinetur, & propterea non potest in sua Ecclesia diuinis interesse Officiis, resoluunt Nauar. *diçt. conf. 11. num. 4.* Monet. *par. 2. quæst. 5. num. 54.* Cened. *diçt. quæst. 1. num. 20. vers. quinto,* Azor. *d. cap. 7. quæst. 10.* Sanctarel. *d. quæst. 9. num. 8.* [me citato Trulench. *d. cap. 8. dub. 9. num. 6.*]

[Procuratores generales à statu Ecclesiastic. 179
co, seu maiori parte Regnorum Castellæ, & Legionis de gremio Ecclesiarum Cathedralium, seu etiam quarumcunque Regnorum præfatorum Collegiarum deputati, seu deputandi, aut generali Congregatione absoluta per Ecclesiam Toletanam, aut commissarios eligendi, vt apud Sedem Apostol. & in Curia Regis Catholici negotia peragant, durante deputacione huiusmodi ad residendum in Ecclesiis, in quibus ipsi Canoniceatus, & præbendas, ac Dignitates, & officia, aliæ beneficia obtinuerunt (dummodo tamen Dignitates ipsæ in Cathedralibus etiam Metropolitanis Ecclesiis actu post Pontificales maiores non sint, ac Canoniceatus, & præbendæ huiusmodi Doctorales, Magistrales, aut Pœnitentiarij, seu de lectura minimè nuncupentur, quos pro tempore obtinentes in similes procuratores deputati non possunt) à quocunque nullo modo cogi, aut compelli possunt; gaudentque in absentia huiusmodi omnibus fructibus, emolumentis, redditibus & prouentibus, etiam manualibus, ac distributionibus quotidianis, quæ dumtaxat à solis præsentibus, ac diurnis, & nocturnis horis Canoniceis, & aliis diuinis officiis personaliter interessentibus, ac diçtæ Ecclesiæ actu, & realiter interessentibus dari & concedi solent, etiam si in illis primam, & eam quam vocant rigorosam residentiam non fecerint, pariformiter, & perinde ac si inibi præfentes, & in illis per se ipsos etiam quotidie horis tam diurnis, quam nocturnis, aliisque personaliter interessentibus, & diuinis Officiis supradictis interessent. Ita Clemens VII I. in sua constitut. incip. *Exponi nobis, sub die 28. February 1597.*

Ad quod melius percipiendum aduertere oportet quod Clerus, seu status Ecclesiasticus Regnorum Castellæ, & Legionis cum aliquando in vniuersum ad graua & magni momenti negotia tractanda se congregat, vnumquodque Capitulum, Canonicum aliquem, vel in Dignitate Ecclesiastica constitutum in suum procuratorem eligere de gremio suo, & ad congregationem huiusmodi mittere debet, &

vt hoc exactius obseruetur committitur Nuntio Sedis Apost. pro tempore existenti, & in partibus Hispaniarum commoranti, vt præmissa debite executioni mandari faciat, & curet contradictores quoslibet, & ad dictam congregationem non accedentes, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, seu etiam pecuniarias, aliaque opportuna iuris, seu facti remedia appellatione remota cõpescendo, Ita Clem. VIII. in sua constit. incip. Ex inuinito, sub die 9. Martij 1596. Hi autem Canonici & Dignitates, qui à Capitulis ad dictam Congregationem destinabuntur, in Sacris Ordinibus constituti, ac propriarij, non autem coadiutores Dignitatum, & Canonicorum, esse debent, qui si cessante legitima causa in tempore præstito congregationi non aderunt, aut sine eiusdem Congregationis licentia discedant, à Nuntio S. Sedis Apostolicæ in Regnis Castellæ, & Legionis commorante in suspendiis eis à suis Capitulis destinatis pro rata temporis, quo contra fecerint, appellatione remota multari debent: stipendia verò huiusmodi pro communi status Ecclesiastici utilitate applicari respectiue debent. Ita Gregorius X. V. in sua constit. incip. Alias à felicis, sub die 13. Augusti 1362.

Episcopus non potest cogere obtinentes beneficia simplicia aliquid personale seruitium suis beneficiis impendere, cum ex antiquissima Ecclesiæ consuetudine, non nisi ad officium recitandum teneantur, ita decisum referunt Nicol. Garc. dist. cap. 2. num. 9. Armendar. dist. loco num. 202. & 205. [me citato in hoc loco Alzedo dist. p. 2. cap. 9. num. 43.] Tenentur verò ad inferuendum illis per alios, qui approbati sint ab Ordinariis, cum mens non fuerit Pij Quinti in Bulla de residendo edita 8. July 1569. incip. Cupientes, cogere habentes beneficia simplicia in eis residere, ita Nicol. Garcia dist. num. 9. Armendar. dist. loco num. 204. Nihil tamen innouandum in huiusmodi beneficiis simplicibus, quæ etiam clericatus nuncupantur, in Ecclesiis Parochialibus, vel alibi constitutis, quorum fructibus possessores gaudent, nullum seruitium, nec per se, nec per substitutos præstando, vt possint cogi, vel per seipfos, vel per substitutos inferuire, si tanto tempore possessores non sunt coacti ad aliquid istorum, nec apparet quod ad certum sint obligati, satis si dicant horas Canonicas, referunt decisum Garcia d. cap. 2. num. 9. in 6. declar. Armendar. d. loco num. 206.

Monitiones S. Caroli Borromæi ad Canonicos.

Vos qui in Cathedrali Ecclesia dignitates obtinetis Canonici, item tum eiusdem Ecclesiæ, tum reliquarum quarumvis Ecclesiarum Collegatarum, vel Urbanarum, vel diœcesanarum, quicumque sitis, in omni canonice disciplina officio uia agite, vt canonice, nempe canonum legibus ad uia uestra institutum pertinentibus, & constitutionum prouincialium, diœcesanarumque rationi congruenter uiuaris. Idque primo maxime studete, vt in conspectu Dei omnipotentis puro corde, & casto corpore ministeris.

Tum singuli uos Ordinis dignitati, aut Canoniciu annecti functiones explete, Canoniceque muneris partes præstite: omnes in choro stas horis assistite, & ad D. um pro fidelibus pijs, religiosisque fundite precationes.

Dum eo loco estis, memores estote adesse Christum

Iesum Dominum, cui seruite cum timore & tremore.

Non pigri, non somnolenti, non oscitantes ad festote, non mente uaga, non uagis oculis, non indecenti corporis statu.

Attente, studiosè, ritè, piè, religiosè diuinas laudes concelebrate, & psallite Deo in conspectu Angelorum, cantantes in cordibus uestris Domino.

In choro nemo priuatum, nemo tacite officium recitet, sed omnes pariter, quicumque ad estis, senes cum iniunctoribus laudate nomen Domini in Psalmis, Hymnis, & Canticis.

A quibuscumque colloquiis, & à litterarum, librorumque lectionibus, atque omni uagatione abstinete.

Pro temporis autem, & officij ratione sedete, stas, genua flectite, caput aperite, & inclinate.

Accurate demum omnia obseruate, qua eo de genere uobis prescripta sunt, ita ut uestro exemplo, alijs Sacerdotibus, clericisque, & ritè ritèque psallendi, & sanctè orandi, ac piè agendi animum ad datis.

In Psalmorum autem, Canticorum, & Hymnorum intelligentiam studiosè incumbite, ut dum psallitis pro sensum sanctissimorum quos mente concepsistis, ratione uos ad omnem pietatis, deuotionisque effectum excitetis.

Non ordinaria distributionis lucro adducti, sed Dei charitate, Religionisque cultu commori, diuini officij adeste, ut uere ex animoque Psalmi uerba illa concinnatis: Voluntariè sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Diuini officij absolutis paululum omnes in choro piè orate, inde abeundi signo per Præfatum dato, consurgentes, quo ordine ad chorum accessistis, eodem in Sacristiam redite, ubi cappas, qui uis induti estis, & superpellicea sine strepitu uollo, & susurracione deponite.

Canonicales uestris consentus stas hebdomada diebus capitulariter habete omnes, qui debetis ad illos conuenire.

Inde ne discedite, nisi missione à Capituli præfate imperata: singuli ordine, & loco sedete.

Sententiam modestè dicite, & suo quisque loco, non præpostere.

A uerbis scurrilibus abstinete. In rebus consultandis rixas, uirgia, & contumelias canete.

In initio & fine uniuscuiusque Capituli stas orationes dicite.

Priori loco tractanda proponite, qua ad diuinum cultum, ad spiritalis uite progressionem, ad Ecclesiasticam disciplinam tuendam, tum qua ad rerum temporalium gubernationem pertinent, ne negligite.

Cætera hoc de genere toto seruate, quo prouincialibus Constitutionibus prescripta sunt.

Omnia in primis agite pace inuicem, concorde uoluntate, & charitate fraterna uos inuicem diligite. Canonici enim estis, qui sicut pro collegij ratione in antiquo constituto unam in Collegiata Ecclesia, unamque item in canonicali domicilio collocati fuistis, ita uia pacis, & charitatis fodere, unaque animorum consensione conuinctissimi, sicut nascentis Ecclesiæ ministri, quarum erat cor unum, & anima una, experiendo uidete, sicut in Psalmo scriptum est,

Quam bonum & quam iucundum sit habitare fratres in unum.

ALLEGATIO LIV.

Episcopus Vicarium Generalem qualem constituere debeat?

SUMMARIUM.

- 1 Vicarium qualem debeat Episcopus assumere, ostenditur.
- 2 Externus non expedit eligi ad vicarium.
- 3 Episcopus non potest creare vicarium ante apprehensionem possessionis Episcopatus.
- [Alienigena, cui prohibitum est lege Regia Aragonia obtinere dignitatem, &c. an possit esse Vicarius Generalis Episcopi, ibid.]
- 4 Laicus non potest esse Episcopi Vicarius.
- 5 Vicarius Episcopi debet habitum clericorum deferre.
- 6 Clericus coniugatus non potest esse Episcopi Vicarius, etiam si cum uirgine contraxisset, & habitum, & consuram portasset.
- 7 Laicus potest constitui vicarij assessor, & consultor, etiam in causis criminalibus contra clericos.
- 8 Laicus uti minister iudicis Ecclesiastici, cum assistentia alicuius clerici potest cognoscere de causis clericorum.
- 9 Laicus potest deputari vicarius Episcopi, tantum in temporalibus.
- 10 Laicus potest esse Episcopi vicarius ex dispensatione Summi Pontificis.
- 11 Bigamus Episcopi vicarius esse non potest, etiam si effectus sit clericus, nisi prius solutus fuerit ab impedimento bigamie.
- 12 Monachus, uel religiosus potest ab Episcopo cum consensu Abbatii, uel Superioris vicarius creari.
- 13 Monachus si illegitimus sit, quamuis professione legitimatus fiat, vicarij officium exercere non potest.
- 14 Regulares Ordinum Mendicantium professi, aut in strictiori religione existentes, ab Episcopo vicarij institui non possunt.
- 15 Vicarij in iure tripliciter accipiuntur.
- 16 Vicarij legitimi, seu nati dicuntur, qui à lege ipsa constituti sunt, ueluti Archidiaconus, & Archipresbyter.
- 17 Archidiaconi ipso iure absque aliquo facto Episcopis absentibus, & eorum officialibus, vicariorum munus exercent, dimissorias litteras ad suscipiendos Ordines, ac notoria concedunt.
- 18 Foranei vicarij appellantur illi, qui extra ciuitatem, in qua est Episcopi sedes, iurisdictionem exercent.
- 19 Datini vicarij, seu constituti Generales appellantur hi, quos Episcopus creat, ut eius uices gererent in eodem tribunali, & loco, in quo ipse ius dicere consuevit.
- 20 Nati vicarij, id est, Archidiaconi, uel Archipresbyteri ordinariam habent iurisdictionem, inferiorem tamen illa, quam habet Episcopus, & ideo ab illis ad Episcopum appellatio deferunt.
- 21 Appellatio an detur à vicario foraneo ad Episcopum dubitatur, pro utraque parte

- referuntur Doctores.
- 22 Appellationem à vicario foraneo Episcopi ad ipsum dari tanquam probabilis amplectitur.
 - 23 Foraneus Episcopi vicarius delegata ab Episcopo iurisdictione fruitur.
 - 24 Vicarius Episcopi generalis in ciuitate tantum constitutus uix foraneus regulatur.
 - 25 Officialis, uerbum simpliciter prolatum quando ad foraneam, uel generalem sit referendum, ostenditur.
 - 26 Vicarij Episcopi generales ordinariam habent iurisdictionem.
 - 27 Vicegerentes alicuius Magistratus ordinarij iudices sunt.
 - 28 Vicarij correctorum, Episcoporum, seu aliorum magistratum ab ipso Principe, seu lege auctoritatem ad id tribuente constituti censentur.
 - 29 Vicarij iurisdictionem habent ratione officij, & tituli vicariatus.
 - 30 Vicarium Episcopi generalem delegatam habere iurisdictionem, qui teneant.
 - 31 Iurisdictione eadem penes duos in solidum esse non potest.
 - 32 Iurisdictione ordinaria ea dicitur, qua à lege datur, & descendit.
 - 33 Iurisdictione ordinaria perpetua est.
 - 34 Vice alterius fungens nihil proprium habet, sed delegata uis iurisdictione.
 - 35 Iurisdictione ordinaria mortuo adhuc concedente permanet, delegata uerò re integra morte delegantis expirat.
 - 36 Ordinarij iudices qui dicantur.
 - 37 Argumentum de iurisdictione ad dominum non rectè deducitur.
 - 38 Duo insimul eandem rem, & eodem modo in solidum possidere non possunt, non ita si diuerso modo, & diuersis respectibus.
 - 39 Dominium eiusdem rei diuersis respectibus in solidum penes duos stare potest.
 - 40 Vicarij ab Episcopis permissione, & auctoritate Pontificum nominati, ab ipsis Pontificibus electi censentur.
 - 41 Omnis res per quascunque causas nascitur, per easdem dissoluitur.
 - 42 Vicem alterius gerens in eodem tribunali Ordinarius est.
 - 43 Datur differentia inter titulum de officio delegari, & iurisdictione, cui mand. est iurisdictione, & inter iurisdictionem, & iurisdictionem.
 - 44 Vicarius proxiuus quod ab Episcopo constituitur, accipit à lege iurisdictionem.
 - 45 Appellationis substantia exigat, ut de inferiori ad superiorem deferatur, non ad aequalem, uel ad eundem.
 - 46 Appellatio de Vicario generali Episcopi ad ipsam Episcopum non datur.
 - 47 Papa Christi Vicarius dicitur.
 - 48 Appellatio de vicario Episcopi ad Episcopum, etiam partibus consentientibus non datur, imò processus inde sequens nullus & inefficax est.
 - 49 Supplicatio non datur de sententia Vicarij ad Episcopum, nisi in restitutionis remedio suam fundat intentionem.
 - 50 Appellatio datur ad Episcopum ab interlocutoria Vicarij.
 - 51 Iudex decretum, quod interlocutoria pronunciat, mutare, seu emendare potest, non solum semel, sed milies.

- 52 Appellatio causarum, quæ in generali vicariatus commissione non continentur, datur de vicario ad Episcopum.
- 53 Vicarius & Officialis in quo differant.
- 54 Vicarium generalem debet Episcopus creare per ritum in iis, quæ ad suum munus exercendum pertinent.
- 55 Mandatum in scriptis testibus munitum debet Episcopus vicario dare.
- 56 Forma vicariatus qualis.
- 57 Vicarius generalis is tantum dicitur, qui in spiritualibus, & temporalibus est creatus secundum unam opinionem: sufficit tamen secundum alteram veritatem, quod constituitur in spiritualibus.
- 58 Vicario secundo creato primus censetur reuocatus.
- 59 Concessio generalis vicarij non continet ea, quæ speciale requirit mandatum.
- 60 Beneficia conferendi potestas non conceditur in generali vicariatus commissione.
- 61 Vicariam perpetuam non potest vicarius ex generali vicariatus commissione conferre.
- 62 Beneficia conferendi data vicario specialiter facultate, non intelligitur concessa potestas conferendi ea beneficia, quæ Episcopus iure speciali, aut privilegio conferre potest.
- 63 Beneficia conferendi concessa vicario specialis potestas est latè interpretanda.
- 64 Beneficia conferendi speciali vicario data potestate, intelligitur data potestas commendandi.
- 65 Episcopus etiam data facultate vicario conferendi beneficia potest prouenire.
- 66 Resignationes beneficiorum sine speciali mandato vicarius admittere & approbare non potest.
- 67 Resignationes admittendi data facultate absolute & simpliciter, non intelligitur data facultas resignata beneficia conferendi.
- 68 Resignationes factas causa permutationis facultatem habens vicarius approbandi, non potest resignata beneficia permittentibus conferre.
- 69 Mandatum speciale requiritur in beneficiorum collatione.
- 70 Confirmare electos, & instituere presentatos absque speciali concessione potest vicarius.
- 71 Beneficium suppressum absque speciali mandato non potest vicarius.
- 72 Beneficia unire, reuocare unionis, & Ecclesias diuidere sine speciali concessione non potest vicarius.
- 73 Coadiutores vicarios imperitis Rectoribus Ecclesiarum sine speciali concessione non licet vicario deputare.
- 74 Jus patronatus ex causa donationis, foundationis, vel constructionis alicui reservare speciali concessione non potest vicarius.
- 75 Iurispatronatus donationi decretum, seu auctoritatem interponere sine speciali mandato non potest vicarius.
- 76 Parochias novas sine speciali Episcopi licentia non valet vicarius erigere.
- 77 Pensionem super beneficiis, ubi Episcopus potest, sine eius speciali mandato nequit vicarius imponere.
- 78 Oeconomum Ecclesia vicarius constituit non potest, nisi Episcopi speciale accedat permissum.
- 79 Deponere à beneficiis, officiis, aut Ordine sine

- speciali Episcopi licentia non potest vicarius.
- 80 Dignitatis creationi à Canonico factæ non potest vicarius generalis Episcopi auctoritatem interponere.
- 81 Ecclesias vetustate collapsas, quæ ob earum, & Parochianorum inopiam nequeunt restaurari, in matrices, vel alias vicarios absque speciali mandato vicarius Episcopi transferre non potest.
- 82 Praesentare non potest vicarius generalis ad beneficium iurispatronatus ad Episcopi praesentationem pertinet, absque eius speciali mandato.
- 83 Ordinis Episcopalis ea quæ fuerint, exercere non potest vicarius, etiam si Episcopus sit, ex generali commissione.
- 84 Ordinis Episcopalis ea quæ sunt, præter speciale sui Episcopi mandatum, committere non potest vicarius, etiam Episcopus, alteri Episcopi.
- 85 Hæresis crimen sine peculiari commissione vicarius Episcopi non punit.
- 86 Absolvere à crimine hæresis, etiam de licentia Episcopi non potest vicarius generalis.
- 87 Pœnitentias publicas imponere, non pœnitentes reconciliare sine speciali mandato vicario generali non licet.
- 88 Voluntatem puella habitum regularem suscipere, aut professionis votum emittere volentis, ex generali commissione vicarius explorare non potest.
- 89 Edificationi monasterij per testatorem relicti, assensum, & auctoritatem vicarius generalis Episcopi sine eius licentia interponere nequit.
- 90 Indulgentias prætextu generalis commissionis vicarius generalis concedere nequit.
- 91 Confessionis audiende facultatem, seu licentiam vicarius generalis Episcopi ex generali concessione alius concedere non potest.
- 92 Confessiones fidelium ex vi mandati generalis potest vicarius generalis audire, si sit sacerdos.
- 93 Monacho licentiam causa studiorum proficiscendi impertiri non potest vicarius generalis prætextu commissionis generalis, in locis, in quibus Episcopus loco Abbatis est.
- 94 Matrimoniales causas cognoscere, aut eas tractare ex vi generalis commissionis vicarius generalis Episcopi non potest.
- 95 Matrimonij motiombus etiam iusta causa interveniente dispensare non potest vicarius generalis absque Episcopi assensu.
- 96 Interdicta relaxare non potest vicarius generalis, nisi speciali mandato.
- 97 Dimissorias, seu commendatitias litteras ad Ordines suscipiendos clericis sua diœcesis non potest vicarius generalis concedere, nisi Episcopo in remotis agente.
- 98 Episcopus in remotis agere quando dicitur.
- 99 Substituere alium Vicarium generalis vicarius non potest nisi Episcopi specialis licentia præcedat.
- 100 Vicarius constitutus ab Episcopo cum facultate, & clausula substituendi, non potest facere alium Vicarium, nisi substituat ad modicum tempus.
- 101 Vicarius generalis potest unâ, vel plures causas

delegare

- delegare ex vi commissionis generalis.
- 102 Visitare diœcesim absque speciali licentia non potest vicarius generalis.
- 103 Synodum diœcesanam congregare citra speciale mandatum non potest vicarius generalis Episcopi.
- 104 Defunctorum pias voluntates exequi non potest vicarius generalis, nisi specialis facultas ab Episcopo fuerit concessa.
- 105 Vicarius generalis ex officio potest compellere ad exequendum pias defunctorum voluntates fideicommissarios, & executores laicos.
- 106 Alienationibus, seu transactionibus rerum Ecclesiasticarum vicarius generalis absque speciali mandato decretum interponere non potest.
- 107 Absolvere ab irregularitatibus, & suspensionibus ex delicto occulto pronouentibus sine particulari concessione vicarius generalis non potest.
- 108 Restitutionis in integrum causam tractare vicarius generalis non potest.
- 109 Iuramentum purgationis Canonice non desertur vicario sine mandato.
- 110 Appellationis omisso articulo consentire non potest vicarius generalis, ut Metropolitanus conuocet in principali negotio.
- 111 Delegata specialiter Episcopo vicarius generalis cognoscere non potest.
- 112 Fœdales causas, nisi speciale ad sit mandatum, Episcopi vicarius cognoscere non potest.
- 113 Exemplum ex originali sumptum, ut eandem vim, & auctoritatem cum originali habeat, vicarius generalis auctorare non potest.
- 114 Repressalias sine speciali mandato concedere non potest vicarius generalis.
- 115 Excommunicationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis, seu ablatis sine speciali facultate non potest decernere generalis vicarius.
- 116 Absolvere à casibus reservatis per ipsum Episcopum ex generali concessione non potest vicarius generalis.
- 117 Causas criminales, nisi specialiter commissæ fuerint, vicarius generalis expedire non potest.
- 118 Absolvere condemnatum inquisitum vicarius generalis non potest.
- 119 Consistere clericorum bona non potest vicarius generalis.
- 120 Penas corporales in pecuniarias non potest convertere vicarius generalis.
- 121 Dispensare non potest vicarius generalis ex generali vicariatus mandato.
- 122 Charitativum subsidium vicarius generalis imponere non potest, nisi hoc sit sibi ab Episcopo specialiter demandatum.
- 123 Quartam decimarum, mortuariorum, & synodaticum vicarius generalis absque speciali mandato imponere non potest.
- 124 Clausula generalis (& ad omnia alia, etiam si exigant speciale mandatum) comprehendit casus, quos vicarius generalis expedire non potest absque Episcopi assensu.
- 125 Episcopus an teneatur Vicarium sibi constituere, ostenditur.
- 126 Episcopus potest binos principales Vicarios creare, ut causarum expeditioni facilius consulatur:

- 127 Vicarius generalis dicitur ille, qui constitutus est cum generali potestate in loco, ubi Episcopus sedem habet.
- 128 Complutensis, Vicarius generalis non est, quia nec creatus est, nec residet ubi Episcopus sedem habet.
- 129 Episcopus duarum diœcesum etiam æquè principaliter uniarum, non potest duos Vicarios generales constituere in principalibus locis prædictarum diœcesum.
- 130 Vicarius constitutus in una diœcesi censetur etiam in altera sibi unita constitutus.
- 131 Diœceses duæ, etiam æquè principaliter unitæ respectu Episcopi reputantur una.
- 132 Vicarius Episcopi, quia est constitutus in dignitate, potest esse Papa delegatus.
- 133 Dignitas Ecclesiastica est rerum Ecclesiasticarum administratio cum iurisdictione.
- 134 Vicarius Episcopi habet iurisdictionem rerum Ecclesiasticarum.
- 135 Prælatus dicitur Vicarius Episcopi ratione iurisdictionis, quam habet cum administratione.
- 136 Vicarius Episcopi potest esse executor gratiarum beneficiorum, quæ expediuntur in curia Romana, & conservator.
- 137 Vicarius Capituli Sede vacante potest esse delegatus Papa, ac gratiarum beneficiorum executor.
- 138 Vicarius Episcopi electi, & confirmati, licet nondum consecrati, esse potest Papa delegatus.
- 139 Vicarius foraneus non potest esse delegatus Papa.
- 140 Vicarij foranei dicuntur potius obinere officium, quam dignitatem.
- 141 Vicarij nominati à Prælatis inferioribus habentibus Episcopalem, & ordinariam iurisdictionem, non possunt esse Papa delegati.
- 142 Commissa Episcopo, vel eius Vicario, non possunt expediri per Vicarium Capituli Sede vacante.
- 143 Vicarius Episcopi ipse Episcopi representat personam, & auctoritatem, eiusque locum tenet.
- 144 Vicarius Episcopi præcedit Archidiaconum, etiam si haberet privilegium obtinendi primam Sedem post Episcopum, præcedit etiam Abbates, Archipresbyteros, Canonicos etiam Episcopos, & alios Prælatos Episcopo inferiores.
- 145 Vicarij iurisdictione ab Episcopo reuocari potest.
- 146 Episcopus si fuerit maiori excommunicatione notatus, & publicè denunciatus, eius officialis, seu vicarius generalis iurisdictionem suam exercere non potest.
- 147 Collatio beneficij non valet, si dum Episcopus excommunicatus est, vicarius consecratus.
- 148 Vicaria Episcopi excommunicato non est excommunicatus eius subvicarius, aut successor.
- 149 Suspectus recusari potest vicarius ex suspicionem Episcopi.
- 150 Suspecto vicario Episcopi quando censetur ipse Episcopus suspectus, & coram quo causa suspicionis cognosci debeat, ostenditur.
- 151 Vicarij iurisdictione per Episcopi mortem expirat etiam quoad negotia iam cepta.
- 152 Gestæ à vicario ignorante mortem Episcopi longè distans valida sunt.
- 153 Beneficia conferre potest vicarius ante scientiam mortis Episcopi si conferendi potestatem habebat.

- 154 Vicarij iurisdictio non solum expirat morte naturali ipsius Episcopi, sed etiam civili.
- 155 Canonici Ecclesie Cathedralis, vel alius Prælati, qui tempore commissionis constituti erant in dignitate, & inter iudices Synodales designati, potest post eandem dignitatem renunciatam esse iudex, & de causa sibi commissâ cognoscere.
- 156 Vicarius generalis finito officio non potest procedere in illa causa, qua sibi commissâ fuit non sub nomine proprio, sed sub nomine dignitatis.
- 157 Iurisdictio Episcopi Sede vacante ad Capitulum deuoluitur.
- 158 Capitulum Sede vacante intra octo dies post mortem Episcopi eligere tenetur Vicarium, alias illius deputatio deuoluitur ad Metropolitanum.
- 159 Forma ponitur, que Vicarius generalis à Capitulo Sede vacante creari solet.
- 160 Sedes Episcopalis vacare dicitur donec litteræ Apostolicæ Prælati, cuius Sedes vacabat, fuerint expeditæ, & præsentatæ Capitulo.
- 161 Episcopus prouisus non potest Episcopatum administrare, nisi litteris expeditis, & ostensis.
- 162 Vicarius à Capitulo Sede vacante, si aliquibus non vocatis creatus fuerit, est reuocandus, & Capitulum denno congregandum ad ipsius Vicarij constitutionem.
- 163 Archidiaconus non sustinet Vicarij vices in illis octo diebus, infra quos Capitulum cogitur Vicarium eligere, quia in illis totum Capitulum administrare debet.
- 164 Terminus octo dierum, infra quem tenetur Capitulum Sede vacante vicarium constituere, non currit, nisi à die scientiæ translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam.
- 165 Capitulum Sede vacante an possit plures vicarios sibi constituere, ostenditur.
- 166 Vicarius à Capitulo Sede vacante si Canonici sit, & absit à choro, non percipit distributiones quotidianas, quamuis sit in actu exercendi officium.
- 167 Vicarius à Sede vacante constitutus debet in choro sedere in loco proprio sui canonicatus, antiquiores non præcedendo.
- 168 Vicarius Capituli Sede vacante debet eligi Doctor, Licentiatus, vel alias quantum fieri potest, idoneus, & si non esset Doctor, potest Capitulum in ipso actu deputatiõis dare ei consultorem Doctorem.
- 169 Diacefis quando veniat appellatiõis orbis, ostenditur.
- 170 Vicarius Episcopi ad beneplacitum potest reuocari.
- 171 Vicarius à Capitulo Sede vacante constitutus an possit ab eo reuocari, ostenditur.
- 172 Capitulum constituens secundum Vicarium, censetur primum reuocare.
- 173 Capitulum si constituat Vicarium simpliciter absque temporis præmissione, eius officium durabit durante Sedis vacatiõne.
- 174 Capitulum Sede vacante in deputatiõne sui Vicarij potest apponere clausulam, ut in causis Canonicoꝝ procederet cum voto certi consultoris.
- 175 Per constitutionem Vicarij generalis in spiritalibus, & temporalibus non transeunt ca,

- qua requirunt speciale mandatum.
- 176 Capitulum in commissione Vicarij potest sibi aliquid reservare.
- 177 Vicarius Capituli substituere non potest, nisi ei in mandato substituendi facultas concedatur.
- 178 Vicarius Episcopi Sede vacante debet habere salarium.
- 179 Vicarius Episcopi iam defuncti non potest petere salarium non conuentum, à suo successore pro seruitio præstito eius prædecessori.
- 180 Capitulum Sede vacante si suspensionis censura sit irritum, principalis eius vicarij iurisdictiõnem exercere non potest.
- 181 Vicarius Capituli Sede vacante finito officio tenetur stare syndicatui.
- 182 Episcopus per se rationem administrationis officij gesti à Vicario Capituli Sede vacante exigere, ac in aliquo delicto compertum punire potest.
- 183 Vicarius Episcopi non tenetur ad syndacatum.

N assumendo Vicario non officianter se gerere debet Episcopus, sed personam tenetur eligere qualificatam, circumspectam, bonæ & approbatæ vitæ, timentem Deum, veridicam, liberalem, temperatam, fortem, magnanimam, mansuetam, doctam, & que non declinet ad dexteram, nec ad sinistram, vt post multos admonet Sbroz de Vicario Episc. lib. 1. q. 33. [& eleganter Petrus Blefensis episc. 25. agens de his Episcopi officialibus, qui vt plurimum non habent prædictas qualitates, ita eos depingit. Credo huiusmodi officiales, non ab officio nomine, sed ab officio verbo mutauit vocabulum: nam genus hoc hominum, quod dicunt officiperdi. Tota officialis intentio est, vt ad opus Episcopi, sua iurisdictiõni commissas miserimas oves, quasi vice illius tondent, emungat, excoriet: isti enim sunt Episcoporum sanguisuga euomentes alienum sanguinem, quem biberunt, quia testimonio Scripturæ diuitias, quas congregant impius euomet, & de fancibus illius extrahet eas Deus: isti sunt quasi sponsa in manu prementis, quasi quedam colatoria diuitias suis dominis influentes, & exccratis acquisitionibus nihil sibi præter peccati sordem & facultiam retinentes. Quod enim aggregans per oppressionem pauperum, Episcopis quidem ad delicias cedit, Officialibus ad tormentum.

Sic vos non vobis mellificatis apes.
 Sic vos non vobis accumulatis opes.
 Isti sunt secretiora illa ostiola per qua ministri Belis sacrificia, qua super mensam ponebantur, à Rege elanculâ asportabant. Sic Episcopus quasi longa manus bona aliena diripit, & notam criminis a se remouens, suis officialibus culpa & infamia discrimen impingit, &c. Et mox. Officium officialium, quorum numero aggregasti, hodie est iura confundere, suscitare lites, transactiones rescindere, inuicere dilaciones, suppressere veritatem, fovere mendaciam, quæstum sequi, equitatem vendere, ambiare exactionibus, veritas concinnare. Isti sunt, qui hospites suos gramant, super sua euellunt, & multitudinem clientele. Querunt delicatos, & superfluos cibos, cum scriptum sit, Comedentes, & bibentes, que apud illos sunt. De alieno enim prodigi, de proprio sunt auari, verborum insidiatores, & aucupes syllabarum, tendunt laqueos, & pedicas in captivam potestate. Iura interpretantur ad libitum, & ea pro voluntate sua nunc abdicant,

nunc admittunt, benedicta deprauant, prudenter allegata peruertunt, rumpunt fœdera, nutriunt simulas, fornicationes dissimulant, matrimonia distrahunt, adulteria fouent, peccant domos, & mulierculas peccatis onerant, captiuos ducunt, diffamant innocuos, & nocentes absolunt. Et vt multa sub verborum paucitate concludam, dum omnia venaliter agunt, filij auaritiæ, serui inuammona, se diabolo venales exponunt. Hactenus Petr. Blefensis.

Sunt equidem innumera mala, quæ ex malo officiali procedunt, de omnibus tamen Episcopis domino rationem reddere debent, vnde vt hac effugiatur, officialem, seu vicarium eligat, quem nulla tangant malorum scelera, nec contra illum possit aliquid opponi, quod conscientiam lædere, aut sibi imputari possit, atque perferretur ad huiusmodi officium ritè & rectè obeundum necessaria. Vnde idem Sbroz. d. lib. 1. q. 34. dicit quod non expedit eligere exterum ad vicarium, & quest. 46. n. 15. post Felin. cons. 40. num. 7. tenet & Episcopum non posse creare Vicarium ante apprehensionem possessionis Episcopatus, quamuis fuerit per Papam pronunciatus Episcopus. Circa illud autem quod Vicarius, vbi commode fieri potest, exterum non est assumendus, sed eius, vt notos habeat loci hominum mores, addo Cuch. in instit. Canon. de Vicario Episc. Zech. de officio Episcopi cap. 7. n. 3. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsumpt. 12. vbi ait iure præsumi originarium maiori fide, & diligentia administraturum. Aliter aliqui fenserunt, vt S. Carolus, de quo Carolus à Basilica S. Petri in eius vita lib. 7. c. 36. sic ait: Vicarij vero generalis in primis graud. pietate, religioneque præstant, doctrina spectatum, iuris consultum, tum prætorica disciplina sacra studio incensum sacerdotem eligebat. Hos vero, nempe Vicarium generalem, & duos alios, qui tum ad ciuilia, tum ad criminalia deputabantur, adhibere exteros solebat, ne forte amicitia, propinquitate, gratia, aut vero metu adducti, ius aliquo modo quandoque violarent, minusve libere dicerent. Refert. Homobon. de Bonis de humane vite statibus cap. 7. vers. vbi commode. [Ætas autem ad vicarium generalem requisita viginquique annorum est, Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 43. q. 10. me citato in hoc loco Alzed. de præcellent. Episcop. dignitat. p. 2. q. 2. n. 3. Homobon. d. c. 7. vers. atus, vbi etiam addit] super minori ætate Vicarij Episcopum dispensare non posse, citatq; Card. in Clem. 1. quest. 38. de officio Vicar. [An alienigena, cui prohibitum est lege Regia Aragoniæ obtinere dignitatem, beneficium, vel officium Ecclesiasticum, possit esse vicarius generalis Episcopi? Affirmatiue resoluit Cened. can. q. 18. per tot.] Debet etiam in Vicarium eligere Clericum, saltem primæ Tonsturæ, non vero laicum, cap. decernimus, vbi Abb. num. 12. Felin. num. 6. Dec. num. 15. Rip. num. 56. & ceteri omnes, de indic. Hoied. de incompat. benefic. par. 2. cap. 10. n. 11. Couar. in cap. alma mater, §. 1. n. 3. Milis in report. verb. laicus, Lancelor. in instit. Canon. in tit. de officio Vicarij §. 1. Bertachin. in tract. de Episcopo, tit. Vicario Episcopi, num. 14. Io. Selua. de benefic. par. 2. q. 23. n. 13. Rebuff. in præct. benefic. tit. de Vicario Episcopi n. 35. Lael. Zech. de Reput. Eccl. c. 23. de Vicario Episc. §. 1. n. 1. Anton. de Prætis in tract. de iuris. Episcopi c. 6. n. 43. Parlad. diff. 9. §. 1. n. 3. Moscon. de iust. milit. Eccles. lib. 1. par. 1. cap. 16. pag. 270. Monet. de decimis cap. 9. n. 196. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 43. q. 10. Pialec. in praxi vna Episc. par. 2. cap. 4. num. 6. Vgol. de potest. Episcopi cap. 4. §. 8. num. 1. [Parlad. in sequent. different. 9. §. 1. n. 339. Menoch. cons. 52. num. 106. nouissimè Valenzuela tom. 1. cons. 101. Barbof. de Episcopo Pars III.

num. 66. & 67.] Nicol. Garc. de benef. par. 5. c. 8. n. 2. Alph. Aluarez Guerrero in speculo iuris Pontificij c. 27. Bellet. disquis. cleric. tit. de fauore clericorum reali §. 2. num. 60. & §. 3. n. 19. Soar. tom. 5. de censur. disp. 2. sect. 3. à num. 8. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 1. quest. 8. n. 2. & q. 31. Sahag. in cap. 2. de iud. num. 110. Ioan. Segura Dauilos in direct. iudicium Ecclesiastic. par. 1. cap. 12. n. 1. & 2. Filliuc. tract. 41. de benef. cap. 2. num. 47. Fr. Ludou. Miranda. de ordin. iudic. q. 2. art. 7. Anast. Getmon. de sacrorum immunit. lib. 3. c. 1. num. 11. & cap. 14. n. 15. Morlaus emporio iuris Ciuilib. par. 1. tit. 2. q. 22. num. 10. nouissimè D. Hieron. Veneto & Leyua in examine Episcoporum lib. 4. cap. 12. n. 2. & 3. [Cened. canon. q. 18. num. 14. Alzedo d. c. 2. n. 4.] † qui habitum clericorum deferat, arg. cap. in noua 16. q. 7. tenet Azor. d. cap. 43. q. 10. vers. prætorica, Homobon. de Bonis d. c. 7. vers. prima. Dúmodo non eligat clericum cõiugatum, † hic enim nõ potest esse Vicarius Episcopi, Bertachin. report. verb. clericus coniugatus non potest, Lambert. in tract. de iure patron. lib. 2. par. 1. q. 7. art. 4. n. 3. Lap. in cap. 1. num. 2. de officio Vicarij lib. 6. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. Vicarius dub. 7. [Segura Daualos d. c. 11. n. 2. Cened. d. q. 18. n. 14.] Soar. d. sect. 3. num. 10. Rebuff. d. tit. de Vicario Episcopi n. 36. Sanch. de Matrimon. lib. 7. disp. 46. num. 14. Garc. d. cap. 8. n. 3. Bellet. d. §. 3. num. 20. Sbroz. d. q. 31. num. 5. cum seqq. vbi asserit procedere etiam si clericus coniugatus contraxisset cum vnica & virgine, & deferret habitum, & Tonsturam, [me citato in hoc loco Ciarlin. forens. contr. lib. 1. cap. 53. num. 8. nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. cap. 40. n. 13. vbi limitat si Episcopus habeat iurisdictionem temporalem, quia in ea potest in vicarium nominare clericum coniugatum, Camil. Borel. in sum. decis. tom. 1. tit. 8. num. 20.] Licet autem non possit laicus constitui Episcopi Vicarius, poterit tamen constitui eius assessor, & consultor, etiam in causis criminalibus contra clericos, Abb. in cap. decernimus, num. 28. vbi Felin. & alij de iudic. Cucch. in instit. maior. in tit. de Vicario Episcopi num. 49. Ioan. Segura Daualos in direct. iud. Eccles. par. 2. cap. 11. num. 2. Decian. tract. criminal. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 73. Sbroz. d. cap. 31. num. 10. & 12. Vgol. d. cap. 4. §. 10. n. 3. † Secularis enim vti minister iudicis Ecclesiasticis, & cum assistenti alicuius clerici potest cognoscere de causis clericorum, cap. Mennam 2. quest. 5. Aufser. in tract. de potest. iudicis laici super personis Eccles. reg. 2. num. 21. Marfil. in tract. de banis verb. iudice n. 198. Iacob. de Grassis in decis. aureis par. 1. lib. 4. cap. 18. n. 152. vers. quintus quando, Carol. de Grassis de effectibus clerical. effectui 1. n. 868. Bellet. d. §. 3. num. 18. Potest etiã † laicus deputari Vicarius Episcopi tantum in temporalibus. si ipse haberet solum iurisdictionem temporalem in aliquibus locis. Aufser. d. tract. reg. 4. n. 36. Bellet. d. §. 3. n. 20. vers. si autem, Pavin. de potest. & officio Capituli Sede vacante in 2. p. princ. q. 10. n. 15. Anton. de Prætis d. c. 6. n. 43. Sbroz. d. c. 31. n. 11. vbi n. 13. resoluit † laicum posse esse Vicarium Episcopi accedente Summi Pontificis dispensatiõne. [Vicarius generalis, seu Prouisor, aut officialis, iudexque Ordinarius alicuius Archiepiscopi, vel Episcopi, aut alterius personæ iurisdictionem Ecclesiasticam obtinentis in Regnis Castellæ, & Legionis, nullus posthac in perpetuum esse potest, qui in aliquo saltem ex Ordinibus sacris non fuerit constitutus, itaut omnes & singulæ deputatiõnes, electiones, assumptiones, admissiõnes, ac dispensatiõnes ad huiusmodi munera, aut aliquod

contraria eiusdem Episcopi voluntate tollitur, & eius iurisdictione reuocatur, quia omnis res per quacunque causas nascitur, per eandem dissoluitur, cap. omnis res, de regul. iuris, lib. 6. cap. omnes 27. quæst. 2. cum citatis in libello de principiis utriusque iuris, littera R. num. 19.

42 Ad quartum respondetur, non ex eo, quod quis alterius vicem gerit ab Ordinaria iurisdictione excludi, namque Legatus Papæ eius vices gerit, cap. 1. de officio legati, & tamen habet Ordinarium iurisdictionem. cap. 1. de officio legati, lib. 6. & quæ ibi communiter tradunt scribentes, teste Sahag. in rubr. de officio deleg. num. 11. Vnde P. Sanch. d. disput. 29. num. 13. asserit vicem alterius gerentem in diuerso tribunali delegatum esse: si verò ita alterius vicem gerat, vt constituat idem tribunal cum Episcopo, vt in cap. 2. de consuetud. lib. 6. & in dicto cap. Romana, tunc Ordinarius erit, cum & Episcopi iurisdictione ordinaria sit. Quamuis autem tam iudex delegatus, quam Vicelgerentes, seu Vicarius alterius vice fungantur, inter vtrumque tamen, & per consequens inter titulum de officio delegati, & tit. ff. de officio eius, & inter tit. C. eodem, magna datur differentia, delegatus etenim, de quo in tit. de officio deleg. & ind. tit. ff. de officio eius, vice delegantis fungitur in iurisdictione, sine vilo tamen officio, cui talis iurisdictione adhareat, sed ex sola commissione: per contrarium verò Vicarius, seu Vicelgerens, de quo loquitur d. tit. C. de officio eius, licet alterius vice fungatur, est tamen sub ratione officij, & tituli vicariatus, ratione cuius, non verò solius commissionis, eidem iurisdictione defertur; vnde bene obseruat Bellon. lib. 1. cap. 12. num. 2. ad fin. delegatum, personam quidem delegantis cum iurisdictione, non verò locum, aut officium eius repræsentare: Vicarium verò non tantum personam illius, in cuius vicem subrogatur, sed magis locum, seu officium tucri, bonus text. sic intelligendus in l. 2. C. de officio eius, ibi, tucri locum Rectorum provinciarum noscuntur.

Ad quintum respondetur, iurisdictionem Vicarij non inesse principaliter, & per se in eo, sed tanquam accessoriam alterius, Episcopi scilicet, iuxta d. cap. 2. & d. cap. Romana, in princip. iurisdictione enim in his terminis, non Titio, aut Scio Vicario, verbi gratia, sed ei delata est, quem Episcopus Vicarium constituerit, & ideo Episcopo moriente, iam non datur, & cessat, optimè in specie Quintanad. lib. 2. de iurisdictione. tit. de deleg. iurisdictione. num. 14. confirmans exemplo Legati Proconsulis, qui moriente Proconsule cessat, & amittit non solum iurisdictionem, quæ à Proconsule mandatur, de qua in l. legati 13. ff. de offic. Proconsul. sed etiam datio tutoris, quæ tamen non ex mandato Proconsulis, sed proprio iure ex legis datione eidem competit. iuxta l. 1. vers. legatus quoque ff. de tutoribus, & curatoribus, l. & legati, l. 5. inuncta glos. de officio Proconsul.

44 Ad sextum respondetur negando Vicarium iurisdictionem ab Episcopo accipere. Nam licet Episcopus Vicarium constituat, & ob eius nominationem officium exerceat, protinus tamen quod ab Episcopo constituitur, lex illi iurisdictionem tribuit, idè non rectè dicitur ab ipso Episcopo iurisdictionem accipere, sed à iure potiùs, ministerio, factio, & nominatione Episcopi interueniente, Sbroz. d. cap. 55. num. 26. Sanch. d. disput. 29. num. 13. Sicut neque ad hunc effectum aliquid inconuenit, quod ad eum iurisdictionem in totum transeat, sed nonnulli casus eidem reperiantur prohibiti, de qui-

bus in d. cap. 2. & ult. de officio Vicarij lib. 6. auhent. de collator. §. ad hæc, vers. antequam, ibi, circa tamen, &c. collat. 9. sufficit namque, quod generaliter per commissionem officij illis factam, ea transeat iurisdictione, quæ iuxta naturam eiusdem officij ei coheret. d. cap. 2. in princ. quemadmodum alias ex eadem ratione ceteri Magistratus Ordinarij dicuntur, quamuis in multis casibus, exceptis Principi, seu aliis maioribus magistratibus reseruari, iurisdictionem non habeant.

Ex quibus omnibus colligitur generalem Episcopi Vicarium ordinariam sibi à lege concessa non delegata iurisdictione potiri, vnde prouenit, quod cum æqualis iurisdictione utriusque sit, imò & eadem, & vnum tribunal, & auditorium constituunt, de vno ad alium appellari non possit, quia substantia appellationis exigit, vt de inferiori ad superiorem deferatur appellatio, non ad æqualem, vel ad eundem, cap. anteriorum 2. quæst. 6. l. 1. §. ab eo, ff. quis & à quo appell. l. principimus, C. de appellat. cum similibus, & idè non dari appellationem de Vicario generali Episcopi ad ipsum Episcopum, probant text. in d. cap. 2. de consuetud. lib. 6. & in d. cap. Romana, & ultra ordinarios ibi tenent Bart. in l. 1. in fine, ff. quis & à quo appell. Abb. in cap. si quis, lect. 1. num. 26. & lect. 2. num. 31. de foro comperen. Gregor. Lop. l. 2. gloss. 1. post med. tit. 4. part. 3. Anton. Cuch. lib. 2. instit. maior. tit. 8. de vicariis, Mohed. decif. 5. sub tit. de appellat. Marant. de ordine iud. par. 6. tit. de appellat. à num. 280. Petri Gregor. in c. conuenerunt, de officio Ordinarj cap. 11. num. 22. Putc. decif. 94. in fine, lib. 1. Rebuff. in praxi benefic. tit. de Vicario Episcopi num. 6. & num. 40. Anastas. Germon. d. c. 7. Menoch. consil. 51. num. 12. cum seqq. & consil. 52. num. 17. 108. & 160. Segur. in direct. iudicum par. 2. c. 16. num. 3. Soar. de Pace in pract. tom. 2. pral. 3. n. 4. Sbrozz. lib. 1. quæst. 22. num. 8. & lib. 3. quæst. 2. Iacob. de Laurent. de iudice suspecto cap. 4. num. 12. Vgolin. d. cap. 4. §. 9. n. 2. Sanch. d. disput. 29. n. 12. Azor. d. par. 2. lib. 3. c. 43. quæst. 6. Cardin. Tusch. littera V. conclus. 84. num. 1. & conclus. 186. num. 1. & 2. Nicol. Garc. d. c. 8. n. 29. & 30. Barbosa in l. cum prator, §. 1. ff. de iudic. num. 215. & 233. cum sequentibus; Molina d. tract. 5. disp. 10. num. 1. Cardoso dicto verb. Vicarius, num. 8. Scacc. de appellat. q. 8. à num. 53. cum multis sequentibus, Aloy. Ricc. in collect. decif. par. 4. collect. 1166. Vnde cum t Summus Pontifex Christi Domini nostri Vicarius sit, c. inter corporalia, c. quanto, c. licet, & traslat. Episcopi, & vnum idemque tribunal, & consistorium cum Christo habeat, secundum Innoc. & alios in d. c. quanto, Franc. Marc. quæst. 1311. num. 1. tom. 1. Maluet. de canoniz. sanct. dub. 2. num. 10. Selu. de benefic. par. 3. quæst. 8. num. 25. Menoch. consil. 51. num. 13. lib. 1. Iacob. Laurent. in tract. de iudice suspecto, c. 2. num. 3. Anton. Ricciul. de iure personarum lib. 9. cap. 2. num. 11. [nouissimè R.P. Iunip. à Drepano pro furis Pontificij defensione q. 1. c. 1. n. 10 Mich. Ferrer. de præcedent. Ecclesiast. q. 31. num. 1. Homobon. de statib. hum. vita p. 1. cap. 4. num. 1.] adè vt defuncto Pontifice Ecclesia vacare non dicatur, vt ex gloss. in Clemen. ne Romani, de elect. tradit Franc. Marc. ubi supra num. 2. idè hæresim sentire videtur, qui à sententia Papæ ad Christum appellat, quasi Papam Christum non esse Vicarium, nec cum eo idem tribunal habere credat, vt inquit Palat. Rub. de iure obtent. Regni Navarra p. 2. §. 4. in princ. August. de Ancona de potest. Papæ q. 6. art. 3. Iacobat. de Conci. lib. 10. art. 1. Ricciul. d. c. 2. n. 13.

Amplia

48 Amplia appellationem de Vicario Episcopi ad Episcopum adèd prohibitam esse, vt si de facto contingerit appellari, etiam partibus consentientibus, processus inde sequutus nullus, & inefficax sit, ita Ioan. Andr. in cap. 2. de consuetud. lib. 6. & ibi Philip. Franc. num. 10. & Dominic. num. 3. Sbroz. lib. 5. quæst. 2. num. 11. & 12. Castellion. consil. 34. n. 6. Card. Tusch. littera A, concl. 349. num. 5. Amplia etiam non solum quociens iudicialiter appellatur, verum etiam si Episcopus extraiudicialiter prouocetur, Rot. decif. 7. num. 2. de officio Vicarij, aliàs 371. in nouis, Sbroz. d. quæst. 2. num. 10.

49 Amplia denique procedere in supplicatione, vt ex pluribus receptum tradit Sbroz. lib. 3. quæst. 12. per totam. [quamuis à sententia Vicarij ad Episcopum supplicari posse post Anch. & Roland. à Valle existimauerit Marchel. de commiss. p. 1. c. 6. num. 118, pag. 260. in ult. impress.] nisi supplicatio in restitutionis remedio suam fundet intentionem, nam tunc rectè poterit Episcopus supplicationi deferens in integrum restituere contra sententiam sui vicarij, sicut etiam poterit ipsemet vicarius contra sententiam à seipso latam condemnato restitutionem concedere, ita Capell. Tholoan. decif. 479. Marant. par. 6. tit. & quandoque appellatur, num. 382. Cabellin. milleloq. 747. Bertachin. de Episcop. par. 5. lib. 4. num. 67. & num. 127. & par. 7. num. 37. Cuch. institution. maior. lib. 2. tit. 9. de Episcop. num. 308. & tit. 8. de vicar. num. 127. praxi Episcop. par. 1. verb. vicarius, §. 5. Sfort. de in integ. restitut. par. 1. quæst. 32. art. 22. num. 156. Iacob. Laurent. tractatu de iudice suspecto, cap. 4. num. 12. Sbroz. lib. 3. quæst. 12. num. 11. & quæst. 13. num. 6.

50 Limita in appellatione ab interlocutoria Vicarij, quia nihil impedit quominus ab eo ad Episcopum appellatio per viam recursus à grauitamine interponatur, glos. verb. officiali in d. cap. 2. vbi Gemin. num. 3. & Franc. num. 4. Putc. lib. 2. decif. 502. Iacob. de Lauren. d. c. 4. num. 12. Quia si sicut index decretum, quod interlocuendo pronunciauit, mutare, siue emendare rectè potest, l. quod iussit, l. 4. ff. de re iudic. l. qualiter 19. §. dicerem, aliàs l. dicere, §. vnde videndum, ff. de arbit. c. cum cessante, 60. de appellat. Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 65. in princip. apud Hispan. l. 2. tit. 18. & l. 2. tit. 22. par. 3. Azuced. l. 2. num. 50. tit. 17. rubr. 4. recopil. Cardoso in praxi iudicium, verb. index, num. 66. & 67. Aloy. Ricc. in collect. decif. par. 5. collect. 1474. vers. quanto limita, late & eleganter Cald. Pereira quæst. forens. lib. 1. quæst. 9. à princip. non solum semel, sed etiam millies, Stephan. Gratian. discip. iur. forens. cap. 147. num. 11. & cap. 155. num. 26. cum sequentibus, dummodo executioni non sit mandata, Cald. Pereira d. quæst. 9. num. 8. nec finem imponat iudicio, aut processui, ibidem num. 9. nec sit geminata, idè Cald. de potest. nomin. cap. 2. num. 38. aut transeat decem dies, quia efficitur quoad partes irreuocabilis, Stephan. Gratian. dict. cap. 155. num. 35. Similiter etiam Episcopus cum eandem iurisdictionem, & auditorium cum Vicario habeat, sententiam, quam Vicarius ipse interlocuendo pronunciauit, tanquam à seipso prolatam corrigere, & emendare poterit.

52 Limita deinde in appellatione causarum, quæ in generali Vicariatus commissione non continentur, sed Vicario specialiter committuntur, de quibus infra agetur, nam in his cum Vicarius delegatum habeat iurisdictionem, & non ordinariam, ab eo ad

Episcopum prouocabitur, glos. verb. officialem, in c. 2. de officio vicarij, lib. 6. vbi Ancharan. num. 2. Domin. num. 9. Franc. num. 4. in fine, Sbroz. lib. 2. quæst. 55. num. 35. Sanch. d. disput. 29. num. 6. Nicol. Garc. d. cap. 8. num. 40. Iacob. Laurent. d. c. 4. num. 12. Azor. d. lib. 3. cap. 43. quæst. 5. Sed hoc ita demum locum habebit, si prædictæ causæ Vicario ab Episcopo separatim delegentur; non verò si simul cum generali commissione, vt sæpè fieri solet, tribuantur, quia tunc in omnibus ordinariam iurisdictionem consequitur, & via appellationis ad Episcopum intercluditur, ita post multos, quos referunt, tenent Sanch. dict. lib. 3. disputat. 29. à num. 6. Nicol. Garcia dict. cap. 8. num. 41. Sicut etiam ordinariam iurisdictionem nanciscetur Vicarius, licet separatim ei committantur, si in commissione Episcopus dixerit; Hæc Vicario nostro committimus, ampliantes & extendentes priorem potestatem per nos commissam, Sanch. d. disput. 29. num. 8.

Vicarius, & Officialis, idem significant, & in 53 effectu nulla inter eos, nisi in nomine versatur differentia. Hippol. Riminald. in rub. ff. de officio eius, num. 113. Couar. lib. 3. variat. cap. 20. num. 46. Mandol. in tract. de commission. in commiss. per breue 28. Vicario, & in regul. 14. Cancell. quæst. 6. n. 16. Menoch. consil. 51. n. 38. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. §. 3. num. 8. Romanæ Curie stylus obseruat, vt in expeditionibus, seu delegationibus ad Italiam, Vngariam, Dalmatiam, Epyrum, & Cretam, & partes Orientales, Siciliam, Sardiniam, & Corsicam concernentibus, Cancellaria verbo Vicarij semper vtatur. Sed ultra montes Alpinos, vt in Hispania, Gallia, Germania, Polonia, Anglia, & in Ultramarinis, vt in Africa, Officiales nominantur, vt testantur Mandol. d. breue 28. verb. Vicario Bononiensi, & dict. quæst. 6. num. 8. Hieron. Paul. in pract. Cancellar. fol. mihi 7. & 8. Sbroz. lib. 1. quæstion. 2. num. 10.

Episcopus suum Vicarium generalem debet 54 creare peritum in iis, quæ ad suum munus exercendum pertinent, in iure Canonico, & Ciuili versatum, ac moralis Theologie non ignarum, & forensium causarum peritum, vt dicit Vgolin. d. cap. 4. §. 8. num. 3. videlicet, qui sit Doctor, aut Licentiatum in iure Canonico, ex Sbroz. lib. 1. quæst. 36. à num. 9. & Azor. d. par. 2. lib. 3. cap. 43. quæst. 10. vbi etiam quod ætas idonea censetur ad id muneris, & officij, si fuerit viginquique annorum, idem dicit Sbroz. lib. 1. quæst. 35. Et t mandatum in scriptis testibus munitum illi dare debet, ex Rebuff. in praxi tit. de Vicario Episcopi num. 8. & 13. tenet Vgolin. d. §. 8. n. 5. sine consensu Capituli; cum Episcopus de illius consensu Vicarium instituere non teneatur, Pauin. de officio, & potest. Capit. Sede vacante, par. 2. quæst. 10. Rebuff. d. tit. de Vicar. Episcopi num. 1. quos refert, & sequitur Azor. par. 2. lib. 3. cap. 43. quæst. 2. Sbroz. lib. 1. quæst. 54. [me citato in hoc loco Azcedo d. p. 2. c. 2. num. 2.] Forma autem, qua Vicarius Episcopi creari debet, si Episcopus tantum concedat ei generalem potestatem, est illa, quam habet Sbroz. lib. 1. quæst. 70. videlicet:

Vniuersis presentis litteras inspecturis, &c. N. Dei, 55 ac Sanctæ Sedis Apostolicæ gratia Episcopus N. salutem in Domino. Noscitis, quod nos attendentes multiplices occupationes nostras, & curam animarum, quæ nobis subiectæ sunt, & quod etiam nobis cura est muneris nostræ alius imperituri, qui moribus, scientia, & astate reperti sint probatissimi. Considerantes igitur

probi

probitatem, legalitatem, scientiam, discretionem, & industriam discreti viri N. iuris utriusque Doctoris, ipsem nostrum Vicarium generalem in Ecclesia, Ciuitate, & diocesi nostra, tam in spiritualibus, quam in temporalibus, tenore presentium facimus, constituimus, & creamus, circa tamen reuocationem aliorum vicariorum nostrorum per nos alius institutorum, dantes & concedentes eidem plenam & liberam potestatem, & mandatum speciale, Ecclesias, altaria, oratoria, ac coemeteria edificata benedicendi, & consecrandi, ceteraque loca, & vasa, vestesque diuino cultui deputata, & eadem postea reconciliandi, Episcopos suffraganeos, Abbates, & Abbatissas, ac moniales benedicendi, & consecrandi, chrismata, oleum catechumenorum, & infirmorum consociendi die Iouis sancta, pueros, & puellas baptizatas confirmandi, clericos ordinandi, vsuque Pontificalium exercendi, & reliqua consociendi, qua Ordinis sunt Episcopalis, vel praedicta omnia, & singula committendi, ut fiant, & exercentur per alium Episcopum, necnon indulgentias concedendi in casibus a iure permissis, exhibendi Sacramenta diocesana, ad eum recurrentibus Confessiones audiendi, praedicandi, publicas, & solennes penitentias iniungendi, synodum diocesanam celebrandi, Prouinciale concilium conuocandi, dimissorias, siue commendatitias ad Ordines, & Sacramenta concedendi, clericos iudicandi, causas matrimoniales cognoscendi, & decidendi, decimam oblationum in casibus a iure expressis, necnon synodaticum, vel cathedraliticum, quartam funeralium, procuracionem visitacionis, subsidium charitatum, & ius census in casibus a iure permissis exhibendi, & reliqua faciendi, & exercendi, qua sunt dignitatis Episcopalis, necnon subiectionem subditorum nostrorum, & reuerentiam, ac iuramenta ab ipsis recipiendi, electos sibi subditos confirmandi, nouas Parochias erigendi, erectas collapsas consociendi, in matrices Ecclesias transferendi, eligendi, praesentandi, praesentatos instituendi, destituendi, beneficia conferendi, pensiones super illis imponendi in casibus a iure permissis, resignationes illorum recipiendi, eadem resignata conferendi, inuestiendi, alienandi, dispensandi, vota commutandi in casibus nobis permissis, causas omnes ad forum Episcopalem spectantes, & pertinentes, cognoscendi, & decidendi, etiam feudales, visitandi, reformandi, praecipua, & dicta faciendi, & constitutiones, illisque exequendi, corrigendi, mutandi, excommunicandi, anathematizandi, absoluedi, etiam a casibus quibuscuque nobis reseruari, suspendendi, interdicendi, deponendi, delinquentes incarcerandi, torquendi, condemnandi, tam ad tempus, quam ad perpetuos carceres prout sibi conuenire videbitur, causasque omnes criminales cognoscendi, & decidendi, clericos degradandi, brachium seculare innocendi, poenas mitigandi, gratias faciendi delinquentibus, prout sibi videbitur expedire, purgationes indicendi, pias voluntates exequendi, & easdem commutandi, unum, vel plures Vicarios loco eius cum eadem, & simili, vel minori auctoritate faciendi, creandi, & substituendi, & cetera omnia, qua sunt Episcopalis, & Archiepiscopalis iurisdictionis, exercendi, & terminandi: & omnia alia, & singula faciendi, & committendi, etiam si talia essent, qua mandatum exigent speciale, & maiora, & grauiora expressis prout ad Vicariatum officium noscitur quomodolibet pertinere, cuius gesta, sententias & mandata rata, & grata habere promittimus, mandantes quibuscuque, ad quos spectat, sub poena excommunicationis, quam ex nunc, prout ex tunc ferimus in his scriptis, quatenus ipsum N. tanquam Vicarium, & officialem nostrum recipiant, suscipiant, & ad

mittant, ac eidem in his, que ad Nos, & iurisdictionem nostram ordinariam qualitercuque spectant, vel spectare poterunt, pareant, faveant, & assistant, ac efficaciter obedire teneant. In quorum testimonium has nostras literas fieri iussimus per Cancellarium, & Notarium nostrum, subscriptione nostra, ac maioris nostri sigilli impressione roboratas, &c.

In hac forma dicitur, Vicarium generalem in spiritualibus, & temporalibus, quia non sufficit si in spiritualibus tantum, vel in temporalibus crearetur, cum Vicarius generalis is tantum dicatur, qui in spiritualibus, & temporalibus est creatus, Pauin. d. quaest. 10. num. 6. Rebuff. d. tit. de Vicariis Episcop. num. 18. & in forma vicariar. num. 16. Azor. d. cap. 43. quaest. 7. & cap. 46. quaest. 1. vers. dicitur; Ecclesia enim solet spiritualia, & temporalia habere, c. si quis 1. quaest. 3. Verius tamen existimat sufficere si constituitur Vicarius generalis in spiritualibus, post Marchesin. Sbroz. & Sanch. Nicol. Garc. d. c. 8. num. 122. & 123. asserens in Bullis, & litteris Apostol. aliquando Vicarium in spiritualibus generalem appellari, & aperte id ipsum dicit Concil. Trident. sess. 13. de reformat. c. 2. ibi, seu illius etiam Vicario in spiritualibus generali. Ponitur etiam, circa tamen reuocationem aliorum Vicariorum, quia sicut procuratore secundo constituto, primus reuocatus censetur, nisi fuerit haec clausula adiecta, l. si quis. §. 1. ff. de procurat. sic etiam si secundo Vicario constituto, primus censetur reuocatus, Azor. d. quaest. 1. vers. circa, Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 478. in prima edit. & resolut. 502. in secunda edit. Sbroz. lib. 3. quaest. 33.

In generali Vicarij concessione conceduntur ea tantum quae in generali mandato continentur, etiam si clausula adesset, dantes, & concedentes esse plenam & liberam potestatem, argum. text. in l. procurator cui ff. de procurator. cum similibus, non tamen potest ea, quae verosimiliter non esset eum constitutus concessurus, peragere & expedire, ac ea, quae speciale postulant mandatum, cap. qui generaliter, de procurator. lib. 6. [quod gloss. vlt. in c. 2. de offic. vicar. lib. 6. amplius extendit, ad eum casum, quo Episcopus Vicario suo diceret: Constituto te Vicarium meum vniuersalem cum facultate, & potestate, vt omnia loco mei efficere possis, quae ego possum, etiam si talia sint, quae speciale requirant mandatum, quia etiam tunc non consequeretur talis vicarius vi solius clausulae generalis praefatae potestatem ad quicquam eorum efficiendum, quae speciale requirunt mandatum, sequitur Molin. de Iustit. tract. 5. disp. 10. num. 9. vbi ad alia descendit in hac materia vtilissima, & quotidiana.] ideo necessarium fuit omnia in dicta forma contenta specificare, & vt melius percipiantur non abs re erit breuiter adscribere, quibus in casibus Vicarius speciali indigeat Episcopi commissione, & sunt qui sequuntur, vt omnibus innotescant.

Primo in generali Vicariatus commissione beneficia conferendi potestas non venit, nisi ei beneficiorum collatio specialiter sit commissa, cap. vlt. de offic. vicarij lib. 6. vbi Doctores, Petr. Greg. in cap. conquerente, c. 11. num. 2. de offic. ordinar. Franc. Marc. Delphin. decis. 86. n. 13. volum. 4. Marchesin. de commission. par. 1. cap. 6. num. 68. Cott. in memorabil. verb. Vicarius, in princip. Marant. consil. 48. num. 6. Sahag. in rubr. de offic. deleg. n. 8. Anast. Germon. de indultis Cardin. §. tibi quoad vixeris, num. 86. & 87. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Vicarius, §. 9. cum sequentibus, Couar. lib. 3.

var. cap. 20. num. 7. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 4. proam. num. 34. Flamin. de resignat. lib. 7. quaest. 21. num. 9. & quaest. 24. num. 4. & § 2. & lib. 9. quaest. 7. num. 32. Sbroz. lib. 1. q. 7. n. 11. & lib. 2. quaest. 71. num. 1. Azor. d. par. 2. lib. 3. cap. 44. quaest. 1. post Selu. Rebuff. Lambertin. Duaren. Cuch. & alios Nicol. Garc. d. cap. 8. num. 81. Vgolin. d. cap. 4. §. 7. num. 2. Filliuc. tract. 41. de benefic. cap. 2. num. 48. [Aloyf. Ricc. p. 1. decis. 140. Anguian. de legib. lib. 3. contr. 20. num. 8. Alzedo d. p. 2. cap. 2. num. 16. late Castro Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. disputat. 2. punto 30.] Et sicut non potest conferre beneficia sine speciali facultate, ita nec potest conferre Vicariam perpetuam, nec illam erigere. Gonzal. gloss. §. 3. num. 25. Nec collationi consentire. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 303. num. 1. Azor. d. lib. 3. cap. 44. quaest. 3. [me citato] 62 in hoc loco Castro Palao d. punto 38. n. 3.] Data Vicario specialiter facultate conferendi beneficia, non intelligitur concessa potestas conferendi ea beneficia, quae Episcopus iure speciali, aut priuilegio conferre potest, idem Azor. d. cap. 44. quaest. 2. vbi etiam cum Pauin. & Rebuffo tenet censeri datam facultatem conferendi beneficia, quae iure deuoluto ad Episcopum pertinent, aut negligenter, vel delictum inferiorum, quorum erat ius conferendi, nisi beneficia sint deuoluta ad Episcopum, tantum Sedis Apostolicae delegatum, puta ob negligentiam Regularium. Clemen. 1. de supplen. neglig. Prelat. Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. beneficium. §. 3. [me citato in hoc loco Castro Palao d. punto 30. num. 14.]

Quando Episcopus Vicario specialem potestatem concedit conferendi beneficia, ea potestas est late interpretanda, itaut comprehendat quaelibet beneficia, etiam ea, quae sunt in Ecclesia Cathedrali, aut curam habent animarum, Rebuff. d. tit. de vicar. a num. 118. Azor. d. c. 44. quaest. 8. & quaest. 7. idem dicit de dignitatibus, quod est intelligendum de beneficiis existentibus, non tamen de illis, quae post commissionem erecta & instituta fuerunt, vt declarat idem Azor. d. q. 8. Et etiam eo ipso, quod Vicario data est specialis potestas conferendi beneficia, intelligitur data potestas commendandi. Rebuff. in praxi tit. forma vicar. n. 119. lib. 2. quaest. 83. Azor. d. c. 44. quaest. 10. & quaest. 9. asserit posse Vicarium, etiam extra diocesim, huiusmodi beneficia conferre, gloss. verb. per seipfos, in cap. statutum. de prob. lib. 6. Rebuff. in tract. nomin. q. 14. num. 95. [Gratian. Archiep. decis. 98. num. 5.] de quo plures Doctores refert Garc. d. cap. 8. n. 126. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 62. num. 3. [Castro Palao d. punto 30. num. 16.]

Licet autem Episcopus Vicario suo praedictam contulerit facultatem, potest per seipsum conferre, antequam Vicarius conferat, ex Azor. d. c. 44. quaest. 12. vbi etiam quid dicendum si beneficium Episcopus & Vicarius vna die contulerint, & quaest. 113. resoluunt Vicarium specialem facultatem habentem conferendi beneficia, non eo ipso intelligi sibi datum ius priuandi clericum illo.

Secundo sine speciali mandato Vicarius resignationes beneficiorum admittere, & approbare non potest, vt per text. in cap. questum, de verum permitt. resoluunt Rebuff. d. tit. de Vicar. num. 104. praxi Episcop. par. 1. verb. Vicarius §. 10. Vgolin. d. d. cap. 4. §. 7. num. 2. Aloyf. Ricc. in praxi aucta resolut. 471. Azor. institutio moralium par. 2. lib. 7. cap. 29. quaest. 4. Mantio. decis. 260. num. 7. Nicol. Garcia de beneficiis p. 1. c. 4. num. 74. Sbroz. lib. 2. Barbol. de Episcopo Pars III.

quest. 130. Flamin. lib. 7. quest. 24. num. 3. Nec etiam data speciali facultate admittendi resignationes absolue, & simpliciter factas, intelligitur data facultas resignata beneficia conferendi, ita Rebuff. in addit. ad reg. 13. Cancell. verb. aut Vicarius perpetuos, vers. item Vicarius Episcopi, & d. tit. de forma Vicar. a n. 105. [Rota apud Post. post tract. mandati de manu. decis. 199. num. 7.] Nec denique Vicarius habens facultatem approbandi resignationes factas causa permutationis poterit resignata beneficia permutantibus conferre, Rebuff. d. tit. forma Vicar. num. 104. & 106. Sbroz. lib. 2. quaest. 71. num. 9. [licet contra teneant Azor. d. d. p. 2. lib. 3. cap. 44. quaest. 6. Nicol. Garc. d. p. 5. cap. 8. a num. 104. Castro Palao d. punto 30. num. 13.] eo quod in beneficiorum collatione requiritur speciale mandatum, tenet Cardoso in praxi iudicum, verb. procurator num. 40. quem cito ego ipse in meis Remiss. de diction. & clausulis, claus. 17. numero 29.

Tertio absque speciali concessione Episcopi praesentatum a patrono Vicarius instituere non potest, vt tenaciter defendunt Rolan. conf. 47. num. 45. vol. 1. & Rebuff. in praxi benefic. tit. in forma Vicar. a num. 126. & in add. ad reg. 13. Cancell. verb. aut Vicarius perpetuos, vers. item Vicarius generalis. Verum in contrarium est communis Doctorum opinio, quod scilicet Vicarius absque speciali concessione potest confirmare electos, & instituere praesentatos, ita gloss. verb. non possunt, in cap. fin. de officio Vicar. lib. 6. Roch. de Inrepatr. verb. competens q. 31. n. 66. & 67. Lambertin. eod. tract. par. 3. lib. 2. art. 5. q. 1. princip. Couar. lib. 3. var. c. 20. num. 7. Selua de benefic. p. 2. quaest. 14. Cald. Pereira de renou. emphyt. q. 12. n. 11. Viuian. in praxi Iurispatron. par. 2. lib. 2. c. 2. num. 3. Sbroz. lib. 2. q. 111. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. a num. 78. Soar. de Paz. in tract. tom. 2. pral. 3. num. 7. & 8. Filliuc. tract. 41. de benefic. cap. 2. num. 49. Quintanad. lib. 1. Ecclesiast. cap. 5. num. 7. Zerol. in praxi Episc. par. 1. verb. Vicarius §. 14. Azor. d. c. 44. q. 5. & lib. 6. cap. 22. quaest. 3. [Rota apud Post. post d. tract. decis. 217. num. 10.] Nicol. Garc. d. d. cap. 8. n. 84. cum seq. vbi n. 86. refert, Sacram Illustriss. Card. Congregauisse Vicarium mandatum limitatum non habentem instituere posse, & par. 8. cap. 4. n. 50. refert Rotam Rom. ita tenuisse, & ideo libenter huic opinioni subscribo.

Quarto, absque speciali mandato Vicarius beneficium suppressere non potest, Put. decis. 53. libr. 3. Sbroz. lib. 2. q. 117. num. 5. Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 1. collect. 143. post princ. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 1. 2. num. 129. cum sequentibus, [Sicut non potest erigere, nec iurispatronatus foundationi consensum praestare, Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiepiscop. Neapol. p. 1. decis. 140.]

Quinto, nec beneficia vnire, nec renouare vniones, & Ecclesias diuidere. Sbroz. lib. 2. quaest. 115. & dicam infra alleg. 66. num. 10. p. 3. alleg. 54. num. 72. in fine, laussum in vtramque partem D. Lotter. in tract. de re benefic. lib. 1. q. 28. a n. 113. etiam si a constituyente habeat facultatem conferendi beneficia, adiecta clausula illa generali, & ad omnia alia etiam requirunt speciale mandatum, quoniam non ideo fieri debet extensio ad maiora expressis, cap. qui ad agendum, de procurat. lib. 6. Clemen. 3. eod. tit. tenent plures DD. quos referunt & sequuntur Nicol. Garc. de benef. p. 1. 2. cap. 2. num. 69. & Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 1. 1. num. 359. contra Mohe

Mohédan. *decif. 3. de officio Vicar.* Hieron. Gabr. *conf. 200. num. 3. lib. 1. Gambar. de offic. Legati lib. 5. rub. 1. à num. 15.*
 73 *Sextò, coadiutores Vicarios imperitis Rectoribus Ecclesiarum secundum formam Sacri Concilij Tridentini* *sess. 21. de reform. c. 6. sine speciali concessione non licet ei deputare.* Put. *decif. 239. num. 2. quem sequitur Sbroz. lib. 2. q. 112. à num. 2.*
 74 *Septimò, nec iuspatronatus ex causa dotationis, fundationis, vel constructionis alicui reservare potest, ita Hieron. de Monte q. 22. num. 8. & 25. praxi Episcop. dict. verb. Vicarius §. 13. Viuian. in praxi Iurij patron. par. 1. lib. 1. cap. 1. num. 24. in 1. edit. aliàs lib. 2. cap. 1. num. 10. Sbroz. lib. 2. q. 31. Stephan. Grat. *discept. forens. cap. 303. num. 12.* Nicol. Garc. *par. 5. cap. 9. num. 43. & censuit Rota in Neptina iurispatron. 23. Martij 1611. coram Reuerendissimo Domino Coccino, impressa per Farin. decif. 337. n. 5. p. 2. recent.* vbi ampliat etiam ablente Episcopo, item in *Valen. beneficij 15. Junij 1609. coram Gregor. X. V. impressa per Farin. decif. 257. n. 2. p. 2. recent. & in Lucana Iurispatr. 14. Aprilis 1616. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo, impressa per Farin. decif. 576. p. 1. recent.* [& coram Buratto *decif. 702. n. 3. vbi n. 4. subdit Vicarium præsumi habuisse sufficientem facultatem præstandi assensum erectioni iurispatronatus etiam minori spatio 30. annorum.] quamvis contrarium consulerit *Port. conf. 99. num. 43. in fauorem Vicarij Episcopi Vicentini, aduersus quem lare scripsit Ferret. conf. 347. vol. 2.*
 75 *Octauò, nec etiam donationi iurispatronatus decretum, seu auctoritatem interponere potest, ita Rebuff. d. tit. de forma Vicar. n. 184. Ferret. conf. 343. n. 7. & conf. 344. num. 1. volum. 2. praxi Episc. d. verbo Vicarius §. 11. & 13. Sbroz. lib. 2. q. 197. Garc. d. c. 9. n. 76. Vgolin. d. c. 4. §. 7. n. 2. vers. decimò non potest, Azor. d. lib. 3. c. 45. in princ. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 469. Amplia primo, vt nec etiam in casu absentia Episcopi possit Vicarius præstare consensum in donatione iurispatronatus; Ferret. *conf. 347. num. 17. vers. nec obstat, Rot. decif. 337. num. 5. p. 2. recent.* Amplia secundo, vt nec etiam valeret consuetudo in contrarium. *Ferret. conf. 345. n. 5. & seq. Rot. decif. 576. sub n. 3. p. 1. recent.* vbi etiam dicitur quòd in omnem euentum talis consuetudo esset contra ius, & ideo deberet esse vel quadragenaria, vel immemorabilis. Amplia tertio, vt non præsumatur mandatum in Vicario ex lapsu longi temporis nisi sit enunciatum, vt fuit dictum in *Lusitana Iurispatronatus 30. Ianuarij 1614. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo.*
 76 *Nonò, nec nouas queit erigere Parochias.* Sbroz. *lib. 2. quest. 117. num. 2. nec alia beneficia create.* Sbroz. *d. lib. 2. quest. 31. num. 4. Ferret. conf. 327. num. 4. & consil. 343. num. 1. Burlat. conf. 310. num. 27. Garc. de benefic. p. 5. cap. 9. num. 75. Rot. in Segobrenum capellanie 28. Aprilis 1625. coram Vbaldo.*
 77 *Decimò, nec imponere potest pensionem super beneficiis, vbi Episcopus, seu Archiepiscopus possit, puta ob iustam causam, vel pro bono pacis, & concordia, Sbroz. lib. 2. quest. 71. numero 4. Monet. de commutation. ultim. volunt. cap. 5. num. 496.*
 78 *Undecimò, nec œconomum Ecclesie constituere potest, nisi Episcopi speciale permissum accedat.* Sbroz. *lib. 2. quest. 53. num. 2. intellige de œconomò, qui vicem Episcopi gerit in colligendis Ecclesie redditibus, & distribuendis in clericos, &****

pauperes: alij verò, qui ad custodiendos fructus Ecclesie partronatus vacantis, nondum prouta; ob partronorum discordiam, constituuntur, præterant possunt à Vicario ex generali commissione, de quo loquitur Soar. de Paz in *pract. tom. 2. pralat. 5. num. 8.*
 Duodecimò, nec à suis beneficiis, officiis, vel administrationibus. aut ab Ordine aliquos amouere, seu deponere potest, *cap. licet, de officio Vicar. libr. 6. Sbroz. lib. 2. quest. 111. num. 7. & q. 130. num. 4. & quest. 155. quòd non potest reuocare clericum ab exilio, nisi speciale haberet mandatum, Soar. de Paz d. pral. 3. num. 9. Vgol. d. n. 2. vers. septimò inquire.*
 Decimo tertio, nec valet auctoritatem interponere creationi Dignitatis à Canonis factæ, aut nouum beneficium in Ecclesia creare, *Felin. in cap. cum accessissent, numero 15. vbi Decian. num. 9. de Constitut. Ferret. conf. 327. num. 4. & alij citati per Sbroz. lib. 2. quest. 31. num. 4. & num. 5. quod nec etiam potest transferre iuspatronatus in laicum titulo donationis sine consensu Episcopi.*
 Decimo quarto, nec Ecclesias vetustate collapsas, quæ ob earum, & Parochianorum inopiam nequeunt iustaurari, vocatis his, quorum interest, in matrices, vel alias Ecclesias viciniore abque speciali concessu transferre potest, *Sbroz. lib. 2. q. 117. num. 3. Franc. Leo in thesaurò fori Ecclesiast. par. 2. cap. 16. num. 16. Nec potest mutare statum alicuius Ecclesie etiam in casibus in quibus is posset, cuius est Vicarius, vt per Monet. de commut. ult. volunt. cap. 11. num. 358. vbi num. 360. limitat, si ad id speciale mandatum habeat, vel à constitutent habeat facultatem, quæ mandato speciali æquipolleat.*
 Decimo quinto, nec presentare potest ad beneficium iurispatronatus ad Episcopi præsentationem pertinens, *Paul. de Citadin. de Iurepatron. par. 6. q. 41. cum sequenti, Roch. de Curte eodem tract. verb. honorificum q. 5. Lambert. eodem tract. p. 3. lib. 2. art. 5. prima c. princ. num. 2. quos refert Sbroz. lib. 2. q. 110. n. 2. Nicol. Garc. d. p. 5. cap. 8. n. 82. [quicquid aliud velit Castro Palao ditto puncto 30. num. 15.]*
 Decimo sexto, nec potest Vicarius, si Episcopus fuerit, ex generali commissione ea, quæ sunt Ordinibus Episcopalis, exercere. vt Ecclesias, Capellas, Oratoria, vel cæmeteria reconciliare, Ordines conferre, Christma conficere, oleum infirmorum sacrare, Sacramentum Confirmationis ministrare, & alia similia, ita Francisc. Marc. *decif. 548. num. 1. vol. 2. Cuch. d. tit. 8. n. 119. & 120. Rebuff. d. tit. de Vicar. num. 33. & num. 168. cum seq. Sbroz. lib. 2. quest. 5. num. 10. & quest. 6. & quest. 2. num. 2. cum quest. seqq. Azor. d. par. 2. lib. 3. c. 45. quest. 9. & cap. 46. vers. Confirmationes, Vgolin. d. cap. 4. §. 7. num. 2. vers. octauò, Franc. Leo in thesaurò fori Ecclesi. par. 1. cap. 10. num. 12.*
 Decimo septimo, nec Vicarius institutus, qui Episcopalem dignitatem non habet, alteri Episcopo potestatem exercendi ea, quæ Ordinis Episcopalis sunt, præter speciale sui Episcopi mandatum, committere potest, *Rebuff. vbi supra num. 171. praxi Episcop. part. 2. verb. Vicarius §. 6. Sbroz. libr. 2. quest. 12. num. 1. & seq.*
 Decimo octauò, nec de hæresis crimine sine peculiari commissione cognoscere potest, *Decian. in tract. criminal. tom. 1. lib. 5. cap. 21. num. 7. Sbroz. lib. 2. q. 161. n. 4. & 5. & Nec de licentia Episcopi potest*

potest subditos à crimine hæresis absolueret, sicut potest Episcopus, iuxta Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. c. 6. ibi, eis tantum, non eorum Vicariis sit permissum, Sbroz. lib. 2. quest. 20.*
 37 *Decimo nonò, nec ei publicas pœnitentias imponere, aut publicè pœnitentes reconciliare licet, Domin. de S. Geminian. in c. 2. n. 8. de officio Vicar. lib. 6. Sbroz. lib. 2. q. 17. num. 2. cum seq. & q. 18. num. 3. Marc. Anton. Genuent. in praxi Archiepisc. cap. 43. in nouiss.*
 88 *Vigesimo, nec voluntatem puellæ habitum regularem suscipere, aut professionis votum emittere volentis, explorare potest, vt experiatu an coacta, an seducta sit, & an sciat quid agat, & cætera iuxta dispositionem sacri Concil. Trid. sess. 25. de regularibus cap. 17. Sbroz. lib. 2. quest. 208.*
 89 *Vigesimo primo, nec adificationi Monasterij per restatorem relicti assensum, & auctoritatem interponere potest, Calder. conf. 3. de officio Vicar. quem refert Sbroz. lib. 2. q. 199. num. 1.*
 90 *Vigesimo secundo, nec prætertu generalis commissionis Indulgentias concedere potest, Borgal. de irregul. par. 3. tit. de indulgent. Episc. n. 2. & par. 7. c. fin. n. 23. Rebuff. d. tit. de forma Vicar. num. 172. Sbroz. lib. 2. q. 40. n. 3. Azor. d. lib. 3. cap. 45. q. 13. Franc. Leo in thesaurò fori Ecclesi. par. 1. c. 10. n. 12. in fine, Benzou. de Iubilao lib. 2. cap. 30. vers. conueniunt, in fine, Iul. Lauror. de indulg. p. 2. cap. 11. num. 51.*
 91 *Vigesimo tertio, nec potest ex generali concessione facultatem, seu licentiam Confessionis audiendæ aliis concedere, Host. in summ. tit. de pœnitent. §. cui confitendum. ad finem. Ioan. Andr. in cap. 2. de pœnit. lib. 6. vbi Domin. num. 6. Anchar. n. 1. Philip. Franc. n. 7. Sor. in 4. dist. 18. quest. 4. & q. 14. num. 3. Alber. in diction. verb. Vicarius, vers. Vicarius etiam Episcopi, Sanch. d. lib. 3. disp. 29. n. 14. qui n. sequenti contrariam sententiam, vt probabilior teneatur, illamque vbi citi Doctorum numero confirmat, quem refert & sequitur Monet. de commut. ult. volunt. c. 7. n. 42. & Ipse tamen Vicarius generalis ex vi mandati generalis potest fidelium Confessiones audire, vt post Anton. Cuch. Lancel. Gutier. & alios resoluit Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 284. Monet. loco proxime citato.*
 93 *Vigesimo quarto, in locis, in quibus Episcopus loco Abbatis est, non potest Vicarius generalis commissionis prætertu impertiri licentiam Monacho causa studiorum proficiscendi, Abb. conf. 88. num. 5. cum seq. Paulin. de officio, & potest. re Capituli Sode vacante par. 2. princ. q. 8. num. 25. Sbroz. lib. 2. quest. 200. num. 2. & 3.*
 94 *Vigesimo quinto, nec in utrimoni les causas cognoscere, aut eas tractare valet, vt per Rebuff. d. tit. de forma Vicar. n. 155. Ledel. de Matrim. q. 45. art. 1. puncto 3. dub. 4. Vgolin. d. c. 4. §. 7. n. 2. vers. nono. Contrarium tamen verius est, & tenent Couar. de sponsalibus par. 2. cap. 8. §. 11. n. 1. Cuch. d. tit. 8. n. 105. Anton. Gomez super Bullam Cruciate, cap. 4. q. 4. num. 28. Sbroz. lib. 2. q. 44. in fine, Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 73. ad fin. Azor. d. lib. 3. cap. 45. q. 2. Sanch. d. disp. 29. à num. 18. post gloss. verb. misso, in cap. 1. per tex. ibi, d. frigidie, & in cap. fin. de cognat. spirit. & quod Vicarius generalis possit matrimonio assistere, dixi alleg. 33. num. 56*
 95 *Vigesimo sexto, nec matrimonij monitionibus dispensare potest, etiam iusta causa interueniente, Cephal. conf. 421. num. 72. volum. 3. Menoch. de arbitr. casu 453. num. 5. & conf. 69. à num. 55. Barbos. de Episcopo Pars III.*

Soar. de Paz in *pract. tom. 2. preclud. 3. à num. 11. Spin. in speculo testam. gloss. 15. num. 28. cum seq.* Nicol. Garcia d. c. 8. à n. 50. Sed verius quod supra tenui pluribus ad id citatis Doctoribus, *alleg. 32. num. 29.*
 Vigesimo septimò, nec poterit, nisi ex speciali mandato, relaxare interdita. *Sbroz. lib. 2. q. 185. num. 2. cum seq.*
 Vigesimo octauò, nec potest dimissorias, seu commendatitias literas ad Ordines suscipiendos clericis suæ dioceses concedere, nisi Episcopo in remotis agente, dixi supra *alleg. 7. n. 9.* Sed dubitari potest & quando dicatur Episcopus in remotis agere, de quo plures refert opiniones Aloyf. Ricc. in *praxi aurea resolut. 18.* Inprimis gloss. verb. remotis in *cap. 3. de temporib. ordinar. lib. 6. credit arbitrarium iudici, quis locus dicatur remotus, sequuntur Zabbar. in Clementin. causam, in verb. ex remotis, de elect. Menoch. de arbitr. casu 222. num. 26. sed videtur verius illud quod resoluit Aloyf. Ricc. vbi proxime, videlicet Episcopum dici in remotis agere, quando est ultra montes, sufficit enim quòd huiusmodi remotio sit inconueniens ordinandis.
 Vigesimo nonò, nec potest facere, seu substituere alium Vicarium, nisi Episcopi specialis licentia præcedat, *cap. clericos, de officio Vicarij, gloss. verb. ipsius in cap. 1. eodem tit. lib. 6. vbi Anchar. num. 2. Domin. num. 11. Alphons. Alvarez Guerrero d. cap. 27. Ripa respos. 24. à num. 1. Franc. Marc. Delphin. d. decif. 317. num. 4. volum. 1. Cuch. d. tit. 8. n. 40. Rot. decif. 4. de offic. vicar. in nouis, Guid. Papæ decif. 374. num. 6. Philip. Porti. conf. 87. n. 16 Aloyf. Ricc. in collect. decif. par. 1. collect. an. 143. in med. Redoan. de rebus Ecclesia non alien. rub. de auctoritate Pralat. num. 66. Put. decif. 168. libr. 1. Lop. de Vicario Episcopi §. 2. num. 4. vers. 8. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 113. Maranta de ordine iudic. p. 4. dist. 5. num. 22. Auendan. de exequendis mand. p. 1. cap. 3. num. 5. Azeuedo l. 1. num. 8. tit. 9. lib. 3. noua recop. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. Vicarius dub. 4. Petr. Lazar. de monit. quest. 6. num. 10. Iacob. Laurent. in tract. de iudice suspecto, cap. 4. num. 20. Nicol. Garc. d. c. 8. à n. 148. Vgolin. d. c. 4. §. 7. n. 2. vers. undecimo. [Castro Palao d. puncto 30. n. 18. Seraphin. decif. 1033. n. 2. vbi quòd facultas substituendi vicario concessa intelligitur, dummodo sit ad modicum tempus, & ex iusta causa, & de consensu Episcopi Molin. de Iurist. tract. 5. disp. 10. n. 7. Marchel. de commission. p. 1. cap. 6. n. 159. pag. 260.] & Amplia procedere, siue fuerit constitutus ab Episcopo cum facultate, & clausula substituendi, siue non. *Put. decif. 168. n. 1. Sbroz. lib. 2. quest. 66. num. 11. & 17. & tenuit Rota in una Oriolen. beneficiorum coram D. Seraphino 21. Maij 1593. [inter eius impressas decif. 1026.] teste Aloyf. Ricc. d. resolut. 113. vers. amplia. Potest tamen substituere ad modicum tempus, & ex causa, etiam si non habeat potestatem substituendi, Marant. Mench. Azeu. Cuch. & Aloyf. Ricc. d. his locis. & Potest etiam vnam, vel plures causas delegare, gloss. verb. ipsius in cap. 1. de offic. Vicar. lib. 6. Sanch. de Matrimon. lib. 3. disp. 7. n. 21.*
 Vigesimo nec potest absque speciali concessu diuicellum visitare, *argum tex. in cap. Episcopum 10. q. 1. cap. inter cetera, de offic. Ordin. cap. si Episcopus 6. eodem tit. libr. 6. Rebuff. d. tit. de forma Vicar. num. 100. & 101. Azor. d. lib. 3. cap. 45. q. 4. Sbroz. lib. 2. q. 120. num. 2. Vgolin. d. §. 7. vers. tertio nec visitare.***

103 Trigesimo primo citra speciale mandatum diocesanam synodum congregare non potest. Henricus Borraus in tract. de Synodo Episcop. par. 2. num. 2. Rebuff. d. tit. de forma Vicar. num. 151. Cuch. d. tit. 8. n. 107. Azor. d. lib. 3. c. 45. q. 5. Sbroz. lib. 2. q. 46. num. 1.

104 Trigesimo secundo, nec pias defunctorum voluntates, nisi specialis facultas ab Episcopo fuerit concessa, exequi potest, Sbroz. lib. 2. quest. 49. num. 2.

105 & quest. 50. quod & executores, fideicommissarios, etiam laicos compellere potest ex officio ad exequendum pias defunctorum voluntates, & q. 51. quod potest prorogare tempus executoribus piarum voluntatum. An autem & quando possit sine speciali facultate commutare ultimas voluntates, vide late tractantem Monet. de commutat. ultim. voluntat. cap. 5. num. 484. cum multis sequentibus.

106 Trigesimo tertio, nec in alienationibus, seu transactionibus rerum Ecclesiarum decretum interponere potest, Aug. Bero. conf. 83. num. 19. volum. 1. Capcl. Tholo. quest. 97. Rebuff. d. tit. de forma Vicar. n. 184. Cuch. d. tit. 8. num. 105. Redoan. de rebus Eccles. tit. de auctor. Prælat non alien. interpon. n. 60. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Vicarius §. 12. Azor. d. lib. 3. c. 45. q. 3. Nec res Eccles. alienare in illis casibus, in quibus potest Episcopus, Sbroz. lib. 3. quest. 118.

107 Trigesimo quarto, nec potest sine particulari concessione absolueret ab irregularitatibus & suspensionibus ex delicto occulto prouenientibus, dixi suprâ alleg. 39. num. 10.

108 Trigesimo quinto, nec de causa restitutionis in integrum disceptare potest, ita per text. in l. illud §. 1. ff. de minorib. tenent Sbroz. lib. 2. quest. 35. n. 4. Sanch. de Matrimum. lib. 2. disp. 40. num. 12. in fine.

109 Trigesimo sexto, iuramentum purgationis Canonice non deferretur Vicario sine mandato. Sbroz. lib. 2. quest. 167. num. 2.

110 Trigesimo septimo, consentire nequit, ut Metropolitanus cognoscat in principali negotio, omisso appellationis articulo, post Ferrer. conf. 307. num. 1. tenet Sbroz. lib. 2. q. 204.

111 Trigesimo octavo, nec specialiter commissa Episcopo, seu delegata, Vicarius cognoscere potest, Abb. in c. quoniam num. 15. de offic. deleg. Soc. consil. 39. num. 30. volum. 4. praxis Episcop. par. 1. verb. Vicarius §. 21. dub. 4. Sbroz. lib. 2. q. 36. num. 3. & quest. 135. num. 1. & q. 177. num. 5. Vgolin. d. §. 7. vers. duodecimo, Campan. in diuersorio iuris Canonici, rubr. i i. c. 23. num. 148. vbi resoluit Vicarium Episcopi non posse suo Antistiti delegata exequi, nisi fuissent in rescripto addita verba illa, siue eius generali Vicario, quamuis in litteris vicarius adesset clausula generalis, siquidem nec tunc intelligerentur commissa, quæ ipsi constituenti competere ex delegatione.

112 Trigesimo nono, nec feudales causas, nisi speciale addit mandatum, cognoscere potest, Cardin. in Clem. 1. num. 19. de officio Vicarij, Sbroz. lib. 2. q. 125. num. 3.

113 Quadragesimo nec auctorare exemplum ex originali sumptum, ut eandem vim, & auctoritatem cum originali habeat, c. fin. ibi, coram Ordinario iudice, vel delegato ab eo specialiter presententur, d. fide instr. per quem text. ita ibi tenuerunt Goffred. & Host. Tiber. Decian. resp. 24. num. 44. vol. 1.

114 Quadragesimo primo, nec repressalias sine speciali mandato concedere potest, Sbroz. lib. 2. quest. 165.

num. 1. De materia repressaliarum, vide Bart. in specialit. tract. de repressalis, Greg. l. 15. verb. en otros tit. 10. part. 7. Victor. in relect. de iure belli num. 41. Syliuan. conf. 34. ad finem, Bonacof. commum. crimin. par. 2. verb. repressalie pag. 67. Sebast. Naui. ad aurb. ut non fiant pignorationes collat. §. num. 4. Couar. iureg. peccatum par. 2. §. 9. num. 5. vers. hinc denique, Henric. in summi. lib. 13. cap. 43. §. 5. in comm. litt. G. Perz l. 6. tit. 16. lib. 8. Ordinat. Azued. l. 6. num. 1. tit. 2. lib. 8. noue recopilat. Moneta de iurisdict. par. 4. casu 44. n. 13. Valdef. ad Xuar. par. 2. pag. 93.

115 Quadragesimo secundo, nec potest decernere sine speciali facultate excommunicationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis, seu ablatis, quæ monitoriales litteræ vulgò nuncupantur, de quo late dixi alleg. 96. num. 6. cum seq.

116 Quadragesimo tertio, nec absolueret à casibus reueruatis ab ipso Episcopo potest, nam in generali concessione hæc non veniunt. cap. pen. de penit. lib. 6. post Rebuff. ita tenent Vgolin. d. c. 4. §. 7. num. 2. vers. sic. postremo, Sbroz. lib. 2. quest. 19. Galet. in margarita casuum conscientie, verb. Vicarius, penult. vbi etiam addunt, quod quando datur hæc potestas, concedi solet, ut & alteri delegari possit.

117 Quadragesimo quarto, nec criminales causas, nisi specialiter commissæ fuerint, expedire poterit, ita vt nec inquirere, corrigere, aut punire subditorum excessus queat, cap. 2. de officio Vicar. lib. 6. Cuch. d. tit. 8. de Vicar. num. 17. Rebuff. in addit. ad reg. 13. Cancell. verb. aut Vicarius, vers. notandum est, Clar. §. fin. quest. 40. num. 3. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Vicarius, vers. tertium dubium, Nauar. in cap. serpens, de penit. distinct. 1. num. 4. Ferrer. conf. 214. volum. 1. Vgolin. d. §. 7. num. 2. vers. septimo inquirere. Sanch. lib. 3. disp. 29. num. 16. in princ. Hieron. Buccaron. in tractat. de differ. inter iudic. civil. & crim. different. 127. num. 20. Sbroz. lib. 2. quest. 142. vbi questio. 156. quod nec potest reuocare clericum ab exilio.

118 Quadragesimo quinto, nec condemnatum inquitum absolueret potest, Rip. in l. qui condemnare num. 9. vers. sed certe, ff. de re iudic. quia qui condemnare non potest, nec etiam absolueret, l. nemo qui condemnare, de reg. iuris, cum citatis in libello de princip. vtriusque iuris lit. A, num. 1. Sed hoc tantum intelligendum duco, si Vicarius velit inquisitos à crimine absolueret, secus vero quando ab inquisitione, si eos immunes & innocentes inuenierit, absolueret vult, ita Menoch. de arbit. lib. 1. q. 43. num. 28. Soar. de Paz in pract. tom. 2. pralud. 3. num. 11. Sbroz. lib. 2. q. 166.

119 Quadragesimo sexto, nec clericorum bona confiscare, Bald. in l. Imperatores, in fine, ff. de officio Præfetti Vigilum, Alexand. in l. 1. n. 75. ff. de officio eius, Franc. Marc. decif. 613. n. 1. par. 2. Sbroz. lib. 2. quest. 158. num. 3.

120 Quadragesimo septimo, nec pœnas corporales in pecuniarias conuertere potest, Rebuff. d. tit. de forma Vicar. num. 153. cum seq. Cuch. d. tit. 8. num. 109. Azor. d. lib. 3. cap. 45. num. 6.

121 Quadragesimo octavo, nec potest dispensare ex generali Vicariatus mandato, Rebuff. d. tit. de forma Vicar. num. 44. cum sequentibus, Soar. de Pace dict. pralud. 3. num. 11. Gutier. canon. lib. 1. cap. 19. num. 15. Sbroz. lib. 2. quest. 35. post Felin. Cuch. Fr. Emman. Vegam, & Petr. Ledelin. Nicol. Garcia dict. cap. 8. num. 47. Vgolin. d. cap. 4. §. 7. num. 2. vers. sexzo. Azor. dict. lib. 3. cap. 45. quest.

quest. 6. nouè Monet. de commutat. ult. volunt. cap. 5. num. 478.

122 Quadragesimo nono, nec potest imponere, & exigere charitatiuum subsidium, nisi hoc sit sibi specialiter ab Episcopo demandatum, Barthol. Bellen. cin. in tract. de charit. subsidio quest. 11. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 14. quest. 5. vers. Vicarius, Sbroz. lib. 2. quest. 48. vbi etiam tenet & Vicarium Episcopi sine mandato speciali non posse exigere quartam decimarum, mortuorum, & synodaticum.

123 In Vicariatus commissione prædictos omnes casus nominatim exprimere necessum non est, sufficit enim aliquos exprimi, cum clausula generali, & ad omnia alia, etiam si exigant speciale mandatum, optext. in cap. qui ad agendum, §. sed si aliquis, de procurator. lib. 6. Couar. lib. 1. variar. cap. 6. num. 2. vers. quarto, & lib. 2. cap. 5. num. 8. Sbroz. lib. 1. quest. 65. num. 5. & quest. 67. num. 3. Sanch. d. disput. 29. num. 8. Monet. d. cap. 5. num. 479. vbi declarat vt commissio extendatur ad similia, vel minora, non autem ad maiora, iuxta text. in Clement. non potest, de procurat.

125 De duobus quæri potest, Primo, an Episcopus teneatur constituere Vicarium. Secundo, an possit duos Vicarios generales creare.

Ad primum videbatur dicendum Episcopum teneri sibi Vicarium constituere propter ingentes occupationes, in quibus Episcopale regimen, & animarum cura versatur, per seiplos enim et si diligentissimos ob amplas & diffusas dioceses non valent omnia ministrare. Ita resoluunt Bald. in l. aliquando, num. 1. in quarta opposit. ff. de offic. Procons. Abb. in cap. quoniam, num. 3. de offic. Ordinari. Boër. decif. 347. n. 6. Gabr. conf. 32. num. 22. lib. 2. Cosm. in pragmat. titul. de collation. verb. Vicariis folio 253. Azor. institut. moral. par. 2. lib. 3. cap. 29. quest. 3. vers. quo loco, Lancellor. institut. canon. lib. 1. tit. de officio Vicar. in gloss. verb. non potest, Rebuff. in tractat. nominat. quest. 4. num. 61. post Cuch. Hoied. Couar. & alios, quos refert, hanc sententiam sequitur Sbroz. de Vicar. Episcop. lib. 1. quest. 46. [Anguian. de legib. lib. 2. courrou. 29. num. 16. Alzed. d. p. 2. cap. 2. n. 39. cum seqq. vbi dilinguit.] Verum contrarium amplexa est sacra Rota Rom. apud Pute. decif. 43. lib. 2. Mohedan. decif. 4. de officio Vicarij, & fuit dictum in vna Calaguritanena fructuum 18. Martij 1583. coram Bubalo, quæ est inter decif. diuers. 222. num. 5. par. 2. quas refert Aloys. Ricc. in collectam. decif. par. 5. collect. 1602. & nouissimè in vna Viterbiana. & Tuscanen. Vicarij Pœneris 3. Martij 1617. coram R. P. D. Caualerio, [inter eius impressas decif. 418.] & in Calcianor. iurisdictione 10. Maij 1624. coram Remboldo. Et in puncto quod Communitas loci non possit petere manutentionem contra Episcopum, vt retineat in illo loco vicarium generalem, est decif. Capuar. 306. num. 3. par. 1. [Cardin. Tusch. practic. conclus. verb. mandatum de manutentione consel. 69. num. 6. Caualer. decif. 418. num. 9. cum seqq. Alzed. d. c. 2. num. 6. Ludou. Posti. in tract. mandati de manutentione obseruat. 53. num. 9. vbi reddit rationem, quia Episcopus non tenetur habere Vicarium, sed est in eius facultate, an velit illum retinere. Ex his enim, quæ sunt, seu fieri solent, vel permittuntur iure facultatis, vel ex gratia, & voluntate aduersarij, nullum queritur ius, nec oritur possessio, vel quasi quæ sit attendenda, Pontan. de spol. lib. 2. cap. 16. num. 106. Pacific. de Saluiano interdito inspect. 1. cap. 6. n. 30. Aloys. Ricc. in collect. decif. collect. 1293. in fine, Card. Mantie. decif. 267. n. 2. Rota decif. 297. sub

num. 4. p. 2. diuers. & decif. 397. num. 3. & decif. 640. num. 3. p. 2. recentior. Et quod potest Episcopus in quacunque parte diocesis vicario retinere, probat tex. in cap. cum Episcopus, de officio Ordin. lib. 6. Sbroz. de officio vicar. lib. 1. quest. 70. num. 1. cum seqq. Rota apud Postium post suum tract. decif. 159. num. 3.]

126 Ad secundum deueniendo dico Episcopum posse binos principales Vicarios creare, vt casuarum expeditioni facilius confuleretur, ex cap. quoniam in plerisque 14. de officio Ordinari. & Clement. & si Principalis, iuncta gloss. & ibi Cardin. a num. 3. de rescript. Felin. in cap. causam matrimon. num. 8. de offic. delegat. praxis Episcop. par. 1. verb. vicarius, in princip. Vgolin. de officio, & potest. Episcopi cap. 4. §. 6. num. 4. Sbroz. lib. 1. quest. 50. num. 4. dummodo tamen eos constituat in loco vbi sedem habet; & generalis enim Vicarius dicitur ille, qui constitutus est cum generali potestate in loco vbi Episcopus sedem habet, vt docent Bartol. in l. 1. in fine, ff. qui & à quo appelletur, Marata de ordinis iudic. par. 4. dist. 5. princip. num. 8. Anton. Cuch. lib. 2. instit. maior. tit. 18. num. 131. Guillelm. de Monte Laud. in repet. d. Clement. & si principalis, num. 2. de rescript. Sbroz. lib. 1. quest. 28. num. 7. & quest. 69. num. 2. Sanch. d. quest. 29. num. 11. Campanil. in diuersorio Iuris Canon. rubr. 11. cap. 23. num. 150. vers. in super. Vnde rectè tenent Flores de Mena var. lib. 1. quest. 4. num. 8. & Nicol. Garc. d. cap. 8. num. 36. Complutensem Vicarium generalem non esse, quia nec creatus est, nec residet vbi Episcopus sedem habet. [licet nouissimè Valenzuel. d. conf. 192. num. 5. dicat vicarios suos generales Toletanos residetiam ordinariam habere in Regia Vrbe Toleti, & oppido Compluti, & n. 19. post Mohedan. decif. 5. num. 2. de appellat. resoluit quod Vicarius Archiepiscopi Compostellani deputatus in Ciuitate Salmantina ad cognoscendum de appellationibus quinque, aut sex Episcopatum Suffraganeorum, non est Vicarius generalis, sed foraneus, & num. 32. dicit deceprum eum qui citauit Flores de Mena d. q. 4. num. 8. & Molin. lib. 1. de iustit. disp. 10. ad probandum de iure quod Vicarij Archiepiscopatis Toletani, qui sunt extra Toletum, & Complutum, esse vicarios generales, quia Molina nec verbum de hoc loquitur, & Flores de Mena contrarium asserit, solumque addit quod propter præeminentiam ditorum officiorum, eo quod præfident in locis principalibus, & habent districtum suæ iurisdictioni suppositum, multoties solent eis commissiones dirigi.]

127 Ex quibus infertur Episcopum duarum diocesium, etiam æquè principaliter vnitarum, non posse duos Vicarios generales constituere in principalibus locis prædictarum diocesum sic vnitarum, quia tunc necessariò vnum ex illis constitueret in loco vbi sedem non habet contra iura & Doctores supra citatos; sufficit enim & Vicarius constitutus in vna cum ceteris etiam in altera constitutus, secundum Cardin. in Clement. 2. quest. 2. de rescripti. quem citat Sbroz. lib. 1. quest. 27. n. 10. & Quamuis enim cuiuslibet iura integra remaneant, vt consuluit Mandos. conf. 27. quem refert Gonzal. ad reg. 3. Cancell. gloss. §. 7. num. 118 respectu tamen Episcopi reputantur vna diocesis, & potest in vna retidendo explere factum alterius, vt in terminis dicit Rebuff. in praxi tit. de unionib. benefic. n. 16. per doctrinam Innocent. in cap. nouit in fine, de officio Legati, & Iacob. Rebuff. in l. vni. c. de Metro-pol. Beryto, lib. 1.1. & facit text. in cap. & temporis, iuncta gloss. in verb. vtrumque 16. quest. 1. ita videtur

videtur etiam posse in vno tantum Episcopatu Vicarium constituere, ad quem accedere debeant subditi vtriusque diocesis, vt in puncto Rebuff. *dict. tit. de vniuers. num. 52. vers. quarto conueniri poterunt*. Sic in simili si constituitur Legatus duarum Prouinciarum, quoad ipsum censetur vna Prouincia, licet alias sint distinctæ quoad limites, & prerogatiuas, tenet Innocent. *in d. cap. nonis. quem sequuntur ibidem Hostien. num. 13. Ioan. Andr. num. 5. vers. & nota, Gambat. de officio Legati extra prouinc. num. 2. & 3. quod idem sentit Bar. in duabus prouinciis vnitis sub vno Præsede, in d. l. vni. c. de Aetropolit. Beryto num. 11. & Inf. in l. vbi. num. 9. ff. de iurisd. omnium iud. & ita censuit Kota in dicta Viterbien. & Tuscanen. Vicarij, Veneris 3. Martij 1617. coram R. P. D. Caualerio, quam citat nouissimè post hæc scripta vñus Stephan. Gratian. *disceptat. forens. tom. 4. cap. 65. vbi per totum nuncupatum disputat, an pro Episcopatus Viterbien. & Tuscanen. aquè principaliter vnitis vnus tantum, vbi Episcopus sedē habet, sit constitutus Vicarius generalis. [Si quandoque contingat quod Episcopus in aliquo loco suæ Diocesis retinuerit vicarium etiam generalem, non potest Communitas illius loci contra Episcopum intentare se manuteneri in illa possessione; Verall. *decis. 106. num. 3. cum seqq. p. 1. Steph. Gratian. March. *decis. 113. num. 6. Marta tom. 6. Digest. nouissim. tit. de Episc. cap. 7.]****

132 Vicarius Episcopi, quia est constitutus in dignitate, potest esse Papæ delegatus, vt firmavit gloss. *verb. delegatus, in Clement. 2. de rescript. vbi Zabarel. num. 22. & Imol. num. 18. tenent Rebuff. in pract. benef. titul. forma Vicar. num. 27. & tit. de Vicario Episcopi, num. 4. & in tract. de pacif. possess. num. 79. Anton. de Præris in tractat. de iurisd. Episcopi, cap. 6. num. 51. Sbroz. lib. 2. quæst. 22. à num. 1. Menoch. *conf. 51. num. 3. Stephan. Gratian. *disceptat. forens. cap. 106. num. 28. [Cened. canon. quæst. 18. n. 6. me citato in hoc loco Alzedo d. p. 2. cap. 2. n. 8.]***

133 † Dignitas enim Ecclesiastica nihil aliud est, nisi recum Ecclesiasticarum administratio cum iurisdictione, Ioan. Andr. Innocent. Archid. Abb. Vant. & Port. quos refert, & sequitur Sbroz. *lib. 2. quæst. 27. n. 11. & cum † Episcopi Vicarius habeat iurisdictionem rerum Ecclesiasticarum, cap. non putamus, cum gloss. in verb. videatur, vbi Archid. Franch. & alij, de consuetud. lib. 6. cap. Romana, in princip. de appellat. eodem lib. & administrationem, cap. petirio, & ibi Doct. de procurat. cap. in noua, ibi, qui administrationibus associantur, 16. quæst. 7. cap. causa, iuncta gloss. *verb. habentibus, de restitutione in integr. idē illum in Ecclesiastica dignitate constitutum esse dicimus; nam ratione iurisdictionis, quam habet cum administratione,**

135 † dicitur Prælatus, Fulc. de visit. lib. 1. cap. 15. num. 32. Pavin. *in tractat. de officio. & potest. Capitul. Sede vacante par. 2. quæst. 10. num. 16. vers. an autem Vicarius, Anton. de Præris d. cap. 6. num. 50. vbi inquit Vicarium dici spectabilem, & de medijs magistratibus.*

136 Vnde posse esse executores gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Curia Romana, referunt Flores de Mena *var. lib. 1. quæst. 4. num. 6. Sbroz. lib. 2. quæst. 23. num. 6. & conseruatorem, tenet Cochier. de iurisd. Ordin. in exemptos par. 1. quæst. 39. num. 4. [Intelligi quando commissio sit & dirigatur ipsi Vicario, non ita si dirigatur soli ipsi Episcopo, quia tunc vicarius in ea se intromittere non potest, ex eo, quia ibi vicarius nominatus nō est, nec de nominato Iudice delegato ad non nomina-*

tum fieri potest iurisdictionis delegatæ transitus, Sbroz. *de vicario Episcopi lib. 2. quæst. 135. Curi. Philip. p. 1. §. 4. num. 12. Lazzar. de monitor. sect. 1. quæst. 6. num. 7. & sect. 2. quæst. 1. num. 18. Campan. in diuersis iuris Canon. rub. 11. c. 23. à num. 148. Narbona de appellat. à vicario ad Episcopum par. 1. num. 243. Nū huiusmodi commissio subdelegatio fiat per Episcopum ipsi vicario, Sbroz. *d. lib. 2. quæst. 44. num. 6. & quæst. 39. num. 4. & 5. Gratian. *discept. forens. cap. 145. à num. 16. Nicol. Garc. de benef. p. 6. cap. 2. num. 23. Sicut e conuerso vbi commissio fuerit directa vicario, seu officiali Episcopi, præsentari nequit Episcopo ipsi vt eam exequatur. Sbroz. d. lib. 2. quæst. 136. vbi in addit. declarat, nisi vicarius eam causam Episcopo subdeleget, & lib. 3. quæst. 51. Zerola in praxi Episcopi. p. 1. *verb. Vicarius dub. 5. & p. 2. eod. verb. §. 1. Vgolin. de officio Episcopi cap. 4. §. 7. num. 2. vers. 12. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 27. num. 30. Piafec. in praxi Episcopi. par. 2. cap. 4. num. 7. Nicol. Garc. d. p. 6. cap. 2. à num. 19. Salas de legib. disp. 20. sect. 17. num. 124. Gratian. *discept. forens. cap. 92. à num. 6.]*****

137 Amplia in Vicario Capituli Sede vacante, qui potest esse delegatus Papæ, ac gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Curia, executor, gloss. *verb. Episcopi, in dict. Clem. est principalis. Pavin. *dict. quæst. 10. num. 6. & 8. Sbroz. d. quæst. 23. num. 3. Menoch. *conf. 320. num. 42. Sanch. de Marimon. lib. 8. disp. 27. n. 32. Flores de Mena d. quæst. 4. n. 11.]***

138 Amplia etiam in Vicario Episcopi electi, & confirmati, licet nondum consecrati, gloss. *verb. Episcopi, in dicta Clement. est principalis, Pavin. d. quæst. 10. num. 6. Sbroz. d. quæst. 23. num. 4. Sanch. d. disp. 27. num. 35.]*

139 Limita in Vicario foraneo, qui non potest esse delegatus Papæ, nec executor gratiarum beneficialium, quæ expediuntur in Curia Romana, ita Flores *d. quæst. 4. à num. 6. nisi illi fieret delegatio ex certa scientia Summi Pontificis, Sbroz. d. quæst. 23. num. 9. vel respectu alicuius dignitatis, ibid. num. 10. ratione enim officij nullum habet dignitatem. Rebuff. *dict. tit. de Vicario Episcopi. num. 4. Vant. de nullit. tit. ex defectu iurisdiction. deleg. num. 66. Sbroz. *dict. lib. 2. quæst. 22. num. 13. cum † potius dicatur obtinere officium, quam dignitatem, Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici *decis. 577. num. 1. in prima edit. & resolut. 552. num. 1. in secunda edit. vbi ex professo agit, an Vicarij foranei præcedant Præpositos Ecclesiasticarum Collegiarum? & negatiuè respondet.****

141 Limita etiam in Vicariis nominatis à Prælati inferioribus habentibus Episcopalem & Ordinariam iurisdictionem, qui non sunt capaces delegationis, nec harum executionum, gloss. *verb. Episcopi, ibi, vel inferiores ab Episcopo, in d. Clementin. est principalis. Sbroz. d. quæst. 23. num. 8. licet contrarium teneant Flores de Mena d. quæst. 4. à num. 14. Sanch. *dict. disp. 27. num. 34. † Commissa Episcopo, vel eius Vicario, non possunt expediri per Vicarium Capituli Sede vacante, cum non sit Vicarius Episcopi, sed iurisdictionis Episcopalis, Aloyf. Ricc. in *decis. Curia Archiepiscopi. Neapol. *decis. 38. n. 1. par. 1. Galett. in margaria casuum conscient. verb. Vicarius, 2. Franc. Leo in thesaur. fori Ecclesiast. par. 1. cap. 10. num. 8. vers. secundo fallit. Ragul. de voce Canon. quæst. 38.]****

143 Cum generalis Episcopi Vicarius ipse Episcopi representet personam, & auctoritatem, eiusque locum teneat, illi debet eandem prerogatiuam, & exinde

exinde honorem, qui Episcopo debetur, dicendum est, & multis comprobant Menoch. *conf. 51. n. 16. Afflict. super constit. Regni. rubr. de iniur. cur. pers. irrog. num. 3. Sbroz. lib. 2. quæst. 24. à num. 1. [latissimè Valenzuela tom. 2. *conf. 101. num. 31. cum nullis seqq.]**

144 Igitur † Vicarium Episcopi esse Archidiacono suæ Cathedralis præferendum, tenent Rebuff. *dict. tit. de Vicar. Episcopi. num. 7. Abb. *casu. 21. volum. 1. Boët. in tract. de auctoritate magni concilij mon. 77. in fine, [omnium quos viderim latissimè Valenzuela tom. 2. *conf. 101. num. 30. cum pluribus seqq. Cassan. in catalogo glorie mundi par. 4. consider. 46. Anton. de Præris de iurisd. Episcopi cap. 6. num. 41. quos refert Sbroz. lib. 2. quæst. 25. à num. 1. vbi num. 7. ampliat etiam si Archidiaconus haberet priuilegium obtinendi primam Sedem post Episcopum, & num. 4. ampliat vt non solum debeat præcedere Archidiaconum, verum etiam Abbates, Archipresbyteros, Canonicos, & alios Prælatos Episcopi inferiores, & num. 11. cum Anton. de Præris *dicto cap. 6. num. 55. quod præcedit Canonicos, etiam Episcopos, in sedendo & ambulando, in choro, & in processionibus, etiam præfente Episcopo, Menoch. *conf. 257. num. 94. Sbroz. vbi proxime, num. 12. Nisi esset Canonicus, quia tunc sedebit in loco suo, Sbroz. num. 17. Et quod Gubernatorem, vylgo Capitaneum, in functionibus Ecclesiasticis Vicarius Episcopi præcedat, tenet Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici *decis. 580. in prima editione, & resolut. 555. in secunda edit. [vide Alzedo. d. p. 2. cap. 2. num. 9.]******

145 Sicut Vicarius mediante Episcopi nominatione ordinariam iurisdictionem à lege consequitur, vt supra ostendimus, ita etiam contraria eiusdem Episcopi voluntate illa tollitur, & reuocatur, res enim per quacunq; causas nascitur, per eandem dissoluitur, *cap. omnis res, de regul. iuris, in 6. cum citatis in libello de principijs vtriusque iuris, littera R, n. 19. & idē Vicarij iurisdictionem ab Episcopo reuocari posse, tenent Calderin. *conf. 2. de offic. Vicarij, Barbat. in cap. postulatus, notab. 1. in fine, de rescript. & in cap. quoniam, num. 37. de officio deleg. Abb. in cap. 1. num. 5. ne Sede vacante, Philipp. Franch. in cap. 1. num. 5. de officio Vicarij, lib. 6. Purpur. in l. more 5. num. 101. & 102. de iurisd. omnium iud. Bertachin. de Episcopi. par. 7. lib. 4. tit. de Vicarij Episcopi num. 14. Ripa in cap. 1. num. 44. de iudic. Rebuff. *dict. tit. in forma Vicar. Archid. num. 190. & 192. Scot. lib. 8. resp. respous. 4. num. 6. Cuchinstitur. maior. lib. 2. tit. 8. num. 135. cum seq. Sbroz. lib. 3. quæst. 6. num. 7. & quæst. 14. num. 5. vers. secundo adducitur, Iacob. Laurent. de indice suspecto cap. 4. num. 7. Sanch. de Marimon. lib. 3. disp. 30. num. 11. D. Barbosa in l. quia tale, 14. num. 87. ff. solutio matrim. Azor. d. lib. 3. c. 45. quæst. 14. Vgolin. d. cap. 4. §. 6. num. 4. [nouissimè Valenzuela tom. 2. *conf. 101. num. 9. vbi num. 10. post Sbroz. lib. 3. quæst. 32. num. 5. Anton. Gabr. consumm. lib. 2. tit. de iurjur. concl. 1. num. 14. & alios resoluuit hoc procedere, etiam si Episcopus Vicarium non reuocare iurasset.]****

146 Deinde si Episcopus fuerit maiori excommunicatione notatus, & publicè denunciatus, eius Officialis, seu Vicarius generalis iurisdictionem suam exercere non poterit, quia sicut per huiusmodi excommunicationem suspenditur Episcopi iurisdictione, *cap. ad probandum, 24. de re iudic. cap. audiuimus, 24. quæst. 1. & communiter notatur in cap. suscitatus, de rescript. Soar. de consur. disp. 13. sect. 2. n. 15. ita similiter eius Vicarij iurisdictione suspenditur, cum*

accessoria sit, & idem auditorium vtriusque reputetur, probat text. in cap. 1. vbi gloss. *verb. ipsius officialis, in fine, & Franch. in vltim. notab. de officio Vicarij, lib. 6. Specul. in tit. de iud. c. leg. §. restat. n. 7. Roman. *sing. 632. Maranta dicta distinct. 5. princip. n. 70. Syluest. verb. Vicarius, quæst. 4. vers. quatuor, Selu. de benef. par. 2. quæst. 14. num. 6. & par. 6. tit. de Vicario Episcopi, num. 3. Antonin. Cuch. d. titulo 8. de Vicar. num. 134. Rebuff. d. titul. de Vicario Episcopi, num. 217. cum sequenti, & in concord. tit. de excommunic. non vir. gloss. 1. vers. collationo etiam facta, Feder. Scot. *dict. resp. 4. num. 5. Surd. *conf. 50. num. 32. Gutier. canon. lib. 1. cap. 1. num. 83. cum seq. praxi Episcopalis par. 1. verb. Vicarius §. 8. Sbroz. lib. 3. quæst. 17. à num. 1. Soarez de censuris, disp. 14. sect. 1. num. 1. Azor. d. lib. 3. cap. 45. quæst. 14. Laurent. d. cap. 4. num. 10. Auila de censuris, par. 2. cap. 6. disp. 6. dub. 4. Vgolin. d. cap. 4. §. 2. num. 3. & §. 6. num. 5. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. num. 125. & 127. Molina *tract. 5. disp. 10. num. 2. plures per Sanch. d. lib. 3. disp. 30. num. 5. cum seq. [Anguian. de legib. lib. 3. controu. 20. num. 13. Alzedo d. p. 2. cap. 2. num. 25.]*****

147 Hinc non valere collationem si dum Episcopus excommunicatus est Vicarius conferat, imò effici irregularem docuit Aretin. *in cap. cum non ab homine, de iudic. Francisc. Marc. *decis. 1231. num. 4. & 6. & *decis. 1232. in princip. par. 1. Paris. *conf. 89. num. 5. volum. 4. Sbroz. d. quæst. 17. num. 2. Nisi Episcopus esset toleratus, vel occultè excommunicatus; nam tunc fauore publici iuris cum communi opinione pro non excommunicato habeatur, collatio à Vicario, siue ab Episcopo facta valebit, vt colligitur ex Abb. *in cap. veritatis, num. 42. de sentent. excomm. Felin. in cap. ad probandum, num. 6. de re iudic. Franc. Marc. *decis. 967. num. 7. & 13. Vgolin. d. num. 5. Auila d. par. 2. cap. 6. disp. 6. dub. 3. vers. ex dictis primo sequitur. Si verò Capitulum Sede vacante suspensionis censura sit irritum, an eius Vicarius iurisdictionem exercere possit, dicam infra num. 180. Et quid † si tantum fuerit Vicarius Episcopi excommunicatus, nunquid etiam sit excommunicatus eius Subvicarius? Et non esse, probatur in cap. 1. vbi omnes, de officio Vicarij lib. 6. Pavin. d. q. 10. n. 2. Sbroz. lib. 3. quæst. 18. & 19. quod excommunicato Vicario non erit excommunicatus illius successor, & quæstion. 23. quod Episcopus potest alterum eligere Vicarium, quando electus est excommunicatus.******

148 Hinc etiam Vicarius ex suspensione Episcopi potest vt suspectus recusari, quamuis contra Vicarium nulla adsit suspicio, *cap. infinuante, vbi Abb. num. 2. de officio deleg. gloss. verb. Episcopi in cap. si contra vnum, de officio deleg. lib. 6. Rip. in cap. 1. num. 44. de iudic. Gemin. in cap. non putamus n. 8. de consuet. lib. 6. Bertrand. *conf. 184. num. 2. & 3. Marant. de ordine iudic. par. 6. num. 28. Ant. Burg. in reper. c. ceterum num. 128. de rescript. Bertachin. d. lib. 4. par. 5. num. 69. & par. 6. tit. de Vicario Episcopi n. 12. Aulre. de recusat. num. 10. in fine, vers. d. cum si Vicarius, Redoan. de reb. Ecclesie non alien. cap. 3. num. 29. Rebuff. in praxi tit. de forma vicariatus, num. 190. Rot. *decis. 2. num. 2. cum seqq. par. 2. diuers. Perez l. 1. tit. 8. lib. 3. Ordin. pag. 569. Sbroz. de officio Vicarij lib. 3. quæst. 14. vbi ampliat in Vicario Episcopi electi, & confirmati nondum consecrati, & in Vicario Capituli Sede vacante, Gutier. canon. lib. 1. cap. 1. num. 86. Iacob. de Laurent. de iudic. suspecto cap. 4. n. 7. & 8. Marchel. de commissio. par. 1. rub. de commiss. appellat. extra Romanam***

Romanam Curiam cap. 6. sub num. 76. in 2. impress. Bobadil. in sua politica lib. 1. cap. 12. n. 39. Cardin. Tusch. verb. suspensus conel. 908. num. 3. Quarant. in sum. Bullarj verb. Archiepiscopi auctoritas n. 19. vers. ulterius quaro, Sigilm. Scacc. de appellat. quest. 8. num. 68. [nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori eccl'es. cap. 25. num. 15. Alzed. d. p. 2. cap. 2. num. 25. in princip. Marchel. de commiss. p. 1. cap. 6. num. 123. pag. 261.]

Amplia, siue ipse Vicarius solus causam cognoscat tanquam Vicarius, siue etiam tanquam delegatus insimul cum Episcopo. vt per Sbroz. d. tract. lib. 3. quest. 14. n. 7. Iacob. Laurent. d. cap. 4. n. 1. post med. vers. & ideo, vbi Episcopus Scac. d. quest. 8. num. 89.

Limita tamen primò è conuerso, nam Vicario Episcopi suspecto existente non potest ex eadem ratione recusari ipse Episcopus, gl'of. verb. Episcopi in d. cap. si contra unam, vbi Franch. col. 2. in fine, Bertach. d. tit. de Vicario Episcopi num. 11. [Marcel. Vulpe d. cap. 25. num. 16.] Sbroz. d. lib. 3. quest. 15. Scacc. d. quest. 8. num. 57. vers. septimo quia, vbi num. 85. ait quòd si Vicarius Episcopi recusatur vt suspectus, poterit Episcopus loco Vicarij dare alium iudicem, quia suspicio contra Vicarium non militat contra Episcopum, quicquid dicant Dec. in cap. 1. n. 17. de offic. deleg. & Rebuff. d. tit. de vicar. Archiep. num. 219.

Limita secundò in Vicario causam cognoscente non tanquam Vicarius, sed tanquam delegatus à Papa, vel etiam ab Episcopo, tunc enim non potest recusari ex eo quòd Episcopus suspectus sit, Felin. in dict. cap. insinuante num. 1. Sbroz. dict. lib. 3. quest. 14. à num. 8. Scacc. dict. quest. 8. num. 70. quicquid dicat Iacob. de Laurent. dict. cap. 4. num. 11.

Limita tertio in Vicario Episcopi electo, seu confirmato per Papam, vel alium superiorem, quo casu non potest vt suspectus recusari, ex eo quòd Episcopus sit suspectus, Felin. & Rip. dict. locis, Sbroz. d. lib. 3. quest. 14. n. 11.

Limita quarto in Vicario scotim ab Episcopo habitante, qui tunc recusari non potest ex eo quòd patri Episcopus sit suspectus, vt per Rot. dict. decis. 2. n. 23. Scacc. d. quest. 8. n. 71.

Nota tamen quòd quando suspicio, propter quam Vicarius Episcopi est recusatus, rangetur etiam Episcopum, prout est quando Vicarius recusatur ex eo quòd Episcopus habetur pro suspecto, tunc suspensionis causæ non cognoscuntur corà Episcopo, sed Episcopus eorum cognitionem alicui alteri confidenti committit, vt referunt Sbroz. d. lib. 3. quest. 16. num. 8. Iacob. Laurent. d. cap. 4. n. 6. ad med.

Vbi verò Episcopi Vicarius fuerit aliunde recusatus suspectus, suspensionis causa probanda est coram ipso Episcopo, ad text. in d. cap. si contra unum, vbi Anchar. in 4. & 5. notab. & ceteri scribentes, Sbroz. d. lib. 3. quest. 16. num. 1. Iacob. Laurent. d. cap. 4. sub num. 6. ad med. [Marcel. Vulpe d. cap. 25. num. 18. vbi rationem reddit, recusatio Vicarij concernit eius personam, nec quoad illam fuit idem tribunal cum Episcopo, & non prohibetur cognoscere causas recusationis sui vicarij, sicut prohibetur cognoscere causas appellationis, & num. 19. post Quarant. in verb. Capitulum Sede vacante. n. 5. resoluit quòd quando allegaretur ex aliqua causa suspectus vicarius Capitulo dignitatis Episcopali Sede vacante, tunc recurrendum est ad ipsum Capitulum, quod potest eligere arbitros ad

cognoscendum causas suspensionis, quæ proponendæ sunt eo modo, quo Episcopus potuisset, quod si causæ suspensionis militauerint, eo casu potest Capitulum talem causam à vicario auferre, & alteri committere.] Episcopo absente quis nam cognoscat de causa suspensionis recusari eius Vicarij? vide Sbroz. d. lib. 3. quest. 16. num. 4. & sequenti, Iacob. Laurent. d. cap. 4. num. 17. & 18. [Marcel. Vulpe d. cap. 25. num. 38. in fine.

Quando Episcopus est ex aliqua causa allegandus suspectus, causæ recusationis proponi debent coram eodem Episcopo recusato, & eliguntur arbitri, vnus scilicet ab ipso recusatore, & alius ab Episcopo recusato, & arbitri electi cognoscere debent, an causæ suspensionis militent, cap. cum speciali, de appellat. Et si arbitri inter se fuerint discordes, debent ipsi tertium adhibere intra competentem terminum præfixendum ab Episcopo recusato, cap. legit. de appellat. lib. 6. quæ causæ si non probantur, aut illegitimæ fuerint iudicandæ, tunc causa vel ad Episcopum remittitur, aut illam Episcopus alteri committit: de consensu tamen recusatoris, vt in d. cap. cum speciali, in fine, & ibi gl'of. verb. de recusatoris. Si verò per arbitros fuerit pronuntiatum causas suspensionis, vel aliquam eorum legitimam esse, causa deuoluitur ad Superiorem. Ita Marcel. Vulpe d. cap. 25. num. 13. vbi num. 14. subdit quòd recusans potest eligere arbitrum alibi quàm in loco Iudicis recusari, dummodò non in loco valde remoto, id est, vltra diætam legalem: nouissimè Sperell. in decisionibus fori eccl'es. decis. 93. à num. 13. vbi resoluit quòd si vicarius allegatur suspectus ex causa communi cum Episcopo, vel Episcopus est absens, vel etiam ipse Præsul, aut alius Ordinarius allegatur suspectus, etiam ille coget partes ad eligendum arbitros, qui de causis suspensionis cognoscere & iudicare debent? & num. 18. tenet quòd in causa ipsius Episcopi suo subdito litem pro bonis temporalibus mouentis, non est agendum de recusatione, cum etiam citra illum iudex esse nequeat, nec in suo Tribunali causa straganda, sed de necessitate Iuris eligendi sunt arbitri, qui in Iudicis locum suspecti negotium principale dirimant: & num. 27. probat de generali Curiarum Ecclesiasticarum consuetudine causas ad mensam Episcopalem spectantes coram ipsis Ordinarijs agitari solere.]

Hinc denique fit, Vicarij iurisdictionem per Episcopi mortem, (cum vtriusque vnum tribunal sit) expirare, Clem. fin. iuncta gl'of. verb. comestata, vbi communiter scribentes, de procurat. Abb. in cap. 1. num. 5. ne Sede vacante, & in cap. extirpanda, §. quia verò, num. 14. de præbend. Buri. in cap. tua, num. 9. de officio Vicarij, Paril. cons. 89. n. 6. volum. 4. Pauin. d. quest. 10. num. 12. Feder. Scot. d. respons. 4. num. 6. Molin. de primogeniti lib. 1. cap. 25. num. 13. Azor. lib. 3. cap. 45. quest. 14. Vgolin. d. cap. 4. §. 6. num. 4. Sbroz. lib. 3. quest. 44. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 106. num. 27. Sanch. de Matr. lib. 3. disp. 30. num. 1. cum sequenti. Gutier. eodem tractat. cap. 69. num. 16. [Anguian. d. contr. 20. num. 12. Alzed. me citato in hoc loco p. 2. cap. 2. num. 26.] D. Barbosa in l. quia tale, num. 93. ff. soluto marrimon. vbi asserit per mortem Episcopi censeri extinctam iurisdictionem ordinariam in persona Vicarij, etiam quoad negotia iam cæpta, quod etiam post multos quos refert, tenet Sbroz. d. lib. 3. q. 46. & Henric. in sum. lib. 7. cap. 21. §. 5. in comm. littera S. dicit non expirare de per se mortuo Episcopo, sed per Capitulum Sede vacante deponi, & inde inferri valere gesta à Vicario ignorante mortem

Episcopi

Episcopi longè distantis, quos etiam tenet Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 18. num. 50. Galett. d. verb. vicarius, 7. Sanch. de Matr. lib. 3. disp. 22. num. 59. & disp. 30. num. 4. Gutier. d. cap. 66. n. 18. [nouissimè Sperell. decis. 30. num. 3. cum seqq.] & ante scientiã dictæ mortis posse beneficia conferre, si conferendi potestatem habebat, tenent Pur. decis. 370. lib. 2. Lancelot. de attent. par. 2. cap. 10. num. 29. & 30. Flamin. de resignat. lib. 7. quest. 24. à num. 33. quos refert & sequitur Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 5. proom. num. 103. & gl'of. 15. §. 2. num. 91. Quo fit, vt si Episcopus ad manus hostium peruenierit, & captiuitate detineatur, eius Vicarius nec excommunicare, nec alia huiusmodi, quæ iurisdictionis sunt, exercere possit, quia captiuitas ciuilibis mors dicitur, l. pater 10. in fine principij, l. in omnibus 18. de captiuis. Et sicut & Episcopi naturali morte Vicarij iurisdictionis cessat, ita in ciuili, quæ eundem in proposito sortitur effectum, Sayr. de censur. lib. 1. cap. 5. num. 39. & tunc Capitulum administrat, cap. 2. de suppl. neglig. Prælat. in 6. Galett. in margarita casuum conscientia, verb. Vicarius, antepen. Vnde etiam per ingressum religionis, renunciationem, depositionem, cessionem, translationem, relegationem, permutationem, vel per aliam similem Episcopi abdicationem Vicarij iurisdictionem extingui ex pluribus resoluit Sbroz. lib. 3. quest. 42.

Vnde animaduersione dignum existimo quòd tradit Iacob. Laurent. de iudice suspecto cap. 4. num. 9. & 11. post med. videlicet Vicarium ab Episcopo electum licet confirmatum à Papa, vel ab alio quàm ab Ordinario constitutum, posse ab Episcopo remoueri etiam inconsulto Papa, licet non sic esset in electo Vicario immediatè ab ipso Pontifice, quem nos Vicarium Apostolicum nuncupamus.

Quamuis Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, vel alius Prælati, qui tempore commissionis constitutus erat in dignitate, & inter iudices synodales designatus possit post eandem dignitatem renunciatam esse iudex, & de causa sibi commissa cognoscere, vt firmat Sbroz. lib. 3. quest. 47. num. 4. & decilum fuisse in Sacra Congregatione referunt Flamin. de resignat. lib. 1. quest. 11. num. 14. in fine, Ceual. communi. contra commun. quest. 667. num. 10. in fine, Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccl'es. decis. 616. in prima edit. & resolut. 414. num. 2. in secunda edit. Galett. in margarita casuum conscientia, verb. delegatus, 3. & verb. renunciare, vltim. & Vicarius tamen finito officio non poterit procedere in illa causa, quæ illi commissa fuerit, non sub nomine proprio, sed sub nomine dignitatis, gl'of. verb. principialis, in d. Clement. 2. de rescript. vbi Cardin. n. 7. & Imola n. 11. & 13. post Abb. Felin. Barbat. & alios. Ita tenet Sbroz. lib. 3. q. 47. & quest. 46. resoluit, quòd Vicarius Episcopi, cui fuit commissa causa, sub expresso nomine proprio, potest adhuc in ea procedere, quamuis designat esse Vicarius, si cepisset de causa cognoscere. [late Sperell. decis. 31. num. 12. cum seqq. vbi resoluit quòd licet regulariter commissio facta sub nomine dignitatis transeat in successorem, eo quòd dignitas nunquam moriatur, id tamen non procedit quando dignitas ipsa extinguitur prout in dignitate, vel præeminencia, quæ Vicarij, quæ per eius mortem, vel remotionem, aut cessationem ab officio extinguitur, ilque non dicitur habere successorem, sed alius, qui ei subro-

Bosch. de Episcopo. Pars III.

gatur, de nouo creati dicitur; & ideo Vicarius successor non potest cognoscere, nec decidere causas commissas Vicario antecessori, siue ille cognoscere cepit, siue reintegra eius officium expirauerit, licet ipse Sperell. numero sequenti, asserat contrarium sibi semper placuisse, quando est contemplatum officium, & non fuit expressum nomen proprium.]

Cum Episcopi iurisdictionis Sede vacante ad Capitulum deuoluatur, cap. vni. & ibi gl'of. de maior. & obed. lib. 6. Abb. in cap. cum olim. notab. vltim. num. 2. eodem tit. in antiq. Roman. conf. 506. num. 13. in fine; Feder. de Senis conf. 30. num. 3. Cardoso in praxi iudicium, verb. Capitulum, num. 2. Molina de iustit. tractat. 5. disput. 11. num. 1. 3. & 10. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccl'es. decis. 357. num. 4. in prima editione, & resolut. 305. in secunda editione, Sbroz. lib. 1. quest. 16. Quaranta in summa Bullarj, verb. Capitulum Sede vacante, Episcopi instar Vicarium generalem constituere potest Abb. in cap. irrefragabili, num. 2. de offic. Ordin. Felin. in dict. cap. cum olim. num. 9. de maior. & obedient. Pauin. dict. quest. 10. num. 1. & 2. Sbroz. dict. quest. 16. num. 8. & disponit Sac. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 16. ibi. Item officialem, seu Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omnino teneatur, qui saltem in Jure Canonico sit Doctor, vel Licentiatas, vel alias, quantum fieri poterit, idoneus, &c.

Ex quo Concilij decreto collige teneri Capitulum Sede vacante infra octo dies post mortem Episcopi eligere, seu constituere Vicarium, vel constitutum confirmare, aliàs illius deputatio deuoluitur ad Metropolitanum, & si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metropolitana, & propinquior in exempta Vicarium idoneum constituere potest, ita Sà in Aphorism. verb. Vicarius, num. 3. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Capitulum, §. 3. Franc. Leo in thesauro fori Eccl'es. par. 1. cap. 10. n. 7. Molin. d. tom. 5. disp. 11. num. 1. Quaranta d. verb. Capitulum Sede vacante, vers. duodecimo quero, n. 2. Galett. in margarita casuum conscientia, verb. Vicarius Sede vacante, num. 5. Aloyf. Ricc. in praxi verum fori Eccl'es. decis. 473. in prima editione, & resolution. 493. in secunda editione. Vicarius hic à Capitulo Sede Episcopali vacante deputatus eandem habet iurisdictionem quam Vicarius Episcopi habebat, exceptis aliquibus, prout in cognitione causarum Vicario Episcopi delegatarum, vel in executione litterarum Apostolicarum, quas Vicario generali Episcopi delegatas Vicarius generalis à Capitulo Sede vacante deputatus exequi non potest, Feder. de Senis conf. 30. ante num. 1. vers. suo iure agitur, Franc. Leo d. cap. 10. num. 8. vers. secundo, & vers. quarto. Forma autem, qua Vicarius generalis à Capitulo Sede vacante, creari debet, cui pro voluntate Capituli addi, vel mutui potest, est illa quam habet Quaranta d. loco, & sequitur,

Nos Canonici & Capitulum Cathedralis N. Sede vacante per obitum bone memorie N. Episcopi, &c. Reuerendo N. saluati in Domino sempiternam. Cum ex Sacrorum Canonum dispositione Ecclesiarum Cathedralium Capitula in deficientium Episcoporum

R. (pra

(praesertim si ex humanis eximi contigerit) locum subrogentur, eisque in spiritualibus & temporalibus succedant, eorum munus erit viduatis Ecclesiis ita consolare, ut ministrorum solertia, & diligentia viduitatis incommoda minime sentiantur. Ne igitur supradicta Ecclesia nostri culpa aliquid detrimenti in spiritualibus & temporalibus patiat, nos dictis sacris Canonibus, & Concilij Tridentini decretis obtemperare volentes, & vocatis omnibus, & singulis canonicis infra tempus à dicto Concilio statutum, ad Vicarium, qui vices nostras sustinere debeat, deputandum, congregatisque eis, qui debuerunt, voluerunt, & potuerunt interesse, habitisque interessentium votis de consensu, & voto eiusdem Capituli te Reuerend. N. de cuius probitate, scientia, sufficientia consisi generalem in spiritualibus, & temporalibus Vicarium nostrum in praedicta Ecclesia Cathedrali, civitate, & diocesi, tenore praesentium deputamus, creamus, & constituimus per menses sex... vel Episcopali Sede vacante, cum omnibus, & singulis facultatibus, privilegijs, honoribus, oneribus, praerogatiuis, & prerogatiuis ad huiusmodi munus exercendum, necessarijs, & opportunis, dantes tibi plenam, & liberam potestatem, omnia & singula exercendi, quae Capitulo Sede vacante, in utroque foro à iure permittuntur, & proinde causas omnes tam civiles, quam criminales, & mixtas etiam haereticas, & matrimoniales, audiendi, providendi, & decidendi, cum facultate excommunicandi, & censuras profurendi, cum voto tamen ordinariorum consultorum nostra Curia in sententiando, & procedendo ad actus, quorum grauamen per appellationem à diffinitiva reparari non potest, necnon ea omnia faciendi, quae nos facere, & mandare possumus, etiamsi speciale mandatum requirant. Reseruantes nobis collationem beneficiorum, eorumque institutionem ad Capitulum spectantem, deputationem examinatorum, officialium, aduocatorum, & ministrorum Curiae, regimen Seminarij, facultatem cognoscendi de causis suspicionum, & de negata iustitia, & constitutis (seruatis de iure seruandis) alteri delegandi. Volumus autem, ut licentiam ordinandi, etiam ad primam tonsuram (in casibus à sacro Concilio Tridentino Capitula permittis) & prouideri de Praedicatoribus in Aduertis, & Quadragesima, ac dispensare in foro exteriori, etiam quoad temporum interstitia, & casus reueruatos de nouo facere non possis, absque expresso nostro consensu capitulariter habito. Nec approbare confessorum, ordinandos, & ad beneficia obtinenda, nisi praui examine ab examinatoribus deputatis, quorum approbationes per Secret. annotentur in libro. In casu vero infirmitatis, vel absentiae substituere non possis, vel causas delegare, sed in his casibus promisso ad nos spectare debeat. Praecipimus itaque uniuerso Clero huius civitatis, & diocesis, aliisque huius Ecclesiae iurisdictioni subiectis, quatenus te in Vicarium, Officialemque nostrum generalem recipiant, tibi que in omnibus praemissis pareant, & obediant. Dantes vibi vices, & voces nostras, &c. contradictores, & inobedientes poenis, & censuris Ecclesiasticis compescendi, & ita te in Vicarium deputamus, cum solutione salarij, per eum, cui incumbit faciendae. In quorum fidem praesentes scribi iussimus per notarium nostra Curiae, & manu propria subscripsimus. Dat. in nostro Capitulo Cathedrali Ecclesiae N. die, &c. Anno, &c.

160 Circa quam commissionem aliqua sunt obseruanda pro illius intellectu, & in primis aduertendum circa verba illa, Sede vacante, Sedem Episcopalem dici vacare, donec litterae Apostolicae Praelati, cuius Sedes vacabat, fuerint expeditae, & praesentatae Capitulo, probat text. in extrauag. inuoluta, de

election. notant Rebuff. in praxi tit. de Simonia in resign. num. 11. Henric. conf. 29. num. 4. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccl. decif. 376. in prima edit. & resolut. 500. in secunda editione. Episcopus enim prouolus non potest Episcopatum administrare, nisi litteris expeditis, & ostentis, Azor. institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 29. quaf. 9. vers. cateram, Flamin. de resignat. lib. 8. quaf. 5. num. 33. D. Barbosa in l. diuorrio, in princ. par. 2. num. 50. ff. soluto matrimonio, & secundum Stephan. Gratian. discipulat. forens. cap. 27. non sufficeret fuisse promotum ad aliam Ecclesiam si littera non essent expeditae, & secundum Quarantam vbi proximè num. 13. vers. decimotertio dubitatur, potest Vicarius Capitularis exercitium continuare, donec nouus Praelatus adeptus fuerit possessionem, allegat Pauin. d. quaf. 10. num. 9. Hinc Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gl. 15. §. 2. n. 88. refert fuisse concludum validam esse quandam collationem Canoniciatus in mense ordinatio vacantis factam à Capitulo Burgen. sperto Episcopo iam promoti, & habente expeditas litteras suae promotionis, qui tamen nondum illas offenderat, nec praesentauerat, quamvis aliàs D. Episcopus simultaneam haberet collationem cum Capitulo, quia cum adhuc duraret vacatio dictae Ecclesiae, potuit collatio fieri à solo Capitulo sine vlla citatione, requisitione, aut interuentione Episcopi promoti, iuxta text. in cap. ne Sede vacante, lib. 6. [Hodie tamen aliter se res habet: nam S. D. N. Urbanus VIII. in sua constit. in cap. N. vbi nuper, sub Dat. 20. Martij 1625. de consilio S. R. E. Cardinalium Concilij Trid. Interpretum, quibus negotium mature, ac diligenter examinandum, & sibi referendum commisit, declarauit Ecclesiam, à qua Episcopus de suo consensu trāsfertur, ab eo tempore vacare, quod idem Episcopus ab illius vinculo in existens pro tempore Romani Pont. Consistorio absoluitur, etiam ante expeditionem litterarum Apostol. vel adeptam secunda Ecclesiae possessionem; posteaquam vero ex testimonio, seu documento secretarij Sacri Collegij, vel alio modo huiusmodi absolutionis notitiam Episcopus translatus habuerit, illico eum ab exercitio Ordinariae iurisdictionis abstinere debere, eamque in Capitulo transfere, ita ut statim Capitulū eadem iurisdictione vti, Sedem vacantem publicare, atque officialem, seu Vicarium ad Concilij Trident. praescriptum constituere possit, & debeat, &c.]

Ibi, vocatis omnibus, & singulis. Aduertendum, quod si aliqui de Capitulo dicerent de nullitate, & quod non fuerint vocati, nec auditi, nullitas haec proponi potest coram Superiore Capitulo, per quem si hoc praetextu fuerit electio irritata, poterit Capitulū denuo congregari, & ad Vicarij constitutionem deuenire, ita respondisse Sacram Congregationem afferit Quaranta d. verb. Capitulū Sede vacante, in fine.

Ibi, infra tempus à praedicto Concilio statutum. Aduertendum etiam est, quod stante praesentatione termini octo dierum, infra quem Capitulū cogitur Vicarium eligere, interim dum de illius electione agitur, Archidiaconus sustinet Vicarij vices in iis, de quibus de iure communi est Vicarius, Sbroz. lib. 1. quaf. 61. per text. in cap. 1. & in cap. ad haec, de officio Archidiacon. Verū, quia ex diuersis non fit illatio, & dicta iura loquuntur Sede repleta, non autem Sede vacante, quo casu de iure transfir in Capitulū iurisdictione, ideo infra illos octo dies totum Capitulū administrare debere, potestque praedictum numerum octo dierum pro Vicarij electione

electione restringere, breuiorē statuendo resoluunt Quaranta dict. verb. Capitulū Sede vacante, §. duodecimo quarto, vers. primo, & Aloyf. Ricc. post resolut. 505. in notab. de materia Vicarij à Capitulo Sede vacante, vers. 1. & in decif. Curiae Archiepiscopi Neapol. decif. 305. num. 3. par. 4. Ragul. de voce Canonici. quaf. 37. num. 2. Ex quo sequitur infra illos octo dies non arctari Capitulū ad constituendum Vicarium, & successiuē posse de per se administrare, ait idem Quaranta vbi proximè, vers. terminum.

164 Qui quidem octo dierum terminus currit Capitulo etiam à die scientiae translationis sui Episcopi ad aliam Ecclesiam, quando tamen à Summo Pontifice Episcopus fuerit absolutus à vinculo prioris: statim enim post translationem absque alio consensu Episcopum translatum perdere iura primae Ecclesiae, resoluunt Fr. Emmam. in summ. tom. 3. c. 56. vers. los oros, Alzed. in praecell. Episcop. dignit. p. 1. cap. 3. num. 86. vers. sed adueniente, cum segg. & censuit Rota apud Farin. decif. 475. par. 1. recent. refert decifum Mallob. in sua praxi habendi concursum requis. 1. dub. 9. secundum Roman. impress. me citato in collect. ad cap. 1. n. 5. de translat. Episcopi, Ecclesiam, à qua volens transfertur, seu quam dimittit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absoluitur in consistorio Sanctitatis suae, etiam ante expeditionem litterarum Apostol. vel adeptā possessionem secundae Ecclesiae: & posteaquā huiusmodi absolutionis notitiam Episcopus habuerit, etiam ex testimonio, seu documento Secretarij Sacri Collegij, illico teneri eum abstinere ab exercitio ordinariae iurisdictionis, eamque transfire in Capitulū tanquam Sede vacante, & ita posse, & debere Capitulū statim ea iurisdictione vti, ac Vicarium, iuxta Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 18. praescriptum eligere, Sedemque vacantem publicare; sunt formalia verba Decreti à Sacra Congregat. nouissimè emanati, quod refertur in collect. ad d. cap. 1. Si verò infra praedictos octo dies Capitulū Vicarium non deputauerit, vel minus idoneum elegerit, Archiepiscopus Metropolitanius poterit illum deputare ex decreto Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 16. vers. si secus factum fuerit, refertur Quaranta in summa Bullarj verb. Archiepiscopi auctoritas num. 36. Marc. Anton. Genuent. in praxi Archiepiscopi Neapol. cap. 70. num. 6. Metropolitano verò ipso negligente suum Vicarium constituere, Episcopus antiquior ex suffraganeis in Metropolitana illum constituere potest: at Episcopo exempto negligente Episcopus propinquior deputabit, ut statuit idem Concil. Trident. d. cap. 16. vers. & si Ecclesia ipsa Metropolitana, & resoluunt Cuch. instit. iuris Canon. lib. 2. tit. 8. de officio vicar. num. 39. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 1. quaf. 58. [Designatio Vicarij Capitularis per octo dies notitiae vacationis Ecclesiae non ita deuoluit Metropolitanum, ut amplius Capitulū non possit moram purgare, & Vicarium designare, quia ad Metropolitanum non deuoluitur ius nominandi priuatiuē, sed eumulatiuē; cum quia haec deuolutio non est alicuius beneficij ecclesiastici, sed officij, ac proinde non est necesse quod naturam deuolutionis beneficiorum sequatur, praecipue cum sit constitutio parialis: & ideo ita resoluunt Garc. d. p. 5. cap. 7. num. 7. Castr. Palao d. puncto 29. num. 6. contra Quarant. d. verb. Capitulū Sede vacante, num. 4. & Suar. tom. 5. de censur. disp. 28. sess. 3. num. 3.]

Ibi, Te Reuerendum N. sicut Episcopus plures Vicarios sibi constituere potest, ut supra ostendimus, Barbosa de Episcopo Pars III.

ita etiam Capitulū Sede vacante, Pauin. d. quaf. 10. num. 6. Sbroz. lib. 1. quaf. 50. num. 3. [Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. cap. 37. quaf. 18. Molin. de iust. tract. 5. disp. 11. num. 1. Nicol. Garc. par. 5. cap. 7. num. 36. me citato in hoc loco Castr. Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 29. num. 2.] Quaranta vbi supra vers. nono dubitatur, vbi refert Sacram Congregat. censuisse à Capitulo Sede vacante vnum tantum Vicarium eligendum, nisi adesset legitime immemorabilis consuetudo duos aut plures eligendi. Si discordia fuisset inter Canonicos in electione Vicarij, & plures ad hoc officium astumerentur, magis idoneus, & habens qualitates Concilij remanere debet ceteris remotis, Quaranta vbi proximè vers. secundo dubitatur. Aloyf. Ricc. post dict. resolut. 505. vers. secundo. Quamuis Capitulū non teneatur eligere personam in Vicarium de gremio ipsius Capituli, si tamen adesset idoneus, ceteris paribus erit praerendus, & refert decifum Quaranta vbi proximè vers. sexto dubitatur, & Aloyf. Ricc. in decif. Curiae Archiep. Neapol. decif. 180. par. 4. qui dum à choro absens est, & exercet officium suum, illique tempore diuinorum officiorum incumbit, distributiones quotidianas non percipit, ut resolut Moneta de distribut. quozid. par. 2. quaf. 11. num. 83. contra Cened. d. lib. 1. quaf. 1. num. 72. & Sanctarel. d. quaf. 11. num. 18. quod intellige vbi consuetudo illum absentem non excusat, cum Rebuff. dict. tit. de Vicar. Episcopi num. 5. Rota Romana decif. 222. num. 6. par. 2. diuers. Quaranta vbi supra vers. octauo dubitatur, in fine. Canonikum autem qui munere Vicarij Episcopi fungitur non lucrari distributiones quotidianas, si horis Canonici non interfit, etiamsi à tempore immemoriali obseruatam sit, ut debeantur, refert decifum Nicol. Garc. in addit. ad suum tractat. de benefico, par. 3. c. 2. n. 348. ex ea ratione, quia non abest exiusta causa cum Vicarius deseruiat soli Episcopo, & non Ecclesiae, ut inquit Rot. decif. 222. n. 5. p. 2. diuersor.

Vnde si in choro interueniat cum canonicali apparatu, ut distributiones quotidianas lucretur, debet sedere in loco proprio sui canonicatus antiquiores non praecedendo, Quaranta vbi proximè vers. 8. dubitatur, in princip. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiae. decif. 475. in 1. edit. & resolut. 499. in 2. edit. vbi num. 8. dicit decifum per Rotam in vna Lucana beneficij 18. Decemb. 1579. coram Seraphino ead. Rot. decif. 288. num. 2. apud Fatim. p. 2. recent. Vincent. Grilinz. conf. 121. Homobon. de Bonis de humana vita statibus, part. prima, cap. 7. vers. porro, Sbroz. lib. 2. quaf. 25. num. 17. vbi num. 20. resolut, quod quando non eligitur Vicar. ex Canonici, illi in processionibus praerendus est Archidiacon. seu alia dignitas maior, & prima post Episcopum, prout eum refert Quaranta vbi proximè.

Ibi, de cuius probitate, scientia, &c. Aduertendum quod cum Episcopi Vicarius non solum moribus, & atate idoneus esse debeat, verum etiam scientia, ut scribit Rebuff. d. tit. de Vicar. Episcopi num. 28. & 33. quem refert Sbroz. lib. 1. quaf. 36. num. 1. ita Vicarius Capitularis Sede vacante non solum scientia idoneus, sed Doctor, vel Licentiatu eligi debet, aut aliàs quantum fieri poterit idoneus, & ita decifum fuisse super Decretum Conc. d. cap. 16. referunt Sbroz. d. quaf. 36. num. 12. vbi in addit. refert decifum, quod Sede Episcopali vacante Vicarius debet eligi Doctor, aliàs electio est nulla, nec debet confirmari Episcopi demortui Vicarius, nisi esset Doctor, quod repetit in addit. ad q. 55. sub num. 2. Galet. in margarita casuum conscientiae, verb.

Vicarius 4. Nauar. conf. 2. de officio Vicarij, Sayr. decis. 2. eodem iur. Henric. conf. 90. [Castr. Palao. d. puncto 29. num. 4.] Aloyf. Ricc. dist. resoluit. 477. num. 2. & in collect. decis. par. 5. collect. 1602. vbi limitat in Vicario Capituli Ecclesie Collegiate Sede vacante. Ragul. de voce Canon. in Ecclesia quas. 37. num. 6. Et Doctorem sacrorum Canonum preferri Magistro sacra Theologie quoad officium vicariatus, resoluit Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 305. num. 15. par. 4. vbi num. 16. tenet electionem in Vicarium factam de Theologo omisso Canonista valere. In casu vero in quo Vicarius constitutus idoneus quantum fieri potuit, non esset Doctor, potest Capitulum in ipso actu deputationis, dare ei consultorem Doctorem, alioquin poterit ipse Vicarius eligere consultorem sibi bene visum partibus non suspectum, in casibus in quibus eo opus erit, Sbroz. d. quas. 36. num. 13. optime Quaranta vbi supra num. 3. in fine, Aloyf. Ricc. post d. resol. 505. in notab. de materia Vicarij, & c. num. 4. vers. Capitulum.

169 *Ibi, Ciuitate, & diocesi. Norandum est diocesim non venire appellatione Urbis, vbi aliud non exprimitur, vt videtur probare text. in cap. sua, de officio Vicar. vbi Abb. num. 5. & in l. fin. ff. de officio Prefecti vrbis. Sed pro contraria parte pugnant aliqua non leuia fundamenta, nam commissa cura Ciuitatis dicitur commissa cura districtus, l. 2. §. cum vrbem ff. de officio Pref. vrbis, Abb. & Felin. in cap. Rodolphus num. 8. de rescript. & concessa alicui ciuitate, intelligitur concessa cum omni sua iurisdictione. Bart. in l. 2. in princ. ff. de verb. signific. & in l. fin. vbi Iaf. num. 8. ff. de constit. Princip. Quare paucis distinguendum ducimus, an diocesis fiat mentio in materia fauorabili, aut odiosa: si in fauorabili, appellatione diocesis comprehendereur ciuitas; si vero in materia odiosa, minime, ita Petr. Andr. Gammarus ad cap. vni. num. 106. cum seqq. super gloss. verb. diocesis de rerum permitt. lib. 6. Cochier de iurisdic. Ordinat. in exemptos par. 4. quas. 74. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 43. a num. 193. quapropter tutius esse in Constitutione Vicarij exprimere ciuitatem, & diocesim, sicut communiter exprimi solet, vt dicit Sbroz. d. quas. 29. in fine.*

170 *Ibi, deputamus, creamus, & constituimus. Sicut Vicarius Episcopi ad beneplacitum potest reuocari, vt inquitur glos. in Clement. vltim. de procurat. & in Clement. & si principalis, verb. per electionem, vbi Cardin. num. 10. de rescript. Rebuff. d. tit. de forma Vicar. num. 192. Sbroz. lib. 3. quas. 32. a num. 1. & num. 5. ampliat & etiam si Episcopus iurasset non reuocari; [quod etiam tenet Ceual. communi. contra communes quas. 767. num. 20. Alzed. d. par. 2. cap. 2. num. 35. & seq. vbi citat metipsum in hoc loco.] ita etiam Capitulum facta electione, vel confirmatione illum postea poterit reuocare, vt tenent Pauin. d. quas. 10. sub num. 7. Galet. verb. Vicarius n. 3. Aloyf. Ricc. resoluit. 505. & etiam dato iuramento de illo non reuocando, Sbroz. [Azor. institut. moral. par. 2. lib. 3. cap. 37. quas. 18. Molin. de finit. tract. 5. disp. 1. num. 1.] d. quas. 32. num. 7. quod existente iusta causa fitur. Quaranta d. verb. Capitulum Sede vacante §. duodecimo quero, vers. tertio dubitatur. Sed facta electione Vicarij non posse Capitulum illum ad libitum reuocare, & nouum constituere, dicit per Sacram Congregat. decisum Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 5. collect. 1602. in fine, & in decis. Curia Archiepiscopi. Neapolit. decis. 178. p. 4. & resoluit Ragul. de voce Canonie.*

171 *Ibi, cum solutione salarij, quia Vicarius Capituli Sede vacante debet habere salarium, sicut quilibet extraneus Vicarius, & deducere expensas, quas*

quas. 37. num. 4. [Nicol. Garc. d. p. 5. cap. 7. n. 22. Marc. Anton. Genuenf. in pract. Archiep. Neapol. cap. 48. aliis 86. num. 4. Castr. Palao d. puncto 29. num. 7.]

172 *Capitulum constituens secundum Vicarium, censetur primum reuocare; vt censuit Rot. Rom. in vna Oriolen. beneficiorum 21. May 1593. coram Illustrissimo Seraphino, & patet ex eius decis. 1026. & 1033. par. 2. & tenet Aloyf. Ricc. in practi. decis. 478. in 1. edit. & resol. 502. in 2. edit. vbi num. 4. cum Put. decis. 168. lib. 3. declarat quando prima nominatio, seu constitutio Vicarij esset specialis, & secunda generalis, & num. 5. cum eodem Pureo decis. 168. lib. 1. limitat quando constat, & euidenter apparet de contraria voluntate constituentis.*

173 *Ibi, per menses sex. Aduerte Capitulum in commissione Vicarij posse prefigere tempus, & modum procedendi, sed non postea, tenet Ragul. de voce Canon. quas. 40. num. 14. Si tamen Capitulum constitueret Vicarium simpliciter, absque temporis predefinitione, eius officium durabit, durante Sedis vacatione, ita Quaranta d. cap. verb. Capitulum Sede vacante, prope finem, vers. circa quam commissio.*

174 *Ibi, cum voto tamen Ordinarij consiliorum. Aduerte quod in ipsa deputatione Vicarij Doctoris iuris Canonici potest Capitulum, vt maturis ac consultis in decidendis causis procedatur, apponere clausulam, vt adhibeat etiam votum aliorum consultorum, preterea si Episcopus adhibeat, & vt in causis Canoniorum procederet cum voto certis consultoris, quia vltimum Vicarij capitulares solent esse ex offi. iis, qui sibi non dederunt vocem ad fauorem, ita Quarant. d. loco prop. fin. vers. idem erit.*

175 *Ibi, etiam si speciale mandatum requirant. Quia per constitutionem Vicarij generalis in spiritualibus, & temporalibus non transeunt ea, quae requirunt speciale mandatum, Pauin d. quas. 10. num. 17. Quaranta vbi supra, vers. circa quam. [vnde ex sola designatione non habere Vicarium Capituli ampliore iurisdictionem, quam habet Vicarius Episcopi, sed indigere speciali commissione ad ea, quae requirunt speciale mandatum, resoluit Nicol. Garc. d. p. 5. cap. 7. a num. 29. me citato Castr. Palao d. puncto 29. num. 5. vbi assignat rationem, quia Conc. Trident. solum statuit eligendum esse Vicarium a Capitulo, quod autem debeat omnino Capituli iurisdictionem habere non decidit.]*

176 *Ibi, reseruantes, &c. Quia in commissione Vicarij potest Capitulum sibi aliqua reseruare, vt ait Quaranta d. loco, vers. 4. dubitatur, & vers. idem erit.*

177 *Ibi, in casu vero infirmitatis, vel absentiae substituere non possit, quia ex causa infirmitatis, aut alterius impedimenti posse Vicarium delegare causas rucpendentes, tenuit Pauin. d. quas. 10. num. 21. sed bene intelligit Quaranta in 10. dub. de consensu ipsius Capituli, cuius nomine iurisdictione exercet, aliis si Capitulum se opponeret, & veller durante infirmitate Vicarium constituere, dicit quod possit, idem Quaranta vbi proxime. Vicarius enim Capituli substituitur non potest, nisi ei in mandato substituendi facultas concedatur. Rot. decis. 159. lib. 3. diuers. Put. dec. 487. lib. 2. Seraph. decis. 1033. p. 2. Aloyf. Ricc. in practi. rerum fori Eccles. decis. 477. in 1. edit. & resoluit. 501. in 2. edit. & resoluit. 503. resoluit per mortem Vicarij substituentis non expirare potestatem substituti.*

178 *Ibi, cum solutione salarij, quia Vicarius Capituli Sede vacante debet habere salarium, sicut quilibet extraneus Vicarius, & deducere expensas, quas*

quas domi facturus esset, tanquam reputatus praesens, & residens propter Ecclesie seruitium, Pauin. d. quas. 10. num. 5. Sbroz. lib. 1. quas. 55. num. 7. Quaranta d. loco vers. septimo dubitatur. licet vbi fuerit Canonicus, fructus percipiat, cum censetur inferuire Episcopatui. cap. ad audientiam, de cleric. non resid. Rota decis. 222. num. 6. par. 2. diuers. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. num. 264. Moneta de distribut. quotid. par. 2. q. 11. num. 89. Nicol. Garcia de benef. par. 3. cap. 2. num. 358. distributiones tamen quotidianas, lecta consuetudine, statuto, vel privilegio non lucratur, dum tempore diuinorum officiorum Vicarij munus exercuerit. Prosper. de Augustino ad Quarantam dicto verbo Capitulum Sede vacante num. 8. in fine, Moneta d. q. 11. num. 83. Idem in Vicario Episcopi resoluentium tenet Sbroz. lib. 1. q. 43. num. 3. Garc. dist. cap. 2. num. 357. Moneta d. q. 11. num. 78. nam tenetur illi congruum salarium subministrare, cap. si Episcopus, vbi glos. de officio Vicar. in 6. Sbroz. lib. 1. q. 55. a num. 1. Segur. in direct. ind. §. 1. cap. 14. a num. 1. Et cum fuisset dubitatum an salarium etiam non conuentum deberetur Vicario Episcopi, & ratio dubitandi ex eo deducebatur quod ad effectum exigendi salarium non conuentum, erat probanda extrema, nempe quod Episcopus solitus esset conducere, & Vicarius locare operas suas, iuxta Alex. conf. 109. lib. 3. Dec. conf. 132. in fine, contrarium tamen [nempe deberi salarium,] censuit Rot. in Thuritana mercedis 20. May 1569. coram Illustrissimo Seraphino inter eius decisiones impressas decis. 74. & apud Matchelan. par. 1. pag. 192. illud enim quod dicitur per Alexan. & Decianum procedit in famulis, & aliis vilibus personis, quae saepenumero inferuiunt pro expensis etiam sine salario. Vnum adderem vtilissimum quod & Vicarius Episcopi iam defuncti non potest petere salarium non conuentum a successore pro seruitio prestito eius praedecessori, vt resolutum fuit in Rota recte Pureo decis. 43. lib. 2. & referunt Flamin. de resignat. lib. 1. q. 16. num. 53. Galet. dist. verb. Vicarius 9. [me citato in hoc loco Alzed. dist. cap. 2. num. 32. nam cum constituto Vicarij sit voluntaria, potuit Episcopus carere opera Vicarij, & sic non tenetur ad eius salarium, cum successor non teneatur ad debita voluntaria, sed ad necessaria tantum, vt declarat Rota coram Seraphin. dist. decis. 74. num. 6.]

180 *Si Capitulum Sede vacante suspensionis censura sit interitum, & iurisdictionis vlti priuatum, principalis eius Vicarius iurisdictionem exercere non poterit, vt per Soar. de censur. disputat. 7. sect. 3. num. 13. quamuis contrarium teneat Vgolin. tract. de censur. tab. 1. cap. 4. §. 2. quia vis officij, & iurisdictionis Vicarij ab ipso Capitulo dependet suspensio Capitulo, & erit suspensus eius Vicarius, vt per Quarant. vbi proxime, vers. idem erit; nec refert an a Capitulo, vel a Metropolitanano ob negligentiam Capituli generalis Vicarius constituatur secundum formam Concilij dist. cap. 16. quia ob negligentiam Capituli non deuoluitur iurisdictione ad Metropolitanum: nam alius ipse auctoritate ordinaria excommunicare, & absolueret posset, sed deputatione tantum, siue ius constituendi Vicarium nomine Capituli, qui quidem Vicarius taliter constitutus iurisdictionem habet pendentem a iurisdictione, quae in ipso Capitulo residet, Tridentina enim Synodus noluit iurisdictionem Capituli ob eius negligentiam in Metropolitanum deuolui, sed solum Capitulum obstringere, & obligare necessitate Vi-*

carium nominandi, vt eleganter explicat Soar. dist. sect. 3. num. 14.

181 *Vicarius huiusmodi Capituli Sede vacante finito officio tenetur stare syndicatui, vt disponit Concil. Trident. d. cap. 16. ibi, rationem exigat, & tenent Aloyf. Ricc. in dist. practi. decis. 481. in 1. edit. & resoluit. 504. in 2. edit. Quaranta dist. loco vers. dubitatur denique, num. 14. vbi etiam asserit in Vicario Episcopi consuetudinem se habere in contrarium Sbroz. lib. 3. quas. 52. & Episcopum per se rationem administrationis officij gesti a Vicario Capituli Sede vacante constituto exigere, atque in aliquo delicto compertum punire posse refert decisum Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarrae lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 99. obseruant Vgolin. de officio Episcopi cap. 2. §. 2. num. 2. & Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepiscopi. Neapol. decis. 291. p. 4.*

182 *Vicarius autem Episcopi non tenetur ad syndicatatum, vt expresse declarauit Gregor. XIII. in quadam Bulla ann. 1578. directa Clero, & communitati Tarentin. siquidem cum communitas, & Clerus praeterderent Vicarios Episcopi esse obnoxios syndicatui Gregor. XIII. respondit his verbis: Statuimus, & mandamus quod Vicarij, & officiales, siue generales, siue particulares, etiam foranxi nuncupati, per eundem Archiepiscopum, siue eius praetempore successores in dicta Ecclesia Tarentina, siue eius diocesi deputari, vel deputandi ad aliquem syndicatatum nullo modo teneantur, aut eidem sub quouis praetextu sint obnoxij, referunt Marc. Anton. Genuenf. in practi. Archiepiscopi. Neapol. cap. 58. in nouiss. edit. Homobon. de Bonis de humana vita statibus cap. 7. in fine. Vnde non venit admittenda Hispaniae constitutio in l. 4. tit. 7. lib. 3. noua recopil. contrarium disponens, quam defendit Azeved. ibi, prefatam Gregorij Constitutionem forte non videns.*

183 *Quando Vicarius ita delinquit in officio, vt offendat iurisdictionem Metropolitanam, veluti si noluit deferre appellationi ad eum legitime emissae, vel illius inhibitionem spernat, tunc poterit Archiepiscopus eum coercere censura Ecclesiastica, in quibus terminis procedit rex. in cap. 1. de officio Vicarij lib. 6. qui venit coniungendus cum alio tex. eiusdem Innocentij l. v. in eadem controuersia inter Archiepiscopum Remen. & eius suffraganeos, siue eorum Officiales, in cap. Romana Ecclesia, in princip. de appellat. Quando vero delinquit in officio praedudicando simpliciter partibus & iustitiae, cognitio & punitio pertinet ad ipsam Episcopum, qui habet facultatem a Iure, prout quibus alicuius Magistratus coercendi Officiale suum appellatione remota. l. nulli Officialium C. quor. appell. non recip. registrata per Gratian. in c. ei, qui appellat. §. nulli quoque 2. quas. 6. & ita in his terminis optime resoluit Lotter. in tract. de re benef. lib. 1. quas. 22. num. 100. cum sequentibus, vbi intelligit, nisi propter notorietatem, & gratuitatem criminis facta sit deuolutio, & ideo secundum hanc distinctionem accipiendus est Gemin. in dist. capit. 1. §. fin. sub numero 4.*

ALLEGATIO LV.

Episcopus in Ecclesiis Cathedralibus Pœnitentiarium quomodo instituire teneatur.

S V M M A R I V M.

- 1 Pœnitentiarium cum unione præbende proximè vacaturæ in sua Cathedrali Ecclesia debet Episcopus instituire, modò id commodè fieri possit.
- 2 Pœnitentiarij officium, & electio persona ad solum Episcopum absque consensu Capituli spectat.
- 3 Pœnitentiaria per Episcopum erecta cum unione præbende proximè vacaturæ, talis unio non comprehendit præbendam vacantem in mensè Sedis Apostolicæ reservatæ.
- 4 Pœnitentiarius debet esse Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in sacra Theologia, vel iure Canonico, seu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperitur.
- 5 Gradus Doctoratus, vel licentiatuæ requisitus ad beneficia, seu dignitates, sufficit si habeatur sine scientia competentis.
- 6 Doctoratus gradus ad beneficia, seu dignitates requisitus non sufficit si habeatur non facta professione Fidei, aut contra Academia statuta, vel consuetudines receptas.
- 7 Pœnitentiarius Canonicus debet esse in ætate quadraginta annorum.
- 8 Ætatis quadraginta annorum defectus in Pœnitentiario non obstat, ubi aliàs aptior pro loci qualitate reperiri non potest, in civitate scilicet, aut diocesi.
- 9 Anni quadraginta in Pœnitentiario debent esse completi.
- 10 Pœnitentiarius ab Episcopo cum unione præbende proximè vacaturæ institutus, officium exercere, ac Pœnitentiaria inferuire tenetur, & interim quo vacat præbenda non habet locum nec in Capitulo, nec in choro, nec distributiones quotidianas percipere potest, & sedere debet in loco sui Canoniciatus cum illum fuerit affectus.
- 11 Pœnitentiaria præbende collatio ab illis fieri debet, ad quos antea spectabat.
- 12 Præsentationem habens in præbenda Pœnitentiaria unia poterit in ea postea præsentare electum ab Episcopo.
- 13 Pœnitentiaria præbenda vacans in mensè Apostolico, vel si adsit alia reservatio, seu affectio, tunc electio, & collatio pertinet ad Papam ratione reservationis.
- 14 Pœnitentiarij electio non potest Capitulum se intromittere etiam Episcopo absente.
- 15 Pœnitentiarij electio pertinet ad solum Episcopum, vel eo absente ad Vicarium suum, cui Episcopus in specie delegaverit hanc facultatem.
- 16 Pœnitentiarij electio non facta per Episcopum, vel per eius Vicarium intra semestre a die notitia vacationis devolvitur ad Capitulum.
- 17 Pœnitentiaria vacans Sede Episcopali vacante, non potest provideri à Capitulo, quamvis collatio præbendarum sit communis Episcopi &

Capituli, vel etiam solius Capituli.

- 18 Pœnitentiaria vacans Sede Episcopali vacante electio, & collatio pertinet ad Papam etiam secunda reservatione, & non est reservanda futuro Episcopo.
- 19 Pœnitentiarius eo ipso quod est institutus habet à iure, & Concilio facultatem audiendi Confessiones, & iurisdictionem ad absolvendum à peccatis absque alia Ordinarij licentia.
- 20 Pœnitentiario quilibet confessus peccata satisfacere præcepto cap. omnis utriusque sexus, de pœnit. & remiss.
- 21 Pœnitentiarius institutus pro audiendis confessionibus unius diocesis non potest eas audire in alia, etiam habentium Bullam, vel licentiam sui Parochi.
- 22 Pœnitentiarius potestatem, quam habet absolvendi, aliis delegare, seu committere non potest.
- 23 Pœnitentiarius à casibus, quos Episcopus expressè sibi reservavit, absolvere non potest.
- 24 Pœnitentiarius non potest casus Episcopo reservatos, & ab eo sibi commissos, aliis subdelegare.
- 25 Absolutio Concil. session. 24. de reformation. cap. 6. committi potest ab Episcopo, non tamen à Vicario generali, aut Pœnitentiario, vel Vicario ad id specialiter deputato.
- 26 Pœnitentiarius ad audiendas Confessiones semper paratus debet existere, non potest pœnitentes recusare, quia si hoc faciat, poterit ab Episcopo puniri, & privari.
- 27 Confessiones integras, & non solos casus reservatos, tenetur Pœnitentiarius audire.
- 28 Pœnitentiarius horis opportunis, loco, & sede Episcopi, ad quem hoc pertinet, arbitrari, peccata confiteri volentibus sui copiam facere tenetur.
- 29 Pœnitentiarius virgam, seu bacchettam in manu, sicut in urbe, tenere non debet, præcipuè in locis ubi hoc non est in usu.
- 30 Pœnitentiarius dum audit Confessiones in Ecclesia, sive in confessionario, sive extra habendus est pro presenti in choro, pro illo tempore dumtaxat quo actualiter eas audit.
- 31 Pœnitentiarius dum Confessiones actualiter audit, non solum habetur pro presenti in choro ad lucrandas quotidianas distributiones, sed etiam elemosinas ipsas, que distribuuntur inter Canonicos pro associandis, & sepeliendis defunctorum cadaaveribus, &c.
- 32 Pœnitentiarius non habebitur pro presenti in choro si extra Ecclesiam Confessiones audiat, etiam infirmorum.
- 33 Pœnitentiarius non tenetur ad maiorem residentiam, quam alij Canonici, dummodo non absit tempore quo frequentius pœnitentes accedunt, & diebus festis solemnibus.
- 34 Pœnitentiaria potest resignari etiam in favorem, & cum reservatione pensivis.
- 35 Pœnitentiaria præbenda postquam est effectum sortita, nec potest optari, nec Pœnitentiarius etiam valet optare, nec retento, nec dimisso officio.
- 36 Pœnitentiaria præbenda erectio non habet locum in ea, que vigore statuti à sequenti Canonico optatur, sed illa præbenda, quam dimiserit Canonicus, qui nonissimè optat, hinc muneri assignata, & unia remanet.

E P I



Præcorvus in sua cathedrali Ecclesia, modò id commodè fieri possit, Pœnitentiarium, idest, aliquem, qui pœnitentes audiat, & pœnitentiæ Sacramentum administret, cù unione præbende proximè vacaturæ, instituire debet, vt disponit C. de Trident. sess. 24. de reformatione. c. 8. de cuius materia, & de Pœnitentiarij institutione, & officio multa comular Salazar de Mendoza, Canonicus Pœnitentiarius S. Ecclesiæ Toletanæ in libello de institutione canonicus pœnitentiaria in dicta Ecclesia Toletana, aliaque ad materiam pertinentia tractant Zerola in praxi Episc. par. 1. verb. Pœnitentiarius, Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiæ. st. decis. 555. in 1. edit. & resol. 477. in 2. edit. Vgol. de officio, & potestate Episcopi c. 33. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 34 à n. 78. late Nicol. Garcia de benef. par. 5. c. 4. n. 130. cum multis seq. Homobon. de Bonis de humana vita scriptibus cap. 10. de statu, & obligation. Pœnitentiarij.

- 2 Hæc Pœnitentiarij officij institutio & electio personæ, quoties opus fuerit pro exercendo tali officio, ad solum Episcopum spectat, ita vt Capituli consensus minimè requiratur, cum hoc solius Episcopi arbitrio relinquatur, prout decimum referunt in Sacra Congregat. Nauar. cap. unic. ne Sede vacante, in fine. Nicol. Garcia d. c. 4. num. 138. Aloyf. Ricc. d. resol. 477. num. 1. Vgol. d. cap. 33. num. 2. Flamin. de confidant. quest. 45. num. 17. Zerola d. verb. Pœnitentiarius §. 3. & tenuit Rot Rom. in una Abulen. Canonicius Pœnitentiaria 17. Aprilis 1589 coram Illustrissimo Mantica, quæ est inter eius decisiones impressas decis. 56. & iterum in una Maioricon. Canonicius 15. Novebris 1593. coram Illustrissimo Domino meo obseruandissimo Card. Millino.
- 3 Erecto Pœnitentiario per Episcopum cum unione præbende proximè vacaturæ, huiusmodi unio non comprehendit præbendam vacantem in mensè Sedi Apostolicæ reservatæ, vt respondit Sacra Congregat. Episcopo Vincent. ex eo quod Concil. d. c. 8. non exprimit de præbendis etiam reservatis Sedi Apostol. & quando voluisset eas comprehendere, expressè hoc dixisset, vt patet in Seminario sess. 23. c. 17. ac in simplici unione faciendæ Cathedrali pauperi sess. 24. c. 15. referunt Azeueda conf. 7. num. 31. & 32. & conf. 14. num. 14. & 15. Nicol. Garcia in addit. ad d. c. 4. n. 127. Salazar de Mendoza in d. libello §. 2. ubi etiam refert decimum 31. Maij 1596. præbendam officio Pœnitentiarij vniendam integram, atque Canonicaem esse debere.
- 4 Deputare debet Episcopus in Pœnitentiarium Magistrum, vel Doctorem, aut Licentiatum in sacra Theologia, vel iure Canonico, seu aliàs, qui aptior pro loci qualitate reperitur, vt habetur in Concil. Trident. dist. cap. 8. & tenent Homobon. de Bonis d. cap. 10. vers. secunda. Nicol. Garcia de benef. par. 7. cap. 4. num. 32. & c. 7. num. 49. vbi num. 50. resoluit & ad beneficia, seu dignitates requiritur gradum, sufficere eum habere, etiam sine scientia competentis, ita vt adeptio, & impetratio talis beneficij, seu dignitatis in foro Ecclesiæ iudiciali rata & firma sit, quod etiam tenet Azor. institut. moral. par. 2. lib. 6. c. 6. ques. 1. Et aduertendum quod idem Nicol. Garcia d. c. 7. num. 51. tenet & non sufficere gradum non facta professione Fidei iuxta Constitutionem Pij IV. aut contra Academiæ statuta, vel consuetudines receptum, vt quia quis falsò probavit cursus necessarios, vel

descriptionem in matricula, aut non fuit seruata forma præscripta in examine, seu aliàs [Quomodo autem in Regnis Hispaniarum Canoniciatus & præbendæ Pœnitentiarij sint prouidendi, extat de hoc Bulla Gregorij XV. quæ refertur in calce huius cap.]

Vltra prædictum gradum Doctoratus, vel Licentiatuæ, requiritur vsq. huiusmodi Canonicus Pœnitentiarius sit in ætate quadraginta annorum, seu aliàs, quando aptior pro loci qualitate non reperitur, vt habetur in eodem Concil. Trident. d. c. 8. & tenent Gutier. Canon. libr. 1. c. 26. num. 40. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 164. in fine, Campanil. in diuersorio Iuris Canonici, rubr. 7. cap. 6. num. 27. Nicol. Garc. dist. par. 7. cap. 4. num. 32. [me citato in hoc loco Castr. Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 4. puncto 3. num. 17.]

Defectus huius ætatis non obstat ubi aliàs aptior pro loci qualitate reperiri non potest, existimoque sufficere, quod non reperitur in ciuitate, aut etiam diocesi persona apta cum dictis qualitatibus, nec esse querendam extra diocesim, argum. c. nullus, 61. distinct. & c. sacrorum. 63. distinct. Salazar de Mendoza in dicto libello §. 3. Nicol. Garcia dicto c. 4. num. 33. vbi num. 34. resoluit, quod si in diocesi non reperitur talis persona apta, & Episcopus velit eum eligere extra diocesim, non poterit eligere nisi habentem dictas qualitates, si talis ibi reperiri potest commodè. Et & huiusmodi quadraginta annos debere esse completos resoluit Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 35. quamvis sufficere inchoatos tenet Azor. d. lib. 6. cap. 5. q. 6. in fine. [Azor. d. p. 2. lib. 6. c. 5. q. 6. in fine, Castr. Palao d. puncto 3. num. 17. in fine.]

Pœnitentiarius ab Episcopo sic ad præscriptum Concilij institutus, & deputatus, cum unione præbende proximè vacaturæ tenetur officium exercere, & inferuire Pœnitentiariæ, ac Parochiale, si quam obtinet, dimittere, etiam ante vacationem præbende: & interim quod vacat, non habet locum nec in Capitulo, nec in Choro, nec potest distributiones quotidianas percipere; & postea sedere debet loco sui Canoniciatus, cum illum fuerit affectus, ita refert decimum Nicol. Garc. in addition. ad d. par. 5. cap. 4. num. 111.

Quamvis electio Pœnitentiarij quancumque faciendæ ad solum Episcopum spectet absque Capituli consensu, vt supra dixi, collatio tamen præbendæ vnice ab illis fieri debet ad quos antea spectabat, ita decimum referunt Nicol. Garc. dicta par. 5. c. 4. num. 138. addit. ad Nauar. d. conf. unic. Gonzal. ad regul. 8. Cancel. gloss. 9. §. 2. num. 84. Aloyf. Ricc. d. resol. 477. num. 2. & in una Zamaren. declarauit Sacra Congreg. & idem in præsentatione, quam in collatione esse dicendum, dummodo præsentatio fiat de electo ab Episcopo, testatur Nicol. Garc. in addit. ad d. c. 4. num. 143. vbi idem dicit in electione, si electio spectaret ad Capitulum, seu alios, nam eadem est ratio de electione, ac præsentatione. & Id autem quod dictum est electionem personæ Pœnitentiarij quancumque faciendam ad solum Episcopum pertinere, non procedit ubi officium Pœnitentiarij, & vnica præbenda vacat in mensè Apostolico, vel adsit alia reservatio, seu affectio, nam tunc ad Papam pertinet ratione reservationis, ita Gonzal. d. gloss. 9. §. 2. à num. 84. Salazar de Mendoza in d. libello §. 2. & 3. Ceual. commun. contra commun. quest. 897. num. 488.

E I

14 Et quamvis Episcopus sit absens, Capitulum non potest se intromittere in electione Pœnitentiarj, licet ad ipsum collatio spectet, sed ipse Episcopus absens poterit, ubi est, eligere Pœnitentiarium, non enim ad id est necessaria præsencia, seu existentia in diœcesi, nam etiam extra illam potest expediri, cum non sit contentiosæ, sed voluntariæ iurisdictionis, prout decisum fuisse in una Burgen. refert Nicol. Garc. in addition. ad dict. cap. 4. num. 143. vbi etiam restatur ibi tantum fuisse electionem personæ pertinere ad solum Episcopum, vel eo absente, ad Vicarium suum, cui Episcopus in specie delegaverit hanc facultatem, expensis tamen ipsius Episcopi: 15 † Si tamen intra semestre à die notitiæ vacationis Episcopus per se, vel per Vicarium non elegerit Pœnitentiarium, deuoluitur electio ad Capitulum, cum ad Episcopum pertineat proprio iure, & Ordinario ex Concilio, iuxta cap. 2. de concessione prabende, & ea quæ infra suo loco dicemus. 17 Occurrente vacatione Pœnitentiariæ Sede Episcopali vacante, Capitulum non poterit illam providere, & Pœnitentiarium eligere, esto collatio prabendarum sit communis Episcopi, & Capituli, vel etiã solius Capituli, ex quo electio personæ & prouisio officij Pœnitentiarj ad solum Episcopum spectat, vt dictum est, & Capitulum Sede vacante non succedit in prouisione beneficiorum ad Episcopum spectante. ita decisum referunt Nicol. Garcia dicta par. 5. cap. 4. num. 145. Aloyf. Ricc. dict. resol. 477. num. 4. † Sed eius electio, & collatio pertinet ad Papam, etiam seclusa reservatione, & non est referenda futuro Episcopo, prout decisum refert in una Genuens. Nicol. Garcia in addit. ad dict. cap. 4. num. 150. 19 Pœnitentiarj institutus eo ipso habet à iure, & Concilio facultatem audiendi Confessiones pœnitentium illius diœcesis, & iurisdictionem ad absoluendum à peccatis, & est veluti Parochus totius diœcesis, nec requiritur noua licentia Ordinarij, ita resoluunt Vgolin. d. cap. 33. num. 2. & 3. Lælius Zech. de Republ. Ecclesiast. cap. 2. 4. de Capitulis, & Canonico, sub num. 16. Aloyf. Ricc. d. resol. 477. num. 5. Salazar. de Mendoza in dicto libello §. 5. & † qui libet potest ei cōfiteri sua peccata, & satisfaciet præcepto, cap. omnis utriusque sexus, & de pœnit. & remiss. vt decisum referunt Aloyf. Ricc. vbi proxime, 20 & Nicol. Garc. dict. par. 5. cap. 4. num. 113. † non tamen poterit audire Confessiones in alia diœcesi, etiam habentium Bullam, vel licentiam sui Parochi: nam cum dubitaretur an obtinens Parochiale beneficium in vna diœcesi, possit in alia absque Ordinarij loci approbatione eligi in Confessarium ab habentibus priuilegium vigore lûbilæi eligendi Confessarium idoneum, cum is generaliter, & absolute sit approbatus à Concilio, vt cum alijs resoluit Vinald. in Candelab. aureo par. 1. de Confessione num. 28. nihilominus decisum fuit minime posse, prout refert. Nicol. Gar. d. par. 5. cap. 8. dub. 4. quicquid post alios dicant Henriq. in summa lib. 7. cap. 12. num. 3. Soar. tom. 4. de pœnit. disp. 28. sect. 4. num. 18. † Illud tamen aduertendum duxi, quod licet huiusmodi Pœnitentiarj sit Ordinarij diœcesis Confessor, non videtur posse delegare, seu committere suam potestatem, non solum generaliter, sed nec particulariter, maximè cum in eo censetur electa industria personæ, argum. tex. in cap. vlt. §. is autem, de officio delegati, & quæ resoluunt Peregrin. lib. 1. variar. ad rub. de officio & potestate iudicis delegati, num. 7. Sured. conf. 433. num. 15. &

in propriis terminis comprobatur Homobon. de Bonis de humane vite statibus p. 1. cap. 10. vers. est autem, quicquid dicant Cuch. in instit. maior. lib. 5. tit. 4. n. 160. Ioann. à Capcauil. de casib. referu. cap. 3. diff. 2. A casibus, quos Episcopus sibi expressè reseruat, non potest Pœnitentiarj absoluerè quemquam, nisi ipsemet Episcopus hanc illi speciatim dederit auctoritatem, ita resoluunt Nauar. conf. 20. sub tit. de pœnit. & remiss. in nouis, Sayr. in floribus decif. sub eouem tit. decif. 44. Henriq. conf. 62. num. 7. & seq. Vgolin. d. c. 33. n. 3. Aloyf. Ricc. in praxi aucta, resol. 179. in fin. & decisum referunt idè Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decif. 571. in 1. edizione, & resolut. 492. num. 2. in secunda edizione. Nicol. Garc. d. p. 5. cap. 4. num. 115. quamuis ipsum Pœnitentiarium si suæ prabendæ fuerit annexum pœnitentiariæ officium, posse absoluerè absque alia facultate ab omnibus casibus Episcopo reseruatis teneat praxis noua Episcop. par. 2. cap. 1. num. 16. cum Capcauil. de casibus reseruatis, cap. 3. quæst. 1. differant. 2. & videatur tenere Salazar. de Mendoza in d. libello §. 5. Zerola in praxi Pœnitentiæ cap. 22. quæst. 5. Sbroz. de offic. Vicarij lib. 2. quæst. 19. & Antonin. in catechesi Neapol. cap. 34. quos refert, & sequitur Homobon. d. c. 10. statim in princ. & de casibus reseruatis par. 1. cap. 5. Vnde † si ei fuerint commissi ab Episcopo casus sibi reseruati, non poterit subdelegare, quia in eis censetur electa industria personæ; tum quia est delegatus inferioris à Principe, ita Nicol. Garcia in addition. ad dict. cap. 4. num. 112. Hinc etiam † absolutio Concilij sess. 24. de reform. cap. 6. committi potest ab Episcopo, non tamen à Vicario generali, seu etiam Pœnitentiarj, aut Vicario ad id specialiter deputato, prout referunt decisum Aloyf. Ricc. d. resol. 477. n. 5. in fine, Nicol. Garcia d. par. 5. c. 4. n. 116. Salazar. de Mendoza d. §. 5. Debet præfatus Pœnitentiarj semper paratus existere ad audiendas Confessiones, quare minime recusare potest pœnitentes, & decisum referunt Aloyf. Ricc. d. resolutione 477. num. 6. Nicol. Garc. d. par. 5. cap. 4. num. 118. Et recusans audite Confessiones potest puniri, & priuari ab Episcopo, prout etiam decisum fuisse restatur Aloyf. Ricc. & Nicol. Garcia citatis locis, Salazar de Mendoza d. libello §. 7. Campan. d. cap. 6. n. 27. † Et quamuis habeat facultatem absoluendi à casibus reseruatis, tenetur nihilominus integras Confessiones audire, & non solos casus reseruatos, cum sit Confessor ordinarij: teneturque † horis opportunis, loco, & sede Episcopi, ad quem hoc pertinet arbitratu, peccata confiteri volentibus sui copiam facere. † in manu tamen virgam, seu bacchettam, sicut in Vrbe, non debet tenere, præcipue in locis, vbi hoc non est in vfu, ita decisum in una Abulen. 21. Aprilis 1587. referunt Nicol. Garcia dicta par. 5. cap. 4. num. 117. Vgolin. dict. cap. 33. num. 6. Salazar de Mendoza dict. §. 7. Pro præfente in choro habendus est Pœnitentiarj, dum audit Confessiones in Ecclesia, vt habetur in Concil. Trident. d. cap. 8. siue in confessionario, siue extra, non tamen pro tempore, quo refidet in confessionario, nec audit confessiones, alijs in choro diuina celebrantibus, nec item si dixerit Missam, aut si priuatim Officium dicat, etiam vt opportunus Confessiones audiat, censendum est præfens in choro: ita decisum referunt Moneta de distribut. quotid. par. 2. quæst. 11. num. 64. cum sequentibus, Vgolin. d. cap. 33. num. 5. Aloyf. Ricc. dict. resolution. 477. num. 6. Salazar de Mendoza in dicto libello,

libello, §. 6. Campan. d. n. 27. Nicol. Garc. d. p. 5. c. 4. n. 124. & seq. [Bonacin. de iure canon. disp. 2. q. 5. puncto 3. §. 5. me citato in hoc loco Caslr. Palao in opere moral. tract. 7. disp. 3. puncto 3. §. 5. & Trulench. in exposit. Decalogi lib. 1. c. 8. dub. 12. §. 5. à princ.] Et Pœnitentiarj non solum censetur præfens in choro dum actualiter Confessiones audit ad lucrandas distributiones quotidianas, sed etiã elemosinas ipsas, quæ distribuantur pro asseciendis, & sepeliendis cadueribus supplicatorum, vel pro supplicationibus, & processionibus, quæ per Vrbe aguntur, [Bonac. d. §. 5. n. 4. & me citato in hoc loco Caslr. Palao d. disp. 3. punct. 3. §. 5. n. 2.] ita decisum refert Nicol. Garc. d. p. 5. c. 4. n. 125. quamuis contrarium velit Moneta d. q. 11. n. 65. [Trulench. dict. dub. 12. §. 5. num. 1. in fine.] Cum † Pœnitentiarj iste ad id tantum institutus sit, vt Confessiones in ipsa Ecclesia Catholica audiat, & Concilium illum in Ecclesia Confessiones audientem pro præfenti in choro habeat, talis non censetur, si Confessiones extra Ecclesiam, etiam inferiorum, audiat, & resolut Nicol. Garc. in addit. ad dict. par. 5. cap. 4. num. 125. in fin. [Vnum casum de alio Canonico, qui tempore diuinorum confessiones audit, adducunt Moner. d. par. 2. quæst. 11. num. 68. & Castro Palao d. disp. 3. puncto 3. §. 5. n. 4. quando scilicet præfente Pœnitentiarj alius, vel alij in illius adiutorium ad audiendas confessiones designantur ob multitudinem pœnitentium, nam hoc casu merito tenent eos tali assignatione facti lucrari distributiones, ac si choro præfentes esse; quia occupant in euidèti Ecclesia vtilitate, cui vtile sit Ecclesia, immo necessarij ministris habere, qui populo in re ita necessaria satisfaciant.] Ad maiorem residentiam, quàm alij Canonici, non tenetur Pœnitentiarj, dummodo non absit tempore, quo frequentius pœnitentes accedunt, & diebus festis solemnibus, veluti tempore ieiuniorum, Quadragesimæ, Aduentus, Quatuor temporum, Resurrectionis, & Ascensionis, Pentecostes, Corporis Christi, Assumptionis Beate Mariæ, Natiuitatis Domini, & omnium Sanctorum, ita referunt decisum Vgolin. d. cap. 33. num. 6. Salazar de Mendoza dicto libello §. 7. Nicol. Garcia dicta par. 5. cap. 4. n. 122. & ibi in addition. dicit dubitatum fuisse, an facultas, quam habet Capitulum Burgen. ex statuto à Sede Apostolica cōfirmato, vt eius Canonici possint quinque menses abesse ab Ecclesia, cōpetat etiam Pœnitentiarj eiusdem Ecclesiæ; & insuper an possit fungi officio Visitatoris: & dicit decisum fuisse negatiuè, cum ista esset multum longa absentia Pœnitentiarj, & in magnum detrimentum sui officij, & ministerij, ac pœnitentium; & ideo in ista Ecclesia satis esset abesse per tēpus trium mensium à Concilio Canonico permiffum, sed hoc intelligendum, quod non possit frui ista quinque mensium vacatione, quoad Confessiones, & officium Pœnitentiarj, bene tamen poterit ea vt quoad chorum, & officium diuinum, sicut ceteri Canonici. Pœnitentaria potest resignari sicut alia prabēda, etiam in fauorè alterius, dummodo habeat qualitates requisitas, vt resoluunt Salazar de Mendoza in d. libello §. 3. Ceual. cōmun. contra commun. q. 897. n. 487. vbi n. 489. tenet posse etiam super eam imponi pensionē. Præbēda hæc pœnitentialis non potest optari, nec Pœnitentiarj potest aliam prabendam optare, quia in ea electa videtur industria personæ; tum quia vbi beneficium requirit certas qualitates, aut examē, si cui indulgetur, vt possit consequi aliam dignitatem, aut beneficium, illud non venit, quod examen, aut qualitates illas requirit, vt est opt. text. in cap. fin. Barbof. de Episcopo, Pars II.

de traslat. Episcopi; tum quia cum sit huiusmodi officio Pœnitentiarj vni prabēda, non potest mutari, sed immobilis remanere debet; tum denique cum vno, aut diuisio beneficium vnitòrum requirat auctoritatem, & solemnitate, & iustam causam id faciendi, hanc potestatem hominibus priuatis, & Pœnitentiarijs ipsijs tot vniones, vel diuisiones ad libitum faciendi, Concilium dedisse non est verisimile, quare ita resoluunt Nauar. conf. 22. sub tit. de prabēdis, & dignit. in antiq. & conf. 14. sub tit. de rebus Eccles. non alienad. in nouis, Sayr. in floribus decif. sub illo tit. de prabēd. decif. 22. Galett. in margarita casus consuetud. verb. Canonico, pag. 29. column. 1. G. Szal. ad regul. 8. Cancell. glos. 34. n. 78. & 79. Moneta de optone canon. cap. 3. quæst. 5. n. 129. Nicol. Garcia d. par. 5. cap. 4. n. 132. vbi n. 134. refert decisum Pœnitentiarj, nec retento, nec dimisso officio posse optare aliam prabendam, cuius officio suo perpetuo vnitus vnus canonicatus, & certa prabēda. Vnde fuit decisum 12. Februarij 1601. Pœnitentiarj prabēdā, etiam postquam est effectum sortita non subiacere optioni: & in vna Percellen. Junij 1601. etiã fuit retentum, quod non solū non potest optari prabēda Pœnitentiarj, sed nec titulul, ac Ordo illius, refert Nic. Garc. in add. ad d. c. 4. n. 132. & ibi n. 130. dicit declarati in vna Lunen. 6. Junij 1592. & erectione prabēdæ Theologi, vel Pœnitentiarj nõ habere locū in ea, quæ vigore statuti à sequenti Canonico optatur, sed illā prabēdā, quā dimiserit canonicus, qui nouissimè optat. huic munerè affecta, & vnita remanere. [Pro Regni Hispaniarum Gregor. XV. sua Constit. incip. Suprema dispositionis, sub Dat. Romæ 12. quēb. 1622. statuit & ordinauit quod ex tunc deinceps perpetuus futuris tēporibus omnes & singuli Canonici & Prabēda Pœnitentiarj quaruncunq; Metropolitana, seu Cathedralium Ecclesiarū in Regno Hispaniarum tunc & pro tempore existentium tam huicq; instituti, quā deinceps quandocunq; pro complemento decretorum Apost. instituentium quotiescunq; illos quibus modis, & ex quoruncunq; personis etia Romani Pōt. pro tempore existētis, seu quoruncunq; Cardinaliū etiã tunc viuentium familiaribus cōtinuis cōmensalibus, seu Romana Curia officialibus, aut alijs quomodolibet reservationē inducentibus etiã per cessum, etiã permutationis causa in manibus eorū Ordinariorum, vel decessum (nō tamen in Curia, aut apud Sedē prædictā) seu quamuis aliā dimissionē, vel amissionē, aut priuationē (extra tamen eandē Curia) seu Religionis ingressū, aut matrimonij contractū ex nunc & pro tēpore obtinentiū, seu ius in illis, vel ad illos habentium, aut alijs quibuscunq; modis (non tamen per obitū apud sedem prædictam) ac etiã in aliquibus ex mensibus, in quibus beneficiorū Ecclesiasticorū dispositio Sedis Apostolice fuerit reseruata, & etiamsi possidentes, vel ad illos ius habentes familiares & Curia, ac Sedis prædictæ officiales etiã sub diuersis Constitutionibus Pauli II. seu ex quavis alia causa dispositioni Apost. specialiter, vel alius generaliter reseruati, aut ex generali reservatione Apost. affecti, seu ad Sedē eandē deuoluti existēt, per Ordinarios locorū, & capitula dictarū Ecclesiarū tatorū præuiso concursu per editōriū assignatiōē; hoc modo videlicet, in singulis vacationibus Canonici. & prabendarū Pœnitentiariorū huiusmodi edita proponi, & terminis sexaginta dierum assignari debeant, dictoq; termino elapso per Ordinarios & Capitula in præfentia oppositorū ex aliquo libro sorte aperto omni punctum materialium moralium traditi, & super eo intra viginti quatuor horas singuli oppositores per integrū horam, seruato tamē inter eos ordine susceptorum graduum in singulis facultatibus publicis

publice legere, & duo alij per aliam horam argumentari; si tales oppositores in Theologia Magistri, vel Bacchalaurei, aut illius professores existant, dato eis puncto super Evangelium per horam similiter publice predicare, seu concionari debeant, & alias in omnibus, & per omnia prout in concursu Præbendarum Magistratum, & Doctoratum fieri consuevit. Quibus præactis ad Canonicatus, & Præbendas Pœnitentiariorum vacantes huiusmodi illi dumtaxat ex concurrentibus, qui peracto examine cæteris omnibus iudicio ipsorum Ordinarij & Capitulorum magis habiles & idonei reperti fuerint, assumi, seu eligi, talesque assumpti, vel electi, si Canonicatus & præbenda vacantes huiusmodi in mense Aprilis, vacauerint, aut alias ratione persone, vel loci generaliter, seu specialiter reseruari, seu affecti fuerint, intra sex menses à die eorum electionis per Ordinarios, & Capitula huiusmodi faciendæ litteras Apostol. desuper expedire, ac iura Camere Apostol. & alijs præterea debita solvere teneantur. Singuli verò tempore electionis huiusmodi in quadregesimo anno & ultra constituti, atque in sacra Theologia, vel iure Canonico iuxta decretorum Concilij Tridentini, dispositionem graduati esse, & omnibus diebus feriatis quilibet, vel in sua Ecclesia, vel in alio loco ei ad hoc per Ordinarium loci, & Capitulum ipsius Ecclesie assignando spatio unius horæ publice conscientia casus legere, & difficultates solvere, necnon Confessiones Sacramentales omnium virisque sexus Christi fidelium ad eum accedentium prævia Ordinarij huiusmodi licentia in eadem Ecclesia etiam publice audire, aliisque omnia & singula, quæ similes Canonici Pœnitentiarij ex præfata Concilij forma & alijs, facere, exequi, & exercere solent, & debent, similiter facere, exequi, & exercere teneantur. Si tamen inter ipsos concurrentes aliquem adesse contigerit, qui eruditionis, & Doctrinæ, aliorumque meritorum præstantia cæteros omnes concurrentes arbitrio eorundem Ordinarij, & Capituli longe antecellat, & ætatem quadraginta annorum non attingat, ille non obstante defectu ætatis huiusmodi, dummodo tamen triginta annis maior sit, ad Canonicatum & præbendam Pœnitentiarios huiusmodi per Ordinarium, & Capitulum prædictos, si ita illis ex iustis & rationabilibus causis expedire videbitur, eligi debere & licite valeat, supra quo Ordinarij & Capituli eorundem Conscientiam onerat. Et quotiescunque ipsa Canonici Pœnitentiarij in huiusmodi oneribus, & functionibus obeundis impediti fuerint iuxta eiusdem Concilij decreta, in choro præsentem esse censeantur. sed si eos in eiusdem oneribus, & functionibus adimplendis negligentes, aut remissos esse contigerit, arbitrio suorum Ordinariorum, & Capitulorum multari possint, &c.

ALLEGATIO LV.

Episcopus quibus in Ecclesijs curare debet, ut Theologalis Præbenda, & lectio sacra Scripturæ habeatur?

S V M M A R I V M.

1 Lectio Sacra Scripturæ in iis Ecclesijs haberi debet, in quibus præbenda, aut præstimonium pro lectoribus deputatum reperitur.

- 2 Præbenda Theologalis, ubi ab Episcopo institui debeat, ostenditur.
- 3 Præbenda primo vacatura, ut sit Theologalis, & in Theologalemaneat erecta, requiritur ætatis deputatio.
- 4 Electio persona ad præbendam Theologalem pertinet ad solum Episcopum si vacet in suo mense ordinario, collatio vero ad illos, ad quos antea pertinebat.
- 5 Præbenda Theologalis in Francia, & in Regnis Coronæ Castellæ, & Legionis per Ordinarios in quocunque mense vacauerint, providentur.
- 6 Theologalis Canonicus quo tempore, & hora, & super qua materia lecturus sit, arbitrio Episcopi relinquuntur.
- 7 Theologalis Canonicus vacare potest à lectione tribus mensibus, Iulij, Augusti, & Septembris.
- 8 Theologales Canonici diebus, quibus legunt, habendi sunt sicut præsentem in choro, non modo pro illis horis, ut si mane legant pro horis matutinis, & Missa solemnij, sed etiam pro tota die.
- 9 Theologalis Canonicus quamvis toto die, quo legit, habeatur pro præsentem, non censetur tamen præsentem matutino, quod dicitur pro die sequenti in vesperi præcedenti.
- 10 Præbenda Theologalis nec potest optari ab alio, nec præbendatus Theologalis poterit illam dimittere, & aliam optare.
- 11 Oppositum in opposito idem operatur, quod propositum in proposito.
- 12 Theologalis Canonicus, nec retento, nec dimisso officio potest optare aliam præbendam.
- 13 Theologalis Canonicus potest ab Episcopo occupari in suo seruitio, & fructus in absentia percipit.
- 14 Theologalis, seu Magistratus præbenda vacans, debet dari in commendam vni Canonico idoneo eiusdem Capituli, donec titularis provideatur.
- 15 Theologalis præbenda collatio suspendenda est, donec inveniatur Theologus secularis, cui fieri possit, & interim fructus omnes tradendi sunt Superiori alicuius Ordinis, qui curet ut aliquis Theologus ex suis Regularibus ibi publicè doceat Sacram Scripturam.
- 16 Lectio sacra Scripturæ in Monasterijs Monachorum, ubi id commodè fieri potest, haberi debet, ad quod per Episcopum ipsi Regulares compelli possunt.
- 17 Lectio Sacra Scripturæ in Conuentibus Regularium potest haberi absque licentia, seu examine Ordinarij.
- 18 Sacram Scripturam docentes in scholis publicis, & discipuli, qui in illis student, privilegijs omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia fruuntur.
- 19 Absens causa studij distributiones quotidianas non percipit.
- 20 Absens causa studij, etiam obtenta licentia à Sede Apostolica non excusatur ab amissione distributionum quotidianarum.
- 21 Studentes ut percipere possint fructus præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia, litteris ope am dare debent in studio generali, seu celebri vniuersitate.
- 22 Studium generale dicitur illud, quod est erectum, &

- & institutum per Papam, Regem seu Principem.
- 23 Scholares in Ecclesijs Cathedralibus, non gaudent eisdem privilegijs, sicut studentes in studijs publicis, & Academijs.
- 24 Scholasticorum privilegijs non gaudent, qui non student, & scholam non frequentant, nec absentes causa studij fructus suorum beneficiorum percipiunt.
- 25 Absentes causa studij possunt percipere fructus suarum præbendarum, etiam si, plusquam duo Canonici sint, dummodo id status Ecclesie patiatur.
- 26 Studentes ius Canonicum eodem privilegio gaudent, quo Sacra Scripturæ operam nauantes.
- 27 Docentes Sacram Scripturam, vel ius Canonicum, tunc percipiunt fructus præbendarum suarum, cum conducti, seu salariati docent, aut ratione stipendij, seu Cathedra, quam habent.
- 28 Studiorum causa nullus potest abesse, nisi de licentia sui Prelati, etiam si quis obtinuerit indulgentiam à Sede Apostolica.
- 29 Ordinarius quibus concurrentibus teneatur dare licentiam Canonicis, aut Beneficijs curam animarum non habentibus, volentibus facere absentiam causa studij.
- 30 Patriarchales Ecclesias obtinentibus post Concil. Triad. studendi licentia, atque in absentia studiorum causa fructus percipiendi non datur.
- 31 Licentia ut quis abesse possit causa studij à seruitio sua Ecclesia, vel sui Canonicatus, non suffragatur ultra quinquentium, à die quo cepit studere.
- 32 Docentes ius Canonicum, vel Sacram Scripturam quo ad privilegium percipiendi fructus, non habent ullam temporis determinationem, sed eo gaudent, quamdiu docuerint.
- 33 Docentes non tenentur licentiam obtinere ab Episcopo quo ad privilegium percipiendi fructus, sicut studentes.
- 34 [Presbyteris, seu alijs in Ecclesiastica dignitate constitutis, an liceat ius civile publice legere, nec non ad Cathedras Cæsarei iuris in aliqua vniuersitate se apponere, & n. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48.]



ACRÆ Scripturæ lectio in iis Ecclesijs haberi debet, in quibus præbenda, aut præstimonium, seu aliud quocunque nomine nuncupatum stipendium pro lectoribus sacra Scripturæ deputatum reperitur, Episcopis autem incumbit ut prædictum stipendium habentes munus hoc obire faciant; si verò non possunt, vel nolint, utpote quia idonei ad id non sunt, per alios suis sumptibus id efficere Episcopus curabit. In Ecclesijs autem Metropolitanis, vel Cathedralibus, & in Collegiatis, quæ sunt in aliquo insigni oppido, etiam nullius diocesis, si ibi Clerus numerosus sit, operam Episcopus dabit, ut lectio prædicta habeatur, & pro stipendio Theologi, qui sacram Scripturam doceat, si nihil sit præscriptum, ei præbenda primò liberè vacans tribuatur, et si nulla, vel sufficiens aliud adsit, Episcopus fructus alicuius simplicis beneficij assignabit vel si neque hac ratione huic Theologo prouideri possit, tunc per eos, qui beneficia habent in ciuitate, & diocesi, vel alijs, ut commodius fieri poterit, Episcopus de Capituli cõ-

filio huic prouidebit; non tamen ob hanc alia lectio omitti debet, sed & ea habenda, si haberi consueuerat: ita habetur in Concil. Triad. sess. 5. de reform. c. 1. de cuius materia & intellectu, vide Fulch. de visitat. lib. 1. c. 17. n. 11. & 12. Zerol. in praxi Episc. par. 1. verb. Præbenda Theologalis, Nicol. Garc. de benefic. par. 5. c. 4. n. 130. cum seq. Monet. de distribut. quotid. p. 2. q. 10. & de commut. vltim. volunt. c. 10. n. 19. cum seq. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 175. & in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 101. p. 4. Homobon. de Bonis de humana vita statibus p. 1. cap. 11. in princ. & cap. 12.

Huiusmodi præbenda primo vacatura, ut si Theologalis, & in Theologalemaneat erecta, requiritur ætatis deputatio, ut decisum refert Nicol. Garcia de benefic. par. 5. c. 4. n. 155. Electio personæ ad huiusmodi præbendam Theologalem pertinet ad solum Episcopum, collatio verò ad illos, ad quos antea spectabat, ita resolutum fuisse testantur Nicol. Garc. d. c. 4. n. 162. Gonzal. ad regnl. 8. Cancell. glos. 9. §. 2. n. 83. Intellige procedere quando talis præbenda vacaret in mense ordinario. nam si vacaret in mense Apostolico, vel alijs esset reseruata, seu affecta, electio personæ, & collatio spectaret ad Papam, sicut dictum est de Pœnitentiaria, alleg. præced. n. 11. ita Nicol. Garc. d. c. 4. n. 164. Gonzal. ubi proximè, quamuis Zerola in praxi Episc. par. 1. verb. beneficium, §. 3. dubio 4. & verb. præbenda Theologalis, §. 4. teneat & electionem ad Ordinarium semper spectare, quod quidem in Regnis Coronæ Castellæ, & Legionis seruati magis videtur, ubi in omnibus Ecclesijs Cathedralibus, & in nonnullis Collegiatis, canonicatus, & præbendæ Theologales lectionis sacra Scripturæ prouidentur ab Episcopis per concursum in quibuscunque mensibus vacant indifferenter, ac si essent præbendæ Doctorales, & magistrales, & non conferuntur à Sede Apostolica, sicut cætera beneficia, & referunt Gonzal. dist. §. 2. num. 86. Nicol. Garcia dist. c. 4. num. 165. qui n. 162. vers. tertiam, dicit decisum fuisse supradicta procedere, etiam in Ecclesijs Collegiatis, quarum præbendæ sunt de iure patronatus laicorum, quia etiam tunc deputanda est prima præbenda vacatura concurrentibus omnibus requisitis, persona tamen non erit nominanda ante vacationem, qua occurrente eius electio ad Episcopum, si in suo mense ordinario contingat, pertinebit, collatio verò ad quem legitime spectabat ante prædictam deputationem. [Quomodo autem sint prouidendi Canonicatus & præbendæ magistrales & Doctorales in Regnis Castellæ & Legionis, vide Bullas Sixti I V. Innocentij V III. & Leonis X. in calce huius cap. expressas.] In regno etiam Franciæ Canonicatus Theologalis est semper prouidendus per Ordinarium & Capitulum vni Theologo in quocunque mense vacauerit, ut sancitur in rubric. de collatione §. 1. & ibi Rebuff. verb. Theologalem, & verb. teneantur, refert Gonzal. glos. 9. §. 2. num. 17.

Arbitrio Episcopi relinquuntur, quo tempore, & hora, & super qua materia Theologalis Canonicus lecturus sit, qui Concilio satisfaciet si Theologiam Scholasticam legerit, à cuius lectione tribus mensibus, Iulij, Augusti, & Septembris vacare potest, ita decisum referunt Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 156. & 157. Galett. in margarita casuum conscientie, verb. legere 2. [me citato in hoc loco Alzedo d. p. 2. cap. 9. num. 42.]

Dum in Ecclesijs huiusmodi Canonici legent, quamuis à seruitio chori absentes sint, possunt de iure fructus percipere suorum Canonicatum, S 2 ex ce-

exceptis quotidianis distributionibus : ex gratia tamen diebus, quibus legunt, habendi sunt sicut praesentes in choro, & inseruientes, non modo pro illis horis, vt si mane legant, pro horis matutinis, & Missa solemnii, sed etiam pro tota die; ita decisum à Sacra Congregatione referunt Piasc. in praxi noua Episcop. par. 2. c. 3. n. 9. vers. similiter, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. proem. num. 180. Nicol. Garcia de benefic. par. 3. c. 2. num. 118. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarra lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de residentia, n. 68. Moneta de distribut. quotidian. par. 2. q. 10. num. 27. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 495. & 498. in prima editione, & resolut. 386. num. 6. & resolut. 589. num. 6. in secunda editione. [Bonac. de horis Canon. disputat. 2. q. 5. puncto 3. §. 6. me citato in hoc loco Castr. Palao in opere morali tract. 7. disput. 3. §. 6. n. 1. & nouissimè Ioan. à Solorzano tom. 2. de Iure Indiarum lib. 3. c. 14. num. 33. 34. & 35. Trulench. in exposit. Decalogi lib. 1. c. 8. dub. 12. §. 6. n. 1.] Et ¶ quamuis toto die quo legit, habeatur pro praesente in choro, etiam quoad distributiones, non censetur tamen praesens matutino, quod dicitur pro die sequenti in vesperi praecedenti, secundum consuetudinè aliquarum Ecclesiarum, prout resolutum dicitur Garc. d. c. 2. num. 118. Armendar. d. loco num. 70. Galett. in margarita casuum conscientiae verb. Canonici, pag. 29. Nald. verb. distributiones num. 9. Bonacina de horis Canon. disput. 2. quaest. 5. puncto 3. §. 6. me citato in hoc loco Sanctarel. dist. quaest. 11. num. 15. [Castr. Palao d. §. 6. n. 1. in fine. Trulench. d. §. 6. n. 1.] 9 Præbenda, quæ fuit erecta, & deputata in Theologalem pro Theologo, à sequenti Canonico optari non potest, vt decilum referunt Moneta de optione Canon. c. 3. quaest. 6. num. 129. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 34. num. 80. vbi num. 81. resolut, quod ¶ sicut Theologis præbenda non potest ab alio optari, ita nec præbendatus Theologalis poterit illam dimittere, & aliam optare, vt decisum fuit in una Aften. 26. Februarij 1601. prout refert Nicol. Garc. in addit. d. c. 4. num. 134. quia idem operatur oppositum in opposito, quod propositum in proposito. l. etsi contra tabulas 35. ff. de vulgari & pupillari substitut. l. fin. §. fin. de legat. 3. cum citatis in libello de principis vniuersae iuris lit. O. num. 13. Intelligit cum declarationibus supra adductis allegatione praecedenti circa optionem penitentialis præbendæ. Illud tamen aduertendum duxi quod ¶ Canonici Theologalis, nec renent, nec dimisso officio potest optare aliam præbendam, quia ita dictum fuit in Rota in una Lucana optionis domus 24. Ianuarij 1607. coram D. Patriarcha Manzanedo, quamuis contrariæ sententiæ libentius adhæreat Moneta de optione Canon cap. 4. quaest. 1. à num. 11. dicens in melioribus niti rationibus, & seruatiã audiri Mediolani in Ecclesia Sancti Nuzarij, in qua, qui prius Theologalem præbendam obtinebat, aliam optauit, ea simul cum onere, & officio legendi dimissa, quæ deinde alteri collata fuit, & deinde in dist. Lucana optionis domus, etiam resolutum fuit quod facta creptione præbendæ vacantis in Theologalem cum applicatione domus. quæ simul cum ea vacauit, non potuit postea talis domus optari ab alio viuitute consuetudinis, & statuti optandi tam præbendas, quam domus, vigentis in dicta Ecclesia, &c. quæ resolutio fuit postea confirmata in eadem coram eodem 13. Martij 1609. 13 Cùm Episcopus queat in suo seruitio occupare duos Canonicos Ecclesiæ Cathedralis, & fructus in absentia percipiant, cap. de cetero, c. ad audientiam,

- 10
- 11
- 12
- 13

de clericis non residentibus, [Gutier. canon. lib. 1. c. 1. n. 149. Franc. Leo in thesouro fori Ecclesiast. p. 3. c. 2. n. 28. Hieron. Venero in exam. Episc. lib. 4. c. 40. n. 2. me citato in hoc loco Alzed. de præcolle. Episc. dignit. p. 1. c. 5. n. 127.] poterit etiam occupare Canonici Doctoralem, & Magistrale, vt fuit resolutum in Rota in una Placentina fructuum 14. Martij 1550. teste Pute. decis. 294. libr. 3. quem refert Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. numero 257. 14 Vacante Magistrali, seu Theologici præbenda, debet illa dari in commendam vni Canonico idoneo eiusdem Capituli, donec titularis prouideatur, vt resolutum Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 8. num. 36. ¶ Quando vero secularis clericus non reperitur tam pro Theologici præbenda, quam pro eius officio exequendo, collatio illius suspendenda est donec inueniatur Theologus secularis, cui fieri possit, & interim nullus est deputandus custos, aut curator fructuum ipsius præbendæ, sed illi omnes tradendi sunt Superiori alicuius Ordinis, qui curet vt aliquis Theologus ex suis Regularibus publicè in Cathedrali Ecclesia doceat sacram Scripturam, prout mandatum Decreto Concilij dist. cap. 1. atque imprimis necessaria subiungit de prædictis fructibus, quod reliquum fuerit in vsum Monasterij conuertat, resolutum refert Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. præbenda Theologici, §. 5. & in §. 2. dicit etiam decilum, quod ubi vigerit consuetudo, quod detur à Capitulo stipendium proprio Theologo, ea seruanda est, quod si illud etiam poterit Theologum reddere diligentiorum in sui muneris functione, triennium eius conductionis Ordinarium vnà cum Capitulo præstare debet. 16 In Monasterijs Monachorum, vbi id commodè fieri potest, sacræ Scripturæ lectio haberi debet, vt probat Concil. Trid. dist. cap. 1. vers. in Monasterijs, Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 15. num. 73. quapropter poterit Episcopus Regulares suæ diocesis, vt à Sede Apostolica delegatus, compellere, vt lectionem sacræ Scripturæ in Monasterijs suis habeant, ita resoluunt Franc. Leo in thesouro fori Eccles. par. 2. cap. 2. num. 59. Campanil. in dinerfor. inris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 5. Piasc. in praxi noua Episc. par. 2. cap. 3. num. 41. vers. item, vbi etiam refert Paulum V. felicis recordationis ordinasse, vt in omnibus Regularium domibus, seu Monasterijs, lectio linguarum Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, & Arabicæ habeatur, & à Regularibus diligenter addiscatur, Constitut. sua incip. Apostolicae seruatus, anno 1610. Kalendis Augusti. ¶ Ad illam lectionem sacræ Scripturæ in conuentibus Regularium habendam non requiritur licentia, seu examen Ordinarij, prout refert decilum Galet. in margarita casuum conscientiae, verb. legere, & verb. licentia 3. Hæc sunt quæ veluti frequentiora de Theologici præbendæ institutione, & collatione adducere in praesentiarum operæ pretium duxi, quorum occasione opportunum iudicanti si aliqua de docentibus, vel studentibus sacram Scripturam in studio generali, seu celebri vniuersitate hic adducerem, quæ pro complemento huius alleg. & faciliore Decreti Concilij Trident. in dist. cap. 1. explicatione, sequuntur. 17 Docentes sacram Scripturam in Scholis publicis, & discipuli, qui in illis student, priuilegijs omnibus de perceptione fructuum præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia à iure communi concessis plenè gaudent, & fruuntur, ita disponit Cone. Trid.

- 14
- 15
- 16
- 17
- 18

Trid. d. cap. 1. in fine, id quod iure communi cautum fuit in cap. ult. de magistris, ibi, docentes vero, &c. vbi Abb. Rebuff. in praxi iur. de dispensat. de non resid. num. 25. & in tract. de priuileg. Scholar. priuileg. 29. & 31. Horat. Luti. cod. tract. priuileg. 99. & 100. Fr. Emman. in summ. rom. 1. cap. 33. num. 2. & tom. 2. cap. 36. num. 2. & in addit. ad Bullam Cruciatæ cap. 7. ad 4. concl. num. 27. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 54. Vega par. 1. cap. 36. casu 41. Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 9. num. 10. Petr. Lesnaud. in tractat. de priuileg. Dist. par. 2. §. 2. Iacob. Benn. in tractat. de priuileg. Iurisconsult. par. 1. priuileg. 15. num. 1. Carol. de Grassis in tract. de effectibus cleric. in prelod. à num. 106. Vgolin. de officio, & potest. Episcop. cap. 19. in princ. num. 6. & cap. 43. §. 2. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 4. quaest. 3. & cap. 5. quaest. 1. & 8. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. proem. n. 180. Aloys. Ricc. in collect. decis. 446. Alex. Moneta de distribut. quotid. par. 2. quaest. 10. à princ. Sanctarel. var. resolut. quaest. 3. à num. 9. [nouissimè Ioan. de Solorzano d. lib. 3. cap. 14. n. 26. Nam, vt inquit Iacobus Bennius in tract. de priuileg. Iurisconsult. p. 1. priuileg. 15. num. 6. in fine, non minus seruite dicitur Ecclesiæ qui studet, vel docet, quàm ceteri Diuini interestentes. Cui conueniens Horat. Luti. de priuileg. Scholar. priuileg. 110. post princip. dum inquit quod iuris interpretatione abesse non videtur qui docet in Scholis, me citato in hoc loco Trulench. in exposit. Decalogi lib. 1. cap. 8. dub. 12. §. 9. à princ.] ¶ Distributiones tamen quotidianas non percipit absens causa studij, vt probat cap. licet, de præbendis, ibi, nolimus tamen, vt quotidianas distributiones, quæ tantum residentibus in Ecclesiis, & his qui interfuit horis Canonicis, exhibentur, ei vibus faciatis, vt ibi adnotarunt gloss. Abb. & alij Doctores, alia gloss. verb. integrè in d. cap. vlt. & hoc procedit etiam post Cõcil. Trident. quod nihil circa hoc innouauit, & ita decilum fuisse referunt Ioan. Gutier. canon. lib. 2. cap. 15. num. 12. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. distributiones quotidianas §. 3. Gonzal. dist. §. 7. proem. à num. 78. Garcia d. cap. 4. num. 112. Sandou. de officio Eccles. par. 6. cap. 17. Quaranta in summa Bullarj verb. residentia vers. quod autem, Moneta d. cap. 10. num. 23. Stephan. Gratian. discip. forens. cap. 166. num. 17. Vgolin. d. cap. 19. §. 2. num. 6. Armendar. d. loco num. 67. Aloys. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 495. in 1. edit. & resolut. 386. num. 3. in 2. edit. [me citato in hoc loco nouissimè Ioan. de Solorzano in tract. de iure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 14. n. 21. & Castr. Palao d. §. 9. num. 13. in fine, me citato Trulench. d. §. 9. in princ.] Qui enim studiorum causa quacunque facultate absunt, nec distributiones quotidianas, eo ipso absentia tempore, nec vero illam præbendæ suæ partem tertiam in eius generis distributiones Trident. Decreti auctoritate iam conuersam capere possunt, referunt decilum Aloys. Ricc. d. resolut. 386. num. 3. in fine, Moneta d. n. 24. itat absentia causa studiorum etiam obrenta licentia à Sede Apostol. non excuset ab amissione istius tertie partis detractæ, sicut neque excuset ab amissione distributionum quotidianarum, ita etiam Armendar. d. loco num. 123. Gonzal. d. §. 7. proem. num. 179. Et aduertit Aloys. Ricc. in praxi aucta 20 resolut. 70. num. 3. quod ¶ quando præbenda est tenuis, & ferè omnes fructus consistunt in distributionibus, absens causa studij lucratur etiam distributiones dempta tertia parte. [Idem circa hanc tertiam partem distributionum detrahendam tenent Piasc. in praxi Episcop. par. 1. cap. 3. num. 10.

Nicol. Garc. in addit. ad d. cap. 2. num. 353. quicquid aliud velit nouissimè Ioan. de Solorzano d. lib. 3. cap. 14. num. 28.] 21 Debent huiusmodi studentes ad percipiendos fructus præbendarum, & beneficiorum suorum in absentia litteris operam dare in studio generali, seu celebri vniuersitate, c. tua, de clericis non resid. cap. 2. de priuileg. in 6. Lecl. Zech. de Republ. Eccles. iur. de cleric. num. 7. vers. 28. Horat. Luti. ad fin. tract. de priuileg. schol. iur. de his qui gaudent priuilegijs scholarium num. 23. Flores de Mena var. lib. 3. quaest. 24. num. 19. [me citato in hoc loco Castr. Palao in opere morali. tract. 7. disput. 3. puncto 5. §. 9. num. 1. & Trulench. d. §. 9. num. 3.] ¶ Et studium generale illud dicitur, quod est erectum, & institutum per Papam, Regem, seu Principem, Perez l. 1. tit. 10. lib. 1. Ordin. Cassan. in Catalogo gloria mundi par. 10. consid. 32. Hortig. in patrocinio pro Casarang. gymnasio par. 1. à num. 13. & par. 3. num. 2. [me citato in hoc loco Solorzan. dist. lib. 3. cap. 14. num. 36.] Vnde non sufficit studium, quod non est vniuersitas, quamuis in eo optimè legatur, & publicè cuiusque audire volenti, quicquid dicat Moneta d. quaest. 10. num. 17. 23 Hinc etiam Scholares in Ecclesiis Cathedralibus non gaudent eisdem priuilegijs, sicut studentes in studiis publicis, & Academicis, prout decilum referunt Nicol. Garcia dist. cap. 2. num. 117. Armendar. d. loco num. 124. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. §. 9. n. 1. in fin.] 24 In studiis autem publicis litteris operam dantes debet summa diligentia illis incumbere, otiosi enim, qui non student, & scholam minimè frequentant, non gaudent priuilegijs Scholasticorum, nec absentes causa studij fructus suorum beneficiorum percipiunt, iuxta resoluta per Tiraquell. in tract. cessante causa par. 1. num. 213. Mascard. de probat. concl. 1290. num. 9. cum sequentib, [me citato in hoc loco Castr. Palao dist. §. 9. num. 5.] Fr. Emman. quaest. regular. tom. 1. quaest. 9. art. 10. Prosper de Augustino in addit. ad Quarantam in summa Bullarj. verb. residentia vers. limita pag. 443. Sanctarel. var. resolut. quaest. 3. num. 16. ¶ Hoc tamen priuilegio gaudebunt studentes, licet aliquando diuertant ad Curiam Romanam, neque semper studeant, modò id faciant pro maiori parte anni, Moneta d. quaest. 10. num. 19. & num. 20. resolutit numerum Canonicorum, qui absentes causa studij percipere possunt fructus præbendarum, non esse indistinctè restringendum ad duos Canonicos, se posse ad plures extendi, modo id status Ecclesiæ patiatur. 26 Quamuis Concil. Trident. d. cap. 1. prædictum priuilegium Scholaribus sacræ Scripturæ studentibus concedere videatur, idem tamen est in studente, vel docente sacros Canones, vel ius Canonicum, vt per Abb. in cap. tua fraternitatis, num. 5. & 6. de cleric. non resid. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. §. 9. num. 3. & Trulench. dist. §. 9. num. 4.] Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 65. Moneta d. cap. 10. num. 4. & num. 21. resolutit clericum, qui abest causa studij in iure Ciuili percipere fructus in absentia, dummodo non sit Sacerdos, Archidiaconus, Decanus, Præpositus, Cantor, vel Personatum habens, nam his prohibitum est sub pena excommunicationis ipso facto leges, & physicam audire, vt habetur in cap. fin. ne clericis, vel Monachis, Carol. de Grassis de effectibus cleric. effectus 29. à num. 1. quare super hoc erit ab huiusmodi clerico impetrandum speciale priuilegium. Et redeundo ad

- 21
- 22
- 23
- 24
- 26

nostrum institutum dico, quod ex eo prædictum privilegium Scholaribus sacræ Scripturæ studentibus concessum procedit in studentibus iuri Canonico, quia hodie ad Ecclesiam bene regendam non minus prodest ius Canonicum, quam Theologia. Iacob. Benn. in tract. de privileg. Iurisc. priv. 15. n. 4. par. 1. Carol. de Grassis de effect. cleric. in prælod. n. 95. cum seqq.

27 Quoad docentes verò id videtur intelligendum de iis, qui docentes conducti, seu salariati, aut ratione stipendij, seu Cathedræ, quam habent, non verò de iis, qui sponte, aut voluntariè legunt sine stipendio, & Cathedra, nisi legant cum licentia Vniuersitatis, seu claustris, sine collegij Doctorum; nam in d. cap. ult. de Magistris, & in Concil. d. cap. 1. solum requiritur, quod publicè in Scholis doceant, seu legant, & ne quilibet hoc titulo, velit se à residentia excusare, requiritur licentia Vniuersitatis, seu claustris, quæ non debet dari nisi iis, qui apti, & viles videantur ad docendum, ita refert decisum Garcia d. cap. 2. num. 59. & 60. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. §. 9. n. 2.]

28 Nullus studiorum causa potest abesse, nisi de licentia sui Prælati, cap. cum ex eo, de elect. in 6. c. tunc fraternitatis; de clericis non resid. ibi, Canonici, quibus studiorum gratia est indultum, ut in absentia sua fructus percipiunt præbendarum, iuxta primum intellectum quem affert ibi gloss. 1. verb. indultum, hoc est indultum ab Episcopo, vel etiam in iis verbis sequentibus accepta licentia, se ad villas transferunt, iuxta secundum intellectum eiusdem gloss. ibi, iuncta expositione, Abb. ibidem, & aliorum ad verb. accepta licentia, quasi licentia sit accipienda etiam à Prælato, cum quis ea de re indultum obtinuit à Sede Apostol. huiusmodi enim licentia Prælati requiritur ne indociles, & inepti se cõferant ad studia contra mentem iurium id permittentium, & ne multitudo nimia in detrimentum, & diminutionem seruitij Ecclesiæ ab sit, & ita post multos quos refert, resoluit Nicol. Garc. dist. cap. 2. num. 88. [quem refert me citato in hoc loco Castr. Palao d. §. 9. num. 7. vers. nihilominus.] & declarauit Pius IV. sua Constit. incip. Sanctissimus die 24. Nouemb. 1564.

29 ¶ dispensationes, & indulta de percipiendis fructibus præbendarum, & beneficiorum in absentia causa studij, quæ à sacra Pœnitentiaria, vel Sede Apostol. concedi, & emanare cõtingunt, nequaquã huiusmodi absentibus suffragari, nisi singulorum Ordinarium locorũ, in quibus singula beneficia huiusmodi cõsistant, cõsentus gratis præstâdus ad id accedat, refert Moneta d. q. 10. n. 9. Vnde in canonicaribus, & aliis beneficiis nõ curatis residentia requirentibus renebitur Ordinarius dare licentiam absentibus ratione studij, dummodo in petentibus concurrant requisita, de quibus supra, ac vt in publico, celebrique gymnasio Theologiæ, vel sacris Canonibus student, & minores sint 30. annis, prout decisum refert Sanctar. d. quest. 3. num. 13. Garc. d. cap. 2. n. 82. & 86. Armend. in addit. ad reop. legum Navarra lib. 2. tit. 23. l. 2. §. 2. de absentia num. 121. [me citato in hoc loco Trulench. d. §. 9. num. 3. post princip.]

30 ¶ Obtinentibus tamen Pæctoribus Ecclesiis post Concil. Trid. studendi licentia, atque in absentia studiorum causa fructus percipiendi non datur, decisum refert post Gonzal. Prosp. de Augustino in addit. ad Quarantam verb. residentia vers. item limita, Fatin. decif. 29. in nouiss. Aloyf. Ricc. in collect. decif. par. 3. collect. 563. in med. & in praxi fori Eccl. decif. 502. in fin. in 1. edit. & resol. 393. in fin. in 2. edit. it. & decif. 364. in 1. edit. & resol. 319.

num. 1. in fine in 2. edit. & constitutum est in Concil. Brachar. IV. act. 4. c. 9. Ideo parochia causa studiorum licentia hodie danda non est, quia per Concil. non admittuntur, nisi qui per concursum magis idonei fuerint iudicati, refertur decisum Garcia d. cap. 2. num. 81. Armend. d. loco num. 121. [& ita praxis Curia Romanæ obseruat, quamuis pōsse ordinarium Parochia studere volentem hanc licentiam concedere, non obstante Tridentino, existimauerint Selu. Nau. Horat. Luti. Toler. Gregor. de Valentia, Salzedo, Fr. Emman. Anton. Gomez. Zerol. Lessi. Azor. & alij, quos refert & sequi videtur Castr. Palao d. §. 9. num. 9. & me citato in hoc loco Trulench. d. §. 9. num. 3. vers. obtinentibus.]

31 Licentia hæc, vt quis abesse possit causa studij à seruitio suæ Ecclesiæ, vel sui Canonicatus, non suffragatur vltra quinquennium à die, quo cœpit studere, prout de iure probat text. in d. cap. ult. de Magistris, & ex eo tradunt Garc. d. cap. 2. num. 105. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. §. 9. num. 11.] Moneta d. quest. 10. num. 14. vbi num. 15. nititur respondere ad text. in cap. ex eo, de elect. in 6. quo attempto videtur extendi ad septennium, refertur decisum Salzedo ad Bernardum in præf. crimin. cap. 33. incip. In nullo beneficio resident, Armend. dicto loco num. 99. & 102. ¶ Sed id referendum non est ad docentes, nam ipsi quoad privilegium percipiendi fructus, non habent vllam temporis determinationem, sed eo gaudent quandiu docuerint, vt patet ex Conc. Trid. d. cap. 1. & ex d. cap. ult. de Magistris, vbi Abb. num. 4. & 5. quem refert, & sequitur Monet. d. quest. 10. num. 10. [me citato in hoc loco Castr. Palao dist. §. 9. num. 11.] ¶ Nec etiam in docentibus requiritur licentia Episcopi, sicut in studentibus, prout sibi decisum fuisse refert Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 59. ad quartum. [me citato in hoc loco Castr. Palao dist. puncto 9. §. 9. n. 4. in fine.]

32 Quæstio est dubia, an Presbyteris, seu aliis in in Ecclesiastica dignitate constitutis liceat ius ciuile publicè legere, necnon ad Cathedras Cæsarei Iuris in aliqua Vniuersitate se opponere? Olim Vallesoleti hac de re fuit multum discipulatum. Prio negatiua allegabatur text. in cap. non magnopere, ne clericis, vel Monachis, vbi expresse Religiosis prohibetur ne leges, vel physicam legant, citabatur etiam text. in cap. super specula, de primil. vbi Honorius III. firmiter interdicat, & inhihet, ne Parisiis, vel in ciuitatibus, seu aliis locis vicinis, quicumque docere, vel audire Ius Ciuile præsumat, ex quo text. colligunt Rebuff. in tract. nominat. quest. 5. num. 18. cum seqq. Menoch. de arbitr. cas. 425. num. 33. prohibitum esse in Presbyterali Ordine, seu dignitate Ecclesiastica constitutis non solum audire, sed etiam publicè leges interpretari, & docere. Deinde pro hac parte adducitur l. culpa C. de malefic. & mathem. ibi, Culpa similis est tam prohibita discere, quam docere, iuncta l. omnes, ibi, vel docere, vel discere; C. de heretici. Denique plures ad hoc comprobandum adducuntur rationes. Prima, quæ colligitur ex d. cap. non magnopere, ibi, ne occasione scientia, spirituales viri mundanis vniuersitatibus inuoluantur, & c. & ex d. cap. super specula, ibi, quia Theologia studium cupimus ampliari, & c. Secunda ex indecentia, quæ hinc oritur, ponderata l. repetita C. de Episcop. & cler. & a l. consulta diuina C. de testam. ibi, absurdum clericis est, imò etiam opprobriosum si peritos se velint ostendere disceptationum esse forensium. Quare hanc partem sustinere videntur Ioan. Monach. in cap. 1. num. 5. ne clericis, vel

vel Monachi lib. 6. Maiol. de irregul. lib. 2. cap. 1. num. 3. Syluest. in summ. verb. excommunicatio 9. num. 26. Quinil. Mandol. in praxi tit. licentia audienti leges & physicam, vers. Idem Honorius, vbi firmiter quod Monachi professi & Presbyteri, ac alij supra nouati leges audire prohibentur, illalque aliis publicè legere, & declarare.

33 Contrarium verò, imò quòd docere publicè leges esse licitum Presbyteris, illisque nullibi reperiri prohibitum, videntur insinuare gloss. in d. cap. non magnopere notab. 1. dum ex illo text. colligitur auditum tantum prohiberi, & nihil de prohibitione doctrinæ adicit: de auditu etiam tantummodo summavit Host. in princ. ibi, sic dicens, prohibetur ne Religiosi leges, vel physicam audiant, sequuntur per eadem fere verba loquens Ioan. Andr. Henric. Boich, Collectar. Card. Zabarel. Anchar. Anton. de Butrio, Abb. Panorm. & Boëtius Eponfrisus, & ita habetur in summario eiusdem text. Idem probant gloss. & omnes in d. cap. super specula fin. vbi de auditu tantum acceperunt, & summauerunt illum textum, gloss. etiam in cap. 1. not. 1. cod. tit. lib. 6. Host. in sua sum. tit. ne cleric. vel Monachi num. 11. vers. & Religiosi, & tit. de sentent. excommuni. §. si quis possit excommunicare, vers. 22. & 23. Greg. Lop. & Montalu. l. 28. tit. 7. part. 1. & in l. 2. tit. 9. par. 1. vers. la onzena, Gambart. de auctoritate legati lib. 2. tit. de varijs Ordin. nomin. num. 281. cum seqq. Selua de benefic. p. 3. quest. 5. fol. 194. Ludou. Gom. ad reg. de non tollendo iure quæsio, quest. 3. in fine, Petr. Greg. synag. Iuris par. 2. cap. 7. num. fin. & cap. 9. in fine, & in part. Iuris Canon. lib. 4. tit. 8. cap. 10. num. 3. Bernard. Diaz. in praxi cap. 59. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 5. num. 8. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. studium §. ad 5. el. 1. vers. primum dubium, Albert. Troiti. de vero & perfecto clerico lib. 2. cap. 35. Marta de iurisd. par. 4. casu 168. num. 2. Ex Theologis S. Antonin. in sum. tom. 3. tit. 24. cap. 52. Sum. Armil. verb. excommunicatio 48. Caiet. eod. verb. cap. 50. Aluar. Pelag. de plantis Ecclesia lib. 2. cap. 69. col. 22. fol. mibi 199. Læf. Zech. de Repub. Eccles. tit. de clericis vers. 3. num. 88. & tit. de Relig. ingredi. cap. 4. vers. y verò à multis cauere debent, Vinald. in candel. aureo in tract. de excommuni. num. 132. vers. 6. Crespel. in summ. Ecclesiastica disciplina verb. Monachus interdicitur pag. 627. Fr. Ludou. Lopez in instruit. Conscient. tit. de Clauibus Eccles. cap. 20. de excommuni. nulli reservatis pag. 944. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. quest. 67. art. 3.

34 Et magis in terminis Ioan. Andr. in reg. cum quid una via, de regul. Iuris in 6. vbi post longam disputationem, & responsum ad omnia argumenta, concludit circa fin. quod doctrina legum non est prohibita, & quod sic de Iure communi etiam sine privilegio possit Presbyter doctorari, & docere; nec esse simile ait quod dicitur de patrocinando in Iure Ciuili; quia illud specialiter, & expresse inuenitur prohibitum, docere vero Ius Ciuile minime.

35 Gasp. Calderin. conf. 2. de magistr. inter consilia Joannis Calde. ait non oblatere opinionem eorum, qui dicunt Religiosis non possederit priuati incombere studio Iuris Ciuili, quia illud procedit in eo, qui de nouo incipit studere, non in eo, qui studuit ante Monachatum, & post Monachatum, & dignitatem Abbatiæ, vult licentiarum, & doctorari in Iure Ciuili.

36 Abb. Panorm. in d. cap. super specula ex num. 16. ita ait. Concludo quod cap. non magnopere, & istud

solum loquuntur in audientibus, seu studentibus ad discendo, & isti sunt, qui incurrunt pœnas prædictas: legentes autem, idest, docentes, non pœno incurrere hæc pœnas, nec etiam illos, qui non student ut audiant, quia verba illis non conueniunt, & à verbis constitutionis pœnalis non est recedendum, & c.

37 Boëtius Eponfrisus in lib. 5. questionum hereticarum Iuris Canon. vbi scripsit commentaria ad tit. no ne clericis, vel Mon. in lectura ad d. cap. non magnopere num. 27. ibi, Ad legendas leges, & paulo post, legesve mundanas legendas. Legendas, id est, audientibus: audientes enim quoque legunt, & relegunt audientia. Sic præter interpretes alios hæc Alexandri III. & Bonifacii VIII. vbi pro legere (quod hic ponitur obscurius) ipsi ponunt audire. Seruum hæc ad varias questionibus de Monacho, vel alio clerico studere ciuilibus legibus prohibito dissoluendos, ut exempli gratia, qui non audiat quidem proficentes Doctores, ad per se se studiat, ac leges Ciuiles legat, relegat quæ tamen pro studio suo principali, sit ne videlicet ob tale studium censendus anathemate per huius cap. decisio nem percussus: quia cum Constitutiones pœnales restrictam recipiant interpretationem, nec ab ipsis eandem verbis, & quidem syllabis recedendum sit, ut proprium casum non excedat, quantumlibet forte ratio videretur eadem, proprius est ut hæc excommunicatio talem non tangat. Quemadmodum nec illos tangit Monachos, vel Clericos qui leges Ciuiles vel priuatiim, vel etiam publicè docere aggredierentur.

38 Nauarrus vir quidem pius, & doctus in man. cap. 27. num. 116. ait quod nemo ex contentis in d. cap. super specula, incurrit pœnam illius text. eo quod doceat Ius Ciuile etiam extra domum suam, iuxta Innoc. & Panor. quicquid dicat Syluester, & c. Et in cap. non dicatis num. 2. vers. tertio dico, ibi, Iure verius esse contrarium eius, quod Robuffus ait, nempe quia sola auditio publica, & studium audientium publice vetatur Monachis, sed non auditio priuata, nec prælectio, seu (ut uia dicam) doctio publica, ut efficaciter probat Panorm. in d. cap. super specula, per contextum illum, adiuncto contextu cap. non magnopere, quod solide confirmatur per prædictam determinationem Calderini d. conf. 2. de Magistris, & c. & conf. 2. ne clericis vel Mon. ait, quod Presbyter etiam sine alicuius licentia, & incurfione pœnæ potest doctorari in Iure Ciuili, & conf. 5. cod. tit. num. 1. ait quod non vetatur prælectio legum Ciuilium etiam in institutis in dignitate, sed tantum auditio.

39 Iacobus de Grassis in decif. aureis casuum Conscientia lib. 4. cap. 21. num. 3. ibi, non tamen incurrunt si docent leges vel physicam etiam extra domum suam, iuxta Innocent. & Panorm. contra Syluest. & c.

40 Salzed. ad Bernard. Diaz. cap. 39. vers. illud, tenet quod is qui ante Clericatum Iuri Ciuili operam dedit, post clericatum ad doctoratum poterit promoueri, & reprehendis Rebuffum, qui de contrario Curia stylo atteritur, & in vers. fin. ait quod in d. cap. super specula, tantum legum auditio clerico prohibetur, non tamen ipsarum prælectio.

41 Cardin. Tolet. in summ. lib. 1. cap. 37. num. 4. ibi, Nec comprehendit docentes dictas scientias.

42 Stephan. de Auila in tract. de censuris pag. 7. disp. 5. sect. 3. dub. 10. vers. si opponas, vbi refertens &

& sequens Panormitanum ait quòd quamuis non liceat Presbyteris audire leges, licet tamen eas docere.

Vega in *summa Hispana tom. 1. cap. 85. verb. Defcommunion, caso 179.* sic ait in proposito *Lo quarto y ultimo que se ha de notar es que ninguno de los incurra por enseñarla, aunque sea fuera de su casa, segun Innocencio y Panormitano, aunque Sylvestro diga lo contrario.*

Franc. Suarez vir vsque ad miraculum doctus, *tom. 5. de censur. disp. 23. sect. 3. ex num. 17.* vbi ex professo questionem tractat, & cum Innocencio, Panorm. & Nauarro contra Host. & Archid. tenet quòd docentes non comprehenduntur, & quòd verbum *legendi*, intelligendum est vt non sit idem quòd docere, sed quòd studere huiusmodi doctrinis, & *num. 18.* quòd ita declaratum est à sequentibus Summis Pont. & quòd decisio *dicitur cap. super specula, & dicit. cap. non magnopere*, est pœnalis, & odiosa, nec valet in ea argumentum ob similitudinem rationis, & quòd est maxima disparitas in exitu ad docendum has disciplinas, quia rarissimus est, & vix moraliter contingit, & ideo de illo non oportuit legem condere.

Eandem sententiam sustinent Sayr. *de censur. lib. 3. cap. 32. num. 10.* Filliuc. *tract. 14. cap. 7. quas. 2. num. 104.* Sanctarel. *de apostasia cap. 2. num. 18.* apud quos omnes videbis responsiones ad fundamenta in contrarium adducta.

Nam ad primum de *d. cap. non magnopere*, respondetur in eo tractari de Religiosis leges docentibus, non tanquam purè magistris, sed de illis, qui eas docendo student, iuxta illum versiculum, *Discere si queris, docere, sic ipse doceris,* què refert Rebuff. *de priuil. Scholar. priuil. 51. n. 136.*

Vnde ex mèse & verbis illius tex. particula, lectionis, accipitur pro lectione discipuli & nō magistri, sicut accipitur in multis aliis locis, *cap. 1. de elect. cap. cum ex eo, eod. tit. in 6. cap. fin. 36. dist. cap. fin. de etate & qual. cap. post translationem, de reuoc. vt dicit in terminis Ioan. Andr. in reg. cum quid vna via n. 8. in mercurialib. quem refert & sequitur Abb. in dicit. cap. super specula, num. 16.* sic concludens dico quòd *d. cap. non magnopere* non loquitur de legentibus, sed de addicentibus, vnde ponitur ibi *legere* largo modo, quia omnis qui studet, vt proficiat, legit. Ad tex. verò in *d. cap. super specula, illo tit. ne clericis vel Mon.* eodem modo responderetur, quòd scilicet nō prohibet clericis secularibus, quòd tanquam magistri legere, & docere alios possint. Sed ad aliud *cap. super specula, de priuil.* respondetur decisionem huius tex. non importare constitutionem generalem, sed specialem pro ciuitate tantum Parisiensi, aliisque vicinis. Ad *l. culpa, & ad l. omnes*, respondent fere omnes loqui de facultatibus, & scientiis reprobatis, & à iure prohibitis, qualis est magia, de qua in *d. l. culpa*, & de hæresi, in *d. l. omnes*, scientia verò legalis prohibita non est, sed laudata & approbata in vtroque iure, *l. 1. ff. de iustit. & iure, l. 1. ff. de var. & extraord. cognit. ibi, est quidem res sanctissima Civilis scientia, dicit. cap. super specula, de priuil. cap. 1. & 2. de noui operis num. cum pluribus aliis adductis à Rebuff. dicit. tract. nominat. quas. 5. ex num. 14.]*

ALLEGATIO LVII.

Episcopus que beneficia possit conferre?

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficiorum omnium in diocesi existentium collatio, & institutio de iure spectat ad Episcopos loci Ordinarios, & in iure ea conferendi fundamentam habent intentionem.
- 2 Beneficia in quolibet mense vacantia poterant olim conferre Episcopi.
- 3 Episcopus vniuersalis Ecclesia est Summus Pontifex.
- 4 Orbem totum pro propria diocesi habet Summus Pontifex.
- 5 Episcopus Episcoporum dicitur Summus Pontifex.
- 6 Ordinarius Ordinariorum est Summus Pontifex, concurruntque cum omnibus Ordinariis.
- 7 Summus Pontifex in beneficiis liberam, ac plenissimam habet potestatem.
- 8 Beneficia omnia respectu Summi Pontificis sunt manualia, & in eis vti potest plenitudine potestatis.
- 9 Papa quamuis transtulerit potestatem in Episcopos conferendi beneficia suarum diocesium, penes ipsum tamen maior remanet.
- 10 Papa etiam in mensibus, quos Ordinarius concessit, si prænati in conferendo, valet eius collatio.
- 11 Præuentionis voluntas colligitur ex clausula contenta in litteris, dummodo tempore data non fuerit alicui ius quasitum.
- 12 Papa, & Ordinarius si alicui conferant beneficium cum eadem data, & die, si prouisus ab Ordinario sit in possessione, eius prouisio est præferenda.
- 13 Collatio facta duobus à diuersis eodem die, nec apparet, cui prius fuerit facta, potior est conditio possidentis.
- 14 Beneficij collationem à Papa vnus habens, alius vero ab Ordinario, si non apparet de prioritate, præfertur, qui à Papa impetrauit propter prærogatiuam concedentis.
- 15 Beneficij collatio facta vna die à Papa, & Ordinario, præualet collatio Ordinarij, si in ea apposta sit hora, & in collatione Papa non.
- 16 Papa etiam quòd prouideat in mensibus alternatiue, non est necessaria illius derogatio.
- 17 Papa Ordinariam potestatem conferendi beneficia per reservationes coartare potest.
- 18 Reservationes generales, & speciales quo dicuntur.
- 19 Reservata sunt dispositioni Rom. Pont. omnia beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam, vel in Curia.
- 20 Ordinarius si prouideat de beneficio quòd vacauit in Curia, prouisus non habebit titulum coloratum.
- 21 Vacare apud Sedem Apostolicam quando dicatur beneficium, vt sit reservatum.
- 22 Beneficia apud Sedem Apostolicam vacare dicuntur non solum per obitum, sed etiam per resignationem.

23 Res

23 Resignantes beneficia in Curia Romana permutationis causa si moriantur extra Curiam ambo, vel vnus eorum ante completam permutationem, ea beneficia in curia vacare dicuntur.

24 Beneficia in curia vacare dicuntur quando ibi priuatio, aut alij vacationis modi inducuntur.

25 Beneficia Iurispatronatus laicorum non dicuntur vacare in curia, vt dispositioni Summi Pont. referuntur.

26 Beneficia Iurispatronatus laicorum non comprehenduntur reservationibus, etiamsi sint generales, & in corpore iura clausa, quamuis ad sint in reservatione verba illa, ad cuiuscunque collationem, prouisionem, electionem, præsentationem, &c.

27 Beneficia, que sunt mixta Iurispatronatus clericorum, & laicorum cum ad propositum laicalia censentur, non comprehenduntur sub reservatione beneficiorum in curia vacantium.

28 Beneficia Iurispatronatus laicalis competentia ex priuilegio, vel prescriptione, non tamen ex fundatione, constructione, vel dotatione, dicuntur vacare in curia.

29 Beneficia regularia non veniunt in reservatione vacationis in curia.

30 Beneficia curam animarum habentia si vacent in curia ante collationem Apostolica Sede vacante, collatio ad Ordinarium ob animarum periculum pertinet.

31 Beneficia illorum, qui in Vrbe degunt ratione originis, vel domicilij, non comprehenduntur sub reservatione beneficiorum in curia vacantium, nisi etiam curiam sequantur, & curiales existant.

32 Beneficia de Vrbe non comprehenduntur sub reservatione de beneficiis vacantibus apud Sedem Apostolicam.

33 Beneficia dispositioni Romani Pontificis reservantur per solam appositionem sue manus, quamuis inutiliter factam.

34 Papa si manum apposuit in aliqua commissione signanda per talem signaturam voluit totum negotium ad se aduocare, & inferiorem manu ligare.

35 Beneficia vacantia, Sede Episcopali vacante cuiuscunque speciei, & qualitatis sint, referuntur dispositioni Summi Pontificis.

36 Beneficiorum collatio, que vacant propter crimen hæresis cum cura, & sine cura, secularia, & Regul. referuntur Summ. Pontif. dispositioni.

37 Prouisio facta de beneficio incarcerati propter crimen hæresis an sit valida ante sententiam criminis declaratoriam, ostenditur.

38 Beneficia per crimen hæresis an vacent ipso iure, vel post sententiam latam, ostenditur.

39 Beneficia vacantia per priuationem sunt reservata dispositioni Summi Pont.

40 Beneficia collata personis prohibitis propter suum genus ad nouam Romani Pont. prouisionem pertinent.

41 Beneficia quacunque recepta in confidentiam vacant ipso iure, & sunt Apostolica Sedi reservata.

42 Beneficia quacunque recepta in confidentiam non Barbof. de Episcopo Pars III.

solum vacant ipso iure, sed etiam que obtinebat confidentiarius.

43 Beneficia parochialia collata non seruata forma Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 18. sunt Sedi Apostolica reservata.

44 Beneficia, que intra sex menses à die, qua nouit beneficium vacare, Ordinarius conferre noluit, & similiter Archiepiscopus, statim ad Papam deuoluuntur.

45 Beneficia omnia, que per resignationem, vel obitum auctoritate Apostolica conferuntur, cum decreto, quòd prouisus beneficium iure obtentum in manibus Papæ intra duos menses dimittere teneatur, illis elapsis, non facta huiusmodi dimissione, Sedi Apostolica reservantur.

46 Beneficia vacantia ob non publicationem resignationum referuntur Sedi Apostolica.

47 Beneficia vacantia per violationem sequestri lite pendente in curia, referuntur dispositioni Summi Pontificis.

48 Subrogatio in iuribus defuncti spectat ad Papam.

49 Beneficia litigiosa ad effectum, vt Ordinarius non possit prouidere, dici possunt dispositioni Summi Pontificis reservata.

50 Canonic. & præbenda Metropolitana Casarugusta in mensibus Ianuarij, Aprilis, Iulij, & Octobris sunt reservata Sedi Apostolica.

51 Beneficia consistentia in Vrbe soli Papæ, veluti Episcopo Rom. referuntur.

52 Beneficia collata à Cardinalibus vigore suorum indultorum referuntur Summo Pontifici, quòd intra sex menses prouisi à Sede Apostol. nouas prouisiones non impetrauerint.

53 Beneficia vacantia in Abbazia S. Crucis Camaldulen. sunt reservata dispositioni Romani Pont.

54 Beneficia Regni Germanie vacantia, & vacatura in mensibus Ianuarij, May, Iulij, Septembris, & Nouembris, sunt reservata Summo Pontifici.

55 Beneficia vacantia per delictum offendens litigantes in Romana Curia, eorumque iudices, Aduocatos, & Procuratores, testes, vel Notarios, referuntur dispositioni Summi Pontificis.

56 Beneficia illorum, qui seipos examini pro alijs supponunt, referuntur dispositioni Sedis Apostolica.

57 Beneficia vacantia ob non delationem habitus clericalis referuntur dispositioni Sedis Apostolica.

58 Papa quilibet initio sui Pontificatus regulas Cancellaria de nouo constituit.

59 Cancellaria regulas aliquas tulit, easque in scriptis redexit primus omnium Ioannes XXI.

60 Cancellaria regula expirant morte cuiuscunque Pontificis, renouanturque per nouos Papas renouata.

61 Cancellaria regula qualibet facit legem separatam, diuersamque reservationem.

62 Cancellaria regula, vt ligent non est necessaria illorum publicatio, quia statim ab initio quando sunt facta ligant, quamuis publicata non sint.

63 Regula prima Cancellaria refertur.

64 Reservationes, que continentur in prima parte Extuauag. ad regimen, de præbendis inter communes.

65 Beneficia vacatura per depositionem, priuationem, translationem, ac muneris consecrationis susceptionem auctoritate Apostolica factas, referuntur

T dispo

- dispositioni Summi Pontificis in d. Extrava-
ad regimen.
- 66 Beneficia vacantia per promotionem ad Patriar-
chatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel
Monasteriorum regimina sunt reservata dis-
positioni Summi Pontificis in dicta Extrava-
ad regimen.
- 67 Beneficia obtenta vacant ipsa iure per promotionem
ad Episcopatum post adeptionem possessionis, &
consecrationem sequuntur.
- 68 Beneficia promissa per Romanum Pontificem ad Epi-
scopatum statim quod ad eum promotus est,
possunt conferri tanquam vacantia, non expe-
ctata consecratione.
- 69 Beneficia, obtenta prorogatione, vel retentione
non vacant per promotionem ad Episco-
patum.
- 70 Beneficiorum sub retentione, qua aliis vacabant
per promotionem ad Episcopatum, non
comprehenditur facultas transferendi pen-
siones.
- 71 Beneficia etiam simplicia vacant per promotionem
ad Episcopatum.
- 72 Præceptorie militiae, & Ordinis S. Joannis Hiero-
solymitani vacant per promotionem ad Epi-
scopatum.
- 73 Pensiones vacant per promotionem ad Episco-
patum.
- 74 Beneficia promoti ad Episcopatum in terris infi-
delium existentem, seu titularis, cum per
eum non sit assequi illius possessionem, non
vacant.
- 75 Episcopo dignitatum, vel beneficiorum fa-
cta collatio non valet nisi ex dispensatione
Papæ.
- 76 Episcopo tutelari, vel qui renunciant Episcopatu
facta collatio, præsertim de beneficiis simplici-
bus, valet.
- 77 Beneficia vacantia, & vacatura per affectionem
pacificam quorumcumque Prioratum, digni-
tatem, &c. auctoritate Apostolica provisio-
rum dispositioni Sedis Apostolicæ reservan-
tur.
- 78 Dimissio facienda virtute decreti appositæ per Sum-
mum Pontificem, videlicet ut ipse Orator in-
tra duos menses à die habitæ possessionis se-
cundi, primum dimittat beneficium, debet esse
pura, & simplex, & non potest prædicto decre-
to satisfieri per æquipollens.
- 79 Beneficia vacantia per execrabilitatem dispositio-
ni Summi Pontificis reservantur.
- 80 Beneficia de quibus Ordinarij, & alij collatores
contra Concil. Trident. decreta disposuerunt,
& disponunt in futurum, reservantur Summi
Pont. dispositioni.
- 81 Regula secunda Cancellariæ refertur.
- 82 Ratio cur hæc Regula secunda addita fuit de novo
à Sanctissimo Domino Nostro Gregorio Deci-
moquinto, assignatur.
- 83 Declaratio reservationis beneficiorum per affec-
tionem pacificam vacaturorum refertur.
- 84 Regula tertia Cancellariæ refertur.
- 85 Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales
Ecclesiæ dispositioni Summi Pontificis re-
servantur.
- 86 Episcopales Ecclesiæ, que sunt in iurisdictione reg-
ij, non comprehenduntur sub reservatione
prædictæ regule tertiæ.
- 87 Iurisdictionis ad aliquem Regem, vel Princi-
pem pertinens non sentitur derogatum, nisi

- specialis de illo mentio fiat.
- 88 Episcoporum nominatio, Lusitaniæ, Hispaniæ, &
Galliæ Regibus in iurisdictione titulo com-
petit.
- 89 Hispaniarum Rex quamvis sit patronus Cathedra-
ralium in Hispaniâ existentium, & præ-
sentes ad dignitates Episcopales, non ta-
men est patronus aliorum beneficiorum in
eisdem Ecclesiis Cathedralibus consistenti-
um.
- 90 Beneficia vacantia tempore vacationum Episco-
patum reservantur dispositioni Summi Pon-
tificis, etiam si ad Episcopum spectaret electio,
nominatio, seu presentatio, & collatio, vel
institutio ad alium: limitatur hoc in tribus ca-
sibus ibi relatis.
- 91 Abbatia Monasteriorum, qua Sedi Apostolicæ
reservata sunt.
- 92 Beneficia vacantia post renunciationem Epi-
scopatus à Papa admissam, vel post trans-
lationem ad alium Episcopatum, quando
Sedi Apostolicæ reservata censeantur.
- 93 Cardinales an comprehendantur sub reservatione
Regule tertiæ Cancellariæ.
- 94 Regula quarta Cancellariæ refertur.
- 95 Dignitates maiores post Pontificalem in Cathedra-
ralibus, & principales in Collegiatis iuxta
Prouinciæ, & Ecclesiarum consuetudinem
dignosci possunt.
- 96 Decanus in ferè tota Hispaniâ in Ecclesiâ Cathedra-
li post Episcopum maiorem dignitatem ha-
bet.
- 97 Prior in aliquibus Hispaniæ partibus Collegia-
tarum Ecclesiarum principalis dignitas dici-
tur, in aliis vero vocatur Abbas, alibi Prepo-
situs.
- 98 Dignitates, que reservantur in regula quarta
Cancellariæ, debent esse maiores, seu principa-
les actus.
- 99 Dignitas erecta in primam conditionaliter pen-
dente conditione, & nondum purificata, non
cadit sub reservatione Regule quartæ.
- 100 Dignitas tantum una maior in qualibet Cathedra-
li, & una principalis in qualibet Colle-
giata reservata est per Regulam quartam
Cancellariæ.
- 101 Dignitates si due sint æquæ maiores in Cathedra-
libus, & æquæ principales in Collegiatis, am-
ba erunt reservata.
- 102 Dignitas una tantum si ad sit maior in Cathedra-
li, hæc erit reservata.
- 103 Prioratus, Preposituræ, ac aliæ dignitates
Conuentuales, ac Præceptorie generales Ordini-
um quorumcumque, sed non Militarium, com-
prehenduntur sub reservatione regule quartæ
Cancellariæ.
- 104 Dignitates principales Regularium Conuentua-
lium, seu Monasteria Fratrum, que non reguntur
per Abbates, reservantur Regule quartæ
Cancellariæ.
- 105 Prioratus, & dignitates Conuentuales, non Clau-
strales, cadunt sub reservatione Regule quartæ
Cancellariæ.
- 106 Familiares, & continui commensales Papæ ad
effectum reservationis Regule quartæ Cancellariæ,
que dicantur.
- 107 Familiares familiarium habentes partem, seu
expensas ab ipso Papæ, an dicantur eius familia-
res.
- 180 Familiares Cardinalium qui dicantur.

- 109 Cohabitare non dicitur, qui stat in eadem domo,
nisi ad eandem mensam, & comestum more-
tur.
- 110 Familiares domestici dicuntur, etiam si aliquando
abesse pro dominorum negotiis gerendus contin-
gat.
- 111 Familiares Cardinalium non dicuntur, qui in eor-
um domibus habent expensas, seu partem non
ut familiares, & seruitores, sed ut amici, aut
consanguinei.
- 112 Vicarij, seu Provisores Cardinalium in eorum
Episcopatibus, an dicantur eorum familia-
res.
- 113 Familiaris beneficium dicitur reservatum, etiam
si is mortis sue tempore familiaris esse de-
serit.
- 114 Familiaris habens beneficium reservatum ratione
familiaritatis in Ecclesiâ, in qua adest consue-
tudo optandi, an possit eo dimisso quod habet,
optare aliud, & optatum non maneat reserva-
tum.
- 115 Regula quinta Cancellariæ refertur.
- 116 Collectoris, vel Subcollectoris officij exercitium an
requiratur, ut eorum beneficia sint reservata,
resolvitur sub distinctione.
- 117 Subcollectorum beneficia impetrans ut reservata,
sufficit probare subcollectoriam, adversario vero
incumbit onus probandi pluralitatem, cum sit
presumptio de unitate.
- 118 Subcollector viciorum in qualibet civitate be-
neficia reservata sunt, etiam si sit Collector
generalis.
- 119 Subcollector unus si sit in civitate, & alius in dio-
cesi, neutrorum beneficia comprehenduntur
sub reservatione regule quintæ Cancellariæ.
- 120 Subcollector vicinus debet tantum esse in tota
diocesi cum suis civitatibus, ut eius beneficia
reservata censeantur.
- 121 Beneficia omnium Subcollectorum sunt reservata,
si deputantur in aliqua civitate, vel diocesi
successivè, ita quod eodem tempore vicinus tan-
tum fuerit.
- 122 Subcollectorem secundum deputando quis pri-
mum tacite renocare videtur.
- 123 Beneficia omnia Collectorum, seu Subcollectorum
que habuerunt tempore officij, sunt reservata,
etiam si ante officium illa obtinuerunt.
- 124 Subcollector non requiritur, ut probetur per
scripturam, sed sufficit dictum vicinus testis cum
aliquibus adminiculis, nisi ageretur de proban-
da facultate, ut solvere debentes, cautè sol-
vant.
- 125 Subcollector ad effectum probandi reservatio-
nem non probatur per testes de communi repu-
tatione, & publica voce, & fama.
- 126 Subcollector debet esse Canonicus Ecclesiæ Cathedra-
lis, vel aliis in dignitate Ecclesiastica con-
stitutus tempore deputationis.
- 127 Regula sexta Cancellariæ refertur.
- 128 Curia Romana an sit ubi est Papa, vel an potius
ubi est causarum, & litterarum Apostolicarum
audientia, ostenditur.
- 129 Regula septima Cancellariæ refertur.
- 130 Subvicarij honoris nuncupati beneficia dispositioni
Summi Pontificis sunt reservata, quod de novo
additum est à S. D. N. Gregorio Decimo-
quinto.
- 131 Cursores Papæ, qui dicantur.
- 132 Regula octava Cancellariæ refertur.

- 133 Beneficia Ecclesiarum S. Joannis Lateranensis,
ac S. Petri, & B. Mariæ Maioris de Vrbe, cur
Papa reservavit, cum sit Urbis Episcopus,
ostenditur.
- 134 Clericatus, seu beneficiatus Ecclesiarum Sancti
Ioannis Lateranensis, & Sancti Petri, ac
Beatae Mariæ Maioris de Vrbe, non
comprehenduntur sub reservatione Regule
octavæ.
- 135 Cardinales à curia Romana sine legitimo Ro-
mani Pontificis consensu abesse non pos-
sunt.
- 136 Cardinalium officium est Papæ assistere & ob
id pars corporis ipsius dicuntur.
- 137 Cardinales obtinentes Episcopatum, vel Archiepi-
scopatum, & in eis residentes, solent habere in-
dultum à Papa, ut omnibus gratiis, præroga-
tiis, & favoribus, &c. concessis Cardinalibus
presentibus in Curia gaudeant.
- 138 Decretum irritans in fine Regule octavæ Can-
cellariæ positum, non solum refertur ad omnia
contenta in illa regula, sed etiam ad omnes re-
gulas præcedentes.
- 139 Decretum reservationis impedit restitutionem in
spolio, & manutentionem.
- 140 Regula nona Cancellariæ refertur.
- 141 Beneficium Ecclesiasticum ut dicatur, que con-
ditiones requirantur.
- 142 Capellania, seu Oratoria, que sunt fundata
absque Episcopi, vel alterius Superioris
auctoritate, non sunt beneficia Eccle-
siastica.
- 143 Capellanie erectæ auctoritate Summi Pontifi-
cis, vel Episcopi sunt beneficia Eccle-
siastica.
- 144 In iurisdictione mixtum quando cadat sub re-
servatione regule nonæ Cancellariæ, ostendi-
tur.
- 145 Præbende temporales, que nihil spiritualitatis
habent, non comprehenduntur sub reservatione
regule nonæ Cancellariæ.
- 146 Vicaria temporales, & non perpetuas, que non
dantur in titulum, non veniunt sub reservatio-
ne regule nonæ Cancellariæ.
- 147 Vicaria temporalis, seu ad nutum amovibilis, non
est beneficium.
- 148 Hospitalia appellatione beneficij non compre-
henduntur, nec veniunt sub dispositione regule
nonæ Cancellariæ.
- 149 Prestimonia qualia veniunt sub dispositione re-
gule nonæ Cancellariæ, ostenditur.
- 150 Pensio reservata super beneficio non comprehen-
ditur sub reservatione regule nonæ Cancellariæ,
nisi constitueretur ad particulare alicuius
commodum, super fructibus alicuius Eccle-
siæ, ut deinceps sit beneficium Ecclesiasti-
cum.
- 151 Pensionem habens, & incedens in habitum, & ton-
sura, gaudet fori privilegio.
- 152 Beneficia manualia non cadunt sub reservatione
regule nonæ Cancellariæ.
- 153 Collationem beneficiorum sibi Papa reservans,
videtur intelligere propriè de collatione, qua sit
perpetuo de beneficio.
- 154 Commenda non comprehenditur sub reservatione
regule nonæ Cancellariæ.
- 155 Beneficia de mensa non censentur reservata
sub dispositione regule nonæ Cancellariæ.
- 156 Coadiutoria non veniunt in reservationem regule nonæ
Cancellariæ.

- 157 Coadiutor dum vivit coadiutus, non habet ius in re, sed ad rem.
- 158 Beneficia unita accessorie non censentur reservata sub dispositione regulae nonae Cancellariae, secus si sint unita aequè principaliter.
- 159 Beneficium curatum, ut dicatur, quae concurrere debeant.
- 160 Cura animarum non inferitur per actum baptizandi.
- 161 Beneficium curatum non dicitur ex iure sepeliendi.
- 162 Parochialis Ecclesia non bene ex eo colligitur, quod percipiat, vel non percipiat decimas.
- 163 Beneficium curatum potest dici, quod habet curam iurisdictionalem, etiam fori exterioris.
- 164 Collegiata Ecclesia habens curam animarum, talis cura non pertinet ad singulos Canonicos illius, sed ad totum Collegium unicam personam Rectoris representans.
- 165 Beneficium curatum non dicitur, quod habet curam ad certum tempus, non tamen in perpetuum.
- 166 Curatum beneficium non dicitur Prioratus per Vicarium perpetuum deserviri solitus.
- 167 Beneficia omnia praesumuntur secularia, nisi Regularia probentur.
- 168 Beneficia Regularia dicuntur, de quibus in fundatione dictum fuit, ut per Religiosos regerentur, vel illa, quae per quadraginta annos consueverunt Regi per viros Regulares.
- 169 Ultimus rei status in beneficiis inspicitur.
- 170 Beneficia Regularia Regularibus conferri debent.
- 171 Beneficia Regularia non possunt conferri novitiis, sed expressè professis.
- 172 Beneficia Regularia defectu Regularium secularibus conferri possunt.
- 173 Equites Capellani Religionis sancti Stephani Papae ad Ecclesias seculares praesentari possunt.
- 174 Milites Regulares militiae sancti Jacobi de Spatha, alique huiusmodi, non emittentes omnia tria vota substantialia, capaces sunt beneficiorum secularium.
- 175 Prioratus Religionis S. Augustini, & S. Domini, & alij similes, quae non sunt perpetui, non comprehenduntur sub reservatione regulae nonae Cancellariae.
- 176 Beneficia omnia cuiuscumque generis & qualitatis fuerint, & ubicumque existentia, comprehenduntur sub reservatione nonae Cancellariae.
- 177 Dicitio qualitercunque, est universalis, & comprehendit maiora expressis.
- 178 Canonici Doctores, & Magistralis, qui praesertim in Hispania conferuntur per concursum, non comprehenduntur sub reservatione regulae nonae Cancellariae.
- 179 Beneficia consistentia in Ecclesia non numerata, non includuntur sub reservatione regulae nonae Cancellariae.
- 180 Beneficium monachale comprehenditur sub reservatione regulae nonae Cancellariae.
- 181 Beneficia creata, & fundata post promulgationem Regulae nonae Cancellariae comprehenduntur sub illius reservatione.
- 182 Beneficia ubicumque existentia, sine in Eccle-

- siis Patriarchalibus Metropolitanis, seu Cathedralibus, sine alijs, comprehenduntur sub reservatione regulae nonae Cancellariae.
- 183 Mensium quilibet, de quibus in regula nonae Cancellariae, terminatur in media nocte ultimi diei.
- 184 Nox media erit, ubi coepit sonare hora duodecima media noctis, etiam ante finitos pulsus illius horae.
- 185 Nox media, ubi sunt plures horologij, regulatur secundum horologium parochiae, seu viciniae.
- 186 Horologio illi standum est, duobus stantibus, quod favori magis adhaereat: pluribus vero stantibus, illis credendum quae numero vincunt, & certiora esse solent, quam alia.
- 187 Nox media, ubi non est horologium, ex galli cantu regulari potest.
- 188 Beneficium si vacet circa mediam noctem ultimi diei, ita ut minime constare possit, an finitus unius mensis Apostolicus, & captus alius Ordinarius, proutvis à quo debeat praevaleare, ostenditur.
- 189 Beneficium vacans in mense Ordinarij potest ab ipso Ordinario conferri cepto iam mense Apostolico.
- 190 Regula nonae Cancellaria non est perpetua, sed expirat, & extinguitur morte Papae illius conditoris.
- 191 Gratia ad beneplacitum Papae, vel Regis, morte Pontificis, seu Regis expirat.
- 192 Sede Apostolica vacante omnes menses sunt Ordinarij.
- 193 Beneficia consistentia in Romana Curia, ibique vacantia non cadunt sub reservatione regulae nonae Cancellariae.
- 194 Beneficia renuntiata in manibus Ordinarij non cadunt sub reservatione regulae nonae Cancellariae.
- 195 Beneficia vacatura de iure & facto, & de iure tantum, aut de facto tantum, includuntur sub reservatione regulae nonae Cancellariae.
- 196 Beneficium vacans per habentem tantum ius ad rem non comprehenditur in reservatione regulae nonae Cancellariae.
- 197 Electus, seu praesentatus ad aliquod beneficium, acquirit tantum ius ad rem.
- 198 Beneficium dicitur vacare per obitum habentis ius in re ad illud.
- 199 Beneficium vacat per obitum beneficiarij, ita ut si miraculose resurgeret, non recuperaret illud.
- 200 Beneficij ius, titulus, & possessio amittitur per renunciationem.
- 201 Beneficium vacat ipso iure per affectuionem alterius incompatibilis, quod quando verum sit, ostenditur.
- 202 Beneficium vacat per contractum Matrimonij per verba de praesenti etiam non sequuta copula.
- 203 Beneficium ita vacat per Matrimonij, ut eo iam contracto resignari non possit in favorem tertij.
- 204 Beneficium vacat per Matrimonium etiam si uxor non illo consummato religionem ingrederetur.
- 205 Clericus per Matrimonium amittit accessus, & regressus, ac alia iura ad beneficium competentia.
- 206 Pensio Ecclesiastica per contractum Matrimonium amittitur.

- 207 Beneficium amittitur ipso iure per Matrimonium etiam irritum ob consanguinitatem, vel aliud impedimentum dirimens, quod ibi limitatur aliquibus casibus.
- 208 Beneficium ipso iure vacat per ingressum religionis, sequuta professione, non antea.
- 209 Ecclesia Parochialis vacat ipso iure, si is, qui eam assequutus est, intra annum Sacerdotio non initiatur.
- 210 Beneficium curatum obligat ad promotionem Sacerdotij spatio unius anni.
- 211 Ecclesia prima vacat per translationem Praelati ad aliam, litteris tamen expeditis, & ostensis Capitulo.
- 212 Electus si intra mensem à tempore electionis ei praesentatus non consenserit electioni, vacat Praelatura.
- 213 Electus si intra tres menses post consensum electionis praesentatus, non petierit confirmationem, ipso facto privatur iure sibi per electionem quaesito.
- 214 Electus, vel praesentatus quando ante confirmationem, vel institutionem per se, vel per alium administraverit, eo ipso privatur iure sibi quaesito, & beneficium vacat, ut prius.
- 215 Beneficium vacat ipso iure per promotionem ad Episcopatum post adoptionem possessionis, & consecrationem sequutam.
- 216 Beneficium vacat ipso iure per militiam sequutam.
- 217 Beneficium non solum vacat ipso iure, sed etiam pensio illius, qui consaram, & habitum clericalem non assumit.
- 218 Beneficium vacat ipso iure per electionis cessationem.
- 219 Beneficium vacat per postulationem, vel repulsionem.
- 220 Beneficij ius eo ipso perdit quis per violentam ingressuionem in possessionem illius.
- 221 Beneficium vacat per violationem sequestri impositi vigore sententiae definitivae in Romana Curia prolatae in causa beneficiis, & quomodo hoc procedat, ostenditur.
- 222 Beneficium vacat ipso iure per non ostensionem tituli, seu dispensationis coram Ordinario, postquam beneficiatus monitus fuerit.
- 223 Titulum probare, & ostendere tenetur possessor etiam pacificus.
- 224 Ordinarius potest non obstante regula de triennialia possessorem compellere ad ostendendam dispensationem.
- 225 Tituli beneficiorum Ecclesiasticorum non acquiruntur praescriptione.
- 226 Beneficium vacat ipso iure per alienationem rerum Ecclesiae sine solemnitate facta in Extrinsecis, Ambitiosa §. inferiores vero, de rebus Ecclesiae non alienandis.
- 227 Beneficium vacat si habeatur pro derelicto.
- 228 Beneficium an vacet ipso iure propter crimen heresis, ostenditur.
- 229 Haereticorum filij, ac nepotes non sunt privati, nec privati beneficiis antea obtentis.
- 230 Beneficia quae fuerint obtenta per preces haereticorum vacant ipso iure.
- 231 Beneficium per crimen realit finitiae commissum vacat ipso iure.
- 232 Simonia conventionalis reddit quomnis inhabilem ad obtinenda beneficia, non autem inducit vacationem obtentorum ipso iure.
- 233 Beneficium vacat ipso iure per crimen lese maiestatis.

- 234 Beneficium propter crimen falsitatis litterarum Apostol. vacat ipso iure.
- 235 Beneficia percussoris Cardinalis vacant ipso iure.
- 236 Cardinalem offendentium filij, ac nepotes privantur omnibus beneficiis, & dignitatibus Ecclesiasticis, & ad illas in posterum obtinendas efficiuntur inhabiles.
- 237 Beneficia occidentis, vel percussoris Episcopum vacant ipso iure.
- 238 Assassini beneficia vacant ipso iure.
- 239 Beneficia occidentis Rectorem suae Ecclesiae vacant ipso iure.
- 240 Verbum, amittat, an contineat sententiam ipso iure latam.
- 241 Beneficium illius, qui carceraverit clericum, donec resignaverit suum beneficium, vacat ipso iure.
- 242 Beneficia committentis crimen sodomia vacant ipso iure.
- 243 Resignans quando non supervixit per viginti dies, iuxta regulam 19. Cancellaria, vacat beneficium, ponuntur etiam declarationes ad praedictam regulam.
- 244 Beneficium ob non publicationem resignationis vacat ipso iure.
- 245 Beneficium Curatum ob non servatam formam Constit. Pij V. vacat ipso iure.
- 246 Examine se supponentes pro alijs amittunt ipso iure beneficia.
- 247 Beneficium per dispositionem, & privationem vacat ipso iure.
- 248 Beneficium per apprehensionem possessionis de beneficio collato à Papa ante litterarum expeditionem vacat ipso iure.
- 249 Beneficia retinentis indebite scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, & illas non restituentis, vacant ipso iure.
- 250 Beneficia offendentium litigantes in Romana Curia, eorumque Iudices, Advocatos, &c. vacant ipso iure.
- 251 Beneficia per consuetudinem vacant ipso iure.
- 252 Privatio beneficij ipso iure non inducitur, nisi in casibus à iure expressis.
- 253 Beneficium quando vacat ipso iure vacat in ipso momento, quo actus, vel delictum fit, per quod talis poena imponitur.
- 254 Delictum committens per quod privatur ipso facto beneficiis amittit titulum, ut ea in conscientia teneatur dimittere ante sententiam.
- 255 Beneficium quo quis est privatus ipso iure statim non expectata sententia potest conferri, seu imperari.
- 256 Beneficiis privatus ipso iure non potest ea in favorem alicuius resignare.
- 257 Beneficia in ipsa patronatus Ecclesiastici comprehenduntur sub reservatione regulae nonae Cancellariae.
- 258 Beneficia etiam ad unius tantum collationem pertinentia sub reservatione regulae nonae Cancellariae comprehenduntur.

VM omnis iurisdicatio, & potestas disponendi de beneficiis Ecclesiasticis, non Apostolis, sed Petro, illorum Principi, à Christo data fuisse, & ita Dominus, §. hunc enim, distinct. 19. cap. final. distinct. 11. cap. in nono, distinct. 21. Gomel. in tract. de expectatis, num. 10. ideo solus Papa initio nascentis Ecclesiae ordinavit, & instituit Dignitates, & alia Ecclesiastica beneficia.

cap. 1. & 2. dist. 22. Selu. in tract. de benef. par. 2. quest. 22. num. 3. illorum enim fundatio & institutio, excepto Papatu & Episcopatu, ac modus formaque acquirendi beneficia iure tantum humano positio, hoc est, Ecclesiastico, introducta fuit, ut ex cap. 1. 2. 2. distinct. cap. nullus, ac ferè per totam 9. quest. 2. atque aliis probant Hoied. de benef. incompatibil. par. 1. in præfat. num. 5. Vgolin. de simon. tab. 3. cap. 3. §. 4. à num. 1. & cap. 48. à num. 2. Columna de reddiub. Eccles. par. 1. cap. 8. à num. 12. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 1. proem. num. 1. 2. & 3. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 10. num. 46. Nicol. Garc. de benef. par. 5. cap. 1. num. 3. & consequenter ad solum Papam spectat collatio omnium beneficiorum in Vrbe, & in toto Orbe, [qui ideo dicitur Dominus omnium beneficiorum, cap. 2. de præbend. lib. 6. Ludou. Gom. in proem. Regul. Cancell. num. 7. nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. cap. 48. num. 1.] Selu. d. num. 3. Flamin. de resignat. lib. 1. quest. 10. num. 47. Deinde Summus Pontifex concessit Archiepiscopis, & Episcopis facultatem, ut quilibet in sua diocesi beneficia ibidem existentia conferre possit, cap. decreto, ibi, quæ vices suas, &c. cap. qui se fecit, in principio 2. quest. 6. Hieron. Gabriel. conf. 197. n. 3. & 9. Simonet. de reseruat. quest. 3. Flamin. d. num. 49. [me citato in hoc loco Castr. Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. dist. 2. punto 27. num. 1.] ob idque omnium beneficiorum in diocesi existentium collatio, & institutio de iure spectat ad Episcopos loci Ordinarios, qui in iure conferendi beneficia in sua diocesi existentia fundatam habent iure communi intentionem, cap. omnes Basilica, cap. nullus omnino 16. quest. 7. cap. exigenda 10. quest. 1. cap. conuenire, de officio Ordinarij, cap. ex frequentibus, de iustit. cap. cum ex iuncto, in fine, de heret. Felin. in cap. cum venerabilis, num. 31. de exception. [Bellam. decis. 69. num. 3. Scraph. decis. 799. num. 2. Castad. decis. 3. num. 4. de priuil. & decis. 4. num. 1. & 2. eod. tit. Put. decis. 492. num. 3. lib. 2. Caputaq. decis. 214. num. 5. par. 2.] Mil. in reperor. verb. beneficiorum collatio, & verb. Episcopus fundat. Staphil. de literis gratia in proem. Anton. de Præcis de iurisdict. Episcopi cap. 1. num. 1. & 2. Gomef. de expectat. ius num. 1. 18. & 20. Zech. de benef. cap. 5. n. 6. vers. ex quibus. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 30. tract. 3. num. 239. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. beneficium, §. 2. Flamin. de resignat. lib. 1. quest. 10. à n. 49. & lib. 7. quest. 14. n. 2. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 1. proem. n. 21. & 22. & gloss. 1. n. 38. & 39. & gloss. 29. n. 1. Nicol. Garc. de benef. par. 5. c. 1. n. 52. Pinæc. in praxi noua Episc. p. 2. c. 5. n. 1. Fracisc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici par. 2. cap. 3. num. 1. Frechila in repetit. cap. admonet, de renunc. num. 12. Vgolin. de potestate Episcopi cap. 50. §. 2. num. 1. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decis. 394. in prima edit. & resolut. 333. num. 1. in secunda edit. & in praxi aurea resolut. 236. num. 1. Cochier de iurisdict. Ordinarij in exemptis par. 4. quest. 25. Duran. decis. 442. n. 1. p. 1. Rota apud Post. in tract. mandati de manutenendo decis. 1. 1. 5. n. 1. & inter recentior. decis. 382. n. 1. p. 2. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 2. n. 3. nouissimè Marcel. Vulpe in d. praxi cap. 48. n. 2. Alzed. de præcellent. Episcop. dignit. p. 1. c. 6. n. 5.] Et sic olim poterat conferre beneficia in quolibet mensæ vacantiâ, & habebant omnes menses liberos, Pure. decis. 492. n. 3. lib. 2. Caputaq. decis. 214. n. 5. p. 2. Gonz. d. §. 1. proem. num. 22. [me citato in hoc loco Castr. Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. dist. 2. p. 1. & princip. & hoc etiâ extra propriam diocesim, quia

conferre est voluntariæ iurisdictionis, præterquam in Curia præsentè Papa de stylo, Stephan. Gratian. March. decis. 98. num. 7.]
 Verùm Summus Pontifex cum sit Episcopus vniuersalis Ecclesiæ, Flamin. lib. 11. de resignat. quest. 13. num. 132. Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. pragmatica, §. 3. † hâbeatque pro propria diocesi totum Orbem, Host. in sum. de auctorit. & vfu pallij num. 6. vers. speciale ergo, Anton. Burgos. in repet. cap. cognoscentes num. 211. de constituti. Ludou. Gom. in repet. cap. 1. num. 34. de constituti. lib. 6. Anast. Germon. de sacrorum immun. lib. 3. cap. 5. num. 60. & 61. quos refert Dionysius Paul. de vera quatuor Patriarch. Sedis erelt. cap. 17. n. 51. Gonzal. d. §. 1. proem. n. 8. † Sitque Episcopus Episcoporum, Gom. in cap. 1. num. 34. de constituti. Flamin. lib. 8. quest. 7. n. 100. † Ordinarius Ordinariorum, cap. 6. cuncta per mundum, 9. quest. 3. Gonzal. §. 2. proem. num. 44. Camill. Borrell. in summa omnium decisio- num ut. 4. num. 10. concurraturque cum omnibus Ordinariis, cap. si eo tempore, de elect. in 6. Gonzal. dicto §. 1. proem. a num. 32. & §. 2. à princ. Marta de iurisdict. par. 3. cap. 2. à num. 15. [Rota decis. 221. num. 9. coram Gregorio XV. & decis. 306. n. 7. coram Duran. vbi numeris seqq. declarat quando Papam velle concurrere dicatur, & decis. 350. n. 4. vbi quòd Papa potest præuenire Ordinarios in conferendo cum per alternatiuam illis concessam non censeatur sibi ligasse manus, & n. 5. cum seqq. quando censeatur præuenire voluisse.] quinimò ne dum concurrat Papa, sed & præcurrit, quia multa in singularum diocesisbus potest, quæ ipsi non possunt diocesan. Sylu. Aldobrand. cons. 1. n. 159. Blasius Nauaras de sacro Ecclesia principatu, lib. 2. cap. 12. vers. quæ si vera sunt, quos refert Dionys. Paul. d. cap. 17. n. 53. † & in beneficalibus supremam, ac plenissimam 7 habeat potestatem, cap. 2. in princip. de præbend. n. 6. Clem. 1. in fine, vt lre pendente, Parif. cons. 5. num. 84. & cons. 82. n. 2. lib. 5. Nicol. Garcia d. cap. 1. num. 1. Rot. apud Farin. decis. 778. num. 1. par. 2. recent. quia † omnia beneficia respectu illius sunt manualia, & obediencialia, & in eis vti potest plenitudine potestatis, ac clericum suo beneficio sine causa à clerico data, sed ex causa maioris boni Ecclesiæ vniuersalis, priuari, de quo vide Doctores, quos refert Cened. ad Sextum collect. 2. 1. num. 1. & alios citatos à Nicol. Garcia d. cap. 1. n. 2. & Mohed. decis. 4. num. 2. de res. sit. spoliat. Scraphin. decis. 997. num. 7. Pinell. in rubrica de rescin. vendit. par. 1. cap. 2. num. 29. & 30. Nauar. de spoliat. cleric. §. 3. Cotra in memorabil. verbo beneficia, pag. 73. Viui. tom. 1. communium opinion. lib. 1. tit. 9. num. 5. pag. 181. Anton. Gabriel. tom. 3. commun. lib. 3. tit. de iure questio conclus. 1. num. 9. cum seqq. Menoch. remed. 15. recuper. num. 43. & seqq. & cons. 83. num. 1. & num. 15. & cons. 181. num. 49. & de præsumpt. lib. 2. quest. 10. n. 18. Menoch. v. si seqq. cap. 2. num. 18. Peregrin. de iure fisci lib. 1. tit. de habentibus iura fiscalia num. 24. Ceuall. communium cõtra communes, quest. 528. Farinac. in praxi criminal. par. 7. fragmentorum criminal. litt. C. num. 87 Cabedo Lusit. decis. 18. num. 13. & decis. 36. num. 2. par. 2. Gonzal. §. 1. proem. num. 33. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 19. quest. 1. Lessi. in simili tract. lib. 2. cap. 4. dub. 4. Fillinc. tractat. 41. de benef. cap. 2. à num. 6. † quamuis prædictam Potestatem in Episcopos transfulerit, ut quilibet in sua diocesi beneficia ibidem consentitua conferre possit, dict. cap. decreto, ibi, quæ vices suas ita aliis impermittit Ecclesiis, vt in partem sint vocatae sollicitudinis, non in plenitudine potestatis, cap. multum stupeo, 3. quest. 6. ibi,

vices

vices enim nostras ita tuæ credimus potestati, Gonzal. dict. §. 1. proem. num. 4. & 5. penes ipsum tamen maior remanet, cap. dudum, §. nos igitur, de præbend. in 6. c. per hoc, 17. de heret. eodem lib. ad quod multa cumulat Gonzal. §. 2. proem. à principio, ad quòd quòd impossibile sit Papam suæ derogare potentia, seu ita alicui priuilegium concedere, vt non possit absolute per ipsum reuocari, cum in hoc non cadat questio potestatis, sed voluntatis tantum, Aym. cons. 125. num. 4. & sic potestati Episcoporum à se concessæ derogare, sibi que collationes reseruare potest, cap. præsentis, cap. licet, illo tit. & lib. gloss. singularis verb. reseruamus, in Extrauag. execrabilis Joann. X. X. II. ac per consequens de omnibus beneficiis, & in omnibus mensibus prouidere, & liberè disponere valet, in quo non ideo detrahit alieno iuri, sed proprio vitur, nec inde modo aliquo turbatur Ordo Ecclesiasticus, vt latè probat Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 15. vbi ait Summus Pontifex beneficia distri. vt totum Orbem in quibuslibet diocesisbus, ac prouincijs quintuplici iure prouidere. Primò concurrat quatenus tanquam Episcopus vniuersalis concurrat cum cæteris inferioribus collatoribus. Secundo iure deuolutio, quia videlicet ex causa aliqua ius conferendi de inferioribus collatoribus ad ipsum facta sit deuolutio. Tertio iure præuentionis, cum videlicet præueniendo vacationem beneficij mandat ea succedente ceteræ personæ conferri, etiam ipse ex tunc confert. Quarto iure reseruationis. Quintò denique simpliciter iuris, de quibus omnibus agit Lotter. dicto lib. 2. 9. 16. cum seqq.
 10 Vnde etiam in mensibus, quos Papa Ordinariis concessit de nouo, non abdicat totaliter à se potestatem conferendi, ita ut ipse præueniat, valeat eius collatio, d. cap. dudum, §. nos igitur, & cap. si à Sede Apostolica, de præbendis in 6. Gomez de except. num. 14. Anast. Germon de indulg. Cardin. §. per quæ sublati, num. 80. & 81. Zech. de benef. cap. 2. num. 1. Nicol. Garc. d. cap. 1. à num. 9. vbi n. 11. refert decimum in vna Salamantina Parochialis de Garates 1. Decembris 1578. coram D. Braua, quæ est par. 1. diuers. decis. 442. n. 4. quòd per præseruationem factam à Papa iurium Ordinarij in quatuor mensibus Ordinariis non ligatur eius manus, cum sit Ordinarius Ordinariorum, & quòd in beneficiis vacantibus in mensibus ordinariis sit locus præuentioni inter Papam, & Ordinarium, & illius prouisio præualeat, quæ prius facta fuerit, tradit Gonzal. §. 3. proem. à n. 1. vbi latè de præuentione, & materia d. c. si à Sede Apostolica, & in vna Calaguritan. de Ollanaris 15. Decembris 1604. coram D. Pena fuit resolutum, quòd † voluntas præueniendi colligitur ex clausula contenta in literis, dummodo tempore datæ non fuerit alicui ius quæsitum, vbi enim, cessante reseruacione, hinc inde profertur prouisiones, videlicet Apostolica, & inferiorum collatorum, nil magis attenditur quàm data circa tempus, vt qui est in data anterior, censeatur in iure potior, iuxta reg. qui potior, de regul. iuris in 6. & in puncto firmavit Rota in vna Regien. Capellania 2. Decembris 1619. coram Cardin. Caualerio.
 12 Quando verò prouisiones Papæ, & Ordinarij curantur in eadem data, & die, & prouisus ab Ordinario est in possessione, eius prouisio est preferenda, ex clara dispositione dict. c. si à Sede Apostolica, censuit Rota in vna Hispalon. beneficij de Villanueva de mense Ianuarij 1604. & antea 2. Maij 1603. coram Iustos; nam cum semper ad fauorem possessio-

ris, & rei præsumatur, §. commodum, Iustit. de interd. c. 3. de probat. c. cum sint partium iura obscura, de regul. iuris in 6. cum plenè adductis per Gonzal. §. 3. proem. à num. 51. ideo † quando collatio facta est duobus à diuersis eodem die, nec apparet cui prius fuerit facta, potior est conditio possidentis, Menoch. de arbit. lib. 2. casu 48. num. 10. cum sequentibus. & reued. 4. adipisc. num. 797. Rebuff. de pacificis possessoribus, num. 297. cum seqq. Tiraquel. de iure primogen. quest. 17. opin. 11. num. 1. & opin. 12. num. 2. Zerol. in praxi Episcop. par. 2. verb. beneficium, vers. 2. pag. 20. D. Barbosa in l. 1. ff. soluto matrimon. par. 2. num. 4. & vbi est dubium quis debeat præferri in collatione beneficij, præfertur qui prius adeptus est possessionem, & in ea est, gloss. verb. neuter, in dicto cap. si à Sede Apostolica. Vnde si vacatio contingat circa mediam noctem vltimi diei mensis, ita ut minimè constare possit an fuerit finitus vnus mensis, & cœpit alius, & dubitatur verum in mensè Apostolico, aut positus Ordinario vacatio contigerit, pro possessore est iudicandum, Put. decis. 207. lib. 3. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 11. à num. 26. & plenius infra.
 14 Si verò nondum adepta possessione vnus habeat collationem beneficij à Papa, alius ab Ordinario, si non appareat de prioritate, præfertur qui à Papa impetrauit propter prerogatiuam concedentis, vt notant per d. cap. si à Sede Apostolica, Vezin. tom. 1. commun. opinion. lib. 4. tit. 11. num. 67. vers. & hoc idem, pag. 568. col. 2. Cotra in memorab. verb. hora, Mascard. de probat. concl. 314. Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 4. collect. 144.
 Sed quando in collatione Ordinarij est appositâ hora, & in collatione Papæ non, tunc collationem Ordinarij præualere resoluunt gloss. verb. nec appareat in dict. cap. si à Sede Apostol. Gomef. l. 45. Tauri num. 48. Rebuff. in tract. de pacificis possessoribus, num. 299. Tiraquell. de iure primogen. quest. 17. opin. 11. num. 3. & de retractu lignag. §. 11. gloss. 1. num. 10. D. Barbosa dict. l. 1. par. 2. num. 10. Qua in re est aduertendum in prouisionibus inferiorum cadere suspicionem antidatæ, nisi sint in forma publici instrumenti cum testibus, & aliis solemnitatibus, etiam si aliàs sint in forma literarum patentium cum sigillo, & subscriptione Episcopi, vel Secretarij eius, vt censuit Rota apud Bellouer. decis. 321. & decis. 441. & in antiq. de probat. decis. 17. num. 1. idque propter facilitatem supplantandi prouisiones Apostol. cuius præsumptio ne quidem remoueretur ex publico instrumento in quo essent testes adhibiti, si illi essent domestici, & familiares Episcopi, vt singulariter notat Rebuff. in praxi sub rub. requisita ad collect. bonam vnam. 12. Et aduerte † non esse necessariam derogationem regulae alternatiuæ in prouisionibus Papæ, etiam quod Papa prouideat in mensibus alternatiuæ, quod pluribus Rote decisionibus confirmant Nicol. Garcia dict. cap. 1. num. 19. Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 5. collect. 1595.
 17 Ordinariam potestatem conferendi, quam Episcopis (vt ita dicam) Summus Pontifex precario concesserat, coarctare potuit per reseruaciones, de quibus tractatus ediderunt Gaspar. Perul. Aeneas Falcon. & Simoneta ac Campegi. & aliqua tractauit Rebuff. in praxi tit. de reseruat. Et † huiusmodi reseruaciones aliæ dicuntur generales, aliæ speciales: 18 generales sunt illæ, quæ non de certis beneficiis, seu pro certis personis fiunt, puta de beneficiis Collectorum, seu Subcollectorum, officialium Curia, &c. speciales verò sunt, quæ fiunt de certis beneficiis,

ficiis, seupro certis personis, ita [Gemin. conf. 12. n.4. Cassad. decis. 3. n. 3. de referuat. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 26. n. 24.] ex multorum resolutione colligit Nicol. Garc. d. cap. 1. a num. 18. Plures reservationes tam in iure, quam in regulis Cancellariae reperiuntur, quarum notitia Episcopis utilis erit, ne de beneficiis Summo Pontifici reservatis providere audeant, cum dispositio omnis inferiorum circa reservata sit nulla, cap. normen 2. quest. 1. cap. dudms. & cap. multum stupeo, 3. quest. 6. cap. si eo tempore, de elect. in 6. Ideo Nicol. V. per suam constit. 6. incip. Ad sacram Petri Sedem, & Clem. VIII. in constitut. 46. incip. Admonet, de anno 1534. & Gregor. XII. in const. 42. incip. Quia in Ecclesia Dei, de anno 1576. annullant collationes factas de beneficiis reservatis.

Cum autem reservatio sit odiosa, glos. verb. finitur, in cap. presentis, de offic. deleg. Resign. decis. 1. in fine, de prebend. Cassad. decis. 3. num. 5. de referuat. eaque non inducatur, nisi in casibus in iure expressis. Cassad. decis. 2. num. 9. de referuat. Simonet. de referuat. quest. 5. cum aliis ibi, relatis in appendice, Rot. in una Seguntina Archidiaconatus & Canoniciatus 19. Martij 1601. coram Card. Lancelloto iun. impressa per Fatin. decis. 43. num. 3. par. 1. recent. idem operæ pretium duxi aliquos casus referre, quibus beneficia S. Sedi Apostol. reservata reperiuntur, vt Episcopus eos non ignoret, ac proinde ne in huiusmodi beneficiorum collationibus se intromittat.

19 In primis reservantur de iure dispositioni Romani Pontificis omnia beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam, seu in Curia, in cap. 2. & in cap. statutum, & in cap. presentis, de prebendis in 6. & in Clem. 1. vt lite non conest. Simoneta de referuat. quest. 30. Gambar. de officio, & potest. Legati de Latere lib. 3. tit. de potestate legati in beneficiis conferendis num. 123. Nicol. Garcia d. cap. 1. a num. 68. Anastal. Germon. de indultis Cardin. §. per qua sublati, num. 34. Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 16. num. 18. Rebuff. de nominat. quest. 15. num. 27. Valasc. consil. 163. num. 8. Aloyf. Ricc. dicta resolut. 333. vers. quarto, Vgolin. d. cap. 50. §. 2. n. 2. vers. quarto, [Valenz. conf. 57. n. 2. & 4. Perez de Lara de anniverf. & capell. lib. 2. cap. 30. n. 12. me citato in hoc loco Alzedo de praelem. Episc. dignit. p. 2. c. 9. n. 26. Rot. decis. 740. num. 1. par. 2. recent. Rebuff. in praxi tit. de forma mandati Apostolici, pag. 732. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. beneficia, vers. ad secundum, pag. 38. [nouissimè Marcel. Vulpe in d. praxi c. 48. n. 4.]

20 In tantu, quod si Ordinarius provideat de beneficio, quod vacavit in Curia, prouisus non habebit titulum coloratum, Valasc. consil. 79. num. 7. & seq. [quod adeo certum est, vt si reservatur certum beneficium ad fauorem certæ personæ, licet adiciatur claus. etiam si generaliter, vel specialiter reservatum, &c. non tollitur hæc reservatio maior in corpore Iuris, de qua in d. c. 2. Lotter. d. q. 26. n. 25.] Et si illud beneficium dicitur vacare apud Sedem Apostolicam, vt sit reservatum, quod vacavit in locis vicinis ipsius Sedis Apostolicæ, & Romanae Curia, vel prope eam intra duas diætas legales, vt disponit text. in dicto cap. presentis, & docent Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 43. num. 45. cum sequentib. Azor. insit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 346. vers. porro, Greg. Moneta de option. cap. 3. num. 18.

22 Beneficia, etiam apud Sedem, seu in curia vacare dicuntur non solum per obitum in illa (ex qua tantummodo insurgit reservatio clausa in corpore Iure,) vt probant dict. cap. 2. dict. cap. presentis,

de prebend. in 6. Extrauag. ex debito, Ioan. XXII. de election. & Extrauag. Regimen, cum seq. & Extrauag. pia sollicitudinis, de preben. quia beneficium illius, qui est mortuus in Curia, dicitur reservatum. Rot. decis. 700. num. 4. apud Fatin. par. 1. recent. sed etiam per resignationem factam in manibus Papæ, quam constat verè, & realiter dici vacationem in Curia, etiam si mediante procuratore alibi constituto, Ioan. Andr. in dict. cap. 2. num. 7. quem sequitur ibi Anchar. sub num. 1. super verb. apud Sedem, Gemin. num. 7. & alij passim, latè Simonet. de referuat. quest. 28. an. num. 1. [Lotter. dict. lib. 2. quest. 27. num. 331.] ex qua vacatione facta per resignationem, vt supra, non inducitur reservatio clausa in corpore Iuris, cum non sit per obitum, sed inducitur ex appositione manus Papæ, quæ habet vim reservationis specialis, vt clarè determinat Extrauag. Ne Romani, §. nos qui vigiliis, vers. Romani quoque, Pont. de prebend. inter comun. Gonzal. glos. 52. num. 7. Vnde etiam si resoluatur resignatio, putà propter regulam de viginti, non tamen resoluatur reservatio inducitur per appositionem manus validam. Roman. conf. 342. a num. 1. Sarnen. ad reg. de infirmis quest. 33. ad fin. quod non satis videtur perpendisse Simon. dict. quest. 28. sub num. 6. vt doctè aduertit Lotter. de re benef. dict. lib. 2. quest. 27. num. 35. glos. verb. mori, in Clem. 1. vt lite pendente, Nauar. conf. fin. de renunciat. Flamin. lib. 1. quest. 4. num. 54. Moneta dict. cap. 3. num. 37. Nicol. Garc. dict. cap. 1. num. 73. Aloyf. Ricc. & Vgolin. vbi proximè. Vnde Egid. par. 7. quest. 2. Andr. Gambar. de permutat. benef. par. 2. num. 147. quos refert, & sequitur Azor. insit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 30. quest. 9. resoluunt quod si duo Clerici Bononienses in Curia Romana, vbi etiam Episcopus Bononiensis commoratur, sua beneficia permutent, eo ipso vacant in Curia, per cap. licet canon. de prebendis in 6. & idem Gambar. dict. par. 2. num. 67. & Azor. dict. quest. 9. tenent si resignantes beneficia in Curia Romana permutationis causa, si moriantur extra Curiam ambo, vel vnus illorum ante permutationem completam, vacare ea beneficia in Curia, quia non habetur ratio temporis, in quo mortui sunt clerici, sed eius in quo resignarunt, quia tunc beneficia vacasse intelliguntur.

24 Sic etiam in Curia beneficia vacare dicuntur, quando ibi priuatio, aut alij vacationis modi inducuntur. Moneta dict. cap. 3. num. 36. Nicol. Garcia dicto cap. 1. num. 73. & num. 79. resoluunt, quod vbi priuatio inducitur à Iure, seu ex decreto propter actum postituum, beneficium dicitur vacare, vbi sit actus, ob quem inducitur priuatio à Iure, seu decreto. Beneficium igitur vacans per sententiam priuationis lata in Curia contra se defendentem, vel verum contumacem, qui de iure habetur pro presenti, dicitur vacare in Curia, quia data tali presentia siue vera, siue ficta propter talem contumaciam etiam moraliter loquendo verè & realiter talis vacatio in Curia contingit, vt considerat Verall. decis. 64. n. 1. & 2. p. 1. & decis. 327. p. 3. secundum quam intelligenda est Rot. decis. 15. de preb. in antiq. quatenus ponit regulam vniuersalem beneficium vacare in loco, vbi quis eo priuatur, ex doctrina Franch. in c. presentis sub n. 4. vers. 4. adde, de preb. in 6. vbi refert hoc inter casus vacationis in Curia, distinguens tamè inter effectum directu, & consequutiui, vt ibi per eum cum aliis allegatis per Verall. vbi supra, refert Melch. Lotter. d. lib. 2. q. 27. n. 30. obseruans

obseruans n. 31. tale beneficium esse reservatum virtute Extrauag. ad regimen, de prebend. inter comun. non tamè ea reservatione, quæ dicitur clausa in corpore Iuris. Sic etiam vacatio inducitur per decretum de dimittendo, non malè dici potest vacatio in Curia, Rot. decis. 65. de rescript. in antiq. Simon. de referuat. quest. 26. num. 2. [Lotter. d. lib. 2. quest. 27. n. 36. vbi num. 37. subdit idem statuendum circa vacationem per ascensionem, ex Extrau. ad regimen, de preben. inter comun.]

De his tamen beneficiis apud Sedem Apostolicam vacantibus Pontifex intra mensem à die vacationis providere debet, alioquin dicto tempore elapso valebunt collationes ab Ordinariis factæ potestate ordinaria, proindeque ac si nulla vnquam reservatio extitisset, d. cap. statutum. Anton. Fab. lib. 1. definit. forens. tit. 2. definit. 32. quod verum est in vacationibus apud Sedem; nam in cæteris nullum est præfinitum tempus ad cõferendum. An. Falcon. quest. 4. princip. effectu 20. Gaspar. Perul. tract. de referuat. quest. 5. Mensis autem de quo supra incipit currere à die vacationis, non scientiæ, glos. verb. numerandum, in d. cap. statutum, Anton. Fab. dict. tit. 2. definit. 35. Aduertendum tamen, quod restrictio hæc ad mensem non operatur, quod post mensem omnimodo excludatur Pontifex, vt conferre non possit, sed hoc tantum, vt post hunc mensem manus Ordinarij vterius non censentur ligatæ: potest tamen Papa moram purgare in conferendo beneficia vacantia in Curia, quæ intra mensem non contulerat, si tamen res sit integra, vt resoluit Maslobr. in praxi habendi concensum requisit. dub. 49. vbi dub. 50. quarit, an valeat collatio Episcopi qui contulit intra mensem Papæ, si postea Papa de illo non provideat, & dub. 48. obseruat hodie litteras super beneficiis vacatibus in Curia datari sub die obitus. Et quod in beneficiis vacantibus in Curia nõ cadat cõsuetudo optandi, ostendit Moneta dict. cap. 3. n. 13.

An idem sit vacatio apud Sedem, ac vacatio in Curia, dubitari potest; cum plures ex Doctoribus supra citatis confusè, ac promiscuè vno pro alio vtantur. Veritas tamen est quod vacare apud Sedem est quando beneficium vacat per obitum in Curia, iuxta d. cap. 2. de prebend. in 6. iuncto cap. statutum 3. & cap. presentis 34. eod. tit. & libro. [Lotter. d. lib. 2. q. 27. n. 15. cum seqq. & n. 28.] per quod dictum c. 2. in certis casibus extenditur ad duas diætas extra Curiam Romanam: quod intellige per obitum Curialium, seu aliorum non habentium originem, & domicilium Romæ, nec de beneficiis sitis in Vrbe, quia in his non habet locum vacatio apud Sedem, d. c. 2. de prebend. in 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 13. num. 13. & precipuè num. 14. cum seqq. Vacare autem in Curia dicuntur beneficia nõ solum quando vacant apud Sedem, per d. cap. 2. sed pluribus modis quos prosequitur Monet. d. cap. 3. num. 18. Garc. d. cap. 1. §. 1. a num. 68. Gonzal. d. glos. 13. per totam. Vnde licet vacatio apud Sedem per d. cap. 2. de prebend. in 6. quæ aliàs dicitur clausa in corpore Iuris, sit vacatio in Curia, non tamen aliæ vacationes in Curia dicuntur vacationes apud Sedem, in puncto Sarnen. de trienniali quest. 31. a princ. vsque ad §. secundum igitur optime Couar. practice. cap. 36. num. 4. vers. cæterum ad hanc, bene Put. decis. 36. aliàs 38. in nouis lib. 2. tenet Rot. in Corduben. capellanis, registrata per Garc. dict. par. 5. cap. 1. num. 425. ad quam ipse refert n. 88. Gonzal. d. glos. 13. num. 29. vbi firmat quid sit vacare apud Sedem, & num. 48. vbi firmat vacare apud Sedem esse vacare in Curia, non tamè è conuerso, vt n. 49. & 50. vbi cum Sartien. d. q. 31. de Barbof. de Episcopo. Pars I. I.

trienniali, respondet ad glos. verb. in Curia, in cap. statutum 3. de prebend. in 6. quod vacare in Curia improprie dicitur vacare apud Sedem, & n. 52. dicit quod vulgariter dici solet vacare in Curia pro vacare apud Sedem, & n. 53. quod proprie loquendo licet vacare apud Sedem sit vacare in Curia, non tamen è contra, ex Put. d. decis. 36. aliàs 38. in nouis lib. 2. & vt id vnico verbo dicam, vacatio apud Sedem est vacatio per obitum vera, aliæ vacationes dicuntur fictæ in Curia, & illa dicitur in corpore Iuris clausa, aliæ non. Hac quidem post primam huius tractatus impressionem mihi animaduertit Cõsultanus noster Doctor Odoardus Pinto, vtriusque Iuris cõsultissimus, ac in Romana Curia Aduocatus integerrimus.

Limita primò in beneficiis iurispatronatus laicorum, per glos. in cap. licet, de prebend. in 6. vbi Gemin. num. 12. Dec. consil. 149. n. 6. dum tamen fundacione, vel dotacione fuerit acquisitum, secus si priuilegio, Lancell. decis. 304. par. 2. diuers. Simonet. quest. 9. Est tamen valida hæc causa vacationis in Curia ad inducendum supremum Pontificem ad dispensandum, & in totum derogandum iurispatronatus, Couar. pract. cap. 36. sub n. 4. post Mandol. in signatura gratia, in verb. derogationes iurispatronatus, & Staphil. dicit Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 4. num. 45. nouissimè Melch. Lotter. de re beneficiar. lib. 2. quest. 8. sub tit. Iurispatronatus causa finalis qua, vers. primò. [Rota in Placentina capellania 19. Ianuarij 1622. coram R. D. Coccino, & in Comacien. & Ferrarien. Prepositura & beneficij 15. Decemb. 1615. coram Remboldo, Ferentil. in annot. ad decis. Burrati 769. num. 12. in med. & hoc procedit ne dum in reservatione expressa, verum etià in tacita, quæ resultat ex appositione manus Papæ, Garc. de benef. p. 5. cap. 1. n. 991. Marefcot. var. lib. 2. c. 94. num. 26.] Generaliter tamen beneficia iurispatronatus laicorum ex fundacione, vel dotacione, non comprehenduntur in reservationibus, etiam si sint generales, & in corpore Iuris clausæ, nec si Legatus à latere illa potest conferre, Roch. de iurispatronat. verb. competens, quest. 24. num. 54. [me citato in hoc loco Cast. Palao d. disput. 2. puncto 16. num. 9.] Lambertin. par. 1. lib. 2. quest. 6. art. 2. & par. 3. quest. 9. art. 16. Simonet. quest. 6. Selua par. 3. q. 11. quallit. 12. num. 12. & 21. Palat. in libello de benef. in Curia vacant. §. 11. & 12. Gambar. de officio Legati, lib. 3. a num. 239. & 242. Couar. pract. cap. 36. num. 2. & 5. Ioseph. Ludou. tom. 3. comun. opinion. tit. de iurispatron. conclus. vni. ampl. 19. vers. declaratur 12. pag. 531. Hoieda de incompatib. benef. cap. fin. num. 109. Azeued. l. 5. num. 3. tit. 6. lib. 1. noue Recopil. Spin. in speculo testam. glos. 4. n. 44. Cald. Pereira in respons. pro Penaranda num. 1. Rebuff. de nominat. quest. 8. num. 22. & quest. 15. num. 2. Cabed. de patronat. Regie Corone. cap. 35. num. 2. & 4. Perez leg. 2. vers. dubium etiam, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 150. Menoch. consil. 90. num. 85. Put. decis. 319. lib. 1. Valasc. consil. 163. Gonzal. ad regul. 3. Cancell. glos. 18. num. 2. Ceuall. communium contra comun. quest. 897. n. 452. cum seqq. Cened. ad Decretal. collect. 79. num. 1. & ad Sexum collect. 21. num. 1. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 236. vers. tertio, latè Moneta de option. cap. 3. q. 3. a num. 113. [Achi. decis. 3. de iurispatron. Seraphin. decis. 1334. num. 6. Card. Caualer. decis. 639. num. 4. Gregor. XV. decis. 48. n. 3. Rot. decis. 680. n. 2. p. 1. recentior. & decis. 541. p. 2. & in Leodiens. Parochialis 18. Decemb. 1623. & in Bergomen. capellanis 26. April. 1627. coram R. P. D. Meclino, & in Amien. plebis & Iuris patronatus 21. Febr. 1625. coram R. D. Coccino Decano; quæ quidem resolutio primò procedit quamuis iurispatronatus sit mixtu, partim scilicet

spectans ad Ecclesiasticos, & partim ad laicos, quia ad effectum exclusionis reservationis censetur merè laicale, Cou.d. cap. 36. num. 5. vers. & ideo, Achil. diēt. decis. Pute. decis. 157. lib. 3. Seraph. decis. 719. num. 4. & decis. 1344. num. 7. Cavalier. decis. 547. num. 5. & decis. 639. num. 4. Gonzal. d. glos. 18. num. 13. & 14. Garc. d. part. 5. cap. 1. num. 582. Lotter. de re benef. lib. 2. g. 10. num. 76.] Secundo procedit, etiam si in reservatione adsint illa verba, ad cuiuscumque collationem, provisionem, electionem, presentationem, & quamvis aliam dispositionem pertineant, ita Mandol. ad reg. 1. Cancell. quest. 10. num. 2. Gig. de pens. quest. 19. num. 7. aut etiam adit clausula, *Motu proprio*, Polydor. Ripa de actis in mortis artic. cap. 54. num. 22. Moneta d. c. 3. num. 114. qui numeris sequentibus, cum Couarr. Mandol. & aliis citatis locis, id procedere asserit, licet beneficia sint mixta iuris patronatus clericorum, & laicorum, & licet essent de iure patronatus competente clericis ratione bonorum patrimonialium, cum tanquam laicale censetur.

38 Limita tamen primo in iure patronatus laicali, quando eis non competit ex fundatione, constructione, vel donatione, sed ex privilegio, vel prescriptione. Nicol. Garc. d. part. 5. cap. 1. num. 573. [Derogationes autem quantumcumque generales, nunquam extenduntur ad patronatus Regius, Concil. Frid. sess. 25. de reform. cap. 9. Callist. Ramirez de lege Regia §. 27. num. 18. Alfar. de officio fiscalis, gloss. 2. num. 19. Gonzal. ad 8. reg. Cancell. gloss. 18. num. 97. cum seqq. & gloss. 24. num. 159. Nicol. Garc. d. part. 5. cap. 1. n. 219. & 575. nouissimè Ioannes de Solorzan. de iure Indiarum tom. 2. de Indiarum gubernatione, lib. 3. cap. 2. num. 19.]

39 Limita secundo in beneficiis Regularibus, quæ non veniunt in reservatione vacationis in Curia, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 8. num. 11.

30 Limita tertio ubi beneficia curam animarum habentia vacant, Apostolica Sedes vacante, tunc enim ad Ordinarium collatio ob animarum periculum pertinet, idem si vacent in Curia viuo Pont. sed ante collationem Apost. Sedes vacat, cap. si Apostolica §. 5. de prebend. in 6. Rebuff. de nominat. q. 15. n. 28. vers. secundo fallit. Vgolin. d. §. 2. vers. quarto, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 5. proom. num. 125. cum sequentibus, & gloss. 24. num. 111. & 117.

31 Limita quarto in beneficiis illorum, qui in Vrbe degunt ratione originis, vel domicilij, nisi etiam Curiam sequantur, & Curiales existant, glos. verb. originis in cap. presentis 34. de prebend. lib. 6. Moneta d. c. p. 3. num. 25. Rot. Rom. apud Farin. decis. 616. num. 1. in nouissimis nouissimarum, alias p. 4. diuers. Lotter. d. lib. 2. quest. 32. num. 39.

32 Limita quinto, in beneficiis de Vrbe, in quibus locum non habet reservatio de beneficiis vacantibus apud Sedem Apost. ita Gonzal. glos. 13. num. 4.

33 Secundo referuntur beneficia dispositioni Romani Pont. per solam appositionem suæ manus, quæ inutititer factam, ita quod si Papa prouideret alicui, vel prouideri mandat de aliquo beneficio, si prouisio fuerit nulla, ut potè facta inabili, vel incapaci, aut propter subreptionem, vel alium defectum, beneficium remanet Papæ affectum, & in illo Ordinarius non potest se intromittere, etiam si alias non fuisset reservatum, ut probat cap. ut nostrum §. 6. de appellat. resoluunt Rebuff. in praxi tit. de reservat. num. 30. & 34. Simon. quest. 58. Zech. de benef. cap. 5. sub num. 6. Henriq. in summa, lib. 13. de ex. om. cap. 1. §. 2. lit. O. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 3. proom. n. 146. & glos. 52. Rot. decis. 190. n. 6. p. 2. recent. Nicol. Garc. d. cap. 1.

n. 138. [Intellige quatenus actus ille appositionis manus non impeditur sortiri effectum ex contraria mente ipsius Papæ, veluti cum processit sub conditione aliqua, quia tunc nec quidem decretum afficit, cum conditio nihil ponat in esse, Simonet. de reservat. q. 60. n. 2. Lotter. d. lib. 2. g. 26. n. 36. Rota decis. 190. n. 8. p. 2. recent.] Reservatio per appositionem manus Papæ maioris potentia est, quam reservatio deducta ex reservationibus generalibus. Rot. apud Farin. decis. 401. n. 2. p. 2. recent. Et reservatum non dicitur beneficium, seu affectum ex qualibet appositione manuum Papæ, sed ita demum nisi Papa moueatur ex falsa causa tangente pertinentiam collationis, ead. Rot. decis. 187. num. 4. & 5. p. 2. recent. ubi contrarium tenentes declarantur; secus verò quando est error circa qualitatem prouisi, ut ibidem dicitur n. 5. [Neque omnis appositio manus afficit beneficium, sed ea tantum, ex qua resultat mens vterius prouidendi, ut in commendata, & vnione ad vitam, Gonzal. diēt. gloss. 52. num. 38. & 42. Garc. d. p. 5. c. 1. ex n. 175. Lotter. d. lib. 2. g. 26. n. 30.] Papæ manus apposuit in aliqua commissione signanda, per talem signaturam voluit totum negotium ad se aduocare, & inferiorum manus ligare, Gonzal. d. gloss. 52. num. 31. Camil. Borel. in summa omnium decis. tit. 4. num. 11. Maranta disp. 6. num. 21. Rebuff. tom. 1. ad leges Gallie, tract. de euocat. n. 110. pag. mibi 271. faciunt quæ Couarr. præl. cap. 9. n. 5. in princ. Menoch. conf. 340. n. 49. D. Barbosa in l. 1. ff. de iudic. tract. 4. num. 42. [Verum quando Papa non vniuersaliter manus apposuit, sed determinatè solùm ad aliquem certum effectum, per huiusmodi manus Papæ appositionem, beneficium non remanet affectum, sed illud per obitum illius, qui resignare intendebat, potest ordinarius conferre, Lancellot. de autent. p. 2. cap. 10. n. 9. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 51. n. 50. ubi quoddam manus appositio Papæ ad effectum prouidendi ex vacatione per resignationem, non inficit prouisionem per obitum, Nicol. Garc. d. part. 5. c. 1. n. 155. dum ait quoddam decretum in resignatione factum, vel manus appositio Papæ in eadem, licet operentur, quoddam nullus inferior possit in eadem vacatione conferre, tamen non inficit prouisionem per obitum, Mart. de clausul. p. 1. clas. 191. num. 11. ubi tradit quoddam quamvis appositio manus Papæ operetur, ut nullus inferior possit manus apponere, & conferre, tamen hoc procedit in resignatione, secus in prouisione per obitum. Ratio autem omnium, quæ supra diximus, illa solet assignari, quia resignans in fauore certæ personæ, videtur conditionaliter resignare, videlicet dum tamen beneficium illi quaeratur, & ius, quod alteri non quaeritur, a se non abdicatur, Pute. decis. 158. n. 2. lib. 3. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 1. g. 3. n. 8. cum seqq. Anast. Germon. de indulg. Cardin. §. si verò illa num. 72. Gregor. XV. decis. 159. n. 6. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 159. num. 21. cum seqq.]

35 Tertio referuntur dispositioni Summi Pontificis beneficia vacantia Sede Episcopali vacante, cuiuscumque speciei, & qualitatis sint, per Bullam Pij Quinti incip. *Sancitissimus in Christo Pater*, referunt Aloyf. Ricc. diēt. praxi fori Ecclesiast. resolut. 333. num. 2. vers. excipiuntur primo, Vgolin. diēt. §. 2. num. 2. vers. excipiuntur tamen primo, Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 34. quest. 12. vers. eiusdem. Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 16. num. 30.

36 Quarto collatio beneficiorum, quæ vacant propter crimen hæresis cum cura, & sine cura, secularia, & quorumuis Ordinum, etiam S. Ioannis Hierosolymitani, & aliarum quarumuis militiarum

tarum regularia quæcumque & qualiacumque sint, ut habetur in Bulla 29. eiusdem Pij Quinti, incip. *Cum ex Apostolatus*, quæ est in Bull. nouo tom. 2. pag. 213. sub dat. 6. Kalend. Febr. 1566. referunt Aloyf. Ricc. diēt. resolut. 333. vers. secundo, [& in collect. decis. p. 5. collect. 1659.] Vgolin. d. §. 2. vers. secundo, Gonzal. d. glos. 51. n. 101. Nicol. Garcia d. cap. 1. n. 81. Pialec. in praxi noua Episcop. d. cap. 5. ante n. 4. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 34. g. 12. vers. Pij quoque, Flamin. d. g. 16. n. 29. [me citato in hoc loco Caltr. Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 24. num. 3.]

37 Dubitauit an prouisio facta de beneficio incarcerationi propter crimen hæresis sit valida ante sententiam criminis declaratoriam? In quo dubio si rigor iuris spectetur, videbitur resoluendum esse inualidam, cum beneficia antequam vacent conferri non possint, cap. 1. & 2. de concess. prebend. & quoddam

38 + beneficium dicti incarcerationi non vacauerit ipso iure à dio commissi delicti, nisi post sententiã prolatam, videtur deduci ex text. qui pro contraria parte solet allegari, in cap. ad abolendam. §. 1. de hæreticis, ubi sic habetur: *Sancimus, ut quicumque fuerint in hæresi deprehensi, si clericus est, vel cuiuscumque religionis obubratione suscitatus, totius Ecclesiastici ordinis prerogatiua nudetur, & sic omni officio, & beneficio spoliatus Ecclesiastico secularis relinquatur.* Ex quibus pondero verba illa, *nudetur, & spoliatus relinquatur*, quæ cum sint presentis temporis imperatiui modi ad iudicem directæ, important tantum priuationem per sententiam ferendam, quia requiritur aliã personam, nimirum iudicis, ut pœnam infligat: nec in aliis iuribus, quibus hæc pœna statuitur, prout in cap. excommunicamus §. credentes, de hæret. cum similibus, inueniuntur verba significantia priuationem, & sententiam ipso iure latã, quam quidè nullum crimen inducit, nisi sit iure cautum, ex multis, quos refert Nicol. Garcia par. 11. cap. 10. num. 3. & in dubio nunquam præsumitur, nec intelligitur priuatio ipso iure, sed per sententiã. Pute. decis. 129. l. 3. Achil. decis. 1. de panis, Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss. 15. num. 153. Verum licet hæc opinio in iuris rigore vera sit, communis tamen sententia est in contrarium, quæ asserit hæreticum beneficio esse ipso iure priuatum, Abb. in cap. inter dilectos n. 111. de excess. Pralat. Couarr. lib. 2. var. cap. 8. num. 4. plures per Nicol. Garc. de benef. par. 11. cap. 10. num. 60. quibus adde Farin. de hæresi quest. 189. n. 77. & Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 26. num. 5. Ricciul. de iure personar. extra gremium existentium, lib. 5. cap. 19. num. 9. Et ob id posse à quocumque imperari ante sententiam, resoluunt Flamin. lib. 3. quest. 1. num. 30. tenuit Rota in vna Mutinen. Capelle 16. Iunij 1562. coram Palcoto, ubi fuit resolutum beneficia hæreticorum vacare in partibus ubi fuit commissum delictum, & non in Curia, ubi sententia lata fuit, nam vacant ipso iure, & possunt imperari, & conferri etiam ante sententiam, habetur decis. 707. num. 3. & 4. lib. 3. par. 3. diuers. referunt Mandol. de signatura gratie tit. de absolutione ab hæresi, vers. hæreticorum beneficia, Flamin. de resignat. lib. 3. g. 1. n. 32. [Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1659.] Nicol. Garcia par. 5. cap. 1. num. 80. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 26. num. 12. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesiæ existentium, lib. 5. c. 19. n. 11. ubi n. 12. verum asserit quoddam ad hoc ut priuatio suum plenarium sequatur effectum, requiritur sententia declaratoria hæresis incursæ, nec ante poterit hæreticus remoueri à possessione, & num. 13. quoddam hæreticus post hæresim contractam non potest resignare.

Barbof. da Episcopo. Pars III.

Quinto beneficia vacantia per priuationem sunt 39 reservata dispositioni Summi Pont. ex Constitut. Pauli III. incip. *Sancitissimus*, quæ est in ordine 67. Aloyf. Ricc. d. resolut. 333. vers. decimo, videlicet beneficia vacantia per simoniam, quia est crimen, quod equiparatur crimini hæresis, & læsæ maiestatis, cap. 1. ubi glos. vlt. de testibus in 6. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 5. num. 36.

Sexto beneficia collata personis prohibitis propter suum genus, aut propter crimen hæresis, vel apostasie à Fide, nullius sunt momenti, sed ad nouam Romani Pont. prouisionem pertinent, ut habetur in Bulla Gregorij XII L. 66. incip. in Ecclesiis, est in Bull. nouo tom. 2. pag. 448. sub dat. Idibus Nouembr. 1580. referunt Azor. d. quest. 12. vers. Gregor. XIII. Flamin. d. quest. 16. num. 31. Gonzal. diēt. gloss. 51. num. 103. Aloyf. Ricc. d. resolut. 333. vers. tertio, Vgolin. diēt. §. 2. vers. tertio, Mantica. decis. 158. num. 1.

Septimo beneficia quæcumque recepta in confidentiam, quæ vacant ipso iure Apostol. Sedi reservata sunt per Const. Pij IV. incip. *Rom. Pont.* quæ est in ord. 85. in Bullar. nouo tom. 2. pag. 120. & per Const. Pij V. incip. *Intolerabilis*, quæ est in ord. 78. referunt Nauar. in man. cap. 23. sub num. 110. & vers. 3. Azor. d. g. 12. vers. idem Pius I V. Flamin. de resignat. lib. 2. g. 16. num. 26. & de consider. benef. g. 7. n. 79. Aloyf. Ricc. d. resolut. 333. vers. septimo, Vgolin. d. §. 2. vers. septimo, Pialec. in praxi noua Episcop. d. cap. 5. num. 4. in princ. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 2. cap. 5. num. 24. [nouissimè Marcel. Vulpe in d. praxi cap. 48. num. 11.] Et procedit non 42 solùm in beneficiis in quibus commissã est confidentia, sed etiam in aliis, quæ obtinebat confidentiarius, ut in d. Bulla Pij V. vers. sed nec quisquam, Flamin. d. g. 7. num. 81.

Octauo beneficia parochialia collata non seruata 43 forma Concil. d. sess. 24. de reformat. cap. 18. sunt reservata per Bullam Pij V. incip. *In conferendis*, in Bull. nouo tom. 2. pag. 219. quæ est in ordine 32. referunt Azor. diēt. quest. 12. vers. eiusdem Pij V. Aloyf. Ricc. diēt. resolut. 333. vers. octauo, Vgolin. d. §. 2. vers. octauo, Franc. Leo d. cap. 5. num. 26. & 32. Flamin. d. g. 16. num. 32. [nouissimè Marcel. Vulpe d. cap. 48. num. 10.]

Nono, ubi intra sex menses Ordinarius à die, qua 44 nouit beneficium vacare, & conferre potuit, & noluit ad illud prouidere, tunc collatio ad Capitulum pertinet, quod si etiam intra hoc tempus, & ipse negligens fuerit, ad immediatum Superiorem pertinebit, veluti ab Episcopo ad Metropolitanum, ab hoc ad Primatem, ab illo ad Patriarcham, & demum ad Summum Pontificem, cap. 2. ubi Abb. num. 7. & cap. quia diuersitatem, de concess. prebend. Aloyf. Ricc. diēt. resolut. 333. vers. sexto, Franc. Leo d. cap. 5. num. 30. Vgolin. diēt. §. 2. vers. sexto, [nouissimè Mantica. Vulpe d. cap. 48. num. 12.] Pialec. in praxi noua Episcop. d. cap. 5. n. 4. vers. reservat. & Zetola in simili praxi Episc. par. 1. verb. beneficia, §. 2. in princ. pag. 38. ubi hoc intelligit quando hodie darentur omnes isti gradus, sed pro maiori parte ab Episcopo ad Archiepiscopum, & statim ad Papam fit deuolutio, & idem quod dicitur in collatione, resoluunt in electione, & presentatione, Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 27. latè Nicolaus Garcia de benef. par. 10. cap. 3. per totum, ubi latissimè de materia, & num. 4. ampliat locum habere in patronis, etiam laicis, & num. 9. resoluunt prædictum semestrem non currere Superiori ad quem gradatim fit deuolutio, nisi à die notitiæ, [latè Rota decis. 309.

pari. 1. recentissim. in posthum. vbi quoddam collatio si non fiat intra sex menses ab Ordinario, deuoluitur, itavt non possit ordinarius elapso dicto tempore amplius conferre, etiam si Papa non contulerit; & quoddam tempus currit solum à die scientiæ, vel à die, quo scire debuit. Si autem Cardinalis collator non contulit beneficium, quod vacauit in mense alijs Apostolico infra sex menses, ita quoddam locus deuolutioni ad Superiorem, iuxta supradicta, an tunc possit conferre Archiepiscopus, qui Cardinalis non est, seu alius ad quem de iure competit deuolutio, an verò solus Papa, vide Gonzal. ad reg. 8. Cancellar. gloss. 24. à n. 78. [Vide de hac materia plenius alleg. 126. à n. 37.]

43 Decimo sunt specialiter reseruata omnia beneficia, quæ per resignationem, vel obitum auctoritate Apostolica conferantur cum decreto, quod prouisus beneficium tunc obertum in manibus Papæ intra duos menses, aut aliud tempus resignare, seu dimittere teneatur, & quoddam de eo per Sedem Apostolicam duntaxat prouideri possit, & similes reservationes sunt speciales pro beneficijs tunc expressis, Gonzales gloss. 11. num. 69. Moneta de option. cap. 3. num. 44. Franc. Leo dicto cap. 5. num. 31. [nouissimè Marcel. Vulpe d. cap. 48. num. 13. vbi subdit quoddam dictum tempus oppositum dimittendi beneficium incipit currere à die captæ possessionis, non autem à die prouisionis.]

46 Undecimo sunt reseruata beneficia vacantia ob non publicationem resignationum, iuxta const. Greg. XIII. in ordine 85. incip. Humano vix iudicio, sub data Nonis Ianuar. 1584. in Bullario nouo tom. 2. pag. 469. referunt Quaranta in summa Bullarj, verb. beneficiorum resignatorum publicationes. Flamin. de resign. lib. 11. in praxi num. 5. Nicol. Garcia de benefic. part. 11. cap. 3. num. 273. Gonzal. gloss. 51. num. 106.

47 Duodecimo item beneficia vacantia per violationem sequetri lite pendente in Curia Romana, Clement. unic. §. si quis autem, de sequestr. possess. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proem. num. 8. quia cum sint in Curia litigiosa, Sedi Apostolica sùt reseruata, nisi sequetrum fuerit violatum lite pendente in Rota per appellationem, quo casu vt cuitetur circuitus, poterit Auditor in odium sequetrum violentis, beneficium in colligantur personam conferre, Clem. Auditor. de rescriptis, Gonzal. gloss. 23. num. 14. quod est speciale in Rotæ Auditoribus, vt per gloss. verb. de priuatis à nobis, in dicta Clement. Auditor. Et alijs casibus altero decedente non potest Ordinarius de beneficio litigioso in superstitem disponere, quia lite pendente nihil est innouandum. Clement. 1. & 2. vt lite pendenti. Et t subrogatio in Iuribus defuncti spectat ad Papam. c. fin. eodem tit. in 6. Flamin. de resign. lib. 2. q. 3. n. 105. Gonzal. gloss. 6. n. 146.

48 Decimo tertio, reseruantur beneficia litigiosa; nam quantum beneficium litigiosum propriè non dicatur reseruatum, tamen ad effectum, vt Ordinarius non possit prouidere, idem importat litigium, quod reseruatio. Gonzal. gloss. 11. num. 111. Lancellet. de attention. parte 1. cap. 3. num. 90. & sequent. Rot. decis. 312. num. 1. p. 2. recentior. quod singulariter intelligendum est in beneficijs litigiosis per obitum vacantibus; nam in beneficijs impetratis propter crimen, beneficia non sunt litigiosa, sed persona accusata; vnde beneficium colligantis vacans per eius obitum in mense Ordinarij, poterit Ordinarius liberè conferre. Simon. de reseruat. quest. 10. num. 5. Vnde quoad effectum, de quo supra, beneficium dicitur litigiosum, quando agitur de iure reali super collatione.

49 Decimo quarto, reseruantur beneficia litigiosa; non dicitur enim beneficium litigiosum nisi lis sit super titulo. Rot. decis. 356. num. 3. in fine p. 1. recentior. vbi etiam quod non dicitur litigiosum ad effectum vt possit dici reseruatum ex lite inter patronum, & Ordinarium super libertate beneficij, satis autem dicitur litigiosum ex commissione causæ appellacionis ex citatione cum inhibitione, & illius executione. Rot. decis. 455. num. 1. p. 2. recentior. Non dicitur verò litigiosum quando non petitur vt suum, sed vt sibi conferendum, Rot. decis. 253. num. 5. p. 2. recentior.

non dicitur enim beneficium litigiosum nisi lis sit super titulo. Rot. decis. 356. num. 3. in fine p. 1. recentior. vbi etiam quod non dicitur litigiosum ad effectum vt possit dici reseruatum ex lite inter patronum, & Ordinarium super libertate beneficij, satis autem dicitur litigiosum ex commissione causæ appellacionis ex citatione cum inhibitione, & illius executione. Rot. decis. 455. num. 1. p. 2. recentior. Non dicitur verò litigiosum quando non petitur vt suum, sed vt sibi conferendum, Rot. decis. 253. num. 5. p. 2. recentior.

Decimo quarto reseruantur dispositioni Sanctæ Sedi Apostolicæ Canonicatus, & præbendæ Ecclesiæ Metropolitanae Casaraugustanæ mensibus Ianuarij, Aprilis, Iulij, & Octobris, Gonzal. gloss. 51. num. 116.

Decimo quinto beneficia consentitia in Vrbe, in quibus soli Papæ est reseruata collatio, veluti Episcopo Romano, cap. si quis Episcopus, post princ. ibi, dignetur Episcopus Romanus, &c. 7. quest. 1. En. Falcon. de reseruat. quest. 2. princip. num. 9. Moneta de optione Canonica cap. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 13. à num. 3. & gloss. 3. n. 19. vbi tamen scribit non cadere reservationem in Ecclesijs titularibus Cardinalium, sed illos habere ius conferendi, & Ordinarium iurisdictionem, c. his qua. vbi plenè Felin. Abb. & Anton. de Butr. de maiorit. & obed. quod intelligitur quando sunt Cardinales in vrbe; nam in absentia solus Papa confert, vt habetur infra regula 8. Nam licet tituli in Vrbe sint, & eorum beneficia iure Ordinario ad Pontificis Maximi, veluti ad proprij Episcopi collationem, & prouisionem, spectent, vt tamen Pontifices ostenderent Cardinales sibi verè filios, & strates esse, & vt eos suorum titularum studiosos per residentiam magis allicerent, plenior eisdem dederunt conferendi potestatem. Anastas. Germon. de indultis Carainalium §. tam ratione, num. 14.

Decimo sexto reseruantur beneficia collata à Cardinalibus vigore suorum indultorum, quando prouisi intra sex menses à die sibi factæ prouisionis computandos, nouas prouisiones à Sede Apostolica non impetraverint, & iura Camerae Apostolicæ, & alijs propterea debita non perfoluerint, vnde lapsò dicto tempore vacant ipso iure, & possunt per alios à Sede Apostolica duntaxat liberè impetrari, dummodo prouisi de legitimo impedimento non docuerint. Gonzal. gloss. 51. à n. 109.

Decimo septimo reseruantur beneficia vacantia in Abbatiâ S. Crucis Camaldulen. diocesis Eugubinae per constit. Gregorij XIII. incip. Vt Apostolica, de anno 1578. Pontificatus sui septimo. Sed hæc Abbatia fuit vnica Collegio Germanico in Vrbe pro sustentatione nobilium Germanorum, qui in dicta Vrbe literis, ac Theologie assidue operam nauant.

Decimo octavo beneficia Regni Germaniæ vacantia, & vacatura in mensibus Ianuarij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris, iuxta Constitut. Nicolai Quinti. Gonzal. dict. gloss. 51. num. 99.

Decimo nono beneficia vacantia per delictum offendentis litigantes in Romana Curia, eorumque Indices, Aduocatos, & Procuratores, testes, vel notarios; nam ratione talis delicti vacant beneficia offendentis, seu iniuriantis ipso iure, & sunt dispositioni Apostolicæ reseruata, vt disponit constit. 11. Alexandri Sexti, incip. In eminentia, in Bullario nouo tom. 1. pag. 400. de qua Put. decis. 102. cum duabus seqq. lib. 1. Rota decis. 161. part. 2. diuers. Gonzal. d. gloss. 51. num. 105.

Digesimo

56 Vigesimo beneficia illorum, qui seiplos pro alijs examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt pro consequendis beneficijs, aut beneficia impetrant pro alijs, vt ab eis aliquid consequantur, vel quando pro seipso impetrant beneficia cum intentione illa resignandi, vacant enim ipso iure, & soli Sedi Apostolicæ est illorum dispositio reseruata, ex constit. 12. Pauli I V. incip. Inter ceteras, sub dat. 27. Nouembris 1557. in Bullario nouo tom. 1. pag. 731. Gonzal. dicta gloss. 51. num. 107.

Vigesimo primo beneficia [vacantia ob non delationem habitus cliricali, Sixtus V. constituit. 92. §. 2. circa fin. vbi in futurum, est in Bullario nouo, tom. 2. pag. 653.]

De Beneficijs in Reseruatorijs Regulis Cancellariæ Apostolicæ S. D. N. D. Gregorij XV. Sanctæ Sedi Apostolicæ eiusque dispositioni reseruatis.

58 Quilibet Summus Pontifex initio sui Pontificatus volens dare normam, & ordinem rebus de nouo gerendis regulas Cancellariæ constituit addendo aliquid, vel mutando, iuxta negotiorum, & occurritum causarum varietatem, prout dicitur

in regul. 28. §. Primus omnium Ioannes XXI I. qui floruit anno 1316. regulas quasdam, siue leges ad Cancellariam tulit, easque in scripta redegit, tulertunt, & sequentes Pontifices suorum Prædecessorum vestigijs inhærendo, donec Nicolaus V. eas omnes ad hunc statum, & ordinem reduxit. Sequentes Summi Pont. immediatè post suam creationem eas ordinare solent. Piatec. in praxi noua Episcop. part. 2. cap. 5. num. 3. in princip. Nicol. Garcia de benefic. part. 5. cap. 1. num. 190. nam t cum expirent morte

60 vniuersiuque Pontif. Menoch. cons. 112. num. 51. & consil. 182. num. 12. & consil. 190. à num. 17. Piatec. dicta part. 2. cap. 5. num. 2. vers. sede item, Flamin. de resignat. lib. 11. quest. 2. num. 31. & lib. 12. quest. 11. num. 2. Zerol. in praxi Episcopali part. 1. verb. regula Cancellariæ, §. 7. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 5. proem. num. 2. [nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori eccles. cap. 48. num. 25.] reuiuiscunt per nouos Papas renovate, ac subrogatæ cum eisdem qualitatibus, & moderateationibus, Gonzal. gloss. 51. §. 5. num. 73. & 74. & gloss. 9. §. 2. num. 10. t Habent vim legis, Zerol. in praxi Episcopali, dict. verb. Regula Cancellariæ, §. 8. Imò Regula quælibet facit legem separatam, diuersamque reservationem continet. Gonzal. gloss. 11. num. 8. quæ adeò est stricti iuris, vt nec extendi, nec egressi fines suos possit, Flamin. lib. 3. quest. 5. num. 17. Gonzal. §. 6. proem. num. 13. Nicol. Garcia dict. cap. 1.

61 num. 67. Aduertendū est, quoddam vt ligent huiusmodi regulæ non est necessaria earum publicatio, quia statim ab initio quando factæ ligant, quamuis publicatæ non sint, & beneficia vacantia in isto tempore intermedio in mensibus Apost. cadunt sub reservatione, Gonzal. §. 5. proem. num. 54. vbi num. 56. dicit quoddam statim incipiunt ligare quoad effectum nullitatis actus in contrarium, non tamen nisi post publicationem quoad pœnas incurrendas, referunt Ioan. à Cochier in comment. proem. Regul. Cancell. num. 20. & sic earum publicatio non fit ad effectum, vt in notescat, sed vt appareat de voluntate approbatoria ipsius noui Pontificis, Rota decis. 256. num. 3. & 4. part. 2. diuers.

62 Vnde inferitur quoddam Sede Apost. vacante cessant Regulæ reseruatoriæ, & omnes menses sunt Ordinarij, possuntque Episcopi tanquam ad ius commune

redeunt (exceptis tamen illis, qui concordatis Nationis Germanicæ subsunt, quorum beneficia etiam Sede Papali vacante in mensibus Papæ vacantia successorij remanent affecta) prouidere de beneficijs vacantibus in quolibet mense. Mallob. in praxi habendi concursum reg. 7. dub. 43. Caputaq. decis. 86. part. 1. & decis. 214. part. 2. Rot. decis. 144. num. 10. part. 2. recentior. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 5. proem. num. 46. vbi ait quoddam non solum erunt omnes menses Ordinarij ante assumptionem noui Papæ, sed etiam antequam faciat regulas Cancellariæ, quæ temper fieri solent die immediate sequenti dictæ assumptioni, ita quod si etiam in illo medio tempore ab assumptione vsque ad editionem Regularum vacaret aliquod beneficium in mensibus alijs reseruatis, nullum obstaculum Ordinarius habere dicatur, & allegat Gemin. cons. 92. incip. in caus. Canonicatus, num. 1. nisi alijs beneficia sint affecta, aut Papa postea electus declaret non inspirasse reservationem, aut illa de nouo referret, prout fecit Paulus V. fel. record. de omnibus beneficijs tempore suæ assumptionis non prouisis in Bulla ad fauorem Conclauistarum, sub dat. pridie Calend. Augusti 1605. referente Nicol. Garcia de benefic. part. 5. cap. 1. num. 645. cum sequenti, & prout fecit etiam S. D. N. Urbanus VIII. generaliter reg. 68. Cancellaria ab eo nouiter addita, tenoris sequentis. Item S. D. N. prouide considerans consueuisse quandoque Romanos Pontifices prædecessores suos beneficia, qua vacante Sede Apost. vacare contigerat, dispositioni suæ reseruare, intendens de beneficijs huiusmodi tam Conclauista, quam pauperibus Clericis, & alijs benemeritis personis prouidere, omnia & singula beneficia per regulas Cancellariæ Apost. aut quælibet alias Apost. Constituciones temporales Romani Pontif. pro tempore existentis dispositioni quomodolibet, & ex quauis causa reseruari solita, qua à die obitus felicitis record. Gregor. XV. Prædecessores sui vsque ad diem supradictam, supram. Augusti vacauerunt, & de quibus per quossumque Ordinarios collatores tunc dispositum non fuerat, suæ dispositioni reseruauit, de cernens in iurium, &c. refert Ioan. Anton. Mallobr. in praxi habendi concursum reg. 7. dub. 10. num. 2.

Cum autem, vt supra dicebamus, per mortem Pontificis conditoris vis, & auctoritas regularum Cancellariæ expiret, vt præter supra citatos tradunt Caputaq. decis. 86. num. 3. lib. 1. Seraph. decis. 980. num. 12. Gom. in proem. Regularum q. 1. num. 2. Ideo Sede Apostolica vacante omnes menses sunt Ordinariorū, possuntque Episcopi tanquam ad ius commune reuertentes prouidere de beneficijs vacantibus in quolibet mense, iuxta tradita per Caputaq. d. decis. 86. num. 3. part. 1. & decis. 214. num. 5. p. 2. [Crescent. decis. 3. num. 4. de privileg. Ludou. Gom. de expellat. num. 10. Put. decis. 462. num. 3. lib. 2. nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori eccles. cap. 48. num. 25.] Gonzal. ad reg. 8. §. 5. proem. num. 46. Verū in hoc articulo duo casus sunt omnino distinguendi. Primus est quando agitur de reservatione, quæ fit ratione temporis, prout in reg. 8. tunc enim reseruatio, & affectio non contrahitur, nec inducitur nisi in mensibus in d. reg. 8. statutis vacatio beneficij contingat. Et ad effectum huius reservationis consideratur illud tempus vacationis. Callad. decis. 8. num. 9. & 12. de præbendis, Rot. decis. 774. num. 2. & 10. lib. 3. part. 3. diuers. quia hæc reseruatio beneficij inducitur solum in ipso obitu possessoris & vacationis contingentis tali mense Sedi Apost. ad conferendum assignato. Vnde si talis vacatio contingeret Sede ipsa Apost. vacante, etiam si alijs esset mensis Apostolicus, nihilominus

lominus collatio spectaret ad Ordinarium, quia vocatio Sedis Apost. impedit, & excludit reservationem, & regulam Cancellariae tunc non operantur, & ita procedunt Doctores allegati, & considerat Gonzal. super reg. 8. §. 5. proem. num. 94. post med. vers. secus vero, & alij inferius allegandi. Alter vero est casus, quando agitur de reservatione qua inducitur, vel ratione personarum, ut puta quia possidens beneficium erat familiaris Cardinalium, vel Collector, vel Subcollector, vel alia adesset reservatio, quae personae possessoris adhereret, vel ratione ipsius beneficii, vel quia esset prima dignitas, monasterium, vel alio modo ratione rei affectum Sedi Apostol. tunc enim etiam si vocatio contingat Sede Apostol. vacante, attamen collatio spectat ad futurum Papam, quia reservatio hoc casu non inducitur in ipso obitu possessoris, & sic in vacatione, quo tempore iam Regulae Cancellariae expirant, sed reservatio fuit inducta, & iam infixa a principio, statim ac ille fuit familiaris, Collector, vel Subcollector, seu beneficium fuit prima dignitas, aut alio modo antea affectum Sedi Apostol. quo tempore Regulae Cancellariae vigeant, & licet effectum, nempe reservationem iam induxerant, & quamvis Sede Apostol. vacante, dictae Regulae Cancellariae tanquam auctoritatis tunc destituta non inducant eo tempore reservationem, non inde tamen reservationes prius vivente Papa & regulis vigentibus inductae & infixae desinunt, nec expirant, immo beneficium semel affectu semper remanet affectum. Extravaag. ad Romani, de prabend. Anchar. conf. 138. num. 3. Gemin. conf. 93. num. 16. qui hoc tristissimum dicit axioma, Rota decis. 10. de prabend. in novis, & decis. 11. num. 2. & decis. 31. num. 1. eod. tit. Et in terminis reservationis ratione familiaritatis, vel alterius qualitatis personalis, quod etiam si familiaris, vel alius decedat Sede Apostol. vacante, nihilominus collatio spectat ad Papam, & Ordinarius non posse se intrinsece tradunt Gemin. seu potius Felin. ad dictum illius conf. 93. num. 16. idem Felin. in cap. in nostra, corol. 2. num. 20. vers. & caue, de rescriptis, Sarnen. super reg. de publican. resignat. quest. 6. num. 6. vers. sic etiam Simonet, de reservat. quest. 17. num. 1. vers. sed hodie, & n. 5. & etiam in terminis reservationis ex eo quod beneficium sit prima dignitas, observant Gonzal. dict. §. 5. proem. num. 93. vers. quia hoc recte procedit, Nicol. Garcia de benef. par. 5. cap. 3. num. 789. vbi num. 791. refert ita Rotam censuisse in Abulen. Parochialis 24. Januarij 1594. coram Corduba. Colliguntur haec ita eleganter disposita ex adductis in Andrien. Archidiaconatus 5. Decembris 1625. coram R.P.D. Merlino.

REGVLA I.

Reservationes generales & speciales.

63 IN primis fecit easdem reservationes, quae in Constitut. felicis recordationis Benedicti Papa XI I. quae incip. Ad regimen continentur, & illas innovavit, ac locum habere voluit, etiam si officiales in eadem constituit. expressi Apostolicae Sedis officiales ante obitum eorum esse desierunt, quoad beneficia, quae tempore, quo officiales erant, obtinebant. Declarans nihilominus beneficia, quae dictae Sedis officiales, qui ratione officiorum suorum huiusmodi eiusdem Sedis notarii erant, etiam dimissi ipsi officii, & quandocumque assequuti fuerint sub huiusmodi reservationibus comprehendenda. Ac reservavit beneficia, quae per constituit. pio memoriae Iohannis Papae vigesimi secundi,

que incip. Execrabilis, vacant, vel vacare contigerit. Quam constitutionem, & reservationem Sanctissimi suae tam ad beneficia obtenta, quam ad alia quaecumque, de quibus Ordinarii collatores contra Concilij Tridentini decreta disposuerunt, & disponunt in futurum, extendit, & ampliavit. Et ea etiam beneficia dispositioni suae reservavit, de quibus per dictos Ordinarios, aut alios collatores, contra eiusdem Concilij decretorum formam dispositum fuerit. [latè de hac reservatione Lotter. de re benef. lib. 2. q. 30. per tot.]

64 Prima pars huius regulae innovat, reservationes, quae continentur in constitut. Benedicti duodecimi incip. Ad regimen, & habetur inter Extravaagantes communes, sub tit. de prabendis, & dignitat. cap. 13. quae reservantur quaecumque beneficia vacatura per obitum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, & Officialium Sedis Apostolicae, videlicet Camerarij, Vicecancellarij, Notariorum, Auditorum, litterarum, contradictarum, & Apostolici Palatii causarum Auditorum, Correctorum, & Scriptorum litterarum Apostolicarum, ac Penitentiarij praefatae Sedis, ac Abbeuatorum, nec non commentariorum, & aliorum quorumcumque Capellanorum Sedis eiusdem, & etiam quorumcumque Legatorum, siue Nuntiorum, ac in terris Ecclesiae Rom. Rectorum, & Thesaurariorum per Romanos Pontifices specialiter deputatorum, seu missorum, aut deputatorum, aut mittendorum in posterum, vbi cumque dictos Legatos, vel Nuntios, seu Rectores, aut Thesaurarios antequam ad Romanam Curiam redierint, seu venerint, rebus exire contigerit ab humanis.

65 Item in d. Extravaagant. Ad regimen, reservantur beneficia vacatura per depositionem, priuationem, translationem, ac numeris consecrationis susceptionem, auctoritate Apostolica factas, & fiendas, Flamin. de resignat. libr. 2. quest. 16. num. 27. Gonzal. gloss. 51. num. 32. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. tract. 13. disp. 2. puncto 17. vers. secundo.]

66 Item in eadem Extravaagant. Ad regimen, post med. vers. Rursus Monasteria, reservantur beneficia vacantia per promotionem ad Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, vel Monasteriorum regimina, An. Falcon. de reservat. quest. 2. princip. sub num. 12. Simon. eodem tractat. quest. 27. Gonzal. dict. gloss. 51. num. 35. Nicol. Garcia de benef. par. 11. cap. 6. num. 30. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 17. vers. 5.] † Nam beneficia obtenta vacant ipso iure per promotionem ad Episcopatum post ademptionem possessionis, & consecrationem sequutam, vel postquam praefixum tempus ad consecrationem petendam lapsum fuerit, cap. cum in cunctis, §. cum verò de elect. Concil. Tridentin. sess. 7. cap. 9. & sess. 23. de reformat. cap. 2. Flamin. libr. 3. quest. 1. num. 76. Petr. Gregor. de benef. cap. 24. num. 10. Anast. Germon. de indulgentiis Cardinal. §. si vero, à num. 20. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 16. questione 12. Cardinal Tusch. practico. conclus. littera B, conclus. 71. Ioan. à Cochier ad reg. 24. Cancell. num. 26. Put. decis. 438. n. 1. & 3. libro 2. Zetol. in praxi Episcop. par. 1. verb. vacatio, §. 1. praxis nova in proem. num. 8. Massobr. in praxi habendi concursum reg. 1. dub. 2. n. 14. Vgolin. de officio, & potestate Episcopi cap. 1. §. 2. num. 3. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. num. 53. Verall. decis. 400. num. 1. lib. 2. Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 4. collect. 865. Camill. Borell. in summa omnium decisionum tit. 21. n. 84. & 86. [Alzed. de praecl. Episc. dign. p. 1. c. 3. à n. 76.] Steph. Gratian. discept. forensium c. 223. à num. 32. & cap. 296. Nicol. Garcia de benef. par. 1. cap. 6. à num.

à num. 1. [Seraphin. decis. 110. per tot. vbi ait quod de iure communi ad inducendam vacationem beneficiorum, vel pensionem electi ad Episcopatum duo requirantur, nempe adeptio possessionis Episcopatus, & consecratio electi: in translato vero de vno Episcopatu ad alium, cui iam sit consecratus, locum consecrationis lapsus trimestris dati ad conservandum.] Vnde collatio beneficii facta electo in Episcopatum ante confirmationem, seu adeptam possessionem valet, Garcia d. cap. 4. n. 47.

68 Advertendum tamen, quod prouisus per Romanum Pontificem (quae prouisio & electionis, & confirmationis vim habet) statim quod per eum promotus est, beneficia ipsius possunt conferri tanquam vacantia, non expectata consecratione, ut de stylo Curiae seruatur, ita ut iam non possint renuntiare, ita Flamin. dicta quest. 1. à num. 77. Azor. dict. quest. 12. Vgolin. d. §. 2. num. 3. Anast. Germon. d. §. si vero, num. 21. Granut. ad Simonet. quest. 27. n. 6. [Seraphin. d. decis. 110. num. 2. vbi intelligit quando in promotione, vel translatione Papa decessit beneficia vacare, & sic quando adest exprellum vacationis decretum, aliis secus. Alzed. par. 1. cap. 3. num. 76. cum seqq.] quicquid velit Ioan. à Cochier vbi proxime † Nisi prorogatio, vel retentio obtenta fuerit, Couar. pract. cap. 36. num. ultim. Flamin. d. quest. 1. num. 84. Vgolin. d. §. 2. num. 3. vers. tertio, Caputaquen. decis. 303. & 304. & 400. par. 2. Gonzal. dict. num. 53. Camill. Borell. dict. tit. 21. num. 85. [Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 296. num. 78. in fine, Alzed. dict. par. 1. cap. 3. num. 86. vbi tenet quod dispensatus ad beneficia cum Episcopatu retinenda, non retinet eadem beneficia si ad alium Episcopatum transferatur, nisi iterum Papa dispenderit.] Et dicit Aloyf. Ricc. dict. collect. 866. sub ampl. 1. vers. ampliamus etiam, quod data retentione beneficiorum, non comprehenditur facultas transferendi pensiones.

70 Et si data beneficiorum retentione si huiusmodi Episcopi, quibus concessa fuit, Episcopatus permittent, postea non vacant eadem beneficia, Anast. Germon. dict. §. si vero, n. 36. quem refert Ioan. à Cochier vbi proxime.

71 Amplia, ut per promotionem ad Episcopatum modo supra relato, vacant etiam beneficia simplicia, Flamin. dicta quest. 1. num. 76. Simonet. tit. de reservation. q. 27. in fine, Mandol. hic quest. 15. num. 7. Rota in Conchen. beneficij 10. Iunij 1624. coram Illustriss. Patriarcha Manzanedo. Nicol. Garcia dict. cap. 6. num. 5. † Et praecipua Militia, & Ordin. S. Iohannis Hierosolymitani, ut declaravit Gregor. XIII. const. 82. incip. Controversia, de anno 1583. in Bullario nouo tom. 2. pag. 466. † Et pensiones, Anast. Germon. d. §. si vero, num. 20. & 39. Ferrer. conf. 53. num. 4. Flamin. d. quest. 1. num. 8. & 78. & lib. 9. quest. 2. num. 121. Nicol. Garcia par. 1. cap. 5. num. 110. & sequen. Stephan. Gratian. vbi proxime, ac etiam facultas amittitur illas transferendi, ut ex Bisignet. decis. 3. de prabend. colligit Aloyf. Ricc. dicta ampliam. 1. nihil expresse sit concessa retentio. Verall. decis. 303. num. 1. & 2. par. 2. Valenz. qui alios refert, conf. 51. num. 19. Rot. in Carthagenen. translationis 19. Iunij 1606. coram Manzanedo, apud Marchesam. & commissionibus par. 1. §. 2. pag. 637. vbi dicitur quod facultas retinendi pensionem concessa promotio ad Episcopatum, non intelligitur cum facultate transferendi, quae ante promotionem competebat, nisi fuerit expressa, eo quod facultas transferendi est odiosa, ideo specialiter exprimenda. Et pensionem vacare per translationem Episcopi ad aliam Ecclesiam, si non detur retentio, quae probari debet, censuit Rot. in Pvglien. pensionis 16. Iamarij 1570. coram Card.

Seraphino, impressa per Marchesam. d. par. 1. §. 1. pag. 638. [& repetitur etiam inter eius impressiones decis. 91.] Sed si spectemus ius commune, necesse est, ut dicamus pensionem illo attentio non extingui per assumptionem pensionarij ad Episcopatum, quicquid dicant Ferr. & alij supra citati, & distinguat Sig. de pension. quest. 56. mouentur enim falsa imaginò, dum equiparant pensiones cum beneficiis simplicibus, de quibus tantum loquitur text. in cap. cum in cunctis, de elect. quam hallucinationem multi in hoc puncto agnouerunt, & damnauerunt; totum ergo referendum est ad stylum Curiae, ut aduertit Rot. decis. 233. num. 1. p. 1. diuers. ex quadam Extravaag. Iulij II. quam anno 1570. Leo X. expressius innovauit, decernendo pensionem huiusmodi extingui, nisi in ipsamet cedula consistoriali fuerit dispensatum. Vnde cessante hoc iure singulari nulla de iure communi est incompatibilitas inter Episcopatum, & pensiones, quod etiam notauit Rot. decis. 454. num. 9. p. 1. diuers. [& apud Marchesam. de commiss. p. 2. pag. 489.] Valenz. d. conf. 51. num. 41. [Sed quaero, an in concedenda retentione pensionis accedere debeat consensus titularis, aut sit exprimenda qualitas quod sit reservata super beneficio iurispatronatus, accedente patroni consensu, vel quod constiteret in distributionibus quotidianis. In quod dubio sic distinguendum est, aut retentio concessa est eodem contextu cum promotione ad Episcopatum, vel post promotionem; in primo casu est aduertendum quod cum illa retentio non faciat nouam gratiam, sed tantum remoueat obstaculum, quod impedit quominus pensionarius possit donec viuat retinere pensionem, & ista remotio obstaculi ante extinctionem non afferat praedictum titulari, qui non habet ius nisi extincta pensione, Lambert. de inrepatron. 3. par. 1. lib. 9. art. 19. circa fin. pag. 372. Staphil. de litteris gratia & instit. tit. de modo & forma imp. vers. 4. & ult. pro nunc, ac proinde gratia non sit noua, neque praedictualis titulari, sequitur subiectionem non sequi ex eo quod non fiat mentio de illo quod super distributionibus quotidianis sit reservata pensio, vel non accedat tunc, sicut in prima reservatione, patroni consensus; secus autem erit in secundo casu. Ita eleganter Rota in Firmiana pensionis 2. Iunij 1593. coram bonae mem. Cardin. Melino, impressa per Marchesam. de commissionibus par. 2. pag. 489. in ult. impress. vbi ait sufficere ad hoc ut dicatur concessa retentio eodem contextu cum promotione ad Episcopatum, si ante ademptionem possessionis consecrationem, & lapsum trim mensiu, & sic ante extinctionem pensionis fuerit concessa, quia eo casu non potest impugnari vel subreptitia, neque erat necessaria derogatio regulae de non tollendo iure quaesito. Additque eadem Rota quod licet retentionem Prioratus, de quo ibi, concessam post promotionem, non facta mentione de iure patronatus laicalis subreptitiam existimauerit olim maior pars dominorum de Rota, ut refert Aigid. decis. 752. tamen ipse tenuit contrariam, & eiusdem opinionis fuit Collector decisionum decis. 2. de praben. in nonis, quae est in eodem casu.] Vtrum autem per assumptionem Cardinalis pensionarij ad Summum Pontificatum, extinguatur pensio? Affirmatiue responderet Gabr. conf. 200. lib. 2. [Sed quaero, an praedatus Regularis, qui in Episcopatum eligitur, desinat esse talis Praelatus? Villalob. in sim. p. 2. ar. 35. diff. 41. n. 5. tenet quod Praelatus vacat statim post confirmationem. Sed melius P. de Peirinis in formul. Regul. li. G. cap. 6. num. 5. tenet quod non vacat, nisi post consecrationem, per dict. cap. cum in cunctis, §. cum verò, & addit quod tunc electio pertinet ad illos electores, ad quos

quos pertinisset si esset mortuus (nisi aliud per Summum Pont. provideatur,) qui quandoque concedit, ut Generalis Praeatus in Episcopum consecratus possit continuare in officio Generalatus usque ad Capitulum Generale, sic concessit Lusitano nostro R. Fr. Bernardino de Sena totius Ordinis Minorum Generali in Episcopum Vrnsensem consecrato, & Fr. Francisco de Mayda Minorum Generali, & in Episcopum consecrato. Statim enim ac aliquis Religiosus est in Episcopum creatus, vel confirmatus à Papa, & consecratus, potest cella priuari, & à Conuentu dimitti, quia non potest amplius frui Religionis priuilegijs, Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 2. q. 5. art. 4. & in sum. tom. 4. cap. 68. num. 10. Sanch. d. cap. 6. n. 32. & 33. P. de Peirinis in consil. sui Ordinis, tom. 1. consil. 4. Sixti I. V. num. 44.]*

74 Limita in promotio ad Episcopatum in terris infidelium existentem, seu titulari, cum per eum non stet assequi illius possessionem, Anastas. German. *dict. §. si vero, num. 26. Nauarr. consil. 14. de elect. num. 3. Ioan. à Cochier ubi proxime, Flamin. d. quest. 1. num. 9. & 89. Azor d. cap. 16. quest. 12. Nicol. Garc. d. part. 11. cap. 6. num. 24. [Vgol. d. p. 1. c. 1. §. 2. n. 2. me citato in hoc loco Alzed. d. p. 1. c. 3. n. 82. ubi n. 83. subdit quod beneficia Episcopi, qui non recipitur à populo, nec percipere potest fructus, non vacant, per cap. si tibi concessio, & ibi gloss. verb. vacare, de praebend.]*

75 Nam licet collatio dignitatum, vel beneficiorum facta Episcopo non valeat, nisi ex dispensatione Papae, vel iusta causa, cap. cum nostris, de concess. praebend. ubi Abb. num. 4. 7. & 15. Less. de iustitia, lib. 2. cap. 34. num.

76 139. Nicol. Garcia d. cap. 6. num. 44. Episcopo tamen titulari, vel qui renunciauit Episcopatu, collatio, praesertim de beneficijs simplicibus, valebit, Nauarr. *consil. 14. & 15. de election. Nicol. Garcia d. cap. 6. n. 45. Sed quid si quis promotus sit cum retentione beneficiorum, & deinde moriatur in partibus, an beneficia illa censeantur reseruata, ut de iis solus Papa possit disponere: & esse reseruata scribit Simonet. *tr. de reseruata. benefice. quest. 27. num. 5. quia cum ad certum tempus promotionis se non restringant, generaliter debent intelligi quocumque tempore sint vacatura. [me citato in hoc loco Alzed. d. p. 1. cap. 3. num. 85.]**

In Hispania ex antiquissima consuetudine, & vsu introductum est quod promotus renuntiet beneficia, quae ante promotionem obtinebat in fauorem personae à Catholico Rege assignatae, & huic, & non alteri Pontifex conferat Hieron. Venero à Leyua in *exam. Episc. lib. 4. cap. 4. n. 15. Alzed. d. p. 1. c. 3. n. 80.]*

77 Item in eadem Extravaag. Ad regimen, & in Extravaag. ex dubio, §. huiusmodi, de elect. reseruantur beneficia vacantia, & vacatura per assecutionem pacificam quoruncumque Prioratum, dignitatum, personatum, officiorum, canonicatum, praebendarum, & aliorum beneficiorum auctoritate Apostolica prouisorum, seu prouidendorum, [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 17. vers. sexto.] Simonet. *de reseruata. quest. 26. num. 1. ubi num. 5. bene declarat procedere non solum in vacatione, quae prouenit ex decreto Papae, sed etiam ex dispositione iuris, quamuis tale decretum non adsit, & fuit dictum in vna Segobien. Canonizatione 24. Novembris 1588. coram D. Plato. Hodie verò in gratia facta de aliquo beneficio habenti aliud incompatible, seu ius ad illud, apponitur decretum, quod ipse orator infra duos menses à die habita possessionis secundi, seu qua per eum steterit quominus illam assequatur, primum dimittere, seu iuri competenti cedere in manibus Romani Pontificis tantum liberè cum specifica mentione praesentis decreti omnino teneatur, alioquin ambo vacent eo ipso; ita ut de illis*

per Sedem Apostolicam dumtaxat disponi possit, ac irritum, &c.

Per quam clausulam aperte constat huiusmodi dimissionem puram, & simplicem debere fieri, & illud, cui illa posita est fuit post habitam potestissimam secundam, siue ante, non posse resignare primum coram D. Papa conditionaliter, seu ex causa permutationis, non facta mentione dictae clausulae, nec etiam coram Ordinario simpliciter, vel causa permutationis, aliàs elapso termino duorum mensium vacabit vtrumque ad dispositionem solius Papae, ex dicto decreto, cui non paruit. Adde quod dicto decreto de dimittendo in manibus Sanctissimi, satisfit per aequipollens, ut fuit resolutum in vna Compostell. Canonizatione, 10. Maij ann. 1600. coram Illust. Card. Lancel. ubi propterea fuit decisum, quod dimissio facta in manibus Notarij Camerae Apostolicae in executionem dicti decreti, sufficiebat, quia omnis fraus cessabat, refert Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. num. 119. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 17. vers. sexto, in fine.]*

79 Secunda pars huius Regulae innouat reservationes, quae continentur in consil. Ioannis Papae XXII. quae incipit *Execrabilis*, & habetur inter Extravaagantes praedicti Summi Pontif. sub tit. *de praebend. cap. 1.* & iterum inter Extravaag. communes sub eod. tit. cap. 4. quae reseruatur beneficia vacantia per execrabilitatem: nempe quando quis assequutus fuit secundum beneficium incompatible cum primo, quia non solum vacat primum, & est reseruatum Sedi Apostolicae, si ab eadem Sede secundum beneficium obtinuit: sed etiam si statim primum non dimittit, sed de facto illud cum secundo habere praetendat, vacat similiter secundum, & sic vtrumque, & eorum prouisio remanet Sedi Apostolicae reseruata. Gonzal. *d. gloss. 51. num. 38. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 17. vers. septimo.]*

80 Tertia pars huius Regulae reseruatur beneficia, de quibus Ordinarij, & alij collatores contra Concil. Trident. decreta disposuerint, & disponunt in futurum, Gonzal. *d. gloss. 51. num. 48. Filliuc. tract. 41. de benef. cap. 3. num. 30. [Castr. Palao d. disp. 2. puncto 17. vers. octauo.]* Veluti si conferat aliquod beneficium curatum ei, qui vigesimum quintum suae aetatis annum non attigerit, quod est contra decretum Concil. Trident. *sess. 7. de reform. cap. 3.* Vel si conferat dignitates, personatus, officia, praebendas, portiones, aut quaelibet alia beneficia, quibus onera varia sunt annexa, videlicet vt alij Missas, alij Euangelium, alij Epistolas dicant, seu cantent, iis, qui aetatem, & ceteras habilitates integrè habere dignoscantur, quod est contra decretum Concilij *cap. 4. sess. 22. de reform.* Vel si conferat beneficium aliquod, etiam simplex, alicui, qui saltem prima tonsura initiatus, & in decimo quarto suae aetatis anno constitutus non sit, quod est contra decretum Concilij *sess. 23. de reform. c. 6.* Vel si conferat officia, vel dignitates, quae Scholastria dicuntur iis, qui non sunt Doctores, vel Magistri, aut Licentiat in sacra pagina, aut in iure Canonico, quod est contra decretum Concilij *sess. 23. de reform. c. 18. vers. de cetero.* Vel si conferat aliqua ex dignitatibus, quibus animarum cura subest, ei qui saltem vigesimum quintum suae aetatis annum non attigerit, & in clericali ordine versatus, doctrinam ad suum munus exequendum necessariam non habuerit: aut si conferat Archidiaconatum ei, qui Magister in Theologia, seu Doctor, aut Licentiat in iure Canonico non sit, aut conferat dignitatem, Canonicatum, aut portionem ei, qui eo Ordine Sacro non sit initiatus, quem illa dignitas, praebenda,

81 *Declaratio reservationis beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum.*
 S. Anthonius in Christo Pater, & Dominus noster 83
 Dominus Paulus diuina prouidentia Papa V. qui in crastinum eius assumptionis ad summum Apostolatum apicem vestigijs felicis recordationis Benedicti XII. & aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum suorum inharendo, omnia, & singula beneficia Ecclesiastica per pacificam assecutionem quoruncumque aliorum, & per Sanctitatem suam, seu eius auctoritate conferendorum beneficiorum Ecclesiasticorum, ex tunc vacatura, ordinationi, & dispositioni suae cum Decreto irritante desuper apposito, inter alia duxit reseruanda, & quia ex fide dignorum relatione innotuit, quod plerique de beneficijs Ecclesiasticis, praesertim curam animarum habentibus, seu aliàs personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, Apostolica auctoritate prouisi, seu prouidendi, ante illorum assecutionem; alia cum eisdem incompatibilia beneficia Ecclesiastica per eos tunc obtenta, in fraudem reservationis, & Decreti praedictorum resignabant, seu dimittebant; cupiens opportunum super his remedium adhibere, voluit, decreuit, & declarauit quod si in posterum quibusuis personis de aliquibus beneficijs Ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis per Sanctitatem suam, aut eius auctoritate prouideri, ipsosque prouisos, seu prouidendos intra vacationis, & prouisionis, seu assecutionis eorundem beneficiorum tempora quacumque alia cum illis incompatibilia beneficia Ecclesiastica, secularia, vel quoruncumque Ordinum, ac etiam Hospitalium regularia, per eos tunc obtenta, nulla speciali, & expressa de eisdem in prouisionibus praedictis facta mentione simpliciter, vel causa permutationis, ac aliàs quomodolibet, siue in Sanctitatis suae, vel alterius Romani Pontificis pro tempore existentis, aut Legatorum, vel Nuntiorum dictae Sedis, siue Ordinariorum, vel aliorum Collatorum quoruncumque manibus resignare, seu dimittere, aut iuribus sibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit, omnes & singula concessionis, collationes, prouisiones, & quaeuis alia dispositiones de beneficijs, seu iuribus sic resignandis, dimittendis, & cedendis pro tempore faciende, cum inde secutis quibuscumque castis, & irritis, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur, sed beneficia, & iura, vt praesertim, resignata, dimissa, & cessata ipso iure vacent, & vacare, ac sub reservatione, & priori decreto praefatis, quae Sanctitas sua, etiam quoad hoc extendit, & ampliavit, comprehensa censentur. Ita quod de illis per alium quam eandem Sanctitatem suam, vel pro tempore existentem Romanum Pontif. nullatenus disponi possit in omnibus, & per omnia, perinde ac si per pacificam assecutionem aliorum beneficiorum huiusmodi verè, & realiter vacauissent. Decernens sic per quoscumque iudices, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, dilectae Sedis Legatos, & Nuntios, Sublata, &c. indicari, & definiri debere: irritumque, &c. attentari. Placet, publicetur, & describatur. C. lecta, & publicata fuit supradicta regula Romana in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicae 1699. die verò Iouis 25. mensis Februarij, Pontificatus praedicti Sanctissimi Domini nostri Papae anno 5.

REGVLA II.

Extensio reservationis beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum.

82 *Item ne de beneficijs Ecclesiasticis, praesertim curam animarum habentibus, seu aliàs personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, Apostolica auctoritate prouisi, seu prouidendi ante illorum assecutionem alia cum eisdem incompatibilia beneficia Ecclesiastica per eos tunc obtenta in fraudem reservationis suae resignent, seu dimittant; voluit, decreuit, & declarauit, quod si in posterum quibusuis personis de aliquibus beneficijs Ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis per Sanctitatem suam, aut eius auctoritate prouideri; ipsosque prouisos, seu prouidendos intra vacationis, & prouisionis, seu assecutionis eorundem beneficiorum tempora, quacumque alia cum illis incompatibilia beneficia Ecclesiastica secularia, vel quoruncumque Ordinum, ac etiam Hospitalium, regularia, per eos tunc obtenta, nulla speciali, & expressa de eisdem in prouisionibus praedictis facta mentione, simpliciter, vel causa permutationis, aut aliàs quomodolibet, siue in Sanctitatis suae, vel alterius Rom. Pont. pro tempore existentis, aut Legatorum, vel Nuntiorum dictae Sedis, siue Ordinariorum, vel aliorum Collatorum quoruncumque manibus resignare, seu dimittere, aut iuribus sibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit, omnes & singula concessionis, collationes, prouisiones, & quaeuis alia dispositiones de beneficijs, seu iuribus sic resignandis, dimittendis, & cedendis pro tempore faciende, cum inde secutis quibuscumque castis, & irritis, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur: sed beneficia, & iura, vt praesertim, resignata, dimissa, & cessata eo ipso vacent, & vacare, ac sub reservatione praedicta quam Sanctitas sua, etiam quoad hoc extendit, & ampliavit, comprehensa censentur. Ita quod de illis per alium quam eandem Sanctitatem suam, vel pro tempore existentem Romanum Pontif. nullatenus disponi possit in omnibus, & per omnia, perinde ac si per pacificam assecutionem beneficiorum aliorum huiusmodi verè, & realiter vacauissent. Decernens irritum, &c. attentari, &c.*

82 Haec Regula est de nouo addita à S. D. N. Gregorio XV. non tamen de nouo facta, nam Illustrissimus Dominus meus D. Cardinalis Tontus omnium litterarum scientia valde eruditus, & iuris vtriusque consultius, dum S. D. Pauli V. felicis recordat. D. tarius extiteret, praetextu euitandi hominum malitias, exemplo cuiusdam, quem nostri bene norunt, obtinuit ab eodem S. D. Paulo V. reservationem beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum, extendi etiam ad vacatura ante assecutionem resignata, seu dimissa, vt in sequenti Continuatione.

B. vobis de Episcopo. Pars III.

Declaratio reservationis beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum.

83 *Declaratio reservationis beneficiorum per assecutionem pacificam vacaturorum.*
 S. Anthonius in Christo Pater, & Dominus noster 83
 Dominus Paulus diuina prouidentia Papa V. qui in crastinum eius assumptionis ad summum Apostolatum apicem vestigijs felicis recordationis Benedicti XII. & aliorum Romanorum Pontificum praedecessorum suorum inharendo, omnia, & singula beneficia Ecclesiastica per pacificam assecutionem quoruncumque aliorum, & per Sanctitatem suam, seu eius auctoritate conferendorum beneficiorum Ecclesiasticorum, ex tunc vacatura, ordinationi, & dispositioni suae cum Decreto irritante desuper apposito, inter alia duxit reseruanda, & quia ex fide dignorum relatione innotuit, quod plerique de beneficijs Ecclesiasticis, praesertim curam animarum habentibus, seu aliàs personalem residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, Apostolica auctoritate prouisi, seu prouidendi, ante illorum assecutionem; alia cum eisdem incompatibilia beneficia Ecclesiastica per eos tunc obtenta, in fraudem reservationis, & Decreti praedictorum resignabant, seu dimittebant; cupiens opportunum super his remedium adhibere, voluit, decreuit, & declarauit quod si in posterum quibusuis personis de aliquibus beneficijs Ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis per Sanctitatem suam, aut eius auctoritate prouideri, ipsosque prouisos, seu prouidendos intra vacationis, & prouisionis, seu assecutionis eorundem beneficiorum tempora quacumque alia cum illis incompatibilia beneficia Ecclesiastica, secularia, vel quoruncumque Ordinum, ac etiam Hospitalium regularia, per eos tunc obtenta, nulla speciali, & expressa de eisdem in prouisionibus praedictis facta mentione simpliciter, vel causa permutationis, ac aliàs quomodolibet, siue in Sanctitatis suae, vel alterius Romani Pontificis pro tempore existentis, aut Legatorum, vel Nuntiorum dictae Sedis, siue Ordinariorum, vel aliorum Collatorum quoruncumque manibus resignare, seu dimittere, aut iuribus sibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit, omnes, & singula concessionis, collationes, prouisiones, & quaeuis alia dispositiones de beneficijs, seu iuribus sic resignandis, dimittendis, & cedendis pro tempore faciende, cum inde secutis quibuscumque castis, & irritis, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur, sed beneficia, & iura, vt praesertim, resignata, dimissa, & cessata ipso iure vacent, & vacare, ac sub reservatione, & priori decreto praefatis, quae Sanctitas sua, etiam quoad hoc extendit, & ampliavit, comprehensa censentur. Ita quod de illis per alium, quam eandem Sanctitatem suam, vel pro tempore existentem Romanum Pontificem nullatenus disponi possit in omnibus, & per omnia, perinde ac si per pacificam assecutionem aliorum beneficiorum huiusmodi verè, & realiter vacauissent. Decernens sic per quoscumque iudices, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, dilectae Sedis Legatos, & Nuntios, Sublata, &c. indicari, & definiri debere: irritumque, &c. attentari. Placet, publicetur, & describatur. C. lecta, & publicata fuit supradicta regula Romana in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicae 1699. die verò Iouis 25. mensis Februarij, Pontificatus praedicti Sanctissimi Domini nostri Papae anno 5.

M. Perestus Custos.
 Est in Bullario nouo *Consil. 62. aliàs 40. tom. 3. pag. 250.*

Haec Constitutio fraudem, & illius commentum colligit ab euentu si contingat resignantem

de secunda prouideri, si seruis plurium, s. vlt. ff. de le-
gat. i. cum similibus, sat enim est quod id poterit
opinari, vt dicitur de beneficiis electi ad Episco-
patum, quæ ipso iure sunt reseruata etiamsi electus
ea dimiserit ante acceptationem, si sciuit electio-
nem. Simon. d. quest. 26. n. 5. vers. & propterea, An-
ton. August. in epitome sup. reg. 1. num. 5. vers. Extra-
uag. ad regimen, Cassad. decis. 2. de consuet. & ita fuit
responsum in vna Conchen. Parochialis 9. Februarij
1615. coram Vbaldo sen. vbi etiam tentum fuit pro-
uisionem factam alteri ex causa resignationis huius-
modi non posse ferre pro titulo colorato stante
decreto irritanti, [refert Lotter. de re benef. lib. 2.
quæst. 27. à num. 36.]

Reservatio Cathedralium Ecclesiarum, & Mona-
steriorum, ac de tempore vacationis
Episcopatum vacantium
beneficiorum.

84 Item reseruauit generaliter omnes Ecclesias Patriar-
chales, Primatiales, Archiepiscopales, Episcopales,
necnon omnia monasteria virorum, valorem annuum
ducentorum florenorum auri communi estimatione
excedentia, nunc quomodocumque vacantia, & in po-
sterum vacatura. Et voluit quod excessus huiusmodi in
litteris exprimatur. Ac etiam reseruauit dignitates, &
beneficia omnia ad collationem, presentationem, ele-
ctionem, & quancumque aliam dispositionem Patriar-
charum, Primatum, Archiepiscoporum, Episcoporum,
Abbatum, & aliorum quorumcumque collatorum, &
collatricum, secularium, & Regularium, quomodolibet
(non tamen ad collationem cum alio, vel alio, aut etiam
ad alterius presentationem, vel electionem pertinen-
tia) quæ post illorum obitum, aut Ecclesiarum, seu mo-
nasteriorum, vel aliarum dignitatum suarum dimissio-
nem, seu amissionem, vel priuationem, seu translatio-
nem, vel alias quomodocumque vacauerint vsque ad
provisionem successorum, ad easdem Ecclesias, aut Mo-
nasteria, vel dignitates Apostolica auctoritate facien-
dam, & adeptam ab eisdem successoribus pacificam il-
lorum possessionem, quomodocumque vacauerint, & va-
cabunt in futurum.

[Huius Reg. prout iacet auctor fuit Sixtus V.
& eam retinuerunt, seu innouarunt alij Pontifi-
ces successores, vt memorat Nicol. Garc. de
benefic. part. 5. cap. 1. num. 228. qui pergit eam decla-
rare, quod etiam exequitur Ioan. à Cochier in com-
ment. ad eandem reg. ex num. 17. vbi quod ea non ob-
tinet vbi vigent concordata, Lotter. de re benef.
lib. 2. quæst. 34.]

85 Prima pars huius Regulæ reseruauit Ecclesias Pa-
triarchales, quæ etiam Primatiales appellantur, cap.
1. vlt. med. 99. dist. Item Ecclesias Archiepiscopales,
& Episcopales, quarum omnium electio de iure
communi ad Capitulum, & Canonicos spectabat,
cap. cum Ecclesia Sutrina 3. de causa possess. ea scilicet
ratione, vt tolerentur sic discordiæ magnæ ex
quotidie oriebantur in electionibus à Capitulo, &
Canonicis factis, vt aduertit Lancellot. in suis inst.
Canon. tit. qui eligere eligendi possunt, in princip. verb.
hodie, & non derogat iuripatronatus Regio, etiamsi
ex priuilegio, vel consuetudine competat, Couarr.
practic. cap. 36. num. 2. & num. 6. vers. secundum, Palat.
de benefic. in Curia vacanti, §. 11. plures alij, quos re-
fert, & sequitur Nicol. Garcia d. cap. 1. num. 219.
quibus adde Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glof. 24. à num.
352. & glof. 51. num. 49. Cabed. tract. de patronati-
bus Regiæ Coronæ, cap. 10. num. 3. & cap. 35. num. 7. &

multos relatos per Cened. ad Decretal. collect. 79. n. 2.
[me citato in hoc loco Castr. Palao in opere moral. tract.
13. dist. 2. puncto 18. n. 2. tom. 2.] Nam iuripatronatus
ad aliquem Regem, vel principem pertinens non
cenfetur derogatum, nisi specialis de illo mentio
fiat, Marta Pis. decis. 193. Aloyf. Ricc. in collect. decis.
p. 3. collect. 494. & Recepta idem est totius Lusitaniæ,
Hispaniæ, & Galliæ consuetudo, secundum quam à
Regibus nominatio fit Episcoporum, ex iure patro-
natus sibi competens, ad quod faciunt text. in c. cum
longè sibi, quoscumque Regalis potestas elegerit, 63. dist. &
in cap. quod sicut 28. ibi, debet Principi presentari, de
elect. Et de iure patronatus nostræ Lusitaniæ agit Ca-
bed. de patronat. Regiæ Coronæ, cap. 37. per totum. Et de
iure patronatus Hispaniæ tractant l. 18. tit. 5. part. 1.
vbi Gregor. Lopez, & Humada ad eum, c. l. 3. tit. 3. &
l. 2. tit. 6. lib. 1. Ordin. vbi Did. Perez. & l. 1. tit. 6. lib. 1.
noua recopil. vbi Azeuedo, Palat. de benefic. in Curia va-
cantibus a §. 8. Couarr. in reg. possessor. par. 2. §. 10. à num.
5. Spin. in speculo testam. glof. 4. num. 13. Gutier. practic.
lib. 3. quæst. 13. num. 72. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap.
18. num. 215. Camill. Borrel. de Regiæ Catholici præ-
suntia, cap. 50. per totum, Mench. ill. cap. 22. num. 14.
cum sequentibus, plures refert Cened. ad Decretum
collect. 51. num. 3. ex ea ratione, quia Lusitaniæ, &
Hispaniæ Reges ex priuilegio Romani Pontif. ad
Cathedrales Ecclesias Episcopos nominant: tum quia
constat eos Regna, & Ecclesias à Maurorum fau-
cibus, & potestate eruisse, vt meminit glof. pen. in cap.
Adrianus in 2. 63. distinct. tum quia Ecclesias ipsas
maxima ex parte exererunt, & amplissimis redditibus
exonarunt, vt latissime persequuntur Thom.
Bossi. de signis Ecclesia lib. 20. signo 87. cap. 6. Valdef.
de dignitate Regum Hispania cap. 21. De iure patro-
natus Regum Franciæ agunt Carol. de Grassal. lib. 2.
Regalium Francia iure 3. Guillelm. Benedict. in cap.
Rannutius, verb. & uxorem nomine Adelsiam decis. 2.
à num. 78. Rebuff. in tract. nominat. quæst. 1. num. 28.
& Aduerte tamen quod quamuis Rex noster Hispaniarum
sit patronus Cathedralium, & presentat ad dignitates
Episcopales, non tamen est patronus aliorum beneficiorum
in eisdem Ecclesiis Cathedralibus consistentium, nec ad illa
ius presentandi habet, Gonzal. glof. 10. num. 13.

90 Secunda pars huius Regulæ, quæ agit de refer-
uatione beneficiorum vacantium de tempore va-
cationum Episcopatum procedit si ad Episcopum
spectaret electio, nominatio, seu presentatio per-
sonæ; quamuis collatio, seu institutio ad alium per-
tineat, seu sit communis Episcopi, & aliorum, quia at-
tendenda est prima dispositio beneficii: sicut de cõuer-
so quando presentatio, vel electio ad alium pertinet,
quamuis collatio, seu institutio ad Episcopum spe-
ctet, non intrat hæc reseruatio, ita Nicol. Garc. dist.
cap. 1. num. 230. & 231. nam beneficia, quorum col-
latio non potest fieri ab Episcopo absque alterius
electione, presentatione, seu interuentu, non com-
prehenduntur sub hac reseruatione, Gonzal. glof. 45.
num. 10. Non procedit tamen vbi simultanea ex-
concordia est diuisa per turnos, itaut vna vice pro-
uideat Episcopus, & altera Capitulum, non solum
quando beneficium vacat in turno Capituli, in
quo non est difficultas, sed etiam quando benefi-
cium vacat in turno Episcopi, quia etiam tunc mor-
tuo Episcopo, seu alias vacante Sede, potest Capitu-
lum iure proprio conferre Canonicatus, & alia
beneficia simultanea, in quocumque turno vacent,
vt resoluunt Nicol. Garcia d. cap. 1. à n. 237. Gonzal.
ad regul. 8. Cancell. glof. 45. §. 1. num. 29. cum seqq. Dein-
de hæc reseruatio non procedit, vbi collatio benefi-
ciorum

ciorum spectantium aliàs ad collationem Episcopi,
Sede Episcopali vacante ad aliquem spectet, nec re-
feruatur futuro successor, quia Regula non intendit
tertio præiudicare, vt decifum in Rota refert Nicol.
Garc. dicto cap. 1. num. 244. [Castr. Palao d. dist. 2.
punct. 18. num. 4. & 5.]

91 Tertia pars huius Regulæ, quæ est reseruatoria
monasteriorum, id est, Abbatiarum virorum, non
tamen Monialium, quæ habent iurisdictionem quasi
Episcopalem, ex Mandof. in reg. 26. quæst. 3. num. 9.
vers. aduertant tamen iuniores, comprehendit mona-
stera electiua propter verba generalia, quia fit men-
tio de Dignitatibus electiuis, & quia Prioratus regu-
lariter sunt electiui, ita fuisse in Rota decifum re-
fert Nicol. Garcia d. cap. 1. num. 118. vbi num. 119.
resoluit, quod etiam comprehendit alias Dignita-
tes inferiores electiuas, & beneficia electiua, & num.
122. cum seq. idem dicit etiam non facta mentione
de electione. [De iure communi monasteria sunt
electiua, & cõfirmatio spectat ad superiorum, cap. 2.
§. priore, vbi Abb. n. 10. de statu Regul. Rot. decis. 584.
p. 3. lib. 3. diuers. Probat tamen monasterium esse
constitoriale, cum fit taxatum in libris Cameræ,
Rot. decis. 40. n. 4. p. 3. lib. 3. diuers. & late in Palen-
tin. Abbatia de Benenivere 14. Decemb. 1618. coram
R. D. Coccino Decano.]

92 Quarta pars huius Regulæ in illis verbis, dimif-
sionem, seu amissionem, vel priuationem, comprehen-
dit beneficia vacantia post renunciationem Episco-
patus à Papa admiffam, vel post translationem ad
alium Episcopatum, etiam antequam Episcopum ha-
beat, aut habere possit notitiam de eis, non obstan-
te quod ante habitam notitiam admiffionis, resi-
gnationis, aut translationis, possit Episcopatum ad-
ministrare, & possessioni eius insistere, vt resoluit
Nicol. Garcia d. cap. 1. à num. 245. qui in additio. af-
ferit à Summo Pontifice fuisse decifum Episcopatum
Terulen. translatum ad Ecclesiam Cæsaraugustanā
non posse amplius post translationem se immiscere
dispositioni beneficiorum Terulen. quia à die trans-
lationis debentur fructus Ecclesiæ secūda, ad quam
fit translatio, & inter fructus Episcopatus est etiam
collatio beneficiorum, [me citato Alzed. d. cap. 3. n.
88. Castr. Palao d. dist. 2. puncto 18. num. 92.]

93 Hanc regulam non habere locum in Cardinali-
bus tenuit Rota in vna Toletana Paroch. de Alcaude-
te, tertio Iulij 1595. coram Illustriff. Seraphino, quæ
est in impress. decis. 1148. & refert Nicol. Garcia
d. cap. 1. num. 252. de cuius resolutione dubitat
num. 253.

REGULA IV.

Reservatio Dignitatum, necnon suorum, & S. R. E.
Cardinalium familiarium beneficiorum.

94 Item reseruauit generaliter dispositioni suæ omnes di-
gnitates maiores post Pontificales in Cathedralibus,
etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, necnon va-
lorem decem florenorum auri communi estimatione exce-
dentes, principales in Collegiatis Ecclesiis, Reseruauit
etiam Prioratus, Preposituras, Preposituras, ac alias di-
gnitates Conuentuales, & Preceptorias generales Ordini-
um quorumcumque (sed non Militarium.) Ac quæcum-
que beneficia, quæ sui, etiam dum Cardinalatus funge-
batur honore, existentes, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vi-
uentium nunc, & qui erunt suo tempore Cardinalium,
familiares conuimus commensales obtinent, & in posterum
obtinebunt, eorum familiaritate durante, ac in quibus,
seu ad quæ, ins eis competit, aut competierit, etiamsi ab
Barbof. de Episcopo. Pars III.

ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorumdem,
vel alias recesserint. Declarans Dignitates, quæ in Ca-
thedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales non
maiores existunt, quæ ex Apostol. Sedis indulgentia, vel
ordinaria auctoritate, aut consuetudine præscripta, vel
aliàs quouis modo, in Collegiatis Ecclesiis principalem
præminentiam habere noscuntur, sub reseruatione præ-
dicta comprehendendi debere.

95 Ad cognoscendas Dignitates maiores post Pon-
tificalem in Cathedralibus Ecclesiis, & principales
in Collegiatis, attendenda est consuetudo provin-
ciarum, & Ecclesiarum, glof. verb. electionis, propè fi-
nem, in cap. deliberatione, de officio Legati lib. 6. Azor.
instum. moral. par. 2. lib. 6. cap. 34. quæst. 10. vers. per ter-
tiam regulam, ibi, item dignitates principales, Namini.
de resignationib. lib. 2. quæst. 1. num. 82. & 83. [me ci-
tato in hoc loco Castr. Palao in opere moral. tom. 2.
tract. 13. dist. 2. puncto 19. num. 2.] & In nostra Lusitania,
& in ferè tota Hispania Decanus in Ecclesia
Cathedrali post Episcopum maiorem Dignitatem
habet, & in Ecclesiis Collegiatis principalis digni-
tas dicitur Prior, qui præest toti Canonicorum col-
legio: in quibusdam verd Hispaniæ partibus vocatur
Abbas, alibi Prapostitus. & Et denique princi-
palis ea dicitur Dignitas, quæ in Ecclesia Collegia-
ta omnium maxima est, vt tenet Azor. instum. moral.
par. 2. lib. 6. cap. 3. quæst. 8. in fine. [Circumstantiæ au-
tem, quæ magis conspicuam reddunt ipsam Digni-
tatem in concursu alterius, colligantur ex qualita-
te extrinseca ornamentorum personæ, ex qua proue-
nit maioritas Dignitatis, cap. vt Apostolica, de pri-
uil. in 6. Andr. Barbat. de præst. Cardin. p. 1. q. 1. sub
num. 47. Item ex loco in quo sedet, sedes enim no-
bilior assignatur ei, qui maiorem obtinet dignita-
tem, glof. & Doct. in l. decernimus C. de sacros. Ecclesi.
Gamb. de offic. Legati lib. 3. num. 107. Rot. decis. 518.
sub num. 3. circa fin. p. 2. diuers. Et ex præstantia mu-
neris, quod ibidem obit, Cassan. in catal. glor. mundi
p. 4. consid. 42. de his omnibus Lotter. d. lib. 2. q. 33.
ex num. 45. vbi à n. 40. disputat an dignitas siue offi-
cium Cimiliarchatus in Ecclesia Neapolitana ad
hunc effectum dicatur prima Dignitas.]

98 Regula hæc intelligenda est de Dignitatibus prin-
cipalibus actu, nec sufficit vt intrat hæc reseruatio,
quod Dignitas sit erecta in maiorem post Pontifica-
lem in posterum post mortem obtinentis nunc pri-
mam, vt fuit tentum in vna Vallisotana Decanatus
11. Decembris 1600. coram Illustriff. Domino meo
Cardinale Millino, referunt Nicol. Garcia dist. cap.
1. num. 257. Gonzal. glof. 51. num. 58. [me citato in
hoc loco Castr. Palao d. puncto 19. n. 2. vers. debet ta-
men dignitas,] asserentes de conuerso regulam com-
prehendere illam Dignitatem, quæ tunc esset actu
prima, licet esset iam ordinatum, quod cum pri-
mum vacare contigerit, desineret esse talis, & idem
Garcia d. cap. 1. n. 260. tenet ex verbis huius Regu-
læ clare apparere, quod Dignitates Ecclesiarum
Cathedralium, quæ ibi post Pontificalem non ma-
iores existunt, habent tamen sub se Canonicos in
Collegiatis, seu principalem præminentiam, sunt
reseruare. & Verum quando erectio in primā Digni-
tatem esset conditionaliter facta, pendente cõditio-
ne, & nondum purificata, nō cadet sub reseruatione,
vt fuit in Rota decifum in vna Mediolanen. Preposi-
tura 16. Martij 1590. coram D. Bubalo, refert Aloyf.
Ricc. in collect. par. 5. collect. 1670. vbi ampliat etiam si
in erectione esset adiecta clausula, ex nunc, prout ex
tunc, quoniam licet sit virtutis, vt retrotrahatur à
die data, Crescēt. decis. 260. & plures à me ipso cita-
ti in Remiff. de dilition. & clausulis, claus. 26. n. 1. non
tamen

tamen hoc procedit ad effectum reddendi nullam collationem præcedentem, & in præiudicium iuris alteri medio tempore quaesiti, Cardin. Pute. de-
cis. 190. lib. 2. Marta de claus. par. 1. claus. 55. num. 3. Camill. Borell. in summa omnium decis. tom. 1. tit. 20. num. 383.

100 Per hanc regulam vna tantum Dignitas maior in qualibet Cathedrali, & vna tantum principalis in qualibet Collegiata reseruatæ est, nõ obstante quod regula loquatur in plurali, quia pluralitas illa resolu-
uitur in singularitates, & respicit pluralitatem Ecclesiarum, ita Mandof. hic quest. 3. Menoch. consil. 190. num. 4. cum sequentibus. Nicol. Garcia d. cap. 1. num. 262. & dixi alleg. 45. num. 16. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 19. num. 3.]

101 Verum si in aliqua Cathedrali essent duæ Dignitates maiores post Pontificalem, & in Collegiata duæ principales æquales, ambæ erunt reseruatæ, Guidobon. decis. 34. quem refert, & sequitur Aloyf. Ricc. d. collect. 1670. ampl. 1. adde Mendof. q. 4. Azor. ubi proximè, vers. quæras deinde, Nicol. Garcia d. cap. 1. num. 265. cum seqq. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 19. n. 3. in fine.]

102 Procedit Regula hæc in Cathedralibus, in quibus adest vna tantum Dignitas, vt resoluunt Mandof. hic quest. 5. Simoneta quest. 85. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 19. num. 4. vers. & contrarium.] & fuisse in Rota resolutum in vna Turriana Archiepiscopatus 7. Maij 1574. coram Montis Falcun. referunt Aloyf. Ricc. d. collect. 1670. ampliat. 2. Nicol. Garcia d. cap. 1. à n. 267. [Gonzal. ad reg. 8. Canon. gloss. 9. §. 4. sub n. 18. vers. quinimo in terminis, Lotter. d. lib. 2. q. 33. num. 30.] Et habet etiam locum in secunda, si prima Dignitas esset vnica Capitulo, vt tenuit Rota in vna Verdunen. Decanatus 9. Maij 1580. coram Illustrissimo Card. Lancellotto sen. referunt Aloyf. Ricc. d. collect. 1670. ampl. 3. & Nicol. Garcia d. cap. 1. à n. 269. [Vbi igitur contingerit primam dignitatem esse de iurepatronatus laicorum, reseruatio huius reg. comprehendit etiam subsequentem, ex Lotter. d. lib. 2. quest. 33. n. 43. Castr. Palao d. puncto 19. num. 5.]

103 Circa secundam partem huius Regulæ, in qua reseruantur Prioratus, Præposituræ, Præpositatus, ac aliæ Dignitates Conuentuales, ac Præceptorie generales Ordinum quorumcumque, sed non Militiarum, sciendum est cum gloss. verb. militiarum, in Clem. quia contingit, de relig. domib. esse quosdam Ordines, qui militiæ non sunt, sed hospitalitati ex Regula, & instituto operam dant, cuiusmodi sunt, Ordo sancti Spiritus in Saxia, in Vrbe, Ordo Cruciferorum, Ordo sancti Antonij Viennensis in Gallia: Militares sunt Ordo Militum sancti Ioannis Hierosolymitani, sanctæ Mariæ Teuthonicorum, Christi Domini, sancti Iacobi, & sancti Benedicti Auifij in Lusitania; sancti Iacobi, Calatranæ, & Alcantaræ in Hispania; sancti Stephani à Magno Florentiæ Duce institutus: hi Ordines Militares excipiuntur, illi verò comprehenduntur, cum generalis Præceptor, seu Propositus Ordinis per electionem à Religiosis simul congregatis non creatur. Et vt testatur Iacob. Bossi. in historia Ordinis S. Ioannis parte 2. lib. 14. ante hanc reseruationem Innoc. VIII. priuilegium Ordini sancti Ioannis Hierosolymitani cõcellerat, in quo dicitur se nunquam daturum Prioratus, Commendas, & beneficia Ordinis, quamuis in Curia Romana vacent, relinquit liberam facultatem Magno Magistro Ordinis, qua ea conferat; declarat eõdem Prioratus, Commendas, & beneficia in reseruationibus Pontificiis non comprehendi.

Idem priuilegium confirmauit Pius IV. in consil. quæ incip. Circumspecta Romani Pont.

Reseruantur igitur per hanc Regulam in secunda parte Dignitates principales Regularium Conuentualium, seu Monasteria Fratrum, quæ non reguntur per Abbates; non tamen Prioratus, Præposituræ, & aliæ dignitates temporales, vt Ordinum Mendicantium, Mendof. hic quest. 20. & seqq. Nicol. Garcia d. cap. 1. num. 271. & 272. Gonzal. d. gloss. 8. num. 50. † Reseruantur etiam omnes Prioratus, & dignitates Conuentuales, non claustrales, quia Conuentuales sunt beneficia perpetua, & electiua; cætera verò beneficia non sunt electiua, neque dantur in perpetuum, sed ad nutum Abbatis, Azor. inst. moral. par. 1. lib. 12. cap. 22. quest. 8. Et in vna Astoricens. Prioratus 18. Decemb. 1598. coram Illustr. Card. Seraph. vt in eius decis. 1305. fuit resolutum, quod ista Regula reseruans Prioratus Conuentuales procedit in Prioratibus solitis dari in commendam.

106 Circa tertiam partem, in qua reseruantur beneficia familiarium Papæ, ac Cardinalium commensalium; notandum est, quod sunt verè familiares, & continui commensales Papæ, ad effectum reseruationis huius Regulæ, & alios effectus, Cubicularij, & Scutiferi, ex Constit. 14. Leonis Decimi, Milites sancti Petri ex const. 36. Leonis Decimi, Milites sancti Pauli ex const. 23. Pauli Tertij. Milites Pij ex const. 5. & 16. Pij Quarti. Milites Laurerani ex const. 35. Sixti Quinti, Conclauistæ ex constit. 32. Sixti Quinti, incip. Circumspecta, anno primo, Commensarius Camera per const. 44. Sixti Quinti, incip. Ad excelsum, anno secundo, Thesaurarius datariæ per constit. 44. Sixti Quinti, incip. P' ingens, anno secundo, Auditor Camera Confidentiarum per constit. Sixti Quinti incip. Diuina Dei prouidentia, anno secundo, Et denique Paulus Tertius constit. sua, incip. Sanctissimus, declarauit reputari veros Papæ familiares, & continuos commensales Referendarios, & alios Officiales ex Palatio panem habentes, Protonotarios, Subdiaconos, Auditores Rotæ, Acolytos, Secretarios, litterarum Apostolicarum Scriptores, Cubicularios, reliquosque Officiales, deferuientes, & custodiam facientes in Palatio Romani Pontif. pro tempore existentis, licet in eodem non habitauerint, nec in tinello comederint, quamuis enim isti re vera non sint commensales Papæ, nec vllam partem victus illorum aliqui ab eo recipiant, tamen ex quo ipse Papa vult, quod habeantur pro veris familiaribus, & continuis commensalibus, perinde est, ac si realiter essent tales, & consequenter eorum beneficia sunt reseruata per hanc Regulam, Mendof. hic quest. 18. Simoneta de reseruat. quest. 35. num. 25. & 27. Gonzal. d. gloss. 51. à num. 16. Farin. decis. 691. num. 3. in nouiss. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 19. num. 7.] Beneficia Protonotariorum, qui ratione officiorum tales efficiuntur, sunt reseruata, etiam illa, quæ dimissis ipsis officiis postea assequuti fuerunt. Rota in vna Commem. Capella 7. Februarij 1620. coram R.P. D. Remboldo. [de quibus infra alleg. 74. num. 30. cum seqq.]

107 Procedit in familiaribus familiarium habentibus partem, seu expensas ab ipso Papa, quia seruendo familiaribus Papæ, dicuntur illi seruire, facit l. questum, §. sed an instrumenti, ff. de fundo instructo, & ita Rotam censuisse referunt Mendof. hic quest. 17. Nicol. Garcia d. cap. 1. num. 327. Filliuc. tract. 4. cap. 3. num. 41. [latè Lotter. d. lib. 2. q. 32. à n. 62. usque ad 68.] Non procedit tamen in beneficiis Cubiculariorum, seu Camerario-

rum honoris, qui recipiunt de Palatio partem panis, vt fuit per Rotam resolutum in vna Sigutina Archidiaconatus, & Canonici 19. Maij 1601. coram Illustriss. Lancellotto, quam referunt Gonzal. d. gloss. 51. num. 93. Nicol. Garcia d. cap. 1. num. 332. quod tamen hodie locum non habet, cum de hoc sit specialis reseruatio infra reg. 7. Item in vna Benenimana benef. 15. Nouembr. 1597. coram Illustrissimo Seraphino, quæ est in suis impressis decis. 1251. fuit resolutum Conclauistas esse verè familiares Papæ, & illorum beneficia spectare ad liberam collationem Papæ sine consensu Cardinalis, cuius sunt familiares, ex constit. 32. Sixti Quinti de priuilegijs Conclauistarum, Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 16. num. 37. Gonzal. d. gloss. 51. num. 25. Sed loquitur de Conclauistis conclusis, in quo ipse Sixtus ad Summi Pontificatus apertem assumptionem fuit, vnde in alijs non habebit locum, nisi adsit alia similis constitutio.

[Hinc regulæ consequentia est altera, quæ in ordine est 32. per quam decernitur quod impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis, teneatur exprimere nomen & titulum ipsius Cardinalis, & si ille in Curia fuerit, eius ad id accedat assensus, aliàs desuper gratia sit nulla: idemque seruari si Cardinales quomodolibet ab ipsa Curia abentes, & vbilibet etiam in locis, infra duas diartas vicinis, degentes, familiamque & lares in eadem Curia retinentes ab ipsa Curia recesserint, ad eandem illico reuerfuri, & infra decem, vel ad summum quindecim dies verè & realiter reuerfuri fuerint, ita quod Cardinalibus, aliàs quam vt præfertur ex quacumque causa quantumlibet necessaria, ac qualibet alia necessario exprimenda absentibus, facultas præstandi, consensum huiusmodi non competat, sed beneficia huiusmodi ad liberam Sanctitatis suæ, Sedisque Apost. prouisionem & dispositionem pertineant. Declarans regulas & Constitutiones suorum Prædecessorum etiam à die earum editionis, & publicationis super assensu huiusmodi præstando sic intellectas, & intelligendas fuisse. Irritumque, &c. Quodque si prædicti familiares eorundem Cardinalium familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similem transferint, quoad beneficia, quæ familiaritate priore durante obtinuerint, & in quibus, vel ad quæ, priori ipsa familiaritate durante ius eis competere, Cardinales quorum prius familiares fuerint, suum habeant adhibere consensum. Declarans eandem regulam locum non habere in illis beneficijs, quæ familiares ipsi tempore obitus eorũ in dicta Curia, vel extra eam obtinerent aut ante obtinissent, & ratione officiorum per eos obtentorum dicta dispositioni generaliter reseruata, vel affecta fuisse apparent. Necnon illos, quoad effectum eiusdem Regulæ, familiares eorum Cardinalium censerit, qui ipsorum Cardinalium familiares continui commensales ad minus per quatuor menses, etiam ante Cardinalatum fuisse probarentur. Decernimus irritum, &c.]

Addita deinde est altera Regula in ordine 33. quæ idè Papa ad euitandas litas & contentiones, quæ ex præcedenti regula 32. exoriri possent, vestigijs prædecessorum suorum inherendo, statuit quod si beneficia, quæ per obitum familiarium, continuorum commensalium eorundem Cardinalium in futurum vacabunt (cessantibus Apost. reseruationibus) ad alterius Cardinalis collationem, vel aliàs dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti regula non comprehendantur, quoad hoc vt in

prouisionibus talium beneficiorum super expeditione litterarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat, sed beneficia huiusmodi ad collationem, seu quamuis dispositionem Cardinalis Ordinarij collatoris, vt præfertur, liberè spectare censentur. Et si apud Sedem Apostol. beneficia huiusmodi per obitum dictorum familiarium vacauerint, tunc in prouisione talium beneficiorum super expeditione litterarum, illius Cardinalis exigatur consensus (si in Romana Curia præsens fuerit) ad quem eorundem collatio, & dispositio, vt præfertur, pertinere deberet.

Denique s. mem. Paulum V. per quandam suam perpetuam Constit. publicatam 22. Octobris 1609. quæ est in nouo Bullario 58. super moderatione indultorum Cardinalium in articulo collationis beneficiorum, inhærendo simili declarationi factæ per Gregorium XIV. quæ est in eodem Bullario inter constitutiones eius Pontificis 19. (reseruata facultate eisdem Cardinalibus præstandi consensum ad formam dictæ regulæ) decreuit quod eadem beneficia per obitum familiarium continuorum commensalium eorundem Cardinalium deinceps tam apud Sedem, quam extra Romanam Curiam vacantia etiam ad alicuius alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, etiam si tunc cessarent aliæ reseruationes eatenus editæ, nihilominus in posterum dispositioni sanctitatis suæ reseruata censentur: itaut in prouisionibus talium beneficiorum super expeditionibus litterarum illius Cardinalis, cuius tunc familiaris defunctus extitit (si ipse Cardinalis tunc præsens in eadem Curia fuerit) consensus omnino requiri debeat, non autem beneficia huiusmodi, etiam eodem ab ipsa Curia absente, seu prædefuncto, vel aliàs conferre impedito, ad collationem, seu quamuis aliam dispositionem Cardinalis Ordinarij collatoris vilo modo pertineant, neque eiusdem Cardinalis Ordinarij collatoris etiam in dicta Curia tunc præsentis consensus quoquo modo requiratur. Eadèque Constitutiones, & regulas Cancellariæ etiam declaratorias super beneficijs familiarium prædictorum Cardinalium editas, & edendas tam quoad Cardinales indulta conferendi habentes, quam non habentes, atque adeo indulta ipsa ad terminos eius Constitutionis reuocet, & moderatus fuit. Et insuper statuit quod in quibuscumque facultatibus, & indultis, quæ deinceps singulis Cardinalibus præsentibus, & futuris super beneficiorum dispositione, aut de consensu ipsorum Cardinalium in prouisionibus eorundem beneficiorum requirendo per sanctitatem suam, & quocumque alios Romanos Pont. successores suos, dictamque Sedem pro tempore concederentur, eadem Constitutio ad vnguem omnino obseruari debeat, omnesque litteræ desuper, &c. absque limitationibus, & moderationibus prædictis, &c. etiam Motu proprio, &c. nullius sint roboris & momenti, &c.]

108 Quoad huiusmodi Cardinalium familiares aduertendum est illos dici, qui eis sublimi ratione potestatis, & cum eis cohabitauerint, Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 6. num. 19. [Rota decis. 403. n. 11. p. 2. recentiss. in posthum. latè Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 32. à num. 4. Castr. Palao d. puncto 19. num. 9.] & dicit Surd. decis. 35. n. 3. quod cohabitare nõ dicitur, qui stat in eadem domo nisi ad eandem mensam, & conuictum moretur, & n. 16. quod habitatio non attenditur, sed sufficit vt quis ab aliquo victum recipiat, vt cum e stare dicatur. Et tenent Gomez. in reg. de impetrandis beneficijs vacant. q. 13. Boët. decis. 213. n. 13. & 15.

familiares dici, qui actu deseruiunt, & continuam in domo comensationem habent, in eaque habitant, & non in diuersis. Et asserit Fr. Emman. *quest. Regular. tom. 2. quest. 67. art. 1.* familiares domesticos intelligi omnes, qui expensis alicuius commensales continere existunt, etiam si aliquando abesse pro eius negotiis gerendis contingat. **Quoad hoc propositum familiares dicuntur deputati ad honestum seruitium domini, qui dicuntur seruitores, seu famuli, ita post Flamin. & Azor. tenet Nicol. Garcia d. cap. 1. num. 315.** [& sic debent probare se praestisse seruitia Cardinali, & ab eo recepisse victum, & habitationem. Sarnen. in *reg. de impetran. per obitum famil. g. 12. num. 9. in fine.* & n. 10. Simon. *de reseruat. qu. 35. num. 3. Rota d. decis. 403. num. 9. vbi num. 7.* subdit attestacionem Cardinalium non probare familiaritatem ad effectum reservationis in praedictum prouisi ab Ordinario, & sic tertij.] Et probari debet familiaritas haec, ac continua in domo comensalitas, Flamin. *lib. 10. quest. 3. num. 21.* [saltem per quatuor menses, vt disponitur in *d. reg. 32. Cancell. Stephan. Gratian. discip. forens. cap. 230. n. 23.* Tria videntur principalia media iustificandi familiaritatem huiusmodi. *Primum* est cum profertur liber domesticus ipsius Cardinalis, quem vulgo nuncupant Rotulum, in quo apparet descriptio omnium familiarium talis Cardinalis, circa quem librum est aduertendum quod si agatur de probanda affirmatiua, quod scilicet talis fuit familiaris, Rota censuit huiusmodi librum, siue Rotulum non sufficere. Simon. *de reseruat. g. 36. n. 15. Put. decis. 401. n. 1. lib. 1. in correct. Rot. decis. 584. num. 9. p. 1. recentior. Gregor. XV. decis. 166. n. 1.* Si vero agatur de probanda negatiua quod talis non fuit familiaris, nihil est quin talis liber sufficiat. Paris. *conf. 136. n. 32. lib. 4.* Rota apud Marches. *de commission. tom. 3. pag. 468.* nisi forte ex testibus li-

quid constaret de stylo Cardinalis in non habendo pro familiaribus alios quam descriptos in tali libro, tunc enim prorsus haec probatio negatiua excluderet quodcumque argumentum contrarium, quasi quod scriptura esset necessaria ad iudicandam mentem Cardinalis sine qua non posset formari familiaritas, Rota d. *decis. 584. n. 9. p. 1. recentior. Secundum* medium probandi familiaritatem quando profertur aliqua dispositio ipsius Cardinalis ia defuncti implicans tractatum proprium positium tanquam de tali familiari carens omni suspicione aut fingendi, aut simulandi, veluti cum exhibetur testamentum ipsius Cardinalis, in quo talem honorauit titulo Legati, ita Rota in *nul. lium, siue Spoletana beneficiorum 20. Martij 1623.* coram R. P. D. Nauarro. *Tertium* medium probandi familiaritatem est per testes ad eam concludentes ex circumstantiis supra expressis, si enim concordent in dicto, ista probatio sufficit. Greg. XV. *decis. 166. num. 2.* vbi Beltramin. *in vers. hinc est quod Rota,* subdit testes referre debere causas scientiae quoad punctum deputationis ad certum seruitium.]

Aduertendum tamen, quod familiaritas quoad propositum non probabitur, si Sede vacante in familiarium Cardinalis fuerit receptus, & ea durante exeat, nam eo casu beneficia istius non sunt reseruata, ex quo regula haec sicut & reliqua moriuntur cum persona conditoris, vt dixi supra n. 60. Mandos. *ad reg. 32. q. 11. Anast. Germon. de indultis Cardin. §. per quod sublati n. 99.* Ioan. à Coch. *in proem. Regul. Cancell. n. 23.* Ex quibus

fanguinei, vel ex eleemosyna, vel alia causa, non esse familiares, nec eorum beneficia esse reseruata, vt resolutum fuit in Rota in *vna Salamantina, & Abulen. beneficiorum 9. Junij 1599.* coram D. Penna, quam referunt Nicol. Garcia *dicto c. 1. n. 317.* & Salust. Tiber. *in praxi lib. 3. sub c. 9.* idem fuit resolutum in *Hispalen. Archidiaconatus 20. Febru. & 26. Junij 1606.* coram D. Iusto.

Collige secundo Vicarios, seu Prouisores, aut Auditores generales Cardinalium in eorum Episcopatibus, seu Abbatibus, habentes ab eis expensas, seu mensam, aut salarium, seu stipendium, non dici eorum familiares, id est, seruitores, seu famulos, sed officiales, & tanquam tales, & non tanquam familiares recipere expensas, [cum videatur eorum seruitium praestari dignitati potius quam personae,] ita Nicol. Garcia *d. c. 1. n. 318.* [Rota in *Paranen Canoniciatus 11. Febr. 1585.* coram Gipsio, cuius meminere Steph. Gratian. *discip. forens. c. 257. n. 41.* & Lotter. *d. lib. 2. g. 32. n. 12.* nisi officium fuisset familiaritati superductum, Simonet. *de reseruat. g. 35. n. 21.* Gratian. *d. c. 257. n. 42.* Lotter. *d. g. 32. n. 128.*] quamuis Sarmi. *selecl. lib. 7. cap. vltim. dicat,* quod Vicarius Episcopi est eius familiaris, & Segura de Aualos *in direct. iudicium Ecclesiast. p. 1. cap. 14. num. 38.* dicat iudices ordinarios, seu delegatos Episcoporum venire appellatione famulorum, & ex communi vsu loquendi famulos nuncupari, quem sequitur Sbroz. *de Vicario Episcopi in addit. ad g. 147. lib. 2.* Nisi ille qui constitutus fuit Vicarius, esset ex familiaribus continuus commensalibus Cardinalis, nam tunc talis etiam Vicarius effectus manet, cum adhuc sit in seruitio Cardinalis, & eius expensis viuat Gonzal. *dicta gloss. 51. num. 66.* Quintilian. Mandos. *regul. 3. Cancell. reseruat. quest. 19.* Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 2. quest. 109.*

Familiaris beneficium dicitur reseruatum, etiam si is mortis suae tempore familiaris esse desierit. Menoch. *de arbitr. casu 201. num. 113.* cum sequentibus, & sufficit ad hunc effectum quod durante familiaritate beneficia obtinuerint, quantumcumque paruo tempore duret familiaritas, Nicol. Garcia *par. 5. c. 1. num. 279.* [& sic postmodum cesset, vt haec ipsamet regula declarat, Gonzal. *gloss. 51. n. 62.* Garc. *d. cap. 1. n. 277.* Lotter. *d. lib. 2. g. 32. n. 75.*] nec tantum beneficia reseruantur, quae tempore Cardinalatus dignitatis, vel familiaritatis adepti sunt, sed etiam quae ante, cum qualitas ipsa beneficij personae mutatione immuteretur. Anton. Fabr. *lib. 1. definit. forens. tit. 2. definit. 16.* [Greg. *decis. 166. n. 4.* Lotter. *d. lib. 2. g. 32. n. 76.*] Intellige tamen dummodo huiusmodi familiaris non sit receptus in familiarium Cardinalis, [tempore sedis Apostolicae vacantis, & ab ea eodem tempore durante inde exeat,] nam eo casu beneficia istius non sunt reseruata, ex quo regula haec reseruatoria, prout & reliqua, moriuntur cum persona conditoris, vt dixi supra num. 60. Quare ita obseruat Mandos. *ad reg. 32. Cancell. quest. 11.* Anast. Germon. *de Indultis Cardin. §. per quae sublati num. 89.* Et aduerte quod si familiaris habens beneficium reseruatum ratione familiaritatis in Ecclesia, in qua adest consuetudo, seu priuilegium optandi, potest eo dimisso, quod habet, optare aliud, & optatum manet reseruatum, & loco dimissi subrogatur, ita Paul. Garnut. *ad Simonet. g. 35. n. 42.* Gonzal. *gloss. 34. n. 40.* Nicol. Garc. *d. c. 1. n. 334.* vbi n. 340. dicit optatum non subrogari loco dimissi reseruati, & scriptione subrogationis non esse reseruatum, nisi tempore optionis adhuc duret qualitas inductiua reservationis. [Vtrum autem haec regula capiat illud quoque beneficium familiaris

vnus Cardinalis quod sit ad ordinariam collationem alterius Cardinalis? Vide latè Lotter. *d. g. 32. num. 79. cum multis seqq. & à num. 100.* disputat quid dicendum eo casu quo idem Cardinalis est patronus, & Ordinarius collator.]

REGULA V.

Reservatio beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

Item reseruantur generaliter omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quoruncumque Collectorum, & vniceorunt in quacumque ciuitate, vel diocesi, qui suo tempore officia exercentur. Subcollectorum fructuum, & prouentuum Camera Apostol. debitorum, illa videlicet beneficia duntaxat, quae durante eorum officio obtinebant, & in quibus, seu ad quae iam tunc eis competebat. Circa hanc Regulam

Primo notandum est, valde controuersum esse an requiratur exercitium officij Collectoris, vel Subcollectoris, vt eius beneficia sint reseruata. Pro affirmatiua parte aliquando tenuisse Rotam referunt Crescent. in *decis. 17. de prabend.* Cardin. Put. *decis. 31. lib. 1.* Trullan. *decis. 114. in manu scriptis.* Rota *diuers. in decis. 1846. par. 3. & in vna Foroluien. Capella 3. Junij 1586.* coram Granuto. Sed contrarium receptum est hodie, vt tenent Caputaq. *decis. 140. par. 1.* & *decis. 76. par. 3.* Mandos. *hic quest. 4.* Zerola in *praxi Episcop. par. 1. verb. beneficia §. 2. limit. 8. & par. 2. verb. exempti §. 6.* Flamin. *de resignat. lib. 2. quest. 16. num. 26.* Nicol. Garcia *d. cap. 1. n. 345.* Aloyf. Ricc. in *collec. decis. par. 5. collect. 1647.* Filliuc. *tracl. 4. 1. cap. 3. à num. 47.* [Lotter. *de re benef. lib. 2. quest. 32. à num. 155.* me citato in *hoc loco Castr. Palao in opere moral. tracl. 13. disp. 2. puncto 20. num. 4.*] qui dicunt solam deputationem sufficere etiam absque acceptance, & exercitio, & fuit resolutum in *vna Vrgellen. Canoniciatus 7. Maij 1593.* coram Illustrissimo Card. Blanchetto, & in *vna Salamantini. portionis 15. Octobris 1584.* coram R. Mediol. & in *vna Astorcen. Archidiaconatus 6. Nouemb. 1602.* coram Illustr. Card. Archellocto sen. vbi decisum fuit non requiri exercitium, sed sufficere Subcollectorem paratum esse ad exercendum, quotiescumque se offerat occasio, & in *Placentina, seu Compostellana Theofawaria 25. Maij & 16. Nouemb. 1609.* coram Ortembergo, [& nouissime in *Cremonen. Canoniciatus 14. Ianuarij & 15. Aprilis 1630.* coram R. Episcopo Vrgelen. & coram eodem Duran. *decis. 263. n. 3. par. 2. ibi,* Et licet non requiratur quod Subcollectorem acceptauerit, aut exercuerit, sed sufficiat sola deputatio, etiam quod illum non viderit, nec receperit, iuxta magis veram sententiam Mandos. *super regulas ad reg. 4. quest. 4. vbi rationem assignat, Simon. de reseruat. quest. 33. num. 8. cum seqq. Aze. de Falconib. de reseruat. quest. 3. in princ. num. 16.* Cochier *super d. regul. 4. num. 20.* quam Rota iam antiqua, quam moderna sequitur, vt in *decis. 12. de prabend. in nou. Verall. decis. 141. num. 2. par. 2. Put. decis. 329. num. 4. p. 2. in correct.* & c. Idem Duran. *decis. 233. num. 17.*] Et verba illa Regulae, qui suo tempore officia exercentur, intelligenda videntur ad differentiam eorum, qui non verè, sed fide essent Subcollectores, & in *d. Astorcen.* dicitur quod decisio Putei, & aliae allegatae supra in contrarium, intelligenda sunt de exercitio largo modo, scilicet quod per ipsos non steret, & quod sint parati exercere. Ego tamen eas etiam intelligerem data exercendi officium consuetudine, quamuis enim huiusmodi Subcollectores actu illud non exercent,

quia occasio non sese obrulit, sufficit quod sint parati, & habeant potestatem, vel soliti sint per se, vel iam fuerint per antecessores suos in prouincia, vel Episcopatu, vbi constituuntur, illud exercere, vt verò si deficiat consuetudo exercendi, quia nunquam ibi tale officium fuit exercitum, vel defectu fructuum, & prouentuum Camerae Apost. debitorum, vel aliquo priuilegio, aut consuetudine, credo eorum beneficia non esse reseruata, & in his terminis intelligenda esse praedicta verba huius Regulae. Data autem potentia exercendi sola deputatio sufficit etiam antequam suam potestatem videat, vel recipiat. Rota *decis. 12. de prabendis in nouis.* Mandos. *hic quest. 4.* Falcon. *quest. 3. princ. num. 16.* [R. D. Duran. Episcop. Vrgellen. *decis. 233. num. 14.* vbi quod non requiritur exercitium actuale, sed sufficit potentiam, id est, vt occurrente occasione exercendi sit paratus exercere.] Nec obstat doctrina Rotae *decis. 21. de concess. prae. in nouis.* aliàs 459. quod iurisdicatio, seu potestas delegata non acquiritur iudici etiam quoad habitum, nisi scienti, & consentienti, & receptis literis: quia responderetur cum Nicol. Garc. *dict. cap. 1. num. 349.* Aloyf. Ricc. *d. collect. 1647. vers. amplia tertio,* verius esse transferri iurisdictionem quoad habitum in delegatum à tempore datae, licet quoad exercitium requiratur praesentatio literarum, secundum eandem Rotam *dict. decis. 12. de prae. in nouis.*

Secundo notandum est quod quamuis ista regula seruet beneficia vniceorum in quacumque ciuitate, vel dicecesi Subcollectorum, tamen imperantur beneficia, vt reseruata ratione Subcollectorum, sufficit illam probare, nec tenetur probare quod erat vniceus, sed aduersario incumbit onus probandi pluralitatem, cum sit praesumptio de vnitate, vt tenuit Rota in *vna Calagurritana Scholastriae de Logroño vlt. Maij 1546.* coram D. Antonio Augustino, prout referunt Nicol. Garcia *d. cap. 1. num. 356.* Aloyf. Ricc. *dict. collect. 1647. vers. notandum est secundum.* [Duran. *d. decis. 263. num. 8.* me citato in *hoc loco Castr. Palao d. disp. 2. puncto 20. num. 6. vers. praeterca, in fine.*] Intellige tamen, nisi vnitas sit expressa per imperantem in sua gratia, quia tunc erit per eum iustificanda, & probanda ista qualitas, & narratiua vnicitatis, vt fuit resolutum in *causa Licien. beneficiorum 4. Februarij 1608.* coram Card. D. Caualerio.

Tertio notandum quod licet beneficia Subcollectorum vniceorum in qualibet Ciuitate sint reseruata, [Rota *decis. 715. num. 5. par. 1. recent.* & coram Duran. *decis. 263. num. 1. p. 2.*] tamen adhuc stante Subcollectore generali in vna Prouincia, beneficium Subcollectoris particularis in vna eius ciuitate sunt reseruata, propter istam regulam loquentem de vnico, quia est vniceus non obstante generali Subcollectore in Prouincia, & ita tenuisse Rotam testantur Aloyf. Ricc. *dict. collect. 1647. vers. notandum est 3.* Nicol. Garcia *dict. cap. 1. num. 357.* vbi num. sequenti, resoluit hinc à fortiori esse reseruata beneficia Subcollectoris vnici in vna Ciuitate, vel dicecesi, licet ibi sit Collector generalis. [Nam ista Regula comprehendit quae Collectores Ciuitatum & dicecesum, ac Collectores prouinciarum. Simon. *de reseruat. g. 33. in princ.* Duran. *d. decis. 233. num. 11.*] [Vtrum si esset vnus Subcollector in Ciuitate, & alius in dicecesi, neuter comprehenderetur ab ista Regula, quia mens illius reseruantis beneficia vniceorum in quacumque Ciuitate, vel dicecesi Subcollectorum, videtur esse, quod pro rota dicecesi non fit nisi vnus Subcollector, ita Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 43. à num. 167. & gloss. 51. à num. 73.* Nicol.

Nicol. Garcia *diēt. cap. 1. num. 375.* dicentes quod quamvis vna diœcesis sit valde lata, & habeat plures Cathedralis, ac Ciuitates, vt in diœcesi Calagurritana, & aliis pluribus Hispaniæ, non potest esse in tota diœcesi cum suis ciuitatibus, nisi vnicus duntaxat Subcollector, vt fuit resolutum in vna Calagurritana beneficiorum 2. Decembris 1602. coram Illustrissimo Lancelloto, & fuit confirmatū in alia Burgens. beneficij 23. Maij 1603. coram D. Litia, quia in casu prædictatum decisionū fuit deputatus Subcollector ciuitatis, & diœcesis Calciaten. à D. Orphino Collectore generali, nempe cum præsupposito, quod haberet fines distinctos, & separatos à diœcesi, & ciuitate Calagurritana, quo præsupposito cessante, quia est vnica diœcesis, cessabit quoque dicta deputatio Subcollectoris, & per consequens illius beneficia non fuerunt reseruata ratione subcollectoris, vt ibi fuit resolutum. [Et aduertit Lotter. d. lib. 2. q. 32. n. 182. cadere pluralitatem in Collectoribus, aded vt si sint plures in eadem diœcesi, omnium beneficia sunt reseruata, quia terminus vnicitatis ad ipsos non est referendus, sed ad Subcollectores tantum.]

121 Quæritur notandum est, quod si Collector successiue plures Subcollectores deputauit in aliqua ciuitate, vel diœcesi, ita quod eodem tempore vnicus tantum fuit Subcollector, eorum omnium beneficia sunt reseruata per hanc regulam, quia satis est quod eodem tempore vnus tantum Subcollector reperitur, ita Bellencin. *de charit. subsid. quest. 118.* Simonet. *de reseruat. quest. 33. n. 1.* Nicol. Garcia *d. cap. 1. num. 365.* Aloyf. Ricciul. *diēt. collect. 1647. vers. notandum est tertio, in fine.* [Rota in Licien. *Canonicatus 19. Febr. 1629.* R. P. D. coram Dunozerro.] Subcollectorem secundum deputando quis, primum tacite reuocare videtur, Rot. *decif. 9. de præbend. in nouis.* Nicol. Garcia *diēt. cap. 1. num. 366.* Aloyf. Ricc. *diēt. collect. 1647. ampl. 5.*

123 Quinid notandum est beneficia, quæ Collectores habuerunt tempore officij, esse reseruata ex hac regula, etiam si ante officium illa obtinissent, Rota *decif. 10. de præbend. in nouis.* Bellencin. *diēt. tract. quest. 119. in fine.* Simonet. *quest. 32.* Aloyf. Ricc. *diēt. collect. 1647. ampl. 4.* [me citato in hoc loco Castr. Palao *d. disp. 2. puncto 20. num. 7. in fine.*] Nicol. Garcia *diēt. cap. 1. num. 352. & num. 373.* resoluit hanc Regulam non habere locum in Subcollectore particulari deputato ab alio Subcollectore particulari alicuius ciuitatis, vel diœcesis, quamuis à Papa esset data facultas quod Subcollector Subcollectorem facere possit, vel esset consuetudo quod Subcollector Subcollectore deputare possit: nam quamuis in istis casibus talis diceretur verus Subcollector, tamen non comprehenderetur à regula ista, quæ solum reseruat beneficia vnicorum Subcollectorum.

124 Sexid notandum est scripturam nõ requiri ad probandum quod quis sit Subcollector, sed sufficere dictū vnus testis cum aliquibus adminiculis, vt fuisse resolutum in Rota refert Aloyf. Ricc. *diēt. collect. 1647. ampl. 2.* nisi ageretur de probanda facultate ad effectum, vt soluere debentes cautè soluant, nam tunc requiruntur literæ ipsius subcollectoris, Nicol. Garc. *diēt. cap. 1. num. 377.* & non sufficit illarum transumptum, Simonet. *de reseruat. quest. 34. fol. 111.* Moneta *de decimis cap. 9. quest. 5. num. 212.* vbi limitat nisi sumptum fuerit nulla lite pendente seruata forma, *cap. fm. de fide instrum. vel sumptum fuerit ex registris Bullarum Papæ.* † Nec ad effectum probandi reseruacionem probatur Subcollector per testes de communi reputatione, & publi-

125

ca voce, & fama, vt fuit resolutum in vna Feretrana Parochialis 4. Maij 1588. coram D. de Rubeis, Aloyf. Ricc. *diēt. collect. 1647. ampliat. sexta.* Nicol. Garcia *diēt. cap. 1. num. 379.* Moneta *d. quest. 5. num. 234.*

126 Septid notandum est quod cum Subcollector sit delegatus Apost. & iurisdictionem habeat, debet saltem esse persona qualificata, nempe Canonicus Ecclesiæ Cathedralis, vel aliàs in Dignitate Ecclesiastica constitutus tempore deputationis, quamuis postea desinat esse, ex *glos. in cap. statuum, verb. Canonicus, ad finem, de rescripti. in 6.* aliàs deputatio erit nulla, & reseruatio cessabit, Gonzal. *diēt. glos. 51. n. 79.* Nicol. Garcia *diēt. cap. 1. num. 385.*

[Oltid notandum est quod licet hæc regula loquatur de Collectoribus fructuum & prouentuum Cameræ Apost. comprehendit nihilominus Collectores deputatos ad exigendum subsidium impositū à Papa pro subuentione Imperatoris contra Infideles, Simonet. *de reseruat. quest. 33. num. 3.* Bellencin. *de charit. subsidio quest. 115.* Cochier *super reg. 4. Cancell. num. 17.* Et ratio est, quia appellatione Collectorum prouentuum Cameræ veniunt etiam prædicti Collectores, ex quo huiusmodi subsidium nomine Cameræ exigitur, eidemque applicatur, erogandum postmodum in subuentionem Imperatoris, vt in terminis sumus Collectoris, fuit resolutum in Licien. *Canonicatus 19. Febr. 1629.* coram R. P. D. Dunozerro, & in Cremonen. *Canonicatus 14. Ianuarij 1630.* coram R. Duran Episcopo Vrgellen. inter eius impressas *decif. 233. num. 18.* Vltimò notandum quod ad inducendam reseruacionem necessaria non est vnicitas Collectoris, quia regula requirit vnicum subcollectorem, non autem vnicum Collectorem, Bellencin. *de charitativo subsidio q. 118.* Simonet. *de reseruat. q. 33. num. 1.* Rota in d. Licien. *Canonicatus 19. Febr. 1629.* & 16. *Marij eod. anno* coram R. P. D. Dunozerro. De Protonotariorum beneficiis reseruatis dixi infra *alleg. 74. à num. 30.*

REGVLA VI.

Reseruatio beneficiorum Curialium, dum Curia transfertur.

127 Item reseruauit omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quorumcumque Curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere contigerit in quouis loco, quantumcumque etiam à dicta Curia remoto.

128 Circa hanc Regulam dubitari solet quomodo hic accipiat Curia Romana: & quamuis non desint, qui teneant Curiam ibi esse, vbi est Papa, de quorum numero sunt Rebuff. in *concord. tit. de forma mandati, verb. extra Romanam Curiam, ver. & aduertere quod ibi est Curia Romana.* Gom. *reg. de verisimili quest. 7. & in reg. de triennali quest. 31. num. 14.* Mandos. *reg. 5. Cancell. quest. 2. num. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 13. §. 1. à num. 2.* D. Barbosa in l. 2. §. *Legatis à num. 37. ff. de iudic.* Tamen alij melius sustinent ibi esse Curiam, vbi est caularum, & litterarum Apost. audientia, licet ibi non sit Papa, Clem. *ne Romani §. sanc. de elect. & ibi Bonif. n. 18.* Perez l. 39. *tit. 19. lib. 8. ordin. pag. 389.* Nicol. Garcia *diēt. c. 1. n. 388.* Filliuc. *tract. 41. de benefic. 3. num. 51.* Sic etiam Regia Curia est locus, vbi Rex est cum suis Consiliariis, & aliis, qui eius lateri assistunt, vt ei consulant in regimine totius Regni, Cou. *pract. cap. 4. n. 10.* Gregor. l. 27. *verbo corie tit. 9. p. 2.* Ioan. Garc. *de expensis cap. 12. num. 25.* Cabed. *Lusit. decif. 13. n. 3. p. 1.* Quare in terminis huius Regulæ tunc dicen-

dicendum est Curiam transferri, cum Papa vadit cum Cancellaria & Tribunalibus suis, seu cum Cancellaria, & alia Tribunalia mutantur, ita Nicol. Garcia *diēt. cap. 1. num. 391.* Verum declarauit Clemens VIII. *Constitut. 54. in Bullario nouo tom. 3. fol. 70. vniam,* & eandem Romanam Curiam existere, & ceteri in Vrbe, & vbi est Papa, etiam quoad beneficia, quæ tam in dicta Vrbe, quam in ciuitate, ad quam Papa se contulisset, vacarent, quod etiam tradit Mar. Alter. *de censur. tom. 1. lib. 5. disp. 9. cap. 3.*

REGVLA VII.

Reseruatio beneficiorum Cubiculariorum, & Curforum.

129 Item reseruauit generaliter idem D. N. Papa dispositioni suæ omnia beneficia Cubiculariorum, etiam honoris nuncupatorum, ac curforum suorum. Declarans in prædecessorum suorum Romanorum Pontificum Constitutionibus, & Regulis reseruatois beneficiorum Cubiculariorum, etiam Cubicularios honoris nuncupatos, etiam à die earum editionis, & publicationis intelligi, & comprehendendi ac comprehensos fuisse & esse, irritum, &c. attentari decernens.

130 Circa hanc regulam notandum est verba illa, etiam honoris nuncupatorum, & à *vers. declarans,* vsque ad finem, de nouo à S. D. N. Gregorio XV. addita fuisse, & per ea sablaram dubitationem, de qua Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 51. à num. 91.* Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 34. quest. 19. vers. per F. I. Reg. dem Nicolaus Garcia diēt. cap. 1. num. 398.* Filliuc. *tract. 41. de benefic. cap. 3. num. 53.* [Rot. *decif. 43 par. 1. recentior. & decif. 573. par. 2. recentissim. in post. h. m.* Lotter. *de re benefic. lib. 2. q. 32. num. 162. & 64.* me citato in hoc loco Castr. Palao in *opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 21. num. 2.*]

131 Curforum Papæ sunt illi, qui habent locum ad instar Tribunalis, quod vulgò banchum curforum nuncupatur, & ferè omnes sunt clerici, & in clericali habitu necunt. Mandos. *l. 2. quest. 2. num. 5.* Filliuc. *diēt. cap. 3. num. 54.* horum officium est Cardinalibus intimare Capellas, & Consistoria Papæ, & alia similia, vocanturque Curfores ad differentiam aliorum, qui mandatarij dicuntur Paul. V. *Constitut. 71. §. 21. in Bullario nouo tom. 3. fol. 281.* [me citato in hoc loco Castr. Palao vbi supra.]

REGVLA VIII.

Reseruatio beneficiorum Ecclesiarum S. Ioannis Lateranensis, & Sancti Petri, ac Beate Mariæ Maioris de Vrbe, & beneficiorum titularum Cardinalium à Curia absentium.

132 Item reseruauit dispositioni suæ generaliter quoscunque canonicatus, & præbendas, ac dignitates, personatus, & officia in S. Ioannis Lateranensis & Principis Apostolorum, ac B. Mariæ Maioris de Vrbe Ecclesiis, nec non ad collationem, prouisionem, & presentationem, seu quantum aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium à Romana Curia absentium, ratione suorum Episcopatum, Cardinalatus, ac ip-

133 forum Cardinalium titularum, & Diaconiarum spectantia, quamdiu absentia sua durauerit, canonicatus, & præbendas, dignitates, personatus, administrationes, & officia, ceteraque beneficia cum cura, & sine cura vacantia, & antea vacatura, tam in eadem Vrbe, quam in Ecclesiis, & ciuitatibus, diocesibus diætorum Episcopatum consistentiæ. Ac decerni irritum, &c.

Circa hanc regulam notandum primò speciatim tritium prædictarum Ecclesiarum beneficia sibi Papam reseruasse, non obstante quod sit Vrbe Episcopus iure ordinario habens potestatem conferendi beneficia, quia fortè olim Archiepiscopos harum Ecclesiarum, cum sint Cardinales, ius beneficia conferendi sibi sumpserant: aut fortè ne tanquam Cardinales sibi ius ea conferendi continere arbitrentur, ita Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 34. quest. 10. vers. per F. I. regulam,* Gonzal. *glos. 13. num. 22.* Filliuc. *tract. 31. de benefic. cap. 3. num. 15.* [Cochier in *addit. ad glossat. antiq. super reg. 7. in princ. latè Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 33. à num. 2.* Castr. Palao me citato in *opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 21. n. 4.*]

134 Secundo notandum est quod ista regula reseruatia beneficiorum S. Petri, ac S. Ioannis Lateranensis, & S. Mariæ Maioris restricta est ad canonicatus, præbendas, dignitates, personatus, & officia, & non comprehendit clericatus, seu beneficiatus in ea non expressos, quorum collatio est Archiepiscopos, & Capituli ex priuilegijs diuersorum Pontificum, & antiquissima obseruantia, vt fuit dictum in vna Romana clericatus S. Petri 27. Nouemb. 1602 coram sacro Pamphilio sen. quæ est in nouissimis Farin. *decif. 616.* [nouissimè me citato in hoc loco Castr. Palao vbi supra.]

135 Circa secundam partem huius regulæ aduertendum eam intelligi, & loqui de beneficiis vacantibus in Ecclesiis titularibus Cardinalium de Vrbe, siue in diœcesibus sex Episcoporum Cardinalium antiquorum, quorum Episcopatus sunt annexi Cardinalatibus, & optantur per sex antiquiores Cardinales Presbyteros, qui in Vrbe tempore vacationis reperiuntur, & sunt Episcopatus Hostien. Portuen. Prænestin. Tusulanen. Sabinen. & Albanen. Gonz. *glos. 24. num. 142.* Filliuc. *tract. 41. de benefic. cap. 3. num. 57.* [me citato in hoc loco Castr. Palao *d. puncto 21. n. 5.* vbi n. 6. asserit hanc regulam esse intelligendam de sex illis Cardinalibus, quibus ratione Cardinalatus est Episcopatus annexus.] quoniam iure citra ipsius Papæ consensum abesse nõ possunt, Flamin. *de resignat. lib. 1. quest. 10. num. 27.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glos. 24. num. 124.* Camill. Borrell. in *summa omnium decif. tom. 1. tit. 10. num. 8. † cum*

136 corum officium sit assistere Papæ, Flamin. *lib. 2. q. 1. num. 34. & lib. 7. quest. 12. num. 14. &* ob id dicantur pars corporis ipsius Papæ, Moneta *de decim. cap. 9. quest. 3. num. 114.* nonnunquam tamen dicuntur cõfiliarij, coadiutores, assessores, Patres cõscripti, vices gerentes Apostolorum, & filij primi gradus amoris Pontificij, Ihdor. Moscon. *de maiestate militantis Ecclesie lib. 1. cap. 5.* Germon. *de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 6.* Lancelot. Corand. *in templo omnium Iudicum lib. 2. c. 2.* quos refert Homobon. de Bonis *de humane vite statibus par. 1. capit. 5. paulò post princip.*

137 Deinde aduertendum quod alij Cardinales obtinentes, accidentaliter, non autem ratione Cardinalatum, Episcopatus, vel Archiepiscopatus, & in eis residentes non comprehenduntur sub reseruacione huius regulæ, Gonzal. *glos. 24. num. 146.* solent habere

habere indultum à Papa, vt omnibus gratis, praerogatiuis, favoribus, &c. concessis Cardinalibus praesentibus in Curia, gaudeant, ac si praesentes, &c. & Gonzal. gloss. 24. à n. 121. Nicol. Garcia d. cap. 1. num. 406. & n. 437. Franc. Leo in thesaur. fori Eccles. par. 2. cap. 5. n. 21.

138 Circa tertiam verò partem huius Regulæ est aduertendum. quòd decretum irritans in sine ibi positum refertur non solum ad omnia contenta in ista Regula, sed etiam ad omnes Regulas praecedentes, Cardin. Put. decis. 108. lib. 3. quem refert Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 5. collectan. 1672. in princip. vbi etiam dicit dari differentiam quòd reservatio cum decreto afficit ante notificationem, non vero reservatio sine decreto, [me citato in hoc loco Cast. Palao d. puñilo 2. num. 7.]

139 Vltius sciendum quòd decretum reservationis impedit restitutionem in spolio, & manutentionem, vt pluribus Rotæ decisionibus obseruant Aloyf. Ricc. dicit. collect. 1672. & Nicol. Garcia d. cap. 1. à num. 412.

REGVLA IX.

Reservatio mensuram Apostolicorum, & de altera-
tina pro Episcopis residentibus.

140 **I**tem cupiens idem D. N. Papa pauperibus clericis, & aliis benemeritis personis providere, omnia beneficia Ecclesiastica cum cura & sine cura, secularia, & quorumvis Ordinum Regularia, qualitercumque qualificata, & ubicumque existentia, in singulis Januarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, Octobris, & Novembris mensibus, usque ad sine voluntatis beneplacitum extra Romanam Curiam, alias quam per resignationem quocumque modo vacatura ad collationem, provisionem, presentationem, electionem, vel quamvis aliam dispositionem quorumcumque collatorum, & collatricum, secularium, & quorumvis Ordinum Regularium, (non tamen S. R. E. Cardinalium, aut aliorum sub concordatis inter Sedem Apostolicam, & quoscumque alios iuris, & per eos, qui illa acceptare, & observare debuerant, acceptatis, & observatis, qua ledere non intendit comprehensorum) quomodolibet peritientia dispositioni suæ generaliter reservatur. Volens in supplicationibus seu concessionibus gratiarum, qua de dictis beneficiis tunc vacantibus, etiam Motu proprio fient, de mense, in quo vacaverint dispositivè mentionem fieri aliquam gratias nullas esse. Ac consuetudines etiam immemorabiles optandi maiores, & pinguioribus prebendis, necnon privilegia etiam in limine electionis concessa, & indulta Apostolica circa ea, ac etiam disponendi de huiusmodi beneficiis, aut quod illa sub huiusmodi reservationibus nunquam comprehendantur, etiam cum quibusvis derogatoriis derogatoriis, & fortioribus, effectoribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, quorum tenores pro expressis haberi, & latissime extendi voluit quibusvis personis, & Collegiis cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus quomodolibet concessa adversus reservationem huiusmodi minime suffragari. Insuper Sanctitas sua ad gratificandum Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in eadem, ipsi, quam in apud Ecclesias, aut dioceses suas verò ac personaliter resederint dumtaxat, de omnibus & quibusvisque beneficiis Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, secularibus, & regularibus (ad liberam ipsorum dumtaxat, non autem aliorum eorum eis disposi-

tionem, seu presentationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel consensu, seu interuentu Capitulum, vel aliorum, aut alius pertinentibus) qua antea in mensibus Iebruary, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris extra curiam ipsam vacare contigerit (dummodo alias dispositioni Apostolica reservata, vel affecta non fuerint) liberè disponendi facultatem concessit. Ac etiam voluit, vt si ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum in aliis sex mensibus, videlicet Januarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Novembris, vacaverint, qua etiam dispositioni suæ, vt praefertur, reservant, seu etiam aliorum dispositioni suæ, & dictæ Sedis alias quomodolibet reservatorum, vel affectorum, sese intromiserint, aut quominus provisiones, & gratias Sanctitatis suæ de illis debitum effectum consequantur, impedimentum, quoquo modo praestiterint, usu, & beneficia praedicta facultatis, eo ipso privati existant, ac collationes, & alie dispositiones de beneficiis, illius praerogativa deinceps faciendæ, nullius sint roboris, vel momenti. Illi verò, qui gratiam alternativè praedicta acceptare voluerint, acceptationem huiusmodi per patentes litteras manu propria subscriptas, si quoque sigillo nuntias, & in sua quisque civitate, vel diocesi datus, declarare, & litteras ipsas huc ad Datarium Sanctitatis suæ transmittere teneantur. Quibus ab eo receptis, & recognitis, tunc demum, & non antea, vt incipiant gratia supradicta. Decernens sic in praedictis omnibus per quoscumque, &c. indicari debere, ac irritum, &c. attentari.

Omnia beneficia Ecclesiastica.

141 **A**D hoc vt beneficium Ecclesiasticum dicatur, sequentes requiruntur qualitates. Primo, quòd sit fundatum auctoritate Episcopi, gloss. verb. si beneficiorum, in fine, in Clem. 2. de decimis, vbi communiter Doctores, Casar. de Grassis decis. 13. num. 9. de prebendis, Rot. divers. decis. 509. num. 1. par. 1. Gonzal. hic gloss. 5. num. 7. [Lotter. de re benefic. lib. 1. quest. 5. num. 40. Causal. decis. 639. num. 8. Rota in Monopolitana hebdomada 1. Iulij 1613. coram bonæ memor. Patriarcha Manzanedo, & in Mediten. legati pij 24. Ianuar. 1629. coram R. P. D. Dunoletto.] Secundo quòd habeat quid spiritualitatis annexum, Abb. cons. 47. incip. Illud de iure, num. 1. vers. tertium consideratur, Gonzal. gloss. 5. num. 8. Nicol. Garcia d. benefic. par. 1. cap. 2. à num. 7. Tertio quòd sit conferendum clerico non laico, cap. cum ad eò, de rescriptis, cap. 2. de institut. Gonzal. gloss. 9. num. 9. Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 28. cum sequentibus. [Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 5. collect. 1657. Rot. in d. Monopolitana.] Quarto quòd conferri non possit, nisi ab Ecclesiastica persona, puta Episcopo, vel Praelato; non verò à laico, cap. si quis deinceps, cap. si quis nullus 16. quest. 7. Gonzal. gloss. 5. num. 10. Quinto quòd sit perpetuum, hoc est, quòd non conferatur ad certum tempus, sed perpetuo, & ad vitam eius, cui conferatur, hoc enim proprium beneficiorum est, cap. Sanctorum, distinct. 7. cap. per. de cler. agrot. Gonzal. gloss. 5. num. 11. [Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 1. qua. 2. vers. ex his, Lest. de iustit. lib. 2. cap. 34. dub. 1. num. 3. Speciali licet iure & privilegio possint aliqua beneficia non esse perpetua, Nicol. Garc. dicit. par. 1. cap. 2. num. 75. Rota in Gerunden. personarum, & causa pia 17. Martij 1630. coram Reuerend. Patre Dom. Verolpino.]

Sexto

Sexto quòd conferens, non sibi, sed alteri conferat, & quidem pure, & sine aliqua extrinseca conditione. cap. fin. de instit. cap. si quis dator, & seq. c. si quis obierit 1. quest. 3. Gonzal. gloss. 5. à num. 14. quas omnes qualitates considerant Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 61. Ricc. in praxi aurea resolut. 358. Ex quibus omnibus

142 Primo inferitur, quòd altaria, oratoria, & Capellaniae, quæ sunt fundatae absque Episcopi, vel alterius Superioris auctoritate, non sunt beneficia Ecclesiastica, nec incident in reservationem huius Regulæ, sed sunt sub pia dispositione fundatoris, & eius haeredum, seu successorum, qui possunt tales capellanas donare sine Episcopo, quibus voluerint, dummodo sint idonei, iuxta dispositionem fundatoris, Moneta de decimis, quest. 9. n. 21. Gonzal. gloss. 5. à num. 19. plures refert Nicol. Garcia d. cap. 2. à num. 102. Petr. Gregor. in institut. rei benefic. cap. 12. num. 10. Secus si essent erectæ auctoritate Summi Pontif. vel Episcopi, & in titulos creatæ, tunc enim caderent sub reservatione huius Regulæ, quia essent beneficia Ecclesiastica, gloss. verb. beneficiorum in Clem. fin. de decimis. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. beneficia, §. 1. ad finem, & par. 2. eodem verbo, §. 10. & verb. capellania, Fusch. de Vstrat. lib. 2. cap. 11. num. 2. Gonzal. gloss. 5. num. 68. Moneta dicit. cap. 9. num. 20. Nicol. Garc. dicit. cap. 2. num. 95. Aloyf. Ricc. in praxi aur. ref. 209. num. 3. Hoc tamen limitatur, si nisi essent ius patronatus laicalis, vel mixti; quia huiusmodi beneficia sub hac regula non comprehenduntur, sicut nec sub aliis reservationibus generalibus, vt supra dixi à num. 25. Et licet nonnulli voluerint ius patronatus mixtum, hoc est, partim laicale, partim Ecclesiasticum, sub reservatione huius regulæ cadere, quasi ius patronatus Ecclesiasticum tanquam dignius, trahat ad se laicale minus dignum, nihilominus contraria receptor est opinio, cum in favorabilibus potius sit attendenda qualitas laicalis, ne laicus propter clericum perdat suum privilegium, & ideo tale ius patronatus mixtum non cadit sub generalibus reservationibus, & tetigi hac alleg. num. 27. quod tamen intelligit Gonzal. gloss. 18. num. 15. quando patroni laici habent maiorem, vel saltem æqualem partem vocum in dicto iurepatronatus mixto; secus tamen esset si pars vocum patronorum Ecclesiasticorum esset maior, & potentior, ac praeponderaret vocibus laicorum, cum semper à potentiori fiat denominatio, l. quisritur, de statu hominum. Sed an ius patronatus Ecclesiasticum certis dumtaxat personis debitum, seu certo generi personarum, puta consanguineis fundatoris, aut filijs patrimonialibus, sub hac Regula comprehendatur; negatiuè quoad Hispanos dumtaxat, seu Castellanos resoluit Nicolaus Garcia par. 5. cap. 1. num. 562. vbi num. 563. in affirmatiuam sententiam etiam inclinat, cum ea sit per Rotam recepta in vna Placentina portionis de anno 1544. apud Puteum decis. 164 lib. 2. & in vna Calaguritana benefic. de Arcaya 26. Junij 1591. coram Illustriss. Seraphino decis. 962.

143 Secundo inferitur præbendas temporales, quæ nihil spiritualitatis habent, cuiusmodi sunt prædia, quæ conferuntur pro soluendis salariis Aduocati, procuratoris, musicorum & similibus, de quibus gloss. in c. cum A. de constit. non comprehenduntur sub hac reservatione.

144 Tertio inferitur Vicariam temporalem, & non perpetuam, quæ non datur in titulum, quales etiam sunt ea, quæ sunt ad nutum amouibiles, quæ

dantur à Monachis, seu Regularibus mendicantibus, non venire, nec comprehendi sub reservatione huius regulæ, per ea quæ latè tradit Gonzal. gloss. 5. §. 3. num. 59. cum sequentibus, Gomes de expectariis, num. 94. vers. ex quo infero, quòd nec vicarium temporalem. Ratio est, quia vicaria huiusmodi temporalis, seu ad nutum amouibilis, non est beneficium, nec titulus beneficialis, vt cum aliis resoluit Nicolaus Garcia par. 1. cap. 2. num. 93. Secus verò in Vicariis perpetuis, quæ dantur in titulum, cum sint vera Ecclesiastica beneficia, cap. postulatiss, de rescriptis, cap. ad hoc, & ibi Abb. de officio Vicarij.

147 Quarto inferitur hospitalia non venire sub reservatione huius regulæ, cum regulariter appellatione beneficij non comprehendantur, etiam si Ecclesias vel Capellas habeant annexas, decimalesque, & alia iura spiritualia, Clement. per litteras 2. de prebend. cum laicis committantur, Clement. quia contingit, §. vt autem, de religiosis domibus, Nicolaus Garcia d. par. 1. c. 3. num. 1. Gonzal. gloss. 5. §. 4. num. 16. qui hoc limitant si Ecclesiæ, seu Ecclesiastico beneficio essent vnita, vel in titulum ex ordinatione fundatoris, vel per viam electionis etiam clericis secularibus essent danda.

148 Quinto inferitur præstimonialia, & præstimonialia portiones non venire sub reservatione huius regulæ: de his dico, quæ in sola temporalitate consistunt, aut quæ non dantur in titulum perpetuum, neque habent aliquod annexum obsequium spirituale, quia tunc nec sunt beneficia Ecclesiastica, nec in illis intrat reservatio, quòd secus esset si in titulum perpetuum data fuissent, & habuissent annexum aliquod obsequium spirituale, vide Gonzal. gloss. 5. §. 2. Nicol. Garc. d. par. 1. cap. 2. à num. 117. Flamin. de rescriptis. lib. 2. quest. 1. num. 123.

149 Sexto inferitur pensionem reservatam super beneficio non comprehendi sub hac regula reservatoria, cum pensio non sit beneficium Ecclesiasticum, nec beneficij nomine intelligatur, sed temporale quid distinctum, & separatum ab ipso beneficio, Gig. rracl. de pensio. quest. 28. Mandos. ad reg. 19. Cancell. q. 11. n. 11. Flamin. lib. 1. q. 10. n. 69. & lib. 2. q. 15. n. 11. & lib. 11. quest. 4. n. 31. Gonzal. gloss. 5. §. 5. Nicol. Garc. dicit. par. 1. cap. 5. à n. 3. Azor. institut. moral. par. 2. lib. 3. c. 5. q. 2. & lib. 8. c. 5. q. 4. Quod tamen limita, nisi pensio constitueretur ad particulare alicuius commodum super fructibus alicuius Ecclesiæ, vt deinceps sit beneficium Ecclesiasticum, Abb. per text. ibi in c. conquerrante n. 1. notab. 1. de cleric. non resident. dicens notandum esse ex illo text. quòd super redditibus vnus Ecclesiæ potest constitui certum beneficium, aut filius patrimonialibus, sub hac Regula comprehendatur; negatiuè quoad Hispanos dumtaxat, seu Castellanos resoluit Nicolaus Garcia par. 5. cap. 1. num. 562. vbi num. 563. in affirmatiuam sententiam etiam inclinat, cum ea sit per Rotam recepta in vna Placentina portionis de anno 1544. apud Puteum decis. 164 lib. 2. & in vna Calaguritana benefic. de Arcaya 26. Junij 1591. coram Illustriss. Seraphino decis. 962.

150 An obtinens pensionem habeatur pro clerico, forique privilegio gaudeat, quæstio est admodum controuersa apud Doctores, vt videre est per citatos alleg. 12. n. 3. Verior tamen opinio est affirmatiua; nam cum quæstio hæc nouissimè incidisset inter Reuerendissimum Episcopum Portugalem, D. Rodericum à Cunha, & inter Senatum Regium eiusdem ciuitatis, de mandato prædicti Reuerendissimi eius Agens in hac Curia Paulus de Barros de Besa, nobilis Lusitanus, in sacra Congregatione Concilij dubium ita proposuit; An clericus in minoribus habens pensionem, & incedens in habitu, &

Y 2 constituta,

consuetudo, gaudeat privilegio fori? cui sic responsum fuit: Sacra Congreg. Cardinalium Concil. Tridentini interpretum censuit gaudere, die 10. Aprilis 1622. R. Card. Vbaldinus, cuius declarationis proprium originale ego vidi, & legi.

152 *Septimo* infertur beneficia manualia non cadere sub reservatione huius regulæ, siue sint secularia, siue regularia, *glos. verb. reuocari, ad finem, verb. & ob hanc causam, in Clementin. unic. de supplenda neglig. pralatorum, Calderin. cons. 26. incip. An in reservationibus, de prebendis, rationem assignans,*

153 quia ꝑ Papa reservando sibi collationem beneficiorum videtur intelligere propriè de collatione, quæ fit perpetuè de beneficio, sequuntur plures, de quibus Gonzal. *d. glos. §. 6. num. 12. & quamvis regula hæc exprimat beneficia regularia, quæ regulariter, & natura sua sunt manualia, vt per Garcia d. p. 1. cap. 2. num. 67. tamen aliquando sunt perpetua, idem Garcia par. 1. cap. 1. num. § 11. Flamin. de resignat. lib. 11. quæst. 3. num. 82. cum sequentibus.*

154 *Octavo* infertur regulam hanc reservationem non habere locum in commenda, siue ea sit temporalis, & ad nutum amouibilis, donec Ecclesiæ protium sit de Reatore, vt in casu *cap. deinceps, 15. de elect. lib. 6. siue sit perpetua ad fauorem personæ, & vitam commendatarij, cum iure percipiendi fructus; quia licet ista sit perpetua ad vitam, tamen ad effectum reservationis beneficium propriè non dicitur, sed cessante commenda per obitum commendatarij, non dicitur beneficium per obitum illius vacare, sed vacat semper, vt prius, itaut non sit attendendus mensis, in quo obierit commendatarius, Mohedan. decis. 4. & 9. de prebend. Simonet. de reseruat. quæst. 59. num. 6. latè Gonzal. *glos. §. 5. §. 8. à num. 34.**

155 *Nono* infertur beneficia de mensa non censeri reservata sub dispositione huius regulæ: beneficium enim de mensa dicitur illud, quod est perpetuè incorporatum mensæ Episcopali, aut Capitulari, seu Abbatiali, ita quòd nunquam vacat, nec in tali beneficio datur negligentia in prouisione, *glos. verb. de mensa, in Clem. 1. de supplenda negligentia Pralator. vbi Imol. num. 42. & Cardin. num. 5. ideoque cum non detur vacatio, sequitur quòd non comprehendantur sub hac regula loquente de beneficiis vacaturis, vt fuit decisum in vna Tarusina Parochialis 10. Decembris 1603. coram Domino Littæ, refert Gonzal. *d. glos. §. 6. in fine.**

156 *Decimo* infertur huiusmodi regulam locum non habere in coadiutoria, siue ea sit simplex, siue cum futura successione ob fauorem, & utilitatem Ecclesiæ propter aegritudinem corporis, vel animi coadiuti, cum talem coadiutorium obtinens non dicatur beneficiatus, sed beneficiati coadiutor, ideoque talis coadiutoria non vacat, aut vacare potest in aliquo ex mensibus huius regulæ, sed cessat, & extinguitur cessante vita, & impedimento coadiuti, nam interim dum ille viuuit, ꝑ coadiutor non habet ius in re, sed ad rem, Nauar. *in c. si quando, de rescriptis, pralud. num. 10. & in tract. de orat. & horis canon. c. 20. n. 18. Porro materiam coadiutoria concernentem, vide apud Gonzal. *glos. §. 9. Nicol. Garcia parte quarta cap. 5.**

158 *Vndecimo* infertur beneficia vnita accessoriè non censeri reservata sub dispositione huius regulæ, nam cum per vnionem perdant titulum, nec amplius possint beneficia nominari, sed quædam sint prædia, non intrat reservatio huius regulæ loquens de beneficiis Ecclesiasticis vacantibus, Staphil. *de lit-*

*teris gratia, tit. de formis mandati de prouidendo §. secunda forma, n. 2. vers. dico excludendo, Rebuff. in praxi, tit. de vnion. n. 31. Gonzal. *glos. §. 7. per totum, & præcipuè n. 25. & 38. vbi n. 39. dicit quòd si beneficium vnitum est alteri, in quo cadat reservatio, tunc quidem veniet in reservatione, non tanquam beneficium de per se, quod non est, sed vt prædium, & patrimonium alterius beneficij, ex reg. accessorium, de regulis iuris in 6.**

Limita *primò* si beneficium esset vnitum alteri æquè principaliter, & iura vtriusque beneficij salua permanent, licet ad inuicem communicentur, tunc enim cum beneficium sic vnitum non perdat nomen, nec titulum, nec effectum beneficij, nulla est ratio, cur hoc beneficium, quod remanet ex duobus beneficiis vnitis compositum, non comprehendatur sub reservatione huius regulæ.

Limita *secundò*, nisi vnio sit facta solum quoad erectionem, & gubernationem ambarum Ecclesiarum, non etiam vt bona illarum vtriusque communicentur, quia tunc habet locum reservatio huius regulæ, Gonzal. *d. §. 7. à num. 112.*

Cum cura, & sine cura.

Cum sub dispositione huius regulæ includantur beneficia cum cura, videndum est obiter, quæ sint illa, & quæ concurrere debeant, vt sint beneficia curata.

Primò igitur requiritur, vt habeat potestatem ligandi, & soluendi in foro pœnitentiali, Monet. *de commut. vltim. volunt. c. 10. n. 26. quæ non cadit nisi in Sacerdotem, cap. in nouo. distinct. 21. c. omnis, de pœnitent. & remiss. & non omnis Sacerdos hanc curam habere dicitur, sed is tantum, qui necessitate attingitur Ecclesiastica ministrare Sacramenta, & fideles quibus administret, ad eam accedere coguntur. *glos. verb. impediant, in Clem. dudum, de sepultur. quam ibi sequuntur Imol. n. 31. Abb. n. 24. & Achar. n. 20. ac alij, quos refert Gonzal. *glos. 6. num. 32.***

Secundò requiritur, quòd sit certa Parochia, vel locus certis finibus, & limitibus constitutus ac designatus, in quo populus alicui Ecclesiæ deputatus degit. *c. Ecclesias, in principio 4. quæst. 1. Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 13. ante finem, ibi, vbi Parochiales Ecclesiæ certos fines non habent, & c. Gonzal. *dict. glos. 6. num. 37. Monet. *dict. cap. 10. num. 26.***

Tertiò requiritur, vt illius possessor exerceat curam nomine suo, & non alieno, *cap. extirpanda, §. qui verò, de prebendis, Rebuff. in praxi titulo de non promotis infra annum, num. 36. Milis in repertor. verbo, Ecclesia Parochialis quæ dicatur, Gonzal. *dict. glos. 6. num. 40. Monet. *dict. cap. 10. numero 26.***

Quarò requiritur, vt solus suo nomine regat, non cum duobus alijs, vel pluribus: quia vt vnium corpus duo capita habere non potest, nisi monstrum sit, ita nec Ecclesia duos, vel plures Curatos, *cap. non minores, de prebendis, cap. in apibus 7. quæst. 1. cap. sicut vna 22. quæst. 2. Mascard. de probation. conclus. 468. incip. curam animarum. num. 5. cum duobus sequentibus. Moneta vbi proxime, quicquid aliud velit Nicolaus Garcia par. 1. cap. 3. num. 128. Ex quibus omnibus*

Primò infertur, quòd etiam si deficeret fons Baptismalis, non propterea defineret esse Ecclesia Parochialis, quia per actum baptizandi non infertur cura animarum, Hoied. *de incompatibilit. benef. cap.*

*cap. 13. num. 8. Mascard. conclus. 468. n. 8. & 9. Flamin. de resignat. lib. 2. quæst. 1. num. 109. Gonzal. *glos. 6. à num. 48.**

161 *Secundò* infertur idem dicendū quoad sepulturam, seu actum sepeliendi; nam ex iure sepeliendi non dicitur Ecclesia curata, Mascard. *vbi supra n. 10. Flamin. d. quæst. 1. n. 108. Gonzal. *d. glos. 6. à num. 53. Stephan. Gratian. disceptation. forens. cap. 298. à num. 42.**

162 *Tertiò* infertur idem quoque dicendum, si Ecclesia non percipiat decimas, quia ex hoc non bene colligitur minimè esse Parochialem, nec è contra. Mascard. *vbi supra num. 6. Gonzal. *d. glos. 6. num. 56.**

163 *Quarò* infertur potestatem fori contentiosæ, veluti quod quis habeat iurisdictionem in spiritualibus in foro tantum exteriori, non facere strictè, & propriè beneficium curatum, Gonzal. *d. glos. 6. n. 59. Sed melius potest dici beneficium curatum, quod habet curam iurisdictionalem, etiam fori exterioris, vt in cap. dudum 2. de elect. Nauar. *cons. 4. num. 1. sub tit. de arate, & qualitate ordinand. & cons. 15. num. 2. & 3. sub tit. de prebend. Mascard. vbi supra num. 2. Azor. institut. moral. par. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 14. vers. curata Ecclesia, Nicol. Garc. de benef. par. 1. cap. 6. num. 7.**

164 *Quintò* infertur, quòd quando Ecclesia Collegiata habet curam animarum, talis cura non pertinet ad singulos Canonicos illius, sed ad totum Collegium vnica personam Rectoris representans, Oldrad. *cons. 67. num. 1. in fine, Pat. decision. 220. lib. 1. Gonzal. *glos. 6. num. 71. In Hispania autem, & Italia tales sunt plures Collegiatae, & Parochiales Ecclesiæ, quæ reguntur per omnes de Collegio hebdomadatim: in nostra tamen insigni Vimariensi apud duos medios Canonicos, quos Capellanos vocamus, extat Parochianorum illius Collegiatae cura, nam principaliter ea residet penes Reuerendissimum Priorem, qui est vere Rector illius Ecclesiæ, sicut Episcopus sui Episcopatus.**

165 *Sextò* infertur nõ dici beneficium curatum, quod non habet curam perpetuam, sed tantum ad certum tempus. Hoied. *d. cap. 13. n. 5. par. 1. Gonzal. *glos. 6. num. 93.**

166 *Septimò* infertur curatum beneficium non dici Prioratum per Vicarium perpetuum deseruii solum, quia solus Vicarius perpetuus habet curam, non verò Prior. ita Probi. *ad Monachum in cap. super eo 6. num. 17. de prebend. lib. 6. Gonzal. *glos. 6. à num. 97. Et quod in dubio beneficium non censetur curatum, sed simplex, dixi allegat. 53. num. 69.**

Secularia, & quorumuis Ordinum Regularia.

167 *Secularia* in dubio præsumuntur omnia beneficia, nisi Regularia probentur, Rebuff. *in praxi tit. quotuplex sit beneficium num. 4. Hoied. de incompatibilit. benef. in præfat. num. 6. Petr. Gregor. rei beneficiaria cap. 10. num. 12. Mascard. de probation. concl. 172. num. 1. Gonzal. *glos. 7. à princip. Zerola in praxi Episcop. cap. 2. verb. beneficium, §. 12. & 19. Nicol. Garc. par. 7. cap. 10. num. 1. Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 10. num. 21. Porro non solum reseruat hæc regula beneficia secularia, sed etiam regularia quorumuis Ordinum, quia nimirum in generali reservatione beneficiorum non censentur reservata beneficia regularia, nisi specialiter exprimentur, Gaspar. de Pernu. *de reseruat.***

*quæst. 4. num. 29. Flamin. de resignat. lib. 11. quæst. 3. num. 82. ꝑ Dicuntur autem regularia beneficia, de quibus in fundatione dictum fuit, vt per Religiosos regerentur. Selu. de benef. par. 1. quæst. 4. num. 24. Petr. Gregor. *d. cap. 10. num. 12. Hoied. *d. cap. 24. num. 92. vel illa, quæ per quadraginta annos consueta sunt regi per viros Regulares, text. in cap. cum beneficia, de preb. in sexto, Rota decis. 2. n. 2. de prebendis in nou. Monet. *dict. cap. 10. num. 21. in fine.****

In dubio autem ad hoc, vt beneficium dicatur secularare, vel regularare, attenditur vltimus status illius, hoc est, an vacauerit per obitum personæ regularis, vel secularis, Gonzal. *glos. 7. num. 23. Nam ꝑ in 169*

beneficialibus vltimus rei status inspicitur, & maximè consideratur, Mari. Antonin. *variarum resolution. lib. 1. resolut. 55. num. 6. Gonzal. *glos. 5. §. 2. num. 14. & §. 3. num. 18. & glos. 45. §. 2. num. 14. Marc. Anton. Genuens. in praxi Curia Archiepiscop. Neapol. cap. 100. vers. quod si, Antonin. Monach. Bonon. decis. 36. num. 13. cum sequenti, etiam si sint beneficia iurisdictionatus, vt ex Crauer. & Roland. dicit Mari Anton. *d. lib. 1. resolut. 80. num. 7. & quamuis pateret de variatione, Vincent. de Franch. decis. 85. num. 2. part. 1. nisi constaret de contrario statu legitimo præcedente, Rota Romana apud Fatnac. decis. 188. num. 1. tom. 1. par. 1. recentior.***

Et cum indecorum sit, & rationi non congruat, homines disparis professionis, vel habitus Ecclesiis præficere, aut in eadem Ecclesia sociari. *Clement. 1. de elect. idèd Religiosum vnus Religionis non esse capacem beneficij Regularis alterius Religionis docent Rebuff. in praxi benef. tit. de dispensat. cum Regularib. à n. 2. Nauar. commento 4. de Regularib. num. 23. in princ. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. quæst. 34. art. 8. Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. *glos. 8. num. 96. cum seqq. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 29. n. 29. vbi n. 20. aduertit nec Pontificem solum esse concedere Regularibus gratiam assequendi beneficium alterius Ordinis, nisi transferendo illos ad id monasterium, ad cuius collationem beneficium assequuntur, & n. 31. colligit integrum non esse duobus Religiosis diuersorum Ordinum permutare beneficia Regularia de licentia suorum Pralatorum, & citat Bellam. de permut. benef. par. 2. quæst. 11. num. 2. Vnde etiam secularia beneficia secularibus, regularia regularibus conferri debent, *cap. cum de beneficio, de prebendis in sexto, Clement. 1. §. sanè, de statu monachorum, Concil. Trident. sess. 14. de reformat. c. 10. de quorum iurium materia vide Rebuff. *respos. 103. & de nominat. quæst. 15. n. 25. Flamin. de resignat. lib. 4. quæst. 5. num. 2. Nauar. *cons. 3. & 9. de prebendis, Zerol. in praxi Episcop. par. 2. verb. beneficia §. 5. Rot. in Ferrarien. Prioratus 18. Aprilis 1611. coram Atrebaten. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 34. art. 3. Azor. institut. moral. par. 1. lib. 6. c. 4. Francisc. Leo in thesaur. fori Ecclesiast. par. 2. cap. 3. num. 19. Iulian. Viuian. in praxi inuerr. par. 2. lib. 6. cap. 2. Mallibr. in praxi habendi concursu præd. 7. dub. 21. Aloyf. Ricc. & in praxi aur. ref. 332. par. 4. collect. 763. Gonzal. *glos. 8. per totam. Nicol. Garc. par. 7. cap. 10. per totam, Monet. de commutat. vltim. vol. cap. 10. num. 88. Sanch. in præcepta Decal. 2. tom. 2. lib. 7. cap. 29. à num. 27. quæ regula fallit in Episcopatu, ad quem, licet sit in Ecclesia seculari, potest Regularis affici, vt expressè habetur in cap. nullus, de elect. lib. 6. & in Clem. 1. eodem tit. Lamb. de inuerr. lib. 2. par. 1. quæstion. 7. art. 19. num. 3. Gonzal. *glos. 7. num. 49.********

Monet. d. cap. 10. num. 90. vbi numeris seqq. alias fallentias adducit.

171 Beneficia regularia non posse conferri nouitiis, sed expressè professis, resoluit Nicol. Garc. d. cap. 10. num. 4. Posse tamen Ordinarios Collatores beneficium Regulari seculari clerico conferre, qui habitum suscipere, & professionem emittere omnino teneatur, abbatias, tum & beneficia administrationem habentia non nisi professis, iuxta Canones per Ordinarios Collatores conferri posse referunt decisum Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos. 8. num. 77. & 78. Piasce. in praxi Episcop. par. 2. cap. 5. num. 23. pag. 336. Campan. d. cap. 7. num. 16. Mallobr. in sua praxi habendi concursus pral. 7. dub. 21. num. 9. Sanchez d. lib. 7. cap. 4. num. 24. [& probat tex. in cap. cum singula §. prohibemus. de prabend. in 6. Rota apud Post. post tract. mandati de manutenendo decis. 122. num. 8. vbi num. 9. quod beneficia Regularia possunt auctoritate Apostol. in commendam dari etiam clerico seculari.] † Defectu tamen Regularium secularibus conferri posse tenent Gonzal. d. glos. 8. n. 43. Garc. d. cap. 10. num. 16.

172 Equites Capellani Sacre Religionis S. Stephani Papæ & Martyris, etsi habeant proprias Ecclesias dicte Religionis subiectas, præsentantur ad alias Ecclesias seculares, ex lib. statutorum, & constitutionum dicte Religionis, prout refert Viuian. dist. cap. 2. n. 5. [& quod Equites huius Militiæ beneficiorum secularium capaces sint, fuit decisum ex voto Cardinalium Arigonij, Pamphiliij, & Seraphini, vt colligitur ex quodam voto, quod reperitur impressum decis. 228. par. 1. recentissim. in posthum. Et hoc confirmatur per quoddam decretum Congregationis super rebus datariæ Urbis, in quo statuitur Equites Militis sancti Stephani posse prouideri de beneficiis secularibus editum die Luna 9. Septemb. 1591. ad instantiam Pompei Lentuli Diaconi Tiburtini Militis S. Stephani, qui supplicauerat sibi prouideri de Canonatu S. Mariæ in via lata Urbis, non obstant quod esset Regularis dicte Militiæ: quod decretum sic habet. Congregatio super rebus datariæ Urbis quod Militia S. Stephani, cum non sit propriè Religio, nec in ea emittantur tria vota substantialia, non impedit quominus Milites possint retinere beneficia secularia, & ita fuit decretum de anno 1579. 22. Lunij in vna Lucana plebis coram R. P. D. Robustero. Posset, si S. D. N. placet, indultum dicte possessioni sibi concedi, & eo magis, quia votum obedientiæ non videtur incompatible cum beneficiis secularibus, nam Sacerdotes sunt exempti à seruitio Religionis, & non Sacerdotes possunt inscribere per interpositam personam, vt in constitut. dicte Militiæ cap. 9. Habetur hoc decretum in constitut. dicte Militiæ Ordinis S. Stephani, quæ fuerunt typis mandata Florentiæ anno 1620. refert Bossi. de triplici subleu. privilegio scilicet. 2. casu 19. num. 11.] Vnde decisum fuisse 10. Nouembrii 1609. testatur Nicol. Garc. in addit. ad 1. par. sui tract. de benef. cap. 4. num. 24.

174 † Milites Regulares Militiæ Sancti Iacobi de Spatha, alioque huiusmodi non emittentes omnia tria vota substantialia, videlicet paupertatis, castitatis, & obedientiæ, non esse incapaces beneficiorum secularium, seu simplicium, siue curatorum, neque etiam pensionum. [Vnde his Militibus secularia beneficia conferri posse tenent Camb. de offic. & potest. Legari de latere lib. 6. num. 269. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 13. cap. 3. ques. 1. ad fin. Sanchez in præcepta decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 108. Castr. Palao in opere moral. tom. 2. tractat. 13. disput. 1. puncto 3. §. 3. num. 2.]

175 Notandum denique est, quod etiam si hæc regula comprehendat regularia beneficia quorumuis Ordinum, non tamen veniant, aut comprehendantur Prioratus Religionis Sancti Augustini, & Sancti Dominici, & alij similes, quia perpetui non sunt, prout requiritur vt dicantur beneficia Ecclesiastica, nec etiam dicti Fratres Mendicantes possunt habere beneficia Ecclesiastica, vt tradit Alphonsus glossator antiquus hic, vers. ex quo sequitur. An autem comprehendat beneficia regularia Ordinum Militarium, vide Gonzal. glos. 8. num. 52. cum seqq. Et quod comprehendat beneficia religionis S. Ioan. Hierosol. fuit decisum in Rota apud Parin. par. 2. tom. 2. decis. 569.

Qualitercumque qualificata.

176 Ad explicationem horum verborum multa eruditè cumulat Gonzal. glos. 9. per totam, vbi in principio refert illa addita fuisse, vt remoueretur omnis scrupulus, an sub generali reservatione beneficiorum veniant beneficia qualificata: nam in generali beneficiorum reservatione qualificata, beneficia sæpe non includuntur, text. in cap. licet canon. 14. uncto cap. statutum, de election. in 6. Deinde vt postquam iam expresserit Regula nonnullas qualitates in specie, videlicet omnia beneficia, cum cura, & sine cura; item secularia, & regularia, demum vniuersali locutione comprehenduntur omnia genera, omnisque qualitates beneficiorum, & sic includuntur omnia beneficia, cuiuscunque generis, & qualitatis fuerint, & vbiunque sita fuerint, vt in verbo, vbiunque existentia; pinitum siue fuerint in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, seu Cathedralibus, & Collegiatis, siue fuerint beneficia diuersarum prouinciarum vniuersa, siue etiam fuerint beneficia patrimonialia, quæ nimirum conferri debent natis, vel oriundis illius patriæ, vel ciuitatis, in qua consistunt, vel certo generi personarum, hoc est ipsi filii naturalibus, & patrimonialibus, Pute. decis. 164. num. 1. & 2. lib. 1. Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 2. num. 16. nisi tamen de indulto, seu privilegio concessio super beneficiorum patrimonialium prouisione addit tales clausulas, quæ vincant, & superent reservationem huius regulæ, vt in illo Clementis Octaui super beneficiis patrimonialibus diocesis Calaguritana, de quo Gonzal. glos. 9. §. 1. à num. 72.

177 Cum dictio illa, qualitercumque, sit vniuersalis, & generalissima, & comprehendat, etiam in materia odiosa, maiora expressis, cap. solite, versic. quodcumque ligaueris, vbi Abbas not. ultim. de maior. & obediens. Seraphin. Rota Romana decis. 317. num. 3. & omnia quæ excogitari possunt, l. etiam, ff. soluto matrimon. ego ipse in meis Remiss. de distion. & clausulis dist. 352. num. 1. sub hac Regula dicendum est necessariò comprehendendi omnes dignitates, etiam maiores post Pontificalem, & principales in Collegiatis, si iam reseruatæ non fuissent, ac minoris cuiuscunque qualitatis, Gonzal. glos. 9. à num. 31. qui tamen in §. 2. latissimè probat † non comprehendendi sub reservatione huius Regulæ Canonicatus Doctores, & Magistrales, qui præsertim in Hispania sunt conferendi per concursum vni Doctori, seu Licentiato in iure, vel in Theologia, & in §. 3. tenet † beneficia consistentia in Ecclesia non numerata, vbi scilicet non adest certus numerus Canonicorum, seu aliorum beneficiatorum, sed secundum fructuum supercrecentiam, vel decrecentiam, beneficia crescunt, seu decrecentiam, non includi

includi sub hac regula reseruatoria; ex eo quia nunquam vacat, sed eo festum quod titularis decessit, supprimuntur, expiunt, & cessant, ac esse desinunt, cap. dilecto 25. vers. proterea, de prebendis, & citat in hanc sententiam, Gasp. Perdin. in tract. de reseruat. benefic. cap. 2. sub num. 8. versic. fructus excrecentes, Simon. quest. 91. num. 1. Rota decis. 771. lib. 3. par. 3. decis. & in vna Calaguritana, beneficij de Genesios 13. Octobr. 1587. coram Illustriss. Pamphilio.

180 Sed quid si in vna Ecclesia vnum tantum beneficium consistat, vel alicui competat collatio vnius tantum beneficij, hoc vnicum & monoculare beneficium an comprehendatur in reservatione huius Regulæ? Cui dubio respondet Gonzal. d. glos. 9. §. 4. illud sub hac regula comprehendendi, quia generaliter, & plenissimè loquitur de omnibus beneficiis qualitercumque qualitatis, nam aliàs sequeretur, quod ferè omnia beneficia curata, quæ vt plurimum sunt sola, & monocularia in Parochialibus, non veniant sub reservatione, contra verba regulæ exprimentia beneficia cum cura, & sic ait quod tentari posset, quod quando sine veri præiudicio dignitates maiores post Pontificalem in Cathedralibus, & principales in Collegiatis si essent monoculares, non comprehenderentur sub reservatione Regulæ; tamen caderent sub reservatione huius regulæ.

181 Deinde idem Gonzal. dist. glos. 9. §. 5. mouet quæstionem an regula hæc capiat beneficia creata, & fundata post illius promulgationem? & pluribus adductis pro parte negatiua, tandem à num. 45. affirmatiuam sequitur sententiam, nempe quod sub hac Regula cadant beneficia postmodum creata, siue dotata, quia Regula hæc cura sit lex generalis semper reseruat, & semper loquitur, l. Arriani, C. de heret. tum quia quando reseruatio est generalis, & fauorabilis, non autem specialis, nec pro certa persona, vt in hoc casu, reseruatio capiat beneficia postea creata, Gaspar. Calderin. in cap. 2. num. 8. Petr. Gregor. rei benefic. cap. 17. num. 1. Falcon. quest. 3. princip. num. 8. tum quia amplissima verba huius Regulæ remouent omnem difficultatem. Et addit idem Gonzal. dist. §. 5. num. 49. & 50. talia beneficia veniunt sub reservatione huius Regulæ etiam in prima vacatione per nouam creationem, & erectionem, cuius contrarium resoluit Nicol. Garcia par. 1. num. 520. tenens hanc Regulam non procedere in ipsa prima vacatione per creationem, & erectionem, sed in vacationibus succedentibus post primam prouisionem.

Et vbiunque existentia.

182 Per hæc verba ampliatur reseruatio huius Regulæ non solum ad omnia beneficia qualitercumque qualificata, sed etiam vbiunque existentia, id est, siue in Ecclesiis Patriarchalibus, Metropolitanis, seu Cathedralibus, siue aliis, quæ tamen verba maioris declarationis gratia, & omnis dubitationis tollendæ causa sunt adiecta, nam etiam siue eis illa comprehenduntur in reservatione generali, & per viam legis, licet secus in reservationibus specialibus pro certis personis, Gonzal. glos. 10. à princip. vbi n. 29. quod supradicta verba non extenduntur ad beneficia existentia in Ecclesiis non numeratis.

In singulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij, Augusti, & Nouembrii mensibus.

183 [Episcopi igitur habent solum quatuor menses, videlicet Martium, Iunium, Septembrem, & Decembrem, aliis octo remanentibus Pape dispositioni. Verumtamen si Episcopi voluerint acceptare gratiam, quæ alternatiua dicitur, de qua in hac reg. mentio sit, & supra egimus alleg. 53. num. 34. cum seqq. debent illum petere à Summo Pont. qui statim illam concedit, per quam alternatiuam adduntur duo alij menses, in quibus Episcopi possunt conferre beneficia, & sic habent sex menses, & sunt videlicet Februarij, Aprilis, Iunius, Augustus, October, & December, ita nouissimè Marcell. Vulpe in praxi iud. fori ecclies. cap. 48. num. 18.] Mensium horum quilibet terminatur in media nocte vltimi diei, & ex illa media nocte in posterum incipit mens ordinarius, & durat vsque ad dimidiam noctem vltimi diei illius mensis, l. more Romano, ff. de feriis, cap. consuluit 24. de officio deleg. Tiraquell. de reuact. lignag. §. 1. gloss. 11. num. 7. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. disp. 2. puncto 22. §. 2. num. 1.] Francolin. in tractat. de tempore Florarum canonicarum, cap. 87. cum sequenti. Polyd. Ripa de nocturno tempore cap. 3. à num. 17. & cap. 158. Gonzalez glos. 11. num. 10. & 11. aduertit quod quando Episcopus conferrat quod beneficium vacans ad finem sui mensis, vel in principio illius, in illa vltima nocte, quæ dat finem mensi Ordinario, & principium mensi Apostolico, vel è conuerso, consultè faciet si ante collationem faciat examinari testes de hora, & puncto obitus vltimi possessoris, & in ipso collationis instrumento annotauerit, vt sic euitetur controuersia, quantum possibile sit, super tempore vacationis, an contigerit in mense ordinario, vel potius in Apostolico.

184 Media nox erit, vbi cæpit sonare hora duodecima mediæ noctis, etiam antequam desinat sonare horologium, seu ante finitos pulsus illius horæ, quia cum primus pulsus horæ sonat, iam est hora expleta, Nicol. Garc. d. cap. 1. num. 524. [Villalob. & Diana infra citandis locis.] faciunt quæ Sarch. de matrimon. lib. 2. disp. 41. num. 40. Stantibus pluribus horologijs, videtur hanc mediæ noctem esse regulandam secundum horologium Parochiæ, seu vicinæ, in qua defunctus obiit, aut illud per quod communiter reguntur, cessante tamen fraude, aut notabili deordinatione horologij, idem Nicol. Garc. d. cap. 1. num. 525.

185 Si diuersa verò sint horologia, amplectenda est doctrina Bobadil. in sua politica lib. 5. cap. 2. num. 25. dicentis maximum faciendum esse discrimen, an res de qua agitur fauore digna sit, an odio: nam in his, quæ fauoris sunt, standum erit, inquit, horologio, quod propitium fuerit causæ fauore dignæ: † in causâ verò odiosa contrarium sequendum, & Parlad. lib. 3. quest. 9. num. 10. hoc quando duo tantum extant horologia verissimum arbitrat, ac si multa extant in oppido horologia, idem quod de testibus pronuntiandum esse putat, vt sequamur fidè illorum, quæ numero vincunt, & certiora esse solent, quàm alia. [me non citato Castr. Palao dist. puncto 22. §. 2. num. 1. vers. cum, si horologia diuersa sint, quoad iurium & vt sequenti die communicare quis valeat. potest eligere horologium, quod sonerit vltimo loco, quia est veluti si essent duæ rationes, vel opiniones probabiles, licet etiam

vt eam illarum amplecti. Ita Ioan. Sanci. in select. disp. 53. num. 3. Fagundes in quinque Eccl. praecept. praec. 4. lib. 1. cap. 10. Villalob. in summ. tom. 1. tract. 1. diff. 21. num. 7. Diana moral. resolut. par. 4. tract. 3. resol. 19. quicquid teneant Salas 1. 2. tom. 2. tract. 8. disput. vnic. sect. 25. num. 264. Merolla tom. 1. disput. 3. cap. 3. corol. 11. num. 139.]

187 In his vero locis, vbi non est horologium, vel si sit, quando probatur non esse bene ordinatum, seu quod audiri non potuit, aut de facto non fuit auditum, accipienda erit media nox iuxta cursum noctis, arbitriumque ac iudicium hominum; & etiam à communiter accidentibus, & verosimilibus, vt ex galli cantu, tradunt Ioseph. Ludou. Perusina decis. 116. num. 7. Polydor. Ripa d. tract. cap. 160. num. 5. & 6. & cap. 161. num. 3. [Marcel. Vulpe d. cap. 48. num. 31.] Et in Rota Romana in vna Auerfana Parochialis 12. Martij 1562. coram Oradino dicit decitum Gonzal. gloss. 11. num. 16. vbi dictum fuit ex eo, quia probatum fuit per testes, quod tempore obitus galli cantabant, vacationem euenisse post mediam noctem, & numeris sequentibus, aliqua adducit de galli cantu, & tempore quo galli cantare solent, & tandem concludit, quod ad probandum esse iam noctem versus diem inclinatum, diemque sequentem iam coeprum, sit leuis ponderis praesumptio, quae in solo gallinacio fundatur, cum diu, nocteque galli cantare non praetermittant, quamuis versus auroram cantare frequentius soleant, & quantum deferatur huic gallinacio arbitrio iudicantis, pensatis circumstantiis, & testium rationibus, aliique verosimilitudinibus relinqui putat ad l. 3. versio. tamen magis scire potest, ff. de testibus, & cap. in praesentia, de renunciat. Dicit tamen Nicol. Garc. d. cap. 1. num. 526. in fine, praesumptionem ex galli cantu maximè accipiendam esse ad sustinendam prouisionem Ordinarij, ex quo pro Ordinario fiat ius commune, vt in vers. sequenti ostenditur.

188 Si autem vacet beneficium circa mediam noctem ultimi diei mensis, ita vt minimè constare possit an fuerit finitus vnus mensis, & coeprus alius, dicit Gonzal. gloss. 11. à num. 26. quod tali casu actor succumbet, siue fuerit prouisus Apostol. siue Ordinarius, & possessor est absolue. ius, ex Purce decis. 207. & 266. lib. 3. nam cum sunt partium iura obscura, contra petentem iudicandum est, §. retinenda, vers. commodum, Institut. de interd. cap. 2. de probation. cap. cum sunt partium, de regulis iuris in 6. & actore non probante reus absolvitur. l. qui accusare, C. de edendo, cum similibus citatis in libello de principiis viriusque iuris, littera A, num. 30. Neutrotamen possidente, obtinebit prouisus ab Ordinario, supposito quod eius prouisio sit anterior prouisione Papæ: quia Ordinarius, & prouisus ab eo fundat intentionem suam de iure communi, & onus probandi referuacionem ratione mensis spectat ad prouisum Apostol. se fundantem in vacatione in mense Apostol. cum hoc sit suae intentionis fundamentum: haec Gonzalez d. loco à num. 34. Quae resolutio in vltimo puncto non recipitur à Nicolao Garcia d. cap. 1. num. 530. cum sequentibus, ex eo quia, vbi constare non potest, in quo mense beneficium vacauerit, quamuis prouisus à Papa beneficium tantquam vacans in mense Apostolico possideat, semper praesumitur pro Ordinario, & ius commune pro eo facit, vt dictum est, ita vt ab eo prouisus, habens hanc iuris praesumptionem pro se, suam intentionem fundatam habeat, & transferat onus probandi in aduersarium, etiam existentem in possessione,

Malscard. de probat. quest. 17. à n. 6. & conclus. 1227. Pacian. eodem tractat. lib. 1. cap. 12. Et idem Garc. d. cap. 1. num. 532. contra Gonzalez gloss. 11. num. 34. 40. & 43. tenet resolutionem à se praepositam procedere non solum quando prouisio Ordinarij est anterior, sed etiam quando est posterior prouisione Apostol.

189 Querit ad hoc propositum Gonzal gloss. 11. à num. 48. quid erit si aliquod beneficium vacat in mense ordinario, & Ordinarius non confert illud in ipso mense, sed ingresso iam mense Apostolico, an ex eo, quod vacatio durauit, ac introiuit in mensem referuatum, sit dictum beneficium referuatum, nec ne? In qua negatiuam amplectitur partem [& me citato in hoc loco Alzed. d. par. 1. cap. 6. num. 76. Ratio est,] quia Regula haec duntaxat referuat beneficia vacatura in mensibus Apostolicis, & dictum beneficium non vacauit in mense Apostol. sed ordinario: tum quia aliud est beneficium esse vacans, & aliud vacaturum: tum denique, quia, sicut, quando beneficium vacat in mense Apostolico, semper remanet referuatum, etiam si cesset causa referuacionis, Rot. decis. 12. & 13. de praebend. in nouis, Gom. in regul. de infirmis resignant. quest. 32. post princip. num. 3. sic etiam paritate ratione cum beneficium vacauerit in mense ordinario, & fuerit subiectum Ordinarij dispositioni, nunquam amplius incidit in referuacionem, cum correlatiuorum eadem sit ratio, l. fin. ff. de acceptil. l. fin. C. de indulta viduit. 101. cum citatis in libello de principiis viriusque iuris, littera C, num. 76.

Usque ad suae voluntatis beneplacitum.

190 Atque ita Regula haec perpetua non est, sed A expirat, & extinguitur morte Papæ illius conditoris, vt supra dixi hac allegat. num. 50. Nam referuatio facta ad beneplacitum Papæ concedentis expirat eius morte, quia cum iam non sit in rerum natura, non potest habere beneplacitum, nec dispositionem text. in cap. vltim. §. fin. de Sede vacante, lib. 6. Menoch. de arbit. casu 498. num. 3. & lib. 4. de praesumpt. quest. 40. Nauar. cons. 2. in antiq. aliis 3. in nouis, de privileg. Caroc. de locato, p. 2. titul. de beneplacito, Ioan. Baptista Costa de claus. conuen. claus. 26. Cened. post lib. praet. & canon. quest. sing. 49. num. 14. Erasim. à Cochier de iuridict. Ordin. in exemptis par. 3. quest. 5. num. 4. Sanch. de Matrimon. lib. 8. disput. 28. num. 50. Vnde gratiam ad beneplacitum Papæ, vel Regis morte Pontificis, vel Regis expirat, probat text. in cap. si gratiosè, de rescriptis, lib. 6. Henric. in summ. lib. 7. cap. 21. num. 5. Valasc. de iure emphyt. quest. 34. num. 7. Gutier. praet. lib. 3. quest. 11. num. 19. Gonzal. §. 1. proam. num. 9. cum sequentibus, Bernard. Graeua. ad practicum Camere Imper. lib. 2. conclus. 60. confid. 3. num. 2. Si verò fieret referuatio dispositionis Sedis Apostolicae, tunc non extingueretur per mortem Papæ, quia Sedes Apostolica nunquam deficit, d. cap. si gratiosè, Menoch. d. lib. 4. quest. 121. num. 3. & latissimè pro declaratione praedictorum verborum agit Gonzal. gloss. 12. vbi multa circa ea de more suo cumulat. Vnde tunc referuatio huius Regulae personalis sit, & cum conditione expiret, Sede Apostolica vacante omnes menses sunt Ordinarij, & tunc Episcopi possunt prouidere de beneficiis vacantibus in quolibet mense, Anastas. German. de indultis Cardin. §. quod tamen, num. 99. & 100. Zerola in praxi Episcop. p. 2. verb. beneficium. §. 2. Flores

Flores de Mena var. lib. 1. quest. 4. num. 51. Gonzal. §. 5. proam. à num. 46. qui num. 53. ait, quod non solum erunt omnes menses ordinarij ante assumptionem noui Papæ, sed etiam antequam faciat regulas Cancellariae.

Extra Romanam Curiam.

193 Nam beneficia in Curia consentientia, ibidemque vacantia, non cadunt sub hac referuacione, cum iure communi illorum collatio spectet ad Papam, vti Episcopum Romanum in quocumque mense vacent. Gom. ad reg. de annali, quest. 3. n. 18. & tetigi supra hac allegat. num. 113. Nec etiam beneficia vacantia in Romana Curia, de quibus supra à num. 19. non includuntur in referuacione huius Regulae, cum per eam solum referueptur beneficia extra Romanam Curiam vacantia, nec beneficia illa in Romana Curia vacantia egent referuacione huius Regulae, quia semper & quocumque mense vacent, sunt referuata principaliori, & potentiori, fortiorique referuacione in corpore iuris clausa in c. 2. de praebend. in 6.

Aliis quam per resignationem.

194 Per haec verba excipiuntur vacationes per resignationem, & sic beneficia, quae vacauerint in quocumque mense anni ex causa resignationis in manibus Ordinarij factae, non erunt referuata, nec inclusa in referuacione huius Regulae. Gonzal. gloss. 14. à princip. Nicol. Garcia d. cap. 1. à n. 542. & vide quae infra alleg. 69.

Quocumque modo vacatura.

195 Vb referuacione huius regulae includuntur omnes modi vacationis, excepta vacatione in Curia, & per resignationem, qui etiam non appositis his verbis comprehenderentur, An. Falcon. de referu. quest. 1. princip. sub num. 2. vers. vacatura, Gonzal. gloss. 15. à princip. Nicol. Garc. d. par. 5. cap. 1. num. 547. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 22. §. 3. num. 4.] Procedit Regula haec non solum in vacatione de iure, & de facto, sed etiam in vacatione de iure tantum, aut de facto tantum, Gonzal. gloss. 15. §. 1. Non habet tamen locum quoties beneficium vacat per habentem tantum ius ad rem. Gonzal. gloss. 15. §. 2. Nicol. Garc. d. cap. 1. n. 549. t veluti per mortem electi, vel praesentati ad aliquod beneficium, ex qua electione, vel praesentatione fuit quaesitum ius ad rem, Falcon. de referu. quest. 4. princip. effectu 47. num. 5. & 6. Flamin. de resignat. lib. 7. quest. 1. à num. 78. & lib. 2. quest. 23. & ideo cum per eam non acquiratur ius perfectum, non dicitur plenum beneficium, nec extincta prima vacatio, sed adhuc vacat beneficium, vt prius, & ideo beneficium non vacat per obitum electi, vel praesentati, gloss. verb. collatio, in cap. penult. de praebendis, lib. 6. t Si verò vacet per obitum habentis ius in re ad beneficium (quale acquirunt per collationem acceptatam, etià ante adeptam possessionem, cap. si tibi absenti, de praebendis, lib. 6. Couar. lib. 3. variar. cap. 16. num. 3. & 5. Flamin. de resignation. lib. 2. quest. 16. num. 2. & lib. 10. quest. 6. n. 2. & 55. & quest. 8. num. 5. Molin. de iustitia tr. 2. disp. 2. vers. dixi superius, & disp. 3. in fine. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 5. collect. 1658. Gonzal. gloss. 15. Barbof. de Episcopo Pars III.

§. 2. num. 31. vbi num. 32. ampliat procedere, quamuis litterae non sint expeditae, cum per solum supplicationem signatam à Papa sit gratia perfecta, dummodo sit registrata, & parti tradita, nam antea non dicitur aliquod ius considerabile quaesitum, & de facili potest talis supplicatio signata lacerari, Rot. decis. 791. num. 5. par. 1. diuers. Flamin. de resignat. lib. 8. quest. 8. num. 186. cessat referuatio, ita vt si talis decedat extra Curiam in mense ordinario, dicatur per illum beneficium vacare, vt possit Ordinarius de illo disponere, Flamin. d. quest. 8. num. 2. Purce. decis. 146. lib. 2. Gonzal. gloss. 15. §. 2. num. 34. Est ergo necessaria acceptatio collationis factae absenti, cum ante illam acquirat tantum in beneficio ius ad rem, Gonzal. gloss. 26. num. 14. & non dicatur beneficium vacare per eum, cui facta fuit in absentia collatio ante acceptationem, Gonzal. gloss. 15. §. 2. num. 6.

Quoniam autem vacationes de iure permulta sunt, & sparsim per Canonum, & Doctorum volumina leguntur, compendio illas perstringam, lectorem remittens ad Gonzal. gloss. 15. & Nicol. Garcia par. 11. cap. 2. cum sequentibus, qui duo insignes viri in materia beneficii clarum lumen nobis praebuerunt, eamque doctissimè & plenissimè tractarunt, ita vt nihil amplius desiderari possit.

Primus igitur vacationis modus est per obitum, & mortem naturalem, cap. susceptum, de rescriptis in sexto, Petr. Gregor. rei beneficiaria cap. 3. à n. 1. Massobr. in praxi habendi concursum requis. 1. dub. 2. num. 2. secundum Romanam impress. [latè Lotter. de re benef. lib. 3. quest. 10.] Pauin. de officio, & potestate Capituli Sede vacante. praed. 7. num. 4. vbi dicit, quod ita vacat per mortem beneficium, quod si miraculosè resurgeret, non recuperaret illud, Gonzal. gloss. 15. à num. 3. Nicol. Garcia par. 11. cap. 2. num. 1. cum sequentibus, qui hoc limitant vbi beneficium suppressum esset ab habete potestatem, vel quando est vnitum, vel de mensa, vel Ecclesia non est numerata.

Secundo vacat beneficium per renunciationem, seu resignationem, vt toto tit. de renunciat per quam amittitur omne ius in beneficio competens, proprietatis, titulus, & possessio, Flamin. de resign. lib. 1. quest. 5. à num. 15. Gonzal. gloss. 15. à num. 8. [Lotter. dict. lib. 3. quest. 14.] Nicol. Garc. par. 11. cap. 3. à n. 1. vbi num. 3. id verum dicit etiam si ex causa permutationis facta sit renunciatio.

Tertio vacat beneficium ipso iure per affectuonem alterius beneficii incompatibilis, cap. de multa, de praebendis, cap. quia nonnulli, de clericis non resident. Extranag. execrabilis, §. qui verò, de praebendis, Concil. Trident. sess. 7. cap. 4. Gonzal. gloss. 15. à n. 9. Nicol. Garcia par. 11. cap. 5. à principio. Massobr. d. requis. 1. dub. 2. num. 4. cum seq. secundum Romanam impress. [latè Lotter. dict. lib. 3. quest. 23. per tot.] In quo notent iuniores, quod licet d. cap. multa, (quo statuitur primum beneficium curatum ipso iure vacare per affectuonem secundi, & si vtrumque retinere contendat, priuari etiam secundo per sententiam, non autem ipso iure, tametsi per dict. Extranag. execrabilis, §. qui verò, etiam secundo ipso iure priuetur) loquatur de beneficiis Curatis, & Dignitatibus, tamen per Concil. Trident. sess. 24. cap. 17. extenditur dicta incompatibilitas (si tamen ultra sex menses retinuerint) ad duos Canonicatus, vel unum cum Parochiali, vel portiones in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis, vt censuit Sacra Congregat. Quae

Quaedam enim est incompatibilitas illorum benefici-
 ciorum, quae simul teneri non possunt, & quorum
 primum vacat ipso iure per ascensionem secundi,
 qualia sunt illa, de quibus in d. cap. de multa, & in
 dict. Extravaug. Excohabilis, & in cap. litteras, de
 concess. prebenda, & in Clement. sin. de prebendis.
 Alia incompatibilitas est quoad retentionem tantum,
 scilicet beneficiorum, quae simul licite retineri non
 possunt, licet non vacet primum ipso iure per as-
 censionem secundi, vt in Parochiali cum Canonica-
 tu, & duobus simplicibus residentiam requirenti-
 bus, Rebuff. in praxi, tit. de dispensat. ratione aetatis,
 verb. incompatibilia, Nicol. Garcia d. par. 1. i. cap. 5.
 num. 67. Quoad incompatibilitatem primi generis
 vacatio inducitur ipso iure per ascensionem pacifi-
 cam secundi incompatibilis, non solum de facto,
 sed etiam de iure, id est, non litigiosa, sed absque
 controuersia iuris, & facti, Mascard. conclus. 183.
 num. 40. Anton. Fab. lib. 1. definit. forens. tit. 2. de-
 finit. 31. Mandol. ad reg. de triennali. quest. 53. & in
 reg. 34. quest. 26. Item pacifica possessio secundi in-
 telligenda est, non de possessione sterili, sed fru-
 ctuum, vel maioris partis eorum, vt tradunt Doctor.
 per tex. ibi in cap. si tibi concessio, de prebend. in 6.
 Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 34. dub. 27. num. 141. Ni-
 col. Garcia dicta par. 1. i. cap. 6. num. 123. cum omnis
 possessionis effectus consistat in perceptione fru-
 ctuum, l. bona fidei 48. ff. de acquiren. possess. & fuit
 dictum in Rota coram D. Burato anno 1615. die 13.
 Martij, beneficium primum non cenferi vacare
 per ascensionem secundi, nisi dicti secundi benefi-
 cij possessio pacifice habita fuerit per duos menses.
 Quoad beneficia simplicia quando incompatibilia
 sint, & non possint retineri, dicam infra al-
 leg. 62.

202. Quarto per contractum Matrimonij per verba de
 praesenti vacat beneficium, etiam non sequuta co-
 pula, cap. 1. & 3. de clericis coniug. cap. 1. eodem tit.
 lib. 6. Clar. §. fin. quest. 73. n. 5. vers. clericus bene-
 ficiatus, Bonacol. commun. crimin. par. 1. verb.
 clericus, fol. 27. verso, Petr. Gregor. rei beneficiaria
 cap. 25. num. 4. Mascard. de prob. concl. 182. Perez
 l. 1. versic. item quia, tit. 1. lib. 5. Ordinarum.
 Matienf. in rubr. tit. 1. glos. 1. num. 158. & leg. 7.
 glos. 12. num. 2. tit. 8. lib. 5. noua recopilat. Flamin.
 de resignat. lib. 1. questio. 1. num. 12. Ceual. com-
 mun. contra commun. quest. 147. Sayr. de censur.
 lib. 6. cap. 5. num. 10. & seq. Azor. instit. moral.
 par. 2. lib. 7. cap. 16. quest. 4. cum seq. Sanch. de Ma-
 trimon. lib. 7. disp. 42. a num. 4. Gonzal. gloss. 15. n. 43.
 Nicol. Garc. par. 1. cap. 8. a principio, Cald. Pereira
 de potestate eligendi, cap. 5. num. 14. Farinac. fragment.
 criminal. par. 1. littera C. verb. clericus, a num. 325.
 Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 240. n. 3.
 in prima edit. alijs resolut. 312. in secunda edit. Lessi.
 de iustit. lib. 2. cap. 34. dub. 21. Valer. Reginald. in
 praxi fori poenitent. lib. 30. tract. 3. num. 312. &
 seq. Gutier. de Matrim. cap. 97. num. 1. Molfes. in
 summa. moralis Theologiae tract. 6. cap. 12. num. 13.
 Masfobr. d. reg. 1. dub. 2. num. 7. [Lotter. d. lib. 3.
 quest. 26. num. 61. cum seqq. me citato in hoc loco
 Escobar de puritate probanda p. 1. quest. 4. §. 7. n. 55.
 nouissimè Trafimiera lib. 2. de polygamia quest. 4. a
 num. 20.] Et ita vt vacat beneficium per matrimo-
 nium, vt eo iam contracto resignari non possit in
 fauorem tertij, Flamin. lib. 3. quest. 1. n. 28. Ceual.
 d. quest. 147. num. 6. Gutier. d. cap. 97. num. 7.

204. Amplia primò procedere etiam vxor non con-
 summato matrimonio religionem ingrederetur,
 Couar. de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 7. num. 6. Sayr.

d. cap. 5. n. 14. Sanch. d. disp. 42. n. 6. Farinac. d. litt. C,
 n. 329. Nicol. Garcia d. cap. 8. n. 3.

Amplia secundò, vt per matrimonium amittat
 clericus etiam accessus, & regressus, ac alia iura
 ad beneficium competentia, Clar. d. quest. 73. n. 5.
 Flamin. d. quest. 1. num. 14. Ceual. d. quest. 147.
 num. 2. Farinac. dicta littera C, num. 330. Nicol.
 Garc. d. cap. 8. n. 2. Gutier. d. cap. 97. n. 4. [Lotter
 d. q. 26. num. 69.]

Amplia tertio, quòd etiam per contractum ma-
 trimonium amittitur pensio Ecclesiastica, Couar.
 d. §. 3. num. vltim. [me citato in hoc loco Casto Pa-
 lao in opere mor. tom. 2. tract. 13. disp. 2. punto 11.
 §. 10. num. 3.] Nauar. in tractat. de orar. cap. 21.
 num. 53. Salzed. ad Bernard. cap. 80. littera E. vers.
 emittit, Flamin. d. lib. 1. quest. 1. num. 15. & lib. 6.
 quest. 2. num. 115. Ceual. d. quest. 147. num. 7.
 Sanch. d. lib. 7. quest. 44. Farinac. dicta littera C,
 num. 331. [Lotter. d. quest. 26. num. 67.] Rota in
 Barcinonen. pensionis 16. Ianuarij 1612. coram
 Cardin. Caualerio, impressa per Marchesin. de
 commiss. par. 1. §. 2. pag. 622. vbi declarat pro Matrimo-
 nij validitate, quando est per appellationem
 suspensa, & restitutionem in integrum.

Amplia quarto in clerico non solum in Sac-
 cris, sed, etiam minoribus Ordinibus constituto
 vt per Bonacol. tom. 1. commun. opinio. lib. 1. tit. 7. num. 12. Farinac. d. verb. clericus,
 num. 327.

Amplia quinto, vt etiam per matrimonium
 irritum ob consanguinitatem, vel aliud impedi-
 mentum dirimens, amittat beneficium ipso iure
 is, qui solis minoribus Ordinibus est initiatus,
 Tiraquell. de retract. lign. §. 26. gloss. 2. num. 9.
 Hippolyt. conf. 70. num. 16. Gregor. l. 1. verb. el
 beneficio, tit. 6. par. 1. Bonacol. dicto tit. 7. num.
 12. & 13. & tom. 2. lib. 9. tit. 7. num. 3. vers.
 & ista communis, Flamin. dict. quest. 1. num. 12.
 Gonzal. gloss. 15. num. 44. & gloss. 57. num. 44.
 Sanch. lib. 3. disp. 2. num. 3. & lib. 7. disp. 43.
 num. 5. Francisc. Molin. de riuu nupriar. lib. 1.
 comparat. 19. num. 147. Nicol. Garcia dicto cap.
 8. num. 4. cum sequentibus, vbi num. 8. resolut.
 quòd talis beneficiatus contrahens matrimonium
 in gradu prohibito ignoranter bona fide, & cum
 debita solemnitate, non amittit beneficium ipso
 iure, & num. 10. asserit beneficium non petiti per
 matrimonium nullum ex defectu consensu ip-
 sius clerici, vt quia non erat sanae mentis, vel
 fuit vi, aut metu coactus, quem refert, & sequit-
 ur Masfobr. in praxi habendi concursus, i. equis. 7.
 dub. 33. vbi dub. 34. cum Garc. citato loco a num.
 13. tenet contrahentem matrimonium sine Pato-
 cho, aut testibus non perdere ipso facto bene-
 ficium, & idem Garc. dict. loco num. 17. quod be-
 neficiatus in Sacris constitutus matrimonium con-
 trahens de facto, indistinctè non perdit ipso
 facto beneficium, cum sit omnino inhabilis ad
 matrimonium, sed illis est priuandus per sententiam
 iudicis.

Quinto vacat ipso iure beneficium per ingres-
 sum Religionis professione sequuta, & non antea,
 cap. beneficium, de Regular. lib. 6. Henricq. in
 summa par. 2. lib. 12. cap. 5. §. 4. in comment. lit-
 tera X. Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 6. num. 164.
 cum seqq. & lib. 7. quest. 14. n. 28. Cald. Pereira
 in l. si curatorem, verb. l. 1. implorare. n. 27. Sanch. de
 Matrim. lib. 9. disp. 35. n. 19. Gonzal. gloss. 15. n. 45.
 Fr. Emman. quest. Regular. tom. 1. quest. 37. art. 1.
 Sayr.

Sayr. in clauis regia lib. 6. cap. 5. num. 25. Nicol. Garc.
 par. 1. i. cap. 9. a principio, Masfobr. d. requis. 1. dub.
 2. num. 9. Molfes. in summa moralis Theologiae, tract.
 6. cap. 12. num. 18. [latè Lotter d. lib. 3. q. 26. ex
 num. 9.] Patribus tamen Societatis Iesu expressè
 concedi à Gregor. XIII. in sua Constit. incip. Quan-
 to fructuosius, Kalend. Februarij 1582. & in alia A-
 scedente Domino, Kalend. Iunij 1584. vt qui emiserint
 tria vota simplicia, possint retinere beneficia, pen-
 siones, ius, & dominium honorum suorum, ad effe-
 ctum ea distribuendi in pios vsos, ne postea dimisi-
 si eis priuati remaneret, refert Rot. in Caputaquen.
 pensionis 18. Aprilis 1616. coram Martino Andrea.
 209. Sextò per non promotionem eius intra annum,
 qui assequutus est Ecclesiam parochialem, elapso
 enim anno, nisi initietur Sacerdotio, vacat dicta Ec-
 clesia ipso iure, cap. licet canon. de elect. lib. sexto, latè
 Flamin. lib. 3. quest. 2. plena manu Rebuff. in praxi
 tit. de non promotis infra annum per totum, & bene-
 ficium enim curatum obligat ad promotionem Sa-
 cerdotij spatio vnus anni, praxis Episcopalis. par. 1.
 verb. beneficia, vers. dico quarto principaliter, Spin. in
 speculo testam. gloss. 4. princip. num. 65. Cened. ad
 Sextum collect. 30. num. 1. Azor. instit. moral. par. 2.
 lib. 6. cap. 8. quest. 2. vbi quest. 3. tenet poenam di-
 sti cap. licet canon, de iure locum non habere in De-
 canis, Praepositis, Abbatibus, Prioribus, Archipres-
 byteris curam animarum quidem, sed non paro-
 chialem Ecclesiam habentibus, & quest. 4. quòd
 etiam non afficit eos, qui praeficiuntur Ecclesijs col-
 legiatis, quae aliam parochialem quoque sunt, &
 quest. 9. quòd etiam illius text. dispositio non ha-
 bet locum in illo, qui Ecclesiae parochiali ha-
 bitu tantum, & non actu parochianos habenti
 praeficitur, quod etiam repetit eadem par. 2. lib. 9.
 cap. 3. quest. 14. vers. quest. dubia est.

211. Septimo per translationem Praelati ad aliam Ec-
 clesiam vacat prima, litteris tamen expeditis, &
 ostensis Capitulo, cap. in apibus, §. translatis, 7.
 questio. 1. cap. quanto, de translat. Episcopi, Fla-
 min. lib. 7. quest. 21. num. 14. & quest. 23. num. 47.
 Gonzal. gloss. 15. n. 48. & 49. Masfobr. d. requis. 1. dub.
 2. num. 10.

212. Octauò si electus intra mensem à tempore ele-
 ctionis ei praesentatae, vel à tempore sibi praestito
 non consenserit electioni; nam tunc vacat prela-
 tura; cap. quam sit, §. electus verò, de election.
 lib. 6. Extravaug. si religiosos, eodem tit. inter
 communes, Gonzal. gloss. 15. num. 50. Masfobr. d.
 dub. 2. num. 11.

213. Nonò si electus intra tres menses post consensum
 electioni praestitum non petierit confirmationem,
 nam ipso facto priuatur iure sibi per electio-
 nem quaesito, d. cap. quam sit, §. ceterorum, Petr.
 Greg. rei beneficiaria, cap. 25. num. 12. Gonzal. gloss.
 15. num. 51.

214. Decimò, quando electus, vel praesentatus ante
 confirmationem, vel institutionem, per se, vel per
 alium se iniecerit, vel administrauerit; nam eo ipso
 priuatur iure sibi quaesito, & beneficium vacat, vt
 prius, text. in cap. auaritia, 3. de elect. lib. 6. Gonzal.
 gloss. 15. num. 52. Masfobr. d. dub. 2. num. 13. pro-
 cedit in praesentatione, Flamin. de resignat. lib. 12.
 quest. 3. num. 26. Et per praesentationem obedienter
 dicitur quis administrasse, & incidisse in poenam il-
 lius text. Put. decis. 45. par. 3. non procedit tamen
 in eo, qui ante electionem aliquid fecit. Card.
 Tusch. tom. 1. littera C, conclus. 44. num. 22. Aduer-
 tit Gonzal. vbi proximè, quod isti tres modi va-
 cationis, videlicet, octauus, nonus, & deci-
 mus, sunt improprij, quia per electum non di-
 citur vacare beneficium, sed semper durat prima
 vacatio, ex quo collatio non adest, vt supra di-
 ctum est.

Undecimò vacat beneficium ipso iure per promo-
 tionem ad Episcopatum post adeptionem possessio-
 nis, & consecrationem sequutam, vel postquam
 praefixum tempus ad consecrationem petendam
 lapsum fuerit, [iuxta tex. in cap. cum in cur-
 tis §. cum verò, de elect. Lotter. d. lib. 3. quest. 26.
 num. 50.] dixi supra hac alleg. n. 67. cum seqq.

Duodecimò vacat ipso iure beneficium per mili-
 tiam secularem, gloss. verb. redierim, in cap. vltim. de
 clericis non residentibus, Flamin. lib. 1. quest. 1. n. 22.
 Anton. Fab. lib. 1. definit. forens. tit. 3. definit. 25.
 Gonzal. gloss. 15. n. 54. Farinac. fragment. criminal.
 par. 7. littera C, num. 183. Masfobr. d. requis. 1. dub.
 2. n. 15. [Lotter. d. quest. 26. a n. 84. me citato in hoc
 loco Ciartin. controuerf. forens. 36. n. 43.] nam Ec-
 clesia pro derelicta habetur eo ipso, quod benefi-
 ciarius fit miles, ita vt Ordinarius iure possit illam
 alteri concedere, vt dicit Azor. instit. moral. par. 2.
 lib. 7. cap. 15. in princip.

Decimotertio vacat ipso iure non solum benefi-
 cium, sed etiam pensio illius, qui Tonfuram, &
 habitum clericalem, vestes scilicet tales non assu-
 mit, vel iugiter non desert, per Constitut. Sixti
 Quinti, incip. Cum sacrosanctum, sub quinto Idus
 Ianuarij 1588. Gonzal. gloss. 15. num. 56. Azor. instit.
 moral. par. 2. lib. 7. cap. 17. quest. 1. vers. decimum
 quarum crimen. [Lotter. d. lib. 3. quest. 26. ex num.
 90. vbi num. 95. subdit quòd ad istum effectum
 ita est instituenda probatio vt concludat ad adie-
 ctionem, & quodammodo ad despectum Ordinis
 clericalis permiffum, videlicet in habitu laicali in
 locis publicis, & populo frequentibus, ac sine ra-
 tionabili causa, vt fere explicatur in Clem. 2. in princ.
 de vita & hon. cleric.

Decimoquarto vacat ipso iure beneficium per
 electionis cassationem, cap. consideramus 10. c. su-
 per eo 12. cum similibus, de elect. Gonzal. gloss. 15.
 num. 56.

Decimoquinto, per postulationem vel repulsionem
 cap. 2. & 3. de postulat. Praelati, Extravaug. ex debito, §.
 huiusmodi, de elect. quamquam hi duo modi prop-
 riè dici non possint modi vacationum, vt ostendit
 Gonzal. gloss. 15. num. 52. in fino.

Decimosexto per violentam ingressionem in pos-
 sessionem beneficij perdit quis eo ipso ius, quod ad
 illud habebat, & vacat ipso iure, cap. eum qui, 18. de
 prebend. lib. 6. Couar. lib. 3. variar. cap. 16. n. 6. Rebuff.
 de pacificis possessor. num. 231. cum seqq. Menoch. re-
 med. 9. recuper. n. 306. Zerola in praxi Episcop. par. 2.
 verb. possessio beneficij. §. 2. Gonzal. gloss. 15. num. 58.
 & gloss. 57. num. 46. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 34. dub.
 34. num. 187. Farinac. in praxi criminal. par. 4. decis.
 66. num. 1. cum seqq. & par. 6. quest. 175. a num. 64.
 Masfobr. d. dub. 2. num. 18. [latè Lotter. d. lib. 3.
 quest. 22. per tot.]

Decimosextimo per violationem sequestri imposi-
 ti vigore sententiae definitivae in Romana Curia
 prolatae in causa beneficij, Clement. 1. de sequestrat.
 possessionis, & proprietate, Mohed. decis. 2. de seque-
 strat. possessionis, & fructuum, Perez. l. 1. vers. querere
 oportet, tit. 10. lib. 3. Ordinarum. pag. 661. Gonzal. §. 7.
 proem. num. 45. & 46. & gloss. 15. num. 59. Proce-
 dit in sententia lata super quocumque beneficio
 Ecclesiastico. siue illud simplex, siue curatum sit,
 siue dignitas, siue personatus, siue etiam pensio per-
 petua, quae conceditur in titulum Ecclesiastici
 beneficij

203

204

208

Sayr.

221

Z 2

in ord. vt videre est apud Flamin. de resignat. lib. 1. 1. quæst. 7. Massobr. d. dub. 2. num. 40. [& apud Lotter. d. lib. 3. quæst. 21. per tot.] Gonzal. d. glof. 15. num. 85. vbi num. 86. dicit, quod ista vacatio est ita fortis, & potens, vt quamuis reliquæ omnes vacationes comprehendantur sub clausula, vel alio quouis modo, vacatio tamen ista ob non factam publicationem nullatenus comprehenditur sub quibuscunque clausulis amplissimis, nisi specialiter exprimat.

245 Trigesimoquarto vacat ipso iure beneficium curatum ob non seruatum formam Constit. Pij V. quæ incip. In conferendis, sub Data 15. Kalendas Aprilis 1566. Gonzal. glof. 15. num. 88. Massobr. d. dub. 2. num. 43.

246 Trigesimoquinto vacant ipso iure omnia illorum beneficia, qui pro obtinendis beneficiis seipos pro aliis examini supponunt, vel annuas pensiones offerunt, aut beneficia impetrant pro aliis, vt ab iis aliquid consequantur: vel quando pro seipsis impetrant beneficia cum intentione illa resignandi, reseruata sibi pensione, vel non reseruata ad fauorem aliorum, vt cauetur in Constit. 33. Pauli IV. quæ incipit, Inter ceteras, sub die 26. Decembris 1557. quæ irrogat pœnam excommunicationis in tales, à qua absolui nequeant, nisi à Pontifice, præterquam in mortis articulo, & priuationem omnium beneficiorum obtentorum. Massobr. d. dub. 2. num. 41. Ideoque inoleuit iam in curia stylus, vt exigatur iuramentum à petente beneficium, quod non accipit animo illud dimittendi, Flamin. de resignat. lib. 9. quæst. 10. num. 4. & 5.

247 Trigesimo sexto vacat ipso iure beneficium per depositionem, & priuationem, cap. ex litteris, cap. graue, de excessibus Prælatorum, Gonzal. glof. 15. num. 97. Massobr. d. dub. 2. n. 45. [Lotter. d. lib. 3. quæst. 33. n. 40. cum seqq.]

248 Trigesimo septimo vacat ipso iure beneficium per apprehensionem possessionis de beneficio collato à Papa ante litterarum expeditionem, ex Constit. 33. Iulij III. incip. Sanctissimus, sub 27. Maij, 1553. Mandof. in reg. 27. de non iudicando iuxta formam supplicationis quæst. 3. a num. 3. Gonzal. d. glof. 15. num. 98. Massobr. d. dub. 2. num. 46. [latè Lotter. diēt. lib. 3. quæst. 19.]

249 Trigesimo octauo vacant ipso iure beneficia retinentis indebitè scripturas spectantes ad Cameram Apostolicam, & illas non restituentis, nec non scientis, & non reuelantis, ex Constit. Iulij III. sub vltima die Aprilis 1552. Massobr. d. dub. 2. num. 47.

250 Trigesimonono vacant ipso iure beneficia offendentium litigantes, in Romana Curia, eorumque Iudices, Aduocatos, & procuratores, vel notarios, vt habetur in Constit. 11. Alexandri VI. incip. In eminentis Sedis, de qua Mandof. conf. 60. & 61. Put. decif. 102. cum duabus sequentibus, lib. 1. Massobr. diēt. dub. 2. num. 48. Gonzal. glof. 15. num. 100. [Lotter. diēt. lib. 3. quæst. 30. num. 123. cum seqq.]

251 Quadragesimo vacant ipso iure beneficia per confidentiam, vt pote quando quis resignat alicui beneficium sub confidentia, quod resignatarius postea resignet alteri personæ resignanti dilectæ, vel in aliis casibus contentis in Constit. Pij IV. incip. Romanum Pontificem, sub 17. Kalendas Junij 1564. & in Constit. Pij V. sub Kalendas Iunij 1569. Massobr. d. dub. 2. num. 49. secundum Roman. impress. de quibus Flamin. de confident. quæst. 58. per totam.

Pluribus aliis modis vacare beneficia ipso iure adiungit Massobr. d. dub. 2. videlicet num. 52. per interdescensionem in excommunicatione, & num. 53. per decretum de dimittendo, & num. 54. per malam promotionem ad Ordines, & num. 56. per dispositionem fundationis, & num. 57. per notam creationem beneficij, & num. 59. per malam valoris expressionem, & num. 61. per collationem factam consanguineis, aut affinis, vel familiaribus collatoris, vel resignantis de beneficiis resignatis in manibus Ordinarij, ex Constit. Gregor. XII. incip. Humano, & num. 63. per intrusionem.

252 Omnes prædictos casus enumerare non inutile iudicauit, ex eo, quia nullum crimen, etiam priuatione dignum, inducit priuationem beneficij ipso iure, nisi sit iure canonicum, nam in dubio præsumitur quis per sententiam priuandus, Farin. in praxi crimin. par. 1. quæst. 19. num. 46. Rebuff. de pacificis possess. num. 318. Gonzal. glof. 15. num. 153. plures per Nicol. Garciam par. 11. cap. 10. num. 5. nonnulli etiam effectus ex priuatione ipso iure facta resulant.

253 Primus est, quod si vacat beneficium ipso iure ratione alicuius capitis ex supra relatis, vacat in ipso met puncto, quo contrahitur matrimonium, aut emittitur professio, vel contrahitur delictum, &c. Prob. in addit. ad Monach. in cap. fin. num. 19. de consuetud. Gonzal. glof. 15. num. 141.

254 Secundus est, quod committens delictum ob quod priuatur ipso iure, seu ipso facto beneficiis, seu officiis publicis, ita illorum amittit titulum, & dominium, vt ea in conscientia teneatur dimittere, non solum post sententiam, sed etiam ante illam, Flamin. de resignat. lib. 3. quæst. 1. num. 81. Lorca 1. 1. disput. 24. de legib. memb. 2. §. vlt. Felin. in cap. in nostra, de rescript. corol. 2. num. 12. & 13. contra plures defendit Nicol. Garc. d. par. 11. cap. 10. n. 18. Gonzal. glof. 15. num. 150. fructusque suos non facit, sed ad illorum restitutionem tenetur, vt per plures citatos à Gonzal. glof. 15. num. 150. [Sed vltior sententia tenet obligationem de restituendis fructibus à die commissi delicti vix sustineri in eo delicto pro quo pœna priuationis beneficij inducitur ipso iure, Cou. de sponsal. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 8. Monet. de distribut. quotid. par. 2. quæst. 17. num. 8. Lotter. de re benef. lib. 3. quæst. 18. n. 60. & quæst. 33. n. 72. cum seqq.]

255 Tertius effectus est, quod cum quis est priuatus beneficio ipso iure, etiam in pœnam, statim, nulla expectata sententia, nec citato possessore potest conferri, & impetrari, presentatio, vel electio fieri, vt in cap. licet Episcopus, de prebendis in 6. glof. verb. te non vocato, in cap. 1. de homicid. lib. 6. Flamin. d. q. 1. num. 81. Nicol. Garcia d. cap. 10. n. 23. Gonzal. glof. 15. à num. 148.

256 Vnde iam non poterit sic priuatus ipso iure beneficia in fauorem alicuius resignare, plures per Flamin. diēt. quæst. 1. num. 21. Gonzal. glof. 15. à num. 146.

Ad collationem, provisionem.

De his verbis agit Gonzal. glof. 16. & 17.

Præsentationem.

257 Nota, quod beneficia iurispatronatus Ecclesiastici sub hac reseruatiōe comprehenduntur, non

non ita beneficia iurispatronatus eque laici, vel mixti, de quo latè cum amplissimis declarationibus, Gonzal. glof. 18. Nicol. Garcia par. 5. cap. 1. n. 52. cum multis sequentibus, & aliqua dixi supra hac allegat. num. 27. [Et quod beneficium de iurispatronatus Ecclesiastico cadat sub reseruatiōe, si vacat in mense reseruato, firmavit Rota decif. 740. num. 2. par. 2. recentior. & coram Duran decif. 406. num. 5. par. 2. vbi num. 6. quid si in fundatione fuerit cautum quod in collatione illius neque Episcopus, seu alius Prælati, possit se introuertere.]

Electiōnem, & quamuis aliam dispositionem.

De quibus Gonzal. glof. 19. & 20. ad quem se remittit Nicol. Garcia diēt. cap. 1. num. 617.

Quorumcunque collatorum.

258 Beneficia etiam ad vnus tantum collationem pertinentia sub hac reseruatiōe comprehenduntur, quia pluralitas illa resoluitur in suas singularitates, l. falsa 33. §. si v. ff. de condit. & demonstrat. l. Lucius 78. §. Cato Scio, ff. ad Trebell. ad quod plura adducit Gonzal. glof. 21. à princip. Capiunt hæc verba non solum Ordinarios collatores, quales sunt Episcopi in suis diocesis, Extraneas execrabiles, & ceterum ordinarios, de prebendis, Rebuff. in concord. tit. de collationib. §. præfati Ordinarij, in glof. verb. ordinarij, Gonzal. glof. 21. à n. 31. verum etiam extraordinarios, quibus nimirum competit collatio ex priuilegio, vel iure speciali, glof. verb. spectat, in cap. cum clericus, 11. §. si de prebend. in 6. Nicolaus Garcia diēt. cap. 1. num. 619. Gonzal. glof. 21. num. 18. vbi num. 19. cum Simon. quæst. 68. num. 4. limitat non procedere quando ius conferendi non esset perpetuum, sed temporale, puta ex indulto, seu priuilegio ad certum tempus, seu ad vitam, & num. 39. dicit, quod huius Regulæ reseruatio locum habet, quamuis collator sit in fundatione nominatus, & in eadem fundatione disponatur, quod in tali beneficio non intret reseruatio, dum tamen tale beneficium non sit iurispatronatus laicalis, aut mixti.

Cætera, quæ ad explicationem singulorum sequentium verborum huius Regulæ desiderari possunt, sicut omnia prædicta doctissime glossauit Hier. Gonzal. Hispan. idè in illis explicandis nil amplius immotor. Illa vero quæ ad Episcoporum alternatiuam pertinent iam supra dixi alleg. 53. dum agerem de eorum residentia in suis Ecclesiis faciendâ.

ALLEGATIO LVIII.

Episcopus intra quod tempus debeat de beneficiis vacantibus providere.

S V M M A R I V M.

- 1 Tempus semestre ad conferendum beneficium competit Episcopo.
- 2 Beneficia omnia vacantia, etiam in quibuslibet Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, ab Episcopo ad quem collatio spectat, sunt conferenda.
- 3 Parochialium promissio intra sex menses faciendâ est ab Episcopo, quando earum collatio ad il-

lum spectat, intra quatuor verò menses, quando ad Papam spectat.

- 4 Hospitalia, quæ conferuntur in titulum beneficij, intra sex menses ab Episcopo sunt conferenda, si ad eum spectat collatio.
- 5 Menses sex dati ad conferendum incipiunt currere à tempore scientiæ vacationis.
- 6 Vacationis beneficij notitia præsumitur in Prælati, considerata per iudicem beneficij qualitate.
- 7 Vacationis modo, & temporis illius longitudine, ac distantia locorum, fama quæ constituit Episcopum in negligentia de morte beneficiarij, debet esse clara, & non dubia.
- 8 Menses quilibet, vbi absolute de mense sit mentio, triginta dies continet.
- 9 Menses sex dati Ordinariis ad conferendum, computantur secundum Calendarium, & secundum quem occurrunt.
- 10 Episcopus, vel is ad quem spectat collatio, si infra sex menses non disposuerit, collatio deuoluitur ad Superiorem.
- 11 Denotatio debet probari gradatim de inferiori ad proximum Superiorem, & quilibet eorum habet sex menses ad conferendum à tempore scientiæ.
- 12 Menses sex dati Ordinariis ad providendum, vbi primum lapsi fuerint statim potest Papa providere.
- 13 Denotatio in exemptis immediatè Papa subiectis, fit immediatè ad Papam, vel Legatum de Latere.
- 14 Legatus non potest conferre beneficia ad Episcopum deuoluta ex negligentia Prælati Regularis exempti, quæ Episcopo conferi auctoritate propria.
- 15 Denotatio in beneficiis unitis respectu vicariæ non habet locum in unitis mensibus Prælati, quæ nunquam vacare censentur.
- 16 Beneficium de mensa Prælati illud dicitur, quod est perpetuo incorporatum mensa Episcopali, aut Capitulari, seu Abbatiali.
- 17 Beneficia deuoluta lapsa semestre concessio Ordinarij ad conferendum, non dicuntur de nouo vacare.
- 18 Denotatio vbi fit gradatim ad quemlibet Superiorem, non currit semestre, quod sibi datur ad conferendum, nisi à die notitiæ.
- 19 Negligentia non præsumitur, sed probanda est, & non præsumitur ignorantia, nisi scientia probetur.



EPISCOPVS Habet intentionem fundatam in assententia Iuris communis quoad ius conferendi omnia beneficia inferiora suæ diocesis. cap. omnes Basilica 16. quæst. 4. post Gonz. Garc. & alios Filliuc. tract. 4. 1. de benefic. cap. 2. n. 2. 4. Selua de benefic. p. 2. quæst. 22. num. 41. Rot. apud Farin. decif. 382. num. 1. & decif. 416. n. 1. & decif. 756. num. 4. par. 2. recent. [Seraphin. decif. 799. n. 1. Greg. XV. decif. 291. n. 1. vbi adden. sub num. 4. tam secularia, quam Regularia existentia in sua Diocesi, cap. conquereute, de offic. ordim. cap. ex frequentibus, de instit. Vitalin. in Clem. vnic. n. 16. de suppl. negl. Præl. Selu. de benefic. p. 2. q. 26. n. 28. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 1. proem. n. 21. Reuerendiss. Duran. decif. 442. n. 1. p. 2.] etiam si sint Canonicatus & prebendæ in Cathedralibus, & collegiatis Ecclesiis, non tamè per se solus, sed simul cum Capitulo, Filliuc.

Filliuc. *dist. cap. 2. num. 25. ead. Rot. decis. 232. n. 2. par. 1. recent.* qui quidem vt validè conferat, duo potissimum requiuntur, primum, vt beneficium quod confert spectet ad liberam eius collationem; secundum quòd ipse saltem semel contulerit. ead. Rot. *decis. 229. num. 5. 6. & 7. par. 1. recent.* quia beneficia referuata Ordinarius conferre non potest ead. Rot. *decis. 186. num. 2. par. 2. recent.* [Et cum Ordinarius confert, nulla opus est iustificatione, quia motu proprio prouidet Ecclesiis, non personis, de quarum etiam qualitate confertur bene informatus, Sela. *de benef. p. 3. q. 12. n. 9.* Seraphin. *decis. 1467. n. 1. Rot. decis. 190. num. 1. p. 2. recent.* Nicol. Garcia *de benef. p. 6. c. 2. n. 221.* Duran. *decis. 233. n. 1. & decis. 350. n. 2.* Quod procedit licet Episcopus Cardinalis prouideat vigore indulti, cum nihilominus prouideat Motu proprio, & militet eadem ratio, quòd prouidet Ecclesiis, & præsuntur de personis informatus, Puteus *decis. 295. lib. 3. in correct.* Duran. *d. decis. 233. n. 2. Rota in Leodien. Canonizatus S. Dionysii 13. Martij, & 3. Iulij 1523.* coram Reuerendissimo Coccino Decano. Non debet Ordinarius esse suspensus,] quando confert; tunc enim collatio ab eo facta est ipso iure nulla. Vitalin. in *Clement. 1. §. si quia n. 10. ff. de statu monach. & non sustinetur ratione communis erroris, & ignorantie suspensionis stante concursu prouisi Apostolici, Lap. alleg. 89. col. 6. Ferret. *conf. 9. num. 1. par. 1. Boët. decis. 150. num. 13. Rota decis. 17. num. 4. & 5. par. 2. recent.* Nec excommunicatus declaratus & pro tali habitus Rot. *decis. 534. num. 3. par. 2. recent.* cui quidem aliàs non impedito semestre tempus ad conferendum competere probant *cap. nulla 2. de concess. prebend. cap. licet, de supplend. negligent. Pralat. Clement. 1. eodem tit. Rebuff. in praxi iur. de deuolut. Aloyf. Ricc. in praxi aurea, resolut. 184. n. 1.* [me citato in hoc loco Alzedo de *præcellent. Episc. dignit. par. 2. cap. 9. num. 11. cum sequentibus* [latè Nicolaus Garcia *de benef. par. 10. cap. 2. à num. 1. vbi num. 2.* asserit habere locum non solum in collatione, sed etiam in electione.*

Primo amplia de omnibus beneficiis vacantibus debere Episcopos, ad quos collatio spectat, intra sex menses prouidere, quamuis sint in quibuslibet Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, tam secularibus, quam Regularibus constituta, Rebuff. in *dict. tit. de deuolut. n. 4. & in concord. tit. de Regia ad Prelaturas nomin. §. 1. verb. intra sex menses* Nicol. Garcia *d. cap. 2. num. 3.*

Secundo amplia in prouisione Parochialium, etiam stante Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 18.* quando earum collatio ad Episcopos spectat, licet quando earum collatio ad Papam, aut alios spectat, debeant infra quatuor menses personam magis idoneam praeuio concursu eligere, & electam illis significare, vt in Constitut. Pij V. incip. *In conferendis, Kalend. Aprilis 1566.* refert Nicol. Garcia *par. 9. cap. 2. num. 3.*

Tertio amplia in hospitalibus, quæ conferuntur in titulum beneficij, Rebuff. *dicto verb. intra sex menses, versic. item quando.* Nicol. Garcia *dicta p. 10. cap. 2. num. 9* Illud aduertere oportet quòd Episcopus existens in Curia tempore vacationis beneficij potest illud conferre, quamuis ob reuerentiam Papæ debeat exire extra mœnia, vt per Anastaf. German. *de indultis Cardinal. §. ibi quoad vixeris num. 76* Maffob. in *praxi habendi concursum req. 7. dub. 44.* quicquid dicat Pauin. *de potestate Capituli Sede vacante p. 2. quest. 1. vers. & quia potestas.*

Tempus illud sex mensium datum ad conferen-

dum, est à tempore scientiæ vacationis numerandum, *cap. quia diuersi iurati, in fine de concess. prebend. d. c. licet, & ibi glof. verb. nouita, Tiraquel. de retract. lignag. §. 35. glof. 4. à num. 1.* Azor. *instrum. moral. par. 2. lib. 6. cap. 26. quest. 1. c.* Cald. Pereira *de reuonot. emphyt. quest. 6. num. 24.* Flores de Mena *uariar. lib. 1. quest. 3. num. 6.* Zerola in *praxi Episcop. par. 1. verb. Insuperonatus, §. 8. dub. 1.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glof. 6. num. 132.* Aloyf. Ricc. *d. resolut. 184. num. 1.* [me citato in hoc loco Alzedo *d. par. 2. cap. 9. num. 15.*] Rota *decis. 186. num. 1. par. 2. recent.* Nicol. Garcia *d. p. 10. cap. 2. num. 15.* vbi *num. 43.* resoluti, quòd de momento, ad momentum, est huiusmodi computatio facienda. Et Rota Romana censuit in *una Ciuitatis Castellana 18. Junij 1557.* coram Card. Quiroga, in sex mensibus datis Ordinariis ad conferendum computari diem terminis, & in *una Placentina Parochialis de Malpartida 28. Junij 1585.* coram Illustriss. Seraphino, est inter impressas *decis. 702.* tenuit tempus sex mensium datum Ordinariis ad conferendum Parochiales ad eorum collationem spectantes per dictam Bullam Pij V. quæ dicit à de vacationis, intelligi à die vacationis notæ, quamuis Episcopus nondum accepisset possessionem Episcopatus, cum per ipsum stetit, refert Nicol. Garc. *dict. par. 10. cap. 2. num. 22. & 23.* Sic etiam tempus quatuor mensium concessum Ordinariis ad collationem faciendam de beneficiis curam animarum habentibus, aliàs Sedi Apost. referuatis, non currit nisi à die notitiæ vacationis habitæ, vt tenentur fuit in Rota in *una Toletana beneficij 28. Nouembr. 1578.* coram Illustriss. Seraphino in impressis *decis. 380.*

Sed inde grauis dubitatio oritur, nempe quando ista notitia præsuntur in Prælatu? In qua videtur resoluendum, illam præsumi, cum etiam præsuntur habere certam notitiam beneficiorum vacantium in sua diocesi, quia eam tenetur visitare singulis annis, *cap. Ordinarius, de offic. Ordin. lib. 6. Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 8.* Aloyf. Ricc. in *d. resolut. 184. num. 2.* considerata per Iudicem beneficij qualitate, vacationis modo, & temporis illius longitudine, ac distantia locorum. Rot. *decis. 6. de iurepatron. in nouis, & in d. Toletana beneficij coram Illustriss. Seraph. decis. 380. num. 4.* Zerola in *prax. Episcop. verb. Insuperonatus, §. 8. dub. 1. & 2.* Nicol. Garc. *d. par. 10. cap. 2. num. 31.* & ita prædicti sex menses incipiunt currere ab eo tempore, quo scire potuit, vel debuit Episcopus, vt tenentur Rota in *una Vices. Paroch. Castri Tertiolis 14. Ianuar. 1611.* coram R. P. D. Manzanedo, apud Farin. *par. 2. sem. 1. decis. 223. num. 1.* & ante tenebat in *una Buzgen. Canonizatus 27. Martij 1583.* coram Bubalo, & in *una Maceraton. beneficij 1. Junij 1594.* coram Litra, refert Nicol. Garc. *d. par. 10. cap. 2. num. 28. & 29.* vbi *num. 33.* dicit in eadem Sacra Rota tentum fuisse & famam, quæ constituit Episcopum in negligentia de morte beneficiati, debere esse claram, & non dubiam; & illam dicit dubiam si habuerit ortum à duobus, vel tribus, qui dicebant se audiuisse, vel quia affines, aut coniuncti, dato quod adesset fama de morte, non tamen fecerunt luctum, ad notata per Bart. in *l. 2. §. quòd si dubietur, ff. quemadm. testam. aperiantur, vt per Achil. decis. 46. seu unic. de supplend. negli. Pral. sequitur Malfard. de probat. conclus. 626. n. 11.*

Mensis quilibet, vbi absolutè de mense fit mentio, triginta dies continet, quia tot diebus Luna in circuitu Solis remoratur, & ad suas vias redit, cursumque conficit. Gregor. *l. 5. tit. 6. par. 6.* Menoch.

Menoch. *de arbit. casu 50. num. 8. cum seqq.* Cald. Pereira *de resolut. emphyt. cap. 14. num. 2. & de emptione cap. 4. num. 21.* Melch. Phæbos *Lusitania decis. 51. num. 24. tom. 1.* Alexand. Trentacinq. *uariar. resolut. lib. 2. tit. de dilat. resol. 21. num. 4.*

Er dicti sex menses debent computari secundum Kalendarium, & secundum quod occurrunt, & iacent per totum circulum anni, & quod deficit de primò mense, accipiendum est de vltimo, ita glof. *verb. mensem, in cap. quam sit, de electio. in 6.* vbi omnes plures per Sanch. *de marrim. lib. 2. disp. 24. num. 15.* Nicol. Garciam *d. cap. 2. n. 42.* & Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glof. 11. num. 7. & 8.*

Ne Ecclesiæ diu maneant in suspenso, quod valde dispendiosum, & damnosum illis est, *d. cap. quam sit, & ne iura Ecclesiastica diu maneant in incerto, argum. l. 1. ff. de vocatione. Rebuff. in praxi benef. par. 1. tit. de deuolut. num. 8.* ideo iura statuere, quod si Episcopus, vel is ad quem spectat collatio infra sex menses non disposuerit, collatio deuoluitur ad Superiorem, vt ab Episcopo ad Metropolitanum, ab hoc ad Primatem, ab illo ad Patriarcham, & demum ad Summum Pontif. *cap. licet, de supplend. negli. Pral. cap. 2. de concess. preb. Rebuff. tit. de deuolut. num. 7.* Corraf. *de benef. par. 1. cap. 7. num. 8.* Azor. *instrum. moral. par. 2. lib. 6. cap. 27.* Cald. Pereira *resp. 3. pro Alphonso de Peñaranda, num. 2.* Cochier. *de iuris d. Ordin. in exemptis, par. 4. quest. 30. num. 3.* Rota *decis. 186. num. 1. par. 2. recent.* Nicol. Garcia *de benef. par. 10. cap. 3. num. 10.* Zerola in *praxi Episcop. par. 1. verb. beneficii §. 2. in princip.* vbi hoc intelligit & quando hodie darentur omnes isti gradus, sed pro maiori parte ab Episcopo ad Archiepiscopum, & statim ad Papam fieri deuolutionem, & in *una Spoletana beneficiorum 31. Ianuar. 1594.* coram Illustriss. Mantica inter eius impressas *decis. 260.* fuit resolutum deuolutionem debere probati gradatim de inferiori ad proximum superiorem, & quemlibet eorum habere sex menses ad conferendum à tempore scientiæ, refert Garcia *d. par. 10. cap. 3. num. 11.* vbi *num. 42.* post multos quos citat, resoluti deuolutionem fieri cum onere, & qualitatibus requisitis in prima prouisione; statim tamen, & quod lapsus est primum semestre potest Papa prouidere, Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. §. 3. proœm. num. 5.* Vnde Rota apud Farinac. *decis. 186. num. 1. par. 2. recent.* censuit quòd vt probetur deuolutio ad Papam, debet probari semestre negligentia, & quod Papa quando prouidet vti de deuolutio non præsuntur velle vt prouentione, & in *dicta Placentina Parochialis* coram Illustrissimo Seraphino *dicta decis. 702.* tentum fuit prouisionem Parochialis intra sex menses fieri debere, aliàs Papam in conferendo prouenire posse tam potestate Ordinaria, quam vigore Bullæ Pij V. referuatis beneficia, de quibus per Ordinarios collatores intra sex menses non fuit facta prouisio. Illud aduertere oportet, quod vbi negligentia quam Prælatu ipse habuit, dum teneretur non vt Episcopus, sed vt quilibet alius cum ceteris Canonicis, intra sex menses beneficium conferre, non nocet ei, vt tanquam ad Prælatum ob negligentiam ad ipsum conferendi potestas deuoluitur, quia non fuit negligens vt ipse solus, sed cum aliis, quod efficit vt ad ipsum tanquam ad Superiorem merito deuolutio fiat, ita per *cap. postulasti 15. de concess. prebend. notant Domin. à S. Gemin. in cap. à collatione 11. num. 1. de appellat. in 6.* vbi Franch. *num. 4.* Innoc. in *cap. irrefragabilis 13. num. 2.* & ibi Zaharel. Hofst. & alij *de offic. Ordin. Secus autem esset si electio, vel collatio à solo Epi-*

Barbos. de Episcopo Pars III.

scopo tanquam Canonico facta, vel facienda iussit, nam tunc nullo modo ad eum appellatio interponeretur, nec facultas conferendi deuolueretur, quia deesset personarum diuersitas, quæ in his casibus necessario desideratur. Rot. *decis. 1. sub titul. de suppl. neglig. Pralat. in nouis, aliàs decisio. 113.* Vnde aduerto quòd si collatio facta fuisset ab ordinario post incursum deuolutionem etiam die mox sequenti, non tenet, vt fuit dictum in *Toletana Paroch. de Guetas 17. Aprilis 1595.* coram Cardin. Pamphilio. Et talem deuolutionem non mutare modum vacandi, sed præsupponere beneficium vacare, illudque collatui cum qualitatibus requisitis confuit Rot. *decis. 774. num. 2. par. 3. diuers. Seraph. decis. 1309.*

In exemptis immediatè Papæ subiectis deuolutio fit immediatè ad Papam, vel ad Legatum de latere, per *cap. licet, cap. sicut, de supplend. negligent. Pralat. Roman. consilio 351.* Abb. in *cap. graue, num. 6. & 7. de officio Ordin. & in d. cap. 2. de concessione prebend.* Sela. *de beneficio par. 3. quest. 49. n. 4.* Rebuff. in *concord. §. si quid verò, verb. ad alium, de collat. & d. tit. de deuolut. num. 36. vers. nono, quos refert & sequitur Cochier. d. quest. 30. num. 5.* Ratio est, quia ista deuolutio iuxta determinationem Concilij Lateranensis *d. cap. 2.* fit ad immediatum Superiorem, proximus autem Superior exemptorum est Papa, *cap. nulla, distinct. 94. cap. anctoritate, cura ibi notatis, de privileg. in 6.* Sela. *d. num. 4.* Non poterit igitur Legatus conferre beneficia ad Episcopum deuoluta ex negligentia Prælati Regularis exempti, quæ Episcopus conferat auctoritate Apostolica, ita Nicol. Garcia *de benef. par. 5. cap. 3. num. 32.* quia ab exempto regularibus fit deuolutio ad Ordinarium, qui Apostolica auctoritate conferet, *cap. cum singula, de prebend. in exto, Rebuff. tit. de deuolut. num. 32.* Cochier. *dict. quest. 30. num. 8.* vbi intelligit nisi si Prælatu Regularis habeat alium Prælatum, cui immediatè subiciatur, tunc enim ad illum fiet deuolutio, Cardin. in *Clementin. unic. questio. 3. de supplend. neglig. pral.*

Collatio, & deuolutio in beneficiis vnitis respectu Vicariæ, non habet locum in beneficiis vnitis mensæ Prælati, quæ nunquam censentur vacare. Flores de Mena *uariar. lib. 1. quest. 10. numero 14.*

Illud verò dicitur beneficium de mensa Prælati, quod perpetuò incorporatum mensæ Episcopali, aut Capitulari, seu Abbatiali, & ideo nunquam vacat, neque in tali beneficio datur negligentia in prouisione, glof. *verb. de mensa, in dicta Clem. unic. de supplend. neglig. pral.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glof. 5. §. 6. n. 63.* Farin. *decis. 204. par. 2. recent.*

Beneficia deuoluta lapsò semestri concessio Ordinatio ad conferendum non dicuntur de nouo vacare, Gonzalez *ad regul. 8. Cancell. glof. 15. §. 2. num. 20. & 21. & glof. 24. à num. 78.* quærit si Cardinalis collator non contulit beneficium, quod vacauit in mensæ aliàs Apostolico, infra sex menses, ita quod sit locus deuolutioni ad Superiorem, an tunc possit conferre Archiepiscopus, qui Cardinalis non est, seu alius, ad quem de iure competit deuolutio, an verò solus Papa.

Quilibet autem Superiori ad quem gradatim fit deuolutio non currit semestre, quod sibi datur ad conferendum, etiam si deuolutio fiat à patrono laico, qui tantum habet quadrimestre, nisi à die notitiæ, Rota *decis. 6. de iurepatronatus in nouis, & in Sabien. beneficiorum 11. Maij 1584.* coram Giptio, & in *Salamantina portionis 23. Junij 1586.*

A a coram

coram Bubalo. Lamb. part. 3. lib. 2. quest. 2. art. 8. Card. Seraphin. Rot. Roman. decis. 380. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici resolut. 155. versic. tum secundo, [Cast. Palao in opere morali. tom. 2. tract. 13. disp. 3. puncto 5. num. 13. & 14.] Zerola in praxi Episcopali. par. 1. verb. beneficia, §. 3. ibi, à die deuolutionis, vel verosimilis notitiæ, Nicol. Garcia d. par. 10. cap. 3. num. 9. vbi num. 10. dicit in una Calciaten. coram D. Orano de anno 1584. fuisse resolutum deuolutionem ad Papam non probari, nisi constet de lapsu temporis Superioribus etiam præfixi, & num. 16. quod qui impetrat certo modo tãquam deuoluũ, debet probare deuolutionem, gradatim tamen fieri debet priusquam huiusmodi verificata dici possit, & per semestre lapsum cuiuslibet inferiori. Rebuff. d. tit. de deuolat. num. 3. & etiam cum scientia & patientia omnium collatorum, vt fuit dictum in Aretina Capella 5. Martij 1610. coram Cardin. Lancelloto, plene scilicet & concludenter, Rot. decis. 186. num. 1. par. 2. recent. vbi num. 2. censuit ad effectum deuolutionis scientiam debere esse certam, & non sufficere præsumptam, & negligentiam enim non præsumitur, sed probanda est. l. 3. §. si ad diem. ff. de re milit. Afflict. decis. 13. num. 18. Grat. conf. 100. num. 1. lib. 2. Cochier. d. quest. 30. num. 18. & præsumitur ignorantia nisi scientia probetur, in nostris terminis Rebuff. d. tit. de deuolut. num. 12. post Lambertin. & Mascard. dicit Nicol. Garcia d. par. 10. cap. 3. num. 23. vbi num. 22. tener quod iudex arbitrat an prædictus Superior præsumatur scire ex qualitate beneficij, modo vacationis, quantitate temporis, distantia locorum, & fama.

Vnde scientiam etiam in inferiore collatore probandam esse, vt deuolutionis locum esse admittatur, tenuit Rota in Bononien. terrarum 20. Octobr. 1582. coram Bubalo & in Fimana beneficij 12. Maij 1595. coram Cardin. Blanchetto.

In beneficijs verò de iure patronatus locorum non dicitur factus locus deuolutionis ad fauorem Episcopi, nempe vt ipse conferre possit, si diuersi præcedentes iurpatronatus, de quo tamen legitime constat, duo præsentarunt, qui inter se litigant quis sit præferendus in institutione, immo in tali casu si ipse Episcopus conferat extraneo attentare dicitur, vt fuit resolutum in Aretina capellania 19. Martij 1601. coram Pena. Quod quidem amplia procedere etiam quando lis vertitur inter patronos & Episcopum, vel prouisos ab eis, tunc enim non habet locum dispositio, cap. quoniam, de iurepatron. Ioan. Andr. in cap. cum vos, num. 2. vers. vnde iura, vbi Butr. num. 7. vers. iura ergo, & Imol. num. 7. vers. si autem erat dubium, de offic. Ordin. Lap. allegat. 78. n. 15. cum allegatis in 2. Perdonen. iurispatronatus 19. Febr. 1601. coram Penia, & in Brackaren. benef. 3. Martij 1603. coram Greg. XV.

ALLEGATIO LIX.

Episcopus quas Ecclesias, & ad quod tempus commendare possit?

SUMMARIUM.

1. Commenda alicuius Ecclesia in perpetuum da-

tur, cum committitur alicui, vt eam administret, & regat dum viuui in sui vtilitatem, cum facultate disponendi de fructibus, sicut verus beneficiarius.

2. Commenda perpetua beneficij est titulus canonicus.
3. Commendam perpetuam habentes non se promouentes infra annum, incidunt in penam cap. licet canon. de elect. lib. 6.
4. Incompatibilitatem inducit commenda perpetua.
5. Commenda perpetua potest resignari, vel permu- tati.
6. Ordinarius nullus inferior Papa potest perpetuo commendare.
7. Ecclesiam commendans Papa simpliciter alicui in perpetuum, hoc est, ad vitam eius commendare videtur.
8. Ecclesia simpliciter commendata per Papam alicui, commendatarius tunc non habet liberam pote- statem statuendi de eius fructibus.
9. Ecclesiam ad certum tempus commendatam per Papam potest Episcopus conferre post elapsum tempus.
10. Commenda ad tempus dicitur cum Ecclesia Pastore, vel debito sibi ministro destituta, vel viduata alterius fidei, & cura com- mittitur.
11. Commendare nihil aliud est, quam deponere.
12. Commendatarius ad tempus non facit fru- ctus suos, imò tenetur de eis rationem red- dere.
13. Commendatarius ad tempus, nec resignare, nec permutare potest beneficium sibi commenda- tum.
14. Commendare Ecclesiam alicui ad tempus regendam res est antiqua, & in Ecclesia vstitata.
15. Commendare potest Episcopus parochialem Eccle- siam, & alia beneficia, quibus inest cura ani- marum ad sex menses.
16. Commendare Abbatias, Prioratus, & Præpositu- ras, beneficiaque Regularia solus Papa po- test.
17. Commenda perpetua, que datur de beneficio, seu Prioratu Regulari, non requirit possessionem.
18. Commendatarius potest ad libitum renouari, ad nutumque remoueri per Episcopum, etiam ante semestre finitum.
19. Commendatarius coram Ordinario absolute, & sim- pliciter commendationi cedere potest.
20. Commendationis etiam ad tempus debet fieri men- tio, vbi ipsa impetratur.
21. Commendatum beneficium, siue in perpetuum, siue ad tempus non vacat per obitum commenda- rij, sed vacat semper, vt prius.
22. Commendare Ecclesiam, seu beneficium non potest inferior Episcopo, nisi habeat iurisdictionem quasi Episcopalem.
23. Commendari non potest Parochialis Ecclesia Epi- scopi auctoritate, nisi clerico etatem legiti- mam habenti, videlicet ad Sacerdotium pro- moto.
24. Concil. sess. 24. de reformat. cap. 18. in princip. declaratur, & num. 25.
26. Vicario Parochiali simpliciter dato congrua de- betur portio, nec Episcopus à principio fructus omnes eidem assignare potest, nisi ad con- gruum portionem, & sustentationem essent necessarij.

27 Depupatio Vicarij non est de forma concensus, & prouisionis.



ECCLÉSIE Parochialis in perpetuum, vel ad tempus commendari possunt; in perpetuum commendatur Ecclesia cum committitur alicui, vt eam administret, & regat, dum viuui in sui vtilitatem, cum facultate disponendi de fructibus, sicut verus beneficiarius, Nicol. Garcia de be- nefic. par. 4. cap. 4. num. 7. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 31. quest. 1. in fine, & hæc enim commenda perpetua, beneficij est titulus canonicus, cap. si plu- res 21. quest. 1. cap. dudum, il 2. de elect. Mandol. in reg. de verisimili, quest. 3. num. 2. & in reg. 32. quest. 7. num. 12. Pat. decis. 158. num. 4. lib. 1. Rot. decis. 765. num. 5. parte 3. diuers. quos refert, & sequitur Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 8. num. 2. Gam- bar. de officio, & potest. Legati de Latere, lib. 4. tit. de potestate Legati in commendando beneficia n. 16. Rebuff. de pacif. possess. num. 35. [Paul. Fusc. de Visitat. lib. 2. c. 9. num. 4. Anton. Fab. in suo Cod. lib. 1. tit. 2. definit. 10. vol. 1. Camill. Borrel. in sum. de- cis. tom. 1. tit. 31. num. 2.] Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 17. num. 11. [Lotter. de re benefic. lib. 3. q. 8. num. 120. Rota decis. 131. num. 6. vers. quia com- mendatarij perpetui, par. 1. recentior. Castro Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 1. puncto 8. num. 6.] ita vt pœna, cap. licet canon. de elect. lib. 6. & contra non promouentes se infra annum, habeat locum in his commendatariis perpetuis, Clem. in agro, §. ceterum, de statu Monach. ibi, infra annum com- putandum à tempore collationis, & commissionis Gon- zal. dicit §. 8. num. 7. & 8. & incompatibilitas in- ducta à cap. de multa, de præbendis, & Extrauag. execrabilis eodem tit. & habeat locum in his commen- datariis perpetuis, Gonzal. dicit §. 8. num. 20. Nicolaus Garcia dicit. cap. 4. à num. 31. Num & ex quo com- mendatarius ius, ac ritulum in beneficio sibi in per- petuum commendato consequitur, vt supra dictum est, ideo illud resignare, etiam in fauorem, ac per- mutare valet, Flamin. d. q. 1. num. 9. & 10. Gambar. vbi supra num. 113. ac proinde huiusmodi beneficia commendata impetrari possunt, Rot. decis. 572. n. 4. p. 2. recentior.

Nullus Ordinatus inferior Papa potest perpe- tuo, hoc est, ad alicuius vitam, commendare, Læel. Zech. de benefic. & personibus cap. 7. num. 2. Gam- bar. dicto loco num. 145. cum seqq. [Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 9. num. 6. Camill. Borrell. in sum. decis. tom. 1. tit. 31. à num. 13.] Nicol. Garc. d. cap. 4. n. 13. per cap. nemo deinceps, 15. de elect. in 6. [Castro Palao d. puncto 8. n. 9. vbi extendit Legarum de latere nõ habere potestatem comedandi.] Amplia vt nec Epi- scopus possit perpetuo beneficium iurispatronatus sine patroni consensu commendare, vt voluit glos. communiter recepta verb. commendare in cap. nemo deinceps, de elect. lib. 6. ac post alios Roch. de iure- patron. verb. honorificum question. 3. num. 8. vers. item ad prædictam conclusionem, & Lambert. cod. tract. lib. 2. par. 3. quest. 7. art. 1. vbi etiam quoad hoc an patronus non reuocata commendata possit presenta- re, remittit se ad ea, que post Gemin. d. cap. nemo tradidit eodem lib. 2. par. 1. quest. 6. princip. art. 14. & Papa si Ecclesiam commendet simpliciter, hoc est, nec certum tempus, nec perpetuum exprimendo; in perpetuum, hoc est, ad vitam eius, commendare videtur; quia cum non in perpetuum, sed ad tem- pus commendat, solet certum illud tempus exprime- re, [me citato in hoc loco Castro Palao dicit. pu- Barbos. de Episcopo. Pars III.

elo 8. num. 9. in fine,] Azor. dicit. cap. 31. num. 12. vbi quest. 19. resoluit, quod & quando Papa sic sim- pliciter, nulla alia adiecta clausula, alicui benefi- cium, vel Ecclesiam commendat, Commendatarius tunc non habet liberam potestatem de fructibus ita- tuendi, quia solet Papa cum Ecclesiam in perpetuum commendat, clausulam apponere, his verbis: *Ve commodius onera sustinere queas, de alicuius subuersionis auxilio prouidere cupientes, tale Monasterium, vel beneficium auctoritate Apostolica concedimus, com- mendamus, & prouidemus, per te quamdiu vixeris, tenendum, & possidendum, ita quod durante com- menda huiusmodi de fructibus, redditibus, & pro- uentibus ipsius disponere & ordinare valeas, sicut ve- ri Abbates ipsius beneficij, qui fuerunt pro tempore, ordinare, & disponere potuerunt, & delinuerunt, alienatione tantum bonorum immobilium, & pretioso- rum mobilium ipsius beneficij tibi penitus interdicta.* Aduertendum maximè est, quod & vbi Romanus Pontifex Ecclesiam ad certum tempus commenda- uit, non potest Episcopus conferre post elapsum tempus, quia eo ipso, quod Papa commendauit cen- setur affecta, vel reseruata, hoc est, ipsius iuri, & po- testati ita subiecta, & obnoxia, vt eam nullus con- ferre queat, ita Azor. dicit. cap. 31. q. 7. & plures, quos refert, & sequitur Nicol. Garcia dicit. cap. 4. num. 68.

Ad tempus alicui commendatur Ecclesia cum Pastore, vel debito sibi ministro destituta, vel vi- duata alterius fidei, & curæ committitur, donec ido- neum Rectorem acceperit, Azor. d. cap. 31. quest. 1. Gonzal. d. §. 8. num. 35. Nicol. Garcia d. cap. 4. num. 7. ac proinde is, cui Ecclesia commendatur, sit deposti- tario similis, cum Ecclesia causa custodiæ tantum ei concedatur, Menoch. remed. 15. re. iuper. possess. num. 38. cum seqq. [Cast. Palao d. puncto 8. num. 6. vers. secus vero.] Nam & commendare nihil aliud est, [nisi penes aliquem] deponere, l. commendare, ff. de verb. signif. l. Lucius, 24. ff. de positi, glos. verb. com- mendare, in d. cap. nemo deinceps, Put. decis. 25. n. 2. lib. 1. Azor. d. quest. 1. Gonzal. d. §. 8. num. 38. Ni- col. Garcia d. cap. 4. num. 6. [Camill. Borrel. d. tom. 1. tit. 31. n. 1.] Et & ideo non facit fructus suos, sicut depositarius, glos. d. verb. commendare, Gambar. dicto loco n. 116. Gonzal. d. §. 8. n. 39. imò & tenetur de eis rationem reddere, c. placuit 10. quest. 3. ac proinde resignare, nec permutare huiusmodi beneficium, si ad tempus commendatum sit, valet, Flamin. d. quest. 17. n. 2. quia nec in re, nec ad rem in illo ius habet Gonzal. d. §. 8. n. 37.

Commendare Ecclesiam alicui ad tempus regen- dam, res est antiqua, & in Ecclesia vstitata, à tempore Gregorij I. & Leo I V. in c. qui plures 21. quest. 1. de- creuit, vt in vna Ecclesia riculatus, alteram sibi com- mendatam possit habere; [& ideo eundem Leonem I V. commendat inuentorem fuisse refert Camell. Borrel. d. tit. 31. n. 16.] nam olim Ecclesiæ commen- dati consueuerunt ad tempus, donec idoneus Rec- tor eligeretur, & crearetur, & quia sæpe Rectorum electio ob dissidia, & lites differebatur, commendari ceperunt Ecclesiæ ad sex menses, vt in casu d. c. nemo deinceps, vbi disponitur, quod huiusmodi com- mende temporales, quæ sunt ad vtilitatem Eccle- siæ, non possunt concedi, nisi per vnum semestre, & ex euidenti necessitate; vel vtilitate ipsius Eccle- siæ suadente, licet finito finito semestri, si adhuc du- rabat eadem necessitas, vel vtilitas, poterat per aliud semestre commendari, vt declarat glos. ibi verb. du- rare, Rebuff. in praxi tit. de commenda num. 35. Gon- zal. d. §. 8. num. 35.

- 15 Potest igitur Episcopus Parochialem Ecclesiam ad prædictos sex menses commendare, & alia beneficia, quibus inest animarum cura, etiam absque patronorum consensu, si de iurepatronatus sint, *cap. cum vos, de offic. Ordin. Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. vers. in omnibus qua.* Lambertini *de iurepatron. lib. 2. p. 3. quest. 7. art. 1. & par. 2. quest. 1. art. 29. & 30. Monet. de commutat. ultim. volunt. cap. 10. num. 378. Filiuc. dict. tract. 41. cap. 3. num. 132. [Camill. Borrel. dict. tit. 31. num. 14. Castro Palao dict. punto 8. num. 7. in princ.]*
- 16 Simplicia verò beneficia commendari non solent. Cæterum Abbatias, Prioratus, & Præposituras solus Papa commendat, solus item ipse ius habet commendandi beneficia Regularia, quoniam exempta sunt, ita *Azor. d. cap. 31. q. 15. ac secularis de regulari prouidet in commendam, & è contra, [me citato in hoc loco Castro Palao d. punto 8. num. 9. in med.] Rebuff. d. tit. de commenda, num. 7. Nicol. Garcia d. cap. 4. num. 26. vbi n. 27. resoluit, quòd si quando beneficium, seu Prioratus Regularis datur in commendam perpetuam non requiritur possessio, & num. 18. quod habens in commendam beneficium regulare, cogi non potest profiteri religionem, sicut habens in titulum cogeretur.*
- 17 Episcopus, qui ad sex menses Parochialem commendauit, non potest ante semel tempus nunc suo commendationem reuocare, nisi adiecerit clausulam, *donec ipse voluerit, glos. in dict. cap. nemo, Rebuff. dict. tit. de commenda, num. 58. Azor. dict. cap. 31. quest. 6. vers. queres.* Verius tamen credo huiusmodi commendatarium, cum nec in re, nec ad rem ius habeat, ut supra dixi, posse ad libitum reuocari, ad nutumque remoueri. *glos. in cap. si conseruierit, de accis. & in cap. qui plures, 21. quest. 1. Mandol. reg. 39. quest. 3. num. 8. Gonzal. dict. §. 8. num. 35. & 37. Nicol. Garcia dict. cap. 4. à num. 53. vbi distinguit num. 54. & 55. & ita etiam poterit dictus Commendatarius coram Ordinario absolueri & simpliciter commendationi cedere, non tamen gratia, & fauore alterius, quia ius, & titulum in beneficio non habet, ut supra dixi, & intra sex menses potest Episcopus quocumque voluerit Ecclesiam commendatam repetere, *Azor. dict. c. 31. q. 8. vbi q. 13. resoluit Episcopo commendante Ecclesiam Parochialem Titio ad sex menses posse ipsum Titium à Papa impetrare temporis prorogationem, antequam prædicti sex menses prætereant, quia illis elapsis non habebit locum prorogatio, cum totum, quod fecerat Episcopus, finitum sit, ac proinde Ecclesia desinat esse commendata. Illud in presentiarum est omnino aduertendum, quod si in impetratione Ecclesie commendatæ, etiam ad tempus, debet fieri mentio commendationis, aliàs impetratio esset subrepticia, ac proinde irrita, & inanis. Archidiacon. Domin. & Franch. in dict. cap. nemo deinceps, Azor. dict. cap. 31. q. 6. quia Ecclesia commendata non omnino vacare dicitur, cum eius possessionem, & administrationem commendatarius habeat: tum quia Papa iuri alicuius derogare non creditur, *cap. super eo, de offic. deleg. cap. quamuis, de rescript. in 6.* Deinde notabis, quòd si beneficium commendatum, siue in perpetuum, siue ad tempus, non vacat per obitum Commendatarij, sed vacat semper, ut prius, ita ut non sit attendendus mensis, nec locus, in quo Commendatarius obierit, *Put. decis. 25. n. 6. lib. 1. Nauar. in man. cap. 25. num. 126. & conf. 30. de prebend. in antiq. aliàs 28. in nouis, Sayr. in florib. decis. sub eodem tit. decis. 31. Flamin. de resign. lib. 2. quest. 19. num. 13. Gonzal. dict. §. 8. num.***

48. *cum sequens ibus, Nicolaus Garcia dict. cap. 4. num. 64. [me citato in hoc loco Castro Palao d. punto 8. num. 11.]*

Inferior Episcopi non potest Ecclesiam, seu beneficium commendare, etiam si ius habeat conferendi beneficium priuilegio, præscriptione, vel consuetudine, *Domin. in dict. cap. nemo deinceps, num. 14. & ibi Franch. num. 8. Gambar. de officio Legati lib. 4. rub. de potestate Legati in commendando beneficia, à num. 165. Cuch. in institut. maiorum lib. 3. tit. 6. num. 46. Flamin. de resignat. lib. 7. quest. 10. num. 23. Azor. dict. cap. 31. quest. 11. Nicolaus Garcia dict. cap. 4. num. 8. Nisi habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, quia tunc poterit beneficia commendare ad tempus, sicut Episcopus. Flores de Mena *variatur. quest. lib. 3. q. 24. num. 16. Nicolaus Garcia dict. cap. 4. num. 12. & in capitulo Sede vacante, admittit Filiuc. tract. 41. de benef. cap. 2. num. 46.**

Parochialis Ecclesia non potest Episcopi auctoritate commendari, nisi clerico ætatem legitimam habenti, videlicet annum vigesimum quintum agenti, & non nisi ad Sacerdotium promotus, ut possit interim Sacerdotis munus, & officium obire, sic habetur *in dict. cap. nemo deinceps, Azor. dict. lib. 6. cap. 8. q. 7.*

Attento iure nouissimo Concilij Trid. *sess. 24. de reformat. cap. 18. in princip.* debet Episcopus statim habita notitia vacationis Ecclesie (scilicet Parochialis) antequam ullum fiat examen, (ut declarauit sacra Congr.) si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium, cum congrua, eius arbitrio, fructuum portionis assignatione, constituere, cui onera ipsius Ecclesie sustineat, donec ei de Rectore prouideatur, de quo Iacob. de Graff. *in aueis decis. par. 2. lib. 2. cap. 26. num. 28. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. p. 2. cap. 18. num. 52. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 575. in 1. edit. & resol. 495. num. 3. in 2. edit. Viuian. in praxi iurispatron. par. 2. lib. 8. cap. 8. [Castro Palao dict. punto 8. num. 8.] etiam si institutio pertineat ad inferiorem, Franc. Leo, & Viuian. *dictis locis,* vel ad collationem aliorum, ut resoluit Nicol. Garcia *de benef. p. 9. cap. 2. num. 10.* Et ita Commenda, quæ ad sex menses in Ecclesiis curatis fieri poterant ab Ordinarijs, iuxta *dict. cap. nemo deinceps,* amplius post Conc. locum non habent, cum debeat in eis deputari Vicarius ad formam supradictam relatum in Concilio Trident. *dict. cap. 18. ita declarauit Sacra Congreg. teste Nic. Garc. dict. par. 4. cap. 4. num. 15.**

Eò tendunt verba illa, *si opus fuerit,* quia in eadem Ecclesia possent adesse alij Ministri Sacramentorum, qui interea curam quoque illam, quæ ad defunctum spectabat, exercerent, vel aliqui vicini Parochi libenter id præstarent, aut alij similes casus euenirent, quibus appareret, non opus esse constituere alium Vicarium, ita S. Cong. *decisum* refert Nicol. Garcia *dict. cap. 2. num. 13.*

Vicario Parochiali simpliciter dato, non omnes fructus, sed congrua portio debetur, nec Episcopus à principio fructus omnes eidem assignare potest, nisi ad congruam portionem, & sustentationem essent necessarij, *Nauar. conf. 5. sub tit. de offic. Ord. in nouis, Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 17. Nicol. Garcia dict. cap. 2. num. 16. & num. 19. dicit in Rota decisum si huiusmodi Vicarij deputatio nem non esse de forma concursus, & prouisionis.*

ALLEGATIO LX.

Episcopus in Ecclesia habendo concursum ad Parochiales Ecclesias vacantes, quomodo se gerere debeat?

S V M M A R I V M.

- 1 Vicarium constituere quando debeat Episcopus occurrente Parochialis Ecclesia vacatione, ostenditur.
- 2 Vicarij deputatio ab Episcopo facienda in vacatione Parochialis Ecclesie, non potest impediri à colligantibus, etiam interposita appellatione ab electione Oeconomorum.
- 3 Vicarij deputatio occurrente Parochialis Ecclesia vacatione spectat semper ad Episcopum, vel illo defuncto, ad Capitulum Sede vacante, in cuius diocesi Parochialis existit, etiam si eius institutio pertineat ad inferiorem.
- 4 Casus proponitur, qui accidit in vacatione Thesaurarius dignitatis, de qua Auctor promissus fuit, circa commendationem Parochialis diocesis Thesauraria annexarum inter Illustriß. Archiepiscopum Bracharen. & Colleg. Vimar. Priorem.
- 5 Commendare Ecclesiam, seu beneficium non potest inferior Episcopo.
- 6 Natale ut vnusquisque diligat naturale est.
- 7 Vimarum oppidum quondam Lusitania caput, vbi primus eius Rex natus fuit.
- 8 Vimarum oppidum antiquissimum est.
- 9 Vimarum multis Santiorum corporibus exornatur.
- 10 Beati Gultheri corpus, qui fuerat Seraphici P. discipulus, in Cænobio sancti Francisci oppidi Vimarum. suum est, ac multis claret miraculis.
- 11 Collegiata Ecclesia Vimarum. Lusitania inter omnes insignis, & antiqua est.
- 12 Constitutio Pij 7. refertur.
- 13 Concursus in vacatione Parochialis Ecclesie debet fieri iuxta formam Concilij, aliàs collatio erit nulla, & Papa postea reseruat.
- 14 Concursus conferuntur per viam regula beneficia ea, quæ curam habent animarum.
- 15 Concursus in beneficijs curatis reseruat Sedi Apostolicæ, quomodo faciendus, ostenditur.
- 16 Concursus edita debent proponi si beneficium curatum iurispatronatus Ecclesie in mensibus Apostolicæ Sedis reseruat vacauerit, & Ordinarius nulla habita ratione patronorum idoneum eligere, ac Romam mittere potest.
- 17 Concursus forma, quam Concilium præstitit in conferenda Parochiali, quæ sit iurispatronatus more Ecclesiastici, seruanda est, etiam si Ecclesia sit iurispatronatus partim Ecclesie, partim laici, vel pro duabus partibus pertineat ad laicum.
- 18 Examen per concursum fieri non debet in vacatione Parochialis, quæ sunt iurispatronatus laicorum, sed sufficit quod deputatus in

Diocesana Synodo deputatus, & idoneus indicetur.

- 19 Examen per concursum in vacatione Parochialis, quæ sunt iurispatronatus laicorum, quando sunt plures presentati, & tunc Episcopus eligere potest, quem ceteris magis idoneum indicauerit.
- 20 Iurispatronatus deuolutum ad Ordinarium conferitur per concursum pro ea vice.
- 21 Examen per concursum fieri non debet in resignationibus Parochialium factis in manibus Papa in fauorem.
- 22 Concil. Trident. sess. 24. cap. 18. de reform. ibi, per resignationem in Curia, declaratur.
- 23 Examen per concursum quando requiratur in permutationibus Parochialium, ostenditur.
- 24 Abbatia dignitas concursu non conferitur, quamuis unita sit ei perpetua, & accessorie Parochialis Ecclesia.
- 25 Dignitas, quæ Parochialem perpetua, & accessorie unitam habet, concursu non conferitur.
- 26 Parochialis Ecclesia, quæ est unita Canonici, concursu non conferitur.
- 27 Parochialis, cui unitus est Canonici, assumit naturam, consuetudines, & priuilegia illius.
- 28 Beneficium curatum, quod verè est dignitas, non est conferendum per concursum.
- 29 Dignitas habens curam animarum in Ecclesijs Collegiatis, concursu non conferitur, nec in illa examen est necessarium, quale requiritur in Parochialibus.
- 30 Cura animarum, quæ in Ecclesia Collegiata exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios concursu non conferitur.
- 31 Parochialis Ecclesia, quando est subiecta Monasterio, vel annexa, de eius mensa, concursu non conferitur.
- 32 Vicaria perpetua Parochialium unitarum concursu non conferuntur.
- 33 Beneficia Regularia, quæ Regularibus conferri consueverunt, concursu non sunt conferenda.
- 34 Prioratus Regularis habentes curam animarum soliti commendari secularibus, concursu non conferuntur.
- 35 Parochiali, quam quis acquirit per regressum, non est necessarium examen per concursum, si eam iam possedit.
- 36 Beneficia simplicia concursu non conferuntur.
- 37 Parochialis litigiosa concursu non conferitur.
- 38 Parochialis, quando esset exigui redditus, aut nullus esset, qui vellet examinari, vel ob dissidia, aut grauiores rixas, absque concursu conferri potest.
- 39 Approbatus, & electus per concursum, si non vult consentire pensioni, quæ à Papa super beneficio reseruat, tunc Papa solet beneficium alteri conferre absque concursu.
- 40 Inferiores Episcopo habentes ius conferendi non possunt facere concursum.
- 41 Vicarius Episcopi etiam Episcopo non impedito, potest mandare, ut coram se examen fiat.
- 42 Inferiores exempti habentes proprium districtum, & Episcopalem iurisdictionem, habent facultatem faciendi concursum.

- 43 Edictum est de substantia, atque de forma in concursu Parochialium.
- 44 Edictum debet apponi ab Ordinario loci, ubi existit beneficium, & ibidem examen est peragendum, etiamsi ab Ordinario alterius diocesis sit conferendum.
- 45 Edictum debet remanere affixum ad valvas Ecclesie per spatium decem dierum, quod per aliud simile poterit prorogari, non ultra.
- 46 Terminato elapso per edictum ad examen constituto nullus est admittendus, quod limitatur certis in casibus.
- 47 Terminato edicti transactio omnes, qui descripti fuerint ab examinatore in Synodo diocesana deputatis, examinari debent.
- 48 Examinatores semel in Synodo deputati, si Synodus quotannis non fiat, munus suum debent exercere, donec Synodus habeatur.
- 49 Examinatorum Synodali officium expirat, si anno elapso aliqui ex eis mortui fuerint.
- 50 Examinatores Synodales si non adsint eo tempore, quo debet fieri provisio per concursum, potest Episcopus, non obstante Concilii forma, deputare non examinatores absque celebratione Synodi.
- 51 Concursus faciendus est, etiamsi unus tantum, ubi alij non adsint, se describi faciat ad illum, cui sidoneus imminatur, beneficium est conferendum.
- 52 Examinatores synodales nihil prorsus occasione examinis, nec ante, nec post accipere possunt.
- 53 Examinatoribus deputatis in Synodo pro concursu Parochialium non potest Ordinarius statuere aliquod stipendium, etiam minimum, nisi contrarium usu receptum sit, ut in aliquibus Hispania Eccles.
- 54 Simonia vitium cur tam ipsi examinatores, quam alij dantes incurrant, ostenditur.
- 55 Simonia committi potest ex parte competitorum, si duo concurrentes ad beneficium, alter ad impedimentum tollendum alij pretium det, ut à concursu desistat, & sic solus existens ipse obtineat.
- 56 Simonia committitur si fieret pactio, quod alter alteri in concursu desistat, vel exceptiones non opponat.
- 57 Examinatores ad beneficia scientiam examinandum, iuxta beneficiorum qualitatem debent attendere rimari.
- 58 Dignitates omnes, & solum dimidia pars Canonatum in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesiis insignibus, ubi id commodè fieri potest, hortatur Concilium, ut non nisi Doctoribus, vel Licentiatibus in Theologia, aut iure Canonico conferantur.
- 59 Dignitatibus sine Sedis Apostolicæ auctoritate, non licet onus imponere, quod quis nisi graduatus non possit eas obtinere.
- 60 Archidiaconi, qui vel curam habent animarum, vel iurisdictionem, in omnibus Ecclesiis, ubi id fieri potest, Magistri, seu Doctores, aut Licentiatibus, in Theologia, vel iure Canonico debent esse.
- 61 Decanus nullo Concilii Tridentini decreto iubetur, ut necessario sit Magister, seu Doctor, aut Licentiatibus in Theologia, vel iure Canonico.
- 62 Scholasticus conferenda est Doctori, vel Magistro, aut Licentiatibus in Theologia, vel iure

- Canonico, alijs provisio est nulla.
- 63 Dignitas principalis in Ecclesia Collegiata exempta conferri debet Doctori, vel Licentiatibus, ut principalis dignitas in Cathedralibus, non tamen necessario.
- 64 Dignitas principalis in Collegiata requirit etatem viginti quinque annorum incipientium, cum habeat curam animarum in foro interiori, & exteriori.
- 65 Dignitates in Cathedralibus possunt obtineri ab habentibus etatem viginti duo annorum, nisi habeant curam animarum principaliter, secus si accessorie.
- 66 Etas viginti duorum annorum, que requiritur ad dignitates in Cathedralibus, debet esse completa, & non sufficit si viginti secundus annus sit incipiens.
- 67 Dignitates in Collegiatis possunt obtineri ab habentibus decimum septimum annum.
- 68 Penitentiaris Canonici Ecclesie Cathedralis debet esse Magister, vel Doctor, aut Licentiatibus in Theologia, vel iure Canonico, & annorum 40. seu alias, qui aptior pro loci qualitate reperiat.
- 69 Canonici in Cathedralibus, quam requirit scientiam, ostenditur.
- 70 Canonici in Cathedralibus quam requirit etatem, sub distinctione demonstratur.
- 71 Canonici Collegiatarum Ecclesiarum possunt obtineri ab habentibus etatem quatuordecim annorum ex dispositione iuris, etiamsi habeant Parochiales sibi accessorie unitas.
- 72 Beneficium simplex consequi volenti, satis est si Canonicas Horas recitare, ac construere sciat.
- 73 Beneficium simplex nullus ante decimum quartum annum potest obtinere.
- 74 Beneficium simplex ex dispensatione Summi Pontificis infanti potest conferri.
- 75 Episcopus non potest indulgere cuiquam, ut ante decimum quartum annum incipientem, beneficium simplex obtineat, quod si faciat, peccabit mortaliter, & collatio erit nulla.
- 76 Beneficium simplex, ut possit obtineri, sufficit quod decimus quartus annus sit captus, quamvis non sit expletus.
- 77 Fundationi standum est, quia statutum fuit, ut beneficium simplex, etiam minor quatuordecim annorum consequi valeat, cum ei non fuerit derogatum per Concilium Tridentinum.
- 78 Etas quatuordecim annorum, que desideratur ad beneficium simplex, requiritur, etiamsi illud daretur per viam presentationis, electionis, aut alterius cuiuscumque provisionis.
- 79 Pensio non potest obtineri, nisi ab habente etatem quatuordecim annorum.
- 80 Curata beneficia quam peritiam fugient, ostenditur.
- 81 Curata beneficia qui vult obtinere, debet esse constitutus in etate viginti quinque annorum incipientium.
- 82 Curati beneficij collatio potest fieri prima tantum tonsura initiato, dummodo in ea sit etas, ut intra annum ad Sacerdotium promoveri possit.
- 83 Beneficium curatum obligat ad promotionem Sacerdotij spatij unius anni, alias vacat Parochia ipso iure.
- 84 Declaratur text. in cap. licet canon. de elect. lib. 6.

85 Prae-

- 85 Presentatus, seu electus ad beneficium, potest absens instrui ab Episcopo, si ei notum sit esse idoneum notorie.
- 86 Examen in Parochialibus praesens necessarium est, nec omitti potest, ex eo quod provisio notorie dignus sit, etiamsi esset famosissimus Doctor, vel Vicarius Episcopi.
- 87 Reprehenditur Nicol. Garc.
- 88 Laudatur Illustrissim. Dom. Marcus Aurelius Meraldus.
- 89 Examinatus, & approbatus semel ad unum beneficium simplex, non amplius examinatur ad aliud simile.
- 90 Beneficium superius qui est adeptus, examinari denovo debet, vel si ad simile beneficium promoveatur in Ecclesia tamen, vel loco ampliori, maiori, aut nobilitati.
- 91 Examinari denovo debet promotus ad simile, & æquale beneficium, si in priori examine minus idoneus, & apte respondit, aut si creditur cum post examen se negligenter in studio litterarum gessisse.
- 92 Examinatores peracto examine debent eos ex communi sententia renunciare Episcopo, quos idoneos reperirent, vel data causa eos ad Ordinarium remittere.
- 93 Examinatores ab Episcopo, vel Vicario, quibus beneficium providere incumbit, tenentur significare, & subscribere quis sit dignus, & quis dignior sub peccato mortali.
- 94 Examinatorum relatio quominus executionem habeat, non potest impediri per ullam devolutionem, aut appellationem, etiam ad Sedem Apostolicam interpositam.
- 95 Examinatores tenentur examen facere de etate, moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis, ita ut non sufficiat solum de scientia.
- 96 Examinatorum vota quomodo danda, ostenditur.
- 97 Examinatoribus non incumbit, sed ad Episcopum spectat eligere ex approbatis magis idoneum sub peccato mortali, licet in foro exteriori non invalidetur actus si praetermissio digniore eligatur dignus.
- 98 Restituendi nulla obligatio contrahitur, si digniore praetermissio dignus eligatur, cum nullum iustitia ius per oppositionem illi acquiratur.
- 99 Beneficium digno diocesano omisso digniore alterius diocesis, absque peccato conferri potest.
- 100 Beneficium digno ubi confertur omisso digniori cum exiguitate damni, non committitur peccatum mortale.
- 101 Graduatibus in aliqua scientia, & litteratis, & maiori habilitate praeditis praefertur has qualitates non habenti.
- 102 Doctus minus modo idoneus, cuius mores sunt notii, & approbati, praefertur doctiori, cuius vita ignoratur.
- 103 Dignus de gremio Ecclesie potest eligi posthabito digniore extraneo.
- 104 Appellans à iudicio, seu electione examinatorum quomodo audiendus sit, ostenditur.



OCURRENTE Parochialis Ecclesie vacatione, debet Episcopus statim, illius habita notitia, si opus fuerit, idoneum in ea Vicarium cum congrua, eius arbitrio, fructuum portionis assignatione constituere, qui onera ipsius Eccle-

sue sustineat, donec ei de Rectore provideatur, ut habetur in Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 18. colligitur ex adductis per Bornign. decis. 11. n. 53. par. 3. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 18. num. 52. Lambertin. de iure paroch. lib. 2. par. 2. quest. 1. num. 29. Iacob. de Grassis in aureis decis. lib. 2. cap. 26. n. 28. Filliuc. tract. 41. de benefic. cap. 4. [Lotter. de re benefic. lib. 2. quest. 31. num. 12. me citato in hoc loco Alzed. de praecellens. Episcop. dignit. par. 2. cap. 9. n. 17. me saepe citato in hoc loco Castr. Palao in opere morali tom. 2. tract. 13. disp. 3. puncto 2. à princip.] Aloyf. Ricc. in pract. fori Ecclesiast. decis. 575. in prima edit. & resolut. 495. num. 3. in secunda edit. ubi etiam cum Bornign. decis. 37. num. 51. & 52. par. 2. resoluit non posse impediri à colligantibus, etiam interposita appellatione ab electione oeconomi, Viuian. in practi. inrisparon. par. 2. lib. 8. cap. 8. Deputationem Vicarij cum congrua esse de forma concursus, & Ordinarium posse in huiusmodi Vicarios deputare alios viciniores Parochos, vel alios etiam hebdomadarios, vel diurnos, nec cessationem congruam facere cessare obligationem deputationis Vicarij. [tenent me citato in hoc loco Castr. Palao d. disp. 3. puncto 2. num. 2.] post Nicol. Garc. de benefic. par. 2. cap. 2. num. 13. resoluit nouissimè post primam huius tractatus impressionem visus Ioan. Anton. Massobr. in sua practi. habend. concursus requis. 1. dub. 1. secundum Romanam impress. & dub. 2. asserit Vicarium cum congrua esse constituendum in qualibet Parochiali vacante, siue de iure, siue de facto, siue de facto taurum, & siue per obitum, siue per simplicem resignationem, aut priuationem vacent. [Vnde illa verba Concil. dist. cap. 18. ibi, si opus fuerit. quæ videntur importare arbitrium, referuntur ad nudum modum in hac parte providendi, id est, vel per vicarium, vel per mercenarium aliquem ministrum, non autem ad omnimodo neglectum, Lotter. d. quest. 31. num. 14.] Et huiusmodi Vicarium cum congrua deputandum, dummodo sit idoneus, non esse necessarium examinandum docet Massobr. d. requis. 1. dub. 12. Et cum Concil. Trident. citato loco, dicat, statim, posse tamen Episcopum constitutionem huiusmodi Vicarij usque ad tres dies à die notitia vacationis, non autem ulterius differre, resoluit idem Massobr. d. requis. 1. dub. 13. constitutum semel Vicarium cum congrua non posse remoueri sine causa, quia Episcopus non retractat quod semel fecit pro executione Concilij, tenet idem Massobr. d. requis. 1. dub. 26. ubi dub. 27. ait quod si Vicarius constitutus cum congrua, subeat examen, & eligatur tantum magis idoneus, debet se retrahere à prosecutione exercitij curæ, & administratione bonorum, alioquin incurreret poenam cap. auaritia, de elect. in 6. [quod etiam tenet Nicol. Garc. par. 9. cap. 2. num. 25. & 34. licet contra dicat Castr. Palao d. disp. 3. puncto 2. num. 5.] Congruam portionem assignandam Vicario esse arbitriam Episcopo statuit Concil. citato loco, quam quidem pensatis qualitate personæ, beneficij, & loci arbitrari debere Episcopum referunt decisum Garc. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 15. & Massobr. d. requis. 1. dub. 25. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 2. n. 4.] Et posse esse duorum aureorum singulis mensibus, asserunt Gallet. in margarita casuum Conscient. verb. Vicarius 8. & Campan. in diuersario Iuris Canon. rub. 7. cap. 6. num. 116. in fine.

Deputationem Vicarij donec provideatur de Rectore. Ipe stare semper ad Episcopum in cuius diocesi Parochialis est, refert decisum Armendar. in addit.

addit. ad recopil. legum Navarrae lib. 1. tit. 18. l. 7. de
 Episcopis, num. 86. Ac proinde inferiores, qui non
 habeant iurisdictionem quasi Episcopalem cum fa-
 cultate congregandi Synodum, non posse deputare
 huiusmodi Vicarium resoluit Franc. Leo in thesau-
 ro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 18. num. 52. Nicol. Garc.
 d. cap. 2. num. 8. & Maslob. d. requis. 1. dub. 8. & 11.
 [Lotter. d. lib. 2. quest. 31. num. 12. & 13. vbi citat
 Germon. de indult. Cardinal. §. quibus sub num.
 4 18. ad fin. vers. de hac iamen.] Et in facto proprio
 habui, nam cum vacaret anno præterito Thesauraria
 dignitas insignis Ecclesiæ Vimaranae, cui vnitæ
 sunt accessorie, & in perpetuum duæ Parochiales, &
 in hac Curia à S. D. Paulo V. felicitis recordationis in
 ea pronisus fuisset, in partibus dubitatum fuit me ab-
 sente, & adhuc possessionem non habente, ad quem
 pertinet prædictarum Parochialium commendatio:
 Illustrissimus Dominus meus Archiepiscopus
 Bracharen. in cuius diocesi sita est prædicta Vima-
 ranen. Ecclesia de iure illas commendare, Vicariol-
 que constituere ad se pertinere allegabat. At Reue-
 rendiss. prædictæ Ecclesiæ Prior, seu eius Vicarius,
 ad se huiusmodi Parochialium commendationem
 spectare dicebat, eo quod prædicta insignis Eccle-
 sia, licet sub districtu Bracharen. diocesis sita fuisset,
 ab Archiepiscopo tamen iurisdictione quasi ex-
 cepta apparebat; sed hoc non obstante Illustrissimo
 Archiepiscopo hoc pertinere libenter sum anplexus;
 quia omnia beneficia qualitercumque exempta, at-
 que eius Parochus, siue secularis, aut regularis cir-
 ca curam animarum subiiciuntur Episcopis, iuxta dis-
 positionem Concil. Trident. sess. 25. de regular. cap.
 11. & Episcopo incumbit providere de Vicario, qui
 illius curam teneat, donec provideatur de Rector, et
 etiam si institutio pertineat ad inferiorem, vt resolu-
 unt supra citati: tum quia & commendare Eccle-
 siam, seu beneficium, non potest inferior Episcopo,
 etiam si ius habeat conferendi beneficium privilegio,
 præscriptione, vel consuetudine, nisi habeat iurisdic-
 tionem quasi Episcopalem, vt cum Flamin. Nicol.
 Garcia, Azor. Flor. de Mena, ac pluribus aliis res-
 solui supra alleg. præced. num. 22. tum quia cum hoc
 à Concilio sit Episcopis concessum, non potest Præ-
 latus Eccles. Collegiatæ quamvis exemptæ, qui non
 habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, hanc com-
 mendationem facere, prout à simili in suppressione
 præbendarum in terminis Concilij Tridentini sess. 24.
 de reformat. cap. 15 dicit decisum à Sacra Congregat.
 Moneta de distribut. quotid. par. 1. cap. 5. num. 30.
 Et quia in præsentiarum opportunissima sese offert
 insignis Ecclesiæ Vimaranae. memoria, aliqua de
 illius antiquitate à me sunt dicenda, licet aliquatenus
 à suscepta materia discedere videretur cum ad
 hoc natius patriæ amor, & charissima parentis &
 6 propinquorum recordatio me impellant, quia & na-
 turale est, vt vnusquisque natale diligat, & nihil dul-
 cius habeat, quam patriam, l. qui habeat, & ibi glos.
 ff. de legatis 3. Cassan. in catalogo gloria mundi, par. 12.
 consider. 17. Auiles ad cap. 1. prætor. verb. ierra, n. 13.
 fol. 45. verso.
 7 VIMARANVM oppidum, vulgo, Guimaraens,
 nostræ quondam Lusitanie caput, vbi Primus eius
 Rex fuit natus, octauo à Brachara milliario distans,
 8 antiquissimum est; cuius nomen & à Gothis habita-
 toribus originem duxit, scilicet à Vimarano Infante
 Regis Fruelæ fratris, de quo Ambros. de Morales
 in chron. Hispanie par. 3. folio 30. verso, & fol. 33.
 9 refert & prædictum Vimarantum à fratre Fruela mor-
 tuum anno 768. multis Sanctorum corporibus ex-
 10 ornatum, & habet enim in cœnobio Sancti Francisci

Beatum GVALTERVM eius discipulum, qui hodie
 multis claret miraculis, de quo agit Reuerendiss.
 Gonzaga in lib. monasteriorum Ordinis, [in provincia
 Portugal. monast. 3. Estago in antiqui. Lest. c. 29.
 nouissimè illustriss. D. Acuna in historia eccles. S.
 Ecclesiæ Bracharen. par. 2. cap. 27.] vbi adducit
 Epitaphium eius sepulchro vnico versu imposi-
 tum,
 Gualteri regit hoc venerabilis ossa sepulchrum,
 quod à charissimo parente meo compositum, eius
 sepulchro ab eo extracto fixum extat. Et in Sancti
 Dominici monasterio summa veneratione sepulchro
 ab eodem parente meo extracto conditum manet
 & corpus Beati LAURENTII MENENDI ex
 Sancti Dominici familia alumni: hoc versu-
 culo,
 Hic sita Laurenti Mendez sunt ossa Beati.
 [vt refert Illustriss. D. Acuña in d. historia par. 2.
 cap. 33. & Ludou à Sousa in histor. S. Dominici lib.
 2. cap. 15. & 16. Estago cap. 52.] Nostra Collegiata
 Ecclesia Lusitanie inter omnes insignis, & antiqua
 est, [circa annum 929. vt refert Illustriss. D. Acuña
 d. par. 2. cap. 7. num. 6. vbi num. 7. ex eo de oliua
 hanc insignem Ecclesiam vocari asserit, propter mi-
 raculum, quod ibi die 8. Septemb. 1342. obuenit,
 regnante in Lusitania Rege Alphonso IV.] in de-
 centiori loco constructa cum nobili Priorali palatio,
 Sancti Benedicti monialium quondam cœnobium
 fuisse constat, conditumque anno à partu Virginis
 nongentesimo decimonono. Hæc ædificij forma
 sub Beatæ Virginis tutela, quæ de Oliua nuncupatur,
 Ioannis Regis Lusitanie huius nominis primi
 sumptu, & munificentia primum extracta, exterioris
 magnifica, gratissimaque prospectu, intrus triplici
 testitudine conformata, Beatum DAMASVM Pon-
 tificem Maximum patronum, & conciuem agnoscit,
 [Illustriss. D. Acuña in d. historia par. 1. cap. 51.]
 itemque TORCATVM Sancti Iacobi Hispania-
 rum Præsidis, vt creditur, discipulum, est enim ip-
 sius corpus ad duo millaria sepultum in templo,
 quod monasterium olim Sancti Augustini fuerat,
 nunc tamen vnitum mensæ Capitulari huius Col-
 legiatæ Ecclesiæ existit. [Illustriss. D. Acuña in d.
 historia par. 1. cap. 100. num. 8. Sex ad sunt in Ca-
 pitulo dignitates, vltra primam absentem, præben-
 dæ viginti octo. His omnibus Prior dignitas præest,
 qui Vicarium nominat, ad quem minora crimina in
 Primatiali Vistatione referuntur, ad Primates verò
 grauiora. Huius insignis Ecclesiæ ad gloriam Om-
 nipotentis Dei Thesaurarius Maior sum, post Prio-
 rem secunda dignitas, Præbendam vniam cum dua-
 bus Parochiis illi accessorie, & in perpetuum vnitis
 habeo, substituo minorem Thesaurarium, cui om-
 nia excellentiora traduntur, vasa multa argentea de-
 aurata, vaporaria, lebetes, & coclatura magna.
 Sed inter omnia excedit maioris pretij argenteum
 tabernaculum Natalis, Epiphaniæ & Passionis Chri-
 sti Domini, figuris decoratum, ducentas quinqua-
 ginta, & quatuor habens libras argentei ponderis,
 singulis libris sexdecim vncias continentibus. Hic
 Sanctæ cuiusdam caput argenteo inclusum colitur,
 cuius nomen temporis obliuione deletum, sed mul-
 tis clarum miraculis. Reliquiæ aliæ quampures, &
 insignes, sacrosancti ligni fragmentum, Beatæ Vir-
 ginis tunicæ pars, ac singulæ Apostolorum omnia
 particule.
 Ad assumptum præsentis quæstionis redeundo, 12
 aduertendum, quod post deputatum in vacanti
 Ecclesia Rectorem intra decem dies Episcopus
 eligere debet aliquas personas, vel concursu imposi-
 to

sito inuitare, qui se velit subdere examini examina-
 torum deputatorum Synodo diocelana, demum
 vero vnus ex approbatis ab examinatore, quem
 ipse iudicauerit providere de vacante Ecclesia. Et
 quidem neminem providere debet de Parochiali si-
 ne præuio huiusmodi examine, vel concursu, alio-
 quin prouiso esset omnino nulla, ex Constitut.
 Pij Papæ V. quæ sequitur.
 In conferendis beneficiis Ecclesiasticis, & præfer-
 tim Parochialibus Ecclesiis, personis dignis, & habi-
 libus qua in loco residere, & per seipso curam exercere
 valeant, quam diligentia adhiberi oporteat Alexad.
 III. in Lateran. & Gregor. X. in Lugdunen. genera-
 libus Concil. ab Innoc. similiter III. & aliorum Ro-
 manorum Pontificum prædecessorum nostrorum edita
 constitutiones restantur, quod vt diligentius, ac rectius
 perscrutari, statuit etiam Synodus Tridentina, vt oc-
 currente vacatione Parochialis Ecclesiæ, etiam ge-
 neraliter, vel specialiter, etiam vigore indulti in fau-
 rem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, aut alias
 quomodolibet reseruatæ, vel affectæ debeat Episcopus
 habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, ido-
 neum in ea Vicarium cum congruo eius arbitrio fru-
 ctuum portio assignatione constituere, qui onera
 ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de rectore providea-
 tur. Et deinde Episcopus, & qui in patronatus habet
 intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præ-
 scribendam, aliquos clericos ad regendum Ecclesiam
 idoneos examinatorebus iuxta formam eiusdem Syno-
 di deputatis, nominet, & nomis eisdem examinatori-
 bus per concursum aliorum examinatorum, etiam tan-
 quam magis idoneo ab Episcopo indicato, & electo de
 Ecclesia provideatur, alias provisiones, seu institutio-
 nes omnes præter formam prædictam facta sub epi-
 tæ censentur. Sed quoniam res humane semper in
 deterius prolapsuræ, nisi sit, qui eas retineat, ac de-
 bita executioni demandet, & verendum sit, ne propter
 constitutionem huiusmodi transgressionem maximi
 abusus oriantur. Nos ad quorum notitiam non sine
 graui nostra molestia peruenit, nonnullos ex venerabi-
 libus Fratribus nostris Archiepiscopis, & Episcopis, oc-
 currente vacatione Parochialium Ecclesiarum, eas nul-
 lo, aut minus rite seruato examine, præferim illo,
 quod per concursum fieri debet ex Concil. Trident. vel
 etiam examine rite seruato personis minus dignis car-
 nalitatis, aut alia humane passionis affectum, non ra-
 tionis iudicium sequentes contulisse, & de eis prou-
 disse, volentes quantum cum Deo possumus, huiusmo-
 di, atque etiam futuri periculum occurrere, eorundem
 Prædecessorum nostrorum Constitutiones præfatas
 etiam inuoluendo, auctoritate Apostolica, tenore præ-
 sentium, omnes & singulas collationes, provisiones,
 institutiones Parochialium Ecclesiarum ab eisdem Epi-
 scopis & Archiepiscopis, ac quibusvis aliis collatori-
 bus, iam Ordinariis quam delegatis, etiam S. R. E.
 Cardinalibus, ac Sedis Apostol. Legatis, vel Nunciis,
 præter, & contra formam ab eodem Concil. Trident.
 præfatis in examine per concursum faciendam, nullas, ir-
 ritas, ac nullius roboris, vel momenti, fore & esse, nul-
 lumque prouisum, aut ritum etiam coloratum pos-
 sidendi præbere, & Parochiales Ecclesias huiusmodi,
 quæ vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus,
 & declaramus, easque omnes per tempore sic vacan-
 tes nostræ, & Sedis Apostol. seu eorum, quibus ius
 conferendi eas, præterquam Episcopis & Archiepisco-
 pis, qui curam dicti examinis iuxta decretum eiusdem
 Concilij habere debent, competet, dispositioni reserua-
 mus. Insuper ne Parochiales Ecclesiæ diu in suspensio-
 maneant in maximum animarum periculum, qua-
 Barbof. de Episcopo Pars III.

numcunque Parochialium Ecclesiarum, quarum dum
 pro tempore vacante ad Episcopos, Archiepiscopos, Pri-
 mates, & Patriarchas, & quosvis alios Ordinarios col-
 latores in mensibus Ordinariis collatoribus, etiam per
 nostras regulas assignatis prouiso, & collatio spectat,
 & pertinet, de quibus idem Episcopi, & Ordinarij
 prædicti intra sex mensium spatium à die vacationis
 earundem, perfecto examine iuxta formam Concil.
 Trident. præfati non prouiderint, ac illarum etiam,
 quarum collationes nobis, & dictæ Sedi generaliter,
 vel specialiter ex quavis causa reseruatæ, seu affectæ
 existunt, aut aliis ex indulto Sedis Apostol. competunt,
 ad quas occurrente illarum vacatione Episcopi, & Ar-
 chiepiscopi præfati personas pro examine concursu mu-
 tuo habito iuxta dicti Concil. Trident. formam appro-
 batar, & magis idoneas non elegerint, aut electas no-
 bis, vel successoribus nostris, aut iis, ad quos collatio
 spectabit pro collatione obtinenda intra quatuor men-
 sium spatium à die illius vacationis non significauerint,
 necnon Parochialium Ecclesiarum similibus, qua in-
 rispatronatus Ecclesiastici, vel laicorum, seu clericor-
 rum, & laicorum simul fuerint, si presentatis intra
 tempus eisdem patronis a iure præfixum, præuio exami-
 ne iuxta formam dicti Concilij approbatus petatur
 institui, institutioque ipsa per duos menses à die præ-
 sentationis dilata fuerit, collationem, prouisionem, in-
 stitucionem, ac omnimodam dispositionem nobis, &
 ipsi Sedi, ac personis indulta huiusmodi conferendi,
 prouidendi, seu instruendi obtinentibus respectiue re-
 seruamus, data tamen in Parochialibus inrispatrona-
 tus optione ipsi patronis, vt si institutio ad Ordina-
 rios spectabit, ipsi Ordinariis illam facere negligenti-
 bus, & vltra dictos duos menses differentibus, possint
 pro huiusmodi institutione obtinenda habere recursum
 ad Metropolitanum, vel viciniorum Ordinarium, aut
 ad Sedem Apostol. Prohibentes etiam eisdem Ordina-
 rios ne tempus decem dierum eisdem Ordinariis, & pa-
 tronis ab eodem Concil. Trident. ad nominandum
 idoneos clericos coram deputatis examinatorebus, præ-
 fixum, vltra alios decem dies prorogare audeant, vel
 presumant. Districtius inhibentes ne quis præter Ro-
 man. Pontificem, aut alios indulta huiusmodi obti-
 nentes, vt præferunt, quacumque sit super hoc aucto-
 ritate nuntius, de huiusmodi beneficiis sic reseruatæ,
 vt præfertur, disponere, vel circa illa, etiam per viam
 permutationis, vel aliâ innovare quoquo modo præ-
 sumat. Vt autem non solum dignis, sed magis idoneis
 reperiatis iuxta eiusdem Concilij decretum Parochia-
 les Ecclesiæ conferantur, volumus & eadem auctori-
 tate decernimus, quod si Episcopus minus habilem
 posthabitis magis idoneis elegerit, possint ij, qui
 reiecti fuerint, à mala electione huiusmodi ad Me-
 tropolitani, vel si ipse eligens Metropolitanus,
 aut exemptus fuerit, ad viciniorum ordinarium vti
 nostrum, & Sedis huiusmodi delegatum, aut aliâ
 ad ipsam Sedem Apostol. appellare, ac præelectum
 ad nouum examen coram ipso appellationis iudice,
 & eius examinatorebus pronocare, & constituo de
 prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuo-
 cato, Parochialis magis idoneo per eundem iudi-
 cium appellationis, auctoritate nostra (quatenus col-
 latio ad Episcopum à quo appellatum fuit, specta-
 ret) conferatur, alias eidem magis idoneo per indi-
 cem appellationis approbato conferenda, remittatur
 ad eum, ad quem collatio, prouiso, vel institutio
 spectabit. Hæc tamen appellatio interposita interim
 non impediatur, aut suspendatur, quominus electio per Or-
 dinarium primo loco facta interim debita deman-
 detur executioni, & prouisus ab eadem Ecclesia cause
 appellationis huiusmodi pendente non amoveatur.
 B b Et

Et si quis à sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipsam Apostol. appellabit. si secus in premissis omnibus & singulis actis, & attentatum fuerit irritum decernimus, & inane. Volumus autem quod presertim transumptis manu alicuius notarij, &c. Dat. Roma. ann. Incarn. Domin. 1566. 15. Kal. Aprilis.

13 Iuxta supradictam Constit. constat in vacatione Parochialis Ecclesie debere fieri concursus, iuxta formam Concil. Trident. dict. cap. 18. aliàs collatio erit nulla, & Papæ postea referatur, quæ forma per Episcopum omitti non potest, etiamsi vellet Parochiale conferre personæ quantuncumque notoriæ, doctæ, idoneæ, & benemeritæ; ita Rot. decis. 151. apud Farin. in 1. collect. nouissimarum. Fulch. de visitat. lib. 2. cap. 5. num. 10. Cened. ad decretum collect. 15. num. 5. Flamin. de resignat. lib. 8. quest. 9. num. 83. Nicol. Garc. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 102. Zerol. in praxi Episcop. verb. Parochia, §. 2. dub. 2. vbi dicitur decisum, [me citato in hoc loco Alzed. par. 2. cap. 9. num. 7.] Aloyf. Ricc. d. resolut. 351. num. 2. & versic. amplia secundo, tenet prouisum de Parochiali non seruata supradicta forma non esse autum in foro conscientie, Maslobr. in d. praxi habendi concursus requis. 17. dub. 4. & dub. 2. asserit formam Concilij circa concursus seruandam esse dumtaxat vbi Concilium ipsum receptum, & iam fuerit coacta Synodus, & in ea electi examinatores.

14 Beneficia ea (quod pro regula habebimus) concursu conferuntur quæ curam animarum habent, vt habetur in Concil. citato loco, & disponit prædicta Pij V. Constit. sumat Vgolin. de potestate Episc. cap. 50. §. 3. num. 1. ¶ In beneficiis curatis etiam referuntur Sedi Apost. & quibuscumque alijs, Ordinarij proponunt edicta concursus, & à Sede Apostol. prouisio fiat approbata ab examinatore in Synodo diocesana deputatis, si habet fidem approbationis ab Ordinario, refertur decisum Anastaf. Germon. de indultis Cardin. §. quibusuis num. 17. Flamin. de resignat. lib. 10. quest. 7. num. 12. Piafec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 5. num. 17. prop. finem, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. num. 112. Nicol. Garc. dict. cap. 2. num. 154. [Salgado de protect. Reg. tom. 1. par. 4. c. 9. n. 98.] etiamsi constet de reservatione, vt quia beneficium vacat in mensibus Apostol. & Marefcot. var. resolut. lib. 1. cap. 52. num. 2. Aloyf. Ricc. resolut. 351. versic. amplia tertio, vbi in vers. amplia 4. tenet procedere etiam in beneficio referunt, vt in specie Rota in vna Gerunden. Sacriste, in decis. 48. num. 8. par. 1. diuers.

15 Beneficia ea (quod pro regula habebimus) concursu conferuntur quæ curam animarum habent, vt habetur in Concil. citato loco, & disponit prædicta Pij V. Constit. sumat Vgolin. de potestate Episc. cap. 50. §. 3. num. 1. ¶ In beneficiis curatis etiam referuntur Sedi Apost. & quibuscumque alijs, Ordinarij proponunt edicta concursus, & à Sede Apostol. prouisio fiat approbata ab examinatore in Synodo diocesana deputatis, si habet fidem approbationis ab Ordinario, refertur decisum Anastaf. Germon. de indultis Cardin. §. quibusuis num. 17. Flamin. de resignat. lib. 10. quest. 7. num. 12. Piafec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 5. num. 17. prop. finem, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. num. 112. Nicol. Garc. dict. cap. 2. num. 154. [Salgado de protect. Reg. tom. 1. par. 4. c. 9. n. 98.] etiamsi constet de reservatione, vt quia beneficium vacat in mensibus Apostol. & Marefcot. var. resolut. lib. 1. cap. 52. num. 2. Aloyf. Ricc. resolut. 351. versic. amplia tertio, vbi in vers. amplia 4. tenet procedere etiam in beneficio referunt, vt in specie Rota in vna Gerunden. Sacriste, in decis. 48. num. 8. par. 1. diuers.

Beneficia tamen vacantia in Curia, seu apud Sedem, siue per obitum, siue per simplicem resignationem, aut dimissionem ex vi decreti de dimittendo primum incompatible, solere datariam prouidere sine concursu, & sufficere vt examinetur super sufficientia attestantur, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 6. num. 15. Nicol. Garc. in addit. ad summ. tractat. de benefic. par. 9. cap. 2. num. 153. Piafec. in Praxi noua Episcop. par. 2. cap. 5. num. 17. versic. de curatis, Maslobr. in dict. praxi pralud. 3. dub. 3. numero 45.

16 Si beneficium curatum iurispatronatus Ecclesie in mensibus Apostol. Sede referuatis vacauerit, Episcopus ipse Ordinarius nulla habita ratione patronorum, debet edicta concursus proponere, & idoneum eligere; ac Romam mittere cum fide ipsiusmet Ordinarij à Summo Pontifice instituendum, sicut fit in alijs Curatis, quæ non sunt iurispatronatus, referuntur decisum Piafec. in d. praxi noua Episcop. d. cap. 5. num. 17. in fine. [Salgad. de practic. Reg. tom. 1. par. 3. cap. 9. num. 99.] Gonzal. d. gloss. 6. num. 116. Aloyf. Ricc. d. resolut. 351. versic. amplia sexto, & addit ad hunc concursus admitti debere, tam nominatos à patronis, quam alios, & censuit Sacra Congregat. in vna Florentina Paroch. de anno 1599. quam declarationem sequuta fuit Rota in d. Florentina de eodem anno 28. Maij, coram Iusto. [eadem Rota decis. 453. num. 1. par. 1. recentissim. in postib. vbi dicitur quod concursus requiritur nedum in Rectorijs de iurispatronatus ecclesiastico, sed etiam in Vicarijs perpetuis.] Amplia ¶ etiamsi Ecclesia Parochialis sit iurispatronatus partim Ecclesie, partim laici, quia tunc seruanda est forma examinis per concursus, quam Concil. præstitit in conferenda Parochiali, quæ sit iurispatronatus mere Ecclesiastici, & idem dicendum est quando iurispatronatus pro duabus partibus pertinet ad laicum, & pro vna tantum ad Ecclesiasticum, [qua omne mixtum sequitur naturam sui simplicis magis digni, ex Cou. practic. cap. 36. num. 5. Mandol. in reg. 1. Cancell. quest. 10. num. 2. Ludou. Gom. in cap. 1. num. 47. in fine, de rescript. in 6. Quare hanc partem tenent, decisumque referunt] Gonzal. d. gloss. 6. num. 135. Galet. in margarita casuum conscientie, verb. iurispatronatus, pag. 145. colum. 2. Nicol. Garc. dict. cap. 2. num. 278. Aloyf. Ricc. dict. praxi fori Eccles. decis. 420. in 1. edit. & resolut. 357. num. 3. in 2. edit. Maslobr. in d. praxi prel. 7. dub. 25. num. 2. [me citato in hoc loco Caltr. Palao dict. puncto 2. §. 5. n. 3. vbi ait hanc resolutionem habere difficultatē. Marefcot. var. resolut. lib. 1. cap. 52. num. 7. Lotter. d. lib. 2. quest. 31. num. 131. Beltramin. in annot. ad Gregor. XV. decis. 498. Ferreuil. ad Buratt. decis. 25. in sua vers. & hoc procedit. Verum licet hæc opinio- rum ex tantorum virorum auctoritatibus nobis aliquando placuerit, ab ea tunc in hac vltima impressione recedere cogimur, propter nouissimam declarationem Sacre Congreg. Concilij in vna Pisana sub die 5. Februarij 1628. quæ censuit in collatione Ecclesie Parochialis iurispatronatus mixti, id est, partim Ecclesiastici, & partim laicalis, non requiri formam examinis per concursus, quam refert Viuian. in sua praxi iurispatron. lib. 10. cap. 1. num. 34. in appendice pag. 760. secundum nouissim. impress. & ego ipse in tract. de officio. & potest. Parochi cap. 2. num. 126. & multis tueretur hanc partem Phæbos Lusit. decis. 214. per tot. tom. 2. vbi refert secundum eam fuisse iudicatum, & multipliciter respondet ad fundamenta contraria.]

Parochiales Ecclesie quæ absque concursu possunt conferri.

18 P rimum, in vacatione Parochialium, quæ sunt iurispatronatus laicorum, examen per concursus fieri non debet, sed sufficit quod deputatus à patronis examinetur ab examinatore in diocesana Synodo deputatis, & idoneus iudicetur, referuntur decisum Lælius Zechius de Republ. Eccles. cap. 28. de parochia num. 6. pag. 325. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Parochia, §. 7. pag. 271. Flamin. de resignat. lib. 8. quest. 9. num. 111. Franc. Leo in thesauru fori Ecclesiastici, par. 2. cap. 3. num. 39. Piafec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 5. num. 18.

in princip. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 34. num. 58. & 81. Vgolin. de potestate Episcopi cap. 50. §. 3. versic. tertio. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 6. num. 134. Nicol. Garcia de benefic. par. 9. cap. 2. num. 255. Aloyf. Ricc. in dicta praxi fori Ecclesiast. resolut. 357. num. 1. Rota in vna Vlixbonen. concursus, prima Iulij 1611. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Rotæ Decano apud Farinac. part. 2. tom. 2. decis. 579. n. 4. Maslobr. dict. praxi requis. 7. dub. 25. à num. 4. [Lotter. dict. lib. 2. quest. 31. num. 129. cum seqq. me citato in hoc loco Alzedo de præcellen. Episc. dignit. par. 2. cap. 9. n. 2.] & me citato in hoc loco Caltr. Palao d. disp. 3.

19 pundo 2. §. 5. num. 2.] ¶ Quando verò plures sunt presentati, requiritur examen per concursus inter ipsos presentatos tantum, ex his, qui facti examine idonei ab examinatore renunciat fuerint, Episcopus eum eligat, quem ceteris magis idoneum iudicauerit, atque illum, & non alium instituat, referuntur decisum Gonzalez d. gloss. 6. num. 138. Piafec. in praxi noua Episcop. d. cap. 5. num. 18. vers. enueniente, Vgolin. dicta loco, Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 256. Marefcot. variar. lib. 1. cap. 52. num. 111. Aloyf. Ricc. d. resolut. 357. num. 2. Maslobr. dict. requis. 7. dub. 25. num. 5. [Lotter. d. quest. 31. num. 130. vbi num. 131. post Garc. d. cap. 2. num. 257. Beltramin. ad Greg. XV. decis. 494. sub num. 3. vers. verum hoc habet locum, id restringit quando essent plures, sed inæqualiter presentati, adeo vt tota vis consistat in hæc æqualitate, me citato in hoc loco Caltr. Palao disp. 3. puncto 2. §. 5. num. 2. vers. quod verum.] Sic etiam iurispatronatus deuolutorum ad Ordinarium conferuntur per concursus pro ea vice, refertur decisum Galet. in margarita casuum conscientie, verb. iurispatronatus, pag. 145. col. 2. [Salgad. d. par. 3. cap. 11. num. 89. quicquid dicat Maslobr. d. requis. 1. dub. 22. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiepiscop. Neapol. cap. 66. num. 19. me citato in hoc loco Caltr. Palao d. §. 5. num. 2. in fine.]

20 Secundo, in resignationibus parochialium factis in manibus Papæ in fauorem examen per concursus fieri non debet, referuntur decisum Flamin. de resignat. lib. 1. quest. 7. num. 7. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 416. in 1. edit. & resolut. 353. in 2. edit. Maslobr. in d. praxi habendi concursus requis. 13. dub. 3. [me citato in hoc loco Alzedo d. par. 2. cap. 9. num. 5. Caltr. Palao dict. puncto 2. §. 5. num. 4.] Gonzal. dict. gloss. 6. num. 121.

21 cum seqq. vbi etiam resoluunt, quod si resignatarius prouisus à Papa, vel mandatum de prouidendo in forma digni obtinens, dumtaxat examinari debet absque concursu, & approbati si idoneus reperitus fuerit ad curam animarum, siue resignatarius sit presentis in Curia, siue absens in partibus, de quo etiam vide Gutier canon. lib. 2. cap. 11. num. 11. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. parochia, §. 2. dub. 5. & 6. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 34. num. 84. Prosper. de Augustino in addit. ad Quarant. in summo Bullarij, verb. benefic. paroch. collatio quest. 3. vers. tertius, vbi etiam ¶ verba illa in Concil. posita, per resignationem, etiam in in Curia, intelligit de resignatione simpliciter facta, & non de ea, quæ fit in fauorem, sic etiam intelligunt Gonzal. d. gloss. 6. num. 122. & sequent. Marefcot. variar. resolut. lib. 1. cap. 52. num. 6. Aloyf. Ricc. d. praxi fori Ecclesiast. resolut. 351. vers. amplia quinto, Vgolin. d. cap. 50. §. 3. vers. secundo. [me citato in hoc loco Caltr. Palao d. §. 5. n. 4. in fine.]

23 Tercio in permutationibus Ecclesiarum parochialium non requiritur examen: si verò adfit magna inæqualitas numeri parochianorum, vel per-Barbos. de Episcopo Pars III.

mutantes non fuissent examinati eo tempore, quo parochiales adepti sunt, tunc sunt examinandi, sed absque concursu. In permutationibus verò, quæ sunt de beneficio simplici, & curato, licet non sit necessarius concursus, examen tamen necessarium est, refertur decisum Nicol. Garcia dict. par. 9. cap. 2. num. 165. resoluunt Læl. Zech. de Republ. Eccles. cap. 28. de Parocho, num. 6. Flamin. d. quest. 9. num. 95. Thoming. decis. 129. Vgolin. d. cap. 50. §. 3. versic. septimo, Lessi. d. cap. 34. dub. 16. Aloyf. Ricc. in d. praxi fori Ecclesiast. decis. 419. in 1. edit. & resolut. 356. in secunda edit. Filliuc. dict. tract. 41. cap. 4. num. 137. [me citato in hoc loco Caltr. Palao d. §. 5. num. 5.]

24 Quarto, Dignitas Abbatie concursu non conferatur, quamuis vnita sit ei Parochialis Ecclesia dummodo hæc vnio auctoritate Sedis Apostolicæ, ac perpetuè, & accessorie facta sit, referuntur decisum Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 193. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. n. 13. & gloss. 6. num. 162. Lessi. d. cap. 34. num. 82. [me citato in hoc loco Caltr. Palao d. §. 5. num. 6.]

25 Quinto, Dignitas, quæ parochialem perpetuè accessorie vnitam habet, concursu non conferatur, referuntur decisum Anastaf. Germon. de indultis Card. §. quibusuis, num. 7. Steph. Gratian. discipul. forens. cap. 273. num. 48. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 193. [me citato in hoc loco Caltr. Palao dict. §. 5. numero 6.]

26 Sexto, Parochialis Ecclesia, quæ est vnita Dignitati, vel Canonici, concursu non conferatur, referuntur decisum Galet. in margarita casuum conscientie, verb. parochus, Aloyf. Ricc. d. praxi fori Ecclesiast. decis. 417. in prima edit. & resolut. 354. num. 2. in secunda editione, & latius resolut. 381. Gonzal. d. gloss. 5. §. 7. num. 2. tenuit Rota in vna Vicen. Parochialis Castri Tertioli 14. Ianuar. 1611. coram R. P. D. Manzanedo, apud Farinac. par. 2. recent. decis. 323. n. 8. [me citato in hoc loco Caltr. Palao d. §. 5. num. 6.]

27 Nam ¶ Parochialis, cui vnitus est canonicatus, assumit naturam, consuetudines, & priuilegia illius, Petr. de Peus. in tract. de vniombus Eccles. cap. 2. num. 10. & 19. Nauar. cons. 6. num. 2. de verborum signif. & cons. 10. num. 2. & 3. de maioris. & obed. Gonzal. d. gloss. 5. §. 7. num. 2. & residentia facienda est in canonicatu, & non in parochia, Nicol. Garc. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 23. vbi num. 26. resoluunt ad canonicatum, cui vnita est Parochialis, non requiri ætatem 25. annorum.

28 Septimo, Beneficium curatum, quod verè est Dignitas, non est conferendum per concursus, refertur decisum Galet. in margarita casuum conscientie, verb. beneficium, pag. 24. & verb. canonicus, vbi. refert quoque decisum in Sacra Congregat. canonicum habentem annexam curam animarum, etiam in perpetuum, non esse examinandum.

29 Octauo, Dignitas habens curam animarum in Ecclesijs Collegiatis concursu non conferatur, nec in illa examen est necessarium, quale requiritur in parochialibus, referuntur decisum Piafec. in praxi noua Episc. d. cap. 5. num. 18. in fine. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 195. Gonzalez d. gloss. 6. num. 162. Maslobr. dicto pralud. 3. dub. 3. à num. 38.

30 Nonò, Cura animarum, quæ in Ecclesia Collegiata exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios, arg. text. cap. statutum, de elect. in 6. concursu non conferatur, nam in isto casu cura dicitur esse penes collegium, & non penes singulos, aut quemcumque canonicum per se, ita vt Canonicus dicatur curatus, referuntur decisum Prosper. de Augustino

dict. quest. 3. vers. quorum primus est, Vgolin. dict. cap. 50. §. 3. in fine, Flamin. dict. quest. 9. num. 94. Gonzal. d. gloss. 6. num. 158. Aloyf. Ricc. resolut. 358. vers. quarto, & in decis. Curie Archiepiscop. Neapol. decis. 370. par. 4. Massobr. in dict. praxi requis. 1. dub. 7. num. 6. [me citato in hoc loco. Castr. Palao d. §. 5. num. 7.]

³¹ *Decimo, Parochialis Ecclesia, quando est subiecta monasterio, aut annexa, vel de eius mensa, concursu non confertur, quod Monasterium nominat Rectorem, & Episcopus confirmat, [me citato in hoc loco Castr. Palao d. §. 5. num. 9.] vt fuit resolutum in vna Trasonen. iuris presentandi, 23. Maij 1588. coram Eubalo, & in vna Vlixbonen. iuris conferendi, 2. Decembris 1605. coram Litta, & refertur a Farin. decis. 102. p. 1. tom. 1. Quando autem dicatur beneficium de mensa Monasterij decidit Rota in vna Vlixbonen. iuris conferendi 13. Iuij 1607. coram Illustr. Lancelloto apud Farin. tom. 1. par. 2. decis. 204.*

³² *Undecimo, Vicarie perpetue Parochialium vnicarum concursu non conferuntur, sed solum ad nominationem, seu presentationem illorum, quorum Dignitati, vel Ecclesie parochialis est vnica. & annexa, deputandi, vel instituendi sunt Vicarij [cum Ordinarij, seu eius Vicarij prauio examine iuxta constit. Pij V. incip. Ad exequendum, sub Dat. Kalend. Decemb. 1567. vers. Volumus insuper. Ita Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. §. 3. num. 53. & 54. Filliuc. in quest. moral. tom. 3. tract. 41. cap. 4. n. 147. Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 31. num. 21. Caualer. decis. 595. num. 4. Buratt. decis. 214. num. 1. & decis. 303. num. 10. & decis. 931. num. 1. & 2.] referunt decem Galet. in margarita casuum conscient. verb. Vicarius 3. Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 289. Aloyf. Ricc. in d. praxi fori Eccles. resolut. 358. num. 1. vers. secundo, Vgolin. d. cap. 50. §. 3. vers. octauo. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. §. 5. num. 10.] Quotiescunque vero in Vicarium transfertur non solum exercitium curae, sed etiam omnimoda cura, habere locum concursus [probat Lotter. d. quest. 21. num. 22.] censuit Rota in vna Vlixbonen. concursus 1. Iulij 1611. coram Reuerendiss. D. meo Coccino Rotæ Decano, apud Farin. par. 2. recent. decis. 579. & clarius in alia Vlixbonen. concursus 1. Iuij 1615. coram R. P. D. Remboldo apud Farin. par. 2. recent. decis. 710. vbi etiam num. 5. rentum fuit quod nihil refert ad hunc effectum an Vicarius sit perpetuus, vel ad nutum amouibilis, & num. 3. censuit curam totalem beneficij vniti tunc dici esse penes Vicarium, quando ipse percipit omnes fructus beneficij certa portione Rectori Ecclesie, cui facta fuit vnio, assignata, [quod etiam aduertit Lotter. d. quest. 31. n. 24.] Et ad hoc propositum est bona Rotæ decisio in vna Barcinonen. Vicario 17. Maij 1624. coram Merlino, vbi sic habetur, Proposui dubium in decis. coram me in hac causa facta 9. Februario preteriti referuatum, an scilicet concursus inuaretur & Domini dixerunt non intrare. quia stante predicta decisione in qua fuit firmatum constare de vnione valida, aperte sequitur concursus locum non esse. Cum enim Ecclesia vnita omnino suppressa remaneat, & efficiatur predictum illius Ecclesie, cui ipsa vnio facta fuit, vique eiusdem Ecclesie Prælati est etiam Rector & Prælati Ecclesie vnite, ideoque ad illius nominationem, seu presentationem deputari, & institui debet Vicarius absque alio concursu, iuxta Constit. Pij V. in antiq. Bullar. 46. §. volumus, & post alios Garc. de benef. par. 9. cap. 2. num. 286. Gonzal. super reg. 8. gloss. §. 3. num. 53. qui ita censuit refert Sacram Cōgreg. Concil. Trident.*

& plures etiam firmavit Rota, & signat decis. 102. num. 1. par. 1. & decis. 579. num. 4. & decis. 710. num. 2. par. 2. recent. & in Derrusen. Vicaria 28. Nouembr. 1616. coram Vbaldo, & in Barcinonen. Vicaria 9. Decemb. 1616. coram Buratto. Neque obstat quod conclusio predicta solum procedat, quando cura actualis tantum, sine ipsius cura exercitium fuit translatum ad Vicarium, secus autem quando in illum localis vnusque cura, actualis nimirum, & habitualis translata facta fuit iuxta distinctionem, quam ex mente dicta S. Congreg. Concilij amplexa est Rot. d. decis. 579. num. 1. & decis. 710. num. 1. par. 2. recent. in quibus alia decisiones referuntur, quoniam in hac vnione fuit aperte dispositum quod Vicarius presentari deberet ab Archidiacono, & institui ab Ordinario, quod manifeste concursum excludit, & apertissime arguit curam ipsam quoad exercitium fuisse tantum translata, quoad habitum vero remansisse penes Archidiaconum, cuius dignitati vnio ipsa facta fuit Rot. decis. 102. n. 10. vers. & referuatur par. 1. & decis. 204. n. 1. circa finem par. 2. recent. [Hactenus Rota in d. Barcinonen.]

³³ *Duodecimo, Beneficia Regularia, quæ Regularibus conferri consueverunt, concursu non sunt conferenda, referunt decem, Pialec. in praxi noua Episcop. d. cap. 5. num. 18. vers. hoc decretum, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 6. num. 162. Nicol. Garc. dict. cap. 2. num. 197. Vgolin. d. §. 3. vers. quarto, Aloyf. Ricc. in dict. praxi fori Eccles. decis. 421. in 1. edit. & resolut. 358. num. 1. in 2. edit. Rota in vna Vicen. paroch. Castri Terzioli 14. Ianuar. 1611. coram R. P. D. Manzanedo, apud Farin. par. 2. recent. decis. 323. num. 6. Massobr. d. prax. 3. dub. 3. num. 34. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. §. 5. num. 1.] Quid in beneficiis seu doctrinis Indorum Curatis, quæ Regularibus commendantur, vide latè Ioan. de Solorzano de Iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 16. per tot. vbi cap. 17. disputat qualiter regulares huiusmodi doctrinas Indorum habentes secularium examini, collationi, subiectioni, correctioni, & excommunicationi subiacent.]*

³⁴ *Decimotertio, Prioratus Regulares habentes curam animarum soliti commendari secularibus, concursu non conferuntur, refert decem Nicol. Garc. dict. cap. 2. num. 199. me citato in hoc loco Massobr. d. prax. 3. dub. 3. num. 37. [me citato etiam in hoc loco Ioan. de Solorzano d. lib. 3. cap. 17. num. 21. me citato in hoc loco Castr. Palao dict. §. 5. num. 12.]*

³⁵ *Decimoquarto, In Parochialis, quas quis acquirit per regressum, non est necessarium examen, quod intelligendum est, si eam possederit, secus si eam nunquam possederit, refert decem Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 168.*

³⁶ *Decimoquinto, Beneficia simplicia concursu non conferuntur, vt tenuit Rota Romana in vna Calaguritana reductionis motus proprii, 29. Martij 1592. coram Illustrissimo Seraphino [inter eius impressas decis. 942. num. 5. & 6.] refert Aloyf. Ricc. d. praxi fori Ecclesiastici decis. 415. in 1. edit. & resolut. 352. in 2. edit. Massobr. dict. praxi prax. 5. in princ. numero 7.*

³⁷ *Decimo sexto, Parochialis litigiola concursu non confertur, quia tunc si alter colligantium cedat, vel decedat, siue sit possessor Parochialis, siue non, cum ab Ordinario alter subrogari nequeat, ne multiplicentur colligantes, aut colligant superuenienti præiudicium irrogetur, concursus cessat, Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 3. num. 97. Massobr. in d. praxi prax. 3. dub. 3. a num. 18. Gonzal. d. gloss. 6. a num. 142. Aloyf. Ricc. ad resolut. 358. vers. tertio.*

[me citato in hoc loco Castr. Palao d. §. 5. num. 8.] Quando vero Summus Pontifex noluerit colligantem subrogare, vel ius demortui in alium transferre, locum habebit decretum Concil. in dict. cap. 18. nisi illi Sanctitas sua voluisset derogari, refert decem Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 170.

³⁸ *Decimo septimo, Parochialis quando esset exigui redditus, vt examinis per concursum operam non ferret, aut nemo esset, qui se dicto examini velit subiacere, aut ob apertas factiones, seu dissidia, quæ in aliquibus locis reperitur, facile grauiore rixæ, aut tumultus possent excitari, concursu non confertur, vt disponit Concil. d. cap. 18. vers. si tamen, tenet Aloyf. Ricc. d. resolut. 358. in fine, Gonzal. d. gloss. 6. num. 159. cum sequentibus, Seraphin. Rotæ Rom. decis. 942. num. 10. par. 1. Campan. in diuers. iuris Canon. rub. 5. cap. 3. num. 10. [me citato in hoc loco Castr. Palao dict. §. 5. num. 13. & 14.] Verum in prouisione Parochialis, etiam modici valoris, tres examinatores esse adhibendos resolut, refertque decem Galett. verb. beneficium, pag. 25. col. 2. quia etiam in impetratione debet fieri mentio de quolibet beneficio, quamuis modico, vt tenuit Rota in vna Calagurit. Canonicius 8. Febr.uarij 1580. coram Illustrissimo Seraph. nunc inter eius decisiones, decis. 445.*

³⁹ *Decimo octauo, Quando approbatus per concursum, & electus non vult consentire pensioni, quæ à Papa super beneficio de tempore prouisionis retinetur, tunc ipso sic recusante Papa solet beneficium alteri conferre absque concursu, prauio solo examine simplici ad curam animarum, cum derogatione expressa, vel tacita dicti Concilij, propter decretum irritans. Rota Rom. decis. 48. par. 1. diuers. quem citat Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. resolut. 359.*

Decimo nono, Quando nullus comparuit, aut cerere nullus ex comparantibus vult subire examen, Episcopum assignare debere aliud tempus, siue editum, & si adhuc nemo comparer, tunc posse Parochiam absque concursu conferri, decem referunt Nicolaus Garcia dict. cap. 2. num. 218. Massobr. in dict. praxi reg. 3. dub. 9. secundum Romanam impress.

⁴⁰ *Vitis igitur in quibus Parochialibus Ecclesiis, & beneficiis concursus cessat, generaliter & per viam regulæ in alijs fieri debet, & cum aperte loquatur Concil. Trident. dict. cap. 18. vers. transacto, ibi, ab Episcopo, siue eo impedito ab eius Vicario, ab inferioribus Episcopis habentibus ius conferendi non potest fieri, & tenet Zech. dict. cap. 28. de Parochia 6. Flamin. de resignat. lib. 8. quest. 9. num. 96. Nicolaus Garcia dict. cap. 2. num. 121. Germon. de indultis Cardin. §. quibusuis, ad finem, & sæpius decem fuisse in Rota dicit Aloyf. Ricc. in dict. praxi fori Ecclesiastici resolut. 361. Et citata verba Concil.*

⁴¹ *Trident. non tollunt quin coram Vicario possit fieri examen, etiam Episcopo non impedito, sed posita esse ad denotandum conuenire, fiat ab ipso Episcopo, cessante impedimento, quod examen, resolut Nicol. Garcia dict. cap. 2. num. 117. Massobr. dict. reg. 3. dub. 3. Inferiores tamen exempti habentes proprium districtum, & Episcopalem iurisdictionem, ac ius congregandi Synodum, habent facultatem faciendi concursum, referunt decem Nicol. Garcia dict. cap. 2. num. 136. Aloyf. Ricc. vbi proxime, Flores de Men. variarum lib. 3. quest. 24. numero 21. Flamin. de resignat. lib. 8. quest. 9. num. 96. Germon. de indultis Card. §. quibusuis, ad fin. Massobr. d. praxi reg. 1. dub. 3. a 1. & 2. 1.*

⁴³ *Edictum esse de substantia, atque de forma in concursu parochialium, probat Concil. dict. cap. 18. ibi, per edictum etiam publicum vocentur, qui volent examinari, Aloyf. Ricc. dicta praxi resolut. 364. me citato in hoc loco, Massobr. in d. praxi requis. 2. dub. 3. [quicquid teneant Vgolin. de officio Episcopi c. 50. §. 4. num. 3. Garc. dict. par. 9. cap. 2. num. 36. Castr. Palao d. puncto 2. §. 1. num. 6.] & debet apponi ab Ordinario loci, vbi existit beneficium, & ibidem examen est peragendum, etiam si ab Ordinario alterius diocesis sit conferendum, vt decem referunt Flamin. de resignat. lib. 8. cap. 9. num. 102. Gonzal. gloss. 10. num. 31. Quod & edictum debet remanere affixum ad valuas Ecclesie per spatium decem dierum, Zerol. in praxi Episcop. par. 2. verb. parochia, & per alios decem dies poterit protogari, sed non ultra, vt disponit citata Pij V. Bulla, in §. Prohibentes, prout testatur Zerola in praxi Episcop. dict. verb. Parochia, §. 2. dub. 3. Nicol. Garcia p. 9. cap. 2. num. 46. & 47. Massobr. dict. reg. 2. dub. 8. & 9. Aloyf. Ricc. dict. resolut. 364. num. 2. vbi intelligit ex causa probabili, & legitima: [vnde si prior terminus statuatur, quicquid ultra viginti dies fit, nullum est propter decretum irritans, de quo in dicta constit. Pij V. Seraphin. decis. 1148. num. 4. & ex mente Sacre Congreg. super Concilio sapissime fuisse responsum in Rota refert Lotter. dict. lib. 2. q. 31. num. 41. & me citato in hoc loco Castr. Palao dicto puncto 2. §. 1. num. 6. in fin.] Quod quidem edictum non esse necessarium legendum, sed sufficere vt affigatur, tenet Nicol. Garc. dict. cap. 2. num. 42. & 43. & Massobr. d. requis. 2. dub. 7. contra Zerol. dict. verb. parochia §. 2. dub. 1. Et in eo apponendam esse diem propositi concursus censuit Rot. apud Seraphin. decis. 1148. quam refert Massobr. d. requis. 2. dub. 10.*

⁴⁴ *Termino predicto decem, vel ad summum viginti dierum elapso ad examen nullus est admittendus, ex Seraph. decis. 1148. num. 4. par. 2. quem citat Aloyf. Ricc. vbi proxime. In praxi tamen obseruatur, vt possit Ordinarius aliquem ad concursum admittente, non obstante quod terminus ab eo præfixus sit elapsus, & aduersarius, qui comparuerat durante termino, contradicit, ita resolutum fuit in Rota in vna Calaguritana dimidiij beneficij 22. Aprilis 1602. coram Ottembergo, teste Aloyf. Ricc. resolutio. 360. quemadmodum etiam examen factum ante lapsum termini in edicto expressi nullo postea comparente subsistit, Nicol. Garcia dicto cap. 2. n. 326. & tenuit Rota in vna Carthaginen. Parochialis 9. Decembris 1583. coram Orano, teste Aloyf. Ricc. d. resolut. 360. in fine. Quando vero termino elapso, & re adhuc integra alius venit oppositor, admittendus est, prout decem referunt Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. n. 115. Nicol. G. re. d. cap. 2. num. 206. Massobr. in d. praxi requis. 3 [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 2. §. 2. n. 2.] Et huiusmodi oppositio non illi tribuit ius ad rem considerabile, vt tenent Sarrien. in reg. de iure questio 9. 1. num. 10. Castad. decis. 18. num. 5. de probend. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. num. 89. & fuit dictum in Barcinonen. beneficij 15. Ianuarij 1625. coram R. P. D. meo Pirouano.*

⁴⁷ *Transacto constituto tempore omnes, qui descripti fuerint ab Examinatoribus examinentur, vt disponit Concil. d. cap. 18. vers. transacto, aduenienteque vacatione cuiuslibet Ecclesie tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant, vnde Episcopum adhibere in concursu plus quam tres examinatores, sed non pauciores, referunt decem*

Nicol. Garc. par. 5. cap. 9. num. 52. & Massob. d. sua praxi requis. 12. dub. 1. etiam si beneficium sit modici valoris, ampliatur Galet. in margarita casuum Conscientie, verb. beneficium pag. 25. col. 2.

Examinatores debere singulis annis proponi in Synodo ad minus sex, & ab ea Synodo probari statuit Concil. Trid. d. cap. 18. vers. examinatores autem singulis annis, &c. & non plus viginti, ut censuit Sacra Congreg. Concilij Tridentin. in vna Casaragustana Synodi de anno 1627. eorumque officium etiam post annum suae electionis minimè expirare asserunt Nicol. Garc. par. 9. cap. 2. num. 73. Massob. in d. praxi requis. 11. dub. 1. vbi dub. 5. ait Concil. Trident. dicto loco nullam formam praescribere super propositione examinatorum: illos tamen debere proponi nominatim, & non in genere, nisi proponeretur in genere, qui revera tunc extarent, si per huiusmodi genericam expressionem haberetur etiam expressa persona, tenent Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 339. Massob. d. requis. 11. dub. 1. vbi dub. 7. ait quod examinator ut dicatur probatus à Synodo, debet dimidiam partem suffragiorum ferre ab iis, qui vocem habent in Synodo. Si ex sex examinaturibus aliqui intra annum suae electionis mortui fuerint, totam facultatem examinandi vna cum Episcopo adsuperfites, etiam si vnus tantum superesset, spectare debere eo anno durante, sed in loco demortuorum eligendos alios cum approbatione Capituli, referunt decisum Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 8. Massob. in d. praxi requis. 12. dub. 2. Vnde Sbroz in addit. ad summ. tract. de officio Vicarij, lib. 2. quest. 2. 11. dicit in sacra Congreg. Concilij decisum Vicarium Sede Episcopali vacante in loco examinatorum absentium, vel defunctorum alios auctoritate propria sufficere non posse, sed curate debere ut elapso anno alij in loco demortuorum sufficiantur, seu eligantur in Synodo, alioquin pro legitimis non haberi, qui supererunt. [Atque ita quotiescunque occurrit casus vacationis Parochialis Sede Episcopali vacante, si supponatur lapsus annus, à quo celebrata est Synodus, in ea facta deputatio examinatorum, aut ex illis adhuc tot non supersunt, qui possint in praesentio numero examini interesse, quia hoc casu est quod imputetur Capitulo, si illico non curavit conuocari Synodum ex hac praecisa causa deputandi novos examinatores bene narrant resolutiones adductae per Garc. d. loco, ita Lotter. d. lib. 2. quest. 31. num. 84.] Examinatores si omnes decedunt, vel in longinquas partes recedunt, Episcopum intra annum ad celebrandam Synodum ex antiquis, qui fuerint, sex non pauciores subrogare debere, & si non extabunt tot antiqui, eligere posse illos, qui extabunt, & alios supplere de nouo approbatos à Capitulo usque ad sex, quod si nulli antiqui extiterint, novos tunc à Capitulo probandos non pauciores sex deputare debere, usque ad futuram Synodum in fine anni à postrema Synodo celebrandam, referunt decisum Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 73. & Massob. d. requis. 12. dub. 3. & censuit Rota in Panormitana Archiepiscopatus 3. Decemb. 1618. coram D. Buratto. Haec circa constitutionem examinatorum vitia & quotidiana sunt in materia concursus, nam prouisio parochialis facta ei, qui non fuit examinatus, & approbatus ab examinaturibus in Synodo deputatis, sed ab alijs, quos Episcopus elegit, est nulla, & beneficium potest impetrari uti referuatum, ita per supradictam Pij V. Const. referunt decisum Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 341. Massob. in d. praxi requis. 48. dub. 5. Et pariter concursum vitari si adhibeatur examinator non synodalis cum synodalibus, refe-

runt decisum Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 83. 324. & 341. Massob. in d. praxi requis. 13. dub. 1. quidquid dicat Homobon. de Bonis in examine Eccles. tract. 2. cap. 3. quest. 30. Sicut etiam vitari si non iurauerint iuxta formam Conc. d. cap. 18. ibi, iurentque omnes, &c. prout resoluit Massob. in d. praxi requis. 14. dub. 1. vbi dub. 2. cum Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 356. dicit esse de forma ut praestetur huiusmodi iuramentum tactis sacrosanctis Euangelij, & dub. 3. cum eodem Garc. num. 356. asserit posse praestari extra Synodum in manibus notarij, & dub. 4. tradit probari per attestationem notarij, & litteras ipsorum examinatorum, [de quibus Lotter. dict. lib. 2. quest. 31. à num. 92.]

Examinatores synodales durant donec alij in Synodo deputati fuerint; si vero anno elapso aliqui ex eis mortui fuerint, officium omnium expirat, ita decisum referunt Nic. Galet. in margarita casuum consc. verb. Examinatores, 1. Aloyf. Ricc. d. praxi fori Eccles. resolut. 361. in secunda edit. Nicol. Garc. dict. cap. 2. in addit. num. 75. Massob. d. requis. 12. dub. 4. num. 3. vbi inquit locum non habere, quando post annum supersint sex adhuc. Et Episcopum non excusari si post annum adhibeat examinatores supersites non extantibus sex, etiam si caperet praetextum quod ipse de nouo esset adeptus possessionem Episcopatus, cum annus celebrandi Synodum non incipiat currere à die captae possessionis, sed à die Synodi vltimo loco celebratae, tenent Garc. d. cap. 2. num. 92. & seg. Massob. d. requis. 12. dub. 6. & censuit Rota in Panormitana Archiepiscopatus 5 Junij 1620. coram D. Buratto. Necessario huiusmodi examinatores eligi debere, qui sint Magistri, seu Doctores, aut Licentiatii in Theologia, aut iure Canonico, si extent, alioquin alios clericos esse eligendos, qui ad id videbuntur magis idonei, refert nouissimè sibi fuisse responsum à sacra Congreg. Concilij Massob. in d. sua praxi requis. 11. dub. 2. & sentit Vgolin. de officio Episcopi cap. 50. §. 5. num. 1. vers. secundo.

Quamuis Concil. Trid. d. cap. 18. dicat, qui descripsi sunt examinandos esse, [quasi omnes descripti debeant examini subici, vel saltem ad illud singulariter vocari, Seraph. decis. 1148. num. 5. Lotter. d. lib. 2. quest. 31. num. 54. cum segg.] non repugnat tamen, quin vnus, si alij non adint, se describi faciat ad concursum, & si idoneus inueniatur, beneficium ei sit conferendum, ita censuit Sacra Congreg. teste Vgolin. d. cap. 50. §. 10. num. 4. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 215. Massob. in d. praxi requis. 7. dub. 7. & 8. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 2. §. 1. num. 8.] Virum autem Episcopus possit statuere, seu limitare certum numerum personatum ad concurrendum in concursu parochialium, vide Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 31. par. 4. Elapso termino edicti posse per Episcopum inchoari examen, sed non posse eadem die claudi, vbi plures fuerint descripti, sed esse expectandos, vel vocandos, alioquin vitari concursum, si ex pluribus descriptis vnus, aut non omnes examinentur, & eis non expectatis claudatur concursus, censuit pluries Rota apud Nicol. Garc. d. cap. 2. à num. 33. Seraphin. decis. 1148. num. 5. refert Massob. d. requis. 3. dub. 10.

Caueant examinatores huiusmodi ne quicquam prorsus occasione huius examinis, nec ante, nec post accipiant, ut admonet Concil. d. cap. 18. vers. caueant, quacumque etiam immemoriali consuetudine non obstante, ut censuit Sacra Congreg. alioquin vitium simoniae tam ipsi, quam alij dantes incurrent, citant, &

49

50

51

52

& explicant Zerol. in praxi Episcopali dicto verb. Parochia, §. 2. dub. 11. Francisc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 2. cap. 3. num. 25. Petr. de Ledesma in sum. par. 2. tract. 7. cap. 1. concl. 7. prope finem, Vgolin. de simon. tab. 4. cap. 48. §. 3. & de potestate Episcopi cap. 50. §. 5. num. 2. Farin. conf. 15. num. 3. & 47. Massob. in dict. praxi requis. 15. Soar. de relig. lib. 4. de simonia cap. 49. num. 2. Nicol. Garcia dict. cap. 2. à num. 368. [Lotter. dict. lib. 2. quest. 31. num. 96.] Ita vt, nec etiam possit Ordinarius statuere aliquod stipendium, etiam minimum examinatoribus deputatis in Synodo pro concursu Parochialium, & si Synodus diocesana secus statuerit, decretum esset irritum & nullum, refert decisum Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 374. Sed in Ecclesijs Hispaniae contrarium communi vsu receptum esse testatur Petr. de Ledesma dict. conclus. 7. prope fin. vers. la dificultad, quem citat Garc. dict. cap. 2. num. 372.

Ratio autem quare vitium simoniae tam ipsi examinatores, quam alij dantes incurrant, à qua absolui nequeunt, nisi dimissis beneficijs, &c. ea est, quia per approbationem factam in concursu acquirunt approbatio ius ad beneficium, & sic pro illo iure (spirituali datum videretur temporale examinatoribus, Nauar. consil. 48. versic. ad quartum in antiquis, alias 67. in nouis, de simonia. Et ex parte competitorum committi potest simonia si duo concurrentes ad beneficium, alter ad impedimentum tollendum alij pretium det, vt à concursu desistat, & sic solus existens ipse obtineat, Mayol. lib. 5. de irregul. cap. 45. num. 3. Prosper. de Augustin. in addit. ad Quarant. verb. simonia, addit. 3. pag. mihi 593. Vgolin. dict. cap. 50. §. 9. num. 2. Et committitur etiam simonia si ficer pactio, quod alter alteri in concursu defectus, vel exceptiones non opponat, cum realiter possint obicere, sed se examini submitterent, & qui per Superiorem digniori iudicaretur, beneficium haberet, & solueret alteri pensionem annuam cum beneplacito Sedis Apostol. Nauar. consil. 3. num. 1. de simon. in antiq. alias 39. 41. & 42. in nouis, Prosper. de Augustino vbi proxime, Flamin. de confident. benef. 9. 47. num. 9. Vgolin. dict. cap. 50. §. 8. in fin.

Committitur denique simonia si quis per virum potentem, cui pecuniam tradat, seu promitteret, metum alij inferret, vt à concursu cessarent, Vgolin. de simon. tab. 1. cap. 48. §. 3. sub num. 5. & d. cap. 50. §. 9. in fin.

Examinatores ad beneficia scientiam examinandorum iuxta beneficiorum qualitatem debent attendere rimari, quae vt pateat aduertendum Dignitates omnes, & saltem dimidiam partem Canonicaatum in Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesijs insignibus, vbi id commodè fieri potest, non nisi Doctoribus, seu Licentiatii in Theologia, vel iure Canonico conferendas, vt habetur in Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 473. in prima edit. & resolut. 497. in fine, in secunda edit. quod quidem Concilij decretum id horrat, non autem praecipit; vnde et in Synodo Prouinciali non licere imponere onus Dignitatis, quod quis nisi graduatus non possit eas obtinere sine Sedis Apostolica auctoritate, refert decisum Nicolaus Garcia benefic. parte 7. cap. 7. num. 45. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 238. num. 3. [Castr. Palao d. tract. 13. disp. 4. puncto 6. num. 13.]

Archidiaconi, qui oculi dicuntur Episcopi, cap. ad haec, de officio Archidiacon. [(quali ab eo in specula & stationes positi, glos. verb. oculi in cap. Diaconi. 93. dist. Anton. Fabric. in praxi benef. tit. de benef. cum Dignitate num. 25. in fine.)] debent esse in omnibus Ecclesijs, vbi fieri potest, Magistri, seu Doctores, aut Licentiatii in Theologia, vel iure Canonico, vt habetur in Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. vers. Archidiaconi etiam, referunt Nicol. Garcia dict. cap. 7. num. 36. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 4. num. 68. Campan. in diuers. iuris Canon. rubr. 7. cap. 6. num. 41. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 238. à num. 2. & in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 305. num. 11. par. 5. Galgan. de iure publico lib. 3. tit. 2. v. num. 1. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico tract. 1. cap. 9. quest. 55. [Benni. de priuileg. iurific. par. 2. priuileg. 28. n. 2. Molles. in sum. tract. 6. c. 7. num. 62. Nouar. in sig. Canon. concl. 41. Sebastian. Castr. in relect. de Eccles. Hier. disp. 12. §. 1. num. 9. Squillante de priuileg. cleric. c. 4. n. 109.] Eum tamen locum amplissima Congr. D.D. Cardinalium Concilij interpretata est procedere in iis tantum Archidiaconis, qui vel curam habent animarum, vel iurisdictionem, prout habetur in tit. de officio Archidiacon. non autem de iis qui nomine dumtaxat sunt Archidiaconi, cuius declarationis idonei sunt nobis testes Anastaf Germon. in tract. de indulg. Cardin. §. quibusvis, m. n. 4. Campan. dict. num. 41. Piasec. in praxi noua Episc. par. 2. cap. 5. num. 20. Aloyf. Ricc. dicta praxi decis. 473. in prima editione, & resolut. 497. num. 3. in secunda editione, Massob. in praxi habendi concursum requis. 10. dub. 6. secundum Roman. impress. [Squillante dict. cap. 4. num. 111. Nouar. dict. concl. 41. num. 2.] Nicol. Garcia d. cap. 7. num. 41. & num. 40. dicit Sacram Congregat. respondisse huiusmodi Archidiaconos habentes iurisdictionem contentiosam debere esse Doctores & promotos in publico gymnasio, aliàs gradus ei non suffragati, ex Bulla 63. Pij V. refert Massob. dict. dub. 6. numero 6.

Decanus nullo Concil. Trident. decreto iubetur, vt necessariò sit Magister, siue Doctor, aut Licentiatii in Theologia, vel iure Canonico, vt respondit Sacra Congreg. teste [Zerol. in praxi Episc. par. 1. verb. Canonici §. 2. in fine.] Nicol. Garc. d. cap. 7. num. 43. & Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 238. in fine, & in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 248. num. 5. par. 4. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 6. n. 16.] ideo loci consuetudinem in hoc esse seruandam necessariò dicendum.

Scholastria conferenda est Doctori, vel Magistro, aut Licentiatii in Theologia, aut in iure Canonico, aliàs prouisio est nulla, ex decreto Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 18. ibi, De cetero vero officia, vel dignitates illa, quae Scholastria dicuntur non nisi Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatii in sacra Pagina, aut in iure Canonico, & alijs personis idoneis, & qui per seipsos id munus explere possint, conferantur, & aliter facta prouisio nulla sit, & inuolida, non obstantibus quibusvis priuilegijs, consuetudinibus etiam immemorabilibus, [referunt Benn. de priuileg. iurific. priuileg. 28. num. 6. Molles. in sum. tract. 6. cap. 7. num. 61. Squillante d. cap. 4. n. 104. & 1. 5.] Circa quod Sacra Congregat. declarauit conferendam esse Scholastriam Doctoribus, vel Magistris, aut Licentiatii in sacra Pagina, aut in iure Canonico, in qualibet vniuersitate approbata, nec oblatre, quod non esset ex illis, quae esse in illa regione, in qua esset scholastria, refert Nicol. Garc. d. cap. 7. num. 35. [me citato in hoc loco Sclorzan. in tract. de iure Indiarum. tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 18. vbi subdit illud decretum Concil. Trid. non comprehendere

61

62

48

hendere Scholasticas existentes in loco, in quo erectum non est Seminarium; vel ubi in eius institutione alij præceptores sunt designati. me citato Castr. Palao d. puncto 6. num. 14.

63 Principalis Dignitas in Collegiata Ecclesia exempta, cui Ordinaria iurisdicção cum aliquibus iuribus quasi Episcopalis competit, (prout est Prior insignis nostræ Collegiata Vimaranaen.) conferri debet Doctori, vel Licentiato, ut principalis dignitas in Cathedrali, non tamen necessariò, quia Concil. quando loquitur de dignitatibus, sess. 24. de reformat. cap. 12. hortatur, ut conferantur Doctoribus, & non præcipit, ita refert decifum Nicol. Garcia d. c. 7. n. 33. & Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 63. num. 1. vers. quod autem.

64 Et ad quamcunque principalem Dignitatem in Collegiata requiritur ætatem viginti quinque annorum inceptorum, cum regulariter habeat curam animarum in foro interiori, vel exteriori, refoluunt Nicol. Garc. d. 4. parte 7. c. 4. n. 65. Filliuc. d. tract. 4. cap. 5. n. 3.

65 Ad memoratas Dignitates in Cathedralibus Episcopatu inferiores, quibus nulla inest animarum cura, ex consuetudine, statuto, vel privilegio, adscisci sine dubio possunt minores viginti quinque annis, dummodo non minores viginti duobus, iuxta decretum Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 12. ibi, & viginti duobus annis non minores adsciscantur. [Nouar. in singular. Canon. concl. 15. Squillante de privileg. cleric. c. 4. num. 74. in quibus Episcopus dispensare non potest. S. Congreg. Concil. sub die 20. Septembris 1631.] Si verò curam animarum habeant, vigesimus quintus iam cæptus requiritur annus, c. cum in cunctis, §. inferiora, de elect. confirmavitque Concil. d. c. 12. ibi, nemo igitur deinceps ad Dignitates quasvis, quibus animarum cura subest, promouatur, nisi qui saltem viginti quinque ætatis suæ annum attigerit, [Nouar. d. loco concl. 14. Squillante d. c. 4. num. 71. Lotter. de re benef. lib. 2. quæst. 49. n. 13. & 24. Sacra Congreg. Conc. sub die 4. Decembr. 1627. nouè Castro Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. disput. 4. puncto 3. num. 4. ubi intelligit non solum in Dignitatibus secularibus, sed etiam in Regularibus.] Id tamen si principaliter cura subest, si verò accessoriè vnita sit dignitati, eam obtinens non debet necessariò attingere vigesimum quintum annum, ita referunt decifum Galet. in margarita casuum conscientia, verb. Parochus, 6. Campanil. d. c. 6. n. 22. Maslobr. d. requis. 10. dub. 11. num. 24. Homobon. de Bonis de humana vite statibus p. 1. c. 9. vers. secunda.

66 Prædictos autem viginti duos annos, qui secundum Concil. d. cap. 12. requiruntur ad Dignitates in Cathedralibus, debere esse completos referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 70. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarra lib. 1. tit. 18. l. 7. num. 2. & referunt post alios Filliuc. d. tract. 4. cap. 6. num. 10. Mandol. in tract. de ætate min. c. 5. num. 12. [Nouar. d. concl. 15. num. 2. Squillante d. c. 4. num. 75. Vazq. de benefic. cap. 3. §. 2. dub. 2. num. 18. & dub. 4. num. 24. Castr. Palao d. puncto 3. num. 10.] Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 34. n. 108. dicens illam formulam, ut non sit minor viginti duobus annis, insinuare annos 22. debere esse completos, quamuis prædictum vigesimum secundum annum requiritur inceptorum, non autem completum asserunt Emman. Sà verb. beneficium, num. 31. Zerol. in praxi Episc. par. 1. verb. beneficia, §. 1. vers. ad dignitates, Azor. institut. moral. par. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 3. in fine, quorum opinio in Rota recepta est, ut in vna Verdunou. Canonici 13. Februar. 1581.

coram Illustriss. Seraphino, & est [inter eius impressas] decif. 500. ubi fuit dictum ad obtinendum Canoniciatum sufficere, quòd prout sit in vigesimo primo ætatis anno vigore Concil. Tridentini.

67 An prædicti viginti duo anni, qui requiruntur ad Dignitates in Cathedralibus, requirantur etiam in Collegiatis; quæstio est dubia, & eam requiri referunt decifum Nicol. Garc. d. par. 7. cap. 4. num. 59. & 62. cum sequentibus, Armendar. d. num. 2. Filliuc. d. cap. 5. num. 30. vers. in quo. [me citato Castr. Palao d. puncto 3. num. 7.] Sed melius dicendum puto Collegiatas Ecclesias non comprehendi sub decreto Concil. in d. cap. 12. cum tantum loquatur in Cathedralibus, & ideo requisita ætatis ad illa remanere in dispositione iuris communis dicunt Zerol. in praxi Episc. par. 1. verb. beneficia, §. 1. vers. ad dignitates, & verb. Canonici, §. 9. Pialec. in simili praxi par. 2. c. 5. n. 21. pag. 330. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decif. 735. in prima edit. & resolut. 512. num. 3. in fine, in secunda edit. Fr. Emman. quæst. regular. tom. 1. quæst. 11. art. 2. & in addit. ad Bullam Compositionis, num. 4. ubi ait Christophorum Vellam Archiepiscopum Burgensem contulisse dignitatem Scholasticæ Collegiatae Ecclesiæ de Aguillar de Campo cuidam scholari, qui non habebat maiorem ætatem 17. annorum, & cum litigaretur super hoc, fuisse iudicatum collationem esse canonicam, & iuridicam. [me citato in hoc loco Alzedo dict. par. 2. cap. 9. numero 34.]

68 Pœnitentiarius Canonici Cathedralis debet esse Magister, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, & annorum quadraginta, seu aliàs, qui aptior pro loco qualitate reperitur, ut habetur in Concil. Tridentin. sess. 24. de reformat. cap. 4. de quo latè diximus allegat. 55. [& ibi citatis addo Castr. Palao d. puncto 3. num. 17.]

69 Canoniciatum aliquem Cathedralis Ecclesiæ impetrans maiori præditus debet esse scientia, quam is, qui simplex, & residentia carens veller consequi beneficium, eumque solertius examinare debent interrogare, strictiorique examine cum eo uti, quia beneficium simplex, perpetuam tamen requirens residentiam, comparatur Curato ex Lapi resolutione alleg. 116. incip. Hispanum sub num. 2. per doctrinam Innoc. & Ioan. Calderin. in cap. clericos, de clericis non resident. Homobon. de Bonis de humane vite statibus p. 1. cap. 9. vers. tertio.

70 Dubium maximum est, quænam ætas [post Concil. Trid.] requiratur ad Canoniciatum in Cathedralibus? Pro cuius decisione sic distinguendum est, vel enim loquimur factam Ordinum distributionem per Canoniciatum; vel ubi nulla est. Primo casu certum est nullum esse recipiendum, qui eo Ordine sacro non sit initiatus, quem requirit, aut in tali ætate, ut infra tempus de iure, vel eadem Sancta Synodo (hoc est, annum) statutum initiari valeat, c. 12. sess. 24. de reformat. ergo dum ad Subdiaconatum promoueri quis potest in vigesimo secundo, ad Diaconatum in 23, ad Presbyterum in 25, ex eod. Concil. cap. 12. sess. 13. de reformat. inde fit quod Canoniciatum Subdiaconalem in 21. Diaconalem in 22. & Sacerdotalem in 24. anno obtinere valebit. Unde censuit Sacra Congreg. ad obtinendum in Cathedrali Canoniciatum, cui est annexus Ordo Subdiaconatus sufficere quem esse constitutum in tali ætate, ut infra annum possit promoueri ad subdiaconatum, refert decifum Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarra

lib. 1. tit. 20. l. 1. de atate. num. 7. Filliuc. tract. 4. de benefic. cap. 5. num. 28. [Vgolin. de officio Episc. par. 1. cap. 19. num. 1. Sanch. in opuscul. moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 48. num. 7. Paul. Layman in Theolog. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 14. num. 1. vers. porro, Squillante de privileg. cleric. cap. 4. num. 65. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 591. num. 5. cum sequentibus, ubi num. 9. subdit sufficere annos illos ingreßos, non vero requiri completos, nouè Stephan. Weyms ad constitut. 24. desumptas ex iure antiquo, & inuolutas per Concil. Trident. constitut. 3. num. 23. pag. 34.] Secundo verò casu, ubi scilicet nulla ad est facta Ordinum distributio, & Canoniciatum nullum habent sibi annexum Sacrum Ordinem, de iure communi minores 14. annorum illos habere possunt, glos. pen. in cap. si eo tempore, de rescript. lib. 6. Abb. in cap. indecorum num. 3. de atate, & qual. Rot. antiq. decif. 1. de atate, [Bellam. decif. 753. Camill. Borrel in sum. decif. tom. 1. tit. 29. num. 13. Stephan. Gratian. dict. cap. 591. num. 4. Aloyf. Ricc. in collect. par. 6. collect. 2451. vers. septimo aduerte. Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 7. numero 8.] & in hoc non reperio quod aliquid innouasset Concil. Tridentin. Attamen vigesimum secundum annum requirit ad Canoniciatum in Cathedralibus videntur insinuare plures Sacre Congregat. declarationes, Prima censuit obtinendum Canoniciatum in Cathedrali Ecclesia etiam ante factam Ordinum distributionem in ea saltem atate oportere esse constitutum, ut intra annum ad Subdiaconatum possit promoueri, refert Armendar. dict. l. 1. de atate num. 6. Secunda, si neque ante Concilium, neque post Concilium Trident. nullus Ordo Diaconalis, siue Presbyterialis Canoniciatum annexus fuerit, & Parochialis Ecclesia legitime, & perpetuò eidem Canoniciatum vnita, tanquam Parochiale accessorium, attendenda est natura Canoniciatum, non autem Parochialis, & ita sufficit, ut is, cui collatio facta est, sit in atate viginti duorum annorum, que in Canoniciatum collatione requiritur, referunt Auastal. Germon. de indultis Cardinal. §. quibusvis, numero 6. Campanil. rubr. 7. cap. 6. numero 26. Tertia, si aliqua Parochialis Ecclesia esset vnita alicui Canoniciatum Cathedralis accessorie, sufficere viginti duo anni, de qua Gonzalez ad reg. 8. Cancell. glos. 9. num. 4. & fuisse in Rota decifum refert Seraphin. decif. 1138. Quæ quidem declarationes præsupponunt ætatem saltem 22. annorum necessariam esse in Canoniciatum carente Ordine sacro annexo; nisi eas intelligamus, ubi Canoniciatum solent esse Sacris Ordinibus annexi ante factam illorum distributionem.

71 Ad Canoniciatum Collegiatarum Ecclesiarum atas annorum 14. sufficiebat, ex dispositione iuris in cap. super inordinato, iuncta gloss. verb. pueri, de prebend. Rebuff. de dispensatione atatis numero 2. Moneta de distribution. quotidian. par. 2. quæstion. 19. numero 14. Homobon. dict. cap. 9. vers. vnde. [Squillante dict. cap. 4. numero 64. Franc. Leo dict. par. 2. cap. 18. numero 20. in fine, Zerol. in praxi Episc. par. 1. verb. Canonici, §. 9. Gonzalez glos. 5. in princip. numero 6. Stephan. Gratian. dict. cap. 591. numero 12. Marchin de Sacram. Ordin. par. 5. tract. 1. cap. 2. numero 19. me citato in hoc loco Castr. Palao dict. puncto 3. numero 18.] & in ea nihil innouasset Concilium Tridentin. censuit Sacra Congregat. prout nobis sunt idonei testes Barbof. de Episcopo. Pars III.

Galet. in margarita casuum conscient. verb. Canonici 3. pag. 29. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. glos. 5. num. 29. Pialec. in praxi noua Episc. dict. cap. 5. numero 21. pag. 330. Aloyf. Ricc. in dict. praxi fori Ecclesiast. decif. 735. in 1. edit. & resolut. 512. n. 3. in fine, in 2. edit. Armendar. dict. l. 1. de atate numero 8. [Intellige si huiusmodi Canoniciatum Ecclesiarum Collegiatarum ex statuto, vel consuetudine nullum requirit Sacrum Ordinem, alias enim deberent de illis prouidendi esse constituti in illis Sacris Ordinibus, quos requirunt ipsi Canonici, vel in ea ætate, quod infra annum à iure statutum possint ad illos promoueri. Ita Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 239. numero 3. Franc. Leo dict. par. 2. capit. 18. numero 22. Stephanus Weyms ad dict. constitut. 3. numero 23.] Et non requiritur ultra 14. annos etiam si aliquæ Parochiales Ecclesiæ essent vnitæ aliquibus eorum, quia censuit Sacra Congregat. attendendam esse naturam Canoniciatum, & non Parochialis, & sufficere quod prouisus sit in ea ætate, quam exigit Canoniciatum, si Parochialis vnita sit perpetuò, & accessoriè Canoniciatum, secus si æquè principaliter; quia tunc non assumit naturam Canoniciatum, ita decifum referunt Henricq. conf. 32. num. 4. & sequentibus, Pialec. in praxi noua Episc. dict. cap. 5. numero 21. pag. 330. Galet. verb. Canonici 5. & verb. Parochus. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decif. 735. in 1. edit. & resolut. 512. in 2. edit. & in praxi aurea resolut. 239. Si verò aliquis ex Canoniciis exerceat animarum curam annexam eius Canoniciatum, debet esse viginti quinque annorum, nam actu curam exercet, tametsi habitu penes totum Collegium illa resideat, ita resolut Campan. dict. cap. 6. num. 30.

72 Simplex beneficium consequi volenti satis est si Canonicas horas recitare sciat, Flamin. de rescript. lib. 4. quæst. 11. numero 30. Campanil. in diuersorio iuris Canon. rub. 5. cap. 3. numero 2. & habeat scientiam per Concil. Trident. necessariam ad primam tonsuram, de qua allegat. 11. numero 4. & 5. vltèrius quòd sciat construere, per glos. verb. reputamus in Clemen. 1. de concess. prebend. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decif. 390. in 1. editione & resolut. 329. numero 6. in 2. editione, Pialec. in praxi noua Episc. par. 1. cap. 1. numero 40. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. glos. 4. sub num. 73. Campan. dict. num. 2. Et licet de iure communi ad beneficia simplicia obtinenda iusta ætas illa censeretur, quæ septennium exccellit glos. pen. in cap. si eo tempore, de rescript. in 6. hodie attenda dispositione Concilij Tridentini sess. 23. de reformat. cap. 6. nullus ante decimum quartum annum beneficium potest obtinere, referunt Petr. Pech. in reg. beneficium, numero 27. versic. ceterum quid in istis, lib. 6. Gutier. canon. lib. 1. cap. 26. numero 33. Henricq. in sum. libr. 10. cap. 19. §. 1. Azor. institut. moral. par. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 7. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. libr. 30. tract. 3. num. 166. in fine, Gregor. Lop. l. 3. verb. quatorze annos, tit. 16. p. 1. Petr. Ledesma in sum. par. 1. de Sacram. Ordin. cap. 7. vers. de la prima, & p. 2. tract. 7. cap. 1. conclus. 7. propè finem, Ceuall. commun. contra commun. quæst. 523. numero 3. Aloyf. Ricc. in collect. decif. par. 4. collect. 860. & in praxi fori Ecclesiast. decif. 392. & decif. 385. in prima editione, aliàs resolutio. 331. & resolut. 325.

num. 3. in secunda edit. & in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 281. num. 2. par. 4. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico par. 1. tract. 1. cap. 10. quæst. 60. vers. quinimo, Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarra lib. 1. tit. 20. l. 1. de etate n. 5. Molfes. in sum Theologia moralis tract. 6. cap. 7. num. 44. Viuian. in praxi iurispatron. par. 2. lib. 6. cap. 7. num. 2. Lessi. de Iustit. lib. 2. cap. 34. dub. 20. num. 109. Nicol. Garc. de benefic. par. 7. cap. 4. n. 8. Campan. dist. rub. 7. cap. 6. num. 2. Flamin. de resignat. lib. 3. quæst. 7. num. 65. & lib. 4. quæst. 1. num. 7. & quæst. 11. num. 13. Ex dispensatione tamen Summi Pontificis beneficium simplex infanti potest conferri, Flamin. dist. quæst. 7. num. 66. Azor. d. cap. 5. quæst. 8. versic. sed quærat aliquis, Thom. Valasc. allegat. iuris tom. 1. allegat. 7. num. 10. & Episcopos vero non potest indulgere cuiquam, vt ante de innum quartum annum inceptum beneficium simplex obtineat, Azor. d. cap. 5. quæst. 9. versic. si querat, [Lessi. d. lib. 2. cap. 34. num. 108 Nicolaus Garcia d. par. 7. cap. 4. num. 57. me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 3. num. 20. vers. deinde.] Aloyf. Ricc. d. resolut. 331. num. 2. vbi in fine resolut Episcopum conferentem beneficium minori quatuordecim annorum peccare mortaliter, & collationem esse nullam, & num. 3. versic. habetur, dicit Sacram Congregat. censuisse 14. Augusti 1586. quod prouiso in decimo tertio ætatis anno de Canonatu in Ecclesia Collegiata, vbi vigore statuti Ecclesie prouisi ante realem possessionem, & fructuum perceptionem tenentur expectare per biennium, obstat decretum Concilij d. cap. 6.

76 Aduertendum maximè est non oportere esse expletum quartumdecimum annum ad obtinendum simplex beneficium post Concil. sed ceptum sufficere, ita decisum referunt Henriq. dicto cap. 19. §. 2. Galet. verb. beneficium, 4. Armendar. dist. lib. 2. de ataribus, num. 5. Ceual. quæst. 523. num. 4. & quæst. 593. num. 18. Aloyf. Ricc. dist. collect. 860. vers. limita secundo, & resolut. 325. num. 3. vers. nihilominus. Azor. dist. cap. 5. quæst. 7. in fine, Cardinal. Tusch. tom. 3. littera E, conclus. 338. num. 12. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 5. in princ. num. 90. Thom. Valasc. tom. 1. allegat. 8. Campan. dist. cap. 6. num. 2. in fine, [nouissimè Alphons. de Leone de officio Capellani quæst. 4. praxi 6. num. 33. cum sequentibus, & Si vero in fundatione sic statutum, vt illud etiam minor quatuordecim annorum adipisci valeat, standum est fundationi, cui non fuit derogatum per iam dictum Concilij decretum ita referunt decisum Gonzalez dist. glos. 5. num. 91. Aloyf. Ricc. dist. collect. 860. vers. nunc limita & primò. Massob. in sua praxi habendi concursum reg. 7. dub. 12. & req. 10. dub. 11. num. 30. [Et alij per me citati infra allegat. 72. num. 72. in fine, & per Alphons. de Leone dist. quæst. 4. praxi 6. num. 36. vbi num. 38. vers. suprapositam, ampliat eandem doctrinam, quod fundator in limite fundationis possit disponere quod minor quatuordecim annorum admittatur ad beneficium vt procedat, etiam si illi imponatur ob celebrationis Missarum, & in vers. amplia 2. subdit posse fundatorem statuere vt capellania possit conferri pueris minoribus septennio, & sic laicis, qui teneantur per alios Missas celebrare facere.] & tenuit Rota in una Granaten. Capellania 12. Ianuarij 1007. coram Reuerendissimo D. Lugdunen. apud Farinac. tom. 1. parte 1. decis. 194. [Loyer. de re benefic. lib. 1. q. 32. num. 35. Perentil. ad decis. Farinac. 755. num. 15. Ciulin. contrariet. forens. lib. 1. cap. 53. num. 52.]

Campan. d. cap. 6. num. 2. in fine, vbi num. 3. dicit se scivisse declaratum esse non ceteri inualidam præsentationem factam de persona nondum attingente quartumdecimum annum (licet in eo beneficio minor ætas non concedatur ex fundatione) sufficit enim, quod ante institutionem pertingat eam ætatem, probatque Lambertin. de iurispatron. par. vlt. lib. 2. quæst. 2. art. 3. eam tamen restrinxit Rota coram Orano 19. Nouembris 1584. ^{infra allegat. 2. n. 78} non substatere si fuit præsentandus proximè clericandus, nam penitus indignus tunc non erit, & sufficere si ante institutionem fuerit tonsuratus, [me citato in hoc loco nouissimè Alphons. de Leone dist. q. 4. praxi 6. n. 39. vbi num. 40. resolut contra Ricc. & Squillant. valere præsentationem ad beneficium de minore quatuordecim annorum factam cum conditione si impetraverit à Papa dispensationem, si verificetur conditio infra tempus datum ad præsentandum de Lure. Poterit etiam præsentari & institui minor 14. annorum non obstante dispositione Concilij dist. loco si fundatur tacitè id valuisse, mandando præsentari clericum in minoribus constitutum, Rot. decis. 482. ad fin. par. 1. d. vers. Garcia de benefic. par. 7. cap. 4. numero 9. & 10. Aloyf. Ricc. collect. 160. vers. nunc limita & primò. Vel si mandauit præsentari clericum primæ Tonsuræ, Rot. in Monopolitana beneficij 6. Iunij 1622. coram Merlino, quia de iure septimum ætatis annum agens tonsurari potest, cap. nullus, & ibi glos. verb. infanti, de tempor. ordin. in 6. Quod ego intelligo verum quando fundatio est ante Concilium Tridentin. de quo tempore secundum Iuris communis dispositionem: etiam clericus primæ Tonsuræ, & in septimo anno constitutus erat capax simplicis beneficij, cap. si eo tempore, de rescriptis. Garcia dist. cap. 4. numero 4. cum sequentibus, Rot. dist. decis. 194. num. 2. par. 2. recentior. At vbi fundatio est post Concilium, & in ea non reperiretur expresse carum quod puer, aut minor 14. annis præsentari possit, sed tantum quod præsentetur clericus primæ Tonsuræ, vel in minoribus constitutus, id intelligitur dummodo præsentandus haberet ætatem 14. annorum requisitam à Concilio, ita Rot. in dist. Monopolitana beneficij, & in Corduben. capellania 15. Decembris 1629. coram R. P. D. Duran. Hac de re extat specialis declaratio eminentissim. Cardinalium Sacri Concil. Trident. interpretum, quam refert Ciulin. dist. lib. 1. cap. 53. num. 51. in hæc verba. Illustrissimi & Reuerendissimi Domini. Thomas de Spinellis alius V. A. iata diocesis Region. fundauit simplex beneficium iurispatronatus descendenti Balthasaris, & fratrum de Spinellis restatoris. agnatorum, cum declaratione quod dictis Rector; siue Rectores dicti beneficij, vt supra eligendi, esse debeant Sacerdotes Missam celebrantes, honesta vita, bonorum morum, his tamen demeritis, qui forent, aut essent de stirpe, & progente prædictorum de Spinellis, quos elij posse voluit in Rectores dicti beneficij, etiam si non essent nisi in minoribus, & puri clerici, & prohibuit alios extraneos eligi, donec sint, qui eligi possit de stirpe prædicta. Queritur an patronus dicti beneficij possit præsentare filium suum clericum ætatis annorum decem circiter, non obstante Concilio Tridentino cap. 6. sess. 23. Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum consuit ex lege fundationis huiusmodi, quam non sustulit ipsius Concilij decretum cap. 6. sess. 23. ad beneficium prædictum præsentari posse patroni filium, qui clericus in aliquo saltem

saltem ex minoribus Ordinibus constitutus, & alioquin idoneum reperiat, etiam si dicimus sua ætatis annum non exceperit.]

78 Annotandum pro intelligentia Concil. d. cap. 6. prohibitionem de obtinendo beneficio ante illam ætatem 14. annorum subsistere, nedum si per viam collationis daretur, verum etiam præsentationis, electionis, aut alterius cuiuscunque prouisionis, stante generica Concilij prohibitione, & ob verbum in eo positum, obtinere, quod generale est, [Flamin. Parit. de resignat. benefic. lib. 4. cap. 9. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. par. 4. decis. 343. Squillante de priuileg. cleric. cap. 4. num. 62. Viuian. in praxi iurispatron. lib. 6. c. 6. num. 7. me citato in hoc loco Alphons. de Leone d. q. 4. praxi 6. num. 37. prope fin. Garc. d. p. 7. cap. 4. num. 85. Valq. in opusc. de benefic. c. 3. §. 2. dub. 3. in fine num. 23. me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 3. num. 10. vbi subdit quod non solum tempore impetrationis, sed etiam tempore oppositionis, seu eo tempore, quo te legitimè opponere potes, eam ætatem habere debes.] Mandol. in tract. de minoritate, cap. 4. num. 17. quem citat Campan. dist. cap. 6. num. 6. vbi num. 5. asserit ad pensionem extendi placuisse Sacre Congregat. & repetit rubric. 1. 1. cap. 14. num. 16. versic. de legitimat. [Et me citato hoc loco Castr. Palao in opere mor. tom. 2. tract. 13. disputat. 1. puncto 11. n. 4.] quamuis t ætatem septem annorum ad illam sufficere asserant Aloyf. Ricc. in dist. praxi decis. 430. in 1. edit. & resolut. 367. in 2. edit. & Stephan. Gratian. de scriptat. forens. tom. 3. cap. 397. num. 17.

80 Ad Curata verò maiorem quandam flagitant iuram petitiã, quando quidem animarum cura ars actum est, cap. cum sit, de etate, & qualitat. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 4. n. 71. atque idè onus vix Anglicis humeris sustinendum, vt eam deposcant scientiam, quæ ad idem, moreque pertinet, & salutare doctrinam tradendam latet sit: vel sufficit tanta, qua plebem sibi commissam pascere valeant salutaribus verbis, atque exemplis, quod omnibus necessariam est ad salutem, eos admonendo breuib; quidem, & dilucidis verbis de vitis, quæ declinate, vitareque, ac virtutibus quas sectari eos oportet, vt æternam euadant pœnam, atque celestem gloriam adipiscantur, quæ clarius explicat Sot. in 4. sentent. dist. 25. art. 4. concl. 3. vers. & per hoc, vbi explicat sequentibus verbis. Qui verò Parochia in pastorem præficatur, vt idoneus habeatur, ea scire debet, quæ plebi sunt cognitu necessaria, nempe illa, quæ sunt de necessitate salutis, vt videlicet docere suos subditos sciat Fidei articulos, & Decalogum, atque ordinaria peccata, quæ ei per Confessionem deteguntur, vtque penitentibus salutaria consilia præstare valeat, præsertim vero cum D. Thom. in 4. sentent. distinct. 17. in 2. scripto, credo tantam debere esse in eo scientiam, qua distinguere noscat peccatum, & non peccatum, atque inter mortale, & veniale, quinimò & sacris litteris prædicitus esse debet, cum eius sit peculiare munus prædicare, iuxta Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 4.

81 Curata beneficia qui vult obtinere, debet esse constitutus in etate 25. annorum inceptorum, probat text. in c. cum in eundem, §. inferiora, de elect. Menoch. remed. 15. recuper. n. 442. Rebuff. in tract. de pacificis possess. num. 182. Henric. lib. 10. cap. 19. §. 3. Flamin. de resignat. lib. 4. quæst. 9. num. 14. cum seqq. & quæst. 11. num. 14. Cened. par. 3. collect. 30. num. 1. Vgolin. d. c. 50. §. 8. num. 3. Campan. dist. rubr. 7. Barbos. de Episcopo Pars III.

cap. 6. num. 29. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 30. tract. 3. num. 164. vers. aduerte, plures alios refert Nicol. Garcia dist. cap. 4. num. 41. Zerol. in praxi Episcopali. par. 1. verb. beneficia, vers. ad dignitates. pag. 38. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 281. num. 1. & decis. 349. p. 4. Salon. 2. 2. quæst. 63. art. 2. contron 1. concl. 2. Lessi. de instit. lib. 2. cap. 34. num. 107. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 1. Fr. Ludou. Miranda in man. Prelat. tom. 2. quæst. 3. art. 1. concl. 1. Filliuc. tom. 3. tract. 41. cap. 5. num. 24. Homobon. de humana vita statibus p. 1. c. 2. Massob. in praxi habendi concursum reg. 10. dub. 11. n. 27. iuxta Rom. impres. [Valq. de benefic. c. 3. §. 2. dub. 2. in fine, me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 3. n. 12.] Et t sufficit ad validitatem collationis cuiuscunque beneficij curati, quod prouisus sit prima tonsura initiatus, & ætatem habeat, vt intra annum ad Sacerdotium promoueatur, vt per c. licet canon, & c. commissi, de elect. lib. 6. cum similibus resoluunt Rebuff. in praxi iur. requisita ad collat. n. 24. Roch. de iure patron. verbo honorificum n. 24. Gutier. canon. lib. 2. c. 15. n. 33. Petr. Gregor. rei benefic. c. 25. n. 8. Nicol. Garc. de benefic. p. 3. c. 4. n. 2. & idè t beneficium curatum obligat ad promotionem Sacerdotij spatio vnus anni, praxi Episcop. d. verb. beneficia, versic. dico quareo principaliter, pag. 44. Spin. in speculo testam. glos. 4. princip. n. 65. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 8. quæst. 2. Cened. dist. collect. 30. num. 1. Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 5. collect. 1988. In tantum quod si quis obtinens Parochialem non promoueretur intra illud tempus ad Sacerdotium, Parochia vacat ipso iure, vt probat dist. cap. licet canon. & resolut Gonzalez ad regul. 8. Cancell. glos. 15. n. 47. [latè nouissimè Alphons. de Leone dist. quæst. 4. praxi 6. num. 71. cum sequentibus,] qui t text. procedit, & intelligitur quando scilicet canonicè Parochus possedit beneficium vltra annum, & non se promouerit in futurum, secus vero si non canonicè, quia tunc non vacat. Mascard. de probat. concl. 385. num. 16. Sic etiam illius pœna non habet locum in Rectore, qui intra annum à die adeptæ possessionis pacificæ, vel intra tempus legitimè ei prorogatum, comparuit, & se promouerij petiit, offerens quantum in se erat, se paratum suscipere Sacerdotium, vel Ordines, & noluit eum Ordinarij propter illiteraturam, vel aliam causam promouere, refert in Sacra Congreg. decisum Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 7.

Præsentatus, seu electus ad beneficium potest absens institui ab Episcopo, si ei notum sit esse idoneum notorie, veluti quia Doctor est in aliqua Vniuersitate studij generalis graduatus, hic enim examine non indiget, ex doctrina glos. verb. ignota, in cap. de Petro, dist. 47. iuncto Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 13. in fine, resoluunt Cened. ad Decretum collect. 15. n. 3. Henric. in sum. lib. 10. c. 18. in princ. Sà in aphorisa. verb. examen. Quare sic notum Episcopo posse ab eo absentem institui, & præsentationem, ac institutionem validam esse, licet institutus absens sit, notant Innoc. per text. ibi in cap. in Lateran. in vltimis verbis, de præbendis. Abb. cons. 76. num. 2. par. 2. Nicolaus Garcia par. 4. cap. 1. à numero 16. vbi à num. 23. refert declarationem Illustriss. Cardinal. secundum quos intelliges supradicta de persona notorie digna, & Episcopo nota: & limitabis, quod t non procedat in præsentato ad Parochialem, in hac enim examen precisè necessarium est, nec omitti potest ex eo, quod prouisus notorie dignus sit: Doctor enim, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico,

nico, & in publica Vniuersitate graduatus non ex-
cutatur ab examine, quando petit prouideri de
aliqua Ecclesia Parochiali, ita decifum per Sacram
Congregat. referunt Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos.
4. num. 90. Nicol. Garcia par. 9. c. 2. num. 103. Pia-
fec. in praxi noua Episc. p. 2. c. 5. num. 17. vers. Doctur.
Aloyf. Ricc. d. resolur. 351. num. 2. Prosper. de Au-
gutt. in addit. ad Quarantam, verb. benefic. Paroch.
collatio, quest. 1. Zerola in praxi Episc. par. 2. verb.
Doctur. §. 1. resoluunt Lambertin. de inuepatronatus,
par. 1. lib. 2. quest. 11. art. 3. num. 5. Rebuff. de pri-
uileg. scholarium, prinl. 86. num. 4. Flamin. de resi-
gnat. lib. 8. quest. 9. num. 83. cum seqq. Vgolin. d. c. 50.
§. 6. num. 6. & §. 10. num. 6. L. c. de Insti. lib. 2. c. 34.
num. 82. Aloyf. Ricc. in decif. Curia Archiep. Nea-
pol. decif. 139. p. 1. Cened. ad decretum collect. 15. n. 5.
etiam si esset famolissimus Doctur, qui cum maximo
applausu per plures annos legerit, iuxta tradita per
Fusch. de visuat. lib. 2. cap. 5. num. 10. & etiam si
esset Vicarius ipsius Episcopi, Flamin. d. quest. 9.
num. 87.

87 Caucbistamen à Garc. p. 9. cap. 3. num. 5. & 14.
dum scribit hanc resolutionem procedere in quo-
cunque beneficio Ecclesiastico, nam quamuis ex
Concil. Trident. d. c. 13. examen necessarium esse
in omnibus beneficiis agnoscamus, pro forma tamen
in solis Parochialibus requiri receptissima est scri-
bentium resolutio; in aliis verò simplicibus cum re-
sidentia, vel sine illa, non requiritur de necessitate,
nec fit, si prouisus est persona insignis, & notoriè ido-
nea, & ita vidi seruari in hac Curia: namque anno
transacto prouisus fuissim de dignitate Thesaurariae
Maioris insignis Ecclesiae Vinaranensis Illustrissimus
Dominus ¶ Marcus Aurelius Meraldus, integer-
rimus Sanctissimi Domini Pauli V. felicitis recordat.
Darius, & meritissimus vtriusque Signaturae Refe-
rendarius, Bullas Apostol. de hac dignitate mihi
expediti absque examine iussit, qui singulari erudi-
tione, & acerrimo iudicio ornatissimus, literarum,
ac rerum gerendarum noticia illustris, & vtriusque
iuris peritissimus, adeò incorruptè atque integrè Da-
tarij officio functus fuit, vt ab eo nihil iniustum, in-
decorum, indebitum, iuri, ac bonis moribus repu-
gnans vnquam factum fuisse verè credendum sit,
propter maximam illius in distribuendis gratiis, &
beneficiis erga literatas, benemeritas, ac pauperes
personas, rectitudinem, curam, iustitiam, & prouiden-
tiam. [Verè quidem vir iste doctissimus nostras
semper adamauit lucubraciones, nostrisque labori-
bus plurimum detulit. & cū D. Ambrosio lib. 1. de
Cain & Abel. c. 4. dicere solebat, nulla sine labore
virtus, quia labor processus virtutis est. Ob idque
praemia sic laborantibus concedenda affirmabat
cum eodem Ambrosio d. lib. 1. c. 4. Non dormientibus,
neque otiantibus, sed vigilantibus, & laborantibus
pollicentur praemia. & labori merces parata est. cuius
auctoritates nouissimè refert Dominus Don Ferdi-
nandus Pizarro y Orellana Supremi Castellae Con-
cilij meritissimus Auditor in historia virorum illustriū
nouī Orbis in vita Ferdinandi Pozarri cap. vlt. obseru.
vnica in sine pag. 343 aliqua ad rem tradidit Em-
man. de Faria in comment. ad Ludonicum de Camoens
canto 10 est 45.]

89 Semel examinatus, & approbatus ad vnum be-
neficium simplex, non amplius examinatur ad aliud
simile, idem est si semel sit approbatus ad Canonici-
atum, vel dignitatem in Collegiata, non amplius
examinatur ad similem canonicatum, vel dignita-
tem in alia Collegiata; sic semel approbatus ad cu-
ratum, vel canonicatum, vel dignitatem in Cathedra-

drali, non vltra examinatur ad simile, vel similem,
ita seruari in Curia referunt Gonzal. ad reg. 8. an-
cell. glos. 4. num. 84. & Aloyf. Ricc. in d. praxi so-
ri Ecclesiast. decif. 410. in 1. edit. & resolur. 356. in
2. edit. Ioan. Anton. Maslobr. in sua praxi habendi
concursum praelat. 3. dub. 3. num. 30. Homobon. de
Bonis de examine Ecclesiastico tract. 2. cap. 3. quest.
31. in fine. Sed Campan. in d. uersis Canon. rubr. 5.
cap. 3. num. 8. propè fin. concludendum asserit,
quod licet attento iure communi non sit iterum
examinandus, per text. in cap. accepimus, de arate, &
qualit. ac decif. Palcot. 83. & Caputaq. decif. 367.
lib. 2. inspecta tamen Concilij sanctione examini
semper esse subiiciendum, edocetque Seraphin. Ro-
tae decif. 1323. vbi propterea conclusit Rota, quod
cum in ascensione ad alterum quaratur nouus titu-
lus, iuxta consil. 18. Oldradij, ideo sit etiam tunc exa-
minandus, refert etiam declarationem Illustrissi-
morum DD. Cardinalium, quòd captus benefi-
ciari in quolibet assensu, denuo examinatur, atque
ita praeterea resolutum fuisse memorat in vna Ca-
sarangustana coram Domino Pamphilio, de anno
1587. Ego tamen scio de stylo Curiae primum ve-
rum, secundum verò Campan. & Seraphini assump-
tum in partibus sibi locum habere dicendum est,
vel vbi per concursum examen fit, refert Maslobr.
d. dub. 3. n. 32. Hinc prouisum à Papa Romae in for-
ma gratiosa de simplici beneficio sacrum Ordini-
nem annexum habente non debere rursus ab Epi-
scopo examinari, si adiunctum Ordinem suscipere
intendit, tradunt Campan. dist. cap. 5. num. 26.
Homobon. de Bonis dist. tract. 2. quest. 35. in fi-
ne. Et Episcopum non posse denuo subiicere exa-
mini pro simplici beneficio illum, quem iam exa-
minauerat pro Ordinis Sacri promotione, resoluunt
Garc. d. par. 9. c. 3. num. 15. Ioan. Anton. Maslobr.
in d. sua praxi habendi concursum requis. 10. dub. 10.
num. 1. & 2. Homobon. de Bonis d. tract. 2. quest.
35. in fine.

90 Si verò ad beneficium superius sit promouendus,
examinari eius scientia nihilominus denuo debet,
quoniam literatura pro dignitate maioris, vel mi-
noris conditione, maior, minorve requiritur. Item
si ad simile beneficium promoueat, in Ecclesia
tamen, vel loco ampliori, maiorive, aut nobiliori,
vel celebratori, est etiam examinandus, dicit
seruari stylo Curiae Romanae Azor in d. moral.
par. 2. lib. 6. cap. 6. quest. 9. vbi etiam aduertit
¶ examinari debere promotum etiam ad simile,
& æquale beneficium similis loci, & Ecclesiae, si in
priori examine minus idoneus, & aptè respondit; aut
si creditur cum post examen se negligenter in studio
litterarum gessisse, & oblitum esse eius, quod ante
didicerat, aut si alij sint candidati, qui vna cum eo
beneficium petunt.

In prouisionibus de Parochialibus per Sedem
Apostolicam faciendis inferi solet clausula illa (si
per diligentem examinationem per te adhibitis
examinatoribus in Synodo dioecæsana deputatis ad
hoc idoneum esse repereris, super quo conscientiam
tuam oneramus.) & quamuis illa conditio-
nem importer, & operetur quod examen cum
synodalibus examinatorebus requiratur pro forma,
ita ut illud praetermitti nequeat, ex latè deductis
per Nicolaum Garciam de benefic. par. 6. cap. 2. n.
253. cum multis sequentibus, & praesertim memo-
ro 266. vbi refert decisionem in Calaguriana be-
neficij de Ornillos 12. Octobris 1587. coram Cardin.
Pamphilio, in qua dictum fuit id procedere etiam si
fuisse

fuisse examinatus, & approbatus etiam ad Paro-
chiales. Attamen visa post primam huius tractatus
impressionem Sac. Rotae decif. in vna Pistorien. Pa-
rochialis 6. Febr. 1623. coram Merlino, mihi vi-
detur conditionem, ac formam huiusmodi satis su-
perque esse adimpletam ex eo quòd quis iam antea
fuerat coram eodem Ordinario Synodalibus exami-
natoribus adhibitis examinatus, & idoneus repertus,
& approbatus ad eandem Parochialem. Nam
praedicta clausula debet intelligi de examine factò,
vel faciendo, quatenus illud iam antea factum non
fuisse, quia siue conditio praedicta dicatur casualis,
ex quo etiam idoneus casu, vtrputa memoria laben-
te, vel Praesulis, & examinerum aspectu perterri-
tus deficere potest in examine, siue mixta tanquam
dependens etiam ab a. bitrio, & iudicio Ordinarij,
vel examinerum, non est necessarium adimplenda
post rescripti praesentationem, sed sufficit quod
fuerit antea in rei veritate modo praedicto adim-
pleta, quories tempore rescripti Princeps ignorabat
adimplementum ad l. hac conditio §. fin. & ibi Barr.
& Socin. ff. de cond. & demonst. l. si ita scriptum
§. fin. ff. de leg. 2. Ruin. cons. 89. num. 2. lib. 4.
Palchre Surd. cons. 69. n. 19. & 20. praesumitur enim
quòd si Papa tale adimplementum sciuisset, non
quidem in forma Dignum, sed in forma gratiosa, &
absque tali conditione prouidisset, in similibus ter-
minis considerant Socin. in d. l. hac conditio. n. 4.
in fine. Ruin. d. cons. 89. num. 2. quos sequitur Surd.
d. cons. 69. num. 20.

Cum quo etiam consonat stylus Cancellariae Apo-
stolicae, secundum quem exhibita approbatione ad
eandem Parochialem passim mutari consuevit sup-
plicatio ex forma Dignum in formam gratiosam, ex
quo apparet formam huiusmodi per clausulam praedi-
ctam importatam non esse mentalem, & conse-
quenter illius omissionem processum non vitare, vt
tradit Butt. in cap. super lit. num. 16. de rescript.
& Bruin. in tract. de forma tit. de potestate, &
effectu forma vers. tertio praedicta conclusio, fol.
mibi 56.

Ex quibus patet responsio ad ea, quae tradunt Ni-
col. Garc. de benef. d. par. 6. cap. 2. num. 255. cum
seqq. & Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 4. num. 89.
& 96. cum seqq. procedunt enim, & ipsi loquuntur,
quando non praecessit examen cum tribus examina-
toribus synodalibus iuxta formam praescriptam, vel,
quando fuit factum ab alio Ordinario, & approba-
tio fuit tantummodo generalis ad Parochiales, in
quibus terminis versabatur casus in d. Calaguriana
de Ornillos coram Card. Pamphilio, vt ibi depre-
henditur, nò autè, quando praecessit specialis appro-
batio ad talem Parochialem prouo examine; & cui-
dens est ratio differentiae inter vtrumque casum, quia
per examen generaliter factum ad Parochiales non
est plene contulatum disciplinae Christianae, & curae
animarum alicuius certae Parochialis: fieri enim po-
test quod talis Parochialis exigit in suo Rectore
praecipuas qualitates, quae ab extraneo Ordinario
examinante pro alia Parochiali non potuerint exco-
gitari; quod secus est vbi ad eandem Parochia-
lem, & ab eodem Ordinario quis prius fuerit exa-
minatus, & approbatus. Colligantur haec omnia
ex dicta Pistorien. Parochialis coram D. Mer-
lino.

Vtrum autem semel reprobatus, & reiectus possit
iterum admitti? respondeo quod sic, nouum enim
examen est optimus modus probandi scientiam exami-
nati, aliàs reiecti. & grauamen ab examinatori-
bus illatum, Rota in decif. 8. de probat. in nou. &

decif. 18. num. 14. de concess. praebende etiam in nou.
Gregor. decif. 527. num. 2. & decif. 538. num. 2. & in
Calaguriana de Altili 15. Junij 1612. coram
Reuerendissimo D. meo Coccino Decano.

Nec subsistit obiectum quod huiusmodi reiectus
post reprobationem potuerit doctus euadere, ita vt
habilitas praesumatur acquisita medio tempore, quo
casu reiectus non solet admitti ad nouum examen,
vt in decif. 505. num. 4. par. 2. recent. & in Cal. guri-
tana beneficij de Cervera 8. Febr. 1591. coram Penia,
& in Paduana coadutoria 6. Nouembris 1623. coram
Merlino; quia respondetur allegatum praesump-
tionem excludi ex breuitate temporis quatuor
mensium, vel circa, Greg. decif. 527. num. 3. & de-
cif. 538. num. 4. ex quibus decif. Rota censuit tem-
pus quindecim mensium esse breue ad affectum, vt
reprobatus in examine possit medio tempore ita
eruditus fieri, vt postea in alio examine approbatio-
nem meruerit; ita fuerit solutum, deductis omni-
bus supradictis, in Nepefina Canoniceus 25. Februar.
1625. coram Merlino.

Peracto examine concurrentium ad concursum, 92
examinatores debent eos ex communi sententia re-
nunciare Episcopo, quos idoneos reperient, refert
decifum Nicol. Garc. par. 9. cap. 2. num. 104. vel da-
ta causa eos remittere ad Ordinarium, quia cumu-
latiudè, & non priuatiuè illis est tributa iurisdic-
tio, vt censuit Rot. decif. 647. num. 1. apud Farin. in nouiss.
Et in dubio spectat ad examinatores renunciare quis
sit magis idoneus, Zerol. in praxi Episcop. par. 1.
verb. Parochia, §. 2. in princ. ¶ Et examinatores ad 93
Episcopo, vel Vicario, quibus beneficia prouideri
incumbit, accersitos teneri significare, & subscribere,
quis sit dignus, & quis dignior, sub peccato mor-
tali, asserunt Fr. Ludou. in instruat. conscient. tom. 1.
cap. 127. Petr. de Ledesma in sum. par. 2. tract. 7.
cap. 1. concl. 7. diff. 13. Rota Roman. apud Farin.
decif. 672. ¶ Nec praedictorū examinerum relatio- 94
nem quominus executionem habeat, vlla deuolutio,
aut appellatio etiam ad Sedem Apostol. siue
eius Sedis Legatos, aut Vicelegatos, aut Nuncios,
seu Episcopos, aut Metropolitanos, Priuatos, vel
Patriarchas interposita impedit, aut suspendit. vt ha-
betur in Concil. Trident. d. cap. 18. propè fin. Azueed. l. 1.
num. 4. tit. 16. lib. 3. noua recop. Gonzal. glos. 9. §. 1.
in annot. contra nulli. num. 186. & 209. & glos. 6. à
num. 163. Ceuall. rom. 4. quest. 897. num. 833. cum
seqq. Rot. in Pamphilon. Abbatis de Areffo 22.
Aprilis 1622. coram Reuerend. P. D. meo Na-
uarro.

Examinatores tenentur examen facere de arate, 95
moribus, doctrina, prudentia, & alijs rebus ad va-
cantem Ecclesiam gubernandam opportunis, vt ha-
betur in Concil. Trident. d. cap. 18. vers. peracto,
Gonzal. d. glos. 4. num. 110. ita vt non sufficiat si
relationem fecerint solum de literatura, examen
verò circa mores, aratem, & reliqua Episcopo re-
linquantur, ita decifum refert Nicol. Garc. de bene-
fic. par. 5. cap. 7. num. 11. vers. ad tertium, & par.
6. cap. 2. num. 238. Maslobr. d. praxi requis. 4. dub. 1.
quia approbantes examinatorum quoad scientiam
tantum, non etiam quoad vitam & mores, non sa-
tisfaciunt decreto Concilij, expresse iubentis, quòd
peracto examine renunciatur [quotquot ab eisdem
examinatoribus idonei iudicati fuerint arate, moribus,
doctrina, prudentia, &c.] vt non decifum Gilet. in
margarita casuum conscientia. verb. exam. moribus 2.
Aloyf. Ricc. in d. praxi fori Eccles. resolur. 6. in 2.
edit. [& censuit Rota in Bazarroanen. Parochialis
29. Nouembris 1613. & 26. Ianuar. 1615. coram

Buratto, cuius meminit Lotter. *d. lib. 2. q. 31. num. 97. vbi num. 98.* cum ead. Rota id intelligit dummodo per eisdem examinatores expressè non renuntietur quis magis, vel minus idoneus sit, sed simpliciter qui sint idonei, maioris enim vel minoris idoneitatis aestimatio ad Episcopum pertinet, & n. 99. & 100. subdit se credere non inde vitari examen si fiat de vno tanquam magis idoneo, ex quo Episcopus non propterea arctatur in hoc sequi eorum iudicium.]

96 Magis expedit, vt examinatores inter se sua vota palam conferant, deinde Notario iubeant, vt in actis suis simpliciter scribat Titium approbarum idoneum, Seium verò reprobarum, ita referunt decisum Nicol. Garcia *dict. cap. 2. num. 107.* Franc. Leo *in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 3. num. 35.* Et debere examinatores dare vota dum simul congregati sunt cum Episcopo, non autem separatim, sicut etiam Episcopum, vbi datur locus accessui, debere accedere examinatis simul congregatis resoluunt Nicol. Garcia *d. cap. 2. num. 58.* Maffobr. *in dict. praxi requis. 4. dub. 2.* Appellationem à reprobatione examinatorum dari tantum deuolutiuam, non suspensiuam, resoluunt Maffobr. *in d. praxi requis. 5. dub. 4.* vbi *dub. 6.* cum Nicol. Garcia *d. c. 2. num. 245.* tenet dari appellationem à relatione examinatorum in Parochialibus patronatis laicorum, quando vnus tantum est presentatus, & *dub. 7. cum eod. Garc. d. cap. 2. num. 75.* tradit appellationem à reprobatione examinatorum dari in prouisis in forma Dignum, Aloys. Ricc. *in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 19. num. 1. par. 4.* Et ad nouum examen quando fit deueniendum stante appellatione à relatione examinatorum ostendit Aloys. Ricc. *vbi proximè decis. 382. eadem par. 4.*

Non spectat ad examinatores, sed ad Episcopum eligere ex approbatis magis idoneum, vt pariter referunt decis. Franc. Leo *d. c. 3. n. 34.* Nicol. Garcia *dict. cap. 2. num. 108. & 109.* Armendar. *in addit. ad recopil. legum Navarrae lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 58.* Maffobr. *d. requis. 4. dub. 4.* vbi quòd Episcopus debet expectare vt examinatores renuntient, sed non tenetur eligere ex collatione vtorum habita collatorum, & *dub. 5.* asserit decisum Episcopum non habere vorum decisum in concursu, sed tantum accedere vbi vota sunt paria, vel singularia, & *dub. 6.* ostendit, quando dicantur vota paria, quando singularia. Et Episcopum posse eligere extra locum examinis, & etiam absentibus examinatis, cum Nicol. Garcia *d. cap. 2. num. 59.* resoluunt Maffobr. *in d. praxi requis. 5. dub. 20.* vbi *dub. 21.* cum eodem Garcia *dict. cap. 2. num. 109.* ait quòd Episcopus potest eligere illum, qui tantum dimidiam vtorum tulerit, relictis iis, qui omnia vota reportarunt, & *dub. 22.* an & quando electus in concursu ius acquirat considerabile, & *requis. 6. dub. 1.* tradit electionem factam de magis idoneo significandam esse intra quatuor menses, & si fuerit transmissa, nec peruenierit ad manus collatoris intra dictum tempus prouisionem deuolui. Episcopus in omni euentu tenetur cum eligere, quem ceteris magis idoneum iudicauerit, vt habetur in Concil. Trident. *d. cap. 18. versic. peracto,* cum certum sit peccare mortaliter minus dignos seruitio Dei applicando, *cap. licet, versic. qui praestantior,* 8. *quest. 1. c. Metropolitano, dist. 63.* & ita in foro conscientiae obligatur quis simpliciter eligere meliores, vel in comparatione ad bonum commune, licet si dignum tantum nominauerit praetermissio digniore in foro exteriori minime inuoluetur actus, ita D.

Thom. 2. *quest. 63. art. 2. & ibi Cietan. in fine, glos. verb. qui praestantior, in dicto cap. licet ergo, vbi Archid. num. 3. Bellamer. num. 5. Cardinal. de Turrecr. num. 1. cum sequentibus, & Alexand. de Neouotab. 4. sub num. 13. & sub num. 20. & 21. in cap. constitutus, il secundo, de appellat. vbi Ioan. And. glos. 3. num. 21. Zabarel. glos. 3. sub num. 2. Butri. num. 4. Abb. notab. 4. num. 3. & notab. 4. num. 7. Franch. num. 4. & sequenti, Sot. lib. 3. de instit. quest. 6. art. 2. & lib. 10. quest. 2. artic. 3. Ledesma 4. par. 2. quest. 18. dub. 9. D. Antonin. par. 2. tit. 1. cap. 20. §. 1. Angel. Rosel. Syluest. Tabien. & ceteri Summistae verb. electio, Couar. in reg. peccatum, par. 2. §. 7. num. 4. vers. igitur iura, quem expressè sequuta est glos. in Eugubina Parochialis S. Venanzij 13. Ianuarij 1623. cotam Remboldo. Bannes de Justit. quest. 63. art. 2. post dub. 3. vers. ad confirmationem, Turrian. etiam de instit. tom. 2. disputat. 22. dub. 1. & 2. Filliuc. tract. 41. de benefic. cap. 4. à num. 177. Lambert. de inrepatron. lib. 2. par. 1. quest. 10. art. 3. per totum, & praecipue num. 26. vers. et circa. Roch. de Curte eodem tract. verb. bon. orificum. num. 42. Nauar. in manual. cap. 17. num. 72. & in tract. de orat. miscel. 43. post num. 76. Petr. Nauar. de restitut. lib. 2. cap. 2. num. 120. Gregor. de Valent. 2. 2. disput. 5. quest. 7. puncto 2. §. secundo queritur, vers. secunda assertio, Iacob. de Grassis in aureis decis. par. 1. lib. 2. cap. 99. num. 2. Flamin. de resignat. lib. 10. quest. 11. num. 36. Aloys. Ricc. in collect. decis. par. 4. collect. 931. Vgolin. dict. cap. 50. §. 13. num. 2. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 15. quest. 1. Rebello de obligat. Justit. par. 1. lib. 3. q. 4. Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. dict. tract. 3. num. 195. Campan. in diuers. Inris Canon. rub. 6. cap. 3. num. 32. & rubr. 7. cap. 6. num. 70. Molfes. in suo promptuario triplicis Iuris, tract. 6. tit. de benefic. num. 6. Castellin. de elect. cap. 9. Fr. Sigism. à Bononia in simili tract. dub. 33. [Villalob. in sum. tom. 2. tract. 8. diff. 3. cum seqq. late Trulench in exposit. decalogi lib. 7. cap. 11. dub. 8. Diana moral. resol. p. 2. tract. 15. resol. 38. 40. 41. late Beltram. ad Gregor. XV. decis. 11. lit. E. vbi tres constituit conclusiones, Prima est, quòd in foro Conscientiae eligens dignum omisso digniore mortaliter peccat, quia offendit iustitiam distributiuam. Secunda quòd in Curatis & Parochialibus etiam in foro exteriori debet eligi magis dignus, aliàs electio est nulla. Tertia quòd in aliis beneficiis, praeterquam in Parochialibus, sufficit in foro exteriori eligere dignum, omisso digniore.] Omnium latissimè multis sacrae Scripturae, & vtriusque Iuris auctoritatibus Alex. Rauden. decis. 34. à num. 78. [Rationem adducit Rebuff. in concord. tit. de electionis derog. verb. idoneiorem, pag. 95. vbi ait, Qui non eligit idoneiorem, & meliorem, peccat mortaliter: tum quia est infidelis Domino suo, vt dicitur in Euangelio. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus. Tum quia cedit in detrimentum Ecclesiae, & dedecus. Graue est enim inexpertes Dei seruitio applicare, cap. monasteris 19. q. 3. glos. pen. in cap. ad Apostolicam, de regular. Et quia transgreditur Canones volentes meliorem eligi debere, & ius diuinum, vt supradictum extitit, &c. Lessi. de Iustitia lib. 2. cap. 34. dub. 14. num. 64. ibi, Ad beneficia habentia curam animarum, vel aliam functionem magni momenti in Ecclesia eligere, postulare, aut presentare dignum omisso digniore, qui in promptu est, est peccatum mortale, &c. Et paulo inferius. Ergo qui presentant, vel eligunt, vel beneficia liberè conferunt, grauiter peccant, si digniores praetermittant, sine sit Papa, sine Episco-*

pus, suo Princeps secularis, non enim sunt Domini beneficiorum, sed economi, &c. & num. 65. ibi, Tenetur in re tanta sub peccato mortali eligere aptissimos, quod non solum verum est de electore, & collatore libero, sed etiam de patrono, &c. Quare concludimus sententiam sancti Thomae d. quest. 63. art. 2. ad 3. praedictam distinctionem facientis esse securam, illius autem verba sunt quae sequuntur. Quantum ad hoc quod electio impugnari non possit in foro iudiciali, sufficit eligere bonum, nec oportet eligere meliorem, quia sic omnis electio posset habere calumniam: sed quantum ad conscientiam eligentis, necesse est eligere meliorem, &c.]

98 Nulla tamen contrahitur restituendi obligatio digniori praetermissio, si nullum iustitiae ius per oppositionem, aut aliquem legitimum ritum, acquisierit, quoad beneficium, cathedram, officiumque publicum, ita Rebello *d. lib. 3. quest. 3.* quem refert Camp. *d. num. 70. vers. Ceterum,* vel si beneficium non debetur digniori ex aliquo statuto, vel lege, Steph. Grat. decis. 97. [num. 22. cum seqq. vbi expressè explicat in Parochialibus quae in concursu conferuntur iuxta formam Concil. Trident. & Bulla Pij V. in quibus si praetermissio, digniore dignus eligatur, elector talis tenebitur digniori damnnum restitue, quod exinde illatum sibi fuit, vt expressè docent Caiet. 2. 2. quest. 62. art. 2. ad 4. in 3. dubio, & in sum. verb. acceptio personarum, Syluest. in sum. verb. restitutio 3. quest. ult. vers. secundo, Ludou. Lop. in instructorio Conscient. tom. 1. cap. 125. & 127. Arag. 2. 2. quest. 62. art. 2. & quest. 63. art. 2. & ibi Solon. quest. 63. art. 4. controu. 3. conclus. 4. Petr. Nauarra de restitut. lib. 2. cap. 2. ad num. 176. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 108. num. 6. Petr. Ledesma etiam in sum. par. 2. tract. 8. cap. 4. concl. 1. & cap. 8. Nicol. Garz. d. par. 7. cap. 16. num. 30. in fine.]

99 Obligatio hac conferendi beneficia sub mortali dignioribus, intelligitur de possibilibus haberi in diacepsi; hi enim de quibus constat, quod inibi haberi non possunt, extra latitudinem eligibilium computandi sunt ex Caiet. D. Thom. d. q. 63. art. 2. vers. fin. non enim tenetur perquirere totum mundum, vt meliores habeat, cui conferat, quia excusaretur conferendo bonis in diacepsi existentibus, quique facile & in promptu haberi possunt, vt post Caiet. tradit Mich. Salon. in tract. de instit. q. 63. art. 2. controu. 3. vers. tertio, eorum est. Sic etiam vbi conferitur beneficium digno omisso digniori cum exiguitate damni, id est, si dignioris maior idoneitas parum excedat idoneitatem minus digni, non committitur peccatum mortiferum, ita Nauar. d. miscel. 43. vers. fillit tertio, Gregor. de Valentia dict. dist. 5. quest. 7. puncto 2. §. secundo queritur, vers. fin. Etiam si excellus esset alterius considerationis si electio non esset ad munus magni momenti, Salon. d. art. 2. controu. 3. vers. his postis, & ibi Bannes vers. sit prima. Quamuis pro validitate electionis satis sit vt dignus eligatur, & electio de digno omisso digniore iustineatur, id tamen procedit postquam celebrata est electio, quae ex omissione dignioris non retrahatur, & licet occasiones amputentur, sed ante electionis celebrationem omnia iura clamant quod meliores, & sanè sanctiores eligantur, sunt verba expressè Rota decis. 40. apud Farin. par. 1. recent. ex qua constat non rectè arbitrassè Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 225. Azueud. d. conf. 9. num. 30. & Maffobr. d. praxi req. 5. dub. 1. ac alios per eos citatos electionem, & prouisionem in concursu Parochialium faciendam digni omisso digniore esse nul-

lam, & subrepticam vti forma Concilij, & dict. Constit. Pij V. non obseruata stante decreto irritante, quidquid etiam eadem Rota tenuerit in Derisus. Parochialis 18. Decembris 1581. coram Giupio, & in Tuden. Parochialis 28. Aprilis 1603. coram Illustriss. Card. Sacrato, [impressa per Farinac. decis. 61. p. 1. recentissim.] & in Ripana Parochialis 1. Iunij 1609. coram Ortembergo, relata per Beltramin. ubi supra.

Quare Episcopus semper attentè debet rimari 104 qualitates oppositorum, vt dignioribus beneficia possit conferre, quòd vt percipiat, sciendum praferendum esse illum, qui altero cum quo concurrit, fuerit senior. Barbat. conf. 23. post num. 13. vol. 1. Roland. conf. 47. num. 70. lib. 1. Mari. Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 104. num. 2. Lambert. de Inrepatron. p. 2. lib. 2. quest. 2. princip. art. 26. num. 4. [Rota dict. decis. 61. num. 1. par. 1. recentissim.] Et in prouisione beneficiorum praferendum esse illum, de cuius bonis fundata est Ecclesia, tenet glos. optima verb. sine possessionis in cap. neminem 70. dist. ibi, quia potius sunt illi clerici instituendi, de quorum bonis fundata est Ecclesia, per tex. ibi, in Ecclesiis à vobis fundatis aliunde veniens clericus non suscipiatur, in cap. hortamur 71. dist. quam glossam extollunt atque auream appellant, Lambertin. de inrepatron. par. 3. lib. 2. art. 4. quest. 5. num. 9. Roch. in simili tract. verb. honorificum quest. 18. num. 46. Greg. Lop. l. 13. verb. hijos de la Iglesia tit. 15. part. 1. Azueud. l. 14. num. 12. tit. 3. lib. 1. nota Recop. Salzed. in pract. Canon. cap. 54. num. 4. vers. tum fulcitur, Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 4. quest. 25. vers. & coram nullis; & probatur optimè argumento tex. in cap. cum in officio, de testam. Nec non Sacerdotem praferri alteri aliqua inferiori Ordine insignito, tenent Roland. d. conf. 47. num. 75. Dec. conf. 542. num. 13. [Rot. decis. 219. num. 5. p. 1. in posthum. & d. decis. 61. num. 1. Perez de Lara d. lib. 2. cap. 3. num. 16.] Et in pari attenditur quis prius assequutus fuit suos Ordines & gradus, vt aduertunt Ioan. de Platea in l. 2. num. 1. C. de primicer. lib. 12. Nat. conf. 638 num. 18. Habentem nobilitatem maiorem praferendum esse asserit Lambertin. lib. 2. par. 3. quest. 2. art. 9. [Rota d. decis. 61. num. 1. par. 1. recentissim. Perez, conf. 33. num. 32. cum seqq. vol. 1.] contra Sigism. à Bononia de elect. dub. 32. num. 4. asserentem nullo pacto esse attendendam nobilitatis qualitatem ad effectum eligendi digniorem, quod verum iudico ex rationibus per me allatis p. 1. tit. 3. glos. 17. num. 15. cum seqq. praefertur graduatum in aliqua scientia, Caputaq. decis. 277. par. 1. Puc. decis. 200. lib. 3. & ita Doctorem non Doctorem, Aloys. Ricc. decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 135. à num. 1. par. 4. Rota decis. 36. num. 2. apud Farin. par. 2. recent. deinde magis literarum, Rot. Romana apud Farinac. decis. 677. in nouiss. [& decis. 219. num. 2. par. 1. in posthum.] & maiori habilitate praeditum, veluti prudentia, integritate, & maturitate, Rot. Romana apud Farinac. decis. 628. [& in terminis quod in concursu Parochialis praferendus est magis literato ille, qui prudentia, & moribus, ac integritate aptior videtur ad gubernandam Ecclesiam, Rota decis. 521. num. 1. p. 1. recentissim. in posthum. & ibidem decis. 551.] quando verò in aliquo concurrunt pietatis, misericordiae, vel vilitatis publicae argumenta, promouendus etiam minus dignus praferatur. Valer. Reginald. dict. lib. 30. tract. 3. num. 200. Sic etiam minus 102 doctus, modò idoneus, cuius mores sunt noti, & approbati, praferatur doctiori, cuius vita igno-

num. 75. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glof. 6. num. 138. Rot. decis. 537. num. 11. & decis. 656. num. 1. apud Farin. par. 1. in recent. & dictum fuit in una Pampilonen. Abbacia de Aresso 22. Aprilis 1622. coram R.D. meo Nauarro. [Vbi verò in gradu appellationis Metropolitanus reuocat sententiam Ordinarij, ab eius sententia datur appellatio quoad utrumque effectum, nec censetur constitutio voluisse tollere appellationem suspensiuam, cum neque id expresserit, neque subsit eadem ratio, vt late explicat Rota decis. 537. num. 2. & 3. par. 1. recentior. Beltramin. ad Greg. XV. decis. 538. num. 7. & 8. quem refert Lotter. d. lib. 2. quæst. 31. num. 119. Ferentil. ad Burat. decis. 22. sub lit. A. Prout etiam admittitur appellatio suspensiuam, itaut possessio per illam suspendi debeat quando facto concursu appellatur inter præsentatos, vel patronos laicos super pertinentia iurispatronatus, videlicet ab institutione facta ad præsentationem alterius ex patronis, vt fuit dictum in Placentina Archiepiscopatus 4. Julij 1614. coram Card. Pamphilio iun.]

Intellige, [quæ supra diximus de appellatione admittenda quoad effectum deuolutiuum ab electione Episcopi,] vt procedat quando electio, seu iudiciu Episcopi esset irrationabile, vt resoluit Marefcot. var. resol. lib. 1. cap. 52. num. 23. & 24. Rot. decis. 40. sub num. 1. par. 1. recent. & decis. 654. num. 4. par. 4. in nouiss. & apud Greg. XV. decis. 538. num. 5. & fuit dictum in Rauennaten. Parochialis 2. Decemb. 1592. coram Card. Arigonio. De qua irrationabilitate, & dolo Episcopi liquidò & euidenter constare debet, cum d. Confit. Pij V. loquatur conditionaliter, ibi, *constitit de prioris eligentis irrationabili iudicio*, ita Gonzal. d. glof. 4. num. 139. Marefcot. d. cap. 52. num. 24. Rota decis. 40. sub num. 1. par. 1. recent. [& decis. 219. n. 1. par. 1. in posthum. Marefcot. var. resol. lib. 1. cap. 52. num. 24. Lotter. d. lib. 2. quæst. 31. num. 118. de qua claus. plura in meo tract. de clausul. vsufreq. claus. 26.] & fuit dictum in una Pampilonen. beneficij 17. Maij 1577. coram Card. Blanchetto, & apud Greg. decis. 11. à num. 1. Nam facta electione per Episcopum, est interpretatio ad eius fauorem faciendâ, quòd omnia confidetauerit, & magis idoneum arbitrio suo elegerit, ex notatis per Gonzal. d. glof. 4. à num. 132. Non ideo poterit ab irrationabili iudicio Episcopi appellare approbatus ab examinatore synodalibus, si alius similiter approbatus eligatur, quia in hoc casu locus est gratificationi, Lambert. de iurepatron. 5. par. 3. lib. 2. num. 1. Seraph. decis. 152. in fine. & fuit dictum in Calagurritana beneficij 13. Nouemb. 1620. coram Vbaldo, & in d. Pampilonen. Abbacia coram R.D. meo Nauarro. [Nouissimè hac de re S. Congreg. Concilij Trident. in una Piterbien. sub die 9. Septemb. 1628. censuit reiectum in concursu Parochialis posse protocare præelectum ad nouum examen coram Iudice appellationis, etiam ant. quam doceat de irrationabili iudicio Episcopi, idem quoque censuit in Pisana 17. Iunij 1630. & in Reatina 16. Martij eiusdem anni, quarum memini de officio, & potestate Parochi cap. 2. num. 148. & 149.]

ALLEGATIO LXI.

Episcopus quos beneficiarios ad Fidei professionem in suis manibus faciendam cogere possit?

S V M M A R I V M.

- 1 Professio Fidei faciendâ est à prouisi de beneficiis quibuscumque curam animarum habentibus, in manibus Episcopi, vel eo impedito coram generali eius Vicario, ultra quam quod prouisio de dignitatibus, & Canonicatibus in Ecclesijs Cathedralibus, tenentur etiam eam emittere in Capitulo.
2 Professionis Fidei forma ubi referatur, ostenditur.
3 Professionem Fidei qui tenentur emittere.
4 Professio Fidei faciendâ est à promouendis ad Episcopatum.
5 Canonici exempti coram Episcopo, & Capitulo Fidei professionem intra duos menses emittere tenentur.
6 Canonici Regulares Ecclesiarum Cathedralium intra duos menses à die electionis deobligantur Fidei professionem emittere.
7 Prelati Regulares intra duos menses ab adepta possessione sua præfectura, tenentur Fidei professionem facere.
8 Professionem Fidei demò deobligantur emittere, qui in ademptione alterius beneficij similis eam emiserunt.
9 Professionem Fidei emittere tenentur, qui demò consequitur Parochialem dignitatem, vel præbendam, quam antea habuerat, & dimisit.
10 Approbatus, & idoneus iudicatus ad Parochiam, est demò examinandus si ad aliam admitti procurat.
11 Approbatus semel non est amplius examinandus in beneficijs simplicibus.
12 Commendatarij, quando sunt veri beneficiati, tenentur omittere Fidei professionem.
13 Coadiutores, etiam perpetui, & cum futura successione, non tenentur nisi cum factus fuerit successioni locus, Fidei professionem emittere.
14 Coadiutor post mortem coadiuti fit verus Canonicus, & tunc ei est assignanda vltima sedes.
15 Professionem Fidei non tenentur emittere Canonici, & dignitates Collegiarum Ecclesiarum.
16 Professio Fidei coram Vicario generali, etiam Episcopo non impedito, fieri potest.
17 Professionem Fidei possunt facere prouisi de dignitatibus, vel Canonicatibus Cathedralium in Capitulo presente Episcopo, seu eius Vicario, qui sortè est Canonicus, ita vt eam iterum non cogantur foris coram eodem emittere.
18 Professio Fidei Sede Episcopali vacante non sufficit fieri coram Capitulo, sed coram eius Vicario.
19 Professionem Fidei per procuratorem fieri non posse declarauit Sacra Congregatio, & num. 21. quid attento iure sit resoluendum.
20 Professio Fidei emissa creditur, quando collatio beneficij est decennalis.
21 Professionem Fidei omittentes facere intra duos menses à die adepta possessionis, fructus suos non faciunt, nec illis suffragatur possessio.

- 23 Professio Fidei post dictos duos menses facta, ad fructus temporis præteriti post lapsum duorum mensium quærendos prouisi non suffragatur.
24 Capitulum non potest habere pro presentibus dignitates, vel Canonicos, qui nunquam in Ecclesia resederunt, & Fidei professionem nondum emisserunt.
25 Terminus duorum mensium datus ad faciendam Fidei professionem non currit prouiso, qui non accepit possessionem, quamuis per eum sit et quominus illam accipiat.
26 Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 12. ibi, nec illis possessio suffragetur, declaratur.
27 Regula de annali tueri non potest ad fructus retinendos Fidei professionem non emittentes, nec longissima possessio illis prodest quoad dictos fructus percipiendos.
28 Professionem Fidei non emittentes intra duos menses, ita fructus suos non faciunt, vt in conscientia teneantur illos restituere, etiam non interueniente aliqua sententia.
29 Professionem Fidei per ignorantiam, seu inadvertentiam intra duos menses non facientes quamuis in foro exteriori non excusentur, in foro conscientia non obligantur ad restitutionem.
30 Distributiones quotidianas suas faciunt prouisi, quamuis fidei professionem non emisserint.
31 Fructus amissi ob non factam Fidei professionem sunt impendendi, vel in usum pauperum, vel in fabricam Ecclesie.
32 Fructus amissi ob non factam Fidei professionem Ordinarius condonare non potest.

ROVISI de beneficiis quibuscumque curam animarum habentibus in manibus Episcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario, seu Officiali, tenentur à die adepta possessionis ad minus intra duos menses Orthodoxe suæ Fidei publicam facere professionem, & in Romanæ Ecclesie obedientiam se permanentes spondere, ac iurare. Prouisi autem de Canonicatibus, & dignitatibus in Ecclesijs Cathedralibus, non solum coram Episcopo, seu eius Officiali, sed etiam in Capitulo idem facere tenentur, alioquin predicti omnes fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur, ex decreto Concilij Tridentini sess. 24. de reform. cap. 12. vers. Prouisi etiam, de cuius intellectu & materia, vide Fr. Emman. in summa. tomo 1. cap. 19. num. 7. Petr. de Ledesma in summa. par. 2. tract. 1. cap. 4. conclus. 10. Flamin. de resignation. lib. 8. quæst. 9. à num. 121. & libr. 10. quæst. 9. Zerolavin praxi Episcopali. par. 2. verb. Fidei professio, Piafec. in simili praxi par. 2. cap. 5. num. 26. Sayr. in floribus decis. sub tit. de Summa Trinit. decis. 1. cum seqq. Aloyf. Ricc. in collect. un. decis. par. 3. collect. 579. & in decisionibus Curie Archiepiscop. Neapol. par. 1. decis. 220. num. 2. Azor. institut. moral. par. 2. lib. 7. cap. 2. Nicol. Garcia de benef. par. 3. cap. 3. Vgolin. de officio, & potestate Episcopi cap. 50. §. 16. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 5. Quaranta in summa Bullarj verb. Fidei professio, late Anton. Ricciul. de iure personarum, [extra gremium Ecclesie existentium] lib. 1. cap. 13. cum tribus seqq. Filliuc. tract. 41. de benef. cap. 5. à num. 5. [nouissimè me citato in hoc & alijs locis Trulench. in exposit. Decalogi lib. 1. cap. 1. dub. 8. Squillante de obligat. clericor. par. 1. num. 86. cum seqq. nouissimè Stephan. Weyms ad consil. 24. ex antiquo iure desumptas, & Barbof. de Episcopo Pars III.

per Concil. Trident. innotatas, constit. 3. num. 22. pag. 33. Bonacin. in primum Eccles. præceptum disp. 3. quæst. 2. puncto 4.]

Formam autem dictæ professionis faciendæ ordinauit Pius IV. in Constit. incip. Inuictum, [sub Dat. apud sanctum Petrum anno Incarnat. Domin. 1564. Idibus Nouembris,] quam referunt Piafec. diæt. cap. 5. num. 25. pag. 341. & Quaranta dicto verbo Fidei professio, Franc. Leo in thesuro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 10. num. 23. [nouissimè Lauror. var. lucubrat. tom. 1. tit. 4. cap. 16. num. 41.] Et illa tenentur emittere quicumque de monasteriis, conuentibus, domibus, & alijs quibuscumque locis Regularium quorumcumque Ordinum, etiam Militiarum, quocumque nomine, vel titulo prouisi fuerint: item & promouendi ad Doctoratum, vel alium gradum, & professores, vel lectores alicuius scientiæ, vel Artis liberalis in quibusuis studiorum generalium Vniuersitatibus, aut gymnasijs publicis, iuxta Constit. 112. eiusdem Pij IV. incip. Inuictum, dat. Idibus Nouembris 1564. quam refert Quaranta ubi proxime, & dicunt Galect. verb. profiteri 1. Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 4.

Promouendi etiam ad Episcopatum professionem Fidei facere tenentur, vt iubetur à Gregorio XI V. in Bulla, incip. Omnis Apostolicæ seruitutis, sub dat. 15. Martij 1591. [Bonacin. d. puncto 4. §. 1. num. 5.] refert Vgolin. de potestate Episcopi cap. 1. §. 3. [Trulench. d. dub. 8. sub num. 1. vers. tertio.] forma autem huius iuramenti traditur in Pontificali Romano, Clement. VIII. iussu edito folio 79. & à Franc. Leon. diæt. cap. 10. num. 15.

Primò amplia, vt obligentur pariter Canonici exempti coram Episcopo, & Capitulo hanc Fidei professionem facere intra duos menses, ita Nauar. cons. 9. de iurcuran. in nouis, Petr. de Ledesma diæt. cap. 4. post conclus. 10. difficult. 5. Sayr. sub dicto titul. de Summa Trinit. decis. 1. Aloyf. Ricc. d. collect. 579. ampl. 1. Vgolin. d. §. 16. num. 2. Sanch. d. cap. 5. num. 2. Ricciul. d. lib. 1. cap. 13. n. 14. & censuisse Sacram Congreg. refert Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 21.

Secundò amplia, vt etiam obligentur Canonici Regulares Ecclesiarum Cathedralium, & computandi sunt duo menses à die electionis, vel à quo admittuntur ad participationem massæ capitularis, refert decissum Nicol. Garcia dicto cap. 3. num. 16. Ricciul. dicto lib. 1. cap. 13. num. 13. [Homobon. de Bonis in consil. & resp. quæst. moral. par. 1. resp. 16. vers. respondi etiam, ubi refert Fr. Emman. Molfes. & Layman. Trulench. diæt. dub. 8. num. 2. in fine.]

Tertio amplia in Prelatis Regularibus, qui eandem Fidei professionem intra duos menses ab adepta possessione suæ præfecturæ facere tenentur per extensionem Pij IV. in d. sua Constit. incip. Inuictum. Ita Emman. Sa verb. Fides, in fine, Fr. Emman. in summa. tom. 1. cap. 110. num. 7. & quæst. Regular. tom. 2. quæst. 72. art. 1. Nauar. cons. 2. de Summa Trinitate, aliàs cons. 10. de iurcuran. in nouis, Sayr. sub eodem tit. de Summa Trinit. decis. 2. [Bonacin. diæt. 1. præcep. Decalogi disp. 3. quæst. 2. puncto 4. §. 1. num. 3. & 10.] Aloyf. Ricc. Neapol. decis. 83. num. 1. par. 4. Filliuc. diæt. cap. 5. num. 7. Vgolin. diæt. §. 16. num. 17. Sanch. d. cap. 5. n. 3. Flamin. d. q. 9. n. 2. Anton. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesie existen. lib. 1. cap. 13. n. 5. [Trulench. diæt. dub. 8. num. 3. in princ.] Licet Sorb. in compendio

pendio privileg. Mendicantium, verb. professio Fidei, cui suffragari videtur Sanch. dict. cap. 5. num. 5. [Portel. in dub. Regular. verb. professio num. 3. Tamburin. de iure Abbatum tom. 1. disp. 8. q. 3. n. 3. Villal. in sum. tom. 2. tract. 1. diff. 6. num. 3. Diana moral. resol. p. 3. tract. 2. resol. 78.] dicant hoc in usu non esse, Navar. tamen, Frat. Emman & Ricciul. citatis locis contrarium asserunt. Vnde deprehenditur non bene dixisse Fr. Sigism. à Bononia de election. dub. 50. num. 7. dum tenet excusari posse dictos Prelatos Regulares professionem non facientes in Religionibus, in quibus solitum non est.

8 Quarto amplia, vt etiam obligentur denuò emittere professionem Fidei illi, qui in adeptione alterius beneficii similis eam iam emisserunt, tenent Vgolin. d. §. 1. 6. in princip. Azor. d. par. 2. lib. 7. cap. 2. quest. 8. Campanil. in diuerso iuris Canon. rubr. 8. cap. 3. num. 20. [Sigism. à Bononia de elect. dub. 50. n. 4. Lauor. d. tit. 4. c. 2. n. 5. Tambur. de iure Abbatum tom. 1. disp. 8. q. 3. num. 8. Bonacin. d. puncto 4. §. 1. n. 8.] & ita declarasse Sacram Congreg. testatur Nicol. Garcia dict. cap. 3. num. 17 & 18. Quamuis Azor. dict. quest. 8. quem videtur sequi Sanch. dict. cap. 5. n. 6. nihil resoluens, dicat quosdam existimare id locum habere in his, qui dimissa priori Ecclesia, posteriorem obtinent in diuersis diocesis, oppidis vel locis; non tamen in his, qui secundum beneficium in eadem Ecclesia, in qua erat primum, accipiunt, quia, vt inquit Vgolin. ubi proxime Concilium Tridentinum simpliciter iubet, vt professionem faciat, & non distinguit an antea fecerit, ergo nec nos distinguere debemus, iuxta reg. l. de pretio, ff. de public. in rem actioe, cum citatis in libello de principiis vtriusque

9 iuris, l. uera L. num. 28. ¶ Sic etiam tenentur iterum prædictam Fidei professionem emittere, qui demum adspiciunt Parochialem Dignitatem, vel præbendam, quam antea habuerat, & dimisit: quia sic ut professio aurea facta in alia actione, seu prouisione non iuuat ad sequentem, vt dictum est, ita etiam professio subsequuta in alia actione, seu prouisione, non supplet defectum professionis, aliàs commissum, quicquid velit Sanch. dict. num. 6. dicens, quòd si dictam Fidei professionem iam emisserunt alio titulo, vt Doctoratus, quamuis immemores obligationis illius facultatis ratione beneficii antea adepti, satis erit, nec tenentur eam iterare, quia menti Tridentini satisfactum est, quòd quidem non est verum: nam professus in vna religione, si ad alteram migret, inibi rursus profiteri compellitur, Navar. consil. 60. incip. An monachus, sub tit. de regularibus, Sorb. in compendio Mendicant. verb. Nouis, vers. sed aduertendum, & aperte probat Constitutio Pij Quinti, incip. Postquam diuina bonitas, vers. quodque omnes.

10 Sic demum ¶ approbatus, & idoneus diiudicatus ad Parochiam, est denuò examinandus, si ad aliam admitti procurat, Campan. in diuerso iuris Canonici rub. 5. cap. 2. n. 8. Regula enim quòd ¶ semel approbatus non sit amplius examinandus, de qua in cap. accipimus, de arate & qualitat. vendicat sibi locum in beneficiis simplicibus, Caputaq. decis. 367. incip. Presentatus, p. 2. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 419. in 1. edit. & resol. 356. in 2. edit.

12 Quintò amplia in Commèdatariis aliquarum Ecclesiarum factis non ad earum, sed ipsorum vilitatem, cum facultate disponendi de fructibus, sicut veri beneficiarij, cum enim sic eorum Commendæ censentur habere vim & effectum tituli, vt declarat Nicol. Garcia de benef. p. 4. cap. 4. num. 20. ideo tenentur huiusmodi professionem emittere, & ita est accipiendus Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 9. num. 14.

Sextò amplia in prouisis de beneficiis curam animarum habentibus, ex Concil. Trid. d. cap. 12. vers. Prouisi autem de beneficiis, intellige de cura actuali, non verò habituali, vt resolut Ricciul. de iure personarum, [extra gremium Ecclesie existantium] lib. 1. cap. 14. vbi asserit prouisum de Parochiali, quæ olim habuit Parochianos, sed nunc habere desinit, non teneri professionem Fidei emittere, & cap. 15. tradit prouisum eo casu non teneri emittere Fidei professionem, si contingat Parochialem habitu ad priorem statum reuocari, videlicet quia Parochiani redeunt ad habitandum. Et non procedere in iis, qui non prouidentur de titulo Parochiali, sed deputantur in Parochiis ad exercendam curam animarum, cuiusmodi sunt plures in Regnis Hispaniarum, tenet Ricc. d. lib. 1. cap. 13. num. 59. vbi num. 61. limitat, nisi essent deputati à laico, cui competit ius nominandi ad exercitium curæ.

Septimò amplia, siue sint prouisi per obitum, siue per viam resignationis, vt per Flamin. de resignat. libro 3. q. 9. in princip. Ricciul. dict. lib. 1. cap. 13. num. 17.

Octauò amplia, vt prouisi teneantur vltro se offerre, adò vt non requiratur de necessitate monitio ad faciendam professionem, vt per Nicol. Garc. dict. cap. 3. num. 19. & 29. Ricciul. dict. cap. 13. num. 18. [Castr. Palao de Fide tractat. 4. dispur. 1. puncto 9 num. 4. me citato Trulench dict. dub. 8. num. 1. in fine.]

13 Limita primò in coadiutoribus Canonicorum, seu dignitarum, hi enim etiam perpetui, & cum futura successione, non tenentur, nisi cum factus fuerit successioni locus, hanc Fidei professionem emittere, quia coadiutor durante coadiutoria non est in possessione canonicatus, sed coadiutoria, vt ex Cota & Verall. dicit Nicol. Garcia de benef. p. 4. cap. 5. n. 76. [Sarauia in tract. de iuris d. Admitt. q. 29. num. 37.] & idè post mortem coadiutori fit verus Canonicus, & tunc ei est assignanda vltima sedes, ita vt eum præcedant Canonici ingressi etiam durante eius coadiutoria, & post eius receptionem, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. num. 110 Nicol. Garcia dict. cap. 5. num. 74.

15 Limita etiam in Canonicis & Dignitatibus Ecclesiarum Collegiarum, quia Concil. d. loco solum agit de prouisis de canonicatibus, & dignitatibus in Ecclesiis Cathedralibus, & de beneficiis Curatis, ita decisum per S. Congreg. refert Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 13. [Trulench. d. dub. 8. num. 2. in princ.] & Ricciul. d. cap. 13. num. 56. [Squillante d. par. 1. num. 89. Bonacin. d. puncto 4. §. 1. num. 9.] Contra Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. beneficium §. 5. dicto 4. & Vgolin. dict. §. 16. num. 3. dum tenet hic vltimo loco citatus, quòd prouisi de beneficiis simplicibus eadem professionem facere debent, esto animarum curam non habeant: nam & qui canonicatum adepti sunt, eam facere tenentur, qui nec animarum curam gerunt, ergo idem & hi ob eadem rationem, argum. cap. cum dilecta, de confirm. vtili, & ex Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 2. vers. ceteri verò, quòd generaliter de omnibus beneficiis loquitur: sed locus ille concilij id minime probat, quia non loquitur de huiusmodi professione, sed de faciendi in prima Synodo, vt ipse Vgolin. ait numer. 6. Nec verum est eandem rationem esse in Canonicis Ecclesie Cathedralis, & alijs beneficiariis, imò est longè diuersa ratio, propter excellentiam & præminentiam doctorum Canonicorum. Similiter etiam in alio merore lapsus idem Vgolin. dict. §. 16. num. 2. dum ait, quòd etiam Canonici Ecclesie Collegiate non tenentur

teneantur professionem facere Fidei in Capitulo, eam tamen facere debent coram Episcopo, vel eius officiali, quod re vera est sine fundamento, & nulli reperitur dispositum. Limita etiam in coronariis, & alijs prouisis de capellanijs in Ecclesia Cathedrali. Nicolaus Garcia dict. par. 3. cap. 3. numero 13. Sanch. dict. cap. 2. sub num. 1. Ricciul. dict. cap. 13. num. 57.

16 In manibus ipsius Episcopi, vel eo impedito, coram generali eius Vicario, seu officiali, Fidei professionem esse faciendam decreuit S. Concilium Trident. d. cap. 12. Cui decreto satisfieri potest faciendò professionem coram Vicario, etiam Episcopo non impedito, nam illa verba solum ponuntur ad admonitionem, & denotandum cessantius esse eam facere coram ipso Episcopo consentiente, ita Nicol. Garc. d. p. 3. cap. 3. num. 23. vbi refert ita esse accipienda verba alia eiusdem S. Concil. sess. 24. de reformat. cap. 18. vers. transacto, ibi, ab Episcopo, siue eo impedito, vel eius Vicario generali.

17 Item prædicto decreto satisfaciunt prouisi de Dignitatibus, vel Canonicatibus Ecclesie Cathedralis, qui Fidei professionem fecerint in Capitulo præsentè Episcopo, seu eius Vicario, qui fortè est Canonicus, ita vt eam iterum non cogantur foris coram Episcopo, vel eius Vicario emittere, quia verum est dicere istos fecisse professionem coram Episcopo, vel eius Vicario, & in Capitulo, vt Concilium requirit; ita per Sacram Congregat. decisum fuisse in vna Seguarina refert Nicolaus Garcia dict. cap. 3. num. 24. [Bonacina d. puncto 4. §. 1. num. 7. & §. 2.]

18 Sede Episcopali vacante huiusmodi professio non sufficit fieri coram Capitulo, sed coram eius Vicario, nam licet Capitulum succedat in iurisdictione Episcopi, & fungatur vice illius, vt sæpe dixi, tamen cum iurisdictione Episcopalis administrat per Vicarium, magis per eum representatur Episcopus, quam per Capitulum, præcipue cum Concilium omninò velit iurisdictionem administrari per Vicarium, & non per ipsum Capitulum. Ita Ricc. d. lib. 1. c. 13. num. 15. Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 27. vbi n. 28. tenet prouisum de beneficio curato debere facere professionem coram Vicario Capituli sede vacante, & non coram Capitulo. [me citato in hoc loco Bonac. d. puncto 4. §. 2. num. 2.]

19 Dubium in hac materia est non contemnendum, an Beneficiarius, qui dictam professionem emittere tenetur, eam per procuratorem facere queat, quando per seipsum non potest? In quo negatiuam partem tuerentur Stephan. Gratian. discept. forens. c. 166. num. 22. [Vener. in examine Episcop. lib. 5. cap. 44. num. 3. Aloyf. Ricc. in praxi tom. 3. resol. 156. Squillante de obligat. cleric. par. 1. num. 91. Sigism. à Bononia de elect. dub. 50. num. 3. nouissimè Diana moral. resol. par. 5. tract. 14. resol. 23.] & pro ea Sacram Congregat. censuisse referunt additio Nauarri consil. 111. sub tit. de iureiur. Vgolin. d. §. 16. n. 1. [Squillante d. par. 1. num. 91. Stephan. Xeyms citato loco acriter contra me, Sigism. à Bononia d. dubio 50. num. 3.] & tenuisse Rotam attestatur Nicol. Garcia d. par. 3. num. 75. [plures refert & sequitur nouissimè Ioan. Solorzan. de iure Indiarum tom. 2. de Indis. gubern. lib. 3. cap. 6. num. 13. & conformius Tridentino videri ab omnibus personaliter esse faciendam existimat nouissimè Trulench d. dub. 8. num. 6.]

20 Verum si rigorem Iuris spectemus, contraria opinio recipienda est, videlicet, quòd per procurato-

rem præfata professio præstari possit, cum regulariter quicunque potest aliquid facere per semetipsum, potest illud facere per procuratorem, nisi lex, vel canon aliter constituat, l. 1. ff. de procurator. cap. qui per alium, & cap. potest quis, de regulis iuris in 6. quare ita tenent Nauar. dict. consil. 111. man. 2. quòd erat in antiq. consil. 4. num. 2. sub tit. de Summ. Trinit. Petr. de Ledesma d. cap. 4. post 10. corol. diff. 6. Azor. d. cap. 2. quest. 6. Zerola in praxi Episcop. p. 2. verb. Fidei professio, [Felician. de Vega in cap. pastoralis num. 7. de Indis. Ioann. Balboa in cap. Ego enim num. 3. de iureiur.] Sanch. dict. c. 5. num. 7. Campan. d. c. 3. num. 19. nouissimè post primam huius tract. impressionem visus Anton. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesie existent. lib. 1. cap. 13. num. 21. cum sequentibus, [Nouar. in singular. Canonic. concl. 114. num. 8. in fine, Tamburin. de iure Abbatum tom. 1. dispur. 8. q. 3. num. 11. Iul. Lauor. d. tom. 1. tit. 4. c. 22. num. 2. Ferentil. in annot. ad decis. 522. Buratti num. 6. Homobon. de Bonis in consil. & resp. quest. moral. par. 1. resp. 16. in fine, Villalob. in Sum. tom. 2. tract. 1. diff. num. 86. Aloyf. Ricc. sibi contrarius par. 4. decis. 8. Castro Palao tom. 1. tractat. 4. dispur. 1. puncto 19. num. 10. Ioan. Anton. Nouar. in sum. Bullarum tit. de Fidei professione num. 8.] quæ opinio vti verissima est, vt multis stabilitur fundamentis, & in primis probatur ex text. in cap. optatum 4. in fine 100. dist. tum etiam, quia Fidei professio nihil aliud est quàm solenne iuramentum, quòd tamen constat posse præstari per procuratorem, cap. ribi Domino 63. dist. cap. metuentis, vbi gloss. verb. de presenti 17. quest. 4. tum quia iuramentum fidelitatis potest præstari à procuratore, si dominus feudi consentiat, vt colligitur ex cap. 1. §. verum, de statu Regular. lib. 6. Roman. sing. 807. incip. Habuistis, tum quia professio Religiosi potest etiam fieri per procuratorem, vt referunt plures Doctor. quos citat ac sequitur Sanch. in præcepta Decalogi libr. 5. cap. 3. num. 7. quibus adde Barthol. à S. Fausto in thesaurio Relig. lib. 5. quest. 217. tum denique quia Matrimonium licet si Sacramentum, & de sui natura indissolubile, validè tamen contrahi potest per procuratorem, vt probat cap. vlt. de procurat. in 6. quòd obseruant stante etiam dispositione Concil. Trident. sess. 24. de reformat. & Matrimon. cap. 1. Sanch. de Matrim. lib. 2. dispur. 11. num. 2. & 19. cum sequentibus; Rebello de obligat. iustit. par. 2. lib. 2. quest. 5. num. 1. Franc. Molin. de ritu nupt. libr. 1. consil. 25. man. 5. quàm quidem sententiam expressè sequuta est Rota Romana in vna Vermian. Canonicatus 13. Junij 1608. coram Cardinal. Sacrato, refert & sequitur nouissimè Ioan. Anton. Massobr. in suo tract. de Synodo diocesana cap. 40. dub. 40. vbi ex professo hanc questionem examinans non tam sequitur sententiam multis fundamentis per illum late adductis, contrarij quæ bene responderet, & præcipue gratis cumulat à quodam R. P. Sigismundo à Bononia de electione dub. 26. qui parum modèstè, vt decet Capuccinum Religiosum, in me inuehitur, eo quòd talem sectatus fuerim opinionem, falsò mihi imponens in ea astruenda parui pendere Sacrorum sanctorum decisiones, quibus omnibus respondere in presentiarum non curo, cum satis superque responsum sit per Massobr. citato loco.

An hæc fidei professio credatur emissa si pars dicat illam fecisse? Quæstio est præsentis instituti, in qua prouisum teneri probare se fecisse Fidei professionem, quando Ordinarius super illa inquirat ex officio, dicunt Nicol. Garcia d. par. 3. cap. 3. num. 48.

cum sequentibus, Ricciul. d. cap. 13. n. 40. Et hanc Fidei professionem emissam credi si pars dicat illam fecisse, ddmmodo collatio beneficij sit decennalis, resoluunt Flamin. de resignat. lib. 3. quest. 6. n. 74. & in propriis terminis Campan. d. cap. 3. a num. 23. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 681. in 1. edit. & resolut. 580. in 2. editione, [sic citato in hoc loco Trulench. d. dub. 8. n. 14. Calstr. Palao de Fide tract. 4. disp. 1. puncto 19. num. 12.]

22 Prædicti omnes prouisi, qui à die adeptæ possessionis ad minus intra duos menses dictam Fidei professionem non emisissent; fructus non faciunt suos, nec illis possessio suffragatur, hæc Concil. Trident. d. cap. 12. Circa quæ aduertendum est, quod Fidei professionem, qui intra dictos menses, vt tenetur, non fecit, post illos quamprimum potest facere obligatur, quia iste terminus duorum mensum non ponitur ad finiendam obligationem, sed ad differendam executionem, ex reg. cap. cum dilectus, vbi Abb. num. 12. de dolo & contum. & l. Celsus, ff. de receptis arbitr. Quare ita tenent Nauar. cons. 11. n. 1. sub d. tit. de iuror. Flamin. d. quest. 9. a num. 13. Sayr. sub d. tit. de summa Trinit. decis. 4. Nicolaus Garcia d. par. 3. cap. 3. num. 29. & 30. Ricciul. dist. cap. 13. num. 39. [Lauor. dist. tit. 4. cap. 22. num. 6.]

23 Tambur. d. q. 3. n. 9.] ¶ qui etiam resoluunt quod professio post prædictos duos menses facta ad fructus temporis præteriti quærendos huiusmodi prouisi non prodest, quamuis sic ad quærendos temporis futuri, quia regulariter semel ipso iure, per dita ipso iure, non quærentur, cap. quam periculo sum 7. quest. 1. l. qui res s. arcam ff. de solution. quod quidem est intelligendum de decursis post lapsum duorum mensum, non verò de decursis in ipsiis duobus mensibus. nam siue faciant professionem postea, siue nunquam eam faciant, Concilium non priuat fructibus decursis, illis duobus mensibus, sed in posterum decurrendis, vt aduertit Nicolaus Garcia d. cap. 3. num. 41. dummodo faceret primam residentiam, & emitteret Fidei professionem. nam si abiens semper fuisset antequam primam faceret residentiam, etiam in iusta causa, cum non emisisset professionem, non potest haberi pro præsentem, nec fructus & distributiones lucratur, etiam pro illis duobus mensibus, vt tenuit Rota in vna Onetoz. mercedis, Lunæ 12. Decembris 1505. coram Reuerendissimo Domino meo Coecino Rotæ Decano, quæ est impressa post tract. de distribut. quotidian.

24 Alexandri Moneta. ¶ Non potest enim Capitulum habere pro præsentibus dignitates, vel Canonicos, qui nunquam in Ecclesia resederunt, & Fidei professionem nondum emisissent, vt censuit Sacra

25 Congregat. teste Garc. d. cap. 3. num. 51. in fin. ¶ Et terminus ille duorum mensum datus ad faciendam professionem, non currit prouiso, qui non accepit professionem, quamuis per eum stet quominus illam accipiat, Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 52. Ricciul. d. cap. 13. num. 50. vbi num. 62. dicit quoddam effectum vt incipiant currere prædicti duo menses, non sufficit fuisse adeptam possessionem, sed requiritur possessio pacifica, & num. 63. credit professionem dici pacificam ad illum effectum si sit pacifica cum cura, in cuius exercitio non fuerit statim turbatus de iure, vel de factò, sed in eo steterit sine turbatione per vnum, vel duos menses, quamuis illa pacifica possessio deinde non duret continuè.

26 Verba illa Concil. Trident. in d. cap. 12. ibi, nec illis possessio suffragatur, excludunt prouisos quoad fructuum perceptionem, non autem quoad titulum,

& proprietatem, ita Nauar. cons. 7. & 8. sub 6. tit. de iuror. Flamin. lib. 8. quest. 9. num. 122. Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 33. Azor. d. cap. 2. quest. 3. Sanch. dist. cap. 5. num. 8. 9. & 12. Vgolin. d. §. 16. num. 4. Sayr. decis. 6. sub tit. de verb. signif. Campan. d. rub. 8. c. 3. num. 17. resoluentes prædictos regula de annali scruari non posse ad fructus retinendos, nec longissimam possessionem illis prodesse quoad dictos fructus percipiendos, quamdiu professionem huiusmodi non emisissent, vt censuit Sacra Congregat. in decisione relata per Flamin. d. num. 122. & Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 34. & resoluunt Fr. Emman. in summ. tom. 1. cap. 119. num. 7. Ricciul. d. lib. 1. cap. 16. num. 13. Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. decis. 220. num. 11. par. 1. & refert Prosper de Augustino in addit. ad Quarantam in sum. Bullarij, verb. beneficiorum possessio, littera B; in fine, Sacram Congregat. Concilij censuisse scribendum esse ad Nuntium Hispaniarum, ¶ ei, qui professionem Fidei non emisit, possessionem non suffragari quoad faciendos fructus suos tantum; quoad ceteros autem effectus commode possessionis, & ceteris iuribus, si quæ habet, non priuari, ac aliàs declarasse omissionem professionis Fidei non priuare Canonice alios possessionis effectibus, sed ipsum, & vocem in Capitulo, & ius præcedendi habere à die adeptæ possessionis, nisi aliud obiter, referunt Ricciul. d. lib. 1. cap. 16. num. 10. [Ferentin. in annot. ad decis. Buratti 522. num. 17.] & Rota in d. Varmien. Canoniciatus 28. Aprilis, & 13. Iunij 1608. & 4. Februar. 1611. coram Cardinal. Sacro, vbi etiam tentum fuit professionem deptam per prouisum, qui tenebatur facere Fidei professionem, esse manentibilem, etiam post tempus præfixum ad faciendam professionem. [quod nouissimè censuit eadem Rota in Tiburtina. Parochiales 27. Iunij 1629. coram R. P. D. meo Pirouano.] Vnde res possitiores iuari reg. de trienniali ad effectum ne possint molestari super titulum, resoluunt Flamin. de resignat. lib. 10. quest. vlt. num. 4. & 5. Sanch. d. cap. 5. num. 9. Ricciul. d. cap. 16. num. 12.

28 Intra dictos duos menses Fidei professionem non emittentes ita fructus suos non faciunt, vt in conscientia teneantur illos restituere, etiam non interueniente aliqua sententia, quia Concil. ait, qui eam amittunt fructus non facere suos. ergo fructuum ius, & dominium acquirere iure non possunt, ita [Squillante d. p. 1. n. 98.] Azor. d. c. 2. quest. 1. in fine. Nicol. Garc. d. c. 3. n. 35. Vgolin. d. §. 16. n. 4. Ricciul. d. cap. 13. n. 43. At probabilius esse non teneri restituere, donec condemnentur, seu sequatur sententia declaratoria, tuentur Nauar. cons. 3. n. 1. sub tit. de Summ. Trinit. in prima edit. & cons. 12. num. 1. sub tit. de iuror. in secunda edit. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. quest. 72. art. 3. Sanch. d. cap. 5. num. 10. Bonacin. d. puncto 4. §. 3. num. 3. dicentes decretum illud Concilij esse penale, ac proinde etiam si pœnam ipso iure irroget, non obligare in foro conscientia. [Castro Palao tractat. 4. de Fide disput. 1. puncto 9. n. 16. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 1. diff. 6. n. 9. versio contrario, nouissimè Trulench. d. dub. 8. n. 8. Omittens Fidei professionem peccat mort. quia Concil. Trident. citato loco vitur grauibz verbis, & inferit grauem pœnam, ita Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 65. in fine, Squillante d. par. 1. num. 95. Sanch. d. lib. 2. cap. 5. ante num. 2. Ricciul. licet dubius d. lib. 1. cap. 16. num. 1. Homobon. de Bonis in cons. sult. seu quest. moral. par. 1. resp. 16.]

29 Verùm si per ignorantiam, incogitantiam, vel inaduerentiam non fecerint Fidei professionem

intra prædictos duos menses, quamuis in foro exteriori non exculentur, quia est ignorantia iuris clari, in foro tamen interiori, & quoad Deum exculantur, ita ut restitutionem fructuum in foro conscientia non obligentur, quia huiusmodi lex iuste ignorari, vel saltem memoria excidere potest, & vbi quis contra legem præcientem, vel prohibentem aliquid fieri, sine culpa facit, pœnam non meretur, quare ita resoluunt Fr. Emman. dist. cap. 119. num. 7. in secunda edit. Nauar. consil. 4. num. 3. & consil. 7. num. 2. & 3. & consil. 11. num. 3. & consil. 12. num. 2. sub tit. de iuror. in nouis, Azor. d. c. 2. quest. 2. Flamin. d. lib. 10. quest. 9. num. 8. cum seqq. Lael. Zech. de Republ. Ecclesiast. tit. de benefic. & pension. cap. 9. num. 3. vers. requiritur etiam, Sanch. d. cap. 5. num. 13. Nicol. Garc. d. cap. 3. a num. 66. Aloyf. Ricc. d. decis. 220. num. 8. par. 1. Vgolin. d. §. 16. num. 5. Prosper de Augustino. vbi proximè, vers. inter alia, Sorb. in compend. Mendicant. verb. professio Fidei, not. 2. Molina de iustit. tract. 4. disp. 71. num. 8. Ricciul. latè distinguens d. lib. 1. cap. 13. num. 43. [Villalob. d. diff. 6. num. 8. me citato in hoc loco Trulench. d. dub. 8. num. 12. Squillante d. par. 1. num. 100. Homobon. de Bonis de exam. Eccles. tractat. 15. cap. 8. quest. 25. resolut. 1. & 2. & dist. par. 1. resp. 16. Bonacina dist. puncto 4. §. 3. num. 1.]

30 Distributiones tamen huiusmodi prouisi, quamuis professionem non emisissent, acquirunt, & faciunt suas, quoniam dantur ratione ministerij, & operæ personalis, ita resoluunt Azor. d. cap. 2. quest. 3. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 166. num. 22. Alexan. Moneta de distribut. quotid. par. 1. q. 6. & 7. [Squillante d. par. 1. num. 99. Nouar. in sing. Canon. conclus. 115. n. 3. nouissimè Stephan. Weyms ad constitut. 24. ex antiquo iure desumptis, & per Concil. Trident. innovatas, cons. 3. num. 22. Bonacin. d. §. 3. num. 2.] & Sacram Congregat. sic censuisse referunt Vgolin. d. §. 16. num. 5. vers. secundo, Prosper de Augustino vbi proximè, Gonzalez ad regul. 8. Cancell. §. 6. proem. num. 170. Aloyf. Ricc. collect. decis. collectan. 1451. vers. infertur sexto, & in decis. Curie Archiep. Neapol. decis. 112. par. 4. Galet. in margarita casuum conscient. verb. profiteri 2. [me citato in hoc loco Trulench. dist. dub. 8. num. 9.] Nicolaus Garcia d. cap. 3. num. 60. Campan. d. cap. 3. num. 18. Rota in Varmien. Canoniciatus 28. Aprilis, 13. Iunij, & 4. Februarij 1611. coram Illustriss. Cardinal. Sacro Ricciul. d. cap. 13. num. 51. vbi n. 55. obseruat quod quando beneficium, seu Canoniciatus non haberet aliquos fructus, sed emolumenta omnia consistere in distributionibus quotidianis, tunc vt pœna adiecta per Concil. dist. cap. 12. possit in aliquo verificari, debet intelligi de distributionibus.

31 Ex dictis opportunè quæri poterit, cui sint assignandi, & applicandi fructus amissi ob non factam professionem Fidei, cum id Concilium non determinet? Respondetur eos esse impendendos vel in vltus pauperum, vel in fabricam Ecclesiæ, sicut fructus eorum, qui non resident, per Concil. sess. 23. de reformat. cap. 1. vers. si quis autem. Ita Azor. d. cap. 2. quest. 3. Vgolin. d. §. 16. num. 4. in fine, Sanch. d. cap. 5. num. 10. ad finem, & loquendo de Parochis sumant Fulch. de visitat. lib. 2. cap. 13. num. 4. Zech. de beneficiis, & pensionibus, cap. 13. num. 4. vers. quod si Parochiales, Flamin. d. lib. 10. quest. 9. num. 123. & 124. Nicol. Garc. d. par. 5. cap. 3. n. 36. In Dignitatibus verò habentibus fructus distinctos, & separatos à mensa capitulari, videtur quod amissi

ob non factam professionem sunt restituendi, & applicandi fabricæ Ecclesiæ, quatenus indigeat, aliàs alteri pio loco arbitrio Ordinarij per Concil. Trid. sess. 22. de reformat. cap. 3. resoluunt idem Nicol. Garcia d. cap. 3. n. 30. At in Canonicis, & Dignitatibus habentibus fructus in mensa Capitulari, videtur amissos ob non factam Fidei professionem ad Capitulum spectare, sicut fructus non residentium, aut excommunicatorum, ibidem Garc. disto cap. 3. num. 40. vbi à num. 42. dicit, quoddam debens fructus non potest se componere cum Capitulo, soluta aliqua parte, & à num. 53. refert Sacram Cardinalium Congregationem censuisse Ordinarium non posse condonare fructus amissos ob non factam Fidei professionem, [me citato in hoc loco Trulench. d. dub. 8. num. 15.]

ALLEGATIO LXII.

Episcopus an possit dispensare, vt quis plura beneficia simplicia habere possit?

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficia simplicia plura obtineri non possunt, sed vnum tantum singulis conferendum, vel ad summum duo, quando primum ad honestam non sufficit sustentationem.
- 2 Beneficia simplicia obtinens vltra vnum, quod sufficiat ad honestam sustentationem, peccat mortaliter.
- 3 Beneficij secundi sufficientis habita possessione vacat primum sufficientis per sententiam, nisi sit magna beneficiorum coaccenatio, quiatunc vacabit ipso iure.
- 4 Beneficium simplex insufficientis habenti, quod residentiam non requirat, licet aliud curatum conferre.
- 5 Episcopus potest secundum beneficium conferre illi, cui primum ad eum honeste sustentandum non sufficit.
- 6 Beneficia duo simplicia, quando vnum sufficit ad vitam clerici commode sustentandam, ex indulgentia, & auctoritate Episcopi nullus potest habere.
- 7 Beneficium potest Episcopus conferre habenti iam in pensionibus Ecclesiasticis sufficientem sustentationem.
- 8 Consuetudo vt possit retineri duo, vel plura beneficia simplicia, quorum ad victum sit vnum sufficientis, non est seruanda.
- 9 Consuetudo Hispania non rata indicatur in conscientia, secundum quam Ordinarij conferunt vni plura simplicia, quamuis vnum sit sufficientis ad congruam sustentationem.
- 10 Beneficia duo, vtra, aut plura simplicia quando non sufficiunt ad honestam sustentationem, potest de stylo Curie, aliud simplex illa obtinenti conferri, donec commode Clericum alant.
- 11 Beneficium ad congruam sustentationem sufficientis, quod dicatur, ostenditur.
- 12 Dispensare non potest Episcopus, vt quis duo simplicia beneficia uniformia, siue similia, sub eodem recto possit obtinere.
- 13 Beneficium uniforme sub eodem recto quando dicatur ad inducendam incompatibilitatem, remissive.
- 14 Beneficium situm in Capella, claustro, cœmeterio, seu

- seu ambitu contignis Ecclesia censetur esse in eadem Ecclesia.
- 15 Dispensatus ad duo beneficia nequaquam censetur dispensatus, ut illa habeat etiam simplicia in eadem Ecclesia, nisi expresse fuerit dictum.
 - 16 Beneficium primum simplex vacat ipso iure, ubi secundum simile adipiscitur in eadem Ecclesia.
 - 17 Beneficia duo simplicia sub eodem titulo, si sint difformia, possunt ex dispensatione Episcopi obtineri, dummodo unum non sufficiat ad vitam clericum.
 - 18 Papa solus dispensat super pluralitate dignitatum, personatum, canonicatum, & curatorum beneficiorum.
 - 19 Canonicus obtinens dignitatem sine Apostolice dispensatione perdit Canonicatum.
 - 20 Dignitas etiam sine prebenda est incompatibilis sub eodem titulo cum Canonicatu.
 - 21 Dignitas, & Canonicatus ex privilegio, vel consuetudine possunt obtineri, cum utriusque quotidianis distributionibus, & duplici voce in Capitulo.
 - 22 Sacra Rota Rom. decisio in vna Oriolen. Canonicatus 11. Ianuarij 1619. coram R. P. D. Remboldo, refertur.
 - 23 Dignitatem, & Canonicatum obtinens, vel duo beneficia, alias inaequalia ex dispensatione, vel consuetudine residere debet in digniore.
 - 24 Stratum in quo disponitur, quod quilibet sedeat in propria sede, alias perdat Horam, intelligi debet de obtinentibus unum beneficium, & sic unam sedem.
 - 25 Vota duo debentur in Capitulo, quando dignitas, & Canonicatus ex privilegio, vel consuetudine obtinentur.
 - 26 Iura duo quando concurrunt in eadem persona, quorum quodlibet producit ius danda vocis, debet talis persona habere duas voces.
 - 27 Consuetudo est stricti iuris, & non extenditur de loco ad locum, nec de persona ad personam.
 - 28 Beneficij primi requirentis residentiam inducitur vacatio ipso iure per ademptionem secundi pacifice possessi.
 - 29 Canonicatus duos simul absque dispensatione Apostolica per triennium, & ultra detinens, veroque ipso iure est priuatus, ita ut ex regula de trienniali se defendere non possit.
 - 30 Dispensatio ad plura beneficia ex cursu decem, vel viginti annorum, in dubio presumitur.
 - 31 Dispensatio circa beneficiorum pluralitatem intelligitur de duobus primis beneficiis, & an procedat quando duo priora beneficia, quae quis ex dispensatione obtinebat, cum aliis permittantur, ostenditur num. 32.
 - 32 Doctores referuntur, tractantes de materia incompatibilitatis beneficiorum.

BLVRA simplicia beneficia obtineri non possunt, sed vnum tantum singulis conferendum est, quod quidem si ad vitam eius, cui confertur, honeste sustentandam non sufficiat, licitum est nihilominus aliud simplex sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri, ut habetur in Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 17. de cuius materia & intellectu

agunt Nauar. in man. c. 23. n. 123. & de bonis Canon. c. 22. num. 52. & cons. 14. in antiq. aliis cons. 11. in nouis, sub tit. de prebendis, Salzed. ad Bernard. in pract. c. 48. aliis 49. littera C, verb. quamuis simplicia, Fr. Emman. in summ. tom. 1. c. 31. num. 1. & 6. Veg. in sum. par. 1. cap. 36. casu 25. cum duobus sequentibus, Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 6. num. 115. cum sequentibus, Azor. instr. moral. par. 1. lib. 2. c. 12. post princ. & lib. 5. c. 19. vers. consuendo qua quis in eadem Ecclesia, & par. 2. lib. 3. c. 7. quest. 4. & cap. 8. quest. 6. & c. 9. quest. 3. & c. 10. quest. 4. & cap. 11. quest. 23. Petr. Ledesma in sum. par. 2. tract. 7. c. 1. conclus. 12. diff. 5. Zerol. in praxi Episcopi. par. 2. verb. incompatibilia, §. 2. Ludou. Beia respons. casuum conscient. par. 4. casu 26. Cardinal. Tusch. tom. 1. littera B, concl. 61. Molfes. in sum. moralis Theologia tractat. 6. c. 9. Aloyf. Ricc. in decis. Curiae Archiep. Neapol. decis. 236. par. 4. ubi multa ex hoc loco [me non citato, desumptit, nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. c. 48. à num. 57.] Massobr. in praxi habendi concursum requis. 7. dub. 16. 17. & 18. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. tract. 3. num. 283. Fulch. de Visitat. lib. 7. cap. 7. num. 8. Nicol. Garcia de benefic. par. 11. c. 5. num. 268. cum sequentibus, Vgolin. de potestate Episcopi c. 14. §. 2. Armendar. in addit. ad recap. legum Nauar. lib. 4. tit. 7. de benef. incompatib. à num. 30. Et loquitur Concil. etiam de Cardinalibus, Flamin. d. lib. 5. q. 6. num. 116. Vgolin. d. §. 2. n. 1. in fine, Aloyf. Ricc. d. Neapol. decis. 236. num. 2. par. 4. Cuius dispositioni si quis contrafacere intenderit, mortiferè peccabit, & viuet in statu damnationis, gloss. verb. retinere, in fine, in cap. dudum 1. secundo, de elect. post Nauar. Hoied. Berach. & alios tenet Flamin. d. lib. 5. quest. 6. num. 118.

Nam habita possessione secundi beneficij sufficientis vacat primum sufficiens, refertur decimum Nicol. Garcia d. c. 5. num. 283. in 2. declar. Armendar. d. loco num. 30. non tamen ipso iure, Flamin. de resignat. lib. 3. quest. 1. num. 138. in fine, sed cogendum esse per sententiam alterum eorum relinquere, obseruat Nauar. conf. 27. in antiq. aliis 13. in nouis, sub tit. de prebendis. data illi electione, c. referente, cap. praterea, de preben. Rot. decis. 474. par. 1. Aloyf. Ricc. in praxi avara, resolut. 100. in fine, nisi sit magna beneficiorum coaceruatio, quia tunc fit vacatio ipso iure, Flamin. lib. 3. quest. 1. num. 139. ubi à num. 142. quae dicatur magna beneficiorum multitudo.

Et quamuis Concil. dicat aliud simplex sufficiens, non tollit quin habenti beneficium simplex insufficientis, quod residentiam non requirit, liceat conferre aliud curatum, &c. solum enim est vis in eo, quod vtrumque personalem residentiam non requirat, Hoied. p. 2. c. 2. num. 1. in fin. Nicol. Garc. d. par. 11. cap. 5. num. 304.

Dum igitur Sacr. Concil. Trident. vnum beneficium ad honeste sustentandum eum, qui illud habet, permittit ei aliud simplex conferri, ad Episcopum id spectare clare demonstrat, quia quando canon permittit aliquid fieri, & personam non praescribit, ad Episcopum id pertinere ostendit, iuxta resoluta supra allegat. 33. n. 21. Quare Episcopum habenti vnum simplex beneficium, quod non sufficiat ad eius sustentationem, posse aliud conferre, declarauit Sacra Congregat. prout referunt Vgolin. d. lib. 5. §. 2. num. 2. Lael. Zech. de Republ. Ecclesiast. tit. de beneficiis, ad finem, Nicol. Garcia d. cap. 5. num. 310. in prima declarat. Armendar. dicto loco num. 32. & seq. [nouissimè Marcel. Vulpe in d. d. c. 22. num. 52. & cons. 14. in antiq. aliis cons. 11. in nouis, sub tit. de prebendis, Salzed. ad Bernard. in pract. c. 48. aliis 49. littera C, verb. quamuis simplicia, Fr. Emman. in summ. tom. 1. c. 31. num. 1. & 6. Veg. in sum. par. 1. cap. 36. casu 25. cum duobus sequentibus, Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 6. num. 115. cum sequentibus, Azor. instr. moral. par. 1. lib. 2. c. 12. post princ. & lib. 5. c. 19. vers. consuendo qua quis in eadem Ecclesia, & par. 2. lib. 3. c. 7. quest. 4. & cap. 8. quest. 6. & c. 9. quest. 3. & c. 10. quest. 4. & cap. 11. quest. 23. Petr. Ledesma in sum. par. 2. tract. 7. c. 1. conclus. 12. diff. 5. Zerol. in praxi Episcopi. par. 2. verb. incompatibilia, §. 2. Ludou. Beia respons. casuum conscient. par. 4. casu 26. Cardinal. Tusch. tom. 1. littera B, concl. 61. Molfes. in sum. moralis Theologia tractat. 6. c. 9. Aloyf. Ricc. in decis. Curiae Archiep. Neapol. decis. 236. par. 4. ubi multa ex hoc loco [me non citato, desumptit, nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. c. 48. à num. 57.] Massobr. in praxi habendi concursum requis. 7. dub. 16. 17. & 18. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. tract. 3. num. 283. Fulch. de Visitat. lib. 7. cap. 7. num. 8. Nicol. Garcia de benefic. par. 11. c. 5. num. 268. cum sequentibus, Vgolin. de potestate Episcopi c. 14. §. 2. Armendar. in addit. ad recap. legum Nauar. lib. 4. tit. 7. de benef. incompatib. à num. 30. Et loquitur Concil. etiam de Cardinalibus, Flamin. d. lib. 5. q. 6. num. 116. Vgolin. d. §. 2. n. 1. in fine, Aloyf. Ricc. d. Neapol. decis. 236. num. 2. par. 4. Cuius dispositioni si quis contrafacere intenderit, mortiferè peccabit, & viuet in statu damnationis, gloss. verb. retinere, in fine, in cap. dudum 1. secundo, de elect. post Nauar. Hoied. Berach. & alios tenet Flamin. d. lib. 5. quest. 6. num. 118.

praxi cap. 48. num. 58. prope fin. Massobr. in praxi habendi concursum requis. 7. dub. 16. secundum Romanam impress.] Unde indulgentia, & auctoritate Episcopi neminem posse habere duo beneficia simplicia, si vnum illorum sufficiat ad vitam clerici commode sustentandam, nec plura ultra duo, etiam si ambo eidem ad vitam non sufficiant, resoluunt supra citati, & praecipue Azor. d. cap. 9. quest. 3. & plures per Nicol. Garcia d. cap. 5. à num. 371. Hinc si Ordinarius conferat tertium beneficium habenti duo beneficia simplicia aliàs ad sustentationem insufficientia, collatio tertij est valida: sed si tertium sit sufficiens, vacant illa duo priora beneficia, si minus, tenetur prouisus dimittere alterum ex illis, & si continuauerit possessionem amborum, recipiendo ex eis fructus, vtrumque beneficium vacat, prout decimum refertur Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 310. in 1. & 2. dub. Vgolin. d. lib. 5. §. 2. num. 2. vers. tertio, Armendar. dicto loco num. 37. dub. 1. & 2. & in eorum respons. Verum cum in Sacra Congregatione Concilij Trident. hoc praesenti anno ventilaretur dubium, si Episcopus conferat tertium beneficium simplex, & insufficientis habenti iam pariter duo simplicia insufficientia, an vacet primum, vel eorum vltimum, semel, bis, & iterum proposuimus, sub die 13. Nouembris 1627. censuit vacare primum.

Poterit tamen conferre beneficium alicui habenti iam in pensionibus Ecclesiasticis sufficientem sustentationem, vt tenent Azor. d. p. 2. lib. 8. cap. 10. quest. 8. & c. 12. quest. 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. §. 5. à n. 14. refertur decimum Nicol. Garcia d. cap. 5. num. 310. vers. quarto, Armendar. dict. loco num. 37. in fine.

Ordinarius tamen si conferat tertium beneficium habenti duo beneficia simplicia aliàs ad sustentationem insufficientia, collationem tertij esse validam, sed si tertium sit sufficiens, vacare illa duo priora beneficia, si minus, teneri prouisum dimittere alterum ex illis, & si continuauerit possessionem amborum recipiendo ex illis fructus, vtrumque beneficium vacare refertur decimum Vgolin. d. §. 2. num. 2. §. tertio, Nicol. Garcia par. 11. cap. 5. num. 310. in 1. & 2. declar. Armendar. dict. loco num. 37. dub. 1. & 2. Ordinarius posse conferre secundum beneficium obtinenti primum sufficiens iuxta suum verum valorem, & honestam ipsius possidentis sustentationem, si tempore, quo secundum confertur, non sufficiat propter onus pensionis super tali beneficio impostum, dummodo prouisus post collationem sibi factam non consenserit pensioni, afferunt resolutum Nicol. Garcia d. cap. 5. num. 310. in 3. dub. Armendar. d. loco num. 37. in 3. dub. [Massobr. d. requis. 7. dub. 17.]

Procedit supradicta resolutio quamuis communiter obliueatur, vt retineatur duo, vel plura beneficia simplicia, etiam quod ad vltimum sit vnum sufficiens, vt resoluunt Hoied. de incompatib. benefic. par. 1. cap. 19. num. 1. in fine. Flamin. d. lib. 5. quest. 6. num. 119. cum huiusmodi communis obseruantia non excuset retinentem plura simplicia beneficia, quorum vnum est sufficiens, à peccato mortali. Hoied. d. cap. 19. num. 8. Berach. verb. beneficiorum sufficientia, Flamin. ubi proxime, tum quia consuetudo haec est contraria iuri naturali, rationi, & iuribus, tum quia consuetudo non excusat à poenis aeternis, & diuinis, licet excusare possit à temporalibus. D. Antonin. 2. part. 3. tit. 3. cap. 1. Tiraq. de poenis temp. cap. 42. num. 4. cum seq. Vnde non tantum iudico Hispaniae consuetudinem, vbi refert Barbof. de Episcopo Pars III.

Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 323. vsu receptum, posse Ordinarios conferre vni plura beneficia etiam ultra duo, quamuis vnum sit sufficiens ad congruam sustentationem, & num. 331. testatur suo tempore in hac Curia per aliquos Hispanos fuisse factas aliquas impetrationes de huiusmodi beneficiis simplicibus per Ordinarios prouisus, quae licet fuissent signatae, tamen ad instantiam Regis Philippi II. & eius Ambasciatoris non fuerunt ad effectum productae. [refert nouissimè Salgad. de supplicat. ad Sanctissimum à litteris Apostol. par. 1. cap. 2. n. 134.]

De stylo tamen Curiae, vbi duo, tria, aut quatuor beneficia simplicia non sufficiunt, potest aliud simplex conferri, donec omnia simul commode clericum alant, ac sustentent, eo quod idem iuris esse videtur cum tria, quatuorve beneficia sufficiunt, ac quando vnum non sufficit, tum quia Pius IV. Pius V. Gregorius XIII. & sequentes Summi Pontifici concesserunt saepius vni beneficiato plura beneficia simplicia residentiam non requirentia, & nunc per S. D. N. Gregorium XV. conceduntur, refert me non citato Aloyf. Ricc. d. Neapol. decis. 236. num. 5. par. 4. & docent Hoied. par. 2. cap. 1. à num. 3. Azeued. consil. 2. num. 1. Cened. ad Decretal. collect. 150. num. 2. Flamin. d. lib. 3. quest. 1. num. 141. Azor. d. par. 1. lib. 6. cap. 11. quest. 8. Perez de Lara de capellan. lib. 2. cap. 7. num. 12. Zerol. in praxi Episcopi. par. 1. verb. beneficium, §. 7. concl. 2. & refert Molfes. de maiest. milit. Eccles. lib. 1. par. 3. cap. 3. pag. 452. in fine, quod hodie de consuetudine non datur dispensatio ad plura beneficia simplicia, sed Praelati inferiores videntur quod conferre possunt, & de facto conferunt nulla habita ratione, an sint pingua, vel tenuia, quae secundum ea, quae habentur in Concil. d. cap. 17. non satis laudabilia sunt, refert Aloyf. Ricc. d. Neapol. decis. 236. num. 5. par. 4.

Vtrum autem dispositio Concil. Trident. d. cap. 17. prohibentis Episcopo conferre vni ultra duo beneficia, locum habeat in beneficiis iurispatronatus? Negat Lambert. de inrepatron. par. 1. lib. 2. quest. 7. art. 15. num. 15. asserens vniuersalem obseruantiam & praxim esse, vt Episcopi instituunt praesentatos à patronis, tametsi tertium, & quantum habeant beneficium, attestans etiam se fuisse institutum in triginta septem beneficia, quorum maxima pars erat patronatum laicorum & clericorum, quorum fructus non ascendebant ad summam ducatorum 130. de Camera, refert & sequitur Massobr. in praxi habendi concursum requis. 7. dub. 18. & dicit decimum Armendar. dicto loco num. 57. Quamuis decretum illud Concilij locum habere in beneficiis iurispatronatus, nisi caueatur in fundatione, vt simul cum aliis retineri possint, dicit Nicol. Garc. de benefic. par. 11. cap. 5. num. 286. [quod tamen video declaratum in vna Boucaen. 13. Nouembris 1617. dum ibi dicitur beneficium tertium simplex etiam de iurispatronatus non posse retineri cum duobus aliis prius obtentis absque Sedis Apostolice dispensatione, huiusmodique priora beneficia post pacificam possessionem tertij vacare eidem Sedi Apostolice.]

Nunc autem ad declarationem Concil. Trident. citata sess. 24. de reformat. cap. 17. videndum, quod dicatur beneficium Ecclesiasticum sufficiens ad congruam sustentationem, & quia hoc non est à iure definitum, & sub certa regula comprehendi non potest, cum illud quod respectu vnius dicitur magnum, respectu alterius dicatur paruum, vera & recepta sententia tenet hoc relinquere arbitrio iudicis paulo plus, vel minus aestimandum, per reg. l. 1. ff. de

iure deliber. & cap. de causis, §. illis etiam, de officio deleg. consideratis considerandis, qualitate scilicet, personarum, locorum, & temporum, Flamin. lib. 5. quest. 6. num. 131. & sequent. Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. beneficium, §. 7. conclus. 8. princip. Nauar. de orat. misc. 62. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 15. num. 39. Reginal. dict. tract. 3. num. 285. remissiuè. Nicol. Garcia dict. cap. 5. num. 320. Menoch. de arbitrar. casu 216. Maslobr. in praxi habendi concursus requis. 7. dub. 14. cum seq. Prosper. de Augustino in addit. ad Quarantam in summ. Bullar. verb. beneficiorum resignationes, causa octaua, ubi etiam resoluit, quod in iudicanda beneficii sufficientia non debet haberi ratio bonorum patrimonialium ipsius beneficiarij, faciunt quæ ego ipse dico alleg. 19. à num. 8.

12 Aduertendum etiam est Episcopum non posse dispensare, vt quis duo simplicia beneficia vniformia, sine similia sub eodem tecto, id est, in eadem Ecclesia, possit obtinere, *glos. ult. in Clem. fin. de prebendis, Abb. in cap. litteras, num. 3. & 6. de concessione prebende, Flamin. lib. 3. quest. 1. n. 123. Azor. d. par. 2. lib. 3. c. 50. quest. 6. & lib. 6. c. 11. quest. 4. & cap. 12. quest. 6. plures quos refert, & sequitur Nicol. Garcia d. par. 1. c. 5. n. 185. quamuis praxis Episcop. par. 1. verb. beneficia, §. 7. conclus. 6. quem videretur sequi Perez de Lara de annuor. & capellan. lib. 2. c. 7. num. 13. asserat, quod hodie per decretum Concil. in d. c. 17. potest quis habere duo beneficia conformia sub eodem tecto, modo sint simplicia, & non requirantur personalem residentiam, & non sufficientia.*

14 Quando autem dicatur beneficium vniforme sub eodem tecto quoad hoc propositum, & ad inducendam incompatibilitatem tradunt Nauar. *consil. 16. de prebendis in nouis, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 10. à num. 32. Nicolaus Garcia d. c. 5. num. 259. ubi resoluit, quod si beneficium situm in capella, claustris, camerario, seu ambitu contiguus Ecclesie, censetur esse in eadem Ecclesia. Iura enim abhorrent, vt in eadem Ecclesia, & sic sub eodem tecto quis obtineat duo beneficia, Flamin. dicta quest. 1. n. 122. ubi n. 25. & resoluit, quod dispensatus ad duo beneficia, nequaquam censetur dispensatus, vt illa habeat etiam simplicia in eadem Ecclesia, nisi expressè fuerit dictum, quamuis in dispensatione adit clausula moru proprio. Et ubi primum clericus in eadem Ecclesia secundum beneficium simile adipiscitur, vacat primum ipso iure. *cap. litteras, de concess. prebend. Nauar. consil. 27. in antiq. aliàs 13. in nouis, sub tit. de prebendis. Staphil. de gratiis expect. §. tertia forma, num. 8. Azor. dict. par. 2. lib. 7. cap. 16. quest. 10.**

15 Verùm si huiusmodi duo beneficia simplicia sint difformia, etiam quod sint sub eodem tecto, possunt ex dispensatione Ordinarij retineri, dummodo vnum non sufficiat ad vitam clerici, *glos. in c. 1. de consuetud. in 6. Nauar. consil. 18. num. 1. de prebendis. Molfel. in summ. Theologia moralis tract. 6. c. 9. n. 46. Azor. d. par. 2. lib. 3. c. 50. quest. 6. & lib. 6. c. 11. quest. 2. & 4. & c. 12. quest. 6. & c. 13. quest. 6. & dicit decisum Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 8. num. 55. quæ dispensandi facultas iure communi Episcopis competens per Concilium sublata non fuit, nec obest *cap. 4. sess. 7. de reformat. quia ibi Concilium solum inducit vacationem beneficiorum quomodolibet incompatibilium, quæ contra formam Sacrorum Canonum, quis recipere, ac simul retinere præsumpserit, vnde non prohibet retentionem beneficiorum, aliàs incompatibilium in**

17 Verùm si huiusmodi duo beneficia simplicia sint difformia, etiam quod sint sub eodem tecto, possunt ex dispensatione Ordinarij retineri, dummodo vnum non sufficiat ad vitam clerici, *glos. in c. 1. de consuetud. in 6. Nauar. consil. 18. num. 1. de prebendis. Molfel. in summ. Theologia moralis tract. 6. c. 9. n. 46. Azor. d. par. 2. lib. 3. c. 50. quest. 6. & lib. 6. c. 11. quest. 2. & 4. & c. 12. quest. 6. & c. 13. quest. 6. & dicit decisum Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 8. num. 55. quæ dispensandi facultas iure communi Episcopis competens per Concilium sublata non fuit, nec obest *cap. 4. sess. 7. de reformat. quia ibi Concilium solum inducit vacationem beneficiorum quomodolibet incompatibilium, quæ contra formam Sacrorum Canonum, quis recipere, ac simul retinere præsumpserit, vnde non prohibet retentionem beneficiorum, aliàs incompatibilium in**

casu à iure permisso; & sic ubi Episcopus possit de iure dispensare, &c. Quare censuit S. Congregat. Episcopum ex causa posse dispensare, vt quis obtinere possit duo beneficia difformia sub eodem tecto, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem prouti, referunt Nicolaus Garcia *dict. cap. 5. numero 377. Armendariz dicto loco num. 8.*

18 Super pluralitate verò Dignitatũ, Personatum, ac Curatorum beneficiorum nunquam dispensat Episcopus, sed solus Papa. Ratio est, quia Episcopus dispensare non valet contra Concilij generalis Constitutionem, ex *glos. recepta verb. cum se facultas obtulerit in c. dilectus 19. de prebend. Rebuff. in praxi tit. de dispensat. ad plura beneficia, num. 29. Couar. de sponsal. par. 1. cap. 6. §. 10. num. 11. & constat pluralitatem beneficiorum obtinere Constitutioni Concilij Lateranen. de qua in *cap. quia nonnulli, de cleric. non resid. ergo, &c. Quare Episcopi dispensationem circa pluralitatem beneficiorum non sufficere tenent *glos. verb. per sedem in cap. de multa. de preben. & verb. absque dispensatione, in c. 1. de consuet. lib. 6. & verb. sui beneficii in cap. Ordinarij, de officio Ordin. eodem lib. & verb. Apostolica Sedes in cap. non potest, de prebend. eodem lib. plures refert Doctores Nicol. Garcia d. cap. 5. n. 337. Rota in vna Leodien. Canonizatus 5. Iunij 1610. coram Reuerendissimo D. meo Coccino impressa per Farin. *decis. 310. n. 1. p. 2. recent. ubi etiam tentum fuit quod retinens beneficia plura incompatibilia ipso iure illis priuatus remanet, etiam quod non habeant curam, sed solum residentiam, abique alia monitione.****

19 Verùm autem plures Ecclesie curatæ possint simul retineri ex dispensatione Episcopi causa saltem utilitatis, vel necessitatis Ecclesie si aded tenues sint, ac singulæ proprium non possunt Sacerdotem alere; affirmatiuam sententiam probat *text. in cap. eam res, de arate & qualit. in c. vno, in fine 10. quest. 3. ubi *glos. verb. committatur, glos. in summ. 21. q. 1. Sor. de iustit. lib. 3. quest. 6. art. 3. vers. primus casus, Ioan. de Lignano de pluralit. benef. in princip. Hoied. de incompatib. benef. par. 2. cap. 5. a princip. Alphons. Glossator antiquus ad reg. 52. Cancell. de dispensat. ad duas Parochiales, statim in princip. & Cum enim clericus inseruiens Ecclesie de ipsius redditibus debeat sustentari, *cap. cum secundum, de prebend. & vna Ecclesia non sufficiat ad huiusmodi sustentationem, meritò duæ assignari possunt. Verùm licet hæc sententia in puncto iuris communis defendi possit, contrarium tamen ex noua Conc. Trid. dispositione, ac S. Congregationis declaratione, censuit Rota in Leodien. Canonizatus 5. Iulij 1610. coram Reuerendissimo D. meo Coccino, impressa per Farin. *decis. 310. n. 4. p. 2. recent. ubi non obstante exiguitate distantie, & tenuitate finium Parochialis & Canonizatus, quos quidam ex dispensatione Episcopi possidebat, tentum fuit cadere sub incompatibilitate, & si vtrumque retinere petgeret, esse vtroque ipso iure abique alia admonitione priuatum, refert Ioan. à Cochier in comment. ad regul. 52. Cancell. à n. 4. pag. 477. cum seq. Ex quibus & Canonizatum obtinentem Dignitatem sine Apostolica dispensatione perdere Canonizatum censuit Sacra Congreg. apud Nicol. Garcia d. c. 5. n. 244. Armendar. *dict. loco n. 24. & tenuit Rota Romana coram Seraphin. *decis. 1298. Et dignitas etiam sine præbenda est incompatibilis sub eodem tecto cum Canonizatu, vt tenuit Rota in vna Lucana beneficij 4. Nouembrijs 1579. coram Cardinale Seraphino,******

20 Nam quoad sedem, certum iuris videbatur, quod obtinentem dignitatem, & Canonizatum, vel dubio beneficia aliàs inæqualia, ex dispensatione, vel consuetudine, residere debet in digniori, iuxta not. per Abb. *in cap. extirpanda, §. qui vero, num. 5. de preb. in c. non potest, §. illud, num. 11. & ibi Franch. n. 5. eodem tit. in 6. & fuit dictum in Seguntina Præcedentia 17. Martij 1613. coram R. P. D. Vbaldo sen.*

24 Neque huic iuris dispositioni refragari visum est statutum, in quo disponi dicitur, quod quilibet sedeat in propria sede, aliàs perdat horam. Quia præterquam quod D. Thomas satisfacit statuto residendo in Sede Archidiaconi, cum illa sit propria ipsius sedes, vt ex suprascriptis apparet, dictum etiam statutum intelligi debet de obtinentibus vnum beneficium, & sic vnã sedem tantummodo; non verò de obtinentibus ex dispensatione, seu consuetudine duo beneficia, & per consequens duas sedes, quia cum isti naturaliter in vtraque sede residere non possint virtualiter, & ciuilitate residendo in alterutra, satisfaciant vtrique, ad trad. per Felin. *in cap. ut si clerici, §. de adulteris, num. 16. vers. fallit secundo, de iudic.*

25 Quò vero ad vota, pariter dubitatum non fuit, quin vnum dicto D. Thomæ, vti Canonico de Barbos. de Episcopo. Pars III.

quæ est inter eius decisiones impressas *decis. 420. ubi etiam quod dispensatio de retinendo Archipresbyterum cum Canonizatu, non facta mentione de præbendâ illius, dicitur subreptitia, si præbendæ sint incompatibiles. Ex priuilegio tamen, vel consuetudine in vna Ecclesia quis duplici officio fungi potest, vt sit Thesaurarius, & Canonicus, & propterea duplices lucrari distributiones, quia obtinet eas diuerso iure, cum inter dignitates suppleat numerum dignitatum, & inter Canonicos suppleat numerum Canonizatorum, nec egeat substituto, ita declarauit Sacra Congregatio, prout referunt Nicol. Garcia d. c. 5. num. 245. Armendar. *dicto loco num. 25. Nec huiusmodi consuetudini derogatum fuisse per Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. c. 17. decidit ead. Sacra Congreg. apud Nicol. Garcia d. c. 5. num. 246. cum seqq. Armendar. d. loco n. 26. Vnde Sacra Rota Romana in Oriolen. Canonizatus 10. Iulij 1619. coram Remboldo, censuit quotidianas distributiones deberi ratione Dignitatis & Canonizatus, & per consequens eadem Rota in dicta Lucana beneficij coram Cardinale Seraphino, tenuit posse Archiepresbyterum habere vocem, non solum ratione præbendæ, sed etiam ratione Dignitatis, quando simul retenti sunt, vel ab erectione, vel de consuetudine, vel ratione præscriptionis, aut Apostolica auctoritate, nouitum hoc tenuit eadem Rota Romana in sequenti decisione.***

R. P. D. REMBOLDO.

Decisio in causa Oriolen. Canonizatus.

Veneris 11. Ianuarij 1619.

22 Proposito dubio, quæ Sedes, & quot vota debeantur D. Thomæ obtinenti auctoritate Apostolica dignitatem Archidiaconatus, & Canonizatum in eadem Ecclesia Domini, altera parte scriptis citata non comparente, in omnibus ad eiusdem D. Thomæ fauorem responderunt, videlicet, *ipsi deberi sedem Archidiaconi, & duo vota.*

23 Nam quoad sedem, certum iuris videbatur, quod obtinentem dignitatem, & Canonizatum, vel dubio beneficia aliàs inæqualia, ex dispensatione, vel consuetudine, residere debet in digniori, iuxta not. per Abb. *in cap. extirpanda, §. qui vero, num. 5. de preb. in c. non potest, §. illud, num. 11. & ibi Franch. n. 5. eodem tit. in 6. & fuit dictum in Seguntina Præcedentia 17. Martij 1613. coram R. P. D. Vbaldo sen.*

24 Neque huic iuris dispositioni refragari visum est statutum, in quo disponi dicitur, quod quilibet sedeat in propria sede, aliàs perdat horam. Quia præterquam quod D. Thomas satisfacit statuto residendo in Sede Archidiaconi, cum illa sit propria ipsius sedes, vt ex suprascriptis apparet, dictum etiam statutum intelligi debet de obtinentibus vnum beneficium, & sic vnã sedem tantummodo; non verò de obtinentibus ex dispensatione, seu consuetudine duo beneficia, & per consequens duas sedes, quia cum isti naturaliter in vtraque sede residere non possint virtualiter, & ciuilitate residendo in alterutra, satisfaciant vtrique, ad trad. per Felin. *in cap. ut si clerici, §. de adulteris, num. 16. vers. fallit secundo, de iudic.*

25 Quò vero ad vota, pariter dubitatum non fuit, quin vnum dicto D. Thomæ, vti Canonico de Barbos. de Episcopo. Pars III.

beat, alterum verò vti Archidiacono, iuxta receptissimam Doctorum sententiam, *c. cum olim, de re iud. ubi omnes & præcipuè Abb. n. 2. Felin. n. 1. tradunt, quòd si duo iura concurrunt in eadem persona, quorum quodlibet producit ius dandæ vocis, debet talis persona habere duas voces, quia censetur iure diuersorum, & quod hæc sit communis, & verissima opinio, testatur post alios Couar. *variarum resolut. cap. 13. num. 6. post med. lib. 3. & dicit Rota in Senen. Archipresbyteratus 23. Iunij 1606. coram Illustrissimo Cardinale Lancelotto. Hactenus decisio.**

27 Postea in alia decisione super hac causa, & coram eodem Luna undecima Martij 1619. Domini steterunt in decisio non obstante articulata consuetudine contraria in aliis Ecclesijs partium Hispaniarum, quia consuetudo cum sit stricti iuris, *Bald. in authent. si quis ruinas in 1. col. C. de sacrosan. Eccles. Castren. consil. 340. ad fin. vers. superest. Nat. consil. 554. num. 26. Non extenditur de loco ad locum, quem admodum nec de persona ad personam, l. 3. §. sequitur hoc interdicit, & ibi Bart. ff. de iur. iur. priuato. Dec. consil. 483. num. 22. Nat. consil. 555. sub n. 5. Menoch. consil. 163. num. 10. & remed. 5. vers. num. 563. Mascard. de probat. conclus. 423. num. 12. & 13. Seraphin. *decis. 1159. num. 6. Nam ubi ius est certum illud attenditur, & in defectum dicti iuris, particularis consuetudo, & hac demum etiam deficiente, consuetudo aliorum locorum, vt post alios tradit Innoc. in c. fin. sub num. 8. vers. item, & num. 9. de officio Archidiacon. Mohed. *decis. 3. num. 2. de decim. Aduertendum in hac re duxi Sacram Congregat. censuisse obtinentem Canonizatum, cui post Concilium munus sit iniunctum Pœnitentiarij, non posse in eadem Ecclesia vnã cum dicto Canonizatu obtinere Dignitatem in vim consuetudinis Ecclesie permittentis Canonizatum posse retinere Canonizatum cum dignitate, referunt Salaz de Mendoza Pœnitentiarius Ecclesie Tolerantæ §. 3. cap. fin. Nicolaus Garcia in addit. ad summ. tract. de benef. p. 11. c. 5. num. 249. Item non posse ex consuetudine retineri dignitas cum portione pro qua teneretur subite seruitia inferiora, censuit Rota in Giemen. portionis 5. Iunij 1613. coram Vbaldo.***

28 Per decretum Concilij Tridentini *dicta sess. 7. cap. 4. iuxta dispositionem cap. de multa, in beneficijs requirentibus residentiam, aut aliàs quocunque modo incompatibilibus, etiam si Canonizatus sint, inducitur vacatio primi ipso iure per adeptionem secundi pacificè possessi, referunt decisum Nicolaus Garcia *dict. cap. 5. num. 84. in 6. de cluatur. Armendar. dicto loco num. 17. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici *decis. 393. in prima editione, & resolut. 332. num. 12. in secunda editione. Vnde per assequutionem scholasticæ vacat ipso iure portionem, quam de scholasticis prouisus in eadem Ecclesia obtinebat, respondit Sacra Congregat. quam sæpe sequuta est Rot. & signanter in Zamoren. del Toro 18. Martij 1598. coram Orano, & in Giemen. portionis 5. Iunij 1613. coram Vbaldo.***

29 Et Canonizatus duos simul abique dispensatione Apostolica per triennium, & ultra detinens vtroque ipso iure est priuatus, Garcia *dict. cap. 5. numero 381. in tertia declaratione. Armendariz dicto loco numero 43. in tantum quod possessor vtriusque Canonizatus ex reg. de triennali possessionem tueri, & defendere non possit, ex eodem Nicolaus Garcia dicto num. 381. in 4. declaratione. Armendar. dicto loco num. 44. quia præsertim dispensatio, in qua fundatur dicta regula de*

ariemali, non habet locum contra decreta Concilij
 sess. 7. cap. 4. & d. sess. 24. c. 17. & sess. 25. de reform.
 mar. cap. 2. Nicol. Garcia dist. c. 5. num. 379. Ar-
 mendar. dicto loco num. 40. Campan. in diversorio in-
 ris Canonici lib. 11. cap. 13. num. 111. & 112. Rot.
 decif. 310. num. 3. in fine, apud Farinac. par. 2. recent.
 30 ¶ Ex cursu tamen decem, vel viginti annorum præ-
 sumi in dubio dispensationem ad plura beneficia, re-
 nent Flamin. lib. 3. quæst. 6. num. 74. Aloyf. Ricc. in
 praxi fori Ecclesiæ. decif. 701. in prima editione, &
 resol. 593. in secunda edit. vbi refert ita in sacra Rota
 decifum fuisse.

31 Illud pro complemento materiæ obseruandum
 duxi, dispensationem circa beneficiorum pluralita-
 tem intelligendam esse de duobus primis beneficiis,
 cap. Ordinarij, de beneficio Ordin. lib. 6. cap. non po-
 test. de præbend. cod. lib. vbi Anchar. num. 1. Domin.
 & Franch. num. 3. Mandof. ad reg. 8. Cancell. q. 7.
 num. 4. Rebuff. in praxi rit. de dispensat. ratione ara-
 ris, verb. illaque simul dimittere, Hoieda de incompar.
 benef. par. 2. cap. ult. num. 73. Ioan. à Cochier
 32 in reg. 51. Cancell. n. 16. Dubium tamen est, & vtrum
 hoc idem procedat quando duo priora beneficia,
 quæ quis ex dispensatione obtinebat, cum aliis per-
 mutantur? Partem affirmatiuam tenet glos. verb.
 ea que in d. c. Ordinarij, quam Doctores ibidem se-
 quantur, & pluribus argumentis defendit Gemin.
 in d. cap. non potest §. illud autem n. 9. Ioan. Andr.
 in cap. 1. de filiis Presbyt. Verum contrarium, im-
 mo posse quem virtute dispensationis beneficia per-
 mutata retinere, melius mihi probatur, arg. text. in l.
 filia 28. §. 1. ff. de condit. vbi conditio concepta in
 vnam rem includit aliam, quæ in illius locum suc-
 cessit, facit reg. text. in l. cum qui §. qui iniuriarum
 ff. si quis caution. iunctis resolutis per Tiraq. in l. bone
 §. hoc sermone, in princip. à num. 28. ff. de verb. sign.
 Bald. in cap. dudum il. 2. n. 2. de elect. Palat. in rubr.
 de donat. inter virum, & uxorem §. 4. num. 3. Wa-
 mel. cons. 16. num. 30. de elect. vol. 1. Nec obstat d.
 glos. verb. ea que, procedit enim in terminis tex. ibi-
 dem, scilicet vbi plura beneficia incompatibilia ex
 dispensatione obtinenti nouum aliud beneficium
 conferunt, & vt collatio valeat, oportet quod dis-
 pensatio ad ea retinenda ostendatur, vel quod prio-
 ra omnino dimittantur, & in hac specie ait glos.
 quod non sufficit illa per viam permutationis dimit-
 tere ad effectum vt retentis, quæ per permutationem
 obtinentur, collatio effectum sortiatur, & ita non lo-
 quitur glos. vbi quis solummodo intendit, ea reti-
 nere, quæ in locum priorum ex titulo permutationis
 subrogantur, nec extra formam d. c. Ordinarij no-
 uum aliud beneficium præterditur, in qua specie
 glossa est intelligenda. Vnde cum in nostro casu
 priora beneficia retinere possit, nec dimittere teneat-
 ur, poterit etiam & illa retinere, quæ per permuta-
 tionem in priorum locum subrogantur.

33 Cætera circa materiam incompatibilitatis benefi-
 ciorum tractant Dionys. Carhus. & Hieron. Cu-
 rial. in suis tract. de pluritate beneficiorum, Hoieda in
 tract. de incompar. benef. Rebuff. in praxi benef. p. 1.
 rit. de dispens. ad plura beneficia, Franc. Leo in the-
 sauro fori Eccles. p. 2. c. 3. num. 10. cum seqq. Flamin.
 de resign. lib. 3. q. 1. num. 121. cum seqq. Azor. instr.
 moral. parte 2. lib. 6. c. 13. cum seqq. Prosper. de Au-
 gustin. in addit. ad Quarant. in sum. bullarij, verbo
 beneficiorum resignatio, causa 9. Aloyf. Ricc. in col-
 lect. decif. p. 3. collect. 474. & in decif. Curia Archiep.
 Neapol. par. 4. decif. 236. vbi multa ex hoc loco me
 non citato, colligit Nicol. Garcia de benef. par. 1.
 c. 5. Paul. Comit. resp. moral. lib. 1. q. 73. Valer.

Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. tractat. 3.
 cap. 19. à num. 275. Armendar. in addit. ad recopil.
 legum Nauarra lib. 4. tit. 7. l. 2. de beneficiis incom-
 pat. Vgolin. de offic. Episc. cap. 14. §. 2. Monet. de
 optione canon. c. 6. q. 6. num. 67. cum seqq. Ioan An-
 ton. Massobr. in sua praxi haberi concursum reg. 7.
 dub. 16. 17. & 18. Valg. in opusculo de benef. c. 4. §. 2.
 dub. 5. num. 159. cum seqq. Molfes. in sum. Theolog.
 moralis tract. 6. cap. 9. plures ex antiquioribus refert
 Cened. ad Decretal. collect. 150.

ALLEGATIO LXIII.

Episcopus quando illiteratis, senio confectis,
 aut morbo impeditis coadiutores de-
 putare possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Illiterato penitus facta beneficij collatio est inuali-
 da & irrita.
- 2 Illiterati sunt incapaces beneficiorum.
- 3 Illiterato, sed non penitus facta beneficij collatio non
 est ipso iure irrita, tenetur enim sub peccato
 mortaliter edificere, vel illud remittere, aut remun-
 tiare.
- 4 Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 3. & sess.
 22. de reform. cap. 4. in fine. conciliatur.
- 5 Illiterati, qui alias honeste vitæ sunt, quoad ob-
 tenta beneficia ob causam tolerari possunt.
- 6 Illiteratis possunt Episcopi tanquam Sedis Aposto-
 licæ delegati coadiutores dare, & assignare eis
 partem fructuum pro sufficienti victu.
- 7 Coadiutores illiteratis dare non potest Vicarius ex
 generali commissione.
- 8 Parochus, cui datus est coadiutor propter insuffi-
 cientiam, non potest abesse à residentia.
- 9 Coadiutor datus illiteratis sicut Rector tenetur ad
 residentiam.
- 10 Coadiutoris deputatio facta ab Ordinario vigore
 Concilij sess. 21. de reform. cap. 6. non est at-
 tenuata, etiam si sit executâ post appellatio-
 nem interpositam à sententia eius, qui iudiciali-
 ter processit.
- 11 Coadiutoria temporalis dari potest ab Episcopo
 cum beneficij Rector senio, vel morbo officium
 suum exercere non potest.
- 12 Cap. tua nos, de clerico ægotante, declaratur.
- 13 Reddituum beneficij generalis administratio quando
 competat coadiutori, ostenditur.
- 14 Coadiutori auctoritate Episcopali certa reddituum
 portio assignanda est.
- 15 Redditus Ecclesie quando coadiutori, & ægotan-
 ti beneficiario non sufficiunt, quid faciendum
 sit, ostenditur.



Collatio beneficij facta penitus illitera-
 to, est inualida & irrita, per tex. & glos.
 in cap. 1. dist. 36. & in cap. precipimus
 dist. 34. resoluunt Rebuff. in tract. de
 pacificis poss. n. 215. aliis 260. Fla-
 min. de resignat. lib. 4. c. 11. num. 19. & lib. 5.
 quæst. 3. num. 76. Carol. de Grass. de effect. cleric. in
 præl. num. 71. Azor. instr. moral. par. 2. l. 6. cap. 6. q. 3.
 cum seqq. & cap. 26. q. 11. Lessi. lib. 2. de iustit. cap.
 34. num. 129. Nau. de orat. miscel. 40. num. 8. & misc.
 33. n. 7. [me citato in hoc loco Castro Palao in opere
 moral.

moral. tom. 2. tract. 13. di. p. 4. punto 6. num. 5. vbi
 num. 9. existimat illiteratum esse solum illum, qui
 legere & scribere latinè nescit.] multos refert, &
 sequitur Nicol. Garc. de benef. par. 7. cap. 7. num. 12.
 & illi subscribit Camp. in diuersis iuris Canon. rub. 1. 1.
 2 cap. 14. num. 5. ¶ Illiterati enim sunt incapaces be-
 neficiorum, cap. illiteratus, dist. 36. cap. penitentes,
 dist. 55. Hoieda de incompar. benef. par. 1. cap. 24.
 num. 28. Flamin. d. quæst. 3. n. 25. Carol. de Grassis
 d. prælud. num. 72.

3 Id tamen non debet intelligi in illis, qui non sunt
 penitus illiterati, sed beneficium acquirunt, requisita
 ad illud scientia carentes, quia tunc prouisio illis fa-
 cta non est ipso iure irrita, sed venit irritanda, ex
 Concil. Trident. sess. 7. de reform. cap. 3. ibi, om-
 nino irritetur, poterant enim interea addiscere, &
 necessariam acquirere scientiam, quod si non face-
 rent quamprimum commode potuerint, peccarent,
 teste Nauar. in cap. si quando, except. 18. sub num. 4.
 de re scriptis, Salzed. ad Bernard. in præl. cap. 2. 1.
 lit. H, illudque dimittere tenerentur, & fructus
 interea perceptos restituere, prout ex Quintanad.
 Azor. & Arag. resoluunt Campan. d. cap. 14. num. 5.
 Et hoc casu cogi poterunt illud renunciare, seu re-
 linquere, Flamin. lib. 3. quæst. 18. num. 20. & 21.
 Carol. de Grassis d. prælud. num. 70.

4 Sed obstat text. in cap. 4. sess. 22. de reform. in
 fine, qui irritam pronunciat omnem prouisionem
 illi factam, qui atatem, & ceteras habilitates in-
 tegre non habuerit, ex quo ponderato verbo illo,
 integre, colligitur prouisionem esse nullam factam,
 tam penitus illiterato, quam carenti integra ad col-
 latum beneficium scientia, quod ex diametro vide-
 tur contrariari dispositioni eiusdem Concilij, in d.
 cap. 3. quatenus præcipit, vt beneficia personis di-
 gnis, & habilibus conferantur, & in fine in hac verbis
 prorumpit. Aliter autem facta collatio, & prouisio
 omnino irritetur; quibus iuribus nullam meliorem
 dari possumus responfionem, nisi conciliando di-
 camus, in his quæ certam habent dispositionem iu-
 ris nullius cognitioni remissam procedere text. in
 dicto cap. 4. asserentem collationem planè illiterato
 factam irritam esse, quasi in eo, qui est penitus igna-
 rus, nullum cadit arbitrium: in aliis verò, quæ
 certam habent superioris relaxatam cognitionem,
 subsistere alterum in dict. cap. 3. quasi tunc arbitrio
 superioris relaxata facultas cognoscendi, & determi-
 nandi necessariam scientiam in prouiso, interim
 dum hoc non fit, irrita prouisio non debet censerì.
 [Vnde Rectores habentes curam animarum non
 est necesse quòd sint eminentes & excellentes litte-
 rati, si idonei in litteris fuerint, & non rudes, nec
 ignari, Rot. decif. 23. num. 3. par. 1. recentissim. vbi
 num. 7. subdit testibus dicentibus Sacerdotem in-
 habilem ad sacramenta ministranda minus credi,
 quàm dicentibus eum habilem.]

5 Illiterati, qui aliàs honeste vitæ sunt, ob causam
 quoad obtenta tolerari possunt, scilicet, si ex longo
 vsu, & rerum experientia sciant rectè exercere
 omnia ad suum officium spectantia, vel si charitatis
 perfectio scientiæ defectum suppleat, vt probat
 Campan. in diuersorio iuris Canon. rub. 5. cap. 5. n. 3.
 6 ¶ His etenim dare debent Episcopi, etiam tanquam
 Sedis Apostolicæ delegati coadiutores, vel Vicarios
 pro tempore, & assignare eis partem fructuum pro
 sufficienti victu, vel aliter providere, vt disponit
 Sac. Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 6. &
 tenent Franc. Leo in praxi fori Ecclesiæ. par. 2.
 c. 2. n. 71. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30.
 tract. 3. num. 172. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. glosf.

5. §. 9. num. 29. Nicol. Garc. de benef. par. 4. cap. 5.
 à num. 7. Aloyf. Ricc. in praxi fori penit. decif. 574.
 in prima edit. & resol. 494. in secunda edit. Zerola
 in praxi Episcop. par. 1. verb. parochia, §. 7. vbi pro-
 pter identitatis rationem asserit procedere in paro-
 chiis exemptis.

Coadiutorem hunc dari non posse nisi ab Epi-
 scopo, nec illius dationem censerì comprhensam
 in generali commissione Vicariatus tenent Sbrozz
 de officio Vicarij lib. 2. quæst. 212. à num. 2. Aloyf.
 Ricc. dist. resol. 494. num. 10. Narbona de ap-
 pellatione à Vicario ad Episcopum, part. 1. num.
 210.

8 Parochus, cui datus est coadiutor propter insuf-
 ficientiam, non potest abesse à residentia, prout de-
 cifum referunt Gonzal. d. §. 9. num. 30. Garcia dist.
 cap. 5. num. 8. Quaranta in sum. bullarij verb. resi-
 dentia, vers. præter Summistas, Piasc. in praxi noua
 Episcop. par. 2. cap. 3. num. 27. Vgolin. de potestate
 Episcopi cap. 15. §. 3. ad finem, & cap. 54. num. 3.
 [me citato in hoc loco Castro Palao in opere moral.
 tom. 2. tract. 13. dist. 1. punto 9. num. 12.]

9 Nec etiam præfatus coadiutor [abesse potest, ille
 enim] quemadmodum eius Rector, tenetur ad re-
 sidentiam, prout decifum referunt Galet. in margari-
 ta casuum conscientia, verb. residentia 1. Aloyf. Ricc.
 d. resol. 494. num. 14.

10 Et ex dicto decreto Rota in vna Dertusen. Archi-
 presbyteratus 16. Nouembris 1594. coram Penna te-
 nuit deputationem coadiutoris factam ab Ordinario
 vigore illius decreti in d. cap. 6. non esse atten-
 tam, etiam si sit executâ post appellationem inter-
 positam à sententia eius, qui iudicialiter processit,
 & c. tollitur enim appellatio ad effectum suspensiuum,
 sed non deuolutiuum, vt Sacra Congregatio decla-
 rauit, eaque appellatio poterit interponi ad Metro-
 politanum, non obstant quod procedat tanquam
 Apostolicæ Sedis delegatus, nisi quando procedet
 contra exemptum, vt delegatus, quia tunc esset
 ad Sedem Apostolicam interponenda. Ita Nicol.
 Garc. d. cap. 5. à num. 9.

11 Potest etiam ab Episcopo dari coadiutoria tem-
 poralis, & reuocabilis, cum Ecclesiæ, seu beneficij
 Rector, qui senio, vel morbo non perpetuo, nec in-
 curabili factus est inutilis, & impediens ministrare,
 suum officium exercere non potest, tunc enim ad-
 hibetur coadiutor, qui pro eo ministret, & officium
 exerceat, cap. de Rectoribus, cap. ex parte, & cap. fin.
 de clerico ægot. cap. 1. eodem tit. in 6. cap. 1. de sup-
 plend. neglig. prælat. eodem lib. Concil. Trident. sess.
 25. de reform. cap. 7. vers. quod si, Gambar. de officio,
 & potest. Legati de latere lib. 5. tit. de coadiutoribus à
 num. 1. Gonzalez d. §. 9. num. 31. Nicol. Garcia d.
 cap. 5. num. 5. Nota tamen vnum casum, quo coad-
 iutor datus per Episcopum, vel Legatum, erit per-
 petuus, videlicet quando dabitur infirmo consen-
 tienti, cui infirmo decernerentur per Episcopum ali-
 menta in bonis beneficij, Abb. in cap. tua nos, in
 fine, de clerico ægot. Gambar. d. tit. de coadiutoribus
 num. 16.

12 Nec obstat text. in cap. tua nos, de clerico ægot. 12
 ibi, ab administrationis officio debet remoueri, quia
 intelligendus quoad exercitium solum, vt tenet ex
 aliis Nicol. Garc. dist. cap. 5. num. 6. agit enim
 tex. ille de leproso, qui ratione scandalij, & hor-
 roris ab administratione quoad exercitium remo-
 ueri potest, Flamin. de resignat. lib. 5. quæst. 6. nu-
 mero 17.

13 Et aduerte, quòd quando beneficiarij morbus
 talis est, vt ipse nec temporalia, nec spiritualia
 & c. 3 admini

- administrare possit, tunc ad coadiutorem pertinet generalis administratio, qui portione commoda beneficiario data, & sibi etiam reseruata alia congruenti, reliquos beneficii fructus in pios usus impendit, & de hoc casu loquitur text. in d. cap. tua nos. Quando vero morbus talis est, ut solum impediatur spirituum administrationem, tunc ad beneficiarium pertinet generalis reddituum administratio, qui sibi necessaria reddituum portione retenta, iustam ac debitam dabit adiutori, & in hoc sensu procedit dictum cap. de Rectoribus, & desumit hæc concordia ex Azor. inst. moral. par. 2. lib. 3. cap. 2. quæst. 10.
- 14 Auctoritate Episcopali certa reddituum portio coadiutori assignanda est, ut probat Azor. d. parte 2. lib. 8. cap. 6. & quæst. 1. & ex ipsius Ecclesiæ facultatibus detrahenda ex eodem Gambar. d. tit. de coadiutoribus n. 10. & 11. Azor. d. parte 2. c. 2. lib. 3. quæst. 9. Aloyf. Ricc. dict. resol. 494. num. 11. ¶ Quando autem redditus Ecclesiæ coadiutori, & ægro-ranti beneficiario non sufficiant, alimenta potius danda sunt coadiutori, quam beneficiario infirmo, prout tenet Azor. d. quæst. 9. Sed melius dicendum puto parochiano infirmo impuimus esse providendum, deinde in subsidium teneri parochianos ad alimenta coadiutoris, cum Aloyf. Ricc. dicto nume-ro 11.

ALLEGATIO LXIV.

Episcopi ad reparationem Ecclesiarum an teneantur, & quas personas cogere possint?

SUMMARIUM.

- 1 Reparationi Ecclesiarum existentibus fructibus quarta pars est assignanda.
- 2 Edificans Ecclesiam dotem sufficientem ei assignare tenetur, alioquin Episcopus permittens edificari sine dote ad dotandum de proprio obligaretur.
- 3 Dos in Ecclesia adificatione quantæ requiratur.
- 4 Reparatio Ecclesiæ, ubi quarta pars, portio, aut sumptus deputatus non est, sciendum est à Rectore & aliis, qui in ea beneficia habent, & contribuere debent pro rata reddituum.
- 5 Reparatio Ecclesiæ Cathedralis pertinet ad Episcopum, nisi egeat magna reparatione, & fructus sint tenues, quia tunc supplet Capitulum, detrahis prius sibi necessariis.
- 6 Parochiani ad fabricam Ecclesiæ reparandam compelli possunt, si ad hoc non super sint ipsius redditus, deducto necessario beneficiariorum alimento.
- 7 Nobiles, & alij exempti ad Ecclesiam reparandam tenentur, ubi beneficiariorum redditus non super sunt.
- 8 Episcopi Parochianos ad Ecclesiam reparandam, in casibus quibus tenentur, cogere possunt.
- 9 Vicarius generalis cum speciali mandato potest parochianos cogere ad Ecclesiam reparandam.
- 10 Forensis alio in loco domicilium habens potest collectari ratione honorum immobilium, quæ habet in loco, in quo Ecclesia constructur.

- 11 Parochianus non tenetur contribuere ad fabricam Ecclesiæ nouiter constructa in loco opportunitate, ex quo vetus Ecclesia sufficiebat.
- 12 Parochianus non tenetur ad refectionem Ecclesiæ, si per eam forma antiqua mutaretur.
- 13 Ecclesiam, quæ minatur ruinam, si populus restaurare nolit, ea debet penitus dirui.
- 14 Lapides altarium, vel Ecclesiarum destructarum potest Episcopus vendere, non tamen in sordidos usus conuertere.
- 15 Cathedralis Ecclesiam non potest Episcopus sine Apostolica auctoritate in alium locum transferre.
- 16 Patronus si non dedit sufficientem dotem pro Ecclesia sui iurisdictionis, ipse ad hoc tenetur, quamuis sine dote Episcopi auctoritate fuerit edificata.
- 17 Episcopus sine licentia Pape non potest de superfluis fabrica unius Ecclesiæ fabrica alterius assignare.
- 18 Pensionem habens super beneficio Ecclesiastico & fructibus eius impositam, pro rata ad eius Ecclesiæ reparationem tenetur.
- 19 Ecclesiæ vetustate collapsæ quando reparari nequeunt, sunt in totum destruenda.



D reparationem Ecclesiarum, existentibus fructibus, quarta pars est assignanda, cap. vobis 12. quæst. 2. not. in cap. decernimus 10. quæst. 1. Fusc. de visit. lib. 1. cap. 10. num. 16. ¶ Edificans

enim Ecclesiam dotem sufficientem assignare ipsi tenetur, alioquin Episcopus permittens edificari sine dote, ad dotandum de proprio obligaretur, cap. cum sicut, iuncta glos. de consecratione Ecclesiæ Authent. de Eccles. tit. §. Si quis autem, collat. 9. Pialec. in praxi noua Episcop. par. 1. cap. 4. num. 2. [quia non aliter Episcopus suum consensum foundationi beneficii adhibere debet, quam illi assignata dote congrua, cap. nemo Ecclesiam edificet, de consec. dist. 1. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 31. num. 3. Et debet esse tanta in Parochialibus, quanta requiritur, ut ex ea viuere commodè possit vnus Presbyter cum clerico ministro, habita ratione obuentionum spiritualium, per tex. in authent. ut nullus fabricet Oratorijs domos, §. sancimus, ubi habetur requiri dotem, quæ sufficiat ad luminaria, & ad domus, custodiam alimenta, & ad sacrum ministerium, vide Abb. conf. 89. num. 6. & 7. par. 2. Bellef. disquisit. clerical. parte 1. tit. de clerico debitore 15. num. 4. Azor. inst. moral. par. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 7. [Lotter. d. quæst. 31. num. 2. ubi num. 8. subdit quod quamuis in statuenda dote congrua maximè versetur iudicis arbitrium, hoc tamen aliis est regulandum circumstantiis quàm regularetur in statuendo congruam dotem mulieri.]

Quando verò Ecclesia ad eius reparationem prædictam quartam partem, aut alienam portionem deputatam ad sumptus non habet, si populus non conuenit expendere, Rector, & alij, qui in ea beneficia habent, conferre, & contribuere debent pro rata reddituum, ut probat text. in cap. 1. de Ecclesiis edifican. cap. fin. de iis, quæ sunt à maiori parte Capituli, & resoluunt Surdus conf. 62. à num. 1. Flamin. de resignat. lib. 3. quæst. 15. num. 1. Rip. resp. 22. num. 3. Aloyf. Ricc. in aurea praxi, resol. 476. num. 4. Azor. inst. moral. par. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 10. Lambert. de inreparat. lib. 3. quæst. 7. art. 2. num. 4. vers. tertius est casus, & num. 7. vers. & si isti beneficiati, Abb. conf. 70. num. 2. par. 1. Bellef. disquisit. clerical.

par. 1. tit. de clerico debitore §. 14. num. 6. Mantie. decis. 284. à num. 1. Valalc. tom. 2. consult. 179. num. 12. plures ex antiquioribus refert Cened. ad Decret. collectan. 153. num. 1. [Rota decis. 545. num. 1. par. 1. recentiss. in postb. ubi quod Ecclesiæ reparatio spectat ad Rectores, quibus decima soluuntur, ne dum usque ad quartam reddituum, sed etiam ultra, si quarta non sufficiat.] Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. quæst. 82. concl. 3. ubi resoluunt teneri Rectorem ad reparationem si beneficii bona sustentanda vitæ superent, quamuis ad tuendam conditionem, seu statum non sufficiant, cum beneficiariorum fructus non ad crescendos, aut augendos, seu fouendos mundanos titulos, sed ad pauperes alendos, & diuinum cultum instituendum sint concessi, & conclus. 5. tenet, quod vbi est consuetudine impetratum, ut plebs, & populus, quem curat Sacerdos, suis opibus Ecclesiæ provideat, ea consuetudo retinenda est, Fusc. d. cap. 10. num. 5. ubi dicit, quod spectat ad Episcopum Ecclesiæ Cathedralis reparatio, ad cuius reparationem (circumscripta particulari consuetudine, quæ in hoc primum sibi locum vendicat, ut latè probat Beroi. conf. 3. à num. 3. volum. 1.) tenetur ipse Episcopus de quarta reddituum suorum non solum futurorum, sed etiam præteritorum, quos ad istum effectum debet conseruare, ut per Beroi. d. conf. 3. num. 6. Barbat. conf. 26. sub num. 4. vers. & prædicta omnia, lib. 3. Surd. conf. 62. num. 23. Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 11. num. 79. & si magna egeat reparatione, & fructus sint tenues, quod vix sufficiant ad paruum victum, tenetur sup- plere Capitulum ipsius Ecclesiæ de fructibus, qui supersunt detrahis necessariis. Si redditus tamen Episcopi, & Canonicorum non sufficiant, poterit Episcopus accedentibus Canonicis redditus beneficiariorum vacantium applicare fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, Abb. in cap. 1. de Eccl. edific. Felin. in cap. cum accessissent, de constit. Lamb. d. art. 2. num. 3. & 4. Bellef. d. tit. de clerico debitore §. 13. à num. 12. cum multis seqq. ubi num. 16. vers. immo, resoluunt posse Episcopum compellere Canonicos, ut dent de superfluis pro refectione illius Ecclesiæ, & num. 17. eum Lamb. d. art. 2. num. 4. vers. si autem dato, tenet quod si Episcopus & Canonici simul non sufficiant, tunc Episcopus vnà cum Capitulo possit statuere, quod alij inferiores Clerici de superabundantibus fructibus deductis sibi necessariis ad contribuendum dicte fabricæ tenerentur.

Circa hanc reparationem Ecclesiæ Cathedralis, quæ illa indiget, attendendam esse consuetudinem, statutum, seu priuilegium, cuius expensis reparari debeat Beroi. conf. 3. à princ. vol. 1. censuit Ror. in Maiorico fabrica 16. Junij 1614. coram R. D. meo Coccino Decano impressa per Farin. decis. 627. num. 1. & 2. par. 1. recent. & obseruat Marc. Anton. Genuen. in præf. Eccl. quæst. 347. Circumscripto verò statuto, & priuilegio reparari debere ex propriis fructibus pro fabrica destinatis, si verò non adsint fructus ad fabricam destinati, onus reparandi spectare ad Episcopum de quarta suorum reddituum, tam futurorum, quam præteritorum, resoluunt Beroi. d. conf. 3. num. 6. & seq. Barbat. conf. 26. incip. difficile est, num. 4. vers. & prædicta omnia lib. 3. quos refert & sequitur Surd. conf. 62. num. 23. & illis citatis Ror. d. decis. 627. num. 3. ubi num. 4. addit quod si quarta pars reddituum Episcopi non sufficiat ad illius reparationem, contabere tenentur Canonici, & alij, qui in Ecclesia possident beneficia, deum verò & parochiani, & num. 7. vers. & si isti beneficiati, Domini de Rota decisionem Sacre Congreg. cuius

meminit ipsamet Rot. decis. 325. par. 2. diuers. qua habebatur Episcopum posse assignare fabricæ distributiones quotidianas deficientium, intelligebant procedere Iuris ordine seruato, scilicet in euentu quod quarta Episcopi sufficeret, tunc posset applicare distributiones Canonicorum.

Quoad Ecclesias inferiores si deducto necessario ad alimenta beneficiariorum non super sint redditus Ecclesiæ ad fabricam reparandam, compelluntur parochiani Ecclesiæ: nam ex quo ibidem audiunt Diuina, & percipiunt Ecclesiastica Sacramenta, tenentur ad refectionem Ecclesiæ, prout resoluunt Ripa d. resp. 22. col. 2. vers. & ibi redditus, Aloyf. Ricc. d. resol. 476. num. 7. Auiles ad cap. 23. Prætorum, verb. den. orden. num. 11. Azor. d. cap. 3. quæst. 10. Cabed. Lusit. decis. par. 1. decis. 91. num. 8. Valalc. d. consult. 179. num. 16. [Rota d. decis. 545. num. 1. par. 1. recentissimar. ubi quod Ecclesiam restaurare non tenentur Parochiani nisi in subsidium, & quatenus redditus Ecclesiæ non sufficiunt.] Gregor. Lopez l. 21. tit. 10. par. 1. ubi addit quod nec posset Parochianus volendo vitare hoc onus, cedere vsui Ecclesiæ, quia hoc non pendet à facultate sua, cap. omnis, de penit. & remiss. de quo etiam Lambertin. de inreparat. lib. 3. quæst. 7. art. 2. num. 7. vers. & si isti beneficiati, & art. 5. num. 2. ubi loquitur de Episcopo volente resignare Episcopatum, ut euaret onera, & eorum præstationem, bene Bellef. disquisit. clerical. par. 1. tit. de clerico debitore par. 14. num. 7. vers. & in tantum. [Quæ quidem procedunt quoad reparationem domus Rectoris, cum eadem ratio sit in domo Sacerdotis, quæ est in Ecclesia. Vgolin. de officio Episcopi cap. 14. §. 1. num. 5. Bellef. d. §. 14. n. 4. Monct. de commun. ultim. volunt. cap. 11. num. 149. nouissimè Sperell. decis. 68. num. 4. cum seqq. ubi num. 9. idem dicit de parametis, ornamentis, Calice, patenis, luminariis & aliis Ecclesiæ necessariis quæ sunt accessoria, & à pari procedunt, ac Iure communi cum Ecclesiæ reparatione parificantur.] ¶ Et cum hoc sit opus publicum & commune, & concernens omnium utilitatem, & necessitatem, teneri contribuere nobiles, & alios exemptos, docent Aucndan. de exequendis mand. lib. 2. cap. 14. num. 19. Cened. d. collect. 153. num. 3. Cabed. d. decis. 91. num. 1. cum seqq. Aloyf. Ricc. Neapol. decis. 15. num. 4. par. 4. [Bobadil. in sua politica lib. 3. cap. 5. num. 34. Sarmien. in defen. de redditibus Eccles. par. 1. monit. 82. num. 3. in fine, Auiles ad cap. 23. Prætorum, verb. den. orden. num. 11. Cened. ad Decretal. collect. 153. num. 1. in fine, Gabr. Pereira in tract. de Mannu Regia cap. 19. de indictionibus. num. 8. vers. & qui ad primam, ubi num. 9. subdit quod non solum ad Prælatos spectat hæc cognitio, & discussio, qualia opera debeant fieri, sed etiam contributionem decernere, & ad illam subeundam cogere, quia cui committitur aliquid, committitur ea, quæ ad illius expeditionem necessaria sunt, arg. l. quicunq; §. si ci. ff. de instir. actio. l. pen. ff. de usufruct.]

Episcopis à S. Concil. Trid. sess. 21. de reformat. c. 7. maximè commendatur, ut collapsas Ecclesias refici, & instaurari procurerent ex fructibus, & prouentibus quibuscumque ad easdè Ecclesias quomodolibet pertinentibus, qui si nõ fuerint sufficientes, omnes patronos & alios, qui fructus aliquos ex dictis Ecclesiis proueniunt percipiunt, aut in illorum defectum parochianos, omnibus remedijs opportunis ad prædicta cogant, quacunq; appellatione, exceptione, & contradictione remota: hæc Cōc. Trid. ex quo constat per Episcopum & ad illius instantiam & coactionem contributione faciendam, & tenet Valalc. d. consult. 91. n. ult. [Quando

Quando autem Rector compellitur extra dubium est, agendum fore in iudicio Ecclesiastico, ut tradunt Guillem. Bened. in cap. Rainutus de testam. verb. si absque liberis num. 33. Pech. de Eccles. reparat. c. 14. Gabr. Pereira d. tract. de Manu Regia cap. 18. de indictionib. num. 7. Quando vero Praetati, siue Rectores sunt exempti, eo casu per Pontificem compelli possunt, & secundum aliquos, vel per Regem, quia censentur dampnum in Regno dare, dum patiuntur suas Ecclesias corrumpere, quae negligentia dissipatio est, ut per Guillem. d. verb. si absque liberis, num. 35. nam Regibus etiam incumbit Templorum defensio, & protectio, ut per Auendan. de exequen. mand. lib. 1. cap. 14. num. 23. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 18. num. 127. Ceuall. par. 4. quest. 897. num. 621. Gabr. Pereira d. tract. num. 5. vers. primò. Sed quando compelluntur Parochiani laici ad Ecclesiarum reparationem, cognitionem illam, siue compulsionem mixtam esse, tenuerunt Pech. de reparat. Eccles. cap. 28. Guillem. in d. cap. Rainutus, verb. domus num. 17. Gabr. Pereira d. cap. 18 de indictionib. num. 5. Quamuis quoad huiusmodi Parochianos per Iudices seculares compulsionem fieri posse indistinctè teneant, quamuis quoad Parochianos per Iudices seculares debere fieri attendant Rebuff. resp. 135. Mexi. in tract. rassa panis concl. 5. à num. 68. Cened. d. collect. 153. num. 1. ad fin. & Ceuall. in tract. de cogit. per viam violentie par. 2. quest. 99 & disponit Ordin. Regia Lusitan. lib. 1. tit. 6. §. 76. nisi verè intelligamus pro meliori praedictorum executione, & non impedito Episcopo, immò ad eius requisitionem eos etiam cogere, prout sibi Papae commodius videbitur, vel poterat procedere ante Concilium, quod postea omnem auctoritatem Episcopo dedisse apparet: quam quidem potestatem Vicario concessam censei, si habeat speciale mandatum, resoluit Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 2. cap. 16. num. 16.

Forensis alio in loco domicilium habens potest collectari ratione bonorum immobilium, quae habet in loco, in quo Ecclesia construitur. Cabed. d. decis. 91. num. 9. nouissimè Melch. Phaeos Lusitan. decis. 34. tom. 1. Non tenetur tamen vllus contribuere ad fabricam Ecclesiae nouiter constructae in loco opportunitè ex quo vetus Ecclesia sufficiebat, imò nec ad refectionem illius Ecclesiae & si per eam forma antiqua immutaretur, nisi collecta fuerit imposita pro imposita vtili, & necessaria, cum illa non dicatur talis, sed potius sit voluntaria, quasi nemo teneatur rem communem meliorem facere, per l. parietem ff. de s. ruitutib. urban. praed. resoluit Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 84. num. 21.

Si populus noluit Ecclesiam, quae minatur ruinam, restaurare, ea debet penitus dirui, prout decisum refert Sarrien. de visitat. lib. 1. cap. 10. n. 16. Zerola in praxi Episcop. par. 2. verb. Parochia, §. 6. Aloyf. Ricc. in dicta praxi aurea resoluit. 201. in fine.

Et Episcopus potest vendere lapides Altarium, vel Ecclesiarum destructarum, Nauar. de spolio cleric. §. 18. num. 11. vers. 2. Zerola d. verb. visitatio, §. 9. Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. decis. 255. par. 2. Armendar. in addit. ad recap. legum Nauar. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 85. Sed & debet animaduertere ne faciat illos conuertere in sordidos vsus, Aloyf. Ricc. in praxi aurea resoluit. 201. vbi refert in Sacra Congregat. sic decisum fuisse. Ordinarius non debet profanare capellas, & si aliquam consuetudinem profanandi habuerit, eorum contentio potius sunt tribuenda Ecclesiae, quae est caput dictarum capellarum, quam alteri. Episcopus tamen sine Apo-

stolica auctoritate non potest transferre Matricem, id est, Cathedralem Ecclesiam in alium locum diocesis, prout decisum refert Menoch. conf. 75. num. 46.

Quando Ecclesia, vel Capella est de iure patronatus, si patronus non dedit dotem sufficientem pro victu Sacerdotis, pro luminariis, fabrica, & aliis necessariis, ipse tenetur ad ista, quia fundans Ecclesiam tenetur praedicta praestare, cap. nemo, de consecrat. dist. 1. etiam si Ecclesia fundata fuerit auctoritate Episcopi sine assignatione dotis, & necessariorum, quia hoc casu adhuc patronus compelli per Episcopum poterit, & in eius defectum tenebitur Episcopus, glos. in d. cap. nemo, & sic poterit in Viuatione fieri praecipuum patrono, ut infra competentem terminum prouideat de necessariis, sub pena priuationis iuris patronatus, & capellae. [refert nouissimè me citato in hoc loco Sperell. d. decis. 68. num. 11. & 12.]

Sed an Episcopus possit de fructibus vnus Ecclesiae superfluis, assignare fabricae alterius Ecclesiae pauperis? Quæstio est ad praesens institutum non contemnenda, in qua affirmatiuè per glos. in c. constitutas, de relig. domib. & in c. 1. de rebus Eccles. non alienatis, respondet Burg. in c. que in Ecclesiarum. de constitut. n. 172. quem refert, & sequitur Marc. Anton. Genuens. in man. Pastorum cap. 56. num. 8. Verius tamen infra videtur, quod de superfluis fabricae vnus Ecclesiae, aliquid fabricae alterius Ecclesiae pauperis carentis fabrica sufficienti ad parietes eius reficiendos, & ad ornamenta emenda sine auctoritate, & licentia Papae assignare nequit, cum hoc nullo iure ei concessum esse constat: praesertim cum semel donata, data, & relicta à fidelibus in suarum Ecclesiarum vtilitatem, & vnum calumpniam, ad alium etiam pium, tam iure antiquo in c. 1. 12. q. 1. & in Clem. quia contingit, de relig. domib. quam noua Conc. Trid. confirmatione sess. 7. c. vlt. de reformat. & sess. 25. cap. 8. de reformat. applicari non possint sine Papae auctoritate, qui non facile eam cuiuslibet Episcopo impertiri solet, etiam in casu licito faciendam, cum etiam alienationem rerum Ecclesiae suae in casu licito Episcopo non concedit, nisi se prius consulto Pius I. L. in Extrava. 1. de rebus Eccles. non alienandis. Quare hanc sequitur sententiam Nauar. conf. 2. in antiquis, aliàs 15. in nouis, de rebus Eccles. non alien.

Quæres deinde non abs re quando pensionem habens super beneficio ad Ecclesiae reparationem teneatur? In quo dubio consuluit Nauar. consil. vnic. de Ecclesiis adificandis, quòd clericus pensionem habens super beneficio Ecclesiastico, & fructibus eius impositam pro rata ad eius Ecclesiae reparationem tenetur, nisi pensio ita imposita fuerit, ut ab omni onere libera solueretur.

Quando Ecclesiae vetustate collapsae reparari nequeunt, sunt in rotam destruendae, & vbi erant, erigenda Crux, Aloyf. Ricc. d. decis. resolutio. 201. vel ad alias Ecclesias transferantur, per quam translationem non censetur facta vnio, idem Aloyf. Ricc. in dicta praxi aurea, resolut. 208.

ALLEGATIO LXV.

Episcopus an possit dispensare, ut filij beneficia suorum parentum aliquo modo obtinere possint?

S V M M A R I V M.

- 1 Concil. sess. 25. de reformat. cap. 11. & Doctores de eius materia agentes referuntur.
- 2 Conciliaris Constitutio sess. 25. de reform. cap. 15. in quibus differat à iure communi.
- 3 Clerici filius an prohibeatur obtinere beneficium, vel seruire tanquam capellanus amouibilis in Ecclesia, in qua eius pater, tanquam capellanus amouibilis, seu Vicarius temporalis seruiuit.
- 4 Ratio vbi eadem viget, ibi debet esse eadem iuris dispositio.
- 5 Verba proœcialia inducunt causam finalem.
- 6 Naturales filij procreati tempore, quo parentes eorum nondum erant effecti clerici, non possunt parentum beneficia obtinere.
- 7 Beneficium quando dicatur pater obtinere, ut in eo filius succedere non possit, ostenditur.
- 8 Filius Presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim eius pater absque legitimo titulo, & minus pacifice aliquando possedit.
- 9 Dispensatio presumpta, in qua fundatur regula de triennali, non inuenit obtinentem beneficium in Ecclesia parentis sui.
- 10 Filij Presbyterorum beneficia legitime obtenta retinere non prohibentur, in quibus fuerunt beneficiati eorum parentes, qui ante Concilij publicationem è via migrarunt.
- 11 Filij non prohibentur obtinere parentis Ecclesiam, qua accessoriè alteri est vnita.
- 12 Filius illegitimus non prohibetur obtinere canonicatum, qui erat portio tempore, quo pater illum obtinebat.
- 13 Filius illegitimus non prohibetur succedere in capellania, qua absque Episcopi auctoritate fundari solet.
- 14 Beneficium non potest obtinere filius illegitimus in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis.
- 15 Canonicatum non potest obtinere filius illegitimus in Ecclesia, vbi pater fuit canonicus.
- 16 Filij legitimi clericorum possunt adipisci beneficia quacunque in eadem Ecclesia, vbi genitores habuerunt, vel etiam habent.
- 17 Parentes immediatè consequi possunt eadem beneficia quae eorum legitimi filij habuerunt.
- 18 Nepotes legitimi Presbyterorum ex filio illegitimo possunt consequi aeorum beneficia.
- 19 Filius illegitimus beneficium patris potest obtinere si in eo mediate post triginta annos successerit.
- 20 Administrare, aut Epistolam canere, vel Sacrilegio officio fungi in Ecclesiis parentum filij illegitimi nullo modo possunt.
- 21 Antiphonam ratione oneris beneficij alteri Ecclesiae annexi filius illegitimus in eadem Ecclesia, vbi parens habet beneficium, canere non potest.
- 22 Processionaliter possunt in simul incedere pater & filius, vnus tanquam beneficiatus, alter tanquam capellanus diuersarum Ecclesiarum.
- 23 Aliam filius, & pater possunt celebrare in eadem Barbof. de Episcopo Pars III.

Ecclesia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea.

- 24 Filij illegitimi clericorum non prohibentur à Concilio Trident. cum patribus habitare.
- 25 Pensionem super beneficio resignato in fauorem tertij non potest pater imponere soluendam filio illegitimo.
- 26 Pensionem, quam parens obtinuit, vel aliam super parentis beneficio non prohibetur filius illegitimus habere.
- 27 Pensio potest transferri in filium illegitimum à parente facultatem habente illam transferendi.
- 28 Resignationibus reciprocis debet Episcopus obuiare.
- 29 Resignationes reciproca post Concilium in fauorem filiorum facienda prohibentur.
- 30 Dispensare non valet Episcopus cum illegitimis, ut habeant eadem beneficia, quae pater habuit, nec ad habendum ea, quae in eadem existunt Ecclesia, in qua genitor habuit.
- 31 Dispensatio ut illegitimus valeat in Ecclesia ministrare, vbi pater habuit beneficium, debet esse in specie derogatoria Bullae Clem. 8. 1. & Concilij Trident.
- 32 Dispensatio vna non tollit omnes defectus.
- 33 Derogationes generales non operantur quando talia sunt impedimenta, quae difficiliorem cadere solent concedentem ad dispensandum.



Paternae incontinentiae memoria à locis Deo consecratis (quos maximè puritas, sanctitasque decet) longissimè arceatur, non liceat filiis clericorum, (qui non ex legitimo nati sunt matrimonio) in Ecclesiis, vbi eorum parentes beneficium aliquod Ecclesiasticum habent, aut habuerunt quodcunque (etiam dissimile) beneficium obtinere, nec in dictis Ecclesiis quoquo modo ministrare, nec pensiones super fructibus beneficiorum, quae parentes eorum obtinent, vel aliàs obtinuerunt, habere, ita Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 15. de cuius materia latè Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 397. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. Nicol. Garc. de benefic. par. 7. cap. 3. Armendar. in addit. ad recap. legum Nauarrae lib. 2. tit. 19. l. 1. de filiis Presbyterorum, num. 19. cum seqq. Carr. pan. in diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. à num. 67. optimè Seraphin. decis. 1442. Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. decis. 327. par. 4. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 75. [nouissimè Marcell. Vulpe in praxi iudic. fori eccles. cap. 47. n. 27. cum seqq. Iul. Laur. var. lucub. tit. 4. cap. 16. num. 48. cum seqq. Nouar. in sing. Iuris Canon. concl. 30. Illustriss. D. Acunha ad cap. 13. dist. 56. latè me sapissime citato in hac alleg. Castr. Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 4. puncto 2.]

In quinque differat praedicta Conciliaris constitutio à iure cõmuni. Primò, quia nõ solum ratione successione, prout de iure cõmuni, sed etiam ob incontinentiae paternae memoriam inualuit prohibitio d. cap. 15. Secundo, quòd talis memoria longissimè arceatur nõ solum immediatè, sed etià mediatè, cõtra Abb. in c. dilectus not. ab. 2. de filiis Presbyter. Tertio, quòd nõ solum prohibetur successio in eodem beneficio, sed in alio quocunque etiam dissimili, dummodo sint in eadem Ecclesia, contra ius commune, de quo Abb. in cap. ad abolendam post princip. de filiis Presbyter. Quarto, ne dum prohibetur filius obtinere beneficium in Ecclesia, in qua pater obtinet, sed & ministrare cõtra ius commune, quo tantum patri ministrare prohibetur. Abb. in cap. cum decorum, de filiis Presbyter. F F Quintè

Quid, quod nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt, vel obtinent, habere poterunt filij, contra ius commune, nam illo attento licebat parentibus renuntiare beneficia ad fauorem tertij imposita pensione solvenda propriis filiis, vt multis impulsus rationibus resoluit Gig. in tract. de pensionib. quest. 86. num. 5. vers. prædictis tamen non obstantibus; ita referunt Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 14. Armendar. d. loco num. 6. Fr. Sigism. à Bononia d. dub. 75. post n. 7. vers. 8. dubitari potest, Aloyf. Ricc. dicta Neapol. decis. 327. parte 4.

3 Circa primum, scilicet quod non solum ratione successione, sed etiam ob incontinentiæ paternæ memoriæ inualuit supradicta prohibitio, dubitari potest, an scilicet filius clerici prohibeatur obtinere beneficium, vel seruire tanquam capellanus amouibilis in Ecclesia, in qua eius pater, tanquam capellanus amouibilis, seu Vicarius temporalis seruauit? In qua quest. affirmatiue respondendum videbatur, nam memoria incontinentiæ paternæ pariter viget, nam in illo, qui titulum beneficij habet, quam in eo, qui eam exercet absque titulo, quia in vtroque datur eadem ratio. † ergo debet esse eadem iuris dispositio, l. illud, ff. ad legem Aquil. Rebuff. in l. in lege censoria 203. §. item que, de verbor. signif. Gutier. pract. lib. 3. quest. 17. n. 84. cum sequentibus, Gonzal. ad regul. 8. cancell. §. 7. proœm. num. 105. Facit deinde, quia illa verba Concilij sunt proœmialia, & inducunt causam finalem, ex text. in l. fin. & ibi Doctor. ff. de hered. institut. Bart. in l. 1. ff. de origine iuris. Hinc dicimus, quod † sicut corpus ab anima, ita dispositio à proœmiali ratione regulatur, ex Iac. in l. qui quadragesima, col. 2. ff. ad Trebell. quod eo magis pater cum apponatur dictio, vt, quæ propriè causam finalem inducit, Clement. vt in qui, & ibi Cardin. notab. 1. de acate, & qualis. Clem. 1. de re iudic. cum aliis citatis à me ipso in meis Remiss. de dictionibus dict. 381. num. 1. faciunt quæ in simili casu resoluit Flamin. de resignat. lib. 3. quest. 5. num. 9. cum seqq. Sed his non obstantibus, quæ in puncto iuris veriora iudico, contrarium decifum esse à sacra Congreg. testantur Armendar. d. loco num. 32. Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 72. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 397. à num. 4. Campan. d. cap. 13. num. 67. vers. & quia, Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 204. par. 4. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 75. num. 6.

6 Prædicta prohibitio locum habet in filiis naturalibus procreatis tempore, quo patentes eorum nondum erant effecti clerici, vt decifum referunt Garc. d. cap. 3. num. 15. Armendar. d. loco num. 7. Balb. decis. 29. Sigism. à Bononia de elect. dub. 73. num. 2. Contra Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 13. art. 7. & Fr. Ludou. Miranda in man. Pralat. tom. 2. quest. 1. art. 10.

7 Qui per procuratorem apprehendit possessionem beneficij, aut Canonicatus, etiam si nunquam in Ecclesia ministraverit, aut si uctus perceperit, dicitur beneficium, vel Canonicatum obtinere, ad hoc, vt filius in eadem Ecclesia alterum Canonicatum, aut beneficium obtinere non possit, referunt decifum Armendar. d. loco num. 20. & 44. Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 56. Campanil. d. cap. 13. num. 67.

Sitamen de Canonicatu, aut beneficio prouisus Apostolicas literas non expediuit, nec possessione habita alteri cessit vigore Apostol. prouisionis, aut illud reliquit, non dicitur habuisse ad prædictum effectum. Armendar. & Campan. d. locis proximè citatis. Nicol. Garc. d. cap. 3. n. 56. in 2. & 3. dactyl.

Filius Presbyteri illegitimus non potest obtinere beneficium, quod olim eius pater absque legitimo titulo, & minus pacificè aliquando possedit. Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 59. Armendar. d. loco num. 23. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 2. num. 7.]

Præsumpta dispensatio, in qua fundatur regula de triennali, non habet locum in hac materia, cum huiusmodi præsumpta dispensatione beneficium possidentes contra dispensationem Concilij, in d. cap. 15. possessionem suam tueri non valeant, vt referunt decifum Garc. d. cap. 3. num. 88. Armendar. d. loco num. 42. Episcopus enim si filium Presbyteri in Ecclesia paterna intrusum reperierit, assignato ei competenti termino ad docendū de dispensatione Apost. si forte ea suffultus exstat, potest eum amouere, non obstante quacunque possessione, quia nulla data dispensatione Apost. est ipso iure priuatus. Gratian. d. cap. 397. num. 31. & 32. vbi num. 35. resoluit quod non sufficit qualibet dispensatio, nisi in specie dispenseretur ad obtinenda beneficia, in Ecclesia, in qua pater, &c. Collatio enim huic facta est ipso iure nulla, Sayr. decis. 1. de constit.

Non prohibentur Presbyterorum filij beneficia retinere legitime obtenta in eisdem Ecclesiis, in quibus fuerunt beneficiati eorum parentes, qui ante Concilij publicationem à vita migrarunt, vt referunt decifum Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 43. Armendar. d. loco num. 10.

Nec etiam prohibentur obtinere Ecclesiam filialem dependentem, seu alias vnitam Ecclesiam matrici, cuius pater fuit Rector, modo vnio sit facta accessoriè, & per viam subiectionis Ecclesie matrici, & pater in ea non ministraverit prohibetur tamen obtinere vnitam æquè principaliter, aut si in vtraque pater ministravit, referunt decifum Garc. d. cap. 3. num. 62. Armendar. d. loco à num. 24. Campan. d. cap. 13. num. 67. vers. cum verò, [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 2. num. 12.]

Filius illegitimus non prohibetur obtinere Canonicatum, qui erat portio tempore, quo pater illum obtinebat, Achil. de Grassis decis. 1. de filiis Presbyter. [Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. §. proœm. sub num. 33. Lotter. de re benef. lib. 5. quest. 48. num. 210. Vnde Sac. Cong. Concilij sub die 12. Februarij 1598. censuit filium illegitimum non prohiberi obtinere Episcopatum nuper erectum ex parte Diocesis, in qua eius pater fuit Archiepiscopus, quia Concil. d. cap. 15. strictè est intelligendum in casu odioso, & loquitur in Ecclesia in qua pater ministravit, quod hic secus est, cum non sit eadem Ecclesia. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. disp. 4. puncto 2. num. 15.]

Nec prohibetur succedere in capellania, quæ fundari solet, maximè in Hispania, absque aliqua Episcopi, vel alterius superioris auctoritate, vt in illis succedant clerici de parentela, Gonzal. d. gloss. 5. num. 33. & seqq. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. disp. 4. puncto 2. n. 15. in fine.] † Excluditur verò ne possit obtinere beneficium in Ecclesia, in qua eius pater habuit solam sedem in choro ratione dignitatis, quam in alia Ecclesia obtinebat, Garcia d. cap. 3. n. 66. Armendar. d. loco num. 17. Fr. Sigism. à Bononia d. dub. 75. num. 7. vers. 7. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 2. num. 13. vbi n. 14. resoluit filium illegitimum excludi à beneficio in Ecclesia, quæ est soror alterius Ecclesie, in qua pater beneficium habet, sunt enim in Hispania aliqua Ecclesie quæ vocantur Sorores, in quatuor vna residens censetur in alia residere ex privilegio Pontificis.]

Item

15 † Item etiã non potest obtinere canonicatum in aliqua Ecclesia, vbi pater fuerit canonicus, Rebuff. in praxi benefic. tit. de dispensat. super defectu naturalium num. 37. & 38. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 4. quest. 16.

16 Attento iure communi iuxta veriorum opinionem filij legitimi clericorum possunt adipisci beneficia quacunque in eadem Ecclesia, in qua genitores habuerunt, vel etiam habent, vt probat text. in cap. ad huc, de filiis Presbyter. & tenet Host. in sum. tit. de filiis Presbyter. num. 5. Calder. cons. vnic. cod. tit. Felin. in cap. in nostra, sub num. 15. vers. tertium corol. de rescriptis, Rebuff. d. tit. de dispensat. ex defectu naturalium num. 37. non illa quidem, quæ patres obtinuerant, sed diuersa in eisdem Ecclesiis, quibus inseruierant, Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 14. quest. 16. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 2. n. 2.] & cum hac opinione videtur manere dispositio Concil. Trident. d. cap. 15. dum sub illis verbis, qui non ex legitimo nati sunt matrimonio, continet expressam licentiam respectu legitimorum adipiscendi dicta beneficia in ipsa Ecclesia, vbi parentes alia possident, effectus enim argumenti à contrario sensu, validissimus est, præcipue cum contrarium non sit de iure expressum, iuxta citata iura, & Doctores in libello de principiis, & locis communibus vtriusque iuris, verb. argumentum, num. 131. Sed melius de iure communi dicerem huiusmodi legitimos clericorum filios paternam beneficia immediatè obtinere non posse, secus vero mediatè, iuxta cap. ex mansuissa, & cap. ad extirpandas, de filiis Presbyter. & illa suffragatur ratio, quod Apostolicum est decretum inhibens filios succedere in paternis beneficiis, non in successio in Ecclesia Dei sit hæreditaria, cap. Apostolica, 8. quest. 1. Quod quidem admitterem, etiam de iure nouissimo Concilij d. cap. 15. quod cum loquatur de filiis ex fornicatione natis, & non ex legitimo matrimonio, quoad legitimos, remanet ius antiquum incorrectum, l. precipimus, C. de appellat. & ita docent Nauar. in cap. si quando except. 21. num. 2. de rescriptis. Salzed. ad Bernard. cap. 48. num. 3. Put. decis. 225. lib. 3. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 13. art. 7. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. §. num. 33. Nicol. Garcia d. cap. 3. n. 18. referunt decifum Armendar. d. loco n. 4. addit. eiusdem Garcia. d. cap. 3. num. 29. in fine. [Illustrat. D. Acunha in d. cap. 13. num. 5. & censuit Rota coram] Seraphin. decis. 1442. num. 6. filios legitimos non prohiberi obtinere diuersum beneficium in eadem Ecclesia, sed idem quod pater obtinuit, idque immediatè. [Vnde Sac. Congreg. Concilij die 23. Augusti 1631. censuit filium legitimum egere dispensatione ad obtinendum immediatè beneficium paternum.]

17 Ex eadem ratione sunt, qui teneant parentes immediatè consequi non posse eadem beneficia, quæ eorum legitimi filij habuerunt, eo quod ipsamet ratio prohibitionis militat ne Ecclesiastica beneficia hæreditario iure possideantur, nam vbi est eadem ratio, ibi debet esse eadem iuris dispositio, l. illud, ff. ad legem Aquil. l. illud, C. de sacrosanct. Eccles. cum citatis per Favin. in fragmen. crimin. littera E, num. 51. cum seqq. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcop. par. 2. num. 6. cum infinitis propemodum aliis citatis in libello de principiis, & locis communibus vtriusque iuris, littera R, num. 6. Sed contrarium communi Doctorum calculo recipitur, vt per Campan. d. cap. 13. num. 78. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 25. num. 4. in fine. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 75. n. 3. [nouissimè Marcel. Valpe d. cap. 47. Barbof. de Episcopo Pars III.]

num. 28.] & tenuit Rota coram Seraphin. d. decis. 1442. Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 28. & decifum referunt addit. eiusdem Garc. d. cap. 3. num. 29. in fine. Armendar. d. loco num. 4. vbi etiam asserit tantum patrem nulla dispensatione indigere ad obtinendum immediatè beneficium filij legitimi. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 2. num. 5. & Sac. Congr. Concilij in vna Maceraten. 18. Augusti 1628. censuit patrem non prohiberi obtinere immediatè beneficium filij sui illegitimi.]

Quoad nepotes tamen dictam prohibitionem 18 extendi docet gloss. 1. in d. cap. ad extirpandas, & in d. cap. Apostolicam 8. quest. 1. vbi Archid. num. 1. Guillelmus Benedict. in repetit. cap. Raymirus, de testamentis. verb. & uxorem, num. 693. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 48. litt. A. Rebuff. de pacificis possess. num. 266. & seqq. Lessius de iustitia lib. 2. cap. 34. num. 91. Sed verius est attenda iuris communis, & Concilij dispositione non comprehendunt nepotes legitimos Presbyterorum ex filio illegitimo respectu beneficij aui, prout resoluit Ceual. quest. 796. à num. 9. Vgolin. de potest. Episcop. cap. 50. §. 7. num. 3. §. 8. n. 2. Nauar. cons. 9. num. 9. sub tit. de filiis Presbyter. Spin. in speculo testamentorum gloss. 3. à num. 23. Garcia Gironda de priuileg. explicat. num. 1049. Sayr. de censuris lib. 6. cap. 10. num. 46. Azor. institutionum moralium, par. 2. lib. 6. cap. 4. quest. 17. Seraph. dict. decis. 1442. num. 11. Steph. Grat. d. cap. 397. num. 6. Bellet. disquisit. cleric. par. 1. tit. de disciplina cleric. §. 3. num. 33. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. par. 4. decis. 283. [D. Acunha ad cap. 1. num. 8. dist. 56.] & censuisse Rotam Roman. asserit Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 22. & decifum fuisse in Sacra Congregat. attestantur idem Garcia in addit. d. num. 22. Gallertus in margarita cas. conscient. verb. beneficium 1. [me citato in hoc loco Castr. Palao puncto 2. num. 3.] Armendar. d. loco num. 1. Campanil. d. cap. 13. n. 76. [& nouissimè censuit sub die 13. Augusti 1622.] In nepote etiam illegitimo ex filio illegitimo, idem dicendum videtur, quod scilicet minimè prohibeatur obtinere beneficium, quod auus habuit, prout decifum referunt Garc. d. cap. 3. num. 27. Armendar. d. loco num. 3. Sed hæc resolutio non caret dubio, ex eo, quia in d. cap. 15. Concil. Trident. adest verbum, longissimè, quod excludit omnem personam, etiam mediatam, propter quod id ipsum fuisse decifum refert Campanil. d. num. 76. Sed primæ declarationi standum est, prout tenet Garc. d. num. 27.

Circa secundam differentiam inter constitutionem 19 Conciliarem, & ius commune, supra relata, notandum est memoriam paternæ incontinentiæ arceri debere, itaur neque mediatè, neque immediatè liceat filio in patris beneficio succedere prout denotant proœmia Concilij verba supra relata. Ego tamen moderarem huiusmodi prohibitionem ad illum solum casum, si alius per triginta annos mediatè successerit, quia tunc cum lapsu huius temporis memoria paternæ incontinentiæ ex medio tolli videatur, tunc filium posse in patris beneficio succedere consequens videtur, prout docet Gonzal. ad regul. 9. Cancell. gloss. §. num. 33. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 2. num. 8.]

Circa quartam differentiam notarem filios illegitimos ita in Ecclesiis parentum quoquo modo ministrare non posse, vt disponit Concil. d. cap. 15. vt nec Epistolam canere, aut Sacrilegæ officio fungi possint, vt simplices cantores musicæ in eadè Ecclesia canere, prout decifum referunt Nauar. cons. 19. 17. sua tit. de castit. Sayr. decis. 1. sub eodem tit. quæ referunt

Ff 2

Aloyf.

Aloyf. Ricc. in collect. decisionum. collect. 1367. vers. tu amplia, par. 4. Garcia d. cap. 3. num. 68. Armend. d. loco num. 29. Stephan. Gratian. d. cap. 397. num. 26. cum sequent. vbi num. 28. testatur quod nec etiam antiphonam in eadem Ecclesia canere potest ratione oneris beneficii alteri Ecclesie annexi. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 2. num. 16.]

21 † Au verò filius illegitimus laicus, qui in Ecclesia, in qua pater nec beneficium habet, nec pensionem, sed vt cantor musicar tantum in ea Ecclesia cantat, comprehendatur huiusmodi prohibitione: affirmatiuè decifum fuisse referunt Garcia d. num. 68. Armend. d. loco num. 28. Aloyf. Ricc. d. Neapol. decif. 283. num. 1. par. 4.

22 Non impeditur, quin pater, & filius possint in simul processionaliter incedere, vnus tanquam beneficiatus, alter tanquam capellanus diuersarum Ecclesiarum. Verum si processionaliter accederet ad Ecclesiam in qua pater obtinet beneficium, filius non potest aliquo modo ministrare, referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 3. n. 68. in 3. declaratione, Armend. d. loco num. 30. Vbi autem sunt Collegiatae Ecclesie, quarum Decani & Canonici vigore statuti ad Cathedralium accedunt ad certas processiones, in certis diebus festis anni, & inibi canunt vnum versiculum, non potest filius illegitimus Canonici Cathedralis ad Decanatum, vel Canonicatum illarum Collegiarum eligi; quia quoquo modo inferuire dicte Cathedrali videtur: ita referunt decifum Campanil. dict. cap. 13. num. 67. vers. & quia, Garcia dicto cap. 3. num. 69. Armendar. dict. loco num. 31.

23 Non prohibetur tamen, quin pater & filius possint Missam celebrare in eadem Ecclesia, dummodo ambo non obtineant beneficium in ea, sed id fiat ab altero deuotionis gratia, ab altero causa legati, quod relictum sit Missam celebrantibus, vt decifum referunt Campanil. vbi proxime, Garcia d. cap. 3. num. 73. Armendar. d. loco num. 33. Fr. Sigifm. à Bononia de elect. dub. 75. num. 7. in princip. Quare existimo non esse molestiam exhibendam illegitimo Presbytero celebranti Missam ob quoddam legatum in eadem Ecclesia, in qua pater celebrat ob deuotionem, cum neuter habeat beneficiu, & hic casus non sit prohibitus à Concilio. Ita Garcia d. cap. 3. num. 73. Armendar. d. loco num. 34. [me citato in hoc loco Castr. Palao dict. puncto 2. numero 17.]

24 Illud tamen in filiis Presbyterorum peculiare esse videtur, vt cum parentibus suis habitare non possint, sicut resoluit Bermond. de publicis concubin. verb. apud patres suos, vbi scribit grauisimam hanc esse penam patrum Presbyterorum, quod cohabitatio suorum filiorum eis interdicitur; addit tamen Benedict. Aegid. in tract. de priuileg. honest. art. 11. num. 24. quod hoc non tam penae causa, quam fauore honestatis inductum fuit, quia spuriorum cum patre Presbytero cohabitatio generat scandalum in clero, & praebet malum exemplum in populo; est enim spurius paternae turpitudinis allidius testis. Verum licet hoc sit honestius, nullo tamen Concilij Trid. decreto prohibentur huiusmodi spurios cum patribus Presbyteris cohabitare, vt tenent Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 74. & Armendar. d. loco num. 35. vbi refert in Episcopatu Pamplionensi talem cohabitationem prohiberi lib. 1. constitutum Synodalium tit. de filiis Presbyterorum fol. 27.]

25 Circa quintam differentiam, iam supra notauimus de Iure antiquo licere patribus renunciare be-

neficiis, quae obtinebant, ad fauorem tertij, imposita pensione soluenda propriis filiis illegitimis, quod quidem de Iure nouissimo Concilij Trident. non est licitum, vt constat ex dict. cap. 15. in quo prohibetur filium illegitimum posse habere pensionem super beneficio, alijs à patre obtento, quod non habet locum in eis, qui pensionem huiusmodi ante confirmationem ipsius Concilij legitime impetrarunt, vt referunt decifum Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 46. Armendar. d. loco num. 14. & 15. vbi num. 19. resoluit illegitimum beneficiatum in Ecclesia, in qua pater simile, vel dissimile beneficium habuit, eo mortuo ante Concilij publicationem non posse ex vigore cuiuscumque eius dispensationis ante Concilij publicationem obtentae, obtinere aliud beneficium, dimisso eo, quod obtinebat in eadem Ecclesia, in qua pater reperitur beneficiatus, nec optare ex vi statuti illius Ecclesiae aliud beneficium, quod sibi competeat, veluti antiquiori: acquiritur enim de nouo, & dispensationibus per Concil. sublatis remanet indispensatus, de quo etiam Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 53.

Pensiones quascumque filij clericorum habere non possunt super fructibus beneficiorum, quae parentes eorum obtinent, vel obtinuerunt. Stephan. Gratian. d. cap. 397. quem refert Campanil. d. cap. 13. num. 70. Aloyf. Ricc. in decisionib. Curia Archiep. Neapol. decif. 186 num. 3. par. 4. Rot. apud Farin. decif. 549. num. 4. par. 2. recent. & post Nauar. resoluit Seraph. decif. 1442. num. 15. [Buratt. decif. 53. num. 3. vbi Ferentil. lit. B, me citato Castr. Palao d. puncto 2. num. 10.] † Si verò pater habeat facultatem transferendi pensionem, posse illam transferre in filium illegitimum, resoluunt Gig. de pensio. quest. 86. num. 5. Flamin. de resignat. lib. 6. quest. 4. num. 21. & 22. Gonzal. ad regul. 8. Cancellaria gloss. 5. §. 5. num. 22. & 23. P. Azor. in sit. moral. par. 2. lib. 8. cap. 8. quest. 7. Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 34. Steph. Grat. d. cap. 397. num. 1. & 7. Aloyf. Ricc. d. par. 4. collect. 1367. in fine, & Neapol. decif. 186. num. 1. & 7. par. 4. [S. Congreg. in Zamoren. 9. N. quemb. 1619. & 15. Septembr. 1629.] Potest aliquando euenire, vt scilicet Antonius legitimus obtinens canonicatum illud resignet in fauorem Nicolai, reseruata pensione super Parochiali, quam obtinet pater ipsius Nicolai, haec reseruatio comprehenditur decreto d. cap. 15. & sic pater in fraudem consentit pensioni, ita decifum fuisse attestantur Garc. d. cap. 3. num. 8. Armend. d. loco num. 41.

Episcopus debet maximè obuiare reciprocis resignationibus, quas prohibet & abominatur Concil. Trident. d. cap. 15. vers. ad hac reciproce, de quibus agunt Nauar. conf. 5. de renunciatis. Emman. Roder. in sum. par. 2. cap. 56. num. 8. & 9. [Geronda in tract. de priuilegiis & exemptionibus explicat. num. 1275.] & faciunt quae Flamin. de resignat. lib. 14. quest. 9 [Nicol. Garc. par. 7. cap. 3. num. 87. me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 2. num. 18. vbi ait interdictam esse à Concil. Trident. omnem reciprocam renunciationem, si quae à parentibus clericis in fauorem filiorum suorum fiat, & quod illa dicitur reciproca resignatio à Concilio prohibita, in quibus pactum, & conuentio de mutua faciendae resignatione interuenit.] quae quidem prohibitio loquitur tantum circa reciprocas resignationes post ipsam Concilium in fauorem filiorum faciendas, vt referunt resolutum Garcia dict. cap. 3. num. 82. in 3. respons. Armendar. dict. loco numero 5. [Verum si dempta fraude clericus habens filium renuntiat

nuntiat proprium beneficium in fauorem filij alterius clerici, qui post aliquod tempus in remunerationem accepti beneficii recipere suum renuntiat beneficium in fauorem filij primi clerici renuntiantis, nulla committitur simonia, nec decisioni dicti Concilij Trident. contrauenitur, ita ex Fr. Emman. citato loco resoluit Gironda vbi supra, addens idem dicendum, licet praecedat aliqua mentalis intentio reciprocae renuntiationis, quia à principio defuit talis pactio.]

Cum huiusmodi illegitimis dispensare non valent Episcopi, vt habeant eadem beneficia, quae pater habuit, teste Staphil. de litteris gratiae, tit. de qualitat. & statu benef. vers. 2. quod si illegit. Geminian. in c. 1. num. 8. vers. in glossa ibi, de filiis presbyt. in 6. gloss. fin. in dict. cap. ad abolendam, [me citato in hoc loco Alzedo de praecellent. Episcop. dign. par. 2. cap. 9. num. 36.] neque ad habendum ea, quae in eadem existunt Ecclesia, in qua genitor habuit, aut in praesenti retinet beneficium, quia ad fauorem illegitimum, etiam ante clericatum paternum natorum, solus Papa, non ipsi Episcopi elargiri queunt huiusmodi facultatem, vt ait gloss. verb. patiaris, in cap. 3. de filiis presb. gloss. vltim. in cap. conquerente, eod. tit. Mandol. tractat. de signatura gratiae sub tit. de dispensat. ad beneficia in Ecclesia in qua pater, refert & citatur Campanil. d. lib. 1. cap. 13. num. 87. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 2. n. 19.] Et dispensatio debet esse in specie derogatoria Bullae Clementis VII. & Concilij Trident. † vt illegitimus valeat in Ecclesia ministrare, vbi pater habuit beneficium, Rebuff. in praxi tit. de dispensat. super defectu natalium num. 24. & 55. Vna † enim dispensatio non tollit omnes defectus, sed tot debent esse dispensationes, quot obstacula, Gemin. conf. 33. num. 8. Cassad. decif. 9. num. 4. de prebend. Rot. decif. 233. par. 1. diuers. † Neque generales derogationes, & clausulae operantur quando talia sint impedimenta, quae difficiliorem reddere solent concedentem ad dispensandum. Felin. in c. nonnulli, n. 21. vers. quinta conclusio, de rescript. Alex. conf. 195. num. 10. libr. 2. Menoch. de arbit. casu 203. n. 12. quo fundamentum ita in terminis resoluit Aloyf. Ricc. in praxi aenea resolut. 369.

ALLEGATIO LXVI.

Episcopus quae beneficia vniue possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Vnio est beneficiorum, seu Ecclesiarum ab Episcopo, vel alio Superiore ob utilitatem, seu necessitatem factae annexio.
- 2 Vnio tribus potissimum fit modis.
- 3 Episcopus confirmatus licet nondum consecratus stando in Iure communi antiquo potest vniue beneficia & Ecclesias suae diocesis ex legitimis causis.
- 4 Vniue potest Episcopus alicui Religiosi beneficium, seu Ecclesiam suae diocesis.
- 5 Beneficium ob Episcopi negligentiam deuolutum ad Papam potest Episcopus vniue.
- 6 Beneficium, cuius collatio vigore concordiae spectaret ad Capitulum, potest Episcopus vniue.
- 7 Beneficia reseruata vniue possunt per Episcopum, dummodo ex huiusmodi vnione prauidicium

- non fiat expectanti auctoritate Apostol. beneficia illa.
- 8 Vniue ad tempus, seu ad vitam non potest Episcopus.
- 9 Beneficia exempta à iurisdictione Episcopi non valet ille vniue.
- 10 Vicarius generalis Episcopi non potest beneficia vniue, nisi speciali sibi ab Episcopo committatur.
- 11 Capitulum Sede vacante potest vniue ea beneficia, quae potest Episcopus, dummodo per eam vnionem iurisdictioni Episcopali nihil detrahatur.
- 12 Legatus de Latere potest vniue beneficia prouincia suae legationis absque tamen prauidicio Episcopi.
- 13 Archiepiscopus vniue potest beneficia in sua diocesi, non autem suffraganeorum.
- 14 Abbates, atque alij Praelati Episcopo inferiores ita plene subiectas sibi Ecclesias habentes, vt iurisdictione quasi Episcopali in eis fungantur, seu existente priuilegio, aut consuetudine legitime praescripta, possunt vniones facere.
- 15 Causa iusta in vnione requiritur, quae in hac parte est necessitas, vel utilitas Ecclesiae.
- 16 Vnio facta per Ordinarium sine causa, vel ex falsa causa, etiam seruata Iuris forma, est nulla ipso iure.
- 17 Citari debent ij omnes quorum interest in vnione faciendae.
- 18 Ecclesiam subiectam Abbati, aut alij inferiori Praelato non potest Episcopus vniue absque illius consensu.
- 19 Patroni consensus exigunt vt Episcopus Ecclesiam sui iuris patronatus vniue possit.
- 20 Rectoris, siue possessoris beneficii ab Episcopo vnionem di consensu non exigunt.
- 21 Capituli Ecclesiae Cathedralis consensus in vnione per Episcopum faciendae accedere debet.
- 22 Consensus Capituli in vnione faciendae per Episcopum, satis est si postea accedat.
- 23 Vnio per Episcopum absque consensu Capituli fieri potest exiunte consuetudine in contrarium.
- 24 In vnione faciendae ab Episcopo ipsi Capitulo, an sufficiat illius consensus, ostenditur.
- 25 Nullitas vnionis ob defectum consensus Capituli, an possit opponi ab alio quam ab ipso Capitulo, ostenditur.
- 26 Capituli consensus, an exigatur in vnione per Legatum faciendae, ostenditur.
- 27 Possessor beneficii vniti attentata dispositione Concilij test. 7. de reform. c. 6. non potest quadragenaria praescriptione se ineri, quominus liceat Episcopo vnionem perpetuam à quadraginta annis circa factam examinare.
- 28 Beneficia diuersa diocesis nulla ratione hodie Episcopus vniue valet.
- 29 Capituli consensus, an sit necessarius cum Episcopis vniones facit tanquam Sedis Apostol. delegatus.
- 30 Vnio cuiuscumque beneficii curati monasterio, aut cuiuscumque operi pio, seu beneficiis simplicibus prohibita est.
- 31 Episcopus potest vniue beneficia absque patroni Ecclesiastici consensu si Iuris patronatus Ecclesiastici sunt.
- 32 Beneficium liberum beneficio iuris patronatus potest Episcopus vniue.
- 33 Ordinarius non potest concedere laico ius patronatus super beneficio libero.

- 34 Vnio vnus beneficij facta alteri accessorie operatur extinctionem & suppressionem nominis, & vnus beneficij vnus.
- 35 Curam animarum non censetur habere, qui beneficium curatum habet accessorie annexum alicui beneficio simpliciter.
- 36 Beneficij principis alia natura, & qualitas attenditur, non autem annexi.
- 37 Vnio beneficium assumit naturam, consuetudines, & privilegia principalis.
- 38 Vnio Ecclesia per unionem supprimitur, & omnia transferuntur in eam, cui fit vnio.
- 39 Vnio Ecclesia Parochialis possessa vni membrum alterius non inducit incompatibilitatem.
- 40 Beneficium curatum annexum simplici assumit naturam simplicis.
- 41 Alias viginti quinque annorum non requiritur ad Parochialem vniam accessorie, & perpetuo, sed sufficit illa, que ad principalem requiritur.
- 42 Concurfus non est faciendus in prouisione dignitatum habentium vniam Parochialem perpetuo, & accessorie.
- 43 Beneficium principale in impetratione sufficit tantum exprimi, nec opus est exprimere accessorie vnium.
- 44 Dispensare potest Episcopus cum illegitimo ad beneficium simplex, cui vnua est Parochialis.
- 45 Promotus ad Ecclesiam Parochialem que est vnua accessorie alicui non Parochialis minime tenetur lege posita in cap. licet canon, de elect. lib. 6.
- 46 Vnio equè principaliter, que fit, ostenditur.
- 47 Canonatum obtinens, cui est vnua Parochialis ad vitam, debet in Parochiali reside-re, & non in Canonatu, ac facere mentionem in impetratione de vtroque beneficio sic annexo.
- 48 Vnio quomodo accessorie, vel equè principaliter facta cognoscatur, remissine.
- 49 Vnio non presumitur, sed probari debet ab eo, qui factam asserit.
- 50 Vnio probanda est per instrumentum, seu litteras ipsius vnionis, vel ex diuturnitate temporis immemorialis.
- 51 Vnio ex verbis enunciatiuis quando probetur, ostenditur.
- 52 Vnio probari potest per confessionem partis aduersæ concurrentibus administris, & comestris, & per testes deponentes de publica voce, & fama.



NIO est beneficiorum, seu Ecclesiarum ab Episcopo, vel alio superiore facta annexio. Bapt. Caccia. sup. in tractat. de vnionib. art. 1. Rebuff. in praxi tit. de vnionibus benef. a. n. 1. Nicol. Garcia de benef. par. 11. cap. 2. num. 3. illo amplius addito, ob vtilitatem, seu necessitatem Ecclesie, vt colligitur Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 13. & tradit Vgolin. de officio. & potest. Episcopi c. 52. in princ. num. 1. [me scripsisse in hac allegat. citato, Castr. Palao in opere mor. tom. 2. tract. 13. disp. 6. puncto 12. §. 1. a princ.]

Tribus potissimum modis fit vnio.

Primo vt ex duobus beneficiis vnium fiat, vt probatur ex cap. decimas 16. quas. 1. aut si ex duabus Parochiis fiat vnica.

Secundo vt Ecclesia vna alteri subiciatur, & tunc vnita erit accessoria, fruaturque privilegijs principalis, cui vnitur cap. recolentes, in fine, de statu monach.

Tertio fit vnio duorum beneficiorum, seu Eccle-

fiarum inuicem equè principaliter, vt per Rebuff. loco citato a num. 11. vsque ad 15. Filliuc. tract. 41. de benef. c. 3. a num. 121. Hoieda de incompatib. benef. par. 1. c. 3. num. 2. Petr. Gregor. de benef. c. 20. num. 2. Azor. in situ. moral. par. 2. lib. 6. c. 28. quas. 2. Nicol. Garcia d. c. 2. num. 7. Sanch. in precepta Decalogi tom. 2. lib. 7. c. 29. num. 146. Gambar. de officio & potest. Legati de latere tit. de potestate Legati in vniondo, a princ. [me citato Castr. Palao d. puncto 12. §. 1. num. 2.]

Episcopus stando in iure communi antiquo potest vnire beneficia & Ecclesias suæ diocesis ex legitimis causis, vt probant text. in c. sicut vnire, de excessib. Pralat. & in c. expofuiti. de prebend. & in c. consultationibus, & in cap. pastoralis, de donation. Clem. si vna, de rebus Ecclesie, cum similibus, Rebuff. d. tit. de vnionib. n. 21. & in repet. c. extirpanda §. qui vero, de prebend. proem. 4. & notab. 3. vers. de iure autem. [me citato in hoc loco Alzedo d. precell. Episc. dignit. par. 2. c. 9. num. 48.] Fusch. de visitat. lib. 2. c. 2. num. 19. Azor. d. c. 28. quas. 6. Nicol. Garcia. d. c. 2. num. 62. Sanch. d. c. 29. num. 147. Rot. decif. 133. num. 5 par. 2. diuers. [Lotter. de re benef. lib. 1. q. 28. num. 111. & rectè quidem suæ diocesis, cum nequeat vnire beneficia alterius diocesis, Coccin. decif. 449. num. 3.] Atque id potest Episcopus confirmatus, quamuis nondum consecratus sit, quippe hoc est iurisdictionis, vt bene docent Marian. Socin. in d. c. sicut vnire, art. 3. n. 53. & 54. q. 10. Sanch. d. c. 29. num. 147. in fine.

Amplia primo, hoc ipsum non tantum verum esse si velit Episcopus vnire Ecclesiam secularem seculari, sed etiam posse vnire Religionis alicui Ecclesiam, seu beneficium suæ diocesis, vt docent glos. verb. denotentur, per tex. ibi. in Clem. 2. de rebus Ecclesie non alienan. vbi Card. in princip. num. 4. not. 4. & n. 11. quas. 7. Anchar. num. 4. not. 4. Imola num. 1. & 3. not. 2. & 3. & Bonifac. num. 3. Mar. Socin. in d. c. sicut vnire. art. 4. quas. 4. num. 61. & 62. Calderin. conf. 5. num. 1. de rebus Eccles. non alien. Doctores in d. c. consultationibus. Selu. de benef. par. 3. quas. 11. num. 126. Azor. diel. cap. 28. quas. 19. Sanch. diel. cap. 29. num. 148.

Secundo amplia, quamuis collatio illius beneficij ob Episcopi negligentiam deuoluta esset ad Papam, cum alio iure deuolueretur, alio autem vnatur, vt per Butr. in d. c. sicut vnire n. 10. & ibi Abb. n. 6. & Anchar. num. 5. Marian. Socin. sen. a num. 67. Boët. decif. 346. ad finem. Azor. d. c. 28. quas. 15. Sanch. d. cap. 29. num. 149.

Tertio amplia, etiamsi collatio vigore concordie spectaret ad Capitulum, vt censuit Rota in Ofcen. Canonicius 1. Februario 1593. coram Seraphino, & est inter eius decisiones impressas decif. 1011. numero 2.

Quarto amplia, quamuis beneficia illa reseruata sint à Pontifice, dummodo ex huiusmodi vnione præiudicium non fiat expectanti auctoritate Apostolica beneficia illa, ac proinde hæc vnio effectum non habebit nisi post expectantis mortem, vel donec illo beneficio priuatus sit, vt per Abb. in d. cap. sicut vnire num. 7. & ibi Anchar. num. 5. Cardin. num. 3. quas. 3. & Marian. Socin. sen. art. 4. quas. 6. num. 63. Gambar. de auctoritate Legati lib. 5. tit. de potestate Legati in vniondo lib. 63. Boët. decif. 346. ad finem. Rebuff. diel. tit. de vnion. benefic. num. 31. Hoieda de incompatib. benef. p. 2. cap. 3. num. 7. Sanch. d. c. 29. num. 150. [Seraphin. decif. 1078. num. 5. latè Beluamin. ad Gregor. XV. decif. 419. num. 7.] Verùm omnia in hac quæstione contradictoria ad vniam confo-

sonantiam reduci possunt si distinguantur duo casus. Primus est quando Papa simpliciter sibi reseruauit collationem alicuius beneficij, & tunc aueretur an Episcopus possit simpliciter vnire, & dicendum est posse, quia reseruatio non tangit aliud quam collationem, quæ sicut non impedit beneficium vniri, ita nec impedit vnio ipsa collationem fieri, cum beneficium possit esse eodem tempore, & collatum sine præiudicio vnionis, & vnium sine præiudicio collationis. cap. consultationibus, de donat. & propterea hoc casu tenet vnio, sed suspenditur eius effectus donec reseruatio consummatur ita & non aliter, sic Rot. decif. 4. & 6. de rebus Eccles. non alien. in antiq. cum alijs per Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 91. & hoc procedit siue vnio fiat ante reseruationem, siue post, vt in d. decif. 4. Alter est casus quando Papa non simpliciter reseruauit sibi collationem, sed quancunque aliam dispositionem, illam expresse auferendo ad Ordinarios, & hoc sanè casu non potest Ordinarius vniri, vt per Abb. in diel. cap. sicut vnire, sub num. 7. ad finem, refert & sequitur Lotter. de re benef. lib. 1. quas. 29. num. 42. & 43.

8 Limita primo in vnione ad tempus, seu ad vitam, quia est interdita Episcopo, vt per Staphilæ. de literis gratie tit. de modis prouisionis num. 19. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. vnio §. 7. Azor. d. lib. 6. c. 28. quas. 7. Nicol. Garcia d. c. 2. num. 84. Sanch. d. c. 29. num. 152.

9 Limita secundo in beneficijs exemptis à iurisdictione Episcopi, tunc enim nequiter Episcopus ea vnire, vt pote quæ suæ dispositioni subiecta non sunt, & ideo tunc vnio pertinet ad Pontificem, vt per Rebuff. d. tit. de vnionib. n. 22. Hoied. d. c. 3. n. 7. Sanch. d. cap. 29. num. 151.

10 Vicarius generalis Episcopi non potest beneficia vnire, nisi specialiter sibi ab Episcopo committatur, vt docent Marian. Socin. in d. cap. sicut vnire art. 3. num. 43. cum sequentibus, Rebuff. d. tit. de vnionib. benef. num. 37. & tit. de forma Vicariatus, num. 102. Anton. Cuch. lib. 2. insti. canon. tit. 8. num. 106. Hoied. de incompatib. benef. par. 2. cap. 3. num. 7. vers. non est etiam omittendum, Sbroz de officio Vicarij lib. 2. quas. 115. & quas. 116. num. 1. [Franc. Leo in thesuro fori Eccles. par. 2. cap. 31. num. 16.] Azor. diel. c. 28. quas. 10. Nicol. Garcia. d. c. 2. num. 69. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decif. 492. in 1. editione, alias resolut. 383. ante num. 1. in 2. edit. & diel. Neapol. decif. 198. num. 5. p. 4. Stephan. Gratian. d. icept. forens. c. 278. num. 35. Sanch. d. cap. 29. num. 123. Narbona de appellat. a Vicario ad Episcopum par. 1. num. 223. [Lotter. d. q. 28. n. 118. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 109. num. 1.] Quamuis Hier. Gabr. conf. 200. num. 3. vol. 1. teneat hoc posse Vicarium ex suo officio.

11 Capitulum Sede vacante potest vnire ea beneficia, quæ potest Episcopus, dummodo per eam vnionem iurisdictioni Episcopali nihil detrahatur: ita docent Doctores in Clem. 1. de statu Monach. Marian. Socin. in diel. cap. sicut vnire art. 3. num. 40. quas. 6. Caccia. sup. de vnionib. Eccles. art. 3. n. 19. Percusin. de vnionib. cap. 5. num. 26. Rebuff. d. tit. de vnionib. num. 36. Hoieda d. c. 3. num. 7. vers. similiter Capitulum, Azor. d. lib. 6. c. 28. quas. 5. quos refert & sequitur Sanch. d. c. 29. num. 155. quibus adde Zerol. in praxi Episc. par. 1. verb. vnio §. 11. & par. 2. verb. Capitulum §. 4. & verb. vnio §. 7. Marc. Anton. Genucul. in praxi Archiep. Neapol. cap. 85. num. 25. Quaran. in summa Bullarij verb. Capitulum Sede vacante quæstion. 9. vers. quæ-

conclusio, Nicol. Garc. diel. cap. 2. num. 67. & 68. Ragul. de voce Canonorum in Capitulo quæst. 16. quicquid dicat Cuch. d. lib. 2. tit. 9. n. 857. & Azor. sibi contrarius d. p. 2. lib. 3. cap. 38. quas. 9. [Lotter. d. quas. 28. num. 140.]

Legatus de Latere cum possit in sua prouincia quicquid Episcopus in sua diocesi, potest vnire beneficia prouincie suæ legationis, absque tamen præiudicio Episcopi, ita tenent Abb. in d. c. sicut vnire, num. 5. vbi Cardinal. num. 1. Imola in fine, Dec. a num. 19. Rebuff. d. tit. de vnionibus a num. 24. Gambar. de officio. & potestate Legati lib. 5. vbi de potestate Legati in vniondo beneficia a num. 40. Hoieda d. cap. 3. num. 7. vers. vltimus Legatus, Azor. diel. c. 28. quas. 8. & eadem par. 2. lib. 5. cap. 29. quas. 14. quos refert & sequitur Sanch. diel. cap. 29. num. 158. quibus adde Nicolaum Garcia diel. cap. 2. num. 65. Aloyf. Ricc. diel. resolut. 383. num. 2. & d. Neapol. decif. 198. num. 2. par. 4. Vgolin. de officio. & potest. Episcopi cap. 5. §. 1. n. 1. [Lotter. d. q. 28. n. 116. & 117.]

Archiepiscopus vnire potest beneficia in sua diocesi cum in ea eandem iurisdictionem exerceat, quam Episcopus in sua, sed nequit vnire beneficia in diocesi Suffraganeorum, sic resoluunt Mar. Socin. in d. c. sicut vnire art. 3. quas. 4. num. 35. Rebuff. d. tit. de vnionib. num. 29. & 30. Hoieda d. cap. 3. n. 7. Azor. diel. cap. 28. quas. 7. quos refert, & sequitur Sanch. d. cap. 29. num. 156.

Abbatem, atque alij Prælati Episcopo inferiores ita plene subiectas sibi Ecclesias habentes, vt iurisdictione quasi Episcopali in eis fungantur, seu existente privilegio, aut consuetudine legitime præscripta, possunt vniones facere, vt per Mar. Socin. in d. cap. sicut vnire art. 3. num. 41. & 42. glos. verb. Ordinarios in Clem. 1. §. adhuc, de statu Monach. plures, quos refert Sanch. d. c. 29. num. 160. quibus adde Sbroz de officio Vicarij lib. 2. quas. 115. n. 12. Azor. d. c. 28. quas. 10. Nicol. Garcia d. c. 2. num. 71. cum sequentibus, Aloyf. Ricc. d. resolut. 383. num. 3. & d. Neapol. decif. 198. num. 4. par. 4. [Velut quando ad eos iurisdictione quasi Episcopalis pleno iure spectat. Rota in pract. de vnion. num. 11. Petr. Gregor. de benef. c. 20. n. 7. Lotter. d. quas. 28. n. 113. vbi à n. 134. probat inferiores ab Episcopo posse vniones facere iure speciali, puta ex privilegio Apost. siue vero, siue præsumpto ex immemorabili, vel ex quadragenaria cum titulo.]

Ad hanc vnionem per Episcopum, aliosque Prælatos supra enumeratos ritè faciendam, requiruntur aliquæ conditiones, quarum prima est causa iusta, quæ in hac parte est necessitas, aut vtilitas Ecclesie, vt expresse habetur in cap. expofuiti, de prebend. & in c. 1. de rebus Eccles. non alien. lib. 6. & docent Rebuff. d. tit. de vnionib. num. 38. Azor. d. p. 2. lib. 6. cap. 28. quas. 4. & 13. Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 108. Sanch. d. cap. 29. num. 161. Necessitas est quando præbenda, cui vnio facienda est, caret sufficientibus redditibus ad alendum ministrum. d. c. expofuiti, ibi, de redditibus præbendarum suarum nequeunt sustentari Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 1. ibi, propter eorum paupertatem, censuit Rota coram Seraphino decif. 1078. n. 4. Vel si Ecclesia, sit destructa ab hostibus, vel desolata. cap. 2. de relig. domibus, vel propter populi detrimentum. cap. ad audientiam il 2. & cap. fin. eod. tit. Vel quando Ecclesie sunt vicinæ, & restant pauci de populo alijs mortuis, vt probatur in cap. & temporis 16. quas. 2. Vtilitas autem est, quando propter fructuum tenuitatem non inueniuntur clerici idonei ad deseruendum, vt probantur

bant d. cap. exposuisti, & cap. 1. ne Sede vacante, ibi, ne plus fauisset persona, quam Ecclesia videremur. Si verò sine causa, vel ex falsa causa, etiam seruata Iuris forma, vnio facta sit per Ordinarium, nulla est ipso iure, vt per Bursat. conf. 185. num. 13. lib. 2. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 113. vbi num. 117. resoluit subreptionem vitare ipso iure vnionem Apost. quicquid dicant prædictam vnionem non esse ipso iure irritam, sed irritandam ope exceptionis. Mar. Socin. Rebuff. Azor. & alij plures, quos refert & sequitur Sanch. d. cap. 29. num. 175. Causæ vnionis veræ non præsumuntur etiam si Ordinarius, vel delegatus eas inferat in vnione, & asserat esse veras, sed iuans se vnione tenetur illas probare, vt resoluit Nicol. d. cap. 2. num. 120. vbi num. 121. resoluit quòd si Ordinarius, vel Legatus in ipsa vnione enuntiet adhibuisse causæ cognitionem, & solemnitates requisitas, & reperisse causas esse veras, videtur standum eius assertioni, & præsumendum esse pro vnione, donec contrarium probetur, etiam si processerit parte non vocata, quia fortè tunc nullus aderat, qui deberet vocari, refert Ioan. à Cochier ad reg. 13. Cancel. num. 27.

37 Secunda conditio est, vt citentur hi omnes, quorum interest, in vnione faciendâ, ita Clem. vnica §. ad hac, de statu Monach. Rot. decif. 133. num. 4. p. 2. diuers. Rebuff. d. tit. de vnionib. num. 43. Azor. d. c. 28. quæst. 14. Hoieda d. cap. 3. num. 9. Henriq. conf. 99. n. 6. Nicol. Garcia d. cap. 3. num. 203. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decif. 486. in 1. edit. aliâs resol. 377. n. 3. in 2. edit. & iterum decif. 491. in 1. edit. aliâs resol. 382. num. 1. in 2. edit. Sanch. d. cap. 29. num. 163. Seraph. decif. 1078. [Lotter. d. q. 28. n. 166. cum seqq.]

38 Vnde si Ecclesia sit subiecta Abbati, aut alij inferiori Prælato, non potest Episcopus eam vnire absque illius consensu, vt per Mar. Socin. in d. cap. sicut vnire art. 4. quæst. 5. num. 62. vbi art. 6. num. 95. concl. 4. rectè ait exigi quoque consensum clericorum constituentium Capitulum cum eo Prælato inferiori, & concl. 5. num. 96. bene etiam dicit exigi quoque consensum Capituli Ecclesiæ Cathedralis, refert Sanch. d. cap. 29. num. 167.

39 Insuper si Ecclesia sit iurispatronatus, exigitur consensus patroni, vt Episcopus eam vnire possit, quippe quod præiudicium sit iuri præsumendi competenti patrono per vnionem illam; & ideo vt ea rata sit, exigitur vt patronus consentiat. Ita per cap. siggesti, de iurepatr. docent Mar. Socin. in d. cap. sicut vnire art. 6. concl. 3. num. 98. Boët. decif. 345. num. 4. in fine, Lambert. de iurepatr. lib. 3. quæst. 6. art. 2. Bertrand. conf. 73. vol. 4. Couar. præf. cap. 36. num. 11. Nauarr. conf. 3. num. 2. de iurepatr. in antiq. Hoieda d. cap. 3. num. 9. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decif. 486. in 1. edit. aliâs resol. 377. num. 1. in 2. edit. vbi num. 5. resoluit consensum patroni non præsumi, nec de eo stari assertioni Episcopi, Flamin. de resignat. benefic. lib. 2. quæst. 4. num. 11. Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 1. cap. 13. num. 477. Azor. d. cap. 28. quæst. 12. & sequitur Sanch. d. cap. 29. num. 168. & num. 170. dicēs etiam neutri patrono tam seculari, quam Ecclesiastico posse Episcopum præiudicium inferre, & resoluitque satis esse subsequi consensum patroni. [Et si plures patroni sunt, omnium requiritur consensus, Verall. decif. 346. p. 3. Lotter. d. q. 28. n. 170.]

20 Præterea non exigitur consensus Rectoris siue possessori, beneficij ab Episcopo vnienti, aut si vacet defensoris illius beneficij, maximè quando vnio debet sortiri effectum post Rectoris obitum, vt probat Clem. fin. vers. quod si Rector, vbi glol. verb. vocatus, de reb. Eccles. non alien. & ibi Cardin. quæst. 1.

num. 7. Anchar. num. 5. Rot. decif. 133. num. 14. p. 2. diuers. Seraphin. decif. 1078. num. 3. Aloyf. Ricc. in d. praxi fori Ecclesiast. resol. 382. Nic. Garc. d. cap. 2. n. 24. & num. 203. Sanch. d. cap. 29. num. 171. Ioan. Cochier ad reg. 13. Cancel. n. 28. [Lotter. d. q. 28. n. 171. cum seqq.] Quòd si dicas præiudicium generari, quia impeditur ne cum alio permutari valeat, vel in gratiam alterius illi renuntiare, respondent Rebuff. ad reg. 21. Cancel. de vnionib. glol. 11. num. 9. & 10. Hoieda d. cap. 3. n. 9. Azor. d. cap. 28. quæst. 12. id præiudicium non esse considerabile, eo quòd permutatio illa, & resignatio pendeant à voluntate Superioris, & sint modi extraordinarij comparandi beneficijs, quare id præiudicium cedere debet vtilitati communi, ob quam vnio beneficiorum fit. [Cum etiam, quia ex resignatione huiusmodi nullum, vel modicum inferitur præiudicium, illi, cui est facta vnio, cum facile sit vt contingat citius mori resignatarium, quam resignantem, Putc. decif. 347. n. 5. lib. 2. in nouis, Flamin. de resign. lib. 2. q. 9. ex n. 8. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 278. n. 29. Rota decif. 38. n. 5. p. 1. recentior.] Minimè etiam plebs vocari debet, nisi allegaret causam rationabilem ne fieret vnio, vt per Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 219. vbi num. 220. asserit resolutum in vna Gerunden. vnionis 20. Martij 1600. coram Illustr. Card. Sacrato, Parochianos esse legitimas personas in causa hoc respiciente, cum illorum interit bonum habere Pastorem.

21 Tertia conditio est vt accedat consensus Capituli Ecclesiæ Cathedralis in vnione per Episcopum faciendâ, vt expressè deciditur in d. Clem. 2. de reb. Ecclesie non alien. Clem. ne in agro ad hac, de statu Monach. & docent Rebuff. d. glol. 11. n. 2. Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 26. n. 5. Petr. de Perusio de vnion. cap. 5. num. 17. Hoied. de incom. benef. p. 2. cap. 3. n. 9. vers. tertio requiritur. Seraph. decif. 1078. num. 1. Azor. d. cap. 28. q. 12. Nicol. Garc. d. cap. 2. num. 145. Rot. apud Farin. decif. 688. num. 2. p. 1. recent. vbi reddit rationem quare in donatione iurispatronatus solus consensus Episcopi requiritur, in vnione vero Ecclesiæ requiritur etiam consensus Capituli. Aloyf. Ricc. in decif. Curia Archiep. Neapol. 198. num. 17. p. 4. Sanch. d. cap. 29. num. 165. vbi addit quòd si Canonici consentire nollent, & iusta causâ vnionis faciendæ subeffer, possent compelli.

22 Sed circa hanc conditionem aliquæ suboriuntur difficultates.

Prima est an consensus ille præcedere debeat, an potius satis sit si postea accedat? Et communiter Doctores respondent satis esse si postea accedat, argum. text. in cap. cum nos, & in cap. cura de iurepatr. Ita docent Boët. decif. 345. num. 3. & 4. Rebuff. d. glol. 11. num. 20. & 21. quos refert & sequitur Sanch. d. cap. 29. num. 165. quibus adde Azor. d. q. 12. in fine, Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 147. cum seqq. & Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 278. n. 30.

23 Secunda est, vtrum extante consuetudine in contrarium possit fieri vnio per Episcopum absque consensu Capituli? Affirmant Fusch. d. lib. 2. cap. 26. n. 5. Petr. Greg. de benef. cap. 20. num. 6. Nicol. Garc. d. c. 2. num. 152. vbi num. 153. intelligit de consuetudine generali, quæ esset propriè consuetudo, & non præscriptio. Quamuis huiusmodi consuetudinem in contrarium non valere teneant glol. verb. consentiente in Clem. si vna, vbi Imola, & Bonif. à num. 16. Abb. num. 2. & Felin. in cap. cum causam n. 10. & 20. de sent. & re iud.

24 Tertia est vtrum in vnione faciendâ ab Episcopo ipsi Capitulo sufficiat illius consensus? Non sufficere cum non possit auctorizare in facto proprio, sed requirit

requiri auctoritatem Papæ resoluunt glol. verb. mensa in dist. Clem. si vna, quam sequuntur ibi Card. n. 3. & Abb. num. 6. & alij; quos refert & sequitur Nicolaus Garcia dist. cap. 2. num. 168. & censuit Rota in vna Perus. benef. 4. Julij 1608. coram Penia, vbi quod in vnione, quæ fit ad fauorem Capituli, quam ipsum potest auctorizare, requiritur auctoritas Papæ, etiam si non fiat vigore Concilij sess. 21. de reformat. cap. 5. Si verò vnio fieret alicui dignitati, vel præbendæ, sufficere Capituli consensum, & non requiri auctoritatem Papæ, censuit Rot. decif. 788. num. 4. par. 1. diuers. quod etiam locum habere quando vnio fit omnibus præbendis distinctis non simul, & separatim, & indistinctè vnicique post multos, quos refert, resoluit Nicol. Garc. d. c. 2. n. 170. & eiusdem sententiæ sunt Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glol. 37. num. 25. Steph. Gratian. discept. forens. c. 274. num. 34. in fine. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decif. 488. in 1. edit. aliâs resoluit. 379. num. 4. in 2. edit.

25 Quarta est vtrum nullitas vnionis ob defectum consensus Capituli possit opponi ab alio quam ab ipso Capitulo? A nullo posse opponi, cum hæc exceptio illi soli concedatur, censuit Rot. decif. 133. n. 10. par. 2. diuers. & resoluit Steph. Gratian. discept. fo. cap. 278. num. 30. Contrarium tamen vt quilibet scilicet qui haberet interesse possit dare de tali defectu, cum solemnitas hæc sit introducta fauore Ecclesiæ, & sic fauore publico, amplexa est eadem Rota in vna Verceles. vnionis 23. Aprilis 1610. coram Cardinal. Lancelotto iuniore, & iterum in vna Gerunden. hebdomadaria 3. Iunij 1613. coram D. Pamphilio, impressa per Farin. decif. 455. num. 5. par. 2. recent.

26 Quinta est an in vnione hac à Legato de Latere faciendâ exigatur consensus Capituli? Illum non requiri eo quòd huiusmodi Legatus nullum confortium cum Capitulo habeat, tenent Boët. decif. 513. num. vnico, Gambarupt. de officio & auctoritat. Legati tit. de potest. Legati ad vnicienda beneficia num. 58. Hoieda dist. cap. 3. num. 9. Ego verò cum Mar. Socin. in d. cap. sicut vnire art. 6. conclus. 14. num. 115. quem refert & sequitur Sanch. dist. cap. 29. num. 166. sic distinguendam esse iudicio; si eam vnionem faciat vi Pontificiæ commissionis, in qua consensus Capituli mentio non fiat, non exigetur is consensus, quia tunc non vnit vt Ordinarius, sed vt Pontificis delegatus; quare sicut Pontifex potest absque consensu Capituli vnire, ita & ipse. Si autem id faciat ex sua potestate Ordinaria, indiget consensu Capituli, quia tunc non ampliorum in beneficijs vniciendis habet potestatem, quam Episcopus; si ergo hic indiget consensu Capituli, ergo & ille.

27 Hæc omnia supradicta circa has vniones procedunt attento Iure communi antiquo; attento verò nouiori Concilij Tridentini multa sunt aucta, alia verò correctâ, vt singula singulis referendo ostendam. Et

Primo colligo, aut correctum esse, aut saltem autem Ius commune per Concil. Trid. sess. 7. de reformat. c. 6. nam Iure communi poterat possessor beneficij vniti se tueri præscriptione illa fere quadragenaria, ne Episcopus de illius valore cognosceret, vel ne integrum vnionis effectum impediret, aut si adhuc Episcopus instaret, cum solam potestatem Ordinariam ad id haberet, liceret possessori sic vexato ad Archiepiscopum, cuius ille Episcopus suffraganeus est, appellare; at hodie attento illo Trid. decreto in d. c. 6. non potest se illa præscriptione tueri, Fusch. de Episcopo. Pars III.

quomodo liceat Episcopo vnionem perpetuam à quadraginta annis circa factam examinare, & si nondum integrum effectum sortita sit, impedire, nisi constet ex legitimis causis factam esse, & si possessor velit appellare, nequit ad Archiepiscopum, sed ad solum Pontificem, quia in eo decreto conceditur Episcopo, vt tanquam delegatus à Sede Apost. procedat in ea causâ. Ita Sanch. dist. cap. 29. num. 179.

28 Secundo colligo per Concil. Trid. sess. 14. de reformat. c. 9. correctum esse Ius antiquum, quippe quòd eo attento integrum erat Episcopo vnire beneficium suæ diocesis cum altero alienæ diocesis accedente consensu Episcopi illius, vt bene tradit Mar. Socin. in d. c. sicut vnire art. 4. q. 13. n. 80. & art. 6. concl. 11. 12. & 13. n. 102. 103. & 104. At verò attento illo Concil. Trid. decreto in d. c. 9. nulla ratione licet vnire beneficia diuersæ diocesis, & docent Fusch. de Visit. lib. 2. c. 26. n. 24. Zerola in praxi Episcop. p. 1. verb. vnio §. 8. Nicol. Garcia dist. cap. 2. num. 86. Valer. Reginald. in praxi fori pontific. lib. 30. tract. 5. num. 302. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decif. 492. in 1. edit. aliâs resoluit. 383. num. 5. in 2. edit. Sanch. dist. cap. 29. num. 180.

29 Tertio colligo in Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 5. dum conceditur Episcopis facere quorumcumque beneficiorum vniones, etiam si illa reseruata sint, confirmari Ordinariam Episcoporum auctoritatem, qua poterant vnire Ecclesias & beneficia suæ diocesis etiam si illa reseruata essent, vt dixi supra num. 7. augerique hanc potestatem, quia attento Iure antiquo poterant sola potestate Ordinaria, at attento Trid. decreto possunt quoque potestate delegata, vt constat ex Concil. ibi, possint Episcopi etiam tanquam Sedes Apost. delegati; quare licere Episcopis vtraque potestate procedere, & quando sic procedunt ad solum Pontificem appellari posse docet Sanch. d. c. 29. n. 181. & conducunt dicta per me alleg. 92. Dubium tamen extat an attento hoc decreto Concilij d. c. 5. integrum sit Episcopis vnire beneficia absque sui Capituli consensu, quod vtens sua potestate Ordinaria nequibat; sunt duæ sententiæ, vna tenet Capituli consensum non esse necessarium cum Episcopi vniones faciunt tanquam Sedes Apostol. delegati, quam tueritur Nauar. conf. 10. de officio delegat. in nouis, & Zerola in praxi Episc. p. 1. verb. Vnio §. 9. Altera verò cui tanquam probabiliori adhæreo, asserit exigi consensum Capituli, sequuntur Nicol. Garc. d. c. 2. n. 158. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decif. 487. in 1. edit. aliâs resol. 378. in 2. edit. & d. Neapol. decif. 198. num. 15. cum seqq. par. 4. Sanch. d. cap. 29. num. 183.

30 Quarto colligo correctum esse Ius commune per Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 13. quippe Iure communi non erat restricta facultas Episcopi ad vnicienda beneficia curata monasterijs, aut alijs beneficijs, at Concilio Trident. attento interdita est vnio cuiuscunque beneficij curati monasterio, aut cuiuscunque operi pio, aut beneficijs simplicibus, referunt Zerol. d. verb. Vnio §. 2. Azor. dist. cap. 28. quæst. 17. Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 86. Sanch. d. c. 29. n. 184. Et Parochialis vnio ita est prohibita à Concilio, vt etiam aliqua pars eius fructuum vniri non possit, prout referunt decimus Nicol. Garc. dist. cap. 2. n. 87. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccl. decif. 492. in 1. edit. aliâs resol. 383. n. 5. in 2. edit. Parochias verò, quæ certos fines non habent, sed certum tantum populum, & per certas familias distinguuntur, vniri posse, quia Decretum illud Concilij d. c. 13. prohibens Ecclesias Parochiales vniri, locum habet, quando verè dicitur

Ecclesia Parochialis, & habeat certos fines, aliis non, referuntur decem Nicol. Garcia d.c. 2. n. 88. & Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 6. n. 96. qui etiam glos. 5. §. 7. n. 46. resoluit saluari, & excipi posse vniones, quae sunt pro fundatione, augmento, vel conseruatione Collegiorum, & aliorum piorum locorum ad Fidei Catholicae defensionem & propagationem, bonarumque artium cultum.

31 Quinto colligo correctum quoque esse Ius commune per Concil. Trid. sess. 24. de reform. c. 5. nam attentio Iure communi in vnione faciende per Episcopum Ecclesiae iurispatronatus exigebatur consensus patroni, siue secularis, siue Ecclesiastici, vt supra dixi, sed Concil. Trid. d. cap. 5. concedit supprimit aliquas praebendas Ecclesiae Cathedralis, ipsique aliqua beneficia vniri per Episcopum cum patronorum consensu, si de iurispatronatus laicorum sint; quare a contrario sensu concedit, vt possit id efficere absque consensu patroni Ecclesiastici, ita docet Sanch. d.c. 29. n. 185. vbi n. 186. probat hanc potestatem esse delegatam, & n. 187. similiter probat stantibus supradictis Concil. Trid. decretis integrum esse Episcopo vniri Religioni beneficiu aliquod, sicut poterat Iure communi attentio, vt supra dixi ampl. 1. & n. 188. resoluit posse Episcopum statuere, vt id beneficium seculare ab ipso Religioni vnium, regatur per Religiosos, idque statutum operari dispensatiue cum monacho praeficiendo illi beneficio, quamuis aliter Episcopus nequeat dispensare super hanc translationem.

[Sexto colligo quod licet de Iure permissum sit vniones per suos praecedentes factas quandocumque reuocare, & si minus canonice sint, illas dissoluere, & irritare, siue per viam simplicis grauius, adhibito consilio Capituli, nisi detrectet consentire, siue per viam iudicariam, citatis iis, quorum interest, prout hos duos modos, siue vias proponit Oldrad. conf. 262. n. 5. non tamen eidem est permissum retractare vniones factas per Sedem Apost. cap. 1. §. 2. de confirm. vtil. Rota decis. 737. n. 2. p. 2. recent. Proindeque respectu vnionum, quae processerunt a Sede Apost. & nihilominus per obreptionem & subreptionem fuerunt extortae, opus fuit prouisione Concilij, sess. 7. de reform. cap. 6. vt videlicet reuiderentur per Episcopum tanquam ipsius Sedis Legatum, quae tamen ne induceretur summa aliqua rerum perturbatio, restricta legitur ad vniones, factas intra quadraginta annos retroactos, quod tempus computatur ex die, quo auctoritate Pontificis Concilium fuit promulgatum Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. c. 28. q. 22. Zypae. in analyt. lib. 5. de excessib. Pral. sub n. 1. vers. vbi computari, Sanch. d.c. 29. n. 178. Lotter. d. lib. 1. c. 29. a. n. 10. Zerol. d. verb. vnio §. 6. vbi refertur decem possessorem duarum Parochialiu, quae per consuetudinem a 40. annis citra tanquam vnicae semper sine collatione collatae fuerunt, molestandum non esse.]

32 Illud in hac materia est maxime obseruandum [quod licet Episcopus non possit vnire beneficium iurispatronatus in seipsis & sphericis patronis, cum debemus de iurapatr. Caputaq. decis. 346. p. 3. Flamin. de resignat. lib. 2. q. 4. n. 11. Franc. Leo d. p. 2. c. 3. n. 13. Mar. Antonin. d. lib. 1. resol. 109. n. 2. vbi n. 12. id intelligit procedere nisi patroni passi fuerint vniri huiusmodi beneficium, nihilominus tamen poterit Episcopus vnire beneficium liberum beneficio iurispatronatus, vt censuit Rota in Fernana Altaris 9. Iuij 1608. cotam Card. Marquemont. apud Farin. decis. 222. p. 2. recent. ex ea ratione, quia non reperitur in Iure cautum, quod Episcopus beneficium liberum vnire non possit beneficio patronato, quin potius facultas vnionis compertens Ordinariis referretur ad om-

nia beneficia. Rebuff. d. tit. de vnion. n. 4. §. 5. Hoieda de incompatib. benef. p. 2. c. 3. n. 6. & Petr. de Perul. de vnionib. cap. 4. n. 28. dicit notandum, quod potestas Episcoporum circa ius vnionis non reperitur de Iure restricta, nisi tantum quoad Ecclesias Cathedrales, & diuersarum Religionum. Idemque c. 6. n. 2. dicit obseruandum esse quod Iura loquentia de vnione Ecclesiarum non distinguant de qualitate ipsarum, sed simpliciter, & absolute dicunt vniam Ecclesiam posse vniri alteri; quodque ista vnio beneficij liberi ad beneficium patronatum fieri possit, videtur supponere S. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 9. vers. insuper, dum reuocat ex huiusmodi vnionibus illas, quae non sunt effectum sortitae, quacumque auctoritate etiam Apostolica concessae fuerint, ponderando illam dictionem, etiam, quae cum implicatiua, & extinctiua sit, Calderin. in Clem. 1. in fine, de sent. & re iudic. aperte comprehendit vniones factas ab Ordinariis. Non obstat quod Ordinarius non potest concedere laico iurispatronatus super beneficio libero. Abb. conf. 106. num. 4. §. conf. 28. lib. 2. Roch. de iurapatr. verb. pro eo quod de diocesanis, quest. 16. Lambertin. in simili tract. lib. 1. p. 1. art. 4. q. 10. n. 4. quia responderetur id non procedere quando Episcopus ex causa facit de beneficio libero patronatum, vt declarat Abb. d. conf. 106. & post Roch. Lambertin. d. q. 10. n. 5. §. 6. & sic vnio facta fuit ex causa legitima, videlicet ob renuntiationem beneficij patronatus, Rebuff. d. tit. de vnionib. n. 39. Vel responderetur aliud esse quod Episcopus possit concedere iurispatronatus super beneficio libero, aliud quod possit vnire beneficium liberum beneficio iurispatronatus, & differentia ea ratio est, quia in primo casu beneficium liberum reducitur ad securitatem, in secundo autem casu post vnionem beneficium vnium non habetur amplius vnire beneficium, sed vnire praedium beneficij, cui vnium fuit, ex infra dicendis.

33 His sic constitutus, & resolutis circa potestatem Episcoporum in vnionibus tam Iure communi antiquo, quam nouiori Concilij Trident. attentio, necessarium duxi circa secundum vnionis modum, qui forsitan frequentior est, aliqua praelibare, quae ad plura deseruire possunt, & in primis aduerto vnionem beneficij factam alteri accessorie operari extinctionem, & suppressionem nominis & tituli beneficij vniti, ita ut amplius beneficium dici non possit, sed iudicatur vt praedium eius cui fit vnio, ita Rot. decis. 758. n. 6. par. 1. & decis. 113. n. 16. p. 2. diuers. [§. decis. 199. num. 5. & decis. 710. num. 2. par. 2. recent. Coccin. decis. 328. num. 1.] & apud Puteum decis. 6. de vnionib. plures, quos refert, & sequitur Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 12. Flamin. de resignat. benef. lib. 2. q. 9. n. 3. & lib. 3. q. 1. num. 120. & lib. 12. quest. 3. num. 47. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 1. §. 7. Valasc. consult. 14. num. 1. Flores ad Gam. decis. vlt. [Lotter. d. lib. 1. quest. 28. num. 98.] Et sic non intituitur quis in Parochiali annexa, sed in beneficio principali. Franch. in cap. 1. num. 7. de filiis Presbyterum, lib. 6. Nicol. Garcia. par. 11. cap. 5. num. 193. [Lotter. d. quest. 28. num. 104.] & non censetur habere curam annuam, Felin. in cap. in nostra, de rescriptis, corollar. 10. Dec. in cap. ad aures, eodem tit. num. 13. Menoch. de arbit. lib. 2. casu 201. num. 97. Nauar. conf. 14. n. 4. de rebus Ecclesiae, in nouis, Quintanaduenas Ecclesiasticum lib. 4. num. 70. Nicol. Garcia d. par. 11. cap. 5. num. 194. Et ita attenditur tantum qualitas, & natura beneficij principalis, non autem annexi, glos. verb. Ecclesiasticus, in Clement. per litteras, de praebendis, vbi Card. quest. 17. Imola

37 Imola a num. 15. Abb. num. 5. Bonifac. a num. 20. Nam vnium assumit naturam, consuetudines, & priuilegia principalis, cui est annexum, glos. verb. vnire, in c. & temporis 16. quest. 1. glos. etiam verb. vnionem in c. 1. no Sede vacante, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. d. §. 7. a num. 2. D. Barbosa in l. quia tale, num. 95. in fine, ff. soluto matrim. Et vnium vnionem 38 supprimitur Ecclesia vnita, & omnia transferuntur in eam, cui fit vnio, tenuit Rota in vna Illerden. dismembrationis, 27. Ianuarij 1593. coram Illustriss. Seraphino inter eius impressas decis. 1009. n. 4. Primò ex dictis inferitur Ecclesiam Parochialem 39 possessam vnire vniam, & membrum alterius, non inducere incompatibilitatem, Rot. diuers. decis. 76. num. 3. par. 1. Garcia d. p. 1. c. 5. n. 195. vbi etiam resoluit, quod vnium beneficium curatum annexum simpliciter, assumit naturam simplicis, & citat Rebuff. in praxi tit. de non promotis, num. 31. Valasc. consult. 14. num. 1. Lessium de instit. lib. 2. c. 34. num. 148. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 28. quest. 20. in fine. 40 Secundo inferitur ad Canonicatum, seu Dignitatem, cui est vnita Parochialis accessorie, & perpetuo, non requiritur aetatem viginti quinque annorum, sed sufficere aetatem ad Canonicatum, seu dignitatem requisitam: ita decem refertur Henric. conf. 32. num. 4. & seq. praxis noua Episcopalis p. 2. c. 5. n. 2. 1. pag. 330. Nicol. Garcia d. par. 12. c. 2. n. 26. Galet. in margarita casuum conscientiae, verb. Canonicus, quinto, & verb. Parochus, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 9. num. 4. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastic. decis. 735. in 1. edit. & resolut. 512. in 2. edit. 41 Tertio inferitur in prouisione Dignitatum habentium vniam Parochialem perpetuo, & accessorie non esse faciendum concurrens: ita decem referent Galet. in margarita casuum conscientiae, verb. beneficium, pag. 24. Nicol. Garcia. p. 9. c. 2. n. 193. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. num. 13. & glos. 6. num. 162. Lessi. de instit. lib. 2. cap. 34. num. 82. 42 Quarto inferitur in impetratione principale beneficium tantum exprimentum, nec opus esse exprimer vnium accessorie, Menoch. d. casu 205. num. 67. Rota Romana diuers. decis. 786. sub n. 3. p. 1. Selu. in tract. de benef. p. 3. quest. 12. n. 64. vers. 14. qualitas, Flamin. de resignat. lib. 10. q. 1. num. 36. Azor. d. lib. c. 18. quest. 20. Campan. in diuers. In iis Canon. rubr. 11. cap. 13. num. 83. Nicolaus Garcia d. lib. cap. 2. num. 20. vbi num. 28. refert in Rota decem quod in beneficio vnio non habet locum regula de trienniali. 43 Quinto inferitur Episcopum posse dispensare cum illegitimo ad beneficium simplex, cui est vnita Parochialis, Geminian. in cap. 1. num. 12. de filiis Presbyterorum lib. 6. Rebuff. in tract. nominat. quest. 16. num. 27. Ioannes Maria Bellet. d. quest. clericium p. 1. tit. de disciplina clericali §. 3. num. 34. Campani d. cap. 13. num. 83. Stephan. Gratian. disceptation. forens. cap. 273. num. 47. 44 Sexto inferitur promotum ad Ecclesiam Parochialem, quae est vnita accessorie alicui non Parochiali, minimè teneri lege posita in cap. licet canon. de elect. in 6. vbi resoluit Azor. d. p. 2. lib. 6. cap. 8. quest. 8. 45 Vnio vero facta aequè principaliter nihil aliud operatur, nisi vt rector vnus sit rector alterius, & vtrumque beneficium manet beneficium, sicut antea erat, & qualibet Ecclesia in suo statu, & honore remanet, & proprios redditus agnoscit, & gaudet suis priuilegiis, glos. in d. cap. & temp. & in d. cap. 1. & in d. Clem. per litteras, Rebuff. d. tit. de vnionibus, n. 15. & post alios quos refert optime resoluit Nicol. Barbof. de Episcopo. Pars III.

Garc. d. c. 2. num. 37. vbi num. 38. asserit vnium idem quando vnio facta est ad tempus, seu ad vitam, & num. 39. cum sequentibus asserit obtinentem Canonicatum, cui sit vnita Parochialis ad vitam debere in Parochiali residere, & non in Canonicatu, ac facere mentionem in impetratione de vtroque beneficio sic annexo. 47 Quomodo autem vnio accessorie, vel aequè principaliter facta cognoscatur? tradunt Mascard. de probat. conclus. 1418. Menoch. de praesumpt. lib. 6. q. 80. n. 6. Rota Romana diuers. decis. 114. p. 2. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 5. §. 7. a num. 120. [Ex reg. 12. Cancellaria quilibet Romanus Pont. reuocat omnes omnino vniones, suppressiones, & dismembrationes, siue Apost. siue quacumque alia auctoritate factas, quae suum non sunt sortitae effectum, praeterquam si sint factae in executionem decretorum sacri Conc. Trid. vt patet ex regula; quae tamen non se extendit ad factas ex causa necessaria, puta dotationis, vel augmento dotis necessario pro sustentatione cultus diuini. Mohe dan. decis. 7. n. 1. de prinil. Crescent. decis. 1. n. 1. de Paroch. Pute. decis. 331. & 337. lib. 1. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 597. num. 49. Genuens. in pract. Eccles. q. 440. Seraph. decis. 982. Gregor. XV. decis. 419. num. 3. vbi Beltramin. n. 6. Lotter. d. lib. 1. q. 29. n. 15. vbi n. 17. subdit dici causam necessariam ex dotatione, vel augmento dotis vbiunque vel nulla est dos. Vel ita tenuis vt profuus insufficientis sit ad sustentationem ministrorum, & num. 19. cum seqq. asserit verba vnionis esse perpendicularia vt si dicatur vnionem factam vt commode ministri sustentari valeant, iam concluditur ad necessitatem, secus si dicatur vt commodius, vel pro commodiori sustentatione. Vnde Beltramin. d. loco ex Puteo d. decis. 337. lib. 1. ac Rotae decisionibus, hoc intelligi debere ait quando augmentum est necessarium, secus autem si est voluntarium, & ideo in Valentina subsidij 14. Martij 1616. fuisse dictum subdit vnionem factam mensae Capitulari subiacere reuocationi, quia non censetur facta ex causa necessaria, cum Capitulum per prius sine dicta vnione se sustentauerit. 48 Vnio enim sit quid facti, & odiosum, non praesumitur, sed probari debet ab eo, qui factam asserit, Rebuff. consult. 8. vers. 5. responderetur, Mascard. d. conclus. 1418. n. 1. & 2. Menoch. d. q. 80. n. 1. Rota Romana diuers. decis. 557. n. 5. lib. 3. p. 3. & Probanda est igitur vnio per instrumentum, seu litteras ipsius vnionis, Mascard. concl. 587. n. 1. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. vnio, §. 8. Vel ex diuturnitate temporis, immemorialis scilicet, Menoch. d. q. 80. n. 5. Flor. variar. lib. 1. q. 10. n. 19. Cacheran. Pedem. decis. 116. n. 11. Pute. decis. 238. lib. 1. & decis. 209. lib. 2. [necessaria enim est immemorabilis, vel quadragenaria possessio cum titulo putariuo, Rot. decis. 233. sub n. 5. vers. nec per tempus p. 1. recent. Lotter. d. q. 28. n. 105.] Vel etiam probatur vnio ex verbis enunciativis plurium instrumentorum antiquissimorum supra centum annos, in quibus talia beneficia tanquam vnita enunciantur, Mascard. d. concl. 1418. n. 12. Pute. decis. 209. quae est in nouis 204. lib. 2. Caputaq. decis. 344. n. 2. & decis. 347. a. n. 2. p. 3. Verall. decis. 344. & 347. p. 3. Seraphin. decis. 1172. in princip. Rot. apud Farin. decis. 626. n. 2. p. 1. recent. vbi etiam fuit dictum huiusmodi enunciativus, licet non sint indiuidua vnionis, tamen sufficere quod virtualiter eam contineant. [§. decis. 724. n. 3. par. 2. recentior. & in Barchinonen. Vicaria 9. Februarij 1624. coram R. P. D. Merlino Lotter. d. quest. 28. num. 106. cum seqq. praecipue si essent enunciativae factae simul ab Episcopo, & Capitulo, qui possunt G g 2 vnire,

vnic, Mantie. decis. 355. num. 6. & decis. 359. n. 7. Rot. decis. 580. part. 2. recentior. Lotter. dict. q. 28. num. 108.] Et instrumenta ad minus duo requiri ex pluribus Rotæ decisionibus tenet Nicol. Garc. dist. cap. 2. num. 259. vbi num. 258. intelligit si emanauerint à personis non suspectis, & à num. 260. cum sequentibus, tenet instrumenta antiqua illa dici, quæ sunt centum annorum. & Probari etiam potest vnic per confessionem partis aduersæ, concurrentibus admiculis, & coniecturis, Mascard. d. conu. 1418. n. 15. Nicol. Garc. d. cap. 2. à n. 273. Et demum probari per testes deponentes de publica voce & fama, vel per antiquas collationes censuit Rot. dist. decis. 626. à num. 4. p. 1. recentior.

ALLEGATIO LXVII.

Episcopus præbendas ad pauciores numerum quando reducere possit.

S V M M A R I V M.

- 1. Supprimere præbendas in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus quando possit Episcopus ostenditur.
2. Præbendas extinguendi Collegiarum non insignium, nullam habet Episcopus potestatem.
3. Capitulo Sede vacante non licet supprimere portiones vigore Concilij sess. 24. de reformat. cap. 15.
4. Suppressionem præbendarum tenuium facere non potest Collegiata Ecclesia Prælati, licet sit exempta, & Ecclesia insignis. Collegiata insignis qua dicatur, ostenditur, ibid.
5. Suppressio tituli nunquam fieri debet, nisi redditus Ecclesie diminuti probentur.
6. Redditus Ecclesie aucti potius, quam diminuti in dubio præsumuntur.
7. Beneficia de sui natura præsumuntur congrua.
8. Interpretatio illa fieri debet, qua sit fauorabilis augmento cultus diuini.
9. Suppressio & extinctio alicuius dignitatis, vel præbende non potest fieri ab Episcopo ex causa cum consensu Capituli, quando bona Episcopi, & Capituli sunt communia, nec etiam si id caderet in utilitatem Capituli.
10. Supprimere potest Episcopus cum consensu Capituli præbendam, & applicare singulis Canonicis, vel singulis de Capitulo.
11. Prælati seculares iurisdictionem habentes quasi Episcopalem non possunt supprimere eius beneficia etiam in casibus in quibus Episcopi possunt in sua diocesi.
12. Vicarius Episcopi, seu Capituli Sede vacante non potest supprimere aliquod beneficium etiam in casibus.
13. Prælati Regulares supprimere non possunt beneficia Regularia suarum Ecclesiarum.
14. Collegiata in Ecclesia si supprimatur aliqua præbenda ultra consensum Capituli Cathedralis, an requiratur alius Capituli ipsius collegiata, ostenditur.
15. Redditus præbendarum, seu beneficiorum, cum eorum aliqua supprimenda sunt, quomodo taxandi, remissive.
16. Dismembratio, seu diminutio beneficii eandem causam, & solemnitatem requirit, quam

- vnio postulat, seu alienatio rerum Ecclesie.
17. Rectoris, vel defensoris vocatio in dismembratione beneficii requiritur, & alia solemnitates in alienatione rei Ecclesie requiritur.
18. Dismembratio beneficii causa cognita, & de consensu Rectoris valet.
19. Parochialis pinguedo est causa sufficiens dismembrationis.
20. Episcopus non potest dismembrare fructus vnus beneficii, & illos alteri applicare sine solemnitatibus.
21. Dismembrationis causa sufficiens est pinguedo Parochialis.
22. Dismembrare non potest Episcopus fructus vnus beneficii, & illos alteri applicare sine solemnitate in alienatione bonorum Ecclesie requisita, & de consensu Rectoris.
23. Dismembrare non potest Ordinarius beneficia Curata, ac vnire beneficiis simplicibus.



V M beneficiati non debeant esse in Ecclesia plures, quam quot possint ex redditibus illius sustentari cap. 1. vbi Abb. de instit. ideo in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, vbi frequentes, adeoque tenues sunt præbende simul cum distributionibus quotidianis, nec illis vnire aliquot simplicia beneficia possunt, licitum est Episcopis aliquibus ex iis suppressis cum patronorum consensu, si de iure patronatus laicorum sint, quorum fructus & proventus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciores numerum reducere, ita tamen vt tot supersint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiasticæ commodè valeant respondere, ita Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 15. Zerola in praxi Episc. par. 1. verb. beneficia §. 1. vers. 11. Moneta de distribut. quorid. quest. 1. cap. 5. à num. 27. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. §. 7. à num. 147. Ioan. Selu. in tract. de benef. par. 4. quest. 7. num. 130. cum sequentibus, Roch. de Cure de iurepar. verb. pro eo quod, de diocesanis consensu quest. 12. sub num. 27. Lambertin. cod. tractat. lib. 3. quest. 6. art. 7. num. 10. cum sequentibus, Garc. de benef. p. 12. cap. 1. num. 2. & 4. Monet. de commutat. vltim. volunt. c. 12. num. 113. Vgolin. de offic. Episcopi c. 52. §. 1. num. 4. [me citato in hac allegatione Castl. Palao in opere moral. tom. 2. tractat. 13. dist. 6. puncto 9. §. 9. & 10.] Quod quidem solum in suppressionibus perpetuis, non autem ad tempus locum habere resoluit Moneta d. c. 12. num. 289. & quod etiam solum in Ecclesiis Cathedralibus, aut Collegiatis insignibus locum habet, in aliis vero nulla datur Episcopis potestas extinguendi præbendas, vt augeantur distributiones, etiam ad augmentum cultus diuini, decimum refert idem Moneta d. quest. 5. num. 28. Et quod & Episcopus potest cum Capitulo Dignitatem Ecclesiæ supprimere propter diminutionem reddituum, resoluit Abb. in cap. cum A. num. 1. vbi Rip. num. 20. de constitut. Felin. in c. cum accessissent num. 23. cod. tit. Rebuff. in praxi benef. tit. de vnion. num. 22. & illis citatis censuit Rot. in Foroliuen. Decanatus 4. Junij 1590. coram Illustrissimo Cardinali. Mantica, inter eius decisiones impressas decis. 114. num. 2. Et non licere Capitulo Sede vacante supprimere beneficia vigore Concilij Trident. d. c. 15. offerunt Cuch. instit. maior. lib. 2. tit. 9. num. 87. Azor. institut. moral. p. 2. lib. 3. c. 38. quest. 9. in med. Monet. d. cap. 12. num. 117. Monet. dist. quest. 5. num. 29. vbi num. 30. resoluit & Collegiate

legiata Ecclesie Prælatum hanc suppressione præbendarum tenuium facere non posse, licet sit exemptus, & Ecclesia sit insignis, cum hoc solum Episcopis Concilium concesserit cum suorum consensu Capitulorum.

Cum supra mentionem fecerim de Collegiatis insignibus, in quibus posse Episcopum supprimere præbendas, iuxta formam Concil. Trident. d. cap. 15. minimè vero in aliis non insignibus pariter ostenderim, non abs re dubitari posset quæ tales dicantur: in primis Cardin. Mantie. Rotæ decis. 175. num. 2. ad ostendendum quod Collegiata, de qua in ea decis. agebatur, non esset insignis, asserit hoc probari ex numero Canonicorum exiguo, modicis redditibus, & qualitate seruitij, ac depositionibus testium, traditque hoc esse arbitrium, citans Doctores in cap. statutum, de rescript. lib. 6. & Alberic. in dictionar. verb. insignis, quibus addo Lap. Specul. Tiracquell. & alios apud Menoch. de arbitrar. casu 158. num. 4. In diiudicatione huiusmodi insignitatis fieri potest consideratio ex qualitate loci, prout decisum videtur à Sacra Rituum Congregatione in vna Collegiata Ecclesie S. Pauli oppidi ciuitatis nouæ Firmanae diocesis ad instantiam D. Ludouici Centofloreni, qui obtinuit prædictam Collegiatam dici insignem, eo quod oppidum in quo sita est, insignie reddat numerus quatuor mille habitatorum, hoc est, Focularium 820. quatuor Regularium, & vnum Sanctimonialium Monasteria, ibi existentia, copia peritorum, & nobilitati, refert Ioan. Anton. Massobr. in tract. de Synodo Episcopi cap. 4. dub. 14. num. 9. & seq. & ego ipse in collect. ad cap. vltim. num. 3. de verborum significat. vbi in addit. de prælatione Canoniarum Collegiatarum insignium in omnibus actibus, & sessionibus publicis, refert Massobr. in sua praxi habendi concursus prælud. 2. dub. 3. secundum Roman. impress. & locus insignis quando dicitur, vide Nauar. cons. 1. alius 3. de verbor. significat.

[Cum suppressio huiusmodi tendat ad diminutionem diuini cultus, atque ideo difficiliter permittatur, cap. cum accessissent, cap. ex parte, de constit. ideo exigat causam præcisè necessariam, quæ secundum Petr. Gregor. de benef. cap. 19. triplex est. Prior quidem est fructuum diminutio, quæ assignatur per text. in cap. vlt. de verbor. signif. cum adductis per Lotter. d. lib. 1. quest. 28. à num. 80. vbi ostendit qualiter articulanda & iustificanda sit huiusmodi fructuum valoris diminutio; & ait non in genere esse articulandum, sed specie cum sua causa, cum possit esse temporaria, & vbi deficit causa hæc testibus cognita articulandum esse valorem per decem annos continuos retroactos computato fertili cum sterili; deinde subdit non simplicem diminutionem articulandam, sed talem vt persona idonea non possit cum fructibus illis viuere, atque perferte & absolueri omnia onera: & denique num. 85. post Seraph. decis. 1385. num. 3. tenet articulandam probandamque esse istam diminutionem non simpliciter, sed habito respectu quantitatis assignata à principio fundationis, alias non concludere, certum est enim] suppressionem tituli nunquam fieri debere, nisi redditus Ecclesie diminuti probentur. d. cap. ex parte, de constitut. Felin. in cap. constitutus, num. 1. de rescriptis. & Et in dubio redditus Ecclesie aucti potius, quam diminuti præsumuntur. Angel. cons. 274. num. 4. in fine. [Seraphin. decis. 1385. n. 5. Lotter. d. q. 28. num. 39.] & Et beneficia de sui natura præsumuntur congrua, cap. nemo, de consecrat. distinct. 1. Caputaq. decis. 62. num. 1. par. 1.

tenuit Rota in vna Calaguritana beneficii de Iocano 9. Aprilis 1601. coram Illustriss. Seraphino, & est inter eius decisiones impressas decis. 1385. & Et interpretatio illa fieri debet, quæ sit fauorabilis augmento cultus diuini, vt tenuit eadem Rota in vna Calaguritana portione de Narbaia 2. Julij 1589. coram D. P. D. Penna & in vna Burgen. reductionis beneficiorum 15. Nouembrii 1610. coram Illustrissim. Cardin. Bononien. tunc S. D. Gregorio X V. relata, Farin. par. 2. recent. decis. 316. num. 4.

[Secunda est causa reducendi numerum quando fuit in eo excessum contra determinationem fundatoris, quàm videtur agnouisse Iustin. in aurb. vt de termin. sit num. cler. Lotter. d. q. 28. n. 93. Et tertia denique vbi in nimiam esset effusus multitudinem. Lotter. vbi supra n. 94.]

Hæc suppressio, & extinctio alicuius Dignitatis, 9 vel præbende (quam ex causa potest facere Episcopus cum consensu Capituli, vt resoluit Nicol. Garc. de benef. par. 12. cap. 1. à num. 2. vbi num. 11. intelligit si Episcopus sit auctor ipsius dismembrationis) non habet locum quando bona Episcopi, & Capituli sunt communia, prout resoluit gloss. verb. mensa sua, vers. item facit, in Clement. si vna, de rebus Ecclesie non alien. quam ibi sequuntur Cardin. num. 1. Gamb. de officio legari. lib. 5. rubr. de dismembr. num. 22. Abb. in cap. cum accessissent, num. 5. de constit. & neque etiam hoc posse Episcopum, quamuis bona illius, & Capituli sint diuisa, si id caderet in utilitatem Capituli, quia fructus applicantur ipsi Capitulo, seu mensæ Capituli, tenet Burr. & Imola in d. cap. cum accessissent, & ibi Felin. num. 22. ac Dec. num. 57. Sed verius est quod & licet mensæ Capituli applicare nõ possint Episcopi fructus præbendarum suppressarum, cum agatur de interesse ipsius Capituli, & ipsum auctorizare non possit in facto proprio; tamen si vellent applicare vni præbende, vel etiam singulis, possent, quia tunc non auctorizarent in facto proprio, cum aliud sit applicare Capitulo, aliud singulis canonicis, seu singulis de Capitulo, prout tenet Imol. quem sequitur Decius d. cap. cum accessissent, à num. 54. & Hieron. Gabr. consil. 186. lib. 2. dicens, quod potest item Episcopus cum consensu Capituli supprimere præbendam, dignitatem, aut officium, eius fructus applicando non Capitulo, sed distribuendo inter singulos Canonicos, assignando scilicet cuique Canonico, vel præbende certam portionem, quo casu dicit procedere d. cap. cum accessissent, quicquid reprobet Monet. d. cap. 12. n. 245.

Cum Tridentina Synodus dist. cap. 15. concedat expressè licere Episcopis cum consensu Capituli, Episcopi scilicet, supprimere beneficia, & non vratur verbo Ordinariis, quod latè patet, iam sequitur huiusmodi facultatem Episcopis tantum, & non aliis conuenire, ac proinde Prælatos seculares iurisdictionem habentes quasi Episcopalem supprimere eius beneficia non posse, etiam in casibus, in quibus Episcopi possunt in sua diocesi, resoluit Nicol. Garc. d. cap. 2. n. 75. & seq. Monet. dist. tract. de commutat. vltim. volunt. cap. 12. à num. 124. & Sic etiam Vicarium Episcopi, vel Capituli Sede Episcopali vacante supprimere non posse aliquod beneficium etiam in casibus, in quibus is posset cuius est Vicarius, tenet Sbroz. de Vicario Episcopi, lib. 2. quest. 116. num. 9. Monet. d. cap. 12. à num. 129. & Sic etiam Prælatos Regularium supprimere non posse beneficia Regularia suarum Ecclesiarum, neque secularia in illis, aut aliis Ecclesiis existentia, etiam si in iis habeant iurisdictionem quasi Episcopalem, resoluit Monet. d. cap. 12. num. 135.

- 14 In suppressione beneficiorum iuxta formam Concilij d. cap. 15. facienda regulariter necessarius est consensus patroni siue Ecclesiastici, siue laici, ac inferioris collatoris, & electorum, ita per Concil. d. cap. 15. tenent Garc. d. cap. 2. num. 202. & à num. 203. Monet. d. cap. 12. num. 226. Circa tamen consensum Capituli qui interuenire debet in his suppressionibus faciendis, illud considerandum est, quod licet cum agitur de suppressendis aliquibus præbendis, seu earum numero minuendo in Ecclesia aliqua Collegiata, quæ Cathedralis non sit, iuxta terminos Concil. in d. cap. 15. omnino requiratur consensus, vel certè vocatio Capituli prædictæ inferioris Ecclesiæ ratione interesse quod in tali suppressione, seu diminutione prætereundum esset; tamen requiritur etiam consensus Capituli Cathedralis, quod decisum fuisse refert Monet. d. cap. 12. num. 250. vbi num. 251. resoluit sufficere huiusmodi consensum tacitum, seu quod superueniat post actum, licet ex intervallo.
- 15 Quomodo autem taxandi sint redditus præbendarum, seu beneficiorum, cum eorum aliquot supprimenda sunt, seu quæ reddituum portio, & quantitas remanere debet in singulis præbendis, seu beneficiis illius Ecclesiæ non suppressendis, latè per regulas ostendit Monet. d. cap. 12. à n. 255.
- 16 In dismembratione autem, seu diminutione beneficij (quæ prohibita fuit in Concilio Turonensi, vt legitur in cap. maioribus, & cap. iua de præben. permilla ex causa, vt in cap. ad audientiam, de Eccles. edifican.) eadem causæ, & solemnitates requiruntur, quæ in vnione, seu alienatione rerum Ecclesiæ. Rot. decis. 1. de rebus Eccles. non alien. in nouis, & in Aquilana nullitatis erectionis 24. Maij 1610. coram R. P. D. Pirouano, apud Farinac. decis. 239. num. 5. par. 1. recent. Gambar. de officio, & potest. Legati de Latere lib. 5. tit. de dismembratione à num. 14. & sic consensus Capituli. Panin. de potestate Capituli Sede vacante, 3. quest. 2. par. num. 19. Mandol. regul. 22. quest. 13. num. 8. & 9. Nicol. Garc. de benefic. par. 12. cap. 3. [Lotter. de re benefic. lib. 1. quest. 28. num. 21. vbi dicit quod non sufficit consensus singulorum de Capitulo, sed requiritur consensus capitulariter.] Rot. d. decis. 239. num. 5.
- 17 Requiritur etiam vocatio Rectoris, vel defensoris, & aliar solemnitates in alienatione rei Ecclesiæ requisitæ, cap. 1. de rebus Eccles. non alien. in 6. cap. 1. ne Sede vacante, gloss. verb. defensor. in cap. 1. de rebus Eccl. Mandol. d. quest. 13. num. 12. Gamb. de offic. Legati, lib. 5. rub. de dismembrat. num. 14. & 15. Marc. Anton. Genouen. in praxi Archiep. Neapol. cap. 75. num. 17. & 18. Rota Romana in vna Tolertana beneficij 12. Octobr. 1579. coram Card. Seraphino, est inter eius impressas decis. 414. vbi fuit tentum et dismembrationem beneficij causa cognita. & de consensu Rectoris valere. Et in altera Tolertana beneficij 2. Decembris eiusdem anni 1579. coram eodem Card. Seraphino, & est inter eius decisiones impressas decis. 418. fuit resolutum et pinguedinem Parochialis dici esse causam sufficientem dismembrationis. Et in alia Mediolanen. dismembrationis 28. Ianuarij 1595. coram ipso Cardinal. Seraphino, decis. 1062. dictum fuit et non posse Episcopum dismembrare fructus vnus beneficij, & illos alteri applicare sine solemnitatibus in alienatione locorum Ecclesiæ, & de consensu Rectoris quod iterum tenuit eadem Rota in vna Salernitana Parochorum 1. Jun. 1611. coram Illustriss. Card. Bonon. nunc Sanctissimo D. nostro Gregorio XV. & est apud Farinac. par. 2. recentior. decis. 348. num. 2.

[latè Lotter. d. lib. 1. quest. 28. num. 5. cum seqq. vbi quod vocatio Rectoris est omnino necessaria propter graue præiudicium, quod ei inferitur, & num. 10. quod si vocatus, Rector noluerit consentire, possit Episcopus eo inuito (si sublit iusta causa) procedere ad talem dismembrationem, & à num. 14. quod sit consensus non exigit scripturam, nec vt ex post fiat, dummodo tamen præcedat tractatus, in quo deliberetur dismembrationem fieri oportere propter Ecclesiæ utilitatem, & num. 17. ait talem consensum debere esse expressum, & explicitum, & à num. 24. dicit iustam causam in hac materia reputari causam, quæ impleat animarum periculum, cui alia ratione non potest prospici, iuxta terminos cap. ad audientiam, de Eccles. edific. aliquando tamen vel sola pinguedo reddituum vnus, & exilitas fructuum alterius Ecclesiæ reputatur iusta causa pro dismembratione, vt ibidem n. 25. resoluit.]

Dismembrare non potest Ordinarius beneficia Curata, ac vnire beneficiis simplicibus. Item nec potest separare ab Ecclesiis Parochialibus beneficia simplicia, siue oratoria, si illis vnita essent, quamuis illis separatis Parochiales non egeant, referunt decisum Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 492. in 1. edit. & resol. 383. num. 6. & 7. in 2. edit. Nicol. Garc. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 87.

ALLEGATIO LXVIII.

Episcopus in Parochiis multiplicandis, & creandis dignitatibus, ac Ecclesiis in Collegiatis erigendis, quam habeat auctoritatem?

S V M M A R I V M.

- 1 Parochias nouas constituendi, etiam inuitis Rectoribus, facultas Episcopis conceditur, vbi ob locorum distantiam ad diuina officia audienda parochiani accedere non possunt.
- 2 Episcopi arbitrio relinquuntur quantum vna Ecclesia ab altera distare possit, vt commodè Sacramenta sumere inde possint parochiani.
- 3 Appellare an liceat à decreto erectionis Parochialis factæ per Episcopum, ostenditur.
- 4 Parochialem diuidere potest Episcopus sine maioris partis parochianorum consensu.
- 5 Capellanus Ecclesiæ nouiter erectæ, quibus concurrentibus recipere debet obventionis villa, & parochianorum ad quorum commodum fuit instituta, ostenditur.
- 6 Parochiam diuidere tanquam Sedis Apostolicæ delegatus potest Episcopus, etiamsi subiecta sit Regularibus, vbi ob locorum distantiam ad diuina officia audienda parochiani accedere non possunt.
- 7 Parochialis separatio non est facienda ob locorum distantiam, quando in loco minime difficili oratorium adesse, vel Ecclesia cum fonte baptismali.
- 8 Papa solus potest erigere Collegiatam Ecclesiam in Cathedrali, & Episcopalem in Metropolitanam.
- 9 Papa an solus possit erigere Ecclesiam in Collegiatam, ostenditur.
- 10 Dignitates inferiores an possit Episcopus creare ostenditur.

ostenditur, & num. 11. & 12.

- 13 Ecclesiam simplicem in Curatam, & parochialem an ex causa possit erigere Episcopus, ostenditur.
- 14 Beneficium Curatum quando dicatur, vt simplex conuerti non possit per Episcopum, remissiuè.



1 Vbi ob locorum distantiam sine magno incommodo ad percipienda sacramenta, & diuina officia audienda, parochiani accedere non possunt, Episcopus conceditur auctoritas, etiam inuitis Rectoribus, nouas Parochias constituendi, etiam tanquam Sedis Apostol. delegatis, assignata Presbyteris perficiendis Ecclesiæ nouiter erectæ congrua portione ex fructibus Ecclesiæ matricis, & si necesse fuerit compellendi populum eam subministrare, quacumque reservatione generali, vel speciali, vel affectione super dictis Ecclesiis non obstantibus: ita disponit Sac. Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 4. vers. In his, & antea text. in cap. ad audientiam, 3. de Eccl. edific. concordat Concil. vlt. Brachar. alt. 4. cap. 26. latè tractant Mandol. in praxi signaturæ tit. Erectiones, Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Parochia, §. 6. pag. 273. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 12. quest. 7. [me citato in hoc loco Alzedo de præcellent. Episc. dign. par. 2. cap. 9. num. 47.] Matth. Soat. in præll. & ordine visitandi cap. 4. num. 1. Rebuff. in trakt. de decimis, quest. 6. num. 21. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 2. cap. 2. num. 68. Rota in Aquilana nullitatis erectionis 10. Maij 1613. coram R. P. D. Pirouano apud Farin. decis. 484. par. 1. recent. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 554. in 1. edit. & resolut. 476. in 2. edit. Henriq. conf. 80. Ioan. Bapt. Costa de remed. [subsidiar. remed. 75. Piasc. in prax.] noua Episc. par. 1. cap. 5. num. 1. [Vnde si intra mœnia ciuitatis includatur antiqua Parochia, ad quam saltem noctu non pateat accessus comitatensium, qui illi prius suberant, iusta subest causa aliam Parochiam extra ciuitatem exigendi, vt in casu Lapi alleg. 66. in princ. & num. 1. quem refert & sequitur Lotter. de re benefic. lib. 1. quest. 28. num. 26. Similiter si exet medius fluuius, vel torrens intra Ecclesiam, & partem populi illi subiecti, qui sæpe exundans ita iter obsidet vt aliquando cogantur infirmi sine Sacramentis Ecclesiæ mori, hæc similiter reputabitur iusta causa, vt probat text. in d. cap. ad audientiam, vbi gloss. in verb. magna difficultate, de Eccles. edifican. Lotter. d. quest. 28. num. 27. vbi citat Rot. in Lucana dismembrationis 9. Maij 1611. coram Ortembergo.

Pro iusta autem causa non reputabitur loci distantia, vel etiam angustia Ecclesiæ, si per nouam adificationem, aut ampliationem Ecclesiæ, atque in loco accessibili, possit his difficultatibus occurrere, exigit enim Canon non quamlibet necessitatem, sed necessitatem euidenter in cap. 1. de rebus Eccles. non alien. Ita Rota in d. Aquilana nullitatis erectionis, Lotter. d. quest. 28. à num. 29. Minusque reputabitur pro iusta causa numerositas populi, cui succurri potest per multiplicationem ministrorum, vt in Elboren. dismembrationis 18. Nouembris 1600. coram Iusto, Lotter. d. quest. 28. num. 28.] nam quando solus Curatus eodem tempore pluribus infirmis prouidere non potest, non dari iustam causam diuidendi Parochiæ, sed adhibendi ministros coadiutores, censuit Rot. d. decis. 484. num. 5. in fine, & Episcopum in vim decreti Concilij d. cap. 4. in princ.

non posse erigere coadiutoriam, sed vtique cogere Rectorem ad adiungendum sibi tot Sacerdo tes, qui sufficiant Ecclesiis in Sacramentis ministrandis, refert decisum Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarre lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 43.

Episcopi arbitrio relinquit S. Concil. d. loco quatum vna Ecclesia ab altera distare possit, vt commode Sacramenta sumere inde possint parochiani, prout resoluunt Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de erect. in curat. & paroch. num. 9. optimè Menoch. de arbitr. casu 497. per totum, Aloyf. Ricc. d. resol. 476. num. 5. vbi etiam aduertit et à decreto erectionis vti factæ per Episcopum, etiam tanquam Sedis Apostol. delegatum, licere quidem appellare, sed solum ad Sanctissimum Pontificem, nisi ea ordinatio facta fuerit in visitatione, præcipuè sine figura iudicij, quoniam ab ordinationibus factis in visitatione per Ordinarium non appellatur, saltem quoad effectum suspensiuum, tanquam ab executione constitutionis Conciliaris, vt alibi dixi.

Vnde cum nouissimo Iure tota causæ iustitia in Episcopi arbitrio resideat, poterit ipse sine maioris partis parochianorum consensu circa separationem agere, vt aduertit Aloyf. Ricc. d. resolut. 476. num. 6. explosa illorum resolutione, qui tenent requiri consensum maioris partis parochianorum, & si sunt plures plebes, & terræ sunt aut sub vno Rectore, aut Curato maioris Ecclesiæ, quæ tamen sint tanquam corpora separata, debere consentire saltem duas partes ex tribus singulorum corporum, de qua Bimi. conf. 184. à num. 23. Henriq. conf. 80. num. 15. & 16. Nec ideo admitterem Abb. doctrinam in d. cap. ad audientiam, col. 3. resolutis debere interuenire ad secundæ Ecclesiæ ædificationem consensum parochi, seu Curati primæ, cum Concil. d. loco illo inuito Episcopis auctoritatem concedat nouas parochias constituendi, dummodo tamen sine præiudicio, nimirum possidentis, fiat, vt declarauit Cong. Conc. Episcop. Andrien. in anno 1594. teste Piasc. in praxi noua Episcop. dicto cap. 5. num. 1.

[Diligenter quoad erectionem nouæ Parochiæ obseruandam esse dispositionem tex. in d. cap. ad audientiam, monet Lotter. d. lib. 1. quest. 28. num. 45. quæ non habet locum nisi pluribus concurrentibus, videlicet Primò, vt referretur ius præstanti Rectori nouæ Ecclesiæ, ipsi Rectori Ecclesiæ Matricis, à qua fit dismembratio, quasi in recompensam inquit gloss. ibi, in verb. Rectoris, quod intelligitur, vbi Ecclesia antiqua contulit de suo pro dote Ecclesiæ nouiter erectæ, vt ibi per Abb. n. 10. neque hinc quarritur patronatus consanguineis Rectoris, sed ipsi Ecclesiæ. Secundo vt eidem nouæ Ecclesiæ Rectori assignentur pro eius sustentatione oblationes pro modo Parochiæ dismembratæ, quo nomine veniant etiam decimæ vt late disputat & concludit Lap. d. allegat. 66. num. 3. vers. quæro igitur, & n. 4. & 5. itaut Ecclesia filialis sic de nouo erecta habeat fundatâ intentione super perceptione decimarum, contra Matricem. Rebuff. de decim. quest. 6. num. 14. & 23. Lotter. d. quest. 28. num. 48. Rota decis. 178. par. 1. recentior. quæ necessitas assignationis decimarum, non est præcisâ, sed causatiua, in defectum scilicet aliorum reddituum Ecclesiasticorum, Mandol. conf. 31. num. 9. ad fin. atque ideo si aliàs congruè dotetur Ecclesia, nihil est quin decimæ debeantur, maxime si concurrat obseruantia, vt censuit Rota decis. 419. num. 9. & decis.

decif. 448. num. 2. par. 2. recentior. Tertio tandem vt competens honor in ea pro facultate loci matri Ecclesie referretur, vt dicit idem tex. in d. cap. ad audientiam, id est, annua aliqua pensio arbitrio Episcopi moderanda, inquit gloss. ibidem in verb. honor. Lotter. d. quast. 28. num. 5. vbi num. 53. ait se non negare quin etiam in signum subiectionis possint matri Ecclesie referuari ea, quæ aliàs iure Parochie in filialem transfunderetur, vt sunt non solum ipsæ decimæ, sed etiam iura sepulturæ, & baptizandi.]

5 Capellanus Ecclesie nouiter erectæ tribus concurrentibus recipere debet obuentio villæ, & parochianorum, ad quorum commodum fuit constituta, videlicet, si antiqua baptismalis redditibus abundet, si ædificia sit necessaria, si non habeat sufficientes redditus ad sustentationem Presbyteri: alioquin si fundator, vel parochiani cõcederent redditus sufficientes, tunc non teneretur Ecclesia baptismalis quicquam concedere, ita Rebuff. de decim. quast. 6. num. 22.

6 Amplia supradicta procedere, etiam si Ecclesie subiectæ essent Regularibus, prout Sacra Congregat. censuisse refert Franc. Leo d. cap. 2. numero 69.

7 Limita, nisi in loco minimè difficili, nec incommodo oratorium adesset, vel Ecclesia cum fonte baptismali, & cæteris ad parochiam necessariis, ibique proponeret in sui adiutorium Sacerdotem, qui ibidem residet, & Sacramenta posset administrare, quia tunc non posset fieri separatio, ex Menoch. conf. 477. num. 9. & Baptista Costa de remediis subsid. remed. 76. resoluit Aloyf. Ricc. d. resolut. 476. num. 6. [nouissimè me citato in hoc loco Trulench. in exposit. Decalogi lib. 3. cap. 3. dub. 8. num. 7.]

8 Cùm solus Papa Ecclesiam Collegiatam erigere possit in Cathedrali, & Episcopali in Metropolitana, cap. 1. ne Sede vacante, Azor. instit. moralium par. 2. lib. 5. cap. 29. quast. 25. & lib. 6. cap. 30. quast. 2. & 4. Nicol. Garcia de benef. par. 12. cap. 5. num. 1. [Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 11. num. 251. Lotter. de re benef. lib. 1. quast. 11. Rota decif. 612. num. 1. par. 2. recentior.] cum aliis citatis supra alleg. 50. n. 5. ¶ Non exilis hinc oritur dubitatio, an etiam solius Papæ sit erigere Ecclesiam in Collegiatam, in qua affirmatiua opinio communior est, & receptior, vt concludunt Rebuff. in sua praxi benef. tit. de erect. in Collegiatam, Filliuc. tract. 41. de benef. cap. 3. num. 112. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 5. cap. 29. quast. 25. & cap. 30. quast. 2. quod tunc videretur Fusc. de vistr. lib. 2. cap. 1. num. 6. sequitur Ioan. Anton. Maslobr. in sua praxi habendi concursum prel. 2. dub. 1. [Ferentil. in annot. ad decif. Burattii 112. num. 14. Lotter. d. lib. 1. quast. 14. num. 38. cum seqq. vbi num. 49. attestatur ita censuisse Sacram Congreg. Concilij in vna Conuersana 27. Junij 1626. & num. 53. subdit debere patronum assentire, si Ecclesia, quæ desideratur in Collegiatam erigi, patronata sit,] quamuis Nicol. Garc. de benef. par. 12. cap. 5. num. 4. dicat aliquando Ecclesiam erigi in Collegiatam per Episcopum, licet soleat fieri auctoritate Papæ Collegiata ex quibus signis dignoscatur, & probetur Maslobr. d. prel. 2. num. 7. & 8. & seq. [& 15. & dubio 2. num. 10. & seq.] Rot. decif. 482. num. 4. & decif. 315. num. 3. & 4. par. 2. recent. decif. 673. apud Farin. par. 1. recent. [Potissima autem Collegialitatis signa sunt quod Canonici consueuerunt congregari ad libitum principalis dignitatis illorum capituli, seu illius,

ad quem de iure, vel de consuetudine spectat congregare Capitulum, ad sonum campanæ, & quod haberent sigillum commune, ac esset quoque communis alia, itaut fructus communiter diuiderentur; colliguntur hæc ex Achil. decif. 3. num. 2. & 3. de prob. Fabric. in praxi benef. tit. de benef. in Cathed. & Colleg. num. 3. Mant. decif. 175. num. 1. & decif. 215. num. 1. Greg. XV. decif. 482. num. 4. Lotter. d. lib. 1. quast. 14. num. 71. cum seqq. Rota in Placentina Propositura 26. Aprilis 1627. impressa par. 5. diuersor. decif. 56. & 4. Decembris 1628. coram R. P. D. Pirouano, & in Cremonen. Propositura 24. Maij 1621. coram Remboldo, & in Asculana Plebania 13. Ianuar. 1624. coram R. P. D. Merlino.]

De reliquis autem inferioribus Dignitatibus DD. 10 variè sentiunt, quidam enim affirmant Episcopum posse huiusmodi inferiores Dignitates creare, ex quorum numero sunt Innoc. referens gloss. verb. concessimus in cap. cum olim, de consuet. Selu. de benef. par. 1. quast. 4. num. 18. & par. 4. quast. 7. num. 20. casu 116. vbi citat Bertachin. de Episcopo par. 2. lib. 4. & alijs, [& videtur sentire Scraph. decif. 1495. num. 1.]

Alij verò negant, gloss. verb. omnes in cap. 12. 2. distinct. Mandol. de signatura gratia tit. exactiones volum. 1. vers. pro noua erectione, Imol. in d. cap. cum olim, num. 1. Roman. in l. imperium sub num. 2. vers. item potestatem imponendi auctoritatem, ff. de iurisdict. omnium iudic. Abb. in Clement. fin. num. 12. vbi gloss. verb. mensis sue, de rebus Ecclesie non alien. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. beneficia vers. ad dignitates assequendas, vbi refert secundum hanc opinionem fuisse ab vrbe responsum, refert [Monet. de consuet. cap. 5. num. 69.] Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. decif. 382. in 1. edition. aliàs resolut. 322. in 2. edition. & sequi videtur Filliuc. tract. 41. de benef. cap. 3. num. 114. [Valenz. tom. 1. conf. 33. num. 87.]

Ego tamen sub distinctione sic rem esse componendam iudico, vel Dignitas, quæ est erigenda, est omnino noua, quippe quæ aliàs non reperitur in Ecclesia, & tunc non potest creati sine licentia Papæ, quo casu intelligenda veniunt text. in d. cap. 1. 22. distinct. & citati pro secunda negatiua sententia, ex Imola in cap. cum accessissent, num. 4. de constitut. Vel fuit iam instituta communiter pro vniuersa Ecclesia, quales sunt Archidiaconatus, Archipresbyteratus, & similes, & tunc non solum Episcopum, sed etiam Capitulum cum illius consensu huiusmodi dignitatem in aliqua Ecclesia creare posse, obferuat Imola d. num. 4. adducens d. cap. 1. 22. dist. & cap. precipimus 16. quast. 1. & cap. sicut 8. de excessib. Prelat. & respondet ad d. cap. cum olim, per quod videtur quod in creatione nouæ dignitatis in Ecclesia requiratur auctoritas Papæ, ex eo procedere, quia ibi ad cautelam, non de necessitate fuit petita licentia à Papa, vel quod Episcopus volebat solus sine consensu Capituli inducere nouam dignitatem in Ecclesia, refert & sequitur Ioan. Anton. Maslobr. in sua praxi habendi concursum prelud. 21. dub. unico à num. 12. vbi num. 16. asserit consuetudinem inoleuisse, vt Episcopi ne dum in Collegiatis & Parochialibus simplicibus etiam pagorum erigant Rectorias in dignitates, verum etiam in Cathedralibus, & Rota in vna Forolimien. Decanatus 4. Junij 1590. coram Illustrissimo Card. Mantica inter eius decisiones impressas decif. 114. num. 3. cum seqq. censuit Capitulum sine consensu Episcopi, in ipso actu intromittente non posse dignitatem

in Ecclesia constituere, dare presuppone hanc nostram sententiam, quam quidem expressè sequitur cum prædicta distinctione Gaub. de officio, & potest. Legati de Latere lib. 5. tit. de potestate Legati in erigendo noua beneficia num. 12. & 13.

23 Ecclesiam simplicem in Curatam, & Parochialem erigere ex causa posse Episcopum notant Rebuff. in praxi tit. de erectione in curatam, & parochialem, Azor. d. cap. 29. quast. 25. & d. cap. 30. quast. 3. & 4. Nicol. Garcia d. cap. 5. num. 2. Verum Sacra Congreg. censuit beneficia simplicia in curata ab Ordinario conuerti non posse, vt refert Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decif. 492. in 1. edit. & resolut. 583. num. 6. & 7. in 2. edit. Nicol. Garc. d. cap. 5. num. 3. vbi hanc declarationem intelligit cessante causa & necessitate. ¶ Sic etiam Ecclesia Curata in simplicem ab Episcopo reduci non potest. Mar. Anton. var. lib. 1. resolut. vltim. casu 69. Curatum vero beneficium quando dicatur, vt in simplex conuerti non possit per Episcopum, tradit Aloyf. Ricc. praxi decif. 2. in 1. edit. & resolut. 618. in 2. edit.

Et demum quod Episcopus (sua Ordinaria auctoritate, vel alius quibus inferior à Papa nequeat erigere Collegiatam, censuit Sac. Congreg. super Concil. in vna Conuersana 27. Junij 1616. vt refert D. Lotter. in tract. de re benef. lib. 1. quast. 14. n. 49. Et ideo audiendi non sunt qui existimarunt Episcopum posse erigere Parochialem Ecclesiam in Collegiatam, per tex. in cap. quoniam, de vica, & honest. cleric. vbi Abb. antiq. num. 1. Ioan. Andr. num. 3. Butr. num. 2. ad fin. Panor. num. 2. & 6. Imol. qui attestatur de communi num. 1. quos retulit, & sequi visà est Rot. in Regen. unionis 12. Maij 1625. coram Reuerendissimo Dom. mco Cocchino.

ALLEGATIO LXIX.

Episcopus an & quando, & quorum beneficiorum resignationes recipere possit?

S V M M A R I V M.

- 1 Resignatio beneficiorum libera & simplex coram Episcopo, vel alio Superiore Ordinario fieri potest.
- 2 Superior Ordinarius, coram quo fieri potest libera resignatio, debet esse Superior Ecclesiasticus habens spiritualia.
- 3 Ordinarij consensus in liberis resignationibus faciendis debet ab eo præstari unico contextu cum sit resignatio.
- 4 Prelatus omnis ius habens conferendi, instituendi, & à beneficio quoque clericos amouendi, potestatem habet liberis beneficiorum resignationes admittendi.
- 5 Abbas, quem Ecclesia in temporalibus recognoscit, non potest liberis beneficiorum resignationes admittere.
- 6 Coadiutor datus Episcopo dementi potest renunciationem liberam beneficij accipere.
- 7 Vicarius Episcopi an possit beneficiorum resignationes accipere, remissiuè.
- 8 Capitulum Sede vacante potest liberis beneficiarum resignationes recipere tribus concurrentibus.

9 Permutatio beneficiorum simpliciter fieri potest coram Episcopo, vel alio Superiore Ordinario.

10 Beneficium in vna diocesi situm si permittatur cum alio alterius diocesis, requiritur in ea permutatione, vtriusque Episcopi, ad quos illa beneficia spectant, auctoritas & consensus.

11 Permutari possunt beneficia coram Episcopo in quolibet anni mense.

12 Permutatio coram Ordinario faciendâ non requirit mentionem de obtentis.

13 Permutatio coram Ordinario simplex, non vero triangularis fieri debet.

14 Episcopus quando beneficia permutata sunt inæqualia, potest ex officio mandare, cessante patet, quod recipiens beneficium pinguius soluat aliquam pensionem suo tempore duraturam.

15 Pensionem ex iusta causa potest Episcopus referuare, & imponere.

16 Resignare, vel cum alio permutare potest quis coram Ordinario, quamuis nondum adeptus sit possessionem.

17 Ius in re acquiritur in beneficio per collationem acceptam ante adeptam possessionem.

18 Resignari coram Ordinario potest beneficium, etiam ad fauorem, litteris expeditis, non adempta tamen possessione.

19 Beneficium litigiosum, super quo pendet lis, non potest resignari, vel permutari, nisi lis esset super primatione beneficiati.

20 Resignari, vel permutari coram Episcopo beneficia iuris patronatus possunt accedente patronorum consensu.

21 Patronorum interest videre ne habeant Rectorem eis odiosum, & non acceptum.

22 Resignationes beneficiorum existentium in diocesi, potest Episcopus etiam in Curia recipere, non tamen conferre.

23 Resignari coram Episcopis poterunt beneficia referuata, non tamen conferri.

24 Resignationes, in mensibus, in quibus Collatio spectat ad Cardinalem ratione indulti, potest recipere, Episcopus, non tamen conferre.

25 Permutari coram Ordinario possunt referuata beneficia, non tamen conferri.

26 Renunciatio beneficij facta in manibus potestatem non habentis, est nulla.

27 Resignatio beneficiorum coram Ordinario faciendâ requirit causam, quæ presumitur in Episcopo, si eam admittat.

28 Constitutio Pij V. super resignationibus coram Ordinario faciendis, refertur, & num. 29. & 30.

31 Senex volens resignare debet Ordinarius suorum beneficiorum resignationes admittere, cum hæc sit causa iusta admittendi resignationem.

32 Senes qui dicantur, remittitur iudicis arbitrio.

33 Infirmitas est causa iusta resignandi beneficium coram Ordinario.

34 Valentinianus quis dicatur iudicis arbitrio relinquatur.

35 Beneficiatus corpore impeditus habet iustam causam resignandi beneficium coram Ordinario.

36 Beneficiatus corpore vitiatu habet iustam causam resignandi coram Ordinario.

37 Crimini obnoxius beneficiatus habet iustam causam resignandi coram Ordinario.

- 38 Criminosi inquisitione pendente quando beneficia possunt resignare, ostenditur.
- 39 Censuris Ecclesiasticis irrevocabiliter habet iustam causam resignandi beneficium.
- 40 Beneficiarius, qui nequit, aut non debet Ecclesie, vel beneficio inferre, habet iustam causam resignandi coram Ordinario.
- 41 Resignandi coram Ordinario causa iusta est, si beneficiarius unum aliud, aut plura obtinuerit beneficia.
- 42 Resignandi coram Ordinario causa iusta est, si contingeret beneficium ad aliud beneficium promoveri.
- 43 Religionem ingredientibus, aut matrimonium contrahentes habent iustam causam resignandi coram Ordinario, dummodo re ipsa id exequantur.
- 44 Resignandi ius coram Ordinario iusta causa est, si beneficiarius nequeat, aut non audeat propter capitales inimicitias in loco beneficii securus residere.
- 45 Resignatio, vel permutatio an ex iusta causa facta presumatur, ostenditur.
- 46 Renuntiationes factae absque iustis causis sunt nullae, Ordinarius vero illas admittentes nullam poenam incurrit.
- 47 Episcopi, coram quibus resignantur beneficia, debent observare, ut resignantes, si sint in Sacris constituti, habeant aliunde unde vivere, & vitam commodè sustentare possint.
- 48 Episcopi admittentes liberos beneficiorum resignationes non debent illa suis conferre, quod an in Hispania servetur, dubitat Garcia.
- 49 Episcopi beneficia coram ipsis resignata, si consanguineis resignantibus, aut suis conferant, quam poenam incurrant, ostenditur.
- 50 Renuntians coram Ordinario ea intentione, vel spe concepta, quod Ordinarius conferat beneficium, cui ipse velit, quando nihil est in conventionem deductum, non peccat mortaliter, nec aliqua simoniae labe maculatur.
- 51 Permutationis forma coram Ordinario faciendae constituitur.
- 52 Resignantes duo sua beneficia ex causa permutationis, & facta collatione uni, si alter decedat ante factam sibi collationem, superstes non habet regressum ad beneficium a se dimissum.
- 53 Beneficium a compermutante resignatum, & alteri collatum potest compermutante decedente ab altero retineri, etiam si suum postea non resignet.
- 54 Permutatio beneficiorum an ob lesionem rescindi possit, remittitur.
- 55 Possessio omnis amissa dicitur per renuntiationem factam, & ab Episcopo admissam.
- 56 Resignans ad finem coram Sanctissimo non amittit possessionem nisi postquam resignatio est perfecte quæsit.
- 57 Resignatio in possessionem beneficii iustè & legitime inmissa datur manentio.
- 58 Resignans dicitur possidere ante acquisitionem possessionis resignatarij.

CORAM Episcopo, vel alio superiore Ordinario, libera, & simplex beneficiorum resignatio de iure communi fieri potest, ut probant text. in cap. admonet. de renunc. ibi, absque assensu tuo auctore, detinere, dimittere, aut inconsulto,

&c. & in c. 1. de rerum permutat. lib. 6. ibi, & liberè sine fraude in manibus tuis ipsa resignet, & in Clement. multorum, de poenis, per quæ lura ita docent Rebuff. de pacificis possess. num. 104. Fusc. de visit. lib. 2. c. 10. num. 19. & cap. 28. num. 11. Azor. institut. moral. parte 2. lib. 7. cap. 29. quæst. 4. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 14. a num. 21. Franc. Leo in thesaur. fori Ecclesiast. par. 2. cap. 3. num. 66. Vgolin. de potestate Episcopi cap. 50. §. 18. in princip. Flamin. de resignat. lib. 7. quæst. 14. num. 1. [nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Ecclesiast. cap. 48. a num. 34.] & qui quidem consensus præstari debet à superiore Ordinario vnicò contextu cum sit resignatio, ita ut tergo litterarum præstari non possit, ex Flamin. lib. 8. quæst. 9. a num. 127.

Intellige de Superiore Ecclesiastico habente spiritualia, Fusc. dict. cap. 28. num. 12. Ruffin. tract. de benef. cap. 14. num. 4. Flamin. dict. quæst. 15. num. 18. Cochi. de iurisdict. Ordinarij in exemptis par. 4. q. 68. in princip. & Et de omni alio Prælato, qui ius habet conferendi, instituendi, & à beneficio quoque clericos amovendi, cuiusmodi sunt Abbates, & alij Prælati Episcopis inferiores, qui Episcopalem iurisdictionem confuetudine, vel privilegio habent, & nulli sunt Episcopo proxime subiecti, Panorm. in cap. quæstionum, num. 4. de rer. permutat. Flamin. dict. quæst. 14. a num. 19. & quæst. 15. Azor. dict. quæst. 4. Cochier. de iurisdict. Ordinarij in exemptis par. 4. quæst. 67. & quæst. 68. cum Flamin. dict. quæst. 15. num. 18. resoluit, quòd si Ecclesia in temporalibus recognoscat Abbatem, in spiritualibus vero Episcopum, coram Episcopo erit resignatio expedienda. Sic etiam si coadiutor datus Episcopo dementi, cum in spiritualibus & temporalibus generalem, & liberam potestatem habeat, poterit renunciationem beneficij accipere, Flamin. d. lib. 7. quæst. 20. a num. 25. vbi a num. 25. resoluit, quòd quando coadiutor datur infirmo, vel seni, tunc cum consensu ipsius Episcopi resignationes valere recipere. [Hinc Cardinales possunt recipere resignationes beneficiorum existentium in suo titulo, quia possunt conferre illa beneficia, & destituere beneficiarios, ita Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 7. q. 12. n. 8. cum seqq. nouissimè Diana moral. resolut. p. 5. tract. 2. de potest. & privileg. S. R. E. Cardinal. resolut. 14.]

De Vicario vero Episcopi an possit beneficiorum resignationes recipere, si non habeat mandatum speciale, dixi suprà alleg. 54. a num. 66. [Et ibi citatis nouissimè addo Castr. Palao d. tract. 12. di. 6. p. 16. 2. §. 2. n. 3.]

Item Capitulum Sede vacante potest beneficiorum resignationes recipere, tribus videlicet concurrentibus; Primò quando fieret ex causa necessaria, non autem liberè, & simpliciter. Secundò quando collatio ad Episcopum, & Capitulum simul pertinet. Tertiò quando talis resignatio, & collatio fiant ante provisionem factam de Prælato in Consistorio, etiam antequam possessionem capiat. Ita Quaranta in summa Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, q. 9. prope finem vers. quarto limita, Flamin. dict. lib. 7. quæst. 23. Nicol. Garcia de benef. par. 11. cap. 3. num. 256. & cap. 4. a num. 75. Filliuc. tract. 41. de benef. cap. 2. num. 45. Aloyf. Ricc. in praxi auct. resolut. 243. Bellacomb. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 1. num. 11. Illud demum observandum est, quòd resignatio beneficij non valet, nec esse illa inducitur ipsius beneficij vacatio si fiat in manibus eius, qui non habet potestatem recipiendi. Mant. decis. 260. num. 8. & 9. & infra num. 26.

Primò amplia, ut non solum coram Episcopo,

& aliis, iurisdictionem Episcopalem habentibus, quamvis fortè dignitatem Episcopalem non habeat, possit beneficiorum resignatio fieri, sed etiam permutatio, simpliciter tamen, & absque pactis, ac conditionibus. Ita [gloss. verb. conferuntur. in Clem. unic. de rer. permut. Staphil. de literis gratia, in verb. resignationis modus num. 7.] Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 22. Quaranta in summa. Bullarij verb. beneficiorum permutationes, Gonzal. d. gloss. 14. num. 57. Lælius Zech. de republ. Eccles. cap. de beneficijatiis, num. 8. Zerola in praxi Episc. par. 1. verb. permutatio, §. 3. dub. 1. Azor. d. cap. 29. quæst. 16. Flores de Menavarij. quæst. 24. num. 21. Garcia d. cap. 4. a num. 62. Soar tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 32. num. 11. Valer. Regin. in praxi fori panit. lib. 23. num. 261. [Mari Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 112. casu 39.] nouissimè Bonacin. var. tract. 1. de simon. quæst. 4. §. 12. num. 7. vers. alij verb, quicquid dicat Flamin. lib. 5. quæst. 6. num. 231.

Quando beneficium in vna dicecesi situm permutatur cum alio alterius dicecesis, requiritur in ea permutatione vtriusque Episcopi, ad quos illa beneficia spectant, auctoritas, & consensus; quia in permutatione duorum beneficiorum vtrumque dimittitur, & vtrumque conferitur, ac proinde necesse est, ut vtriusque Episcopi intercedat auctoritas, ita Azor. d. cap. 29. quæst. 8. Et quævis per permutationem beneficia vacare dicantur, cap. unic. de vna Ecclesiâ rerum permut. in 6. Gomez. in regul. de publicandis, quæst. 3. num. 3. tamen in quolibet mense anni possunt permutari beneficia coram Episcopis, & Episcopi possunt admittere resignationes in fauorem ex causa permutationis, quas faciunt permutantes, & eorum cuilibet collationem de beneficio resignato facere. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 14. num. 32. Nicol. Garcia de benef. par. 5. cap. 1. num. 543.

Et in hac permutatione coram Ordinario faciendâ non est opus facere mentionem de obrentis, sicut nec in alia provisione in facta. Clem. 2. de offic. Cochier. de Ordin. Menoch. de arbit. casu 201. num. 150. post permutat. Rot. Corral. & alios Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 99. benef. par. 1. cap. 14. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 29. quæst. 8. et 28. et cap. 30. quæst. 1.

Aduertendum maximè est, quòd permutatio hæc simplex fieri debet, non vero triangularis, vel quadrangularis, veluti si ego resigno vnum beneficium in fauorem Ioannis, ut ipse Ioannes resignet suum beneficium, non in fauorem mei, sed in fauorem alterius, quia esset simoniaca talis permutatio triangularis. Nauar. conf. 43. sub tit. de simonia, num. 3. in fine, in nouis edit. post Caputaq. Imol. & alios, ita tenent Gonzal. d. gloss. 14. num. 58. Coch. de permutation. benef. par. 2. cap. 25. Molfes. in summa. tract. 6. cap. 13. num. 33. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 14. num. 48. nouissimè Bonacin. var. tract. 1. de simon. quæst. 4. §. 14. num. 4. vers. idem. & Poterit tamen Episcopus quando beneficia permutata sunt inæqualia, ex officio mandare (cessante pacto) quòd recipiens beneficium pinguius, soluat aliquam pensionem suo tempore duraturam ad coarctandos fructus vtriusque beneficij permutati, Ancharan. conf. 279. incip. Quæstio proponitur, Nauar. d. conf. 43. num. 4. Gonzal. d. gloss. 14. num. 58. & Nam licet regulariter, & sine causa nequeat Episcopus pensionem referuare, & imponere; ex iusta tamen causa, vt pro bono pacis, vel studio alicuius scholaris pauperis, vel in utilitatem Ecclesie, vel ex alia rationabili causa, potest illam referuare, & imponere.

Barbof. de Episcop. Pars III.

nere, Rebuff. de privilegijs scolar. privileg. 42. Nauar. conf. 15. num. 3. de rebus Ecclesie, & consil. 4. num. 2. de simonia, in nouis, Gambar. de Legato lib. 6. a num. 392. & fuit resolutum in vna Meliten. Canonatus, sexta Martij 1596. coram Illustrissimo Domino meo D. Cardinale Millino, & in altera Algarbien. Canonatus, nona Junij 1579. coram Card. Lancelloto sen. quæ est in impressis 519. sub num. 3. par. 1. diuers. [de quo vide resoluta infra alleg. 85. post num. 11.]

Secundò amplia etiam nondum adepta sit possessio, nam habens ius in re, non tamen adeptam possessionem (quia per collationem acceptam ante adeptam possessionem ius in re in beneficio acquiritur, cap. si tibi absent, de prebend. lib. 6. Flamin. de resign. lib. 2. quæst. 16. num. 2. & lib. 10. quæst. 6. num. 2. & quæst. 8. num. 5. Molina de iustit. tract. 2. disp. 2. vers. dixi superius, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. §. 1. num. 15. & 33. Rota in vna Vercellen. Canonatus 11. Decembris 1603. coram Rennerend. D. meo Coccino apud Fatnac. parte 2. tom. 1. decis. 498.) potest beneficium coram Ordinario resignare, vel cum alio permutare. Franch. cap. 1. n. 16. & ibi Gambar. num. 86. de rerum permut. in 6. Prob. ad Monach. in cap. licet Episcopus, num. 6. de prebendis in 6. Corral. de benef. cap. 9. num. 1. Nauar. conf. 4. num. 2. sub tit. de simonia, in nouis, Cardin. Mantica de tacitis, & ambiguis convent. lib. 23. tit. 9. num. 2. & 9. Nicol. Garc. d. cap. 4. num. 15. & Etiam ante apprehensam possessionem, litteris tamen expeditis, Ancon. de Burg. in cap. ceterum, n. 151. de rescriptis, Gemin. conf. 127. in fine, Petr. Gregor. syntagm. iuris lib. 17. cap. 17. num. 16. Flamin. lib. 2. quæst. 26. & Et licet beneficium litigiosum, super quo pendet lis, non possit resignari, vel permutari, Lancellot. de arrent. lib. 2. cap. 3. num. 254. Pute. decis. 354. lib. 3. Flamin. lib. 2. quæst. 3. a num. 1. Azor. d. cap. 29. quæst. 5. Nec ab Episcopo conferri, Seraphin. Rotæ Romanæ decis. 945. hoc non procedit quoties lis esset super priuatione beneficiati, nam hoc casu huiusmodi lis non facit beneficium litigiosum, ut fuit resolutum in vna Hispanen. attentatorum coram Domino Aque. 16. Nouembris 1553. & reseruit Pute. decis. 66. lib. 2. Flamin. d. quæst. 3. num. 56. vbi num. 57. declarat, nisi lis esset super priuatione, & ut adjudicaretur alicui beneficium, quia hoc casu dicitur litigiosum, & per consequens resignari non poterit.

Tertiò amplia, ut etiam beneficia iurispatronatus possint resignari coram Episcopo, accedente tamen patronorum consensu. Pute. decis. 412. num. 2. lib. 1. Flamin. lib. 7. quæst. 14. num. 8. Sic etiam eodem patronorum consensu accedente possunt permutari, [cap. decernimus 6. quæst. 7. Flamin. de resign. benef. lib. 2. quæst. 4. num. 18. Mari. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 109. num. 32.] Couar. pract. cap. 36. num. 9. Steph. Quaranta in summa Bullarij, verb. beneficiorum permutationes, in addit. Vgolin. d. cap. 50. §. 19. num. 4. Azor. d. cap. 29. quæst. 6. Requiritur enim in permutatione consensus illorum, ad quos collatio, electio, seu præsentatio pertinet, quia ipsorum interest, quamvis Episcopus totum debeat expedire, gloss. verb. collationem, in dicto cap. 1. gloss. etiam in dicta Clement. 1. & multi quos refert, & sequitur Nicol. Garcia dict. cap. 4. num. 72. nam si patronorum interest, ut videant ne habeant Rectorem eis odiosum, & non acceptum, vnde cum de eorum præiudicio tractetur, sequitur illos necessariò esse vocandos, eorumque consensum requiri, per reg. quod omnes tangit, de regul. iuris.

Juris, in sexto, nisi ipsi patroni fuerint peremptorie vocati, dato eis termino ad comparandum cum expressione cautæ, & ipsi infra terminum præfixum non comparuerint ad contradicendum permutacioni, quia tunc sequuta Ordinarij institutione amplius non audientur; nec poterunt se opponere etiam infra residuum temporis dati ad præsentandum: si vero comparuerint declarado se permutacioni non consentire, & velle alium præsentare, tunc licet non præsentauerint infra tempus præfixum in edicto per Episcopum appposito, poterunt nihilominus vti beneficio temporis legalis vsque ad finem quadrimestris. Ita Prosper de Augustino in addit. ad Quærantiam, dict. verb. beneficiorum permutatio, in princip.

22 *Quarto amplia, vt Episcopus possit recipere resignationes beneficiorum exitientium in sua diocesi, etiam in Curia, non tamen conferre, quia tunc beneficia dicuntur vacare in Curia per resignacionem, & eo casu collatio palam ad summum Pontificem spectat. cap. 2. de prebend. in 6. & hanc ampliat. tenent Couar. lib. 3. variat. cap. 20. sibi num. 8. Flamin. lib. 7. quest. 14. num. 23. Prosper de Augustino dict. verb. beneficiorum resignationes, prope fin. versio. An autem Ordinarij, [me citato in hoc loco Alzed. d. par. 2. cap. 9. num. 25.] Maslobr. in praxi habendi concursum requisit. 7. dub. 39 num. 21. qui tamen adhibent hanc cautelam in conferendo, vt exeant ab Vrbe ad hoc vt dicatur esse in aliena diocesi, & fuit resolutum in Rota, vt per Pureum decis. 167. lib. 1. & aduertit Maslobr. dict. requisit. 7. dub. 44.*

23 *Quinto amplia, vt beneficia reservata possint resignari coram Episcopis, qui poterunt resignationes dictorum beneficiorum recipere, non autem illa conferre, Flamin. d. quest. 14. num. 6. me citato in hoc loco, Maslobr. in praxi habendi concursum requisit. 7. dub. 39. num. 22. non admittit distinctione*

24 *Azor. d. cap. 29. quest. 10. Sic etiam tamen quavis Episcopus in manibus suis possit recipere resignationes in mensibus, in quibus collatio spectat ad Cardinalem ratione indulti, non poterit tamen conferre, sed Cardinalis habebit collationem. Gabriel. conf. 187. lib. 1. Flamin. d. quest. 14. num. 13. vbi num. 30. cum Abb. in cap. ad supplicacionem, num. 5. de renunciat. resoluti tamen possit Episcopus recipere resignationem beneficiorum obtentorum per alium Episcopum. Sic etiam coram Ordinarijs possunt reservata beneficia permutari, dummodo non ea conferant, cum hoc ad summum Pontif. solum spectet. & ita post multos resoluti Flamin. lib. 2. quest. 16. in princip.*

25 *Aduertere oportet renuncacionem beneficij factam in manibus potestatem non habentis esse nullam, vt censuit Rota in vna Camerinen. Parochialis 27. Nouembris 1587. coram Illustr. Seraphino, est inter eius decisiones impressas decis. 303.*

26 *Illam tamen simplicem beneficiorum resignatio nunc, vt valide fieri possit coram Ordinario, requiritur causa, de expressis in Constit. Pij Quinti 58. incip. Quanta Ecclesia, Dat. Rome anno Incarnationis Dominice 1568. Kalend. Aprilis, quam referunt Quærantiam summ. Bullary, verb. beneficiorum resignationes, Vgolin. d. cap. 50. §. 18. num. 3. Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 6. num. 2. & de ea meminit Maslobr. in praxi habendi concursum req. 7. dub. 5. [& Marcell. Vulpe d. cap. 48. num. 36. cum sequent.] cuius patris essentialis sic se habet:*

27 *Postquam Episcopi, & alij facultatem habentes eorum demittunt resignationes recipere, & admittere*

possunt, qui aut senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiosi, aut crimini obnoxij, censurisque Ecclesiasticis irretiti, aut nequunt, aut non debent Ecclesie, vel beneficio inseruire, seu qui vnum aliud, vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri. Religionem quoque ingressuri, vel Matrimonium contracturi, si statim postea idro ipsa exequantur. Denique cum quis ex alijs casibus acciderit, qui Constitutione felic. record. Innocentij Papa 111. de dimittendis Cathedralibus Ecclesijs edita continentur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequunt, vel non audent in loco beneficij reside- re securi, sed nec horum vllus sacro Ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat vltimo modo beneficium, vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commodè sustentari. Ad hæc beneficiorum & officiorum permutaciones admittere, que Canonicis sanctioribus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur. Caneant autem Episcopi, & alij predicti, itaque omnes electores, presentatores, & patroni tam Ecclesiastici, quam laici, quicumque sint, no verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficijs, & officijs successores ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significacione, vel hortatu designentur, aut de his eligendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscumque intercedat.

29 *Ceterum præcipimus, atque interdiciamus ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficijs, & officijs resignandis predictis, aut suis, aut admittentium consanguinejs, affinitibus, vel familiaribus, etiam per salacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant promittere: quod si secus, ac etiam quicquid præter, vel contra formam predictorum, fuerit a quocumque temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere.*

30 *Qui vero contrafecerint, vt in eo, quo deliquerint puniantur, à beneficijs, & officijs collatione, necnon electione, presentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tandem suspensæ remaneant, donec remissionem à Rom. Pont. meruerint obtinere. & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos predicti poenis volumus subiaccere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensæ conferre, eligere, presentare, confirmare, vel instituire ausi fuerint, excommunicat. quoad personas, quo vero ad Capitula, & Conuentus, à diuini suspensionis sententias, ipso facto promulgamus, quibus etiam nullus alius, quam ipse Rom. Pont. sine absolutionis, sine relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat imperrire, prohibitione, & litteris nostris predictis, nihilominus in cæteris omnibus perpetuo valituris. Non obstantibus, &c. [Quam quidem constitutionem præscribentem casus in quibus Ordinarij possunt admittere resignationes, in Hispania non fuisse receptam, sed ab ea ad Sedem Apost. supplicatio probat Nicol. Garc. de benef. par. 11. cap. 3. §. 3. à num. 270. cum seqq. & saltem quoad illam partem Constitutionis præfactæ de non conferendis beneficijs resignatis consanguinejs, affinitibus, aut familiaribus Episcoporum, vt nouissime tradit Salgado de supplicacione ad Sanctissimum à litteris Apostolicis, par. 1. cap. 2. num. 136.]*

31 *Recolligendo huiusmodi causas, ex quibus Ordinarij possunt beneficiorum resignationes admittere, prout eas refert Filiuc. tract. 41. de benefic. cap. 10. num. 13. [& Castr. Palao in opere morali tom. 3. tractat. 13. disp. 6. quæstio 3. §. 1. dico, quod prima est quando beneficiatus volens*

resignare est senex, prout habetur in dict. Constit. Pij V. ibi, senio confecti, & de iure communi probat text. in cap. nisi cum pridem, de renunt. vbi Abb. n. 8. [Gratian. Marcbia decif. 189. n. 3. & 4.] Et senes qui dicantur, remittit iudicij arbitrio, considerata personarum qualitate, propter complexionum diuersitatem. Menoch. de arbit. casu 59. n. 3. Flamin. de resignat. lib. 5. quest. 6. num. 8. Prosper. de Augustino. in addit. ad summam Bukarij verb. beneficiorum resignationes, in princip. Marc. Anton. Genuenf. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 53. num. 1. in nouiss. edit. & in his terminis Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiepisc. Neapol. decif. 18. par. 4. Maslobr. d. requisit. 7. dub. 6.

33 *Secunda causa est infirmitas volentis resignare beneficium, vt habetur in dict. Constit. Pij V. ibi, aut valetudinarij, Flamin. d. quest. 6. n. 9. Prosper. de Augustino. d. loco. vers. secunda. ¶ Et valetudinarius quis dicatur etiam iudicij arbitrio relinquitur. Menoch. de arbit. casu 60. Marc. Anton. Genuenf. dict. cap. 53. vers. aut valetudinarij, Maslobr. d. requisit. 7. dub. 8.*

35 *Tertia causa est, quando beneficiatus est corpore impeditus, vt patet ex dicto. Constit. Pij V. ibi, aut corpore impediti, si impedimentum sit tale, vt non possit præstare id, ad quod tenetur; vel alijs ipsi Ordinario videretur esse sufficiens, Prosper. de Augustino. d. loco vers. tertia, Marc. Anton. Genuenf. d. cap. 53. Flamin. d. quest. 6. num. 31. & 32. vbi à num. 16. explicat in octo morborum generibus, videlicet, in leproso, in scabroso herculeo, in paralytico, in apoplectico, in habente morbum comitalium, in lunatico, in laborante morbo Gallico, producente vlcera per corpus, in habente manus tremulas, vel chiram continuam, de quibus morborum generibus tractauit allegat. 62. à num. 40. & denum quis dicatur corpore vitiatu, ostendit ad hoc propositum Maslobr. dict. requisit. 7. dub. 10.*

36 *Quarta causa est, quando beneficiatus est corpore vitiatu, vt habetur in d. Constit. Pij V. ibi, vel vitiatu, &c. Flamin. d. g. 6. à n. 33. Prosper. de Augustino. d. loco. vers. quarto, vbi exemplificat in sex corporis deformitatibus, scilicet in cæco, in claudio, in habente manum mutilam, vel articulatas manus ad vtrudum inefficaces, in habente erus penitus abscissum, aut adeo contractum, vt ligneo pede sit opus, in gibboso, & tandem in diminuto qualibet parte corporis notabili, de quibus defectibus dixi d. alleg. 62. à num. 26.*

37 *Quinta causa est, si beneficiatus est crimini obnoxij, vt patet in dict. Constit. ibi, crimine obnoxij, quia qui crimina commiserunt, facilius ad renuncia- da beneficia admittuntur, cum ad eorum priuacionem iura conueniant, Fulch. de visitat. lib. 2. cap. 28. num. 25. Flamin. d. quest. 6. à n. 57. Maslobr. d. requisit. 7. dub. 11. Prosper. de Augustino. d. loco vers. quinta, qui explicantur in casibus in quibus ob crimen commissum venerit beneficio priuandus, videlicet, in homicida, in simoniaco, in adultero, in concubinario, qui post admonicionem non respicit: in sustinente excommunicationem per annum, in periuro, & in blasphemico. ¶ Huiusmodi criminosis inquisitione pendente, etiam post receptas probationes, & concludum in causa, imò & pendente appellacione à sententia priuacionis simpliciter possunt beneficijs coram Ordinario renuntiare, modo fiat mentio criminis, & processus inecepti, nisi crimen illud renunciantem indignum redderet, Flamin. lib. 3. questio. 16. num. 23. Prosper. de Au-*

gustin. vbi proxime. Marc. Anton. Genuenf. d. cap. 53. in annot.

39 *Sexta causa est, quoties beneficiatus esset censuris Ecclesiasticis irretitus, vt habetur in dict. Constit. Pij V. ibi, censuris Ecclesiasticis irretiti, &c. Fulch. d. c. 28. n. 14. Flamin. d. g. 6. n. 67. Prosper. de Augustino. d. loco vers. sexta, Marc. Anton. Genuenf. d. cap. 53. & hæc censura diuiditur in excommunicationem, suspensionem, & interdictum, cap. quærenti, de verbor. signif.*

40 *Septima causa est, quando beneficiatus nequit, aut non debet Ecclesie, sine beneficio inseruire, vt dicitur in dicta Constit. Pij V. ibi, aut nequunt, aut non debent Ecclesie, vel beneficio inseruire, &c. Flamin. d. quest. 6. à num. 91. Prosper. de Augustino. d. loco vers. septima, qui exemplificat quoad primam partem in clerico bannito, in demoniaco, & in nuto effecto; quoad secundam partem, de illis scilicet, qui etsi possint, non tamen debent Ecclesie, vel beneficio deseruire, exemplificant in clerico turpiter, & scandalosè viuente, in lunatico, in patiente stomachi languorem, & sic vomitum, in illiterato, & in habente morbum caducum.*

41 *Octaua causa, qua Ordinarij possunt recipere beneficiorum resignationes, est quando beneficiatus vnum aliud, aut plura obtinuerit beneficia, vt habetur in dict. Constit. Pij V. ibi, seu qui vnum aliud, aut plura obtinuerit beneficia, &c. Flamin. d. quest. 6. à num. 108. [Maslobr. d. requisit. 7. dub. 13. & 14.] Prosper. de Augustino. d. loco vers. octaua, namque vnus vno debet esse contentus beneficio, quod quidem si ad vitam eius honeste sustentandam non sufficiat, licet aliud simplex sufficiens, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, eidem confecti, vt disposuit Concl. Trident. sess. 24. de reform. cap. 17. ad cuius intellectum deseruiunt per me dicta allegat. 62.*

42 *Nona causa est, quando contingeret beneficiatum ad aliud beneficium promoueri, vt patet in dict. Constit. Pij V. ibi, vel quos ad aliud contigerit promoueri, Flamin. d. quest. 6. à num. 117. Prosper. de Augustino d. loco vers. nona, quia talis resignatio non tam dicitur fieri propria voluntate, quam ex necessitate, per text. in cap. de multa, de prebend. & in Extrauag. excohibilis, vers. qui verò deinceps, eodem tit. inter communes.*

43 *Decima causa est, quando clericus beneficiatus veller religionem ingredi, aut matrimonium contrahere, dummodo statim re ipsa id exequatur, vt habetur in dict. Constit. Pij V. ibi religionem quoque ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim re ipsa id exequantur, Fulch. d. lib. 2. cap. 28. num. 18. Flamin. d. quest. 6. à num. 163. Prosper. de Augustino d. loco. vers. decima, [me citato in hoc loco Alzedo d. par. 2. cap. 9. num. 23.] qui vnam differenciam constituunt inter religionem ingrediendes, & matrimonium contrahentes, quia si Ordinarius admittit renuncacionem illius, qui vult matrimonium contrahere, illo contracto de presenti potest conferre illud beneficium; si verò admittat renuncacionem illius, qui vult ingredi religionem, eo ingresso religionem, statim non potest conferre illud beneficium, sed debet expectare per annum, intra quem potest exire. [Et idem Garc. de benefic. p. 11. cap. 9. num. 23. dicit quod illa verba, religionem ingressuri sunt, intelligenda non quidem de habitus susceptione, sed planè de professionis emisione, refert Maslobr. in sua praxi habendi concursum requisit. 7. dub. 32. num. 9. vbi num. 15. cum Flamin. d. g. 6. num. 165. dicit quod poterit Ordinarius conferre*

beneficium resignatum ab eo, qui vult Matrimonium contrahere, non obstante quòd postea matrimonium iam contractum dissoluatur, vel ex eo quòd vxor ante consummationem intrauerit Religionem, vel inuenta fuerit esse consanguinea.]

44 Undecima causa est, quando beneficiatus nequit, aut nò audet propter capitales inimicitias in loco beneficii securus residere, vt dicitur in d. Const. Pij V. ibi, qui etiam ob capitales inimicitias, vel non audent in loco beneficii residere securi, &c. Fusch. d. cap. 28. num. 8. Flamin. dict. quest. 6. num. 169. Prosper. de Augustino dict. loco, vers. undecima. Marc. Anton. Genuens. dict. cap. 53. num. 4. Quæ autem dicantur capitales inimicitias, dixi supra allegat. 41. num. 10.

45 Ex relatis causis possunt Ordinarij beneficiorum resignationes admittere, & in dubio non presumitur resignatio, aut permutatio facta ex iusta causa, nec creditur Ordinatio dicenti se facere illam iusta de causa, nisi illa probetur, vt contra aliquos tenent Nicol. Garcia de benef. par. 11. cap. 4. num. 52. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 460. [Rota verò coram Scraphin. decis. 1320. num. 3. censuit renunciationem per Ordinarium admissam præsumi ex causa rationabili, per cap. in presentia, de renunciat.] Si tamen renunciations factæ sint absque prædictis causis, sunt nullæ, Ordinarij vero illas admittentes nullam pœnam incurrun. Fusch. dict. cap. 28. num. 26. Flamin. dict. quest. 6. num. 225. Vgolin. dict. §. 18. num. 6.

47 Illud tamen maximè obseruare debent, vt coram eis renunciantes, si sint in Sacris constituti, habeant aliunde vnde viuere, & vitam commodè sustentare possint, aliàs renunciations admittere non valent, prout exprimitur in dict. Constit. Pij V. ibi, sed ne horum vllus Sacro Ordine mancipatus nisi religionem ingressus, valeat vllò modo beneficium, vel officium Ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit, quo in vita possit commodè sustentari, [Massobr. d. requis. 7. dub. 37.] &c. & faciunt quæ dixi supra allegat. 19. à num. 13. [requiritur etiam publicatio, nam publicanda est resignatio simplex facta in manibus Ordinarij, Rota decis. 662. ex num. 1. par. 4. diuers. & decis. 666. etiam ex num. 1. ead. par. 4. Scraph. decis. 1309. num. 1. & 4. Lotter. de re benef. lib. 3. q. 21. num. 9. licet non esse hoc per vltim receptum in Hispania affirmant Nicol. Garcia d. p. 11. cap. 3. num. 332. Salgado nouissimè de supplicat. ad Sanctissim. p. 1. cap. 2. num. 137.]

Postquam Summus Pontif. Pius V. in dicta sua Constit. supra relata prædictas exarauit causas, statuit ne resignationes coram Episcopis, vel aliis collatoribus fiant cum pacto, seu conditione, vel designatione futuri successoris, cui resignans intendit beneficium conferri, irritumque aliter factum, refert nouissimè Bonac. var. tract. 1. de simon. quest. 4. §. 14. num. 5. vbi antea num. 5. probat resignationem beneficij non puram labem simoniæ continere, si coram Prælo inferiore Papa fiat, hinc inferens simoniam committi dum quis alteri beneficium resignat ea conditione, vt sibi pensionem soluat, & citat Soar. tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 35. num. 22. Filliuc. tract. 45. cap. 8. quest. 10. num. 34. Et idem Bonacin. eod. §. 14. num. 3. asserit simoniam pariter committi dum beneficiarius, qui beneficium litigiosum cum multis expensis assequutus fuerat, & postea dum in pacifica existit possessione, resignat illud alteri coram inferiore Papa cum pacto vt eis, cui resignat beneficium soluat expensas, & citat Flamin. de resignat.

lib. 14. quest. 7. num. 1. Soar. dict. cap. 35. num. 24. Filliuc. d. quest. 10. num. 35. Valer. Reginald. lib. 23. cap. 18.

Deinde Ordinarij obseruare debent, vt admittentes beneficiorum resignationes ex his causis non debeant illa beneficia conferre suis, aut admittentium consanguineis, & affinis, vel familiaribus, etiam per circuitum, vt dicitur in dict. Constit. Pij V. ibi, Ceterum præcipimus, atque interdicens, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficiis, & officiis resignandis, prædictis, aut filiis, aut admittentium consanguineis, affinis, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatorum in extraneos collationem audeant prouidere: quia si hoc facerent, hæc renunciatio præsumeretur tacite, & indirectè facta ad fauorem, quæ coram eis fieri non potest. Ita Flamin. d. quest. 6. num. 180. Francisc. Leo d. par. 2. cap. 3. num. 69. Prosper. de Augustin. d. loco, post undecimam causam, vers. & quare. [Filliuc. in question. moral. tom. 3. tract. 45. cap. 8. num. 29. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 37. diffi. 32. num. 2. nouissimè me citato in hoc loco Diana moral. resolut. par. 5. tract. 14. resolut. 26. nouissimè Marcell. Vulpe in sua praxi cap. 49. num. 19. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 112. casu 34. vbi resoluit Episcopum ob dictam Bullam Pij V. non posse conferre suo familiari beneficium coram se resignatum.] Sed in parte non videri huiusmodi constitutionem in Hispania seruari, sed esse ab ea supplicatum asserit Nicolaus Garcia d. par. 11. cap. 5. num. 170. [vt supra dixi n. 30. in fine. Alphons. Moscolo in sum. tract. 15. cap. 10. num. 2. Diana d. resol. 26. vers. verum.]

Quòd autem beneficia iurispatronatus non comprehendantur sub dicto §. carorum, declarauit Gregor. XII I. vt attestantur Præf. in praxi Episcop. par. 2. cap. 5. num. 22. Nicolaus Garcia de benef. p. 11. cap. 3. §. 3. num. 268. & contra Franc. Leonem, idem dicit Massobr. in sua praxi habendi concursum requis. 7. dub. 24. secundum Romanam impres. In quo autem gradu prohibeantur consanguinei quominus possint prouideri ab Episcopo de beneficiis in eorum manibus resignatis, non abs re erit inuestigandum; in quo dubio Flamin. de resignat. benefic. lib. 5. quest. 6. n. 194. dicit quòd relinquatur dispositioni iuris communis in l. commodissimè 10. ff. de liberis, & posth. & ita vsque ad quartum gradum exclusiue prohiberi resoluit Massobr. d. requis. 7. dub. 25. vbi dub. 26. tenet affinitatem ad inducendum impedimentum collationis beneficij resignati in manibus Ordinarij si sit ex licito coitu, non extendi vltra tertium gradum; si verò sit ex illicito coitu, gradum secundum non debere excedere, & dub. 27. tradit attentionem non impedire collationem beneficij resignati in manibus Ordinarij, & dub. 29. etiam asserit publicam honestatem non impedire; & dub. 30. ait quòd Episcopus potest conferre familiari sui Vicarij etiam comedentis in tinello, beneficium resignatum in suis manibus; at verò Vicarius nequit huiusmodi beneficium conferre familiari ipsius Episcopi, tamen resignatio facta sit in manibus ipsius Vicarij, & dub. 31. cum Garcia de benef. par. 9. cap. 2. num. 210. tradit quòd consanguinei, affines, & alij impediti à consecutione beneficij resignati in manibus Ordinarij impediuntur etiam à concursu Parochialis resignatæ, secus si vacet per obitum.]

Si verò huiusmodi Ordinarij beneficia coram ipsis resignata consanguineis resignantium, aut suis, vel familiaribus conferant, suspenduntur à collatione, electione, & institutione beneficiorum, donec à Summo

Summo Pontifice absolutionem obtinerint, vt dicitur in dict. Constit. Pij V. vers. qui verò contrafecerint; [refert Rota apud Farin. decis. 17. num. 3. par. 2. recentior.] & si hac suspensione non obstant, istorum aliquid fecerint, excommunicantur, habetur in versic. Et nihilominus, vbi etiam respectu Capitali, & Conuentus imponitur pœna suspensionis à diuinis, ipso iure, quæ est species interdicti, vt scribit Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 20. colum. 3. Ordinarij autem sunt suspensi dumtaxat suspensione, quæ pertinet circa collationem, & speciem eius, vt resoluit Flamin. d. quest. 6. num. 216. quamuis ignorauerint hanc pœnam per dict. Constit. sibi esse impositam, quod aduertunt ita in praxi receptum Flamin. d. quest. 6. num. 221. Vgolin. d. §. 18. num. 5. in fine, Prosper. de Augustin. d. loco, post undecimam causam, vers. & quid si Ordinarij. Nicol. Garc. dict. par. 11. cap. 3. num. 271. [me citato in hoc loco Alzedo d. par. 2. cap. 9. num. 21.] quia etiam data hac ignorantia renunciations factæ absque prædictis causis sunt nullæ, cum decretum irritans, de quo d. constit. ibi, Quòd si secus, &c. liget ignorantes respectu nullitatis actus, Flamin. d. quest. 6. num. 230. & consanguinitatem ad hoc propositum probari per testes de publica voce & fama censuit Rota dict. decis. 17. num. 2. apud Farin. p. 2. recentior.]

50 Hac de re Prosper. de Augustino loco proxime citato Redoan. de simon. par. 1. cap. 25. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 23. num. 249. Nicol. Garc. de benef. par. 11. cap. 3. num. 269. Bonacin. d. §. 14. num. 5. [me citato in hoc loco Alzedo d. par. 2. cap. 9. num. 22.] vt videtur infinuare non obstante prædicta Pij V. Constit. prohibente, vt in huiusmodi renunciatione coram Ordinario faciendâ, nec etiam nutu designari possit successor in beneficio, aliàs collatio sit inualida, posse resignantem nutu præcedente dimissione facta in foro conscientie rogare collatorem absque labe simoniæ, vt conferat beneficium à se nominato, neque enim peccare renunciantes ea intentione, vel spe concepta, quòd Ordinarij conferrent illud beneficium, cui ipsi vellent, quando nihil horum est in conuentione deductum, cum aliàs esset iniicere laqueum, contra text. in cap. de viduis 27. quest. 1. quia vix aliquis ad hoc spontaneè inducitur, sequuntur Soar. tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 35. num. 18. vers. hæc ergo, Filliuc. tract. 45. cap. 8. quest. 9. num. 26. Vnde probabile videtur non committi propriè loquendo vitium simoniæ non solum contra Ius diuinum, verum etiam nec contra Ius Canonicum, si resignatio fiat cum designatione personæ, sed absque vllò pacto, nullaque iniuncta collatori obligatione conferendi designatæ personæ, vt tenent Couar. lib. 1. var. c. 5. n. 3. Filliuc. tom. 3. tract. 45. c. 8. quest. 7. n. 2. nouissimè Bonac. var. tract. 1. de sim. q. 4. §. 14. in fine. [benè Sanch. in opuscul. tom. 1. lib. 2. cap. 3. dub. 36. num. 23. dum tenet non videri contra dictum Motuum propositum Pij V. significare Prælo successorè, relinquendo omnino in eius voluntate prouisionem: & addit quod illa verba, caveant ne nutu, aut verbo, &c. intelliguntur taliter vt inducatur pactum tacitum, vel expressum, aut de his assumendis promissio, scilicet expressa, vel intentio in pactum tacitum deducta, aliàs dicendum esset quod punit solum actum internum, refert & sequitur Diana d. par. 5. tract. 14. resol. 26. in fine.]

51 Formam permutationis coram Ordinatione faciendæ ponit Vgolin. d. cap. 50. §. 20. num. 3. quòd primo exanimabuntur permutatarij, ab Episcopo, seu eius Vicario, iuxta Trident. sess. 24. de reform. c. 18.

Secundò collatio fiet idoneis repertis. Tertiò litteræ permutationis simul expedientur. Quartò antequam possessio accipiatur publicatio fiet de hac permutatione in Ecclesiis permutatis, vel in eorum cœmeteriis, iuxta formam Gregor. XII I. in Bulla, incip. Humano vix iudicio. Postremò in possessionem mittentur, ac Fidei professionem facient. Dum expeditur permutatio administrare possunt in suis Ecclesiis, quas renunciauerunt, cum retineant adhuc possessionem, Flamin. lib. 1. quest. 7. num. 9. [me citato in hoc loco nouissimè Trulench in exposit. decalog. lib. 1. cap. 8. dnb. 4. num. 3. Illud tamen est aduertendum quòd regulariter permutatio debet fieri ex causa, non ad permutationem iusta causa requiritur, quam Episcopus disquirere & regnoscere debet, cap. quasium, de rerum permut. Aloyf. Ricc. in decis. par. 1. decis. 37. num. 2. vbi num. 3. quòd sufficit vt ex parte vnus permutantium adsit vilitas Ecclesiæ, n. 4. quòd in dubio presumitur quod permutatio sit facta ex iusta causa ab Ordinario quando enuntiat se adhibuisse causæ cognitionem.] Si aliquando accidat, quod permutatione collatum beneficium euincatur, poterit is permutationem etiam facta ad resignatum beneficium Superioris auctoritate redire, Rot. decis. 3. de rerum permut. in nomin. [Qui tamen scire cupit quando & intra quod tempus reiectio, vel admissio resignationis factæ in manibus Ordinarij debeat ab ipso Ordinario fieri, & à prouiso publicari, consulat dictam Constit. Gregor. XII I. de publicandis resignat. incip. Humano vix iudicio, quæ ad hoc propositum ita cantat. De beneficiis autem que deinceps in manibus ordinariorum collatorum etiam Cardinalium, etiam indulta & facultates ad hoc ab Apostol. Sede habentiam, ac Legatorum etiam de Latere, & delegatorum etiam specialem eiusdem Sedis extra Romanam Curiam resignari etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mensem negotium vniuersum admissionis, vel reiectionis resignationis huiusmodi, & se per eos faciendâ erit) prouisionis resignati beneficij iuxta Apostolicas, & alias canonicas sanctiones omnino absoluant, & qui sic prouisionis fuerit, intra tres menses à die sibi facta prouisionis illam publicet, & possessionem beneficij capiat modo & forma supradictis, alioquin illis elapsis nulla sit eius prouisio, & beneficium vacare censetur eo ipso, Ordinarijque & alij prædicti, qui hæc vti eis præscribuntur, non perfererint eo casu potestate disponendi de ipsi beneficiis sint ea vice priuari, eorumque dispositio eo ipso ad Sedem Apostol. deuoluta existat, aut aliis idoneis ab ipsa Sede dumtaxat modo & forma prædictis concedantur. Hæc in d. Constit. Gregor. quam exponentes Flamin. de resign. lib. 11. q. 2. concl. 3. n. 6. concludit, quod in resignationibus quæ fiunt extra Curiam ij, coram quibus fiunt, debent admittere, vel reiectere illas renunciations infra mensem, & intra eundem conferre illa beneficia vacantia per resignationem si illam admiserint, addens quod hoc non fuerat consideratum per reg. Cancellariæ, neque per dictam Constit. Pij V. & quod optima ratione videtur positum ne fiat fraus, & sic notat quod restringitur tempus vt conferat intra mensem, idem annuit lib. 11. quest. 5. num. 4. 10. & 13. quem refert & sequitur Nicol. Garc. de benef. par. 11. cap. 3. num. 285. & num. 357. & Ioan. à Cochier in reg. de publicandis resignat. num. 15. vers. sed hoc interest, vbi dicit quòd Ordinarij locorum, vel Legatis de latere, in quorum manibus sit resignatio beneficij, præscribitur spatium vnus mensis, vt admittant, reiectant, aut conferant, & prouisus debeat publicare, &c. Item Massobr. in praxi habendi concursum requis. 7. dub. 1.

dub. 1. secundum Rom. impress. optimo iure quoad tempus conferendi predictorum sententiam non admittit, ratio est quia cum ex Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18. concursus in proponendis sit etiam in Parochialibus vacantibus per resignationem, ad huiusmodi autem concursum proponendum per Const. Pij V. quae incip. In conferendis, concessum sit quadimestre, & ad conferendum semestrem, nec fuerit dictae Constitutionis Pij V. per aliam Gregorij derogatum, videtur propterea implicare istam doctrinam, & maximam proinde generare confusionem, si intra mensum facienda esset collatio praecedente concursu: existimat igitur ille praedictam Gregorij Constitutionem decidere tantum, ut debeat Ordinarius infra mensum admittere quidem, vel reicere resignationem, ac nihilominus habeat sex menses ad conferendum iuxta Apostolicas Constitutiones, & Canonicas sanctiones, ita ut admissio & reiectio in quibus cadere potest fraus, censentur restricta & limitata ad mensum, at collationis tempus reguletur iuxta dispositionem iuris communis in cap. nulla 2. de Const. praebendae, dictae Constitutionis Pij V. & sic ad semestrem.

Si vero succedat quod duo resignent sua beneficia ex causa permutationis, & facta collatione vni, alter decedat ante factam sibi collationem, superstes non habet regressum ad beneficium a se dimissum, quia quoad eum permutatio habuit effectum. Gonz. ad regul. 8. Cancell. gloss. 15. §. 2. a num. 40. quamvis superstes, cui fuit collatum beneficium a compermutante resignatum, possit utrumque retinere illo decedente antequam ipse suum resignaret, cum per eum non flet, quin permutatio adimpleatur. Lessi. de iustitia lib. 2. cap. 34. num. 197. Azor. d. cap. 29. quae. 29. † nisi ambo essent incompatibilia, quia runc mortuo compermutante vacaret beneficium superstitis, tanquam prius ab eo obtentum, aut certe ei dabitur optio, ut dimittat quod voluerit, argum. illorum, quae tradit Hoied. de incompatibil. benef. p. 1. cap. 13. num. 56. & 57.

Permutatio beneficiorum an ob laesionem rescindi possit: quaestio est controuersa, de qua late Pinell. in l. 2. C. de rescind. vendit. par. 1. cap. 3. n. 16. Couar. lib. 1. variar. cap. 5. num. 8. Tiraquell. in l. si vnquam, verb. donatione largitus, num. 12. in fine, Mascard. de probat. conclus. 1170. num. 20. Gutier. pract. lib. 2. q. 139. Flamin. de resignat. lib. 3. quae. 7. n. 41. Morla in l. no. 3. n. 24. Muenpemporio iuris, par. 1. tit. 9. quae. 19. num. 4. Aloy. Ricc. in praxi aures. resolut. 463. & resolut. 465. differit in quibus praesumatur fraus in permutatione beneficiorum, & resolut. 480. an beneficiorum inaequalitas sit per se sufficiens ad rescindendam permutationem.

[Per renunciationem factam, & ab Episcopo, aut alio legitimo superiore admissam, dicitur amissa omnis possessio tam naturalis quam civilis, Crescent. decis. 2. alias 64. n. 1. de causa possess. & prop. Mohedan. decis. 6. alias 237. de locato & cond. Pute. decis. 523. n. 1. lib. 2. & decis. 158. n. 4. lib. 3. Seraphin. decis. 796. n. 4. Rota decis. 92. n. 2. p. 1. recentior. & adeo inducitur per illam vacatio ut fructus a die resignationis pure, & simpliciter factae usque ad diem possessionis captae per nouum prouisum, spectent ad Cameziam, & exigantur a subcollectore spoliozum, ut per Flamin. de resignat. benef. lib. 1. q. 6. num. 15. & 17.

Resignans vero ad fauorem coram Sanctissimo, non amittit possessionem nisi postquam resignatario est perfecte quaesita, Pute. decis. 523. n. 1. lib. 2. & decis. 158. num. 2. & 3. lib. 3. Seraphin. decis. 796. n. 3. Flamin. d. lib. 1. q. 4. n. 64. & 74. Greg. XV. decis. 138. n. 5. & 6. & decis. 159. n. 6. Coccin. decis. 358. n. 5.

Rota decis. 92. n. 2. & 3. p. 1. recentior. & decis. 111. n. 3. p. 2. etiam recentior. & apud Nicol. Garc. de benef. p. 6. c. 2. n. 126. † At postquam resignatarius in possessionem beneficii iuste & legitime immisus fuerit, ei datur manutentio, Argel. de acquir. possess. ex remedio l. fin. q. 19. num. 118. cum seqq. Rot. decis. 155. n. 1. & 2. & decis. 174. n. 3. & 7. p. 4. diuersor. etiam quod resignans opponat de nullitate resignationis, Beltramin. ad Greg. XV. decis. 138. sub lit. C. in fine, ipse Greg. decis. 364. n. 3. & 5. Rota d. decis. 92. n. 4. & 5. p. 1. recentior. vel de non implemento conditionum, Greg. d. decis. 364. n. 3.

Vnde prouenit ut ipse resignans dicatur possidere ante acquisitionem possessionis resignatarii, Boccar. de interdito vii. possid. c. 2. n. 65. etiam quod resignatarius ratam habuerit resignationem, Pute. decis. 158. n. 3. lib. 3. Adeo ut si antequam fuerit per resignatarium capta, possessio contingat dubitari de ipsius resignationis validitate, detur resignanti manutentio tam aduersus tertium quam contra ipsum resignatarium, Boccar. d. c. 2. n. 65. Beltramin. ad Greg. XV. d. decis. 138. sub lit. B.]

ALLEGATIO LXX.

Episcopi sine consensu an iuspatronatus donari, vel alio modo acquiri possit.

SUMMARIUM.

- 1 Iuspatronatus Ecclesiasticum tam per laicos, quam per clericos tribus potissimum modis acquiritur, scilicet fundacione, constructione, & dotacione.
2 Fundare quis dicitur Ecclesiam, quando assignat fundum, ubi construendum debet.
3 Iuspatronatus ex constructione quando acquiratur.
4 Aedificans Ecclesiam si illam a principio non dotauit, potest compelli ad illam dotandam, aliis non dotando amittit iuspatronatus.
5 Construere dicitur is, qui facit expensas in construendo Ecclesiam, non autem faber, qui eam construit, nisi operam suam ponat gratis, ut sit patronus.
6 Iuspatronatus non acquiritur ex sola reparatione, seu refectione Ecclesiae, nisi de nouo construat.
7 Iuspatronatus, ut ex reparatione acquiratur, totalis Ecclesiae funditus diruta restauratio requiritur.
8 Fundare, & construere Ecclesiam non sufficit, ut iuspatronatus acquiratur, sed requiritur illius perfectio.
9 Dotare dicitur ad effectum consequendi iuspatronatus, qui Ecclesiam dotat, quando sine illa est fundata, & constructa.
10 Dotare dicitur, ut acquirat iuspatronatus dotem assignans, qua sufficiat ad necessaria ministrorum, & ad luminaria.
11 Dotans insufficienter, quod arbitrabitur Ordinarius, non acquirat iuspatronatus.
12 Dotans ut acquirat iuspatronatus debet protestari coram Episcopo se dotis nomine dare.
13 Dotans insufficienter, quamvis Episcopus consentiat, non fit patronus.
14 Iuspatronatus, ut acquiratur ex dotacione de nouo facta, debet constare dotem primam fuisse relictam de esse ad non esse.

15 Iuspatro

- 15 Iuspatronatus ex dotis augmento non acquiritur.
16 Episcopus non potest erigere iuspatronatus ex augmento dotis.
17 Iuspatronatus prescriptione, vel consuetudine possunt laici acquirere.
18 Laici quare consuetudine non possint in electionibus Episcoporum vocem habere, & possint iuspatronatus acquirere? dubitatur.
19 Differentia ratio inter utrumque constituitur.
20 Iuspatronatus ex fundacione, constructione, & dotacione acquiritur, interueniente auctoritate, & consensu Ordinarii, non alius.
21 Consensus in acquisitione iuspatronatus ex postfacto interuenire potest.
22 Consensus in acquisitione iuspatronatus praesumitur interuenisse ex diuturnitate temporis.
23 Consensus in iuspatronatus acquisitione praestantus est ab Ordinario loci, in quo fundatur Ecclesia.
24 Consensus Episcopi requiritur, siue sit laicus, siue clericus, qui Ecclesiam fundat.
25 Episcopi consensus non potest facere patronum vnius capella, vel Ecclesiae ex privilegio aliquem, qui non fundauerit, construxerit, vel dotauerit.
26 Consensus si diocesanus in iuspatronatus acquisitione praestare voluerit, potest ad eum praesumendum compelli auctoritate Archiepiscopi, vel Primatis.
27 Exor volens consentire alienationi rerum immobilium a merito facta, poterit iudex illam cogere, si contradictionem iniustam indicauerit.
28 Cap. nullus 17. de iurepatron. declaratur.
29 Episcopus antequam praestet consensum super Ecclesiae aedificatione, qua de necessitate debet requirere, ostenditur.
30 Prelatus quilibet etiam inferior, dummodo habeat Episcopalem potestatem, potest iuspatronatus acquisitioni consensum praestare.
31 Abbas habens potestatem dandi licentiam aedificandi Ecclesias intra suam Parochiam, habet etiam facultatem praestandi auctoritatem & consensum creationi & acquisitioni iuspatronatus.
32 Capitulum Sede vacante potest dare licentiam aedificandi Ecclesiam, ut acquiratur iuspatronatus.
33 Fidearius generalis Episcopi sine speciali mandato non habet auctoritatem ad reservationem iuspatronatus.
34 Episcopus regulariter non potest derogare qualitatibus in beneficii fundacione apposis.
35 Ecclesiam ab initio liberam non potest Episcopus subicere iuspatronatus alicuius.
36 Episcopus non potest subicere Ecclesiam seruituti.
37 Beneficium Ecclesiasticum fit, ubi in erectione accedit auctoritas Episcopi.
38 Episcopo perit in erectionis limine examinare locum, dotis congruentiam, & futuram regimen.
39 Practica instituendi beneficia.
40 Episcopus quas leges & conditiones per fundatorem peractas admittit, vel reuocare poterit.
41 Episcopus in beneficio institui potest ex lege fundatoris.
42 Beneficij Rector ex lege fundatoris potest sibi designare successorem.

Barbof. de Episcopo Pars III.

Beneficiorum pluralitas non reprobatur, ubi cum permittant fundatores.]

VS PATRONATVS Ecclesiasticum tam per laicos, quam per clericos tribus potissimum modis acquiritur, fundacione scilicet, constructione, & dotacione, gloss. 1. vers. efficitur autem, in cap. pio mentis 17. quae. 7. Lambertin. de iurepatronat. par. 1. lib. 1. quae. 2. art. 2. numero 1. Paul. de Cittadinis cod. tractat. par. 3. Roch. verb. Ecclesiam fundavit, & verb. construxit praecipue, quae. 4. a num. 3. & verb. dotauit, Fulch. de visitat. lib. 2. cap. 10. Spin. in speculo testament. gloss. 4. princ. Flamin. de resignat. lib. 4. quae. 4. num. 40. cum sequentibus, Perez l. 1. gloss. 1. tit. 6. lib. 1. Ordin. Zerola in praxi Episc. par. 1. verb. Iuspatronatus, Nicolaus Garcia de benefic. par. 5. c. 9. a num. 36. Iulian. Viuian. in praxi Iuspatronat. par. 1. lib. 2. Cardof. praxi iudicium, verb. Iuspatronatus num. 2. cum sequentibus, Camillo Borrell. in summ. omnium decis. tit. 32. a num. 1. Filliuc. tractat. 41. de benefic. c. 2. num. 55. Gonzalez ad regul. 8. Cancell. gloss. 8. num. 33. cum sequentibus, Vgolin. de potestate Episc. c. 51. in princ. num. 6. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 6. num. 25. Ioan. Anton. Massobr. in sua praxi habendi concursum, prel. 7. dub. 6. secundum Roman. impress. Rota in Maceraten. beneficij 5. Julij 1610. coram Reuerend. D. meo Coccino, impressa per Fatinac. decis. 311. n. 1. p. 2. recent. [Lotter. de re benefic. lib. 2. quae. 8. a n. 1. me citato in hoc loco Cast. Palao in opere mor. tom. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 2. n. 6. Patrono namque fundanti, seu constructi, aut dotanti, debetur honorificentia in Ecclesia, nimirum in sessionibus, ut in altiori sedente loco, in processionibus, ut sibi dignior locus assignetur, & denique in praecedenti, dum exhibentur communia obsequia, ut videlicet primus admittatur ad osculum pacis, ita Rot. apud Mantica. d. cis. 244. num. 1. sic etiam ut primus de laicis thurificetur, Lambertin. de iurepatron. lib. 3. in 1. quae. num. 15. ad finem; in huiusmodi enim thurificatione plurimum honoris, & obsequij praestatur, ut dicit Rot. in Brixien. thurificationis 16. Marij 1626. coram Remboldo, refert D. Lotter. in tract. de re benefic. lib. 2. quae. 4. num. 2. ubi quae. 4. disputat alimentorum suppeditatio quatenus est fructus iuspatronatus, patrono qualiter debeat.]

Fundare quis dicitur Ecclesiam, quando assignat fundum, ubi construendum debet, cap. nobis, & ibi Doctor. de iurepatron. Iulian. Viuian. in d. praxi Iuspatron. par. 1. lib. 1. cap. 1. a num. 32. ubi num. 37. cum Cardin. in d. cap. nobis, num. 3. opposit. 4. tenet, quod si Ecclesia sit constructa in fundo meo meo infcio, si postea sim contentus dominium fundi in Ecclesiam transferre, efficior patronus, & num. 38. quod acquiratur iuspatronatus etiam quando quis simpliciter assignauit fundum pro Ecclesia construenda, ipsamque construxit, & dotauit, nec dixit se velle esse patronum; si quis dat fundum pro Ecclesia construenda, & alter eam construit, alter autem eam dotet, omnes erunt patroni, Abb. in rub. de iurepatron. num. 6. Viuian. ubi proxime num. 33. & ideo qui habuerit aliquod ius super fundo, in quo constructur Ecclesia, veluti si ille vile, alter vero directum dominium habeat, si contentus constructioni, efficitur compatronus, Roch. d. verb. Ecclesiam fundavit. num. 19. Viuian. ubi proxime n. 40. † Si vero Ecclesiam aedificans eam non dotauit a

Sancti Concil. Moral. lib. 2. Cap. 3. Rub. 41. Reg. sep. in l. 56. gl. 4. tit. 5. par. 5. Valenz. l. no. 3. n. 24. Muenpemporio iuris, par. 1. tit. 9. quae. 19. num. 4. Aloy. Ricc. in praxi aures. resolut. 463. & resolut. 465. differit in quibus praesumatur fraus in permutatione beneficiorum, & resolut. 480. an beneficiorum inaequalitas sit per se sufficiens ad rescindendam permutationem. [Per renunciationem factam, & ab Episcopo, aut alio legitimo superiore admissam, dicitur amissa omnis possessio tam naturalis quam civilis, Crescent. decis. 2. alias 64. n. 1. de causa possess. & prop. Mohedan. decis. 6. alias 237. de locato & cond. Pute. decis. 523. n. 1. lib. 2. & decis. 158. n. 4. lib. 3. Seraphin. decis. 796. n. 4. Rota decis. 92. n. 2. p. 1. recentior. & adeo inducitur per illam vacatio ut fructus a die resignationis pure, & simpliciter factae usque ad diem possessionis captae per nouum prouisum, spectent ad Cameziam, & exigantur a subcollectore spoliozum, ut per Flamin. de resignat. benef. lib. 1. q. 6. num. 15. & 17.

principio, potest compelli ad illam dotandam, vel eius heredes, alijs non dotando amittit iuspatronatus. Aloyf. Ricc. in praxi auroa resolut. 11. num. 6.

5 Construere dicitur is, qui facit expensas in construendo Ecclesiam, non autem faber, qui eam construit, nisi operam suam ponat gratis, ut sit patronus, Cardin. in d. cap. nobis, num. 6. 8. & 9. & quast. 9. in princip. Viuian. ubi proxime à num. 41. Ex sola reparatione, seu refectioe Ecclesie iuspatronatus non acquiritur, nisi de nouo contraatur, glos. 1. in cap. 3. de iure par. onat. Staphil. de literis gratis, tit. de modo, & forma impetrandi, §. sequitur videre, num. 6. Lambertin. lib. 1. par. 1. quast. 6. princ. art. 5. Rota Roman. diuers. decis. 598. num. 1. & 2. par. 1. & decis. 269. p. 1. 2. Menoch. consil. 90. num. 27. & consil. 336. num. 5. cum seqq. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. resolut. 123. vers. declaratur sexto, Azor. insti. moral. par. 2. lib. 6. cap. 11. q. 10. Zerol. in praxi Episc. d. verb. iuspatronatus pag. 179. Spin. in speculo testam. glos. 4. principal. n. 28. [me citato in hoc loco Castro Palao d. punto 2. n. 5.] Nicol. Garc. d. cap. 9. d. num. 51. Viuian. ubi proxime, num. 44. Ioan. Anton. Mallobr. d. prael. 7. dub. 21. Seraphin. Rotæ decis. 97. Stephan. Gratian. disceptat. forensium cap. 177. n. 26.

7 ubi resolut. & ad acquirendum iuspatronatus ex reparatione requiritur totalem restauracionem Ecclesie funditus dicta, de quo etiam Mallobr. in sua praxi habendi concursus prael. 7. dub. 3. num. 7. Viuian. lib. 2. cap. 5. num. 6. in 2. edit. ubi metipsum citat in hoc loco. Nec sufficit fundare, & construere Ecclesiam, sed requiritur illius perfectio, & ideo si quis capit tantum edificare Ecclesiam, & alius perficiat, peccati acquiritur iuspatronatus, Lambertin. d. par. 1. quast. 4. artic. 1. Viuian. d. par. 1. lib. 2. cap. 3. num. 1. in 1. edit. alijs par. 1. lib. 1. cap. 2. num. 54. in 2. edit. & lib. 2. cap. 3. num. 1. in 2. edit. Garc. de benefice, par. 5. cap. 9. num. 44. Zech. de benefice, cap. 12. num. 2.

9 Dotare dicitur ad effectum consequendi iuspatronatus, qui Ecclesiam dotat, quando sine illa est fundata, & constructa, tam si dote ante consecrationem ipsius Ecclesie, glos. in cap. pio mentis 16. quast. 7. quam post consecrationem. Roch. verb. & dotant. num. 2. Viuian. d. par. 1. lib. 1. cap. 1. à num. 51.

10 [Castro Palao d. punto 2. n. 6. in princip.] Et debet assignari dos, quæ sufficit ad necessaria ministrorum, & ad luminaria, tradit Abb. in cap. cum sicut, num. 5. de consecrat. & glos. verb. clericum, in cap. ut quisque, de vita, & honest. cleric. Viuian. ubi proxime, num. 56. [Rota decis. 568. n. 2. p. 2. recentiss. in posthum. apud Roch. de iure par. verb. & dotant. n. 15. ubi cum communi tenet quod si Ecclesia fuerit collegiata, erit dotanda secundum numerum Collegiatorum, sine eorum qui ibi habent deseruire, item debentur considerari alia necessaria Ecclesie, sequitur Lambertin. d. lib. 1. p. 1. q. 5. art. 12. & art. 21. n. 19. Et suadent plura lura, & præcipue text. in cap. nemo, de consecr. dist. 1. ibi, & ante desinat qui edificare vult, quo luminaria & ad custodiam & ad stipendia custodiam sufficiat, & c. iuncta glos. verb. custodiam in cap. pastoralis, ibi, Parochiarum prouentus in usum Ecclesie crederent necessarios, & stipendia ministrorum, & c. de his que sunt à Præl. sine consensu cap. & est glos. verb. consecranda in cap. cum sicut, de consecrat. Et d. dicens quod si constituitur monasterium, tanta dos assignari debet, quod in eo possint esse Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, Cantores, & Lectores, item debent in ea hospites recipi, & iura Episcopalia [Blai.] Dotans enim insufficienter, quod arbitra-

tur Ordinarius, non acquirit iuspatronatus, sed dicitur benefactor, [glos. singularis in cap. quicumque el. 2. 16. q. 7. quam glos. singulariter notandam dicit Abb. in rub. de iure par. circa fin. & in cap. 3. de Eccl. edificat. Roch. verb. & dotant. q. 7. & 8. Greg. Lop. in l. 1. gloss. 3. & 5. tit. 15. part. 1.] Lambertin. lib. 1. p. 1. quast. 5. num. 11. Nicol. Garc. d. cap. 9. num. 52. Viuian. d. lib. 2. c. 4. n. 27. [Castro Palao d. punto 2. n. 6. in med. Ratio est, quia lura illud non benefactori, sed dotanti indulgent. cap. filiis 16. q. 7. Lambert. lib. 1. p. 1. q. 6. art. 1. n. 9. cum seqq. Scraph. decis. 1103. sub num. 1. Rot. decis. 167. n. 3. p. 2. diuers. Reuerend. Episcop. Vrgellen. post decis. 284. in discursu n. 27. p. 2.] & censuit sacra Congregatio, teste Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarra lib. 4. tit. 30. l. 1. de iure par. n. 3. & Aloyf. Ricc. in d. praxi resolut. 123. num. 3. vers. declaratur, & resolut. 163. discutit quanta dos constitui debeat à patronis, ut acquiritur iuspatronatus. [Nec ad competentem dotem efficiendam iuuat quod Ecclesia verisimiliter sit habitura aliquas oblationes, quia per hoc non debet minor dos constitui, quia ipse oblationes sunt incerte, & casuales, vnde per eas non esset successum necessarius Ecclesie, & ministrorum; ita Roch. de Curte verb. & dotant. n. 15. ad med. sequitur Lambertin. d. p. 1. lib. 1. art. 21. quint. & quast. princ. n. 14. ubi reddit rationem, quia distributiones, & oblationes huiusmodi non possunt esse à principio, & quia ex eorum incertitudine non possunt computari in dotem. Illud est animaduersione dignum quod si plures dederunt simul dotem competentem, omnes erunt patroni, ut pro constanti tradunt Abb. in rub. de iure par. n. 16. præter alios laudatos à Nicol. Garc. d. p. 5. cap. 9. n. 54. optimè Lambert. d. p. 1. lib. 1. art. 6. q. 3. n. 4. Sed si plures in simul conueniant, & decurrunt dotem sufficientem, quilibet tamen modicum, & multa modica fecerunt unum satis, bene omnes erunt patroni, nam Ecclesia erit sufficienter dotata, & c. supradicta autem declarat idem Lambert. d. lib. 1. p. 1. art. 15. 7. q. n. 12. locum habere cum Ecclesia est fundata, constructa, vel dotata per populum elemosynaliter, & singulariter, non pro parte vniuersitatis, sed oblationum particularium, & per singulares de vniuersitate, quia tunc non esset iuspatronatus vniuersitatis, nec singulorum, sed Ecclesia erit libera, ex quo elemosynis fabricata; secus verò si fundata, vel constructa, seu dotata sit à ciuitate, populo, plebe, vel vniuersitate ratione communitatis, & eius nomine; sed dubitabit aliquis an bona maioratus possint assignari pro dote Ecclesie, cuius dubij negatiua pars vera videtur, & ex eo probatur, quia dos Ecclesie habet omnimodam similitudinem cum dote mulieris, & eisdem serè regulatur modis ac priuilegijs, læt Lambert. d. p. 1. lib. 1. art. 7. q. 5. per tot. Viuian. d. p. 1. lib. 2. c. 4. n. 9. ac sicut mulieri bona maioratus sine Regia facultate in dotem dari non possunt, quando institutor ad constituendam dotem præcisè non tenebatur, ex tutiori ac receptiori sententia quam eruditè comprobat Molin. de primog. lib. 4. c. 6. ex n. 20. & 25. dicens in praxi receptam, Hieron. Gabr. consil. 119. n. 67. lib. 2. Ioseph. Ramon. consil. 1. n. 54. D. Barbof. in l. 1. p. 4. n. 151. ff. soluto mar. Ergo idem dici debet in dote Ecclesie. Quamuis bona fideicommissò subiecta posse constitui pro supplemento dotis Ecclesie resoluerint Lambertin. dist. lib. 1. quast. 5. art. 8. num. 24. Padil. per text. ibi in authent. res que, C. commun. de leg. 1. num. 56. in fine, Fular. de substitut. q. 53. n. 31.]

Vnde dotans protestari coram Episcopo debet se doti nomine dare, & ad ipsum tunc Episcopum pertinet

tinebit arbitrari an interfit hoc Ecclesie necne, & an sit sufficiens dos, Vgolin. d. cap. 51. in princip. n. 6. vers. secundo. Et si in rei veritate dos Ecclesie assignata congrua non sit, & Episcopus consentiat, tunc dotans non fit patronus, glos. 1. in cap. quicumque, il secundo, 16. q. 7. Viuian. ubi proxime num. 56. in fine. [Circa illam quæstionem, an sine particulari reservatione dotem danti acquiritur iuspatronatus? Affirmatiuè tenent Roch. d. verb. dotant. n. 4. Rot. decis. 517. n. 2. p. 1. recenti. & decis. 674. n. 1. p. 2. Durand. decis. 147. n. 1. & in discursu 285. num. 28. cum seqq. ita decidit. Ex quibus non obstat dicebat supra deducta in secunda discursu parte in vers. ex aduerso, & in dicta decis. 2. Maij, de qua agitur, ex Abb. Ioan. Andr. Card. Burr. Felin. Paris. Rocho & alijs & Rota in d. decis. 5. de iure par. in antiq. videlicet quod si beneficio erecto sine dote, vel postea penitus dote destituito, dos datur, acquiritur danti iuspatronatus etiam sine particulari reservatione. Quia bene procedunt in terminis, in quibus illi Doctores loquuntur, nimirum quando expresse dicitur dari, aut relinqui pro dote beneficij iam fundati, & dote penitus destituito, quo casu acquiritur iuspatronatus nisi expresse illud remittatur, cap. significauit, de testib. glos. in cap. si quis Basilicam, de consec. dist. 1. cap. nouis, de iurep. DD. in cap. 1. eod. tit. in 6. Lambert. qui de communi attestatur, lib. 1. p. 1. q. 2. dicto art. 4. n. 12. & 14. & d. q. 6. art. 3. n. 11. Rot. in d. decis. 5. de iurep. in antiq. & alij DD. in d. decis. 22. Maij allegati, qui non est casus noster: non autem loquuntur quando ut in casu nostro, beneficio iam fundato, aliquid datur, aut conferitur, imò dicunt contrarium, nempe quod tunc non dequiritur iuspatronatus nisi exprimaturs dari pro dote, aut iuspatronatus expresse reseruetur, ut aut si neuum fiat, qui donat non censetur dotator, sed simplex benefactor dumtaxat, ut dictum fuit. Ratio autem differentia inter utrumque casum est, quia à principio, nunquam beneficia fundantur, neque consistunt sine dote, & c. nemo, de consec. dist. 1. Modern. de re benef. lib. 1. q. 51. n. 1. Rota in causa Gorunden. Vini 4. Maij & 1. Iulij coram Eminensimo Card. Pamphilio. Ex postfacto autem beneficium consistere potest sine dote ex Sarnen. & alijs supra alleg. & c. Hactenus Reuer. Episcopus Vrgellen.]

14 Ad acquirendum iuspatronatus ex dotatione de nouo facta, debet constare dotem primam fuisse reductam de effect ad non esse, Gonzal. d. glos. 18. n. 53. [Flamin. Paris. de confident. benef. q. 23. n. 240. ad fin. Aloyf. Ricc. decis. 72. n. 10. p. 1. Rota decis. 457. n. 18. p. 1. & decis. 428. n. 1. p. 2. diuers. Reuerendiss. Episcop. Vrgellen. in d. discursu n. 36.] Et hinc etià ex augmento dotis non acquiritur iuspatronatus, cum necesse sit Ecclesiam suam dotem amisisse, & eidem nouà dotem dari, Steph. Grat. disceptat. forens. c. 177. n. 24. & 25. [me citato in hoc loco Castro Palao d. punto 2. n. 6. vers. ex augmento] Aloyf. Ricc. d. praxi resolut. 150. per totam, & resolut. 172. resolut. quod non potest Episcopus erigere iuspatronatus ex augmento dotis, ad quod vide bonam Rotæ decisionem in vna Firmana iurispatri. 21. Febr. 1614. coram Reuerendiss. Dom. meo Coccino Rotæ Decano apud Farin. p. 2. tom. 1. decis. 521. recente. [eadem Rota d. decis. 568. n. 3. p. 2. recentiss. ubi quod iuspatronatus non acquiritur ex augmento dotis nisi Ecclesia sit penitus depauperata, & eadem nona dos consequuta. Non potest enim Episcopus ob dotis augmentum hanc seruitutem beneficii imponere. Castro Palao d. n. 6. in fine. Amissa penitus beneficij dote, non potest alius in præiudicium primi patroni de nouo dotare absque illius consensu, & eo prius non requisito an dotare veller. Abb. in c. 3. n. 9. vers. item debet requiri, de iure par. Hoft. ibid. n. 4. vers. Barbof. de Episcopo. Pars III.]

acquiritur, Lamb. p. 1. lib. 1. q. 6. in princ. n. 19. Viuian. lib. 2. c. 5. n. 13. vers. & quod non admittatur, quia poterit primus dotator, iterum dotare priuatiuè ad quemcunque, Roch. de iure par. verb. Ecclesiam fundauerit n. 4. Lambert. lib. 1. q. 1. art. 12. n. 4. Requiritur necessarium ad acquirendum iuspatronatus, est reservatio illius per patronum facta, Calderin. consil. 5. de iure par. Paul. de Citadinis in tract. de iure par. p. 3. causa 2. n. 13. vers. sed contra, quod absque dubio in dotante agnoscit Lambert. d. lib. 1. p. 1. q. 2. princ. art. 4. ibi, Et licet supradicta bene militent in dante solum, seu construente Ecclesiam, quia possumus dicere illum consensum sufficere ad utrumque, scilicet ad edificandum, & ad efficiendum quem patronum, & sic in illis duobus casibus possit procedere quæstio Doctor. si quis nihil dicat, an efficiatur patronus, sed in dotante ego non possum videre qualiter quis possit dotare & non dicere se velle esse patronum, & c.]

Vnum tamen adderem vtilissimum in hac materia, quod scilicet laici iuspatronatus præscriptione, vel consuetudine possunt acquirere, ut notant omnes per text. ibi in c. querelam, de elect. & in c. generali 13. ibi, fundatione, vel antiqua consuetudine, eodem tit. lib. 6. cum similibus, resoluunt Roch. de iure par. verb. ipse, vel is, à quo, à n. 18. Lambert. eodem tract. lib. 1. par. 1. q. 10. princ. art. 1. Balb. de prescript. p. 1. quinta. n. 71. Couar. in reg. possessor. 2. par. 3. §. 10. à n. 2. plenissime Gilchen de prescript. p. 3. c. 9. à n. 3. & per totum. Verum maxima est difficultas, quia laici nulla ratione fieri potest, ut quacunque consuetudine in electionibus Episcoporum vocem habeant, ut probant text. in c. cum terra, 14. & in c. quisquis, 44. & in c. Massana, 50. de elect. & vltra Ordinarios explicant Firman. de Episcopo, lib. 1. p. 3. q. 60. & lib. 2. p. 1. q. 31. Balb. d. 1. par. quinta, q. 7. n. 17. & q. 10. n. 4. Seld. de benef. p. 3. q. 23. n. 12. & 21. Non video enim quare magis consuetudo illa eligendi Episcopos, sit interdicta sacris Canonibus, hæc verò consuetudo acquirendi iuspatronatus sit permissa, cum constet iuspatronatus, seu ius præsentandi ad Ecclesias similiter spiritualibus esse annexum, iuxta text. in cap. quanto, de iudicijs, & in cap. de iure, de iure par. ac lubinde, vel circa utrumque admitti debuit consuetudo, & præscriptio; vel circa utrumque prohibita debuit censi, propter similitudinis rationem, ex regul. cum dilecta, de confirmatione vtili, cum similibus.

Cui difficultati occurri potest assignando differentie rationem, quam inter omnes verioremi duco, quod scilicet electio non competit, nisi illis, qui de Collegio sunt, aut Capitulo, quia eis solum lege Canonica tale ius reservatum est, iuxta text. in dicto c. 1. & c. quia propter, de elect. Sicut etiam ius decimandi annexum est officio administrationis Sacramentorum, cap. 1. de decimis; quare cum laici incapaces sint utriusque administrationis, scilicet Sacramentorum, & Collegij, seu Capituli Ecclesiastici, merito etiam incapaces censentur iuris decimandi, & iuris eligendi; non ita iuspatronatus, quod neque Ordini, neque Officio spirituali annexum est, sed potius ab Ecclesia concessum, quibuscunque etiam laicis fundantibus, construendis, vel dotantibus Ecclesias, vel eorum heredibus, iuxta cap. decernimus, cap. filijs, vel nepotibus, 16. quast. 7. cap. 1. & per totum, de iure par. & consequenter neque possessio deficit, neque aliquid aliud ex quo præscriptio impediatur secundum iuris rigorem; quamuis attentato nouo iure Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 9. probanda necessariò sit sententia Archidiaconi, quia apertè Concilium videtur excludere omnem titulum iuspatronatus, qui non fuerit

11

12

facit ex fundatione, vel dotatione, vel per multiplicatas praesentationes, quae omnium hominum memoriam excedant, atque ita quamcunque aliam praescriptionem, vel consuetudinem excludit, de quo videbis multa, quae late tradunt Menoch. *consil.* 241. *per totum*, vol. 2. & de praesumpt. lib. 3. *praesumpt.* 90. *per totum*, praecipue à num. 16. Ceuall. *communium contra communes quæst.* 614. & latissime Garcia de beneficiis. par. 5. cap. 9. à num. 37. & num. 81. cum sequentibus; & adde multa, quae de probatione iurispatronatus tradit Mascard. *de probat. conclus.* 959. & infra allegat. sequentibus. latius tractabimus.

20 Ex praedictis tribus causis iurispatronatus acquiruntur interueniente auctoritate, & consensu Ordinarij, non alijs, cap. nobis, & ibi Doctor. *de iurispatron.* Roch. *verb. pro eo, quod de diocesani consensu*, q. 2. & 4. Lambert. *dict. p. r. 1. quæst. 5. art. 3. cum seqq.* & par. 2. *quæst. 1. art. 2. num. 5.* Rot. *diuers. decis.* 222. & 223. num. 3. par. 1. & *decis.* 85. par. 2. *diuers.* & *decis.* 377. num. 4. par. 2. *recent.* Gig. *cons.* 52. num. 5. *vers.* *secus autem*, Perez *d. l. 1. quæst. 3.* Fusch. *dict. cap. 10. num. 5.* Zerola *dict.* §. 2. Aloyf. Ricc. *in dicta praxi resolut.* 123. num. 2. in 2. *edit.* Nicolaus Garcia *d. cap. 9. num. 7.* Viuian. *d. par. 1. lib. 1. c. 1. num. 24.* Cardinal. Tusch. *lit. l. conclus.* 600. [Azor. *d. par. 2. lib. 6. cap. 19. quæst. 7.* Castro Palao *d. disputat. 2. puncto 2. num. 8.* vbi redditionem, quia absque superioris auctoritate neque Ecclesia edificari potest, neque seruituti patroni subiaci.] Qui quidem consensus sufficit, quod interueniat ex postfacto, [me citato in hoc loco Castro Palao *disp. 2. puncto 2. num. 8. vers. hic consensus*, Calder. *cons.* 5. *de iurispatron.* Roch. *verb. pro eo quæst. 4. num. 9.* Duran. *decis.* 407. num. 8. par. 2. & *decis.* 415. num. 5. vbi allegat Rot. *decis. ult. num. 4. de iurispatron. in antiq.* ad hoc quod potest etiam interuenire post mortem donantis, ut censuit Rota in vna *A quen. iurispatron.* 7. Nouembr. 1601. coram Illustrissimo Lancellotto, referunt Garcia par. 12. cap. 2. n. 209. & Aloyf. Ricc. *d. resolut.* 123. num. 3. [& alibi, ut per Ferentil. *ad decis.* 702. num. 9. Buratti. vbi ampliat etiam potest mortem donantis, seu testatoris & etiam lite pendente super eo an beneficium sit de iurispatronatus vbi defectus resultat ex isto consensu, quando nemini infertur praedictum.] iterum Rot. in *Pientina iurispatron.* 23. Martij 1611. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino, impressa per Farin. *decis.* 337. num. 7. par. 2. *recent.* vbi fuit dictum quod si post factam donationem, ante tamen Episcopi consensum vacet beneficium, debet in eo institui praesentatus à donante, & non à donatario.

[Illud autem quod supra dicebamus, quod sufficiat consensum, siue confirmationem Ordinarij interueniente ex postfacto, intelligimus nisi ante huiusmodi consensum transferens, seu donans iurispatronatus pœnituisset, & donationem reuocasset, vel alteri donasset, quia tunc non potest Episcopus consentire in praedictum transferentis, vel donantis, siue alterius, cui medio tempore est ius quaesitum, Roch. *de iurispatron. in verb. ipse vel is*, n. 36. q. 19. Lambert. *cod. tract. par. 2. lib. 1. quæst. 1. art. 19.* Sanch. *cons. moral. lib. 2. cap. 3. disput.* 76. *in fine*, & est de mente Rotæ *decis. ult. de iurispatron. in antiq.* Non obstat quod habitus ex postfacto consensus retrahitur ad diem factæ donationis, Cardin. *in cap. cum saculum in 6. quæst. de iurispatron.* quia contrarium est verius, cum donatio incipiat valere non à die donationis, sed à die confirmationis, &

sic non valet ex tunc, sed ex nunc, Roch. *in verb. pro eo quod diocesani*, in 4. q. num. 10. Lambert. *d. q. 1. art. 17. num. 16. circa med.* Nec contrarium dicit Card. loco superius citato, quia ille loquitur in legatario iurispatronatus: & licet dicat quod legatarius poterit praesentare sub spe futura confirmationis legati faciendæ ab Ordinario, & innuat quod translatio iurispatronatus in legatarium fiat à die mortis testatoris, & sic à die purificati contractus, non autem à die confirmationis: tamen hoc procedit speciali favore vltimæ voluntatis, & ne legatarius eludatur ab hærede; aliud tamen est in donatione, in qua militat diuersa ratio, vt bene declarant Roch. *dict. verb. is, vel ipse*, num. 16. & *in verb. pro eo quod diocesani* in 4. q. circa med. Lambert. *dict. art. 17. num. 16. circa med.* & *art. 18. num. 2.* Colliguntur hæc, ex Duran. *decis. vltim. à numero 7.*]

Et praesumitur interuenisse ex diuturnitate temporis, ædificatione capellæ cum insignibus, & armis, & visitatione Superioris capellæ, vt fuit resolutum per Rot. in vna *Romana iurispatr.* 3. 10. Martij 1595. coram Illustrissimo Domino meo Cardinale Millino, refert Garcia *d. cap. 9. coram R. P. D. Caputaq. decis.* 185. p. 2. & fuit pariter decisum in vna *Lucane Capelle* 20. Iunij 1567. coram Saraphino, nunc est inter impress. *decis.* 871. n. 3. & in vna *Mediolanen. iurispatron.* Aprilis 1615. coram R. P. D. Pirouano apud Farin. *decis.* 674. par. 2. *recent.* maxime cum diu Ecclesia pro Ecclesia sit habita, & in ea Missæ sint celebratæ, & sunt campanæ. Lambert. *d. quæst. 2. art. 6.* & 7. num. 2. & me citato in hoc loco Viuian. *in praxi iurispatr. lib. 2. c. 1. num. 13. in 2. edit.* [Praesumitur enim consensus Ordinarij adhibitus ex diuturnitate temporis, & obseruatione, secundum Barbat. *cons.* 33. num. 2. lib. 2. *supra à Rota canonizatum*, vt per Seraphin. *decis.* 871. num. 3. & Rot. *decis.* 517. num. 3. par. 1. *recent.* refert D. Lotter. *in tract. de re benef. lib. 2. q. 14. num. 10.* Quæ tamen probatio praesumptiua minimè in persona potentis admittetur, quia nihilominus semper virget praesumptio vsurpationis, & non probationis factæ ad formam decreti Concilij Tridentini, vt fuit dictum in Rot. apud Mant. *decis.* 257. num. 4. & 5. & apud Seraphin. *decis.* 912. num. 8. eiusdem Rot. *decis.* 58. num. 4. par. 1. *recent.* [Lotter. *d. quæst.* 14. num. 11.]

Et consensus hic praestandus est ab Ordinario illius loci, in quo fundatur Ecclesia, Cardinal. *in dict. cap. nobis*, num. 1. Zerol. *in praxi Episcop. d. verb. iuris patronatus*, §. 5. Lambertin. *d. quæst.* 2. art. 8. Roch. *dict. verb. pro eo quod*, num. 21. [me citato in hoc loco Castro Palao *dict. disputat. 2. puncto 2. numero 9. in princip.*] Viuian. *dict. par. 1. lib. 1. cap. 1. num. 30. & lib. 2. cap. 1. num. 11.* vbi num. 18. *alias 2.* quod non est necessarius consensus Capituli, Monet. *de commut. vlt. volunt. cap. 11. n. 226.* ¶ Requiritur semper Episcopi consensus, siue sit laicus, siue clericus, qui Ecclesiam fundat, Lambert. *dicta quæst.* 2. art. 10. Viuian. *dict. lib. 2. cap. 1. num. 13.* etiam in Capella fundata iussu testatoris, & tunc cum dictus consensus interuenierit post eius mortem, iurispatronatus ortum duxisse dicitur à die praestiti consensus, & ideo dictum iurispatronatus non dicitur esse in hereditate testatoris, Lambertin. *d. q. 2. art. 11. num. 2.* Viuian. *d. lib. 2. cap. 1. num. 14.*

Huiusmodi Episcopi consensus non potest facere patronum vnius Capellæ, vel Ecclesiæ ex privilegio aliquem, qui non fundauerit, construxerit, vel dotauerit Ecclesiam ipsam, vel Capellam,

Abb.

Abb. *cons.* 106. num. 4. vol. 2. nam iurispatronatus non potest competere ex concessione & privilegio Episcopi, cap. 2. *de reb. Eccl. non alien. lib. 6.* Rebuff. *in praxi par. 3. signaturæ*, *verb. necnon iurispatronatus* num. 3. Nicol. Garc. *d. cap. 9. num. 28.* Viuian. *in d. praxi lib. 2. cap. 5. num. 22. in 2. edit.* [me citato in hoc loco Castr. Palao *d. disp. 2. puncto 2. num. 10. in fine.*] cum ille non possit concedere iurispatronatus super Ecclesia libera sine auctoritate Papæ, Calderin. *cons. vltim. de iurispatr.* quia non potest Episcopus rei sacre sine legitima causa hanc seruitutem iurispatronatus imponere: quod non procedit quando verus patronus cum consensu Episcopi, vult in alium iurispatronatus transferre, [vt allegat. sequenti dicemus.]

26 Si Diocesanus suum consensum praestare noluerit, potest ad eum praestandum compelli auctoritate Superioris Antistitis, videlicet Archiepiscopi, vel Primatis. ita Card. in *d. cap. nobis*, quæst. 6. Abb. *cons.* 9. col. 3. *vers. tertio principaliter considero*, p. 2. Lambert. *d. quæst. 2. art. 16.* & 17. Viuian. *d. lib. 2. cap. 1. num. 19.* & 20. *alias 22. in 2. edit.* Azor. *inslit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 3. quæst. 10.* vbi resoluit, quod quando requiritur consensus vnius in fauorem, & gratiam alterius, si renuerit consentire absque legitima causa, possumus Superiorem adire, 27 vt cogat eum ad consentiendum. Sic etiam ¶ maritus, qui bona immobilia sine vxoris consensu alienare non potest de iure Regni Lusitaniæ, & Castellæ, & vxor contradicat alienationis, poterit iudicem adire, qui causam contradictionis diligenter examinet, quam si iniustam iudicauerit, suo arbitrio contrahendi potestatem concedet, Tiraq. *de iure mariti gloss.* 8. num. 126. *cum sequentibus*, Menoch. *d. arbit. casu* 211. num. 6. *cum sequentibus*, Azeued. l. 4. à num. 1. tit. 3. lib. 5. *noua recopil.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss.* 47. num. 37. Cald. *Pereira de extrinck.*

28 *emphyt. cap. 12. num. 11.* ¶ Non obstat text. in *cap. nullus*, 17. *de iurispatron.* dum ibi Episcopi Adonen. negligentia non Superiori Antistiti, videlicet Archiepiscopo, sed Papæ nuntiarit; quia responderet praedictum Episcopum, quia erat exemptus, alium Superiorem non recognoscere nisi Papam, & ideo ad illum pro supplenda eius negligentia fuit recursum. Lambert. *lib. 1. par. 1. art. 20. num. 9.* Steph. *Quaranta in sum. Bullary verb. Archiepiscopi auctoritas vers. decimanois*, num. 21. *in fine.*

29 Episcopus antequam praestet consensum super Ecclesia ædificatione, de necessitate debet requirere, quod fundans assignet dotem pro ipsa Ecclesia per publicum instrumentum, & si Episcopus Ecclesiam consecrerit non accepta dote, de suo eam dotare teneatur, *cap. cum sicut, de consecrat. Eccles. vel Altaris*, Lambert. *lib. 1. par. 1. quæst. 5. art. 10.* In cuius dotis datione requiritur diocesani consensus, sicut in fundatione, & constructione, qui diocesanus qualitates dotantis exquirat, & quomodo dos sit constituenda, & an sit congrua, vel sufficiens; aliàs dotans non acquireret iurispatronatus, sed dos libere Ecclesiæ remaneret. Ioan. Andr. *in d. cap. nobis col. 1.* Lamb. *art. 11. vbi supra*, & *art. 13.* resoluit quod si in datione dictæ dotis insufficientis consenserit Diocesanus, acquiritur dotanti iurispatronatus, sed ab eo poterit peti supplementum, & *art. 14.* tenet quod qui dat praesum pro emenda dote de consensu diocesani, sit patronus.

30 Ordinarij nomine in hac materia venit quilibet Praelatus etiam inferior, dummodo habeat Episcopalem potestatem, Viuian. *par. 1. lib. 2. cap. 1. num. 17. in 1. edit. alias num. 20. in 2. vnde in vna simo-*

len. iurispatr. 18. Nouembris 1578. coram D. Cantuccio, quæ est in 2. par. *diuers. decis.* 85. fuit resolutum ¶ Abbatem habentem potestatem dandi licentiam ædificandi Ecclesiam intra suam Parochiam, in quandam consequentiam habere etiam facultatem praestandi auctoritatem, & consensum creationi, & acquisitioni iurispatronatus, & sic potestas dandi licentiam construendi Ecclesiam trahit secum, tanquam quid consequituum, potestatem consentiendi acquisitioni iurispatron. & dicta potestas dandi licentiam ædificandi Ecclesiam, videtur concedi ad finem, vt ædificans acquirat iurispatron. & c. fut firmatum 23. Martij 1579. vt in *decis.* 93. *ead. par. 2. diuers.*

Capitulum Sede vacante potest etiam dare licentiam Ecclesiam ædificandi, vt acquiratur iurispatronatus. Lambert. *vbi supra art. 9.* Pauin. *de potestate Capituli Sede vacante par. 5. quæst. 2. num. 5.* Nicol. Garc. *d. cap. 9. Viuian. d. par. 1. lib. 2. cap. 1. num. 12.*

Vicarius Generalis Episcopi absque speciali mandato, non habet auctoritatem ad reservationem iurispatronatus, dixi allegat. 54. num. 74. [quibus adde Mant. *decis.* 85. Duran. *d. decis.* 407. num. 7. & *decis.* 415. num. 3. par. 2. vbi inter alios citat Rot. *decis.* 576. num. 1. par. 1. & *decis.* 337. num. 4. & 5. par. 2. *recentior.* Greg. XV. *decis.* 420. n. 2. & ibi late adden. num. 8.]

Episcopus regulariter non potest derogare qualitatibus in beneficij fundatione apposis, vt docet multis ad id adductis Monet. *de commut. vlt. volunt. cap. 10. num. 348. cum multis seqq.* etiam pro vna vice Vgolin. *de officio Episcopi cap. 52. §. 1. num. 8.* Marc. Anton. Genuen. *in praxi Archiep. Neap. cap. 24. num. 10.* Nicol. Garc. *de benef. par. 7. cap. 1. n. 111.* Quamuis contrarium, immo Episcopum pro vna vice posse derogare qualitatibus in beneficij fundatione apposis, ob grauissimorum virorum auctoritatem, qui id ipsum tenent, ex quorum numero sunt Zerol. *in praxi Episcop. par. 1. verb. beneficium* §. 7. *concl.* 8. *princ.* & *verb. iurispatronatus* §. 8. *dub.* 15. Zech. *de Republ. Eccles. tit. de benef. num. 4. & de pension. cap. 12. num. 21. & 46. cum seqq.* Perez de Lara *de ammiss. & capell. lib. 2. cap. 5. à num. 28.* Emman. Sà *in aphorism. verb. beneficium* num. 37. Nauas. *cons. 6. alias 7. num. 4. de cleric. non resid.* qui id dicit de duabus vicibus, & expressè Rot. in *Forsolinien. Capellanie* 10. Martij 1589. coram Illustrissimo Seraphino, quam refert ad litteram Garc. *d. cap. 1. num. 66.* alios citat Monet. *d. cap. 10. num. 353.* vbi num. 358. *vers. ex isto*, ampliat etiam cum patroni, seu hæredis, ac successoris eius, qui beneficium fundauit, & à num. 388. resoluit Capitulum Sede vacante regulariter non posse derogare qualitatibus in fundatione beneficij apposis, & à num. 409. idem dicit de Prælati habitibus iurisdictionem quasi Episcopalem, & à num. 410. de Vicario Episcopi, vel Capituli Sede vacante.

Ecclesiam ab initio liberam non potest Episcopus subicere iurispatronatus alicuius, vt per Abb. *cons.* 106. num. 4. par. 2. Roch. *de iurispatr. verb. pro eo quod*, quæst. 26. num. 34. Staphila. *de litteris gratiarum. tit. de iurispatr. prerogatiuis*, num. 3. & 4. Gig. *cons.* 48. num. 21. & *cons.* 49. n. 36. Berol. *cons.* 4. num. 33. lib. 1. quos refert & sequitur Rota in vna *Maceraten. beneficij* 5. Iulij 1610. apud Farin. *decis.* 311. num. 3. par. 2. *recent.* [Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst.* 32. à num. 10. Episcopus enim non potest subicere Ecclesiam seruituti, vel eius libertatem alienare.

Menoch. conf. 90. num. 2. & 25, vbi num. 24. subdit quod potest ex causa Ecclesiam liberam facere patronatam. Quando autem possit Episcopus vnire beneficium liberum beneficio iurispatronatus? vide supra alleg. 66. num. 32.]

37 Illud demum pro complemento huius materie aduertere oportet, quod vbi accedit auctoritas Episcopalis in erectione, efficitur beneficium Ecclesiasticum, vt post Guid. Pap. optime tradit Rip. in cap. decernimus num. 69. vers. in isto puncto, de iudic. & eo citato Lotter. in tract. de re benef. lib. 1. quest. 5. num. 54. cum impossibile sit aliter constitui beneficium Ecclesiasticum quam si interueniat huiusmodi Episcopi auctoritas, gloss. 1. vers. tu dic contra, in Clem. 2. de decimis, Guid. Pap. decis. 187. num. 1. cum aliis adductis in Monopolitan. hebdomada, Iulij 1613. coram Illustriss. Patriarcha Manzanedo, cuius meminit Lotter. d. quest. 5. num. 40. Interim verò dum talis auctoritas desideratur, non est beneficium, sed res stat in pendenti, nec aliquod iurispatronatus quaritur fundatori. Felin. in cap. ex parte il. 2. n. 2. de rescript. cum aliis per Rot. decis. 361. num. 3. par. 2. recent. Lotter. d. quest. 5. num. 55. diciturque simpliciter pia donatio, aut piam legatum si forte pro Missis celebrandis, vel pro anniuersario, vel etiam in perpetuum quidpiam relictum sit, Rebuff. in praxi. tit. quare sint instit. benef. num. 10. Lotter. d. quest. 5. num. 56. vbi num. 57. subdit quod beneficium ante approbationem Episcopi potest concedi per laicum, per modum tamen simplicis depurationis Sacerdotis, & num. 59. & 60. quod capellaniam cum onere celebrationis Missarum constituta sine auctoritate Episcopi censentur laicales, possuntque ad eas merè laici presentari, & num. 61. disputat an sit necessaria iustificatio expressæ auctoritatis Episcopi in erigendo beneficio, vel sufficiat tacita.

38 Ad ipsum igitur Episcopum pertinet in fundationis limine examinare locum erectionis, dotis congruentiam, & futurum regimen, vt scribit Calder. conf. ult. col. 1. vers. & ratio qua, de iurepatr. Lotter. d. lib. 1. quest. 32. num. 5. nec ideo sufficeret consilium, aut ipsius consensus petitio, nam exigitur consensus expressus, vt per Lamb. de iurepatr. lib. 1. par. 1. in 9. quest. art. 2. num. 131. de quo vbi constat, omnia prædicta præsumuntur ab eo diligenter excussa etiam circa congruentiam dotis, Lambert. d. lib. 1. par. 1. quest. 5. art. 11. & sequuta est Rot. decis. 521. num. 1. par. 2. recent. cuius meminit Lotter. d. quest. 32. num. 7. vbi intelligit de consensu adhibito in ipso fundationis limine.

39 Quare Abb. in cap. significatum 11. sub num. 5. ad fin. vers. ex prædictis, de præbendis, posuit practicam instituendi beneficia, secundum quam ait fundatorem posse ordinare prout sibi videbitur, & illum Ordinem potius postmodum Episcopo, indeque ipse Episcopus posse instituire beneficium, & apponere illa onera & modos, qui sibi legitimi videbuntur. Vnde si Episcopus denegat legibus per fundatorem sibi potestatis sine legitima causa consentire, poterit fundator recurrere ad superiorem, qui eum cogat ad consentiendum, vel si contumax sit, ipse superior consentiat. Lamb. vbi supra num. 112. Lotter. d. quest. 32. num. 17. nam in statuendis huiusmodi legibus fauore Ecclesiæ plurimum deferatur fundatorum voluntati, vt ij alligantur, & non retrahantur à fundationibus, vt considerat Anch. conf. 129. sub num. 1. vers. præterea, quilibet.

40 Poterit tamen Episcopus, vel alius superior illas

leges per fundatorem sibi potestatis reicere, quæ vel natura impossibiles sunt, vel turpes, vel contra substantiam beneficii, vel denique contra perpetuam legum prohibitionem illas improbantium, vt fuit dictum in Romana iurispatronatus 31. Maij 1613. coram Card. Sacrato.

Vnde tamen si pueris beneficium conferri ius prohibeat, tamen quia prohibitio est variabilis, veluti à mero iure positio descendens cap. 2. & 3. de atar. & qual. nihil erit quin toleranda sit lex fundatoris, qua mandat puerum, quinimò infantem institui in beneficio, vt fuit dictum in Granaten. capellaniam 12. Ianuarij 1607. coram Card. Marquemont. cuius meminit Lotter. d. quest. 32. num. 35.

Sic etiam quamuis sit contra ius, vt fiat electio actiua, vel passiva de personis extra Collegium cap. 1. de elect. nihilominus quia hoc non habet perpetuam causam prohibitionis in contrarium. cap. quam sit necessarium 18. quest. 2. tolerabitur si locus in fundatione cautum fuerit. Innoc. in cap. cum dilectum 2. de consuet. Lotter. d. quest. 32. num. 37.

Et quamuis neque Episcopus, neque quiuis alius beneficiarius possit sibi eligere successorem. cap. Episcopo, cum duobus seqq. 8. quest. 1. tamen quia hæc absoluta prohibitio non habet causam perpetuam à iure naturæ, nihil est quin si in fundatione dispositum fuerit, vt Rector beneficii designet sibi successorem, qui beneficium obtineat sine aliqua alia institutione Ordinarij, talis dispositio seruanda est, vt resoluunt Lamb. d. quest. 9. art. 3. num. 17. Lotter. d. quest. 32. num. 38. & 39.

Similiter licet Canones vbique damnent pluralitatem beneficiorum, tamen quia id non habet perpetuam prohibitionem à iure naturæ, sed dumtaxat à positio, & penitus in hac parte variabilis, cap. de multa, de præb. toleranda erit lex contraria in fundatione apposta, vt fuit resolutum in Valisoleana Archiepiscopatus 16. Nouembris 1616. coram Reuerendissimo Dom. meo Coccino Decano.

ALLEGATIO LXXI.

Episcopi sine consensu an iurispatronatus in aliquem possit transferri?


S V M M A R I V M.

- 1 Iurispatronatus de vno in alium quatuor principaliter modis transferri potest.
2 Iurispatronatus successione transfertur, quando cum vera vniuersitate venit, id est, cum hereditate in qua quis succedit.
3 Iurispatronatus cum vera vniuersitate ad heredes transmittitur sine sint sui, sine extranei, sine succedant ex testamento, sine ab intestato.
4 Hereditati paterne non potest filius renuntiare, & retinere iurispatronatus.
5 Possessor bonorum succedit in iurispatronatus, cum sit vt heres.
6 Curator hereditatis iacentis potest presentare ad beneficium iurispatronatus dictæ hereditatis.

7 Iustit

- 7 Iurispatronatus hereditate vendita, alicui villa, vel castro annexum in emptorem transit.
8 Contrarium verius, quando iurispatronatus esset de per se principale, & distinctum.
9 Iurispatronatus in fideicommissarium, cui restituta est hereditas, non transit, sed remanet pater heredes.
10 Iurispatronatus vbi cum vniuersitate, siue cum hereditate transfertur, non requirit Episcopi consensum, secus vero si de per se transferatur.
11 Iurispatronatus translatio in Ecclesiam, seu locum religiosum valet sine Episcopi consensu.
12 Iurispatronatus translatio in laicum sine Episcopi consensu fieri non potest.
13 Consensus Episcopi in translatione iurispatronatus requiritur, vt aduertere possit an interueniat labes simoniaca.
14 Capituli consensus in translatione iurispatronatus non requiritur copulatiuè cum consensu Episcopi.
15 Consensus Episcopi in translatione iurispatronatus debet esse expressus, nisi scienter admissa ab Ordinario fuisset.
16 Donatio iurispatronatus sine Episcopi consensu legitima prescriptione presumitur.
17 Consensus in translatione iurispatronatus debet esse Episcopi illius diocesis, in qua fita est Ecclesia.
18 Consensus Episcopi in translatione iurispatronatus ex post facto potest adhiberi.
19 Consensus vbi requiritur in aliquo actu, quando documentumque præfertur, actus semper est validus.
20 Iurispatronatus per donationem de vno in alium transit.
21 Iurispatronatus in donatione omnium bonorum, iurium, & actionum venit.
22 Iurispatronatus in donatione generali facta à Rege non venit, nisi de eo specifica fiat mentio.
23 Iurispatronatus donatio si fiat de laico in laicum, & necessariò interuenire debet Episcopi consensus.
24 Capitulum Sede vacante non potest confirmare donationem iurispatronatus.
25 Vicarius Episcopi, quamuis iurispatronatus donationi auctoritatem interponere non possit, hæc tamen auctoritas præstat titulum ad prescribendum.
26 Episcopi consensus non requiritur in donatione iurispatronatus facta religiosis per patronum etiam laicum.
27 Consensus Episcopi requiritur, si donatio fiat ab Ecclesia alteri Ecclesie.
28 Consensus Episcopi necessarius non est in donatione, quæ vnus patronus alteri patrono socio ius suum remittit, vel renuntiat.
29 Donatio licet sine consensu Episcopi possit fieri compatroso, non tamen filio compatroni sine illius consensu.
30 Compatronatus non reputatur filius in vita patris, qui est patronus.
31 Iurispatronatus per permutationem de vno in alium transferri potest, quod si fiat in laicum, Episcopi consensus requiritur, secus vero si in Ecclesiam, aut clericum nomine Ecclesie.
32 Consensus Episcopi in permutatione, vel donatione iurispatronatus post interitum permutantis, vel donantis concedi potest.
33 Iurispatronatus de vno in alium per venditionem

- vera vniuersitatis, cui inseparabiliter adheret, transferri potest.
Iurispatronatus sub bonorum generalitate vendi, seu alienari potest. ibid.
34 Iurispatronatus de per se vendi non potest, tunc enim patronus vendens suo iure priuatur, & Ecclesia remanet libera.
35 Simonia committitur quando venditur de per se iurispatronatus.
36 Venditio ville, & iurispatronatus licet non valeat, quoad iurispatronatus, valebit tamen quoad villam.
37 Iurispatronatus sicut principaliter vendi non potest, ita nec actio ad ipsum.
38 Iurispatronatus annexum villa, vel castro transit cum ipsa villa, vel castro dato in dotem.
39 Sequestrata villa, vel castro, cui est annexum iurispatronatus, si durante sequestro vacauerit beneficium, sequester ad illud eligere, vel presentare potest.
40 Usufructuarius omnium bonorum hereditarium potest presentare in iurispatronatus ipsi bonis annexo.
41 Iurispatronatus transfertur cum vniuersitate, vel villa, cui est annexum, data in feudum, vel emphyteusm.
42 Prescripta vniuersitate prescribitur & iurispatronatus illi adherens.
43 Iurispatronatus vno fructu prescripto, puta presentationis, utilitatis, aut alterius honoris, non intelliguntur prescripti alij fructus, quorum usus non est prescriptibilis.
44 Iurispatronatus vt prescribatur, quod tempus requiratur, ostenditur.
45 Bonis omnibus consecratis an iurispatronatus illis annexum publicarum censetur remissiuè.



RANSFERT V R iurispatronatus de vno in alium principaliter quatuor modis, gloss. verb. fundacione, in cap. piamentis 16. q. 7. Zech. de benef. & pens. c. 12. n. 5. Cardinal Tusch. litt. 1. concl. 613. num. 17. me citato in hoc loco Vitian. in praxi iurispatr. lib. 4. cap. 1. num. 1. in 2. edit. [me citato in hac alleg. Castro Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 4. per tot. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. c. 20. quest. 4.] Primo successione, & considerandum, 16. quest. 7. Secundo donatione, cap. ex inscriptione, de iurepatr. Tercio permutatione, cap. nemini, 16. quest. 7. Quarto venditione cum vniuersitate bonorum, in qua sit iurispatronatus, cap. cum seculum, & ibi gloss. verb. emptorum, de iurepatr. iurispatronatus.

Primo modo transfertur iurispatronatus successione, quando scilicet cum vera vniuersitate venit, id est, hereditate, in qua quis succedit, tunc enim transfertur accessoriè, Cardinal. Mantie. Rot. decis. 140. num. 2. Cardin. Tusch. præct. concl. lit. 1. conclus. 612. in fine, [me citato in hoc loco Castro Palao d. disp. 2. puncto 4. n. 2.] & sic transmittitur ad heredes siue sint sui, siue extranei, siue succedant ex testamento, siue ab intestato, Clem. plures, de iurepatr. Bonacol tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 5. n. 36. pag. 170. Spin. in speculo testam. gloss. 4. princip. n. 46. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 4. collect. 1025. Cardin. Pereira de empt. c. 12. n. 16. Vgolim. de potest. Episcopi c. 51. in princip. num. 6. vers. tertio, Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 2. c. 6. num. 25. vers. secundo, & me citato in hoc loco Vitian. d. lib. 4. c. 2. num. 1. Marant. in repet. h. is potest, num. 33. ff. de acquirend. heredit. vbi

4 ubi etiam resoluit, quod si non potest filius renun-
 tiare hereditati paternae, & retinere iuspatronatus
 Ecclesiae, imo renunciando hereditati, perdit illud,
 quia transit cum vniuersitate bonorum. Sic etiam
 5 si bonorum possessor succedit in iurepatronatus, cum
 sit ut haeres, §. quos autem, ff. de bonorum posses-
 sione, Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 2. quæst. 2.
 6 art. 24. si hinc etiam curator hereditatis iactis potest
 presentare ad beneficium iuspatronatus dictæ hæ-
 reditatis, Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Nea-
 pol. p. 1. decis. 11.
 7 An autem iuspatronatus hereditate vendita in
 emptorem transeat? Quæstio est dubia, in qua com-
 munitis sententia tenet transire, ex dict. cap. ex litte-
 ris, & cap. cum seculum, quia hereditas est quid vni-
 uersum, l. bonorum 2. ff. de verborum significat. l.
 hereditas, ff. de petitione hereditatis, ita Molin. de
 primog. lib. 1. cap. 24. num. 25. Couar. lib. 2. variar.
 cap. 18. num. 8. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ec-
 cles. resol. 162. num. 2. ubi dicit ita tenuisse Rotam,
 Gratian. Crass. Marc. Anton. Genuens. Mozzi.
 Paul. de Ciudadinis, Lambert. & alios, quos refert
 Nicol. Garc. de benef. par. 5. cap. 9. num. 11. Verum
 8 contraria sententia verior est eo, quod si licet
 iuspatronatus transeat cum vniuersitate bonorum,
 cui adhæret, etiam sine speciali expressione, non ta-
 men transit cum vniuersitate, in qua rerum parti-
 cularium, seu singularium est necessaria specifica
 traditio, sicut est quando venditur hereditas, l. qui
 ribi, C. de hered. vel actio. vendit. Quare hanc sen-
 tentiam sequuntur Emman. Cost. in cap. si pater,
 verb. Trebellianice num. 7. de testam. lib. 6. Spin. d.
 gloss. 4. num. 116. Cald. Pereira de nomin. emphyteu-
 sis quæst. 2. 1. num. 53. Soar. de resign. lib. 4. de simo-
 nia, cap. 28. num. 12. & 17. plures per Cened. ad
 Decret. collect. 5. num. 2. sequitur Garcia d. cap. 9. à
 num. 13. vbi num. 16. intelligit eum alius supra citatis,
 quando iuspatronatus esset de per se principale, &
 distinctum, seu personale: nam si in hereditate, seu
 bonis hereditatis esset villa, seu castrum, cui iuspa-
 tronatus adhæret, & annexum esset, tunc ratione
 villæ, & castri in consequentiam transiret in empro-
 rem hereditatis, ex d. cap. ex litteris, & cap. cum
 seculum.
 9 In fideicommissarium, cui restituta est hereditas,
 non transit iuspatronatus, sed remanet penes hære-
 dem, per l. quis perinde, & l. quamuis, ff. ad Tre-
 bell. ita tenent Roch. de iurepatron. verb. ipse, vel is,
 à quo, quæst. 9. Molin. d. lib. 1. cap. 24. à num. 5. alter
 Molin. de iustit. tractat. 2. disp. 188. ad finem, Cam-
 mil. Borrel. in summa omnium decisionum tit. 32. num.
 63. Lustranus noster Benedic. Ægid. ad l. 1. C. de
 sacrosanctis Ecclesiis par. 5. §. 1. num. 18. Peregrin.
 de fideicommissis, art. 6. num. 37. Cened. d. collect. 5.
 num. 4. Nicol. Garc. d. cap. 9. num. 17. vbi num. 18.
 intelligit si iuspatronatus sit personale, & non an-
 nexum bonis. [nouissimè me citato in hoc loco
 Castr. Palao d. disp. 2. puncto 4. num. 4.]
 10 Quæ supradicta ad propositum nostrum accom-
 modans sic intelligit, ubi iuspatronatus cum vniuer-
 sitate, siue hereditate transfertur in heredem, vel
 quia succedit, vel quia emittit hereditatem, in qua
 erat villa, seu castrum, cui iuspatronatus annexum
 existerat, tunc consensus Episcopi non requiritur,
 d. cap. ex litteris, cap. cum seculum, & ibi Abb. de
 iurepatronatus, Viuian. in praxi iuspatronatus par.
 1. lib. 4. cap. 1. num. 2. si in aliis verò casibus, in
 quibus iuspatronatus transfertur de per se, vel inter
 viuos ex contractu, aut donatione, distinguendum
 est inter translationem, quæ fit in Ecclesiam, vel lo-

cum religiosum, & illam, quæ fit in laicum, itaut
 ex contractu in Ecclesiam, vel locum religiosum va-
 leat iuspatronatus translatio sine Episcopi consen-
 su, cap. illud, de iurepatronatus, cap. vnic. eodem tit.
 lib. 6. Viui. tom. 1. commun. opinio. lib. 1. tit. 4.
 num. 9. pag. 167. Stephan. Gratian. disceptat. forens.
 cap. 177. num. 3. Soar. d. lib. 4. de simonia cap. 28.
 num. 15. Viuian. d. lib. 4. cap. 1. num. 16. in 2. edit.
 [Spina conf. 26. num. 2. Greg. Lopez l. 8. verb. otor-
 gamiento tit. 15. par. 1. Sanch. consil. moral. lib. 2.
 cap. 3. disp. 76. num. 3. Molin. de primog. lib. 1. cap.
 24. num. 13. me citato in hoc loco Duran. decis. 463.
 num. 3. par. 2.] si autem fiat translatio in laicum,
 non valet sine Episcopi consensu, d. cap. vnic. à princ. à
 contrario sensu, Matic. decis. 86. n. 5. Rota apud Farin.
 p. 1. recent. decis. 686. n. 3. Viuian. d. p. 1. lib. 1. c. 1. n. 24.
 [Seraph. decis. 1312. num. 1. vbi tenet quod dona-
 tio iuspatronatus Ecclesiastici facta laico non valet
 adhibitis solemnitatibus in alienatione requisitis, &
 ex causa euidens vtilitatis.] Idem est si ex vltima
 voluntate iuspatronatus transferatur ex titulo parti-
 culari, puta ex legato, quia si legetur Ecclesiae, non
 requiritur consensus, qui tamen accedere debet, si
 fiat laico, vel clerico recipienti nomine proprio,
 Abb. in dict. cap. cum seculum, num. 6. & in dict.
 cap. illud, num. 4. de iurepatronatus. Viuian. d. par. 1.
 lib. 4. cap. 1. num. 5. aliàs num. 18. secundum no-
 uam impress.
 Ratio autem quare consensus prædictus requira-
 13 tur in tali translatione est, vt aduertat Ordinarius an
 interuenit labes simoniaca, Abb. in d. cap. illud,
 num. 6. Vel quia sicut in fundatione referatur
 iuspatronatus cum dicto consensu ex gratia, & sic
 fit capax laicus iuspatronatus, ita in translatione
 per dictum consensum inducitur dicta capacitas in
 eum, in quæ fit translatio, Viuian. d. par. 1. lib. 4. cap.
 1. num. 6. & num. 7. resoluit si non requiri consen-
 14 sum Capituli copulatiuè, cum consensu Episcopi,
 & num. 10. quod si talis consensus semper debet
 15 esse expressus, nisi scienter admissus ab Ordinario
 fuisse, & num. 12. quod si talis donatio si fit facta
 16 sine Episcopi consensu, legitima præscriptione præ-
 sumitur, per cap. cura, de iurepatronatus, & num. 15.
 quod si huiusmodi consensus debet esse Episcopi
 17 illius diocesis, in qua fit est Ecclesia, & num. 18.
 per text. in d. cap. cura, de iurepatron. quod si con-
 18 sensus Episcopi ex post facto potest adhiberi, quod
 etiam tenent Camp. in diuers. juris Canon. rub. 1. 1.
 cap. 13. num. 361. Flamin. de resignat. lib. 8. quæst. 10.
 num. 7. & 8. Menoch. de præsumpt. lib. 6. quæst. 34.
 num. 14. cum sequentibus, Viuian. d. lib. 4. cap. 1. num.
 36. in 2. edit. Nam si ubi consensus requiritur in
 19 aliquo actu, sufficit, quod quocumque præste-
 tur cum siue præcedat, siue sequatur, actus semper
 sit validus, Anton. Gomez. l. 53. Tauri. num. 6. Ti-
 raquel. de iure mar. gloss. 6. à num. 1. Flamin. d. lib. 8.
 quæst. 8. n. 105. Cald. Pereira de extrin. emphyt. cap.
 11. num. 7. Viuian. d. lib. 4. cap. 11. num. 36. in 2.
 edition.
 Secundo modo transit iuspatronatus de vno in
 20 alium per donationem, gloss. in cap. pie mentis, 16.
 quæst. 7. & est text. in cap. ex infirmatione, vbi gloss.
 verb. liberaliter, & in cap. nullus, de iurepatronatus,
 Tiraquel. in l. si vniquam, verb. donatione largiu,
 num. 353. Vgolin. d. cap. 5. 1. in princip. num. 6. vers.
 quarto, [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto
 4. num. 7.] Francisc. Leo d. cap. 6. num. 25. vers. tertio,
 Lambertin. lib. 1. parte 2. quæst. 4. art. 1. [Duran. de-
 cis. 407. num. 6.] Monet. de commutat. vltim. vo-
 lunt. cap. 11. num. 213. Card. Seraph. decis. 725.
 vbi

vbi resoluit, quod in donatione omnium bonorum,
 iurium, & actionum venit iuspatronatus, quod etiam
 tenet Aloyf. Ricc. contra Lambert. & alios in dicta
 praxi rerum fori Ecclesiast. resol. 147. per totam, &
 resol. 162. num. tertio.
 22 In donatione generali facta à Rege non venit
 iuspatronatus, nisi de eo specifica fiat mentio, Cabed.
 Lusit. decis. 27. num. 10. par. 2. & de patronat. Regia
 Corona cap. 3. num. 3. Bened. Ægid. in reper. l. 1. C. de
 sacros. Eccles. par. 5. §. 2. num. 18. vers. 3.
 23 In hac iuspatronatus donatione si fiat de laico in
 laicum, necessarid interuenire debet Episcopi con-
 sensus, Mantic. decis. 80. num. 5. Rota apud Farin.
 decis. 257. num. 1. par. 2. recent. & decis. 576. par. 1.
 recent. aliàs sine dicto consensu non valet, [Lam-
 bertin. de iurepatron. lib. 1. par. 2. quæst. 1. art. 2. num.
 3. & art. 4. per tot. Roch. in simili tract. verb. pro
 eo, num. 4. & seq. & num. 7. Caputaq. decis. 131.
 num. 3. par. 2. Rota decis. 555. num. 1. par. 1. re-
 centissim. in posthum. & ibidem decis. 606. per tot.
 Ciardin. controvers. for. lib. 1. cap. 107. num. 84.]
 Seraph. decis. 884. num. 1. Borrell. d. tit. 32. num. 3.
 24 si quam quidem Capitulum Sede vacante confir-
 mare non potest, ex resolutis per Stephan. Gratian.
 25 discept. forens. cap. 303. num. 10. cum seqq. si Vica-
 rius Episcopi quamuis iuspatronatus donationi
 absque speciali facultate auctoritatem interpone-
 re non possit, vt dixi alleg. 54. num. 75. [quibus
 addo Rota d. decis. 555. num. 1. in fin. me citato
 in hoc loco Ciardin. d. cap. 107. num. 84.] si tamen
 de facto interfuerit, præstabit titulum ad præ-
 scribendum, Seraph. decis. 884. num. 2.
 26 Si verò donatio fiat Religiosis per patronum etiã
 laicum, huiusmodi consensus non requiritur, d. cap.
 illud, de iurepatronatus, d. cap. vnic. eodem tit. in 6.
 Viui. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 4. num. 9. pag. 167.
 Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 20. quæst. 5.
 27 Stephan. Gratian. d. cap. 177. num. 3. si autem
 fiat ab Ecclesia alteri Ecclesiae, requiritur dictus con-
 sensus, quia sine illo Ecclesia alienare non potest,
 cap. sine exceptione, 12. quæst. 2. quod solum proce-
 dere si donatio fiat laico, dicunt decisum Seraph.
 decis. 1312. Viuian. d. par. 1. lib. 4. cap. 1. num. 14.
 28 In donatione tamen, qua vnus patronus alteri
 patrono locio ius suum cedit, remittit, vel renunciat,
 non est necessarius Episcopi consensus, [Achil. decis.
 10. de iurepatron. Caputaq. decis. 284. p. 1. & decis.
 131. par. 2. Rot. apud Postium post tract. mandati
 de manu. decis. 239. num. 5. & decis. 332. num. 9.
 Coccin. decis. 464. num. 8.] Cald. Pereira de resol.
 emphyt. cap. 8. num. 3. Caputaq. decis. 284. par. 1. &
 decis. 131. num. 4. par. 2. Camp. in diuersorio Iuris
 Canon. rubr. 11. cap. 13. num. 368. Piafec. in praxi
 noua Episcop. par. 2. cap. 5. num. 9. vers. descendentes,
 Verall. decis. 311. num. 1. par. 2. Farin. par. 1. tom. 1.
 decis. 707. num. 4. Viuian. d. par. 1. lib. 4. cap. 1. n. 13.
 vbi dicit tutius esse in hoc casu consensum adhibere,
 Azor. d. par. 2. cap. 20. quæst. 9. Zerol. in praxi Epi-
 scop. par. 1. verb. iuspatronatus, §. 2. vers. secundum
 29 dubit, vbi dicit, quod si licet possit fieri donatio cõ-
 patrono sine consensu Episcopi, non tamen filio
 compatroni sine illius consensu, optimè Cald.
 Pereira d. cap. 8. num. 3. & de potestate eligendi cap.
 1. num. 24. quia filius in vita parentis, qui est patro-
 nus non reputatur cõpatronus. si Quinimò & posse
 30 compatronos inter se conuentiones, permutationes,
 donationes, & cessiones facere absque Episcopi con-
 sensu probat text. in Clem. 2. de iurepatron. & ibi
 gloss. verb. liberè, Peregr. conf. 87. num. 6. vol. 3.
 [Achil. decis. 10. de iurepatron. Caputaq. decis. 284.
 Barbof. de Episcopo Pars III.

par. 1. & decis. 131. par. 2. Rota in Lucana iuspa-
 tronatus 18. Iunij 1628. coram Reuerend. Pat.
 Dom. Dunozzetto] Gonz. ad reg. 8. Cancell. gloss.
 45. §. 1. num. 58. cuius glossæ auctoritate posse hæ-
 redes sua auctoritate, absque Superioris consensu
 facere concordiam de alternis vicibus presentando
 Rectorem resoluunt Tiraq. de iure prim. quæst. 17.
 opin. 6. num. 9. Azeued. l. 9. num. 2. tit. 6. lib.
 1. noua recop. Cened. ad Sextum collectan. 7. nu-
 mero 2.
 Tertio modo iuspatronatus de vno in alium per
 permutationem transit, quod si in laicum transfe-
 ratur, Episcopi consensus requiritur: secus verò si
 in Ecclesiam, aut clericum nomine Ecclesiae, Azor.
 d. cap. 20. quæst. 7. Roch. de iurepatron. in verbo ip-
 se, vel is à quo, quæstion. 16. num. 28. Viuian. d. par.
 2. lib. 4. cap. 3. Monet. de commut. vltim. volunt. cap.
 11. num. 211. Ita etiam in cessione idem resoluit
 Brunor. à Sole in locis commun. verb. ius, num. 15.
 si Qui quidem consensus in hac permutatione, vel
 32 donatione ab Episcopo præstandus, potest per inter-
 ritium permutantis, vel donantis concedi, & co tem-
 pore imperitus, est ad eò validus, quod presentatus
 postea à donatario præferatur presentato à donantis
 hærede, Gail. in reper. cap. fin. colum. 39. de elect. in
 6. Put. decis. 16. num. 2. lib. 2. Campanil. d. cap. 13.
 num. 372.
 Quarto modo transfertur iuspatronatus de vno
 in alium per venditionem veræ vniuersitatis, in qua
 sit iuspatronatus, vel cui inseparabiliter adhæreat,
 cap. ex litteris, de iurepatronatus, Spin. dicta gl. 4. n.
 111. Soar. dict. lib. 4. de simonia, cap. 28. num. 12.
 cum sequentibus, & à num. 18. Surd. de aliment. tit.
 9. quæst. 22. num. 27. & 28. Viuian. dict. par. 1. lib. 4.
 cap. 5. Menoch. de præsumption. lib. 3. quæst. 90. num.
 25. Couar. lib. 1. variar. cap. 13. num. 3. & 4. Gregor.
 l. 68. verb. tal villa, tit. 18. par. 3. Cened. ad decretal.
 collect. 5. Menoch. conf. 90. num. 118. & 125. Mol-
 lin. de iustit. tract. 2. disp. 620. num. 6. Rota in
 vna Toler. iurispræsentandi secunda Iunij 1612. coram
 Illustriss. Patriarcha Manzanedo apud Farinac.
 decis. 399. par. 1. recentior. Nicol. Garc. d. cap. 9.
 num. 19. [Lotter. de re benefic. lib. 2. quæst. 9. ex
 num. 45.] Nam si iuspatronatus vendi, seu alienari
 potest sub bonorum generalitate, Cald. Pereira de
 34 renouat. emphyteusis, quæst. 21. num. 53. Soar. d. cap.
 28. num. 12. & 17. Cenall. communium contra com-
 munes tom. 4. quæst. 897. à num. 559. [non tamen
 bona ipsa carius vendi possunt ob iuspatronatus illis
 annexum, itaut non possit hæres illud tradere alteri
 in compensationem maioris portionis, quam accipit,
 nec alia ratione deduci potest in pactum, vel contra-
 ctum onerosum, præbuen. in sum. verb. iuspatronatus
 num. 7. & 8. Vgolin. de simon. tab. 1. cap. 49. §. 2.
 num. 5. Soar. d. c. 28. num. 13. Filiuc. in quæst. mor-
 ral. tract. 45. c. 6. quæst. 9. num. 15. Ripa de simon.
 par. 1. art. 4. num. 41.] si per se tamen vendi non
 35 potest: nam tunc suo iure priuatur, & Ecclesia re-
 manet libera, & ibi gloss. & Abb. n. 6. de iurepatron.
 [gloss. & Doctores in cap. præterea cl. 1. de
 transact. & in cap. querela, de simon. Roch. de
 iurepatron. verb. vtile num. 9. Lambertin. in si-
 mili tractat. lib. 1. par. 2. quæst. 1. princ. art. 12.
 num. 17. & quæstion. 4. art. 3. & lib. 3. quæst. 9.
 art. 6. Rodoa. de simon. par. 3. c. 12. num. 22.
 Suar. de Relig. tom. 1. lib. 4. de simon. cap. 28.
 num. 7. & sequentibus, Fernandez in examina-
 Theolog. moral. par. 3. cap. 14. §. 1. num. 27.
 Bonacin. de simon. quæst. 4. §. 11. ex num. 3.
 Ripa in simili tract. par. 1. artic. 4. num. 37.]
 K K E E

Et excommunicari debent si personæ singulares vendiderint, si verò Vniuersitates sint, interdicto subiecti, Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 9. *verf. hoc editum*, Vgolin. d. cap. 15. §. 1. num. 3. Et vterius in tali venditione, simonia committitur, cap. de iure, de iurepatronatus, Azor. d. cap. 20. quæst. 8. Soar. d. lib. 4. de simonia cap. 28. num. 17. cum seqq. Viuiam. dicto cap. 5. num. 5. Rebuff. in commentar. ad l. conuentionem, 29. ff. de verborum significat. *verf. item si vendatur*, pag. 169. in princip. vbi etiam resoluit, quod si vendatur villa & iuspatronatus, licet non valeat venditio quoad iuspatronatus, valebit tamen quoad villam, cum vtrumque æquè principaliter vendatur, & vno deficiente alterum non extinguatur, de quo etiam Roch. *verb. ipse, vel is à quo*, num. 52. Viuiam. dict. par. 1. lib. 4. cap. 5. num. 12. [Bonacina, Ripa, & alij loca supra citatis.] Et si iuspatronatus sicut principaliter vendi non potest, ita nec actio ad ipsum, Aloyf. Ricc. d. *praxi resolut.* 193. [Vtrum autem si in venditione villæ, aut castri, cui adheret iuspatronatus, illud exprimat, simoniaca sit venditio? vide Ripam d. art. 4. n. 40.]

38 *Primo* amplia resolutionem prædicti quarti modi procedere in translatione villæ, vel castri dati in dotem, cum quo transit iuspatronatus illi annexum, vt per Palac. in *repet. cap. 5. 4. in princip.* Bacc. de decimationum, cap. 25. num. 19. & *tract. de non meliorandis filiabus* cap. 26. num. 1. Tiraquel. *post leges communiales*, glof. 9. num. 7. Molin. d. lib. 1. cap. 24. num. 3. Menoch. *consil.* 66. num. 27. D. Barb. in l. diuortio, §. si vir, num. 55. cum sequentibus. ff. *solutio matrim.* Perez l. 1. tit. 6. lib. 1. *Ordinam.* pag. 144. Nicol. Garc. de *benefic. par. 5. cap. 9. à num. 149.* remissiuè Azucud. l. 9. n. 4. tit. 6. lib. 1. *pona recop.* l. 7. n. 2. tit. 3. lib. 6. Mantica *Rote decif.* 140. num. 13. Viuiam. d. par. 1. lib. 4. cap. 7. num. 6.

39 *Secundo* amplia in sequestratione villæ, vel castri, cui est annexum iuspatronatus, quia cum illo transit iuspatronatus; et si durante sequestro vacauerit beneficium, cuius electio, vel presentatio ad sequestrationem villam pertinebat, sequester ad illud beneficium vacans eligere, vel presentare potest, ita Doctor. in *cap. examinata*, vbi Innocen. num. 1. & Felin. num. 10. de *iudic.* idem Felin. in *cap. cum Bertoldus*, num. 30. de *re iudic.* Gigas de *personis*, quæst. 72. num. 3. Roch. d. *verb. ipse, vel is*, num. 71. Corral. lib. 3. *miscellan. cap. 2. num. 16.* & in *paraphrasi Sacerdotum par. 2. cap. 6. à num. 2.* Rebuff. in *tract. nominat.* quæst. 14. num. 76. Gutier. de *tucelis par. 3. cap. 7. num. 18.* Doctor Sahagun in *cap. fin. de sequestrat. possessionis à num. 56.* Azor. d. par. 2. lib. 6. cap. 25. quæst. 17. Valel. Reginald. in *praxi fori penitent. lib. 30. tract. 4. num. 245.* citati per Ceual. quamuis ipse contrariam opinionem veram, & receptam dicat, *communium contra communi.* quæst. 740. à num. 3. cum sequentibus. Cened. d. *collect. 5. num. 10.* & *præcticar. ac canon. quæst. lib. 1. quæst. 10. per totam*, vbi num. *ult.* resoluit tunc demum sequestrum habere ius presentandi, quando est sequestratum, vel apprehensum ius, aut dominium alicuius, cui est annexum iuspatronatus, tunc enim cum nullus reperitur dominus directus rei apprehensæ, sed litigantes ab illius possessione expellantur, sic vt consilium Ecclesiæ vacanti, merito sequester presentare potest. Secus verò quando nec dominium, nec proprietates, sed fructus illius, vt pignori obligati, sequestrantur, eo enim casu cum remaneat verus dominus, non presentabit sequester, nec pignorat, quod sic procedit text. in *cap. cum Bertoldus, de sentent. & re iudic.*

40 *Tertio* amplia in usufructuario omnium bonorum

hæreditarium, quia cum in hereditate sit iuspatronatus, debet ipse presentare, Menoch. *conf.* 66. num. 26. Cened. d. *collect. 5. num. 5.* Lambertin. lib. 1. par. 2. quæst. 9. art. 3. Viuiam. par. 1. lib. 4. cap. 7. num. 6. Aloyf. Ricc. in *decif. Curia Archiep.* *Tricapol. p. 1. decif. 23.* Borrell. d. tit. 35. num. 239. [nouissime Alphonsi de Leone de officio Capellani q. 4. praxi 3. num. 239.]

41 *Quarto* amplia in conductione, feudo, vel emphyteusi alicuius Vniuersitatis, vel villæ, cui est annexum iuspatronatus, quia accessoriè cum vniuersitate data in feudum, vel emphyteusim transferuntur iuspatronatus. Ioseph. Ludouic. tom. 3. *communium opinion. tit. de iurepatron. concl. vni. verf. acquiruntur etiam*, pag. mibi 534. col. 2. Cened. d. *collect. 5. num. 10.* Viuiam. d. par. 1. lib. 4. cap. 6. vbi tamen num. 4. cum Abb. in *cap. querelam*, num. 19. de *electio.* resoluit, quod si Parochiani debent presentare Parochum, cum non debent presentare conductores domorum in Parochia existentium, sed domini locatores, qui habent iuspatronatus ex præsumpta fundatione, constructione, seu dotatione, nisi consuetudo sit in contrarium.

42 *Quinto* amplia in præscriptione vniuersitatis bonorum, cui annexum est iuspatronatus, quia præscripta vniuersitate, præscribitur & iuspatronatus illi adherens, Felin. in *cap. causam*, num. 8. de *prescription.* Roch. *dict. verbo ipse, vel is à quo*, quæst. 36. num. 81. cum seqq. ¶ Præscriptio tamen vno fructu iuspatronatus, puta presentationis, vel alterius honoris, vtilitatis, vel oneris, non intelliguntur præscripti alij fructus, quibus usus non est præscribens, Lambertin. lib. 1. par. 2. quæst. 11. art. 4. Viuiam. d. par. 1. lib. 4. c. 8. num. 3. vbi n. 4. quod ad hoc, vt præscribatur iuspatron. requiritur tempus quadraginta annorum ex actu continuato, & quod præscribens sit in bona fide, cum scientia, & patientia domini, contra quem præscribitur. In iurepatronatus regio non procedit, quia hoc præscribi non potest, Cabed. *Lustr. decif.* 65. num. 3. par. 2. & de *patron. Regie Coronæ*, cap. 7. num. 5. Hodie autem seruari debet decretum Concil. Trident. sess. 25. de *reform. cap. 9.* vbi iuspatronatus debet ostendi ex fundatione, seu dotatione, siue ex multiplicatis presentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, aliæve secundum iuris dispositionem, vt alleg. seq. ostendam.

43 *Sexto* amplia in publicatione omnium bonorum, seu vniuersæ hæreditatis patroni delinquentis facta, etiam per iudicem secularem, nam publicando bona, quibus iuspatronatus est annexum, dicitur quoque indirectè, & accessoriè iuspatronatus publicari, & in Fiscum transire, qui Fiscus adueniente vacatione vice patroni banniti, cuius fuerunt in Fiscum incorporata omnia bona, presentat Rectorem ad vacantia beneficia, sed quia resolutio hæc aliquas patitur declarationes, quas in presenti tractare non est meum, poterit lector pro pleniori illius explicatione consulere Clar. §. *fin. quæst. 78.* num. 8. Roch. *dict. verbo ipse, vel is*, quæst. 29. num. 69. Emman. Soar. *recept. sent. verb. Patronatus ius*, Molina *dict. cap. 24. à num. 26.* Viuiam. tom. 2. *commun. opinion. lib. 9. tit. 31. num. 2.* Perez d. l. 1. glof. *si el que fuere*, quæst. 8. Costa d. *verb. rebellianice*, num. 7. Spino d. glof. 4. num. 115. Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 44. num. 24.* Surd. de *alimentis*, tit. 9. quæst. 2. num. 28. D. Sahag. in *cap. quanto*, de *iudic.* à num. 27. Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 8. cap. 12. quæst. 9.* Farin. in *de praxi crimin. par. 1. quæst. 25. num. 151.* & de *heresi*, quæst. 190. §. 1. num. 24. Nicol. Garc. *dict. cap. 9. à num. 25.* Viuiam. in *praxi iurispatron. par. 3. lib. 15. cap. 2.* Sanch. in *precepta Decalogi lib. 2. cap. 19.*

cap. 19. per totum, Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici par. 2. cap. 6. num. 36. Rot. *decif.* 53. num. 5. par. 1. *recent. Lotter. in suo tract. de re benef. lib. 2. quæst. 14. num. 21. cum multis seqq.* vbi num. 26. post D. Coccin. *decif.* 232. num. 1. resoluit iuspatronatus annexum alicui castro, confiscato castro transire in Fiscum laicum ratione annexionis, & num. 28. & 29. post Rot. & D. Coccin. *citatis locis*, docet quòd quando non adest huiusmodi annexio, patronatus minimè transit in Fiscum laicum, & num. 30. disputat an Ecclesia hinc acquirat statum libertatis.

46 In casibus supradictis vbi iuspatronatus cum vniuersitate, villa, vel castro ad alium transferuntur, non requiritur Episcopi consensus, per text. in *cap. ex litteris*, & in *cap. cum seculum*, vbi Abb. de *iurepatron.* Monet. de *commut. ult. volunt. cap. 11. à num. 210.*

ALLEGATIO LXXII.

Episcopus quando debeat presentatos à Patronis instituere?

S V M M A R I V M.

- Instituto propriè, per quam presentatus à patrono instituitur, dicitur translatio iuris non libera à superiore facta, ex qua plenum ius datur instituto.
- Requisita ad institutionem obtinendam sunt beneficij vacatio, existentia iurispatronatus, habitus presentati, & presentatio facta in tempore.
- Presentatio in beneficio iurispatronatus fit per patronos, quando Ecclesia vacat.
- Reges Lusitania consueverunt & solent promittere commendas vacaturas, vel presentare aliquem in Ecclesia sui patronatus in genere.
- Patronus in habitu habet ius presentandi, illud tamen non habet in actu, nisi à tempore vacationis.
- Promissio facta per patronum de beneficio vacaturo, per mortem beneficiarij non conualescit.
- Vacatio beneficij propriè, & vere per mortem Recloris fit.
- Mors omnia soluit.
- Vacat per renunciationem beneficium, per quam amittitur omne ius in eo competens.
- Permutatio facta de beneficio iurispatronatus sine patroni consensu venit annullanda.
- Consensus patroni requisitus in renunciatione beneficij iurispatronatus potest præstari ante & post provisionem.
- Beneficium vacat ob delictum Recloris, priuationem, seu depositionem inducens.
- Beneficium primum vacat ipso iure per ademptionem secundi incompatibilis cum eo, itant patroni possint presentare.
- Beneficium primum quando vacet per affectionem secundi renouatur.
- Patroni semper possunt presentare ad beneficium sui iurispatronatus quomodocumque vacet.
- Vacationis tempore ille habet Ecclesiæ custodiam, qui habet ius instituendi.
- Custodia Ecclesiæ tempore vacationis spectat ad patronos Ecclesiasticos.

- Custodia Ecclesiæ pertinet ad Episcopum, quando patroni sunt laici.
- Custodia Ecclesiæ Parochialis cuiuscumque iurispatronatus in vacatione ipsius hodie per Concil. Trident. commendatur Vicario ab Episcopo constituendo, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur.
- Iurispatronatus titulus ex fundatione, vel dotatione debet esse, qui ex authentico documento, & aliis à iure requisitis ostendatur.
- Probationes in iurepatronatus quare tam exacta requirantur, ostenduntur.
- Authenticum documentum est publica scriptura, cui creditur sine aliquo adminiculo & iure, aut consuetudine speciali.
- Scriptura publica dicitur, quæ conficitur per actuarium, seu iudicem, cum duorum, vel trium subscriptione, aut presentia.
- Scriptura authentica ad probandum iuspatronatus requisita censetur Bulla Episcopi, seu consensus in scripto datus ad fundandum, construendum, seu dotandum.
- Probatio iurispatronatus per authenticas scripturas est facienda, itant per testes non sufficiat.
- Testium attestaciones in actis redactæ censentur authentice scripturae, ita quod per illas intelligatur satisfactum dispositioni Concilij (sess. 25. de reformat. cap. 9.
- Scriptura vt dicatur authentica, debet continere omnia requisita à iure necessaria tam in constitutione, quam in extractione.
- Iuspatronatus probatur ex fundatione, vel dotatione per antiquissimum tempus cursum.
- Iuspatronatus ex fundatione probatum presumitur, probata immemoriali, licet hoc non appareat.
- Presentaciones multiplicatæ probant iuspatronatus, dato etiam quod essent interpolatæ, & non successiue.
- Presentaciones multiplicatæ dicuntur ad minus due.
- Pluralis locutio duorum numero est contenta.
- Dictio, multum, verificari potest in duobus secundum subiectam materiam.
- Constitutio iuris communis restrictiua, seu correctoria, ita est interpretanda, vt minus ledat ius commune, quam fieri possit.
- Antiquum in materia probationis illud dicitur, quod excedit tempus centum annorum.
- Tempus immemoriale probari potest memoria quadraginta annorum, & quod de reliquo tempore testis deponat secundum auditum & famam.
- Testes ad probandum tempus immemoriale debent esse saltem etatis 54. annorum.
- Probatio temporis immemoralis quando fit per scripturas & instrumenta, centum requiruntur anni, si vero per testes, sufficiant sexaginta.
- Immemoralis per testes non dicitur sufficienter articulata, si testes non dicant, quod non audierunt, nec viderunt contrarium.
- Iuspatronatus plene probatur ex pluribus enunciativis antiquiorum instrumentorum à centum annis, & circa, etiamsi enunciativæ haberent originem ab eisdem patronis, & personis suspectis.
- Verba enunciativa in antiquis plene probant.
- Iuspatronatus etiam secundum iuris dispositionem probari potest.

- 43 *Inspatronatus per fumam concurrente longifona presentandi possessione probari potest.*
- 44 *Fama sola non sufficit ad probandum inspationatus, sed debent concurrere alie coniectura in antiquis.*
- 45 *Inspatronatus in dubio presumitur ex fundatione, dotatione, vel constructione.*
- 46 *Inspatronatus non probatur ex certo subsidio alicui tanquam patrono praestito.*
- 47 *Littere institutionales Antistitum probant inspationatus.*
- 48 *Libri visitationum non sufficiunt ad probandum inspationatus.*
- 49 *Sententia Episcopi, qua indicavit ad presentationem alicuius patroni beneficium pertinere, non probatur inspationatus, nisi antiqua sit.*
- 50 *Littere maiuscula inscripte in lapide posito & publico ab immemoriali tempore citra plene probant inspationatus.*
- 51 *Scripturae incisae in lapidea columna plenam fidem faciunt.*
- 52 *Lapides, seu columnae, quibus littera incisae sunt, probant consuetudinem.*
- 53 *Chronica, quibus a maioribus nostris fides communiter adhibita est, credere debemus.*
- 54 *Probatio, quae requiritur in inspationatus, quod ex usurpatione presumitur, ostenditur.*
- 55 *Præsentationes continuatae, quae omnes effectum sortitae sint, de substantia requiruntur in probatione inspationatus, quod ex usurpatione presumitur.*
- 56 *Præsentationes effectum sortiri dicuntur, si sint confirmatae.*
- 57 *Possessio quinquagenaria, quae per scripturas authenticas requiritur in probatione inspationatus ex usurpatione, non potest fieri per testes.*
- 58 *Forma dat esse rei, & ad unquam est seruanda.*
- 59 *Anni quinquaginta possessionis, quae per scripturas authenticas requiritur in probatione inspationatus ex usurpatione, debent sumere initium ab illo die, quo apparet factam fuisse primam presentationem, usque ad diem luis postremo mortis.*
- 60 *Scripturae authenticae non solum exiguntur in probandis presentationibus continuatis, verum etiam in probatione effectuationis.*
- 61 *Inspatronatus ex usurpatione presumitur in potestate.*
- 62 *Inspatronatus in Vniuersitatibus, etiam paruis ex usurpatione acquisitum presumitur.*
- 63 *Iurispatronatus usurpatione non presumitur, nisi constet de dolosa occupatione, cuius contrarium in persona potentis, magnatis, vel vniuersitate censuit Sacra Congregatio, & Rota Romana.*
- 64 *Inspatronatus ex usurpatione acquisitum non presumitur, si non totius vniuersitatis, sed illius partis esse pretendatur.*
- 65 *Personae potentes, in quibus usurpatione inspationatus presumitur, sunt Imperator, Reges, Infantes, Barones alique magnates, prout in quilibet de familia Romana Præsinorum, vel Columnae.*
- 66 *Inspatronatus priuatorum non admittit praesumptionem usurpationis.*
- 67 *Inspatronatus dicitur priuatorum, quando patroni non sunt domini temporales loci, ubi fundatum est.*
- 68 *Probatio, quam exigit Concil. Trident. in inspationatus ex usurpatione acquisito, non requiritur, si agatur non contra Ecclesiam, sed inter ipsosmet patronos.*
- 69 *Inspatronatus potest prescribi ab vno contra alium compatronum spatio quadraginta annorum cum titulo colorato.*
- 70 *Successio in inspationatus hereditario iure delata datur in stirpes, & non in capita.*
- 71 *Probatio descendencia patronorum ad effectum presentandi non requiritur stante quasi possessione presentandi.*
- 72 *Presentari possunt in inspationatus omnes, qui prohibiti non reperiuntur.*
- 73 *Laicus est incapax beneficiorum, etiam si incedat in habitum & tonsuram, & communiter reputetur clericus.*
- 74 *Laicus non potest presentari ad beneficium.*
- 75 *Villalaborum familia, nunc Marchionis Astorga in Sede Legionensi ex privilegio Pontificio Canonici sunt.*
- 76 *Nominatio facta per patronos laicos etiam de non clerico ad beneficium est valida.*
- 77 *Laicus ad beneficium non potest presentari, quamuis statim postea sumpserit clericatum, quia Ordo debet necessario precedere.*
- 78 *Capacitas tempore presentationis in beneficiis attenditur.*
- 79 *Seruus non potest presentari, nisi manumissus sit, & fiat clericus.*
- 80 *Infidelis, vti incapax, presentari non potest.*
- 81 *Neophytus, id est, qui initio Sanctae Fidei est eruditione plantatus, non potest presentari.*
- 82 *Irregularis non potest presentari, cum non valeat ad Ordines promoueri, & collatio, seu pronuntiatio de beneficio illi facta nulla.*
- 83 *Illegitimus non potest eligi, nec presentari.*
- 84 *Corpore vitiatum non possunt presentari ad beneficia.*
- 85 *Presentare seipsum non potest clericus patronus.*
- 86 *Summus Pontifex potest solum seipsum eligere.*
- 87 *Procurator constitutus à patrono ad presentandum, non potest ipsum patronum presentare.*
- 88 *Procurator constitutus à patrono ad presentandum non potest seipsum presentare.*
- 89 *Substitutus à procuratore dato ad presentandum, non potest nec patronum, nec suum principalem presentare.*
- 90 *Patronus ad beneficium, in quo habet inspationatus, poterit per Episcopum vocari, & institui.*
- 91 *Patroni plures possunt ex se ipsis vnum nominare, & presentare ad Ecclesiam sui iurispatronatus.*
- 92 *Patronus non potest cum compatronis seipsum presentare, sed presentationi de se factae consentire.*
- 93 *Presentare potest pater filium, auus nepotem, seu alios consanguineos.*
- 94 *Episcopus licet confert beneficium filio legitimo, vel nepoti idoneo.*
- 95 *Donatarius iurispatronatus non potest presentare donatorem, si donatio sit facta pro illa vice.*

- 96 *Excommunicatus beneficium obtinere non potest.*
- 97 *Excommunicatus presentari, seu nominari ad beneficia non potest.*
- 98 *Suspensus non potest eligi, nec presentari ad beneficia.*
- 99 *Interdictus non potest presentari ad beneficium.*
- 100 *Infames ad beneficia eligi, seu presentari non possunt.*
- 101 *Presentari ad beneficia qui ut indigni non possunt, referuntur.*
- 102 *Clerici non ex locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate immotescere debent.*
- 103 *Consuetudo non valet, quod non admittantur ignobiles in Canonicos.*
- 104 *Inhabilis quis indicandus est ad beneficia si talis reperitur tempore presentationis, nec prodest habitus si superueniat.*
- 105 *Presentantes minus idoneum, vel indignum peccant mortaliter, & si sunt patroni Ecclesiastici priuantur ea vice iure presentandi, si autem laici, possunt intra quadrimestre alium presentare, nisi scienter presentauerint.*
- 106 *Procurator nominans indignum ad beneficia, non praedicit patrono.*
- 107 *Mandatum speciale requiritur ad presentandum.*
- 108 *Deuolutio vbi ei locus est non modo ad Episcopum, sed ad alterum quemcumque inferiorem Prelatum sit ad quem spectat collatio, vel institutio.*
- 109 *Prelatus conferens beneficium iure deuolutionis tenetur seruire naturam beneficij.*
- 110 *Presentatus Episcopo personaliter exhiberi debet.*
- 111 *Verbum, representent, proprie significat praesentiam sui facere.*
- 112 *Representare dicitur, qui praebet sensibus corporeis.*
- 113 *Presentatio est exhibitio personae per patronum Episcopo, vel alteri ad quem institutio pertinet, legitime facta.*
- 114 *Presentatio de absente facta non valet, nec ordinarius tenetur presentatum admittere, qui se personaliter non exhibet.*
- 115 *Cap. ea noscitur, de iurispatron. opponitur.*
- 116 *Patronus absens potest per litteras facere presentationem personae, quae cum eisdem Episcopo se personaliter representet.*
- 117 *Presentati cur personaliter, & non per procuratorem se debeant Episcopo presentari, ostenditur.*
- 118 *Presentatum absentem potest Episcopus instituire, si ei notum sit esse idoneum notorie.*
- 119 *Examen in notorie litterato non requiritur.*
- 120 *Examen in Parochialibus praesens necessarium est, nec omitti potest ex eo, quod prouisus notorie dignus sit.*
- 121 *Examen per concursam non requiritur in Parochialibus iurispatronatus laicorum, nisi plures sint presentati.*
- 122 *Examen per concursum requiritur in Parochialibus iurispatronatus Ecclesiastici.*
- 123 *Edictorum affixio in vacatione Parochialis Ecclesiae iurispatronatus Ecclesiastici, adeo est substantialis, ut institutio facta sine ea ipso iure annullatur.*
- 124 *Presentati ad beneficia simplicia, si Episcopo eorum idoneitas nota non sit, à nullo, etiam Apostolicae Sedis Nuncio institui debent, nisi prius fuerint ab Ordinario examinati.*
- 125 *Examinari, & approbati ab Episcopo prius debent presentari, & postea institui ab inferioribus, si ad eos pertineat institutio.*
- 126 *Presentatio à patronis laicis, vel clericis ratione proprii patrimonij facienda est intra quadrimestre, & ab Ecclesiasticis intra semestrem.*
- 127 *Tempus datum ad presentandum est continuum, & currit diebus feriatis.*
- 128 *Inspatronatus Ecclesiasticum quod dicitur, ostenditur.*
- 129 *Mutata conditione personae, & bonorum conditio mutata videtur.*
- 130 *Priuegiatum quod non est, si perueniat ad priuegiatum, amittit naturam antiquam, & efficitur priuegiatum.*
- 131 *Inspatronatus quando est commune, & laici Ecclesiastici, omnes simul ratione communionis habent semestrem ad presentandum.*
- 132 *Inspatronatus mixtum, licet quoad priuegia & commoda dicatur Ecclesiasticum, tamen quoad derogationem censetur laicale.*
- 133 *Iurispatronatus vbi in dubio sit mentio, intelligitur de Ecclesiastico.*
- 134 *Tempus patronis ad presentandum concessum incipit currere secundum veriorum opinionem à tempore scilicet vacationis.*
- 135 *Ignorantia potius presumitur, quam scientia.*
- 136 *Presumptio est pro patrono, ut dicatur presentasse in tempore, & ignorasse vacationem, nisi sciuisse probatum fuerit.*
- 137 *Regi quantumcumque scienti non currit tempus quatuor mensium ad presentandum in beneficiis.*
- 138 *Tempus ad presentandum in beneficiis non currit absenti, vel impedito.*
- 139 *Impedito non currit tempus.*
- 140 *Tempus ad presentandum quando lite pendente super iurispatronatus patroni presentare contententibus currat, ostenditur.*
- 141 *Patronatus vbi per errorem coram Ordinario presentauerit, cum deberet presentare coram inferiore ex praescriptione, vel priuegio, quamuis lapsus sit tempus ad presentandum, poterit iterum presentare ex iusta causa ignorantiae coram habente instituire.*
- 142 *Presentatio si fuit amissa presumitur facta in tempore.*
- 143 *Tempus datum ad presentandum potest Ordinarius in sui praedictum prorogare, non tamen abbreviare.*
- 144 *Presentatio intra tempus datum à iure fieri potest quocumque die etiam feriatis.*
- 145 *Actus extrajudicialis valide sunt diebus feriatis.*
- 146 *Presentatio est actus extrajudicialis, & voluntarius.*
- 147 *Presentatio potest fieri extra territorium & diocesis habentis instituire.*
- 148 *Presentatio coram Episcopo loci, vel coram habente instituire facienda est.*
- 149 *Presentatio quando fieri debet coram Episcopo, Sede Episcopali vacante, fieri potest coram Capitulo.*
- 150 *Beneficium iurispatronatus quando situm sit in consuevis duarum dioecesium, coram quo Episcopo presentatio sit facienda, ostenditur.*
- 151 *Patronus laicus, non autem Ecclesiasticus, potest intra*

- intra quadrimestre ante Episcopi institutionem variare, & plures successivè presentare.
- 152 Patronus clericus potest variare, & alterum presentare sicut laicus, quando presentat ratione sui patrimonij.
- 153 Inspatronatus clericus ratione sui patrimonij equiparatur laicali.
- 154 Presentatio Ecclesiasticorum vim habet electionis, in qua non cadit variatio.
- 155 Presentatus à laico acquirit tantum ius ad rem.
- 156 Patroni laici possunt variare, etiam si procedatur per viam scrupulorum publicato scrutinio, vel etiam si sit patronus ex privilegio, prescriptione, aut alio modo, vel patronatus pertineat ad collegium, vel universitatem laicorum.
- 157 Patronus laicus sicut potest variare, ita eius procurator, nisi haberet tantum potestatem limitatam ad unum presentandum.
- 158 Variatio à patrono, quibus modis fieri possit, ostenditur.
- 159 Variatio est permixta in patronis si presentent cumulativè.
- 160 Patronus, qui presentavit primo unum idoneum, & postea alium indignum, non puniuntur, quia tunc Episcopus primum instituit.
- 161 Patronus potest semel, aut iterum quos vellet cumulando presentare, non autem tertia, vel quarta vice.
- 162 Variare non possunt patroni lite pendente inter presentatos à diversis patronis.
- 163 Patronus Ecclesiasticus sicut non potest variare, ita nec eius procurator, sine cessionario.
- 164 Patronus Ecclesiasticus si post primum presentatum, postea variando alium presentaverit, prima presentatio attenditur, dummodo non presentaverit indignum.
- 165 Presentationis actus ubi non fuit perfectus, poterit tunc patronus Ecclesiasticus iterum canonicè presentare.
- 166 Presentatus à duobus compatronis, uno clerico, alio laico, est instituendus, quamvis laicus variando alium presentare.
- 167 Presentatum si Ordinarius sine legitima causa admittit, patronus non tenetur alium presentare.
- 168 Patroni si sinant labi tempus prescriptum ad presentandum, & non presentaverint, potest Episcopus eo transacto libere de Rectore Ecclesia in Ecclesia providere.
- 169 Mora purgatio non admittitur, ubi executio facta est à iure.
- 170 Episcopus elapso tempore ad presentandum, potest patronum ad presentandum admittit.
- 171 Episcopus presentans intra tempus facit firmam collationem, sed ex patronorum consensu potest irritari, qui si intra terminum non reclamaverint, manet omnino firma collatio.
- 172 Institutio, ac institutio in beneficiis, quibus modis accipiatur in iure, ostenditur.
- 173 Institutio pro investitura, seu missione in corporalem beneficii possessionem accipitur.
- 174 Institutio est concessio Ecclesia, seu beneficii auctoritate legitima Episcopi, vel alterius Ordinarii facta ei, qui est à patrono nominatus, & oblatus.
- 175 Institutio dicitur translatio iuris non libera, à Superiore facta, ex qua plenum ius datur instituto.
- 176 Episcopus solus de iure communi potest presentatos à patronis instituire.
- 177 Episcopi in collatione beneficiorum sua diocesis de iure communi fundatam habent intentionem.
- 178 Instituti facultas potest ab Episcopo specialiter delegari, etiam ante vacationem.
- 179 Episcopi male instituendi culpa patronis non nocet.
- 180 Institutionis nullitas non inficit presentationem factam per patronos.
- 181 Vicarius Episcopi sine speciali facultate potest confirmare electos, & instituire presentatos.
- 182 Capitulum Sede Episcopali vacante, non potest beneficia conferre, quæ ad collationem Episcopi spectant.
- 183 Capitulum Sede vacante potest presentatos clericos à patronis admittit, seu instituire.
- 184 Prelati inferiores ius instituendi possunt habere ex privilegio, prescriptione, seu consuetudine.
- 185 Institutio auctorizabilis prescriptione acquiri potest.
- 186 Declaratur text. in cap. cum satis, de iure patronat.
- 187 Institutio quod spectat ad inferiorem de consensu Episcopi potest in ipsa fundatione conditio imponi.
- 188 Religiosi in Ecclesiis, qua pleno iure eis subiciuntur, pertinent institutio.
- 189 Vicarij perpetui ponendi sunt in Ecclesiis, qua non pertinent pleno iure ad religiosos, sed habent Episcopi institutionem; in his vero, qua pleno iure ad religiosos spectant, possunt ipsi ponere Vicarios ad nutum suum remouibiles.
- 190 Vicarios perpetuos in quibuscumque beneficiis curatis, qua unita reperiuntur, Ordinarij deputare possunt ex Conc. Trid. sess. 7. de reform. cap. 7.
- 191 Tempus à iure prescriptum non designatur habenti instituire, intra quod facienda sit institutio.
- 192 Beneficium non est devolutum ex eo quod Ordinarius distulit instituire.
- 193 Tempus certum per Superiorem assignari potest habenti instituire, infra quod si non instituerit, potest illum compellere.
- 194 Appellari potest ab Episcopo differente instituire sine causa legitima, procedente trina interpellatione.
- 195 Institutio est actus extrajudicialis, & potest fieri die feriato, atque extra territorium, & diocesim.
- 196 Presentatio & institutio quando pertinet ad Episcopos diverso capite, separatè fieri debent, scilicet vero quando ad Episcopum, tanquam Episcopum pertinet presentatio in iure patronatus, vel ad eum ex devolutione devoluitur, quia tunc in eius arbitrio erit unico, vel duplici actu negotium expedire.
- 197 Presentatis pluribus à diversis patronis, ille debet institui, qui à maiori parte sunt presentatos.
- 198 Dignus presentatus à maiori parte patronorum est confirmandus omisso digniori.
- 199 Gratificationi locus est quando duo aequè idonei cumulativè presentati fuerint.
- 200 Aequalitate data in votis patronorum presentantium ad beneficia, non tamen in meritis instituendorum, magis idoneus debet institui.

201 Dignior

- 201 Dignior prætermisus potest ab instituente appellare.
- 202 Dignior est habendus, qui sit de linea fundatoris, sicut idoneitate.
- 203 Cuius præferri debet extero.
- 204 Compatronus à medietate compatronorum præsentatus dignior est habendus.
- 205 Dignior est habendus ad Ecclesiam in iure patronatus institutur in ea nobilior, doctior, senior, & pauperior, dummodo Ecclesia non esset debilis onerata.

I NSTITUTIO propria, per quam presentatus à patrono instituitur, dicitur translatio iuris non libera à Superiore facta, ex qua plenum ius datur instituto. Ita Abb. in cap. auctoritate, num. 7. de instit. Viuian. in praxi iurispatro. par. 2. lib. 12. c. 1. Sed quia requisita ad institutionem obtinendam sunt beneficij vacatio, existentia iuris patronatus, habilitas presentati, & presentatio facta in tempore, vt per Farinac. parte 2. tom. 1. decis. 337. num. 1. Viuian. d. lib. 12. c. 4. ideo de his requisitis breuiter est agendum, vt postea institutionis materia commodius explicetur, & facilius percipiatur.

Beneficij vacatio, quibus modis possit contingere.

- P**resentatio in beneficio iurispatronatus fit per patronos, vel existentes in quasi possessione, quando Ecclesia vacat, cap. illud, de iure patron. cap. vltim. de concess. præb. ita vt non possint promittere se presentaturos aliquem ad beneficium vacaturum, nec alicui dare potestatem presentandi ad illud antequam beneficium vacet, Circhou. tomo 1. comun. opin. lib. 1. tit. 4. num. 8. pag. 167. Lambert. de iure patron. par. 1. lib. 2. q. 6. art. 1. & 19. Mar. Anton. var. resolut. lib. 1. resolut. 11. n. 8. Puce. par. 1. decis. 244. Perez l. 1. glos. 2. vers. non minus elegans tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 146. Rebuff. in praxi par. 2. tit. de reprob. benefic. vltim. n. 27. Spin. in speculo testam. glos. 4. princ. n. 192. Cened. ad Decretal. collect. 160. Nicol. Garc. de benef. par. 1. c. 1. & num. 4. Cabed. de patronat. Regia corone cap. 14.
- ubi resoluti & passim Reges Lusitanie consensisse, & solere promittere presentare aliquem in Ecclesia sui patronatus in genere ob benemerita, & seruitia, & de hac promissione provisionem Regiam fieri, & cap. 15. idem resolut. de Commendis vacaturis.
- Ratio est, quia & quamvis patronus in habitu habeat ius presentandi, illud tamen non habet in actu, nisi à tempore vacationis, Duenh. reg. 279. & ideo & promissio facta per patronum de beneficio vacaturo per mortem beneficiarij non conualescit, Cald. Percira de potestate nominandi cap. 10. num. 2.
- Vacat autem proprie, & verè Ecclesia per mortem Rectoris, cap. susceptum, de rescript. in 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 15. à num. 3. Nicol. Garcia de benef. p. 11. c. 2. [Alphonf. de Leone nouissimè in tract. de officio Capellani q. 4. praxi 1. à num. 54.]
- nam & mors omnia soluit, authent. de nuptiis, §. deinceps, collat. 4. cum citatis in libello de principis vtriusque iuris litt. M. num. 36. & Vacat etiam per renunciationem, per quam amittitur omne ius in beneficio competens, proprietatis, titulus, & possessio, Flamin. de resignat. lib. 1. q. 5. à num. 15. Hieron. Gabr. conf. 192. lib. 1. Nicol. Garc. diè. par. 11. c. 3. Viuian. in praxi iurispatro. par. 2. lib. 5. c. 6. num. 3. Etiam si fiat renunciatio ex causa permutationis, Ni-

col. Garcia d. p. 11. c. 4. à princ. [Alphonf. de Leone d. q. 4. praxi. num. 105. cum sequentibus,] & tunc autem non presentant patroni, sed consentiunt tali permutationi, quia si fieret absque eorum consensu, per sententiam esset annullanda, & retractanda, Flamin. lib. 2. q. 4. Prosper. de Augustin. in addit. ad Quarantam in summa bullarum, verb. beneficium permutationis, ubi ampliat ad permutationes, quæ fiunt in Curia, non facta mentione de irrepatronatus laicorum, & in renunciationibus, siue simplicibus, siue ad fauorem alterius, siue in manibus Papæ, siue Ordinarij factis, vt absque patronorum consensu sint nullæ, quicquid aliud velint Rebuff. in praxi benefic. tit. de permutat. n. 43. Zerola in praxi Episc. p. 1. verb. inspationatus, §. 6. & qui quidem patroni consensu requisitus in resignatione beneficij iurispatronatus potest presentari ante & post provisionem, Flamin. lib. 8. q. 10. à n. 5. Vbi tamen Summus Pontifex electum Episcopum instituerit, aut confirmauerit cum retentione beneficiorum, extenditur facultas hæc retinendi ad beneficia etiam iurispatronatus laicorum, Couar. pract. c. 36. num. 12. Campan. rab. 11. cap. 13. num. 498.

Vacare dicitur etiam Ecclesia, si eius Rector ob delictum sit priuatus, quia vacat, & amittitur beneficium priuatione, seu depositione, quæ propter graue crimen imponitur, vt homicidium, simoniam, perjurium, &c. Selu. de benef. part. 3. q. 2. & 3. Corraf. eodem tract. par. 1. cap. 10. à num. 1. Nicol. Garcia diè. par. 11. c. 10. à num. 1. & tunc patronus poterit alium presentare, nisi Rector ipse priuatus esset ex delicto, quo erat inquinatus tempore presentationis, & quod delictum erat notum patrono, quia pro illa vice patronus, qui presentauit scienter indignum, priuatur iure presentandi, c. cum vos, ubi glos. verb. minus idoneus, de offic. Ordinarij. Lambert. lib. 2. part. 1. q. 6. art. 7. Viuian. d. p. 2. lib. 5. c. 6. n. 7. [latè de materia Alphonf. de Leone d. q. 4. praxi 1. num. 127. cum seqq.]

Eo modo vacat ipso iure primum beneficium per adeptionem secundi incompatibilis cum primo, ita vt patroni possint presentare, c. de multa, de præbend. c. si beneficia, de præbend. lib. 6. cap. vt quis duas, de elect. in 6. & hoc dummodo, quomodocunque sit adeptus possessionem secundi, c. si tibi concessio, de præbend. in 6. Et & quando vacet beneficium primum per assecutionem secundi incompatibilis, vide latè Hoiedam de incompatib. benefico. c. 13. & seqq. Lambert. ubi proximè art. 16. Seraphin. decis. 483. & cap. 15. Nicol. Garcia d. par. 11. c. 5. Et ideo & quomodocunque verè, & cum effectu vacet Ecclesia, seu beneficium, vel per modos ante dictos, vel per promotionem ad Episcopatum, vel per ingressum religionis, vel per violentam possessionem, per contractum Matrimonij, vel per lapsum temporis datum ad aliquem Ordinem accipiendum, vel aliter, semper patroni possunt presentare, quia ubi datur vacatio, ibi datur presentatio, cap. vlt. & ibi Doct. de concess. præben. Lambert. ubi proximè art. 18. Viuian. d. cap. 6. num. 18.

Tempore vacationis ille habet custodiam Ecclesie, qui habet ius instituendi, glos. pen. in fine, in c. cum vos, de offic. Ordin. & & si patroni sint Ecclesiastici, custodia Ecclesie spectat ad eos, & ideo Episcopus in ea non ponet œconomum, Innoc. & alij in c. vnic. vt Ecclesiast. beneficia, & in c. 1. ne Sede vacante, & si autem sint patroni laici, custodia pertinet ad Episcopum, quia laici non debent se intromittere rebus Ecclesie, nisi quoad defensionem, cap. 1. cum sequentibus 10. q. 1. & Hodie ex Concil. Trident.

Trident. sess. 24. de reform. c. 18. vacante Ecclesia parochiali cuiuscunque iurispatronatus, Episcopus in ea idoneum Vicarium debet constituere cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, qui onera ipsius Ecclesie sustineat, donec ei de Rectore provideatur, Bornig. decis. 11. num. 53. par. 3. Iacob. de Graffis in aureis decis. par. 2. lib. 2. c. 26. n. 28. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Eccles. decis. 575. in 1. edit. & resolut. 495. n. 3. in 2. edit. etiam si parochialis institutio pertinet ad inferiorem, Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 18. num. 52.

Iurispatronatus existentia quomodo probanda?

20 Decretum S. Synodus Trident. sess. 25. de reformat. c. 9. vt titulus iurispatronatus sit ex fundatione, vel dotacione, qui ex authentico documento, & alijs à iure requisitis ostendatur: siue etiam ex multiplicatis presentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, alijsque secundum iuris dispositionem, de cuius intellectu vide Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 18. n. 19. cum multis seqq. Mascard. de probat. conclus. 956. & conclus. 1216. Zerola in praxi Episc. p. 1. verb. iurispatronat. pag. 180. Galet. in margarita casuum conscientie, verb. iurispatronatus. Molfes. in summ. Theologia moralis tract. 6. c. 5. num. 44. cum sequentibus, Monet. de commutat. vltim. c. 10. num. 210. cum sequentibus, Ioann. Anton. Maffobr. in praxi habendi concursus prel. 7. dub. 3. à num. 14. Cardinal. Mantica dec. 198. & 208. 244. 318. Seraphin. dec. 1103. & 1120. & 1141. & 1367. Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 1. collect. 58. & in decis. Curie Archiepisc. Neapol. decis. 161. par. 1. & in praxi fori Ecclesiast. resolut. 124. cum sequentibus, in 2. edit. Cardinal. Tusch. littera I, conclus. 617. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. c. 21. à n. 1. Valer. Reginald. in praxi fori parit. lib. 30. tract. 3. num. 210. Campan. in diuersorio iuris Canon. rub. 11. c. 13. num. 405. cum seqq. Viuian. in praxi iurispatron. par. 1. lib. 11. c. 5. cum sequentibus, [latè & nouissimè Alphons. de Leone d. q. 4. praxi 2. num. 1. cum multis seqq.] Et ideo tam exactè requiruntur probationes, quia in dubio Ecclesiastica beneficia præsumuntur libera, tum quia iurispatronatus est quædam seruitus beneficij, quæ non præsumitur. Seraphin. decis. 1353. num. 1. & 2.

[Et ideo non solent Ordinarij esse admodum faciles in admittendis presentationibus, nisi prius sibi liqueat de iurepatronatus, Rot. decis. 11. sub num. 1. vers. ratio, de iurepatron. in nouis, Rot. etiam decis. 13. num. 1. par. 1. recent. Seraph. decis. 1232. num. 2. Mantica. decis. 150. num. 3. refert Lotter. in tract. de re benef. lib. 2. q. 13. num. 142.] Nec in hoc assertio Episcopi sufficit, illa enim non potest præiudicare Ecclesie, vel successoribus. Caputaq. decis. 128. n. 3. par. 2. [Ciarlin. controu. forens. c. 57. num. 8.] Rot. decis. 421. num. vlt. par. 2. recent. quamuis illi multum esset deferendum, cum Ordinarij soleant esse multum difficiles in admittendo aliquod beneficium esse de iurepatronatus. Put. decis. 243. in fine lib. 2. Rot. decis. 360. num. 12. apud Farin. par. 2. recentior.

21 Primò probatur ex authentico documento fundationis, vel dotacionis, vt dixi: & authenticum autem documentum est publica scriptura, cui creditur sine alio adminiculo, vel iure, aut consuetudine specialia, c. cum dilectus, de fide instr. & dicitur quæ

conficitur per actuarium, seu iudicem cum duobus, vel trium testium subscriptione, vel presentia, glos. verb. si scripturam, in c. 1. de fide instrumentorum, Piafec. in praxi noua Episc. par. 2. c. 5. num. 6. vbi dicit quoad propositum & scripturam authenticam censi Bullam Episcopi, seu consensum in scripto datum ad fundandum, construendum, seu dotandum, de quo etiam Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccl. resolut. 125. & Et [in persona potentij] pro forma requiritur, vt probatio fiat per authenticas scripturas, vnde regula est constituenda, quod probatio per testes non sufficiat, vt referunt à Sacra Congregat. decisum Gonzal. d. glos. 18. num. 79. Piafec. in praxi noua Episc. d. c. 5. num. 5. Francisc. Leo d. c. 6. n. 2. [Rot. apud Ferentil. ad decis. Buratti 832. num. 10.] nam eo ipso quod Concilium non confidit de testibus, consequenter remanet exclusa ista probatio, cum aliter de facili subuerteretur dispositio Concilij dicto loco, Rota in vna Sanien. iurispatron. 15. Novembris 1582. coram Clement. VII. Aloyf. Ricc. dicta praxi resolut. 136. Gonzal. d. glos. 18. n. 82. Stephan. Gratian. disceptat. for. cons. c. 168. num. 21. Molfes. d. c. 5. num. 44. & Sed attestaciones testium in actis redactas censi authenticas scripturas, ita quod per illas intelligatur satisfactum dispositioni Concilij. Trident. concludit Menoch. consilio 336. num. 23. sequitur Campan. dicto c. 13. num. 410. & tenuit Rota apud Farin. decis. 502. in nouiss. per egregiam doctrinam Angeli in l. vlt. col. 2. vers. sed Innocentius, C. de edito Diui Adriani tollend. & ipsummet Concilij decretum id ostendit in illis verbis ibi, qui ex authentico instrumento, & alijs iure requisitis ostendatur. Et vt scriptura dicatur authentica, debet continere omnia requisita à iure necessaria, tam in consecratione, quam in extractione. Aloyf. Ricc. in d. praxi resolut. 126.

28 Secundò probatur ex multiplicatis presentationibus per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat; in quibus enuntietur spectare iurispatronatus de iure, vel consuetudine, quia illa verba, de iure, intelliguntur ex fundatione, vel dotacione, Menoch. consilio 336. & de presump. lib. 3. q. 90. n. 3. cum sequentibus. Mascard. conclus. 103. num. 9. Gonzal. d. glos. 18. num. 44. cum sequentibus. Campan. d. cap. 13. à num. 425. Franc. Leo d. cap. 6. num. 3. Viuian. dicta par. 2. lib. 11. cap. 7. n. 2. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 10. num. 211. Rot. apud Farin. decis. 211. num. 1. & decis. 148. num. 1. par. 1. recent. & decis. 674. num. 2. p. 2. recent. Nam iurispatronatus ex fundatione, vel dotacione probatur multiplicatis presentationibus per tempus supra hominum memoriam, etiam si nullum instrumentum fundacionis, vel dotacionis ostendatur, & quamuis etiam in dictis presentationibus nulla appareat facta mentio fundacionis, vel dotacionis. Rota decis. 792. n. 11. par. 1. diuersa ita decisum referunt in Sacra Congreg. Gonzal. d. glos. 18. num. 46. Francisc. Leo d. cap. 6. n. 3. Aloyf. Ricc. in d. praxi resolut. 127. num. 1. Galet. dict. verb. iurispatronatus, pag. 145. col. 1. Molfes. d. tract. 6. cap. 5. num. 47. in med. Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. p. 4. decis. 258. [nouissimè Alphons. de Leone de offic. Capellani q. 4. praxi 2. §. 1. n. 46. cum seqq.] & Probata enim immemoriali præsumi probatum iurispatronatus ex fundatione, licet hoc non appareat, declarauit eadem Sacra Congreg. teste Piafec. in praxi noua Episc. d. cap. 5. num. 7. post princ. vbi cum Gonzal. vbi proxime num. 48. dicit non suffragari immemorialem, seu continuas presentaciones, quando constaret de initio inualido à principio, vt si appareat, quod fuerit usurpatum iurispatronatus ex priui

privilegio, & non ex fundacione, seu dotacione, vel quando constat de mala fide, de quo etiam Aloyf. Ricc. in dicta praxi resolut. 129.

30 Amplia, vt presentaciones multiplicatæ probent iurispatronatus, dato etiam quod essent interpollatæ, & non successiuæ, maxime si præfatas presentaciones probetur effectuatæ fuisse ob successiuam vacationem per obitum presentatorum, iuxta tradita per Seraphin. decis. 337. resolut in terminis Aloyf. Ricc. in d. praxi resolut. 127. num. 2. Et ratio est, quia probatis extremis media præsumuntur, ad quod vide citata in libello de princ. iuris lit. M. num. 19. [Rota in Aliphana iurispatronat. 4. Julij 1629. coram R. P. D. Ghislerio ibi, nec reletur quod non exhibeantur omnes presentaciones continuatæ, quia constituto de duobus extremis media possessio præsumitur, & c. refert Alphons. de Leone d. question. 4. praxi 2. numero 49.]

31 Multiplicatæ presentaciones dicuntur ad minus tres, quia dictio, multum, significat ad minus tres vioces, laf. in l. 1. num. 4. C. de fideicom. Cephal. consil. 225. num. 43. vol. verum duas sufficere, vt dicantur multiplicatæ presentaciones, tenent Caualean. Fitiuz. decis. 17. num. 14. part. 2. Mar. Anton. variat. resolut. lib. 1. resolut. 109. n. 37. Aloyf. Ricc. d. resolut. 127. in fine, Campanil. d. c. 13. n. 425. [me citato in hoc loco Castr. Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 3. n. 4. Nouar. concl. 94. sub n. 9. Alphons. de Leone d. q. 4. praxi 2. n. 48.] ex eo, quia

32 & pluralis locutio duorum numero est contenta, l. vbi numerus, ff. de testib. c. pluralis locutio, & 40. de regulis iuris in 6. cum citatis in libello de principijs iuris, littera P, n. 2. tum, quia & prædicta dictio, multum, verificari potest in duobus secundum subiectam materiam. Intrig. Sicilia decis. 44. n. 18. & ego ipse in meis Remiss. de dict. & clausulis dict. 174. In presentia subiecta materia patitur dictionem illam esse intelligendam in duobus, cum Concil. dicto loco, sit restringendum, siue correctorium iuris communis, vnde venit ita interpretandum, & vt minus lædat ius commune, quam fieri possit, argum. text. in l. 2. C. de notabilibus, cum dilectus, de consuetud. & in c. audientiam, vbi Abb. de clericis non resid. Tiraq. in tract. le mort saisi le vis, par. 2. declar. 2. n. 2. & de retract. lignag. §. 9. glos. 2. n. 55. Cassan. in consuetud. Burgund. rub. 7. §. 3. in fin. n. 2. Menoch. remed. 15. recap. n. 78. & de arbitr. casu 321. n. 13. & cons. 4. num. 8. & cons. 5. n. 3. & cons. 88. n. 30. Surd. de alim. tit. 8. priuil. 90. num. 4. cum seqq.

33 & Per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, probatur iurispatronatus, id est, ex presentacionibus continuatis antiquis, & effectuatibus per centum annos, vt censuit Rota decis. 411. num. 1. apud Farin. par. 1. recent. & decis. 674. num. 2. par. 2. recent. [no uissimè Alphons. de Leone d. q. 4. praxi 2. num. 46. cum sequentibus, vbi n. 47. reputat defectum quatuor annorum centenaria modici temporis per Rot. in Aliphana iurispatronatus 4. Julij 1629. coram R. P. D. Ghislerio.] quamuis autem variæ sint opiniones, quod dicatur antiquum in materia probationis, illa tamen communior, & receptor est, ad hoc requiri tempus centum annorum, Surd. consil. 245. n. 24. Franc. Leo in thesauro par. 2. c. 21. num. 5. Ducen. regul. 299. n. 7. Menoch. de arbitr. casu 3. Mascard. de probat. conclus. 103. à num. 1. Marian. Anton. d. lib. 1. resolut. 80. num. 11. Farin. in praxi criminis. par. 1. quest. 47. num. 112. & par. 2. quest. 69. num. 142. Morl. in empirio iuris par. 1. quest. 11. tit. 11. num. 7. Nicol. Garcia de benefic. parte 12. cap. 2. num. 263. Gutier. cons. 1. Barbos. de Episcopo Pars III.

num. 5. Monet. dict. cap. 10. num. 212. Ceuall. commun. contra commun. quest. 302. num. 9. Capell. Tholosan. decis. 440. Rot. Roman. apud Farin. decis. 520. cum sequentibus, & decis. 584. in nouiss. [alijs par. 24. diuers.] Nam antiquum factum dicitur, si excedat centum annos. Sylu. consil. 36. n. 13. Tiraq. in l. si unquam, verb. omnia. num. 31. Mench. illust. cap. 84. num. 15. Auendan. de exequendis mand. par. 1. cap. 6. num. 6. Gam. decis. 88. num. 1. Brunor. verb. antiquitas, 4. [me citato in hoc loco Ciarlin. controuers. forens. cap. 57. num. 6.] qui temporis cursus in presentia materia multo magis requiritur, cum ultra verbum, antiquissimum, quod illud sine dubio designat, addatur, qui hominum memoriam excedat, id est, immemorabile, quod etiam exigit centum annos, Mascard. de probat. conclus. 1214. numero 53. Valasc. consil. 95. numero 9. Flamin. de confident. question. 28. numero 236. & Ad probandum huiusmodi tempus immemorabile, sufficit memoria quadraginta annorum, & quod de reliquo tempore testis deponat secundum auditum, & famam, iuxta doctrinam glos. communiter receptæ in cap. 1. de prescript. in 6. Bald. de prescript. p. 2. quinta partis princ. q. 6. num. 43. Cou. in reg. possessor. par. 2. §. 3. num. 7. Mascard. dict. conclus. 1038. Ioan. Garcia de expensis, cap. 9. num. 9. Molina de Instit. tract. 2. disput. 76. num. 5. Moneta de decimis, cap. 5. num. 77. Ceuall. communium contra communium, quest. 45. à num. 2. Molina de primogen. lib. 2. cap. 6. num. 31. Cardin. Tusch. tom. 5. littera M. conclus. 187. & tom. 6. littera P, conclus. 552. Et & testes debent esse saltem 54. annorum, Brunor. à Sole in locis communibus, verb. testis, num. 20. Aloyf. Ricc. in dict. praxi resolut. 128.

38 Verum vt facilius percipiatur, quomodo probatio temporis immemoralis fit facienda, illud maxime attendendum est, quod licet regula sit quod immemorabilis non potest probari per scripturas, glos. in cap. 1. de prescript. in 6. vbi Ioan. Andr. in fine, Gemin. n. 16. & Franch. n. 15. Balb. de prescri. 2. p. 3. par. princ. q. 6. n. 25. Rebuff. de decim. q. 13. num. 97. Anton. Gabr. commun. tit. de prescript. concl. 1. n. 82. tamen hæc regula fallit quando immemorabilis enuntiat in scripturis antiquissimis excedentibus metam centum annorum. Verall. decis. 347. p. 3. Flamin. Paril. d. q. 28. n. 235. Garc. de benefic. p. 5. c. 9. n. 92. & p. 12. c. 2. n. 265. Rota in Corduben. reddecimarum 18. & M. ay 1618. coram Reuerendissimo D. Coccino Decano, quando scilicet ad minus sunt duæ enuntiativæ, quæ habent originem à diuersis personis non suspectis, Achil. decis. 6. de iurepatron. Card. Mantica. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 6. num. 21. Rota decis. 388. p. 1. diuers.] Et ad conficiendam huiusmodi immemorabilem, tam in testibus, quam in instrumentis, concurrere debent anni elapsi vsque ad terminum controuersie motæ, & non tempus decursum vsque ad Concilij publicationem. Rot. decis. 185. in princ. & decis. 188. n. 1. par. 1. & decis. 288. in princ. par. 2. diuers. Pute. decis. 449. num. 2. in fine, lib. 2. Gonzal. d. glos. 18. num. 89. Piafec. in praxi noua Episc. par. 2. cap. 5. num. 7. post princ. & Immemoralis per testes non dicitur sufficienter articulata, si testes non dicant, quod non audierunt nec viderunt contrarium. Seraph. decis. 1367. num. 1. [Pute. decis. 426. n. 3. lib. 2. in correctis. & sint ætatis 54. annorum. Lap. & Abb. in dict. cap. 1. num. 8. Geminian. & Franch. num. 16. de prescript. in 6. Rota in dict. Corduben. Reddecimarum.] & Bene etiam probatur iurispatronatus ex pluribus enuntiativis antiquorum instrumentorum à centum annis, 40

per testes, vt equipollent eorum depositiones præsentationibus, & institutionibus per instrumenta factis, quia & dicta probatio per instrumenta requiritur pro forma à Concil. dicto loco, & forma dat esse rei. *J. Dinius, ff. de in integr. restit. l. Manius, ff. de cõdit. & demonstrat. & ad vnguem est seruanda, itaut si deficiat in minimo, actus corruat, l. cum bi, § si prator. ff. de transact. l. non dubium, C. de ledib. cum citatis in libello de principiis iuris, littera F, num. 49. & 50. Quare in his terminis, de quibus agimus, ita resoluunt Rot. Roman. decis. 199. num. 4. p. 2. *diners.* Marecot. var. lib. 2. cap. 52. num. 2. Nicol. Garc. d. cap. 9. n. 113. Aloyf. Ricc. d. praxi resolut. 134. & in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 10. par. 4. [Gonzal. d. glos. 18. n. 79. Steph. Gratian. discipuli forens. c. 168. à num. 21. Rota apud Postiũ post tract. mandati de manu. decis. 238. n. 32.] Franc. Leo dict. cap. 6. n. 6. Flamin. d. quest. 18. num. 257. vbi num. 258. licet in Rota decisum, quod deficientibus authenticis scripturis non sufficit illas probare per testes, vide supra à num. 25.*

Et prædictos quinquaginta annos sumere inipsum ab illo die, quo appareret factum fuisse primam præsentationem, & antiquiorem productam in actis cum subsequenti institutione, eosque numerari vsque ad diem litis postremò motæ, in qua controuertitur an sit, & constet esse de iurepatronatus refert ex Rotæ decisione Campan. d. cap. 13. num. 426.

Hinc Gonzal. d. glos. 18. num. 84. asserit & præfatam probationem per authenticas scripturas exigi non dum in probandis præsentationibus continuatis, verum etiam in probatione effectuatiõis.

Præsumitur iuspatronatus in potente ex usurpatione. Pute. decis. 57. cum duobus sequentibus. & decis. 205. par. 1. Rot. decis. 5. par. 3. lib. 2. & decis. 532. par. 3. lib. 3. in nouiss. Mari. Antonin. var. lib. 1. resolut. 33. num. 2. & etiam in Vniuersitatibus & Communitatibus acquisitum ex usurpatione, vt insinuat Concil. Trident. d. cap. 9. & est doctrina Butrij in cap. dilectus, de officio Legati, Lambertin. de iurepatron. lib. 1. ar. 5. quest. 10. sub num. 47. vers. hinc a primò, & num. 39. quem sequitur Caualecan. decis. 17. num. 7. par. 2. Mohedan. decis. 2. circa fin. de iurepatron. Gonzal. d. glos. 18. num. 63. Aloyf. Ricc. resolut. 131. Put. decis. 205. lib. 1. & quamuis Communitas parua sit, & sine iurisdictione in loco, ac etiam Parochianorum, Nicol. Garc. dict. cap. 9. num. 102. Aloyf. Ricc. in dicta praxi resolut. 135. Et tenuit Rota in vna Bononien. iurispatron. de Baringana 20. Martij 1585. coram R. P. D. Gipio, & in alia Archiepiscopatus nullius 2. Maij 1588. coram Illustr. Cardinale Pamphilio. Rot. etiam Roman. apud Farin. decis. 507. & 543. in nouiss. prima recollect. & apud eundem Farin. par. 1. recent. decis. 481. num. 1. & decis. 199. p. 2. etiam recentior. Card. Mant. decis. 234. & 253. n. 1. & in aliis adductis ab eadem Rota apud Postium post tract. de manu. decis. 238. n. 18. vbi extendit procedere etiam quod iuspatronatus prætendatur à paucis Parochianis, siue vicinis. Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 4. collect. 1240. vbi addit hanc præsumptionem præcipuè locum habere in Italia, vbi propter recessum Curie omnes populi ius præsentandi usurparunt, & præsertim in locis, in quibus Ordinarij collatores sunt inferiores Episcopo, Achil. de Grassis decis. 4. de iurepatronat. Put. decis. 57. lib. 1. [nam dato concursu paris, vel maioris potentie Episcopi cessat præsumptio usurpationis, ex Rota apud Postium post tract. mandati de manutenendo decis. 238. n. 16. & n. 17. in princ. aut potentiam probari ex diuinitis, amicis numerositate personarum, & familiaritate, ac populari existimatione, & citat Card. in cap.

oli. de alienat. ind. mnt. causa facta n. 3. & 5. Intellege quando spectaret iuspatronatus ad vniuersitatem vt vniuersum, & non vt ad singulos, Rota in Florentina iurispatron. 8. Quembri. 1627. coram R. D. Decano, prout in vniuersitate Iuristarum, quæ subiacet dispositioni Sacri Concilij, Rota in Craconien. Parochian. 9. Iunij 1627. coram Patriarcha Hierosolym. refert Alphons. de Leone d. q. 4. praxi 2. n. 93. cum seqq.]

In eadem Rota in vna Romana iurispatronatus 8. Julij 1584. coram Illustrissimo Seraphino, & est inter impressas decis. 468. resolutum fuit usurpationem iuspatronatus non præsumi, nisi constet de dolosa occupatione. Sed propter dictionem, *plurimumque*, qua Concilium d. cap. 9. vitur, habere locum, etiam quando cessat præsumptio usurpationis si prætendatur à persona potenti, vel magnate, vel Vniuersitate, censuit Sacra Congregatio Illustriss. Interpretum, & tenuit Rota in vna Sorana iurispatronat. 28. Aprilis 1603. coram Illustrissimo Pamphilio. & in alia Lucen. Parochialis 27. Iunij 1603. coram eodem, & nouissimè in vna Lucana iurispatronatus 14. Iunij 1621. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Rotæ Decano. & Nec etiam præsumitur iuspatronatus ex usurpatione acquisitum, si non totius Vniuersitatis, sed illius partis esse prætendatur, vt declarauit Sacra Congreg. teste Gonzal. d. glos. 18. num. 69. Nicol. Garc. vbi proxime, Aloyf. Ricc. d. resolut. 135. in fine. [Prout etiam non præsumitur quado Communitas, vel Vniuersitas simul cum non suspecta persona possidet, Rota in Lauern. iurispatron. 28. Iunij 1630. coram R. P. D. Pirouano, Alphons. de Leone d. q. 4. praxi 2. n. 87. Vel quando iuspatronatus pertinet ad Confraternitatem, seu potius ad illius Præsidentes, quia tunc non intuat præsumptio usurpationis, cum Confraternitas non constituat aliquod Collegium publicum, cum iurisdictione, seu potentia, sed potius sit priuata quedam congregatio personarum ad exercitium pietatis instituta, Rota in Bergomen. capellania 18. Maij 1629. coram R. P. D. Merlino, impressa per Alphons. de Leone d. q. 4. praxi 2. n. 89. cum seqq.] quæ usurpationis ratio cessat in Ecclesiis Monasterialibus, seu Conuentualibus, in quibus non acquiritur iuspatronatus, Mohedan. decis. 340. Rota in d. Laudan. iurispatronatus 28. Iunij 1630. coram R. P. D. Pirouano, vbi fuit resolutum præsumptionem usurpationis non cadere in Ecclesia, seu Monasterio Domina Castri, cum sit iustitiae cultrix refert Alphons. de Leone d. q. 4. praxi 2. n. 81.]

Et cum in Concil. d. cap. 9. mentio indistinctè fiat de iis personis, in quibus iuspatronatus plerumque ex usurpatione præsumitur acquisitum, nec exprimitur quæ sint, ideo declarandum duxi eas esse, quæ potentes sunt, vt in Imperatore scripsit Put. decis. 60. lib. 1. Et de Rege Aragonensij loquens Mohedan. decis. 10. num. 4. de iurepatronat. Et in Infante de nostro Regno Portugaliæ mentionem faciens, firmat idem Put. decisione 57. libro 1. Et in Barone, alioque domino iurisdictionem temporalem habente in loco procedere illius textus dispositionem [tenet Mohedan. decis. 1. num. 2. de iurepatronat. Rota decis. 56. num. 2. 6. & 7. & decis. 219. num. 1. vers. ratio par. 1. recentior. Greg. XV. decis. 222. n. 1. & apud Posti. post tract. mandati de manutenendo decis. 238. num. 13. &] declarauit Sacra Congregatio, vt referunt Gonzal. d. glos. 18. num. 66. vers. in his personis, Aloyf. Ricc. dict. praxi resolut. 132. num. 1. Molfes. d. tract. 6. cap. 5. num. 61. Et in altero quocunque magnate locum habere asserit Caputaq. decis. 128. num. 1. par. 2. estque decis. 1273. lib.

lib. 3. par. 3. *diners.* prout in quolibet de familia Romana Vrsinorum censuit Rota decis. 842. lib. 3. *diners.* aut alterius ex familia Columnæ. Caputaquen. d. decis. 128. & in decis. 199. lib. 2. *diners.* Aloyf. Ricc. d. resolut. 132. num. 1. refertur in Lucana iurispatronatus de Podiis 5. Martij 1621. coram Reuerendissimo D. meo Coccino, aut alterius ex familia de Sabellis, Rota in Sabien. iurispatronatus 26. Octobris 1594. coram Litta, & 6. Martij 1596. coram Penia, relata in d. Lucana iurispatronatus de Podiis. Aut alterius ex familia de Caracciolis. Rot. in Neapolitana Capellania 19. Ianuarij 1571. coram Illustrissimo Cardin. Lancelotto. [& apud Postium d. decis. 238. num. 16. in fine.] Aut alterius ex Nobilibus Venetis in statu Venetorum, Rotæ apud Seraphin. decis. 952. num. 6. [& apud Postium dict. decis. 238. in fine. & in citatis per Ferentil. in annot. ad decis. Turatti 832. num. 8.]

Iuspatronatus tamen priuatorum non admittit præsumptionem usurpationis, vt tenuit Rot. in vna Iuden. Parochi 7. Nouembris 1611. coram R. P. D. Vbaldo apud Farin. decis. 360. par. 1. recentior. Et iuspatronatus dicitur priuatorum, quando patroni non sunt domini temporales, loci, vbi fundatum est, Rota in vna Papien. iurispatronatus 17. Februarij 1611. coram R. P. D. Manzanedo apud Farin. decis. 374. num. 1. [par. 1. recentior. Vel quando non sunt potentes in loco, licet huiusmodi potentia non sit coniuncta cum iurisdictione, Rot. in Ferrarien. Archiepiscopatus 16. Iunij 1628. coram Reuerend. Coccino Decano, cuius meminit Ferentil. vbi supra num. 6.]

Rigor præscriptus à Concilio Tridentino d. loco, & supra adductus in probando iurepatronatus non requiritur, si agatur non contra Ecclesiam, sed inter ipsosmet patronos, vt decidit Rota Romana in vna Ianzi. 10. Aprilis, & 20. Nouembris 1595. coram Mantica decis. 318. testantur Gonzal. d. glos. 18. n. 59. Piasc. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 5. num. 7. vers. non tamen, & nouissimè censuit eadem Rot. decis. 548. num. 2. apud Farin. par. 2. recent. Vnde

Iuspatronatus potest præscribi ab vno cõtra alium compatronum spatio quadraginta annorum, cum titulo colorato. Rota Roman. decis. 229. num. 1. & decis. 407. num. 1. par. 1. in nouiss. quam refert Gallett. in margarita casuum conscient. verb. iuspatronatus, pag. 144. colum. 2. Lambertin. par. 2. lib. 1. ar. 5. quest. 11. princip. Gonzal. dict. glos. 18. num. 57. Francisc. Leo d. cap. 6. num. 8. in fine, Caualecan. decis. 33. num. 8. cum sequen. par. 5. Mar. Anton. d. lib. 1. resolut. 108. num. 28. Rot. decis. 146. num. 5. par. 2. recent. [& quod præsentandi ius præscribat spatio 40. annorum teneat Couar. in reg. possessor par. 2. §. 10. num. 8. Rot. decis. 407. num. 1. par. 1. *diners.* & apud Postium post tract. mandati de manu. decis. 239. num. 10.]

Aduertendum ultra prædictas probationes teneri descendentes, etiam probare iure deuotionis iusto se esse patronos. Deuoluitur autem iuspatronatus hæreditate, legato, donatione, vel venditione, ac aliis modis alleg. præcedenti enumeratis, vbi de hoc latè egi. Sed in eo succeditur in stirpes, & non in capita, vt probat Clement. plures, vltim. de iurepatron. docent Menoch. consilio 316. n. 16. Tiraquell. de iureprimogen. quest. 36. num. 3. Perez l. 1. vers. mouere iurat. tit. 6. lib. 1. Ordina. pag. 140. Spin. d. glos. 4. princip. num. 61. Piasc. in d. praxi noua Episcop. d. cap. 5. vers. descendentes, Stephan. Gratian. discipuli. forens. cap. 521. num. 18. Campan. in *diners. Iuris*

Canonici lib. 11. cap. 13. num. 384. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 45. num. 6. Cened. ad Sextum collect. 7. num. 1. Aloyf. Ricc. in collectan. decis. par. 5. collect. 1733. & in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 120. num. 1. par. 2. quod procedit quando succeditur iure hæreditario, secus si alio iure, nempe legati, & donationis, quia tunc si legerur, vel donetur iuspatronatus familiaræ, omnes de familia succedunt in capita, & non in stirpes, vt decisum fuit in Rota Romana in vna Regien. Prioratus 13. Nouembris 1601. coram R. P. D. Peña. Et ideo si patre mortuo plures filij superstites sint, singuli vocem habebunt, si verò mortui fuerint, & alter reliquerit filium, alter duos, tertius tres, vel quatuor, ille vnus habebit vnã vocem, & alij plures ex vnoquoque alteram vocem, non enim plures fratres ab eodem patre nati plures voces habent, cum patris personam referunt, qui vnus est, ita per dict. Clem. plures, dicit Vgolin. d. cap. 5. §. 1. num. 8.

Notandum est probationem descendentium patronorum ad effectum præsentandi non requiri, stante quali possessione præsentandi, vt tenuit Rota in vna Gerunden. beneficij, 15. Decembris 1599. coram Cardinale Seraphino, & est inter eius decisiones impressas decis. 1334. num. vltim.

Habilitas presentati qualis requiratur?

Ad iuspatronatus præsentari possunt omnes, qui prohibiti non reperiuntur, vt in toto tit. de iurepatron. & 16. quest. 7. per totam, dummodo in ea ætate esse debeant, quam beneficij qualitas postulat. Vgolin. d. cap. 5. §. 2. in fine. seruata Concilij Tridentini dispositione circa ætatem ad beneficia requisitam, Aloyf. Ricc. in dict. praxi resolut. 169. à principio, vbi num. 3. declarat ex Sacra Congregat. id non procedere, vbi in fundatione beneficij aliter esset cautum: constituta hac regula in vnum reducã illos, qui prohibentur præsentari, vt facilius, qui sint habiles reperiri possit. [me citato in hoc loco eos refert Castr. Palao in opere moral. tom. 2. tract. 13. dispus. 2. puncto 7. Non habens legitimam ætatem non potest præsentari, neque institui ad beneficium de iurepatronatus, itaut institutio illi facta iudicetur nulla & irrita, etiam quoad forum Conscientiæ. Garc. de benefic. p. 7. c. 4. à n. 83. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 6. cap. 5. quest. 2. nouissimè Alphons. de Leone de officio Capellani, quest. 4. praxi 6. num. 30. cum seqq. nisi à testatore, seu fundatore ipsius iurispatronatus in limite fundationis vocentur ad ipsum minores quatuordecim annorum, vel cautè vocetur clericus primæ Tonsuræ, vt per Nauar. concl. 14. num. 5. & 6. Viuian. in praxi iurisp. lib. 6. cap. 6. num. 16. Monet. de commut. vltim. volunt. c. 10. n. 132. Layman. in sum. Theolog. moral. lib. 4. tract. 2. cap. 14. sub num. 1. Alphons. de Leone d. quest. 4. praxi 6. num. 36. vbi num. 37. per Rot. in Corduben. Capellania 5. Decembris 1629. coram Reuerend. D. Coccino intelligit verba illa fundationis, vt eligatur clericus, de clerico primæ Tonsuræ etiam ætatis septem annorum, si ea reperiatur in fundatione facta ante Concil. Trident. secus si fundatio fuit post Concil. ex rationibus in dicta decisione allatis. Vide dicta supra alleg. 60. à num. 77.]

Laius cum sit incapax beneficiorum, vt probat text. in cap. 2. de institut. & resoluunt Ceuall. communium contra commun. quest. 523. Azor. institut. moral. par. 2. lib. 6. cap. 2. quest. 5. Perez de Lara de ammissar. & capellan. lib. 2. cap. 5. à num. 2. Nicol. Garc. de benefic. par. 1. cap. 1. à n. 9. Voler. Reginald.

Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. tract. 3. num. 147. Sanch. de matrim. lib. 7. disput. 42. num. 14. Bellon. de iis, quo sunt in continenti cap. 94. lib. 1. Maslobr. in praxi habendi concursum prelati. 7. dub. 21. num. 85. secundum Romanam impress. [Castr. Palao in opere mor. tom. 2. tract. 13. disp. 4. punto 8. num. 2. vbi num. 4 quod solus Papa in hoc dispensare potest.] etiam si incedat in habitu, & tonsura, & communiter reputetur clericus, quia constando de veritate, non tenet beneficij collatio, Flamin. de resignat. lib. 4. quest. 2. num. 59. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glof. 2. a num. 64. Nicol. Garc. d. cap. 1. n. 11. & 12. Maslobr. d. num. 85. ideo non potest a patronis presentari, cap. Ecclesia Sancte Marie, de constitut. glof. verb. receperunt in cap. cum M. eodem tit. vbi ait quod laicum posse habere prebendam separatam a canonicatu, vel illam, in quantum est temporalis, seu continet temporalitatem, vt per Oliban. in comment. ad vsaticum cap. 13. numero 5. & in terminis quod laicus non possit presentari, nisi nulliter, tenent Lambertin. de iure patron. par. 1. lib. 2. quest. 7. art. 2. ad fin. & art. 4. & 29. ad finem, Gutier. conf. 2. num. 21. Card. Tusch. lit. F. conf. 56. num. 4. Flamin. d. quest. 2. num. 5. Nicol. Garc. par. 7. cap. 1. num. 25. & alij citati a Maslobr. d. num. 85. [Perez de Lara de annuier. lib. 2. cap. 5. num. 3. nouissimè Alphons. de Leone d. quest. 4. praxi 6. num. 1. & 2. fol. 506.] Ex priuilegio tamen Summi Pontif. laicus beneficium, seu canonicatum obtinere poterit, [nam per Papam potest conferri beneficium in tempus, quo quis erit clericus, ac etiam laico. Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 4. quest. 2. num. 32. & 38. Alphons. de Leone de officio, & potest. Confess. recollect. 1. num. 76. in fine, & nouissimè de officio Capell. quest. 3. num. 78. & quest. 4. praxi 6. n. 37. nam quod pro canonicatu S. Sedis Legionensis priuilegium habet familia Villaloborum, nunc Marchiones Altorge, prout refert Fr. Athanas. de Lobera in tractatu de Ecclesia, & ciuitate Legionensi. fol. 212. vbi simile priuilegium a Papa concessum dicit Regibus illius Regni; & idem Comiti Barchinonens. esse concessum pro Ecclesia illius ciuitatis testatur Anton. de Olibano d. cap. 13. n. 6. quod licet laicus ad beneficium presentari non possit, vt supra diximus, nominatio tamen facta per patronos laicos, de non clerico ad beneficium, est valida, vt fuit resolutum per Rotam in vna Burgens. Abbatia 19. Nouembrii 1588. coram D. Pelia, vbi ad iura dicentia presentationem de laico factam esse nullam, fuit responsum, quod sunt intelligenda de presentatione proprie dicta, quae tunc fit cum presentatus coram Ordinario personaliter sistitur ab eo institutionem accepturus, refert Aloyf. Ricc. in d. praxi resolut. 140. num. 3. [sufficit enim clericatus de eo tempore quo instrumentum nominationis presentatum superiori, quia nominatio est fit praambula ad presentationem, non tamen est presentatio, nec per eam acquiritur aliquod ius ipsi nominato, cum actus presentationis corporalem exhibitionem presentati requirat coram habentem potestatem instituendi, ita in terminis Alphons. de Leone dict. quest. 4. praxi 6. num. 16. prope fin.]

77 Sed dubitari potest an laicus possit presentari ad beneficium, si statim postea assumpserit clericatum? In qua quest. Rot. Roman. in vna Imolen. iuris patron. coram Orano 19. Nouembrii 1594. de qua meminit Flamin. d. quest. 2. num. 5. & 6. tenuit tunc presentationem esse validam, ex eo, quia minime dici potest facta de persona penitus inhabili,

cum satis sit ante institutionem esse promotum. Verum in puncto iuris videbatur contrarium esse respondendum, quia ad beneficium obtinendum non sufficit quempiam habitum clericalem gestantem animum habere statim obtento beneficio assumendi Ordinem clericalem, sed hic Ordo debet necessario praecedere, Sanch. d. disp. 42. num. 14. Gonzal. d. gloss. 2. n. 66. tum quia in beneficiis attenditur capacitas tempore presentationis, Rota decis. 69. par. 3. lib. 1. in nouiss. Mar. Antonin. variar. lib. 1. resolut. 19. num. 1. Poterit tamen non inepte intelligi, Flaminij sententiam, & Rotae decisionem ab eo citatam, non simpliciter, sed tantum quando de proximo clericandus presentatur in tempus in hanc formam: Praeterea Petrum de proximo clericandum, & peto eum ordinari, vt bene ait Maslobr. d. praxi. 7. dub. 21. num. 86. quod ego in sano intelligerem sensu, videlicet si taliter presentatur, seu potius nominatus tempore ad presentandum praefatum ordines suscipiat. [quos petit presentans, vt susciperet, vide Lauer. var. lucubrat. tit. 4. cap. 13. num. 26. Squillante de priuileg. cleric. cap. 4. a num. 10. Alphons. de Leone d. quest. 4. praxi 6. num. 15. in princ.]

Vtrum autem clericus coniugatus habens omnia requisita possit retinere, vel obtinere beneficium ex dispensatione Episcopi saltem ex fundatione Beneficij Curati, Personatus, vel dignitatis Ecclesiasticae eum esse incapax, etiam dispensante Episcopo, per text. in cap. sane, de cler. coniug. resoluunt Bened. Capra reg. 67. num. 33. vers. circa primum, Marta de iurisd. p. 4. casu 153. num. 15. in fine, Carol. de Grassis de effectib. cleric. effectus 5. num. 25. Beneficium quoque simplex clerico coniugato conferre non potest Episcopus sine licentia Papae. Flamin. de resignat. benef. lib. 4. quest. 2. num. 28. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glof. 2. num. 69. Garc. de benef. p. 7. cap. 5. num. 4. Sanchez de matr. lib. 7. disp. 42. num. 18. Carol. de Grassis dict. effectus 5. num. 25. in fine, latè Ciardin. controuers. forens. lib. 1. cap. 53. num. 40. cum sequentib. vbi a num. 47. quod potest Episcopus admittere ad beneficium presentacionem de clerico coniugato, si in fundatione dictum sit quod etiam clericus coniugatus possit obtinere beneficium.]

Seruus non potest presentari, etiam si sit Christianus, cum non possit ordinari, nisi prius manumittatur, cap. 1. 2. & 3. distinct. 54. cap. 1. & cap. consuevit, de seruis non ordin. Anton. Gama in tract. de Sacramentis prestandis ultimo supplicio damnatis, quest. 5. num. 9. Henric. in sum. lib. 14. cap. 8 §. 7. in comm. littera K. Bellet. disquisit. clerical. par. 1. tit. de disciplina cleric. §. 14. Marta de iurisd. p. 4. casu 90. n. 14. & ad nostrum propositum Viuian. in praxi iuris patron. p. 2. lib. 6. cap. 4. n. 1. vbi etiam addit quod si manumissus sit, & fiat clericus, poterit presentari.

In fidelis vti incapax presentari non potest, Lambertin. lib. 2. par. 1. quest. 7. art. 9. Viuian. d. cap. 4. num. 2. Nec etiam neophytus, id est, qui initio Sanctae Fidei est eruditione plantatus. cap. 1. 48. dist. cap. Neophytus 61. distinct. cap. si clericatus 16. quest. 1. Lambertin. de Iure patron. par. 1. lib. 2. quest. 7. art. 14. num. 7. & 8. Filliuc. tract. 41. de benef. cap. 4. num. 3. & 6. Bellet. disquisit. clerical. par. 1. tit. de disciplina clericali §. 12. a princip. vbi num. 8. dicit neophytum post factum clericum posse beneficia obtinere, quod etiam nouè ait Anton. Ricciol. post tract. de iure personarum, vbi de Neophytis cap. 4.

Irregularis etiam, qui extra regulam positus est, non potest presentari, cum non possit ad Ordines

Ordines promoueri, imò collatio, seu promissio beneficij illi facta est, nulla, ita Henric. in sum. lib. 13. cap. 14. §. 1. & cap. 56. §. 1. & lib. 14. cap. 2. §. 5. Azor. iuris moral. par. 2. lib. 6. cap. 7. quest. 2. Auila de consuetudinibus par. 7. disput. 2. dub. 6. Gutier. canon. lib. 1. cap. 5. num. 92. Flamin. de resignat. lib. 4. quest. 3. a num. 32. & lib. 5. quest. 3. num. 181. Lessi. de Iustit. lib. 2. c. 54. num. 120. Vgolin. de officio, & potest. Episcopi cap. 1. §. 1. ad finem, & cap. 50. §. 6. n. 4. post Couar. Rebuff. Nauar. Fr. Emman. Veg. P. Molin. & alios Nicol. Garc. de benef. par. 7. cap. 11. a princip. Aloyf. Ricc. d. praxi resolut. 167. [nouissimè Alphons. de Leone d. q. 4. praxi 6. n. 96]

83 Illegitimus, quocumque nomine censeatur, ordinari prohibetur, cap. per venerabilem, qui filij sui leg. ideo non potest eligi, nec presentari, argum. text. in cap. accipimus, de arce & qualit. Cardinal. Seraphin. Rotae decis. 1442. num. 9. Viuian. d. cap. 4. num. 3. Aloyf. Ricc. in d. praxi resolut. 185. Filliuc. d. tract. 41. cap. 4. num. 5.

84 Corpore vitiat, de quibus egi alleg. 42. ad beneficia vti irregulares promoueri non possunt, Lambertin. p. 1. lib. 2. q. 7. art. 12. n. 1. Nicol. Garc. d. par. 7. cap. 12. a num. 3.

85 Clericus patronus non potest seipsum presentare, cap. per nostras, & ibi glof. verb. presentare, de iure patron. quia cum debeat esse differentia inter dantem & recipientem, & sic inter presentantem & presentatum, sic. de iuris. ita etiam debet esse differentia inter eligentem & electum, c. qualiter, de elect. Flamin. de resignat. lib. 9. quest. 17. num. 112. Tiraq. de iure primog. quest. 33. num. 11. Campan. d. c. 13. num. 398. Aloyf. Ricc. d. praxi resolut. 179. Mar. Antonin. var. lib. 1. resolut. 51. num. 1. Chircou. tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 4. num. 5. & 6. pag. 167. Spin. in speculo restam. glof. 4. princ. num. 80. Azor. iuris moral. par. 2. lib. 6. c. 21. quest. 1. Aloyf. Ricc. in decis. 36. num. 1. par. 1. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 30. tract. 3. num. 222. Vgolin. de officio, & potest. Viuian. d. par. 2. lib. 6. cap. 8. vbi num. 3. extendit etiam ad beneficium simplex. [me citato in hoc loco Ciardin. controuers. forens. lib. 1. cap. 69. num. 8. Peregr. conf. 34. num. 23. vol. 1. & Castro Palao d. tract. 13. disput. 2. punto 7. num. 2.] Illud tamen vnicum adderem quod si Summus Pontifex potest selum seipsum eligere, vt per D. Anton. tradit Felina in vita D. Ioannis Baptista lib. 2. art. 3. cap. 10. pag. mihi 422. atenta tamen nouissima Constit. Gregorij XV. incip. Aeterni, de anno 1621 aliud dicendum videtur, cum in §. 2. eiusdem Constit. sic habeatur. Numerum autem suffraganeorum duarum ex tribus partibus Cardinalium in conclui presentium, vt electio per vicarij seruitinis, sine seruitinij, & accessus valida sit, decernimus, & declaramus ita esse censendum, vt in duabus tertijs partibus suffraganeorum electi non numerentur, nec quisquam sine seruitinij, & accessus, sine compromissi via procedatur, seipsum eligere, seu suffraganeum sibi dare volentes possit.

86 Amplia vt neque procurator constitutus a patrono possit ipsum patronum presentare, vt fuit tentum in Rota in vna Salamant. Capellanie 14. Octobris 1552. coram D. Vestano, teste Caputaq. decis. 397. lib. 2. quem refert Flamin. d. quest. 17. num. 113. Campan. d. c. 13. n. 399. [me citato in hoc loco Ciardin. d. c. 69. n. 11. & 12.] Nec etiam procurator constitutus a patrono ad presentandum potest seipsum presentare, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glof. 2. n. 57. & seq. Nec denique substitutus a tali procuratore potest patronum, aut suum principalem

87 88 89

procuratorem presentare. Lambertin. lib. 2. p. 1. q. 8. art. 9. & 10. Viuian. d. cap. 8. num. 9.

Si autem Praelatus ad quem pertinet institutio motu proprio, vocet clericum patronum, eique conferat quodcumque beneficium vacans, in quo dicitur clericus habet ius patronatus, tenebit collatio: tali enim casu non habet originem a dicto patrono talis collatio. Abb. in d. cap. per nostras, num. 3. Viuian. d. cap. 8. num. 4. Vgolin. d. cap. 5. §. 2. num. 1. in fine. [me citato in hoc loco Ciardin. d. cap. 69. num. 16.]

Quando plures sunt patroni, videlicet clerici, aut vnus clericus, & alter laicus, possunt ex se ipsis vnus nominare, & presentare. glof. fin. in cap. consuevit 15. de Iure patron. Aloyf. Ricc. de resolut. 179. num. 3. Azor. d. par. 2. lib. 6. cap. 21. quest. 3. Aloyf. Ricc. d. decis. 36. num. 4. Rot. verb. honorificum, quest. 4. princ. num. 20. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. disp. 2. punto 7. num. 3.] Lambertin. dict. quest. 8. art. 5. Vgolin. d. cap. 5. §. 2. num. 1. vbi cum Cardin. Tusch. lit. P. conclus. 595. tenet quod presentatus numeratur in numero presentantium, Viuian. d. cap. 8. num. 7. vbi num. 8. dicit quod nullo modo posse clericum simul cum compatronis seipsum presentare, sed presentacionem esse faciendam a solis compatronis, qui electioni de se factae consentire tantum potest, quod etiam tradit Mar. Anton. d. resolut. 51. num. 5. [& Ciardin. me citato in hoc loco d. cap. 69. num. 10.]

Pater potest presentare filium, auus nepotem, seu alios consanguineos, glof. verb. filij, in cap. quia clerici, & glof. verb. propria auctoritate, in cap. consuevit, de Iure patron. Flamin. d. quest. 17. num. 122. Roland. à Valle conf. 47. num. 49. & 62. cum sequentibus. volum. 1. Chircou. d. tit. 4. num. 6. pag. 167. Ioseph. Ludou. tom. 3. commun. opinion. tit. de Iure patron. concl. vni. vers. ampliatur octavo. pag. 532. in fine, [me citato in hoc loco Castr. Palao d. disp. 2. punto 7. num. 4.] Azor. d. cap. 21. quest. 2. Viuian. d. cap. 8. num. 11. vbi num. 12. asserit quod posse Episcopum licite conferre beneficium filio suo legitimo, vel nepoti idoneo, quia charitas imprimis exercenda est erga domesticos, & citat Abb. conf. 96. vol. 2. Roch. verb. honorificum, quest. 4. princip. Lambertin. vbi supra, art. 12. [addo Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 4. proam. num. 47. & 48. Valenz. conf. 98. num. 16. tom. 1. me citato in hoc loco Alzedo de precolent. Episc. dignit. par. 2. cap. 9. num. 17.] Sic etiam si filius non sit patronus, & in patrem sit compromissum de clerico eligendo, vel presentando, poterit filium eligere, seu presentare; & si filius sit canonicus, & ab omnibus canonicis, vna cum dicto filio sit compromissum in patrem, poterit eligere suum filium, cum id non reperitur prohibitorium. Lambertin. vbi supra art. 13. Viuian. d. cap. 8. num. 14. & 15.

Donatarius iuris patronatus non potest presentare donatorem, si donatio sit facta pro illa vice, praesumitur enim fraudulenter facta, secus quando illa facta est perpetuo cum Ordinarij consensu, Roch. verb. ipse vel is, quest. 20. num. 37. Lambertin. vbi supra art. 11. Viuian. d. cap. 8. num. 10. [me citato in hoc loco Ciardin. d. cap. 69. num. 19.]

Excommunicatus cum beneficia obtinere non possit, cap. postulat. de clerico excommunicat. minist. in tantum vt collatio illi facta de iure sit nulla, Couar. in cap. alia par. 1. §. 7. num. 1. Flamin. de resignat. lib. 4. quest. 33. a num. 44. & lib. 5. quest. 6. a numero 77. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 5. num. 1. Nicol. Garc. dict. par. 7. cap. 13. a num. 3. Soar. de censur.

zom. 5. *disput. 15. sect. 1.* Ioan. Coch. *de permur. benef. cap. 33. num. 1.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 34. dist. 2.2. num. 120.* Mar. Alter. *de censur. tom. 1. lib. 2. disput. 6. cap. 2.* Rot. *decis. 5. de prebend. in nouis. & apud Caslad. decis. 1. eod. tit. & in Trident. beneficij 5. Aprilis 1604. coram Petia, latè Anton. Ricciul. de iure personarum extra gremium Ecclesie exist. lib. 4. cap. 6. à princ. & ego ipse in collect. ad cap. postulas. de clerico excom. ministr. idèd f ad illa eligi, presentari, seu nominari non potest, glol. in cap. ult. per text. ibi, de elect. lib. 6. Roch. *verb. honorificum. quest. 4. num. 19.* Lambertin. *par. 1. lib. 2. quest. 9. art. 1.* Seraphin. *decis. 295. p. 1.* Aloyf. Ricc. *dict. praxi resolut. 166.* Flamin. *d. quest. 6. num. 80. & 81.* Sayr. *d. c. 5. à num. 16.* Seat. *rom. 5. disp. 4. sect. 7. n. 10.* Azor. *p. 2. lib. 6. cap. 7. g. 8.* Viuian. *d. par. 2. lib. 6. cap. 9. num. 2.* vbi id procedere ait etiam in excommunicato excommunicatione minori, quod idem tenent Conar. in cap. alma par. 1. §. 7. in princ. col. 1. Aloyf. Ricc. *d. resolut. 166. num. 3.* [nouissimè Alphonf. de Leone *dict. quest. 4. praxi 6. num. 93.*]*

97 Suspendus cumseruire & administrare non possit, quia administrando sit irregularis, Flamin. *d. 9. 6. n. 83.* idèd eligi non potest. glol. & Doct. in cap. illa, vbi Abb. *de elect. cap. fin. cod. tit. in 6.* nec presentari. Lambertin. *lib. 2. p. 1. quest. 9. princip. art. 2.* Mar. Anton. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 19. num. 9.* Aloyf. Ricc. *d. prax. resolut. 116.* Viuian. *d. cap. 9. num. 3.* vbi intelligit siue sit suspendus à beneficio, siue ab officio. Henriq. in *sum. lib. 1. 3. cap. 3.* vbi ampliat etiam si defectus esset occultus, & toleratus, ac proinde beneficiorum incapax, cap. cum bone, de etate & qual. vbi glol. *verb. suspensio, & communiter Doctores, Ricciul. dict. cap. 6. num. 38.* vbi declarat procedere in suspensio ab omnibus Ordinibus, cum aliàs suspensio ab vno possit retinere beneficium ratione alterius Ordinis.

99 Interdictus, scilicet cui specialiter est interdictum officium, vel aliquis Ordo, non potest presentari, si obliet interdictum Ordinis requisitum, vel alterius rei in presentando, Lambertin. *lib. 2. par. 1. quest. 11. art. 3.* Viuian. *d. cap. 9. num. 8.*

100 Infames cum non possint ad clericatum prouehi, cap. infames 6. *quest. 1. cap. fin. § 1. dist. cap. accusatum, de smania*, in tantum, quodd debeant priuari omni officio, & deponi ab omni honore & dignitate. l. infames, iuncta glolla, & l. decurio. C. ex quib. *causis infamia irrog. cap. inter dilectos, de excess. Prelat.* idèd ad beneficia eligi, seu presentari non possunt, Duaren. *de benefic. lib. 4. cap. 1.* Nicol. Garc. *d. par. 7. cap. 8. num. 4.* Viuian. *d. cap. 9. num. 23.* Et qui dicantur infames dixi supra alleg. 43. Et ad nostrum propositum de schismatico agunt Lambertin. *d. quest. 11. art. 8.* Viuian. *d. cap. 9. num. 15.* De Apostata Lambertin. *art. 9.* & Viuian. *num. 16. dictis locis.* De simoniaco Lambertin. *art. 11.* & Viuian. *num. 17.* De periuro Lambertin. *art. 15.* Viuian. *num. 22.* De sodomita Lambertin. *art. 18.* Viuian. *num. 26.* De adultero Lambertin. *art. 19.* Viuian. *num. 27.* De concubinario Lambertin. *art. 20.* Viuian. *num. 28.* De criminoso inquinato aliquo crimine inducente irregularitatem Lambertin. *art. 23.* Viuian. *num. 32.*

101 Item & alij sunt, qui ad beneficia presentari non possunt uti indigni, quos enumerat Viuian. *d. par. 2. lib. 6. cap. 10.* vbi de obligatis ad ratiocinia, de curialibus, de coniugatis, bigamis, criminosis, non habentibus atatem legitimam, illiteratis, & pluribus alijs, quos ibi videre poteris. f In conferendis beneficijs nihil aliud magis inquiri debet, quam

ætatis maturitas; morum grauitas, & honestas, litterarum scientia, vitæ virtus, & fama personæ, cap. cum in cunctis, in princip. *de elect. cap. innotui, ibi, inducere videbantur, eodem tit.* Et non ex locorum, vel generis dignitate, sed morum nobilitate innotescere debent clerici, nec vrbium claritate, sed Fidei puritate, cap. nos qui presumus, 40. *dist. 103.* f Beneficia igitur tam nobilibus, quam ignobilibus sunt indistinctè conferenda, itaut non valeat conuetudo, quod non admittantur ignobiles in Canonico Cathedralium, cap. venerabilis, vbi Abb. *num. 4. de prebend.* quia non generis, sed virtutum nobilitas, vitæque honestas, gratum Deo faciunt, & idoneum seruitorem, cap. sicut excellentiam, *vers. non gradus 23. quest. 4.* Et idèd Gregor. VII. *lib. 9. registr. epistol. 2. in med.* sic ait: *Non te pigeat, aut pudeat extraneum forte, vel humilis sanguinis virum, dummodo idoneus sit, ad Ecclesie tue regimen, quod proprie bonos exoptat, ascire: cum Romana Respublica, et paganorum tempore, sic & sub Christianiatis titulis, inde maxime, Deo fauente, excreuerit: quod non tam generis, aut patriæ nobilitatem, quam animi & corporis virtutes perspicendus adiudicauit.* Et D. Hieron. ad Calantiam veram nobilitatem vocat esse clarum virtutibus. Vnde Marc. Tullius Cicero in inuentiua contra Salustium, *Sanctius*, ait, *me meos fulgere moribus, quam maiorum opinione niti, et sine meis posteris nobilitatis initium.* Neque differentia aliqua potest stare inter hos, qui à gentilitate, & inter illos, qui à populo Israëlítico sunt ad Fidem conuersi, cum omnes per Christi passionem redempti sint, Actor. 2. *Non est enim distinctio Iudæi & Græci, nam idem Dominus omnium, diues in omnes, qui inuocant illum.* Apost. Roman. *cap. 10. Omnes nos in unum corpus baptizati sumus siue Iudæi, siue Gentiles, &c.* Idem 1. ad Corinth. 12. *& in omnes nationes gratia Spiritus sancti effusa est,* Actor. 10. in fine: Nam, vt idem ait ad Ephes. *cap. 4. vnus Spiritus, vna Fides, vnus Baptisma, vnus Deus, & pater omnium, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis.*

Inhabilis quis iudicandus est, si talis reperiat tempore presentationis, nec prodest habilitas si superueniat. Rot. *decis. 69. par. 3. lib. 1. diuers.* [& *decis. 158. par. 1. recentior.* vbi *num. 3.* quodd clericatus qualitas superueniens non validat gratiam alicui factum tanquam clerico, & *num. 7.* ampliat etiam quod clericatus superuenierit ante expeditionem litterarum.] Mar. Antonin. *var. resolut. lib. 1. resolut. 19. num. 1.* Seraphin. *Rotæ Roman. decis. 1234. num. 4.* Viuian. *d. par. 2. lib. 6. cap. 10. num. 11.* Campanil. in *diuersorio Iuris Canon. rub. 11. cap. 13. num. 461.* Aloyf. Ricc. in *d. praxi resolut. 166. numero 3.* [Perez de Lara *de capellan. lib. 2. cap. 10. à num. 53.*] Et patronus potest de consensu Ordinarij pro vna vice presentare ad beneficium eum, qui non habet omnes qualitates in fundatione appositas, vt tenuit Rota apud Seraphin. *decis. 871. num. 4.*

Presentantes autem minus idoneum, vel indignum, vltra peccatum mortale quod contrahunt. Azor. *par. 2. lib. 6. cap. 21. quest. 4.* si sint patroni Ecclesiastici, qui dicuntur eligere, priuantur ea vice iure presentandi, sicut eligentes, cap. cum in cunctis, §. *ultim. de elect.* Aloyf. Ricc. in *praxi aurea resolut. 441. à princip. & precipue num. 4.* Mar. Anton. *lib. 1. resolut. 19. num. 15.* Si autem sint patroni laici, vel clerici ratione patrimonij, si presentent minus idoneum intra quadrimestre possunt alium idoneum presentare, cap. cura vos, vbi glol. *verb. minus idoneus,*

de officio Ordin. dummodo non intelligatur de idoneitate requisita in fundatione, vt quia presentandus debeat esse Sacerdos, nam tunc deuolutio fit ad superiorem, quia videtur delinquere, ea non seruando, & abutuntur iure fundatoris. Sed si lapsus sit quadrimestre, & non sit idoneus presentatus, deuolutio fit ad superiorem habentem institueri, Abb. & alij in *dist. cap. cum vos;* si autem tales patroni presentauerint indignum indignitate criminosa, sed ignorantè, poterunt intra quadrimestre alium dignum, & idoneum presentare; sed si lapsus sit quadrimestre, deuolutio fit ad superiorem, qui eo casu prouidet beneficio de nouo Rectore: si autem scienter presentauerint talem indignum, ipso iure pro illa vice priuati sunt iure & facultate presentandi, *Aurb. de sanctiss. Episcopis, §. si quis oratorij,* Lambertin. *lib. 2. par. 1. quest. 10. princip. art. 4. num. 23.* Crescent. *de iurepatron. decis. 10. Caputaq. decis. 62. num. 2. & decis. 291. par. 2.* Mascard. *de probation. conclus. 593. num. 5.* Tiraquell. in §. *hoc sermone, limit. 1. num. 32.* Bellacomb. *tom. 1. communium opinion. lib. 1. tit. 5. num. 22. pag. 171.* Molina *de primog. lib. 2. cap. 4. n. 38.* Roch. *verb. honorificum, num. 15. & 16.* Rebuff. in *praxi benefic. tit. pama contra collatores, num. 1. & seq. Perez l. 2. vers. pro quo sit, & vers. tertiã conclusio. tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 153.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 58. num. 11.* Cald. Pereira *de potestate eligendi cap. 1. num. 60. & 61.* Mar. Anton. *dict. resolut. 19. num. ultim.* Vgolin. *de potestate Episcopis cap. 51. §. 1. num. 4. vers. secundo.* Aduertendum tamen duxi, quodd presentans inhabilem sub conditione imperandi dispensationem, non priuatur pro ea vice facultate presentandi, si durante quadrimestri dispensatione per indignum non obtenta, de nouo saltem cumulando alium presentauerit. Ita censuit Rot. Roman. in *vna Firmana altaris S. Ludonici 4. Martij 1596.* coram Cardin. Seraphin. refert Aloyf. Ricc. *d. praxi resolut. 186.* Rota etiam in *vna Firmana Altaris vigesima Junij 1613.* coram R. P. D. Dunogetto, apud Fatin. *par. 2. recent. decis. 568.*

Si tamen procurator nominaret indignum, non præiudicaret patrono, vt inquit Francisc. Marc. *decis. 480. incip. Queritur quado procurator, num. 8. par. 1.* quem refert, & sequitur Campanil. *d. cap. 13. num. 467.* qui quidem procurator mandatum speciale ad presentandum habere debet, Cardin. Mantica *de tacitis & ambig. conuention. tom. 1. lib. 7. tit. 16. num. 39.* Aloyf. Ricc. in *dist. praxi decis. 189. num. 193. in 1. edit. & resolut. 171. in 2. edit.* Cald. Pereira *de empt. cap. 15. num. 11.* & pluries censuit Rot. Roman. vt per Caputaquen. *decis. 365. num. 1. par. 2.* & Seraphin. *decis. 559. par. 1. & Pur. decis. 312. lib. 3.*

Et vbiunque deuolutioni locus est, non modo ad Episcopum, sed ad alterum quemcumque inferiorum Prælatum sit deuolutio, ad quem spectat collatio, vel institutio, iuxta glol. singularem in *Clem. 1. de suppl. negl. Prel. Francisc. Marc. decis. 475. num. 18. & decis. 1153. in vlt. verbis par. 1.* refert Campan. *dict. cap. 13. num. 466.* & tenetur seruare naturam beneficij cum confert iure deuolutionis, ex Felin. in *cap. cum accessissent, num. 18. de constitut. Franc. Marc. decis. 493. num. 7. par. 1.* Campan. *d. cap. 13. num. 485.*

Presentatus Episcopo personaliter exhibere debet, nec sufficit, quod per litteras, aut procuratorem absens ipse Episcopo nominetur, per text. in *cap. cum & plantare, §. in Ecclesijs, ibi, Episcopis ver-* Barbos. *de Episcopo Pars III.*

presentent, de priuileg. ex quo noto f verbum illud, *re-presentent*, quod propriè significat presentiam sui facere, l. *marinus 15. §. 1. ff. ad legem Iuliam de adulter. melior text. in l. consensuatum, C. quomodo; & quando index, ibi, vt presentia sui faceret, in c. 10. ibi, vt sese representent, cum multis alijs, quæ adducit Brisson. *de verborum iuris signif. verb. representare.* Vnde rectè dicit glol. *verb. representare in Clement. dudum, de sepultur.* quod f representare dicitur, qui præbetur sensibus corporeis, ex l. 1. in *princip. ff. de verborum obligat.* & est recepta communiter ex multis, de quibus Tiraquell. *de iuremariti, glol. 6. num. 31.* Selua *de benef. par. 3. quest. 6. num. 7.* Lambertin. *par. 1. lib. 2. quest. 11. art. 1. num. 12. cum sequentibus.* Indeque f presentatio hæc solet à Doctoribus communiter definiti, quodd sit exhibitio personæ per patronum Episcopo, vel alteri, ad quem institutio pertinet, legitime facta. Ita Abb. in *cap. ea noscitur, de his, quæ sunt à Prel. Roch. de iurepatron. in princip. quest. 3.* Rebuff. in *praxi tit. de presentatio. num. 3.* Cardin. Tusch. *tom. 6. littera P. conclus. 191.* Nicol. Garcia *de benef. par. 4. cap. 1. num. 16.* facit etiam dispositio Sacr. Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 18. vers. quod sit,* vbi cauetur presentatos à patronis non esse admittendos, nisi prius à locorum Ordinarijs examinati, & idonei reperti fuerint, refert Aloyf. Ricc. in *dist. praxi resolut. 191.**

Vnde non valere presentationem de absente factam, neque Ordinarium teneri admittere presentatum, qui se personaliter nos exhibet, notant omnes constantissimè, vt per Abb. & reliquos omnes proxime citatos, idem Abb. *conf. 76. num. 2. par. 2.* Roch. *verb. honorificum, quest. 6. num. 27.* Corral. *de sacerdotio par. 4. cap. 6. num. 18.* Viuian. in *praxi iurispatr. par. 2. lib. 6. cap. 11. num. 6. & 7.* & tenuit Rot. in *vna Vicarij iurispatronatus 28. Novembris 1601.* coram [Gregor. XV. inter eius impressas *decis. 34. à princip. &]* relata per Nicol. Garciam in *addit. ad tract. de benef. par. 4. c. 1. num. 23.* [ead. Rot. *decis. 593. num. 2. & 3. par. 1.* recentissimar. me citato in hoc loco Castro Palao in *opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 1. num. 5.*]

Contra supradictam resolutionem obstat text. in *d. cap. ea noscitur, ibi, per se, aut per litteras, personas idoneas Episcopis diocesanis presentent,* vbi glol. *verb. per litteras,* notauit presentationem per epistolam fieri posse, sequuntur Doctores communiter, teste Ducen. *reg. 283.* vbi bene inducit text. in *cap. ultim. de concess. prebenda,* dum prohibet constituì procuratorem ad presentandum in beneficio antequam vacet, & consequenter à contrario licitum censet procuratorem constituere ad presentandum in beneficio iam vacante, facit text. in *cap. accedens 24. de prebend.* vbi absens per procuratorem de beneficio Ecclesiastico potest inuestiri, ergo & presentari. Confirmatur ex praxi receptissima, secundum quam nunquam, aut raro patroni tempore presentationis personaliter exhibent Episcopo presentatos, sed presentati cum instrumento presentationis se exhibent Ordinarijs, qui sic presentatum admittunt, & institunt, cuius praxis meminit text. vbi notant glol. in *Clement. 1. verb. presentatos, de excess. prel. recepta per Lamb. d. art. 1. num. 5.* & Nicol. Garcia *d. cap. 1. num. 19.*

Verum pro presentis questionis resolutione duo inter se diuersa conuenit separari. aliud enim est querere vtrum patronus absens possit per litteras

litteras facere presentationem personæ, quæ cum eisdem Episcopo se personaliter repræsentet? & hoc licitum esse dubitari non potest, & cuiusque iura allegata, vt in d. cap. ea noscitur, & in d. cap. ult. & in d. Clem. 1. vers. præsentatus, & procedit praxis, de qua attestantur præcitati Doctores, & Cardin. Tusch. dicta littera P, concl. 592. num. 24.

117 Aliud autem vtrum præsentati, & personaliter se debeant præsentare Episcopo, an vero potius possint per procuratorem se præsentare? & non teneri Episcopum sic præsentatos admittere verissima est, & receptissima resolutio, tum ex dictis, tum etiam ex multis rationibus, quas afferunt Doctores, quia scilicet cederet huiusmodi præsentatione in graue ipsius Ecclesiæ præiudicium ex dilatione, si præsentatus per litteras differret aduentum suum: sed futilem rationem puto, quia si se non præsentent intra quadrimestre, vel semestre, poterit Episcopus non expectata patroni presentatione de Ecclesia providere, iuxta decisionem text. in cap. 1. §. verum, de iurpatron. in 6. Melior ergo ratio est, quia præsentati debent ab Ordinario examinari an sint idonei, tam in parochialibus, & Curatis, quam in simplicibus, ex Trident. sess. 7. de reformat. cap. 13. quod examinem cum personale sit, & per procuratorem fieri non possit, necessarium sequitur præsentatos teneri se Episcopis personaliter exhibere. Facit etiam occasio & periculum, quod ex contraria obseruantia sequi possit, vt aliquando contigisse oculatum se esse testem proficitur Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. ius publicum §. 8. his formalibus verbis. Scio in quodam Archiepiscopatu fuisse quendam præsentatum, & deinde institutum non existentem in rerum natura, & patronus sibi usurpat fructus beneficii singulis annis, contra decretum Concil. Trident. sess. 2. cap. 11. de reformat. & sess. 25. etiam de reformat. cap. 9. vers. patroni autem. Macctenus Zerola.

118 Ex quibus à cessante ratione colliges contrarium esse resoluendum, & affirmandum posse præsentatum absentem institui ab Episcopo si ei notum sit esse idoneum notoriè, veluti quia Doctor est in aliqua Vniuersitate studij generalis graduatus, hic enim examine non indiget, ex doctrina glos. verb. ignota, in cap. de Petro, dist. 47. iuncto Trid. dist. 7. cap. 13. in fine, & in terminis notat Innocent. per text. ibi in cap. in Lateran. in fine, de præbend. Abb. Dec. Roch. & plures alij, quos refert, & sequitur Cened. ad Decretum collect. 15. num. 3. Henric. in summ. lib. 10. cap. 18. in princip. & in aphorismis verb. examen, Viuian. d. cap. 11. n. 8. Vgolin. d. cap. 51. §. 2. num. 3. Aloyf. Ricc. dicta praxi resolut. 139. & 141. & censuit Rota in vna Valentini beneficii 16. Maij 1583. coram Cardin. Lancelot. sen. & in vna Regien. beneficii 14. Decembris 1587. coram Card. Pamphilio sen. [& in Salamantini capellan. 17. Junij 1605. coram Orembergio, adden. ad Greg. XV. d. decis. 34. num. 5.] cessat etiam periculum illud Zerolæ: quare sic notum Episcopo posse ab eo absentem institui, & presentationem, ac institutionem validam esse, licet institutus absens sit, notat Innoc. ubi proxime, Abb. dist. conf. 76. Lambert. art. 3. Corral. & Tusch. dictis locis. idem Tusch. concl. 592. num. 25. Nicol. Garcia d. cap. 1. à num. 16. vbi à num. 23. refert declarationem Illustrissimorum DD. Cardinalium.

119 Nam examen in notoriè literato non requiritur, vt ex multis probat Aloyf. Ricc. d. resolut. 191.

in fine. [& potest Subdelegari cum regulariter oneratio Conscientiæ non implicet electionem industriæ personæ, Rota in Bononien. Canonicius 28. Junij 1610. coram Reuerend. Dom. Coccino, Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 50. num. 80. quemadmodum enim collatio potest fieri, & committi extra territorium tanquam voluntariæ iurisdictionis, Calder. de elect. conf. 2. ita & examen quod illi est accessorium, cum non sit actus iudicialis, Mascard. de probat. concl. 877. num. 2. Lotter. d. quest. 50. num. 81. & 82.]

120 Quamuis prædicta sententia quoad presentationem, & institutionem in beneficio curam animarum non habente in se vera sit, non procedit tamen in præsentato ad Parochialem in hoc enim examen præcisè necessarium est, nec omitti potest ex eo, quod prouisus notoriè dignus sit, cum à Trident. sess. 24. de reformat. cap. 18. & per Bullam Pij Quinti, quæ incip. In conferendis, pro forma requiritur, vt notauit Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 5. num. 10. & declarauit Sacra Congregatio Doctorem, siue Licentiatum in Theologia, siue in Iure Canonico non excusari ab examine, quando petit prouideri de aliqua Ecclesia Parochiali, referunt [Paris. de resignat. lib. 8. quest. 5. & num. 37. Beltramin. ad Gregor. XV. dist. decis. 34. num. 5.] Gonzal. ad regul. 8. Cancel. glos. 4. num. 90. Nicol. Garc. par. 9. cap. 2. num. 103. Pialec. in praxi nona Episcop. par. 2. cap. 5. num. 17. vers. Doctor, Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 414. num. 2. in prima edit. & resolut. 351. in secunda edit. Hinc cauebis ab eodem Garcia dicta par. 9. cap. 3. num. 5. & 14. quatenus scribit hanc resolutionem procedere in quocumque beneficio Ecclesiastico, nam quamuis ex Trident. dist. cap. 13. examen necessarium esse in omnibus beneficiis agnoscamus, pro forma tamen in solis Parochialibus requiri receptissima est scribentium resolutio ex suprascriptis. [Sed vt melius pateant quæ diximus esse admittendum aliud esse quod examinem requiritur pro detegenda habilitate præsentati, vt præsentatio admittatur, & longè aliud vt requiritur pro forma effectum institutionis; licet ergo notitia, quam habet Ordinarius, non suppleat hanc formam, vt sine ea possit instituire, supplet tamen examen, vt presentationem recipiat, & illa per receptionem hanc perfectam tribuat ius ad rem ipsi præsentato, cui postea satis est se subicere examini illi pro forma requisito de tempore institutionis, vt subtiliter distinxit Rot. in Burgen. Abbatia de Sobarzo 19. Decemb. 1588. coram bonæ memoriæ Penia, & in Avien. Parochialis 11. Ianuar. 1613. coram Vbaldo, quarum meminit Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 6. n. 46.]

121 Illud tamen aduertendum duxi, quod si in Parochialibus iurispatronatus laicorum, non requiritur examen per concursum, sed solum præsentatus examinandus est ab Ordinario cum tribus saltem examinatoribus synodalibus, & illi idoneo reperto institutio est facienda. Conc. Trident. dist. cap. 18. & declarauit Sacra Congreg. teste Nicol. Garc. par. 9. cap. 2. num. 255. & Euciente tamen 122 vacatione huiusmodi iurispatronatus, quando plures sunt præsentati, requiritur examen per concursum inter ipsos præsentatos tantum, vt ex his, qui peracto examine idonei ab examinatoribus denunciati sunt, Episcopus eum eligat, quem cæteris magis idoneum iudicauerit, arque illum, & non alterum instituat, refert decimum Gonzal. glos. 6. num. 138. In Parochialibus verò iurispatronatus Eccle-

Ecclesiastici requiritur examen per concursum ex Trident. d. cap. 18. colligit Nicol. Garcia d. cap. 2. num. 261. etiam si essent iurispatronatus mixti partim Ecclesiæ, & partim laici, refert decimum Gonzal. d. glos. 6. num. 135. [sed vide quæ dixi supra alleg. 58. num. 17.] & ideo in vacatione Parochialis Ecclesiæ, vbi illius notitia habita fuerit etiam iurispatronatus Ecclesiastici, erit edictum proponendum, & debebitque Episcopus cum nominatis à patrono Ecclesiastico, alios etiam clericos ad concursum admittere, nisi in institutione, aut fundatione aliter cautum esset, tunc enim tantum debebit præsentatus examinari circa concursum, & approbari ab Ordinario, etiam si institutioni, & fundationi repugnaret: quæ quidem edictorum affixio est adeo substantialis, vt institutio facta absque illa ipso iure nulla sit, vt tenuisse Rotam Romanam testantur Crescent. decis. ultim. de iurpatron. Capuraq. decis. 95. par. 1. & decis. 128. par. 2. Cardinal. Put. decis. 306. lib. 1. Seraph. decis. 399. quos refert Aloyf. Ricc. in dicta praxi resolut. 143. num. 1. vbi num. 2. asserit non procedere, si aliud reperiretur de consuetudine illius Ecclesiæ, ad quam quis est præsentatus, & idem Aloyf. Ricc. d. praxi resolut. 144. resolutuit institutionem factam intra terminum edicti esse nullam, dummodo contra litteras edictales affixas fuisse, & intra terminum competentem iudicis arbitrio amotas, quod etiam tenet Mar. Anton. variar. lib. 1. resolut. 20. num. 10. Perez de Lara de capellan. lib. 2. cap. 10. num. 32. & 39. Flores de Mena variar. lib. 1. quest. 3. num. 55. Nicol. Garc. dist. par. 9. cap. 4. num. 1. cum sequentibus, vbi n. 14. resolutuit seruari, quod post terminum edicti, ante tamen institutionem, semper admittantur, qui præsentantur ab aliis patronis, seu prætendunt habere ius.

124 In beneficiis etiam simplicibus præsentati, seu electi, vel nominati (si Episcopo eorum idoneitas nota non sit, iuxta formam supra relata) à quibusuis Ecclesiasticis personis, etiam Apostolicæ Sedis Nuntiis, non debent institui, neque confirmari, neque admitti, etiam prætextu cuiusvis priuilegij, vel consuetudinis, etiam immemorialis, nisi prius fuerint ab Ordinariis examinati, & idonei reperti. Nec appellacionis remedio vllus tueri potest, quominus examen subire teneatur, vt in Concil.

125 Trident. sess. 7. de reformat. cap. 13. Et si in institutio ad inferiores Episcopos pertinet, præsentari debent prius ab Episcopo, examinari & approbari, aliàs institutio ab inferioribus facta, erit nulla. Concil. sess. 25. de reformat. cap. 9. vers. Ad hac. In beneficiis verò simplicibus, quorum collatio libere pertinet ad inferiores, dicta Episcopi approbatio non requiritur, sicut etiam in Canonicis Ecclesiæ Collegiarum, quorum collatio libere spectat ad Capitulum, ita decimum refert Nicol. Garcia d. par. 9. cap. 3. num. 19. decl. 4. & 5. vbi decl. 1. dicit adeo verum esse quod in beneficiis Iurispatronatus examen ab Episcopo fieri debet, quod procedit etiam si inferiores institutores haberent iurisdictionem Ordinariam in clericis ad dicta beneficia præsentatos, quamuis Abbates, & Commendatarij, & quicumque inferiores, qualibet exemptione muniti, etiam si ordinariam iurisdictionem haberent in locis beneficiorum, & ordinarij institutorum sint, vt in eos omnem iurisdictionem habeant, adhuc tamen institutio debet prius examinari super idoneitate per Episcopum suum, vt disponit Concil. dist. cap. 9. Pialec. in praxi Episcop. par. 2. cap. 5. num. 13. vers. institutio.

Barhof. de Episcopo Pars III.

Presentatio facta in tempore quando dicitur?

126 Præsentatio à patronis laicis, vel clericis ratione proprii patrimonij facienda est intra quadrimestre, cap. quoniam, cap. cum propter, de iurpatron. à patronis autem Ecclesiasticis facienda est intra semestre [c. eam te, eod. tit.] c. vnic. §. verum, cod. tit. lib. 6. Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 59. Vgolin. de potest. Episc. c. 51. in princ. num. 5. Aloyf. Ricc. collect. decis. par. 1. collectan. 119. & in decis. Curia Archiepisc. X. capol. part. 2. decis. 228. num. 24. & 15. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 6. num. 23. Lambert. de iurpatron. lib. 2. par. 2. quest. 1. art. 1. Cardof. in praxi iudicum, & aduocat. verb. iurispatronatus, num. 15. & 16. Nicol. Garcia de benef. par. 5. c. 9. num. 209. Viuian. in praxi iurispatron. par. 2. lib. 7. cap. 1. [Ioan. Bapt. Costa de scientia facti cent. 1. dist. 90. num. 35. Gregor. X V. decis. 177. num. 5. Narbona in l. 20. gloss. 22. num. 33. lib. 4. noua Recop. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 560. à num. 26. nouissimè me citato in hoc loco Solorzan de Iure Indiarum tom. 2. libr. 3. cap. 3. num. 48. Lotter. de re benef. lib. 2. quest. 6. num. 22. nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Ecclesiast. cap. 49. à num. 12. latè nouissimè Alphonf. de Leone d. q. 4. praxi §. num. 72. cum sequentibus, vbi de probatione præsentationis in tempore.] & Quod quidem tempus cum sit continuum, currit etiam diebus feriatis, Roch. verb. honorificum, questio. 34. numero 65. Perez l. 1. col. 29. glossa facta venticidias, tit. 8. lib. 3. Ordin. Viuian. dicto libr. 7. cap. 4. num. 5. Illud animaduertendum duxi, quod vbi iurispatronatus ad plures patronos spectat tanquam singulos, non autem iure collegij, possunt singuli separatim præsentare, Cæsar de Grass. decis. 2. de iurpatronat. Aloyf. Ricc. dist. praxi resolut. 160.

128 Illud erit iurispatronatus Ecclesiasticum, quod licet originem habuerit ex patrimonio laici, fuit tamen vel ab initio, vel postea fundacione, testamento, donatione, aut alio quouis titulo in Ecclesiam translatum, aut in Capitulum, seu Collegium Ecclesiasticum Canonicorum Regularium, aut secularium, vel in aliquam personam Ecclesiasticam ratione Ecclesiæ, dignitatis, aut beneficii, [c. vlt. §. fin. vbi glos. & Doctores de iurpatron. in 6.] Lambert. lib. 1. q. 1. art. 3. Roch. verb. ius §. 7. n. 14. Rebuff. in praxi in de præsent. n. 5. & 7. & p. 3. signature, verb. necnon iurispatron. n. 8. Couar. præf. c. 36. n. 2. & 5. Perez l. 2. tit. 6. lib. 1. Ordin. glos. 1. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. resolut. 152. Spin. in speculo testam. glos. 4. n. 16. Flamin. de resign. lib. 2. q. 4. n. 39. Seraph. decis. 1420. n. 1. Franc. Leo d. cap. 6. n. 14. & 29. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 18. n. 5. Valalc. consil. 163. n. 15. Nic. Garc. de benef. p. 5. cap. 1. n. 53. Mar. Anton. var. resolut. lib. 1. resolut. 8. n. 13. plures per Cened. ad Sexti collect. 21. n. 3. [Salgad. de protect. Reg. par. 3. cap. 9. ex n. 100. Felician. à Vega in cap. quanto §. de iudic. num. 27. me citato in hoc loco nouissimè Ioan. de Solorzan. in tract. de Iure Indiarum tom. 2. de Indiar. gubernat. lib. 3. cap. 3. num. 1. Card. Seraph. decis. 1420. Rot. decis. 541. n. 4. par. 2. recentior. & in Leodien. Parochialis 18. Decemb. 1623. coram R. P. D. Merlino: & de conuerso iurispatronatus Ecclesiasticum transficiens ad laicos permutatione, vel alio titulo oneroso accedente superioris auctoritate efficitur laicale, vt fuit resolutum in d. Leodien. Parochialis, Ferentil. in annot. ad decis. Bivattii 769. à num. 23.]

M m 2 mutata

mutata enim conditione personæ, & honorum conditio mutata videtur. Valasc. *de iure emphyt. quest. 17. num. 15. col. 2.* [Gironda de priuil. & exempt. explicat. n. 1532.] & ubi res nō priuilegiata peruenit ad priuilegiatum, amittit naturam antiquam, & efficitur res priuilegiata. Tiraq. *de iure primog. in pref. n. 133.* D. Barbola *in l. heres absens, in princip. num. 176. ff. de iudic.* [Iatē quando iuspatronatus reputatur Ecclesiasticum, vel laicale. Lotter. *de re benef. lib. 2. quest. 10. ex num. 39. vbi num. 40.* quōd iuspatronatus non æstimatur Ecclesiasticum ex simplici statu personæ, nisi in ordine ad Ecclesiam, & n. 42. quōd reputatur Ecclesiasticum si sit transfusum in collegium Ecclesiasticum, & à numero 45. an competens confraternitati laicorum, aut operariis Ecclesiæ, sit Ecclesiasticum, vel laicum?]

131 Quādo verō iuspatronatus est cōmune & laici, & Ecclesiastici, omnes simul habent semestre ad præsentandum ratione communionis, *gloss. fin. in d. cap. vnic. Lambertin. d. quest. 1. art. 3. Nicol. Garc. d. cap. 9. num. 210.* Aloyf. Ricc. *in praxi aueca. resol. 458.* [me citato in hoc loco Caltr. Palao *in opere moral. tom. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 5. num. 2.*] Viuian. *d. cap. 1. num. 5.* vbi asserit procedere etiam si laicus habeat maiorem partem, quia magis dignum trahit ad se minus dignum, *cap. quod in dubiis*, vbi *gloss. verb. consecratum, de consecrat. Ecclesie, gloss. in d. cap. vnic. cum aliis citatis in libello de principia viriisque iuris, lit. D. num. 27.*

132 Licet autem iuspatronatus mixtum, quoad priuilegia, & commodā dicatur, Ecclesiasticum, tamen quoad derogationem censetur laicale. Put. *decis. 157. num. 5. par. 3. Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 4. num. 50.* Mar. Anton. *variar. lib. 1. resolut. 39. num. 10.* & ideo non solum quoad partem laicalem, verum etiam quoad Ecclesiasticam requiritur in eo expressa derogatio, *gloss. & Doct. in cap. cum dilectus, de iurepatr. Felin. in tract. quando littera Apost. nocent. patrono, ampl. 6. Mar. Anton. dict. resol. 39. num. 10.*

133 In dubio tamen vbi fit mentio iuspatronatus, intelligitur de Ecclesiastico, Lap. *allegat. 84.* Turret. *conf. 71. num. 56. vol. 1.* quos refert Mar. Anton. *var. resol. lib. 1. resol. 109. num. 10.*

134 Tempus prædictum patronis præsentare habentibus incipere currere à die vacationis beneficii, vt per text. *in cap. 2. de supplend. neglig. Pralat. & in cap. eam te, de iurepatr. tenent Rebuff. in praxi benef. lib. 1. tit. de deuolut. num. 5. Villalob. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 22. num. 127. pag. 608.* Perez leg. 2. *verfic. quaro vterius, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 153.* [& post Lambertin. & Sebast. Medices, resoluit Caualcant. *decis. 11. num. 56. par. 3.*] Verum tale tempus non currere nisi à tempore scitæ vacationis verius duco, quia hæc est recepta in Sacra Rota sententia, & magis communis Doctorum resolutio, quam tueritur Tiraquell. *de retractu tit. 2. §. 35. à num. 7.* [Hieron. Gabr. *conf. 185. num. 9. lib. 2.* Lotter. *d. quest. 5. num. 23. vbi num. 24.* quōd hæc notitia debet esse indubitata, & num. 25. quod in hoc statuendo Index plerumque considerat qualitatem beneficii, modum vacationis, & locorum distantiam, & ex iis omnibus arbitratu scientiam, aut ignorantiam] Azor. *dict. lib. 9. cap. 21. quas. 11.* Spin. *d. gloss. 4. princip. num. 21.* Campan. *d. rubr. 11. cap. 13. num. 393.* Caputaq. *decis. 248. par. 3.* quem refert Aloyf. Ricc. *d. collect. 119. & d. decis. 183. num. 2.* & in dict. praxi resolut. 155. [me citato Ca-

stro Palao *dict. puncto 5. num. 3.*] Zerola *in praxi Episcop. par. 1. verb. iuspatr. §. 8. versic. hi sunt.* Nicol. Garc. *de benef. par. 10. cap. 2. num. 34.* Perez de Lara *de annuers. lib. 2. cap. 9. num. 35.* Cardoso *vbi supra, & verb. tempus, num. 7.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quest. 6. num. 23.* Flores de Mena *var. lib. 1. quest. 3. à num. 20.* Lessi. *de iustu. lib. 2. cap. 37. num. 27.* Vgol. *d. cap. 5. in princ. num. 5.* Mar. Antonin. *variar. lib. 1. resolut. 29. num. 19. & 20.* Card. Seraphin. *Rota Rom. decis. 380. num. 1.* Viuian. *d. par. 2. lib. 7. cap. 2. num. 6.* Rota *decis. 500. & 532.* apud Farinac. *in 1. collect. nouissimorum, & [decis. 481. num. 3. par. 1. &] decis. 173.* apud eundem *par. 1. recentior.* vbi tentum fuit tempus datum ad præsentandum currere à die scientiæ, & scientiam debere plenè probari, nec sufficere testes de auditu [nouissimè Alphonf. de Leone *d. q. 4. praxi §. n. 76.* vbi n. 77. quod debet probari scientia certa & indubitata, & num. 79. quōd scientia patroni est probanda ab allegante.] Et ignorantia potius præsumitur, quàm scientia, *cap. præsumitur, de regul. iuris in 6. Olasc. decis. 71. num. 23.* Anton. Monach. *Florent. decis. 7. num. 15.* Sesse *Aragon. decis. 189. num. 18.* Et præsumptio est pro patrono, vt dicatur scientiæ in tempore, & ignorasse vacationem, nisi sciuit probatum fuerit, Hier. Gabr. *conf. 185. n. 11. vol. 2.* Menoch. *de præsumpt. lib. 6. quest. 77. num. 14.* Proindeque si non probatur patronos habuisse notitiam vacationis, ignorantia semper præsumitur. Rota apud Farin. *decis. 520. in prima collect. nouiss. Vnde in vna Parmen. beneficii corā Card. Pamphilio de anno 1590.* fuit resolutū patrono nō currere tēpus ad præsentandum in beneficio vacante per priuationē, nisi à die notitiæ sententiæ, & priuationis, Lap. *alleg. 78.* Et in altera *Firmana alvaris corā Card. Blancheto §. Decib. 1594.* fuit resolutum, quōd habens gratiam fundatam in deuolutione ob negligentiam patronorum in præsentando intra tempus à iure præfixum, debet probare sufficienter scientiam ipsorum, refert Garc. *d. cap. 3. num. 36. & 37.* Et si ius præsentandi etiam in vno ex patronis, qui non habuit scientiam, conferuari potest, aliis propter scientiam exclusis, vt fuit resolutum *in causa Spoletana beneficii 28. Maij 1590.* coram Blancheto, refert Nicol. Garcia *dict. cap. 2. num. 41.* Regi tamen quantumcumque scienti non currit tempus quatuor mensium, vt probat Cabed. *de patronatib. Regie Coronie, cap. 28. num. 7. & 8.*

138 Similiter huiusmodi tempus non currit absenti, vel impedito, puta si patronus sit absens Reipubl. causa, vel iniuste carceratus, vel si non haberet tutum accessum propter perhorrescentiam alicuius inimici, cum Ecclesia sit pia, & cultrix iustitiæ, Rebuff. *de pacificis possess. num. 304.* Viuian. *dict. lib. 7. cap. 2. num. 6.* Flores de Mena *dict. quest. 3. numer. 4.* vbi num. 5. quōd si absentia in dubio præsumitur, impedito enim non currit tempus, Card. Mantica *decis. 30. num. 2.* Seraph. *decis. 220. num. 4.* Menoch. *conf. 38. num. 35.* Surt. *decis. 151. num. 4.* Valasc. *conf. 130. num. 31.* Flamin. *de resignat. lib. 11. quest. 13. num. 11.* Gutier. *prædic. lib. 3. quest. 34. a num. 21.* Nicol. Garcia *par. 10. cap. 2. num. 17.* Cardoso *verb. impedimentum, num. 2.* nec tenetur protestari. Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quest. 5. num. 23. & q. 7. num. 4.* vbi etiam quōd nec tenetur procuratorem ad causam constituere.

140 Pendente lite super iurepatronatus an. & quando patronis præsentare contendentibus currit tempus, questio est sub certis casibus terminanda.

Primus casus est, quando constat Ecclesiam vacantem esse patronatam, sed patroni sunt discordes,

quia diuiserunt vota sua plures præsentando, & super hoc litigatur, tunc non currit nec semestre, nec quadrimestre, sed expectabitur finis litis, cum pertineat ad Ordinarium discernere numerum vocum, ac merita præsentatorum, Viuian. *dict. lib. 7. cap. 3. num. 4.*

Secundus casus est, quando patroni inter se litigant de iure, aut possessione iuspatronatus super forma præsentationis, quia vnus dicit præsentationem de altero tanquam de abente factam non tenere, seu tanquam de criminoso, & simili, altero contrarium dicente, nullum currit tempus, sed litis euentus debet expectari per sententiam Episcopi, Card. *in Clement. plures, §. vltim. num. 1. de iurepatr. Viuian. d. cap. 3. numer. 8.* Idem si lis moueatur super potestate eligendi, quia tunc prædictum tempus nō currit. *cap. 2. de iurepatr. Tiraquel. de retract. lign. §. 1. gloss. 10. num. 37.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quest. 7. num. 13.* Zerola *in praxi Episcop. par. 1. verb. iuspatronatus, §. 5.* Idem si lis est inter ipsos præsentatos in tempore super prelatione eorum præsentationis, etiam si lis intra tempus requisitum non finiatur, Rota *in vna Tordosen. iuspatronat. 8. Febr. 1599. & 10. Janu. 1600.* coram Penna, Ricc. *d. resolut. 170. num. 3.*

Tertius casus est, quando constat Ecclesiam vacantem esse patronatam, sed patroni non conueniunt in præsentando, & labitur semestre, seu quadrimestre, tunc ex deuolutione Episcopus eam confert, per notata *in cap. 3. de iurepatr. vbi Card. colum. vltim. Viuian. dict. cap. 3. num. 7.* [At Zerola *in d. verb. iuspatronatus §. 5.*] tenet quōd si lis est inter patronos non concordantes in præsentato, vel alter ipsorum præterdit alterum non esse patronum, vel quid simile, tunc Episcopus potest ipsis iniunctis præuidere Ecclesiam, saluo iure præsentandi illi, qui postea euicerit iuspatronatus per vltimum calculum sententiæ, sed non pro illa vice. [Addit Flores de Mena *lib. 1. q. 3. num. 31. & 32.* per text. *in cap. cum propter, de iurepatr. tempus datum patronis ad præsentandum conuere per litis pendentiam super quasi possessione præsentandi inter ipsos patronos, subdens quōd si lis esset super proprietate iuspatronatus, non impediret præsentare is, quiesceret in dicta quasi possessione, & sic ob eius culpam laberetur quadrimestre, & num. 33.* aduertit maximam differentiam esse inter tempus præfixum patronis ad præsentandum, & inter tempus præfixum collatoribus, & electoribus ad conferendum, & eligendum, quia in primo casu currit tempus patronis impeditis ob dictam litis pendentiam, in secundo verò casu non currit tempus taliter impeditis.

Quartus casus, quando lis est inter præsentatos tantum, quia tunc etiam si lis non finiatur intra semestre, seu quadrimestre, Episcopus Ecclesiam non confert, cum text. *in cap. quoniam 3. de iurepatr. inducens deuolutionem, quando est lis inter patronos, tanquam exorbitans, & rigorosus, non extendatur ad licem inter præsentatos, vt tenuit Rota Rom. apud Farin. decis. 586. n. 7. in collect. nouiss.*

Quintus casus est, quando conuertiatur inter Fiscum Episcopi prætendentis Ecclesiam vacantem pertinere ad meram collationem Episcopi, & esse liberam, & inter ipsos patronos prætendentes ius præsentandi, vel iuspatronatus ad eos pertinere, tunc durante lite Episcopus non potest prouidere iniunctis patronis, sed ponit Oeconomum in dicta Ecclesia, quousque sit terminatum negotium praxis Episcopi, vbi proximè. nam hoc casu ob lapsum temporis non est locus deuolutioni, Abb. *in d. cum vos, num. 7.*

Rota *decis. 411. num. 3. p. 1. diuers.* & iterum eadem Rota *in vna Reginen. Paroch. 7. Octobris 187.* coram Illustrissimo Blancheto, refert Aloyf. Ricc. *dicta resolut. 170. num. 2.*

Si Patronus erret præsentando coram Ordinario, cum deberet præsentare coram alio inferiori ex legitima præscriptione, seu priuilegio, quia patroni intentio fundata erat in iure, per text. *in cap. omnes Basilica, 16. q. 7.* quamuis lapsum sit tempus datum ad præsentandum, sciat tunc præsentationem fieri debere coram alio, bene poterit iterum præsentare ex iusta causa ignorantie coram habente instituire, Lambertin. *lib. 2. par. 2. quest. 1. art. 24.* [Garc. *de benef. par. 10. cap. 3. num. 8.* Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. num. 26.* Lotter. *d. lib. 2. quest. 6. num. 48.*] Viuian. *d. lib. 7. cap. 6. n. 1.* vbi num. 5. quōd si præsentatio si fuit admissa, præsumitur facta in tempore, & num. 8. quōd Episcopus elapso tempore potest admittere patronum ad præsentandum, si velit. Et ad illud quod excusatur patronus à deuolutione si præsentaret coram alio, quem rationabili aliqua ex causa crederet habere ius instituendi, vide Rebuff. *in praxi tit. de deuolut. num. 26.* Lap. *alleg. 95. ad fin.* cum aliis adductis *in Mediolanen. iuspatronatus, impressa per Nicol. Garc. de benef. p. 10. cap. 3. num. 8.* [Lotter. *d. loco.*]

Tempus datum ad præsentandum potest Ordinarius in sui præiudicium prorogare, Crescent. *d. decis. 12. sub tit. de dilat. quem citat Aloyf. Ricc. dict. collect. 119.* Vgol. *dict. cap. 5. §. 1. num. 4. vers. tertio, in fine.* Flamin. *de resignat. lib. 6. quest. vlt. num. vlt.* Aloyf. Ricc. *d. praxi resol. 195.* non tamen abbreviare, Viuian. *d. par. 2. lib. 7. cap. 7.* [me citato in hoc loco Castro Palao *d. puncto 5. num. 8.* nouissimè Alphonf. de Leone *d. quest. 4. praxi §. num. 37.* vbi citat Rota *in Salmantina beneficii 4. Febr. 1630.* coram R. P. D. Ghislerio, vbi fuit dictum Ordinarium non posse restringere neque abbreviare tempus patronis concessum à Iure ad præsentandum, quia indultum à Iure beneficium non potest per Iudicem tolli. *cap. indultum, de regul. iuris in 6.*]

Præsentatio intra prædictum tempus datum à Iure fieri potest quocumque die etiam feriato, & etiam Paschali, cum sit quid extraiudiciale, & supiat spiritualitatem, Domin. *in cap. concertationi, de appellat. lib. 6.* Viuian. *d. lib. 7. cap. 1. num. 5.* [me citato in hoc loco Castro Palao *d. puncto 5. num. 4.*]

Actus enim extraiudiciales validè fiunt diebus feriatis, Cald. Pereira *d. resolut. emphyt. cap. 13. n. 5.* Cardoso *in praxi iudicum, verb. feria, num. 3.* Ceual. *de cognit. per viam violentie, par. 2. quest. 107. n. 4.* Cum igitur præsentatio sit actus extraiudicialis, & voluntarius, Roch. *verb. honorificum, quest. 35. num. 66.* poterit fieri etiam extra territorium, & diocesim habentis instituere, vbi cumque reperitur is coram quo fieri debet præsentatio, & etiam institutio, Viuian. *dict. lib. 7. cap. 1. n. 9.* vbi n. 10. f. secus resoluti si inter præsentatos sit lis, quia tunc processus extra territorium habentis instituere fieri non potest.

Coram Episcopo loci præsentatio est facienda, *cap. nobis, de iurepatr. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 13.* Campan. *dict. cap. 13. n. 391.* [seu coram eius Vicario generali, vt supra diximus allegat. 54. num. 70. cui attestanti super pertinentibus ad eius officium, & de facto proprio, qualis est præsentatio coram se facta, est plene credendum, Rota *decis. 11. de iurepatr. in nouis, Caputaq. decis. 87. p. 3.* Rota *in Regien. Archiepiscopatus 19. Ianuarij 1501.* coram Cardinal. Pamphilio sen. & in Lucana

invispatronatus 20. Decemb. 1628. coram Dunozetto.

Item coram habente instituire presentatio fieri potest.] ex Viuian. dict. par. 2. lib. 8. cap. 8. num. 1. & quando debet fieri coram Episcopo, Sede Episcopali vacante fieri coram Capitulo, secundum Ioan. Andr. in cap. nobis de iurepatr. per text. in cap. 1. de institut. lib. 6. Viuian. ubi proxime num. 4. ¶ Si autem Ecclesia patronata sita sit in confinibus duarum diocesium, erit communis Episcopus illarum, sicuti communis est quoad Parochialia, glos. ult. in fine, in cap. licet in regulis, 16. quæst. 3. sicut & arbor in confinio posita, §. insula, Instituit. de rerum diuision. Et si Episcopi discordent, Superioris Metropolitanæ partes erunt ordinare, vt alternis vicibus Episcopi Ecclesiam ordinent, ita est text. in Clem. plures, §. & vt facilius de iurepatr. quamuis alij dicant illius Episcopi prædictam Ecclesiam esse, in cuius diocesi situm est caput ipsius Ecclesiæ, argum. text. in l. cum in diuersis. ff. de religiosis, & sumpt. funer. Alij putarunt illius diocesis Ecclesiam esse, in cuius solo sita est ipsius porta principalis, argum. text. in l. pradiis, §. qui domum, & quod ibi notat Barr. ff. de legatis 3. Alij verò existimant patronos rectè presentare coram vno ex dictis Episcopis. Lambertin. p. 2. lib. 2. q. 4. art. 6. Bellencin. de charitativo subsidio q. 5. 2. Vno tantum casu non obstringitur patronus presentare coram Episcopo loci, veluti si Curiam adiret pro obtinenda institutione à Papa, etenim est tunc quod de consensu constet, quia is habet vni presentationis, vt per Cæs. de Grassis decis. 1. num. 7. & 9. de iurepatr. Rota decis. 534. num. 4. par. 1. diuers. & fuit dictum in vna Spoletana Capellania 15. Iunij 1620. coram Buratto, cuius meminit Lotter. in tract. de re benef. lib. 2. quæst. 6. num. 49.

151 Patronus laicus potest intra quadrimestre ante Episcopi institutionem variare, & plures successiue presentare, non autem patronus Ecclesiasticus, cap. quod autem, cap. pastoralis, cap. cum autem, de iurepatr. Roch. verb. honorificum, quæst. 9. cum seq. Lambertin. par. 2. lib. 2. quæst. 7. Gutier. de iuram. confirmat. par. 3. cap. 13. [Zerol. p. 1. verb. iuspatron. §. 24. Lara de Capellan. lib. 2. cap. 9. à num. 8.] Flamin. de re signationibus, lib. 2. quæst. 23. num. 13. Spin. in speculo restam. glos. 4. princip. à num. 73. Ceual. commun. contra communes quæst. 265. & 695. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 30. tract. 3. num. 223. Nicol. Garc. dict. par. 5. cap. 9. num. 211. Vgol. d. cap. 51. in princip. n. 5. vers. verum, Aloyf. Ricc. d. praxi resolut. 156. Viuian. dict. par. 2. lib. 10. cap. 1. [nouissimè Nouar. in praxi elect. & variat. fori q. 3. num. 6. p. 1. in ult. impress. vbi à num. 6. probat id procedere etiam si non variare iurauerit, nouissimè Mich. Ferrus in tractat. de preced. Ecclesiast. q. 34. à num. 5. nouissimè Alphonf. de Leone de officio Capellani §. 4. praxi 5. num. 97. cum seqq.]

152 Et si patronus clericus potest variare, & alterum presentare sicut patronus laicus, quando scilicet clericus, patronus est ratione sui patrimonij, & sic presentat vt laicus, & non vt clericus, Gutier. d. cap. 13. n. 12. quia si iuspatronatus clericus ratione sui patrimonij æquiparatur laicali, cap. cum dilectus, 28. de iurepatr. Perez l. 2. colum. 5. vers. quod procedit, in fine, titul. 6. lib. 1. Ordin. Cabed. de patronatibus Regie Corona cap. 35. num. 3. Aloyf. Ricc. in dict. praxi resolut. 152. num. 2.

154 Rationes autem diuersitatis, quare scilicet laici patroni variare possint, non ita Ecclesiastici, plures ponuntur à Doctoribus supradictis, illa tamen vni prior est, quia presentatio Ecclesiasticorum vim habet electionis, in qua electione non cadit variatio, quia statim electo acquiritur ius in re, cap. publicato,

vbi glos. & cap. quod sicut, de elect. sed in presentatione laici secus est, quia presentatus tunc tantum acquirit ius ad rem, Abb. in cap. cum Beroldus, & posit. 2. de re iudic. vbi Felin. colum. 1. & 2. Mar. Anton. d. lib. 1. resolut. 104. num. 23. Campan. dict. rubr. 11. cap. 16. num. 13. Seraph. decis. 1238. num. 4. Viuian. d. par. 2. lib. 8. cap. 9. Flamin. de resignat. lib. 2. quæst. 23. num. 12. & lib. 7. quæst. 1. num. 78. cum sequentibus, Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. ius ad rem, §. 2. [Rot. apud Farin.] decis. 546. num. 2. in 1. collectione nouissimarum, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glos. 15. §. 2. num. 1. etiam si institutio fuerit nulla, Seraphin. decis. 1274. Aloyf. Ricc. d. praxi resolut. 188. num. 3. Item alia potest esse ratio, quia si clerici facilius, & melius possunt inuenire, & noscere clericos idoneos, quam laici, qui cum sint extra clericalem militiam possunt titubare, vt per Lambert. lib. 2. par. 3. q. 7. art. 1. & ex hoc cum laici possint variare, habent tantum quadrimestre, Ecclesiastici verò, qui variare nequeunt, semestrem, vt supra dictum est.

156 Ad eò verum est posse patronos laicos variare, vt hoc illis liceat, si procedatur per viam scrutiniij, etiam publicato scrutinio, Abb. in dicto cap. publicato, n. 5. de electio. Lambertin. ubi proxime, art. 2. Viuian. dicta par. 2. lib. 10. cap. 1. num. 7. & etiam si sit patronus ex priuilegio, vel ex præscriptione, vel alio modo, Lambertin. d. par. 2. quæst. 7. art. 18. vel patronatus pertineat ad Collegium, vel vniuersitatem laicorum, tunc enim potest Collegium, seu vniuersitas vno presentato variare, & alium presentare, Lambertin. ubi proxime art. 19. Viuian. dict. lib. 10. cap. 3. num. 4. vbi respondent text. in cap. cum autem, in fine, de iurepatr. agere de Collegio Ecclesiastico, non de seculari. Et si sicut patronus laicus potest variare, ita eius procurator. Felin. in cap. cum venerabilis, num. 3. de excep. Roch. verb. honorificum, q. 20. nisi dictus procurator haberet tantum potestatem limitatam ad vnum presentandum, Lambertin. d. p. 2. quæst. 7. art. 17. Viuian. d. par. 2. lib. 10. cap. 3. num. 1. & 2.

158 Variatio autem à patrono fieri potest duobus modis, primo vnico contextu plures presentando, secundum d. Clem. plures, §. ult. de iurepatr. vt is instituat, quem Episcopus elegerit, vbi glos. Card. & alij. Secundo modo potest fieri plures ordine successiue presentando, & sic diuersis temporibus, cap. quod autem, cap. cum autem, cap. pastoralis, de iurepatr. [non recedendo à prima presentatione, dict. cap. cum autem, Viuian. d. lib. 10. c. 3. num. 7. Ferrus d. quæst. 34. num. 7.] nec per presentationem secundi receditur à prima, sed Episcopus instituet, quem voluerit, Ioan. Andr. & alij in d. cum autem, Lambertin. dict. quæst. 7. art. 2. 1. & 2. & ideo in vna Bononiens. Parochialis 24. Nouembris 1595. coram D. Litta, fuit resolutum, quòd patroni laici possunt in presentatione variare, & alium presentare cumlatiue, sed non possunt recedere à prima presentatione sine causa, refert Nicol. Garcia d. c. 9. num. 213. Vnde variatio facta priuatiue nulla est, vt firmarunt Abb. in d. cap. quod autem, num. 3. Lambertin. lib. 3. par. 3. quæst. 7. princ. art. 21. num. 4. & art. 22. num. 1. Roch. de Curte in verb. honorificum, quæst. 13. Rot. decis. 513. par. 3. lib. 3. in nouiss. Tur. de iurepatr. quæst. 16. num. 1. quos refert, & sequitur Mari. Anton. d. lib. 1. resolut. 104. num. 10.

159 Variatio verò est permilla si presentet cumlatiue, secus verò recedendo à prima nominatione, quia si ab ea expressè recedat, nihil agit, & non valet secunda nominatio, ita [Mari. Anton. d. lib. 1. resolut. 104. n. 10. Mich. Ferrus d. q. 34. num. 7. Azor. d. c. 21. q. 13.

7. 13. me citato in hoc loco Castr. Palao dict. disp. 2. puncto 6. n. 2.] Gutier. d. cap. 13. num. 4. vbi num. 5. resolut, quòd patronus laicus si simpliciter nominet, siue presentet secundum, non facta mentione de primo, nec dicat variando, nec accumulatiue, nec à primo recedendo, valet hæc secunda nominatio, & datur optio Episcopo, ac data paritate potest, & debet eligere, & instituire primum, tunc etiam in hoc casu potest esse locus gratificationi, glos. 2. in cap. cum autem, 24. de iurepatr. Roch. verb. honorificum, q. 15. num. 4. Cald. Pereira de renouat. emphyt. quæst. 17. n. 33. cum seqq. & quæst. 18. n. 27. ¶ Si tamen patronus presentauerit primum idoneum, postea variet, & presentet non idoneum, seu indignum, tunc Episcopus primum instituet, nec patronus tunc puniri potest, quia iam presentauerat dignum, & idoneum, Lambertin. dict. quæst. 7. artic. 27. Viuian. dict. lib. 10. cap. 4. num. 7.

161 Patronus potest quidem semel, aut iterum, quos volet, cumulando presentare, non autem tertia, vel quarta vice. Ita Calderin. conf. 16. de iurepatr. Roch. verb. honorificum, quæst. 10. Lambertin. d. quæst. 7. art. 23. Tiraq. in l. bones, §. hoc sermone, in reg. num. 25. Nauar. in cap. placuit, de poenit. distinct. 6. num. 167. & 171. Gutier. d. cap. 13. num. 3. Cald. Pereira de potestate elig. cap. 3. num. 19. Nicol. Garc. d. cap. 9. n. 214. Viuian. d. par. 2. lib. 10. c. 4. [Rot. in Composellana Parochialis 20. Februarij 1630. coram Merlino, Ferentill. ad decis. 942. Buratti n. 6. Ferrus d. q. 34. n. 6. me citato in hoc loco Castr. Palao in opere morali tom. 2. tract. 13. disp. 2. puncto 6. num. 3. vbi tamen in vers. nihilominus, post Decis. Card. Berol. Spin. & Azorij aestimat Patronum laicum non solum bis, sed ter, vel quater variare posse. Percz de Lara de amniuers. lib. 2. cap. 9. num. 8. Nouar. in suis singul. Canon. concl. 112. n. 8. nouissimè Alphonf. de Leone d. q. 4. praxi 5. n. 98.] ¶ Et tali variationi non est locus lite pendente inter presentatos à diuersis patronis, Flamin. de resignat. lib. 12. quæst. 3. num. 21. Cauale. decis. 70. n. 62. par. 3. Roch. verb. honorificum, quæst. 23. Lambertin. d. quæst. 7. art. 24. Couar. pract. cap. 36. num. 7. vers. tertio quandoque, Aloyf. Ricc. d. praxi resolut. 159. num. 4. Mar. Anton. d. resolut. 104. num. 14. Nicol. Garc. dict. cap. 9. num. 217. [Ferrus d. q. 34. n. 9. me citato in hoc loco Castr. Palao d. disput. 2. puncto 6. n. 5. nouissimè Alphonf. de Leone d. q. 4. praxi 5. n. 100.] & fuit resolutum in vna Zamorens. beneficij de Morales, 30. Maij 1586. coram D. Orano, vt fuit dictum, quòd lite inter presentatos pendente, alteroque ex litigantibus defuncto, patrono non permittitur sine vitio attentatorum alium presentare, indubitatum esse ex cap. 1. vt lite pendente in 6. quod procedit tam in vacatione naturali, scilicet per obitum, quam in ciuili, putà per resignationem, vel assignationem alterius beneficij, Gonzal. gloss. 51. num. 212. Cum vero litigator cum eis, qui beneficia iam sunt adepti, & sic contra presentatum iam institutum, clarum est pendente lite non posse patronum alium presentare, cap. 2. vt lite pendente, Rota in Salamant. Capellania 20. Nouembris 1592. coram D. Pamphilio, refert Aloyf. Ricc. dict. resolut. 159. num. 1. vbi num. 5. dicit dispositionem dict. cap. 1. & 2. limitari quando superites colligant presentaretur, seu prouideretur ab Ordinario, quia tunc cessat ratio per dicta capita assignata, & secuta est Rot. in vna Mediolanens. iurispatronat. 20. Ianuarij 1596. coram [bonæ mem. Cardinal. Blanchetto apud Garc. par. 10. c. 3. num. 8. & in d. Composellana Parochialis, coram Merlino, Ferentill. ubi sup. n. 8. Idem Ricc. d. n. 5.] intelligit principalem resolutionem, quando lis pen-

deret inter duos patronos à diuersis patronis, nam tunc non est licitum variare, nec vilo defuncto potest alius presentari; secus verò vbi lis verteretur inter alios, quia tunc non prohibentur patroni presentare, aliàs sequeretur, quod posset de facili impediri patronus introducendo litem super beneficio, vt fuit in Rota resolutum in vna Bergomen. Capellania 19. Iunij 1579. coram D. Bubalo. [Pro presentis quæstionis, & aliarum quæ in presenti occurrere possunt, declaratione adest optima decisio Rot. in Composellana Parochialis 20. Februarij 1630. coram R. P. D. Merlino, cuius verba sequuntur. Hæc Parochialis est de iurepatronatus, quod Domini putarunt diuidi posse in sexdecimas voces respectu personarum, quæ presentant, & apparet Bernardum habere pro se duodecim voces, quatuor vero duntaxat Gondisalum, sed dubium fuit iam sub die 12. Nouembris præteriti excitatum, an presentationes in fauorem Bernardi suffragarentur, quoniam Gregorius & Ferdinandus Xerpe prius presentauerunt Alphonsum Rodrigues, & promiserunt sub iuramento se non reuocatuos dictam presentationem, neque accumulatuos, quamuis regulariter patronus laicus semel possit variare non recedendo à priori presentatione, sed solummodo addendo & cumulando, cap. cum autem, cap. pastoralis, de iurepatr. Calderin. conf. 16. eod. tit. Nau. in cap. placuit, num. 167. & seqq. de Poenit. dist. 6. Lambert. de iurepatr. par. 2. lib. 2. quæst. 7. art. 1. num. 1. & sequentibus, Gutier. de iuram. confirm. par. 3. cap. 13. n. 4. & 5. Garc. de benefic. par. 5. cap. 9. num. 214. & fuit dictum in Bononiens. Parochialis 24. Nouemb. 1598. coram Litta, & aliàs sæpius. Attamen hæc conclusio habet plures limitationes, quæ ad hunc casum bene applicantur. Quarum prima & præcipua est, quando hæc accumulatio fiat lite pendente, quia tunc vt attentata licita non est. Crauet. conf. 63. n. 3. in fine, Crescent. decis. 10. de iurepatr. Cou. pract. quæst. cap. 36. num. 7. vers. tertio quandoque, Lancel. de attent. par. 2. cap. 4. in prefat. num. 583. Patil. de resignat. lib. 12. quæst. 3. num. 27. Garc. de benefic. par. 5. dict. cap. 9. num. 217. Rot. decis. 442. num. 6. par. 1. diuers. & in Zamorens. beneficij de Morales 30. Maij 1596. coram Orano, non tamen hæc noua presentatio, siue accumulatio fieret in colligantem, itaut inde difficilior euaderet exitus litis, nec diutius protraheret iudicium, tunc enim cessat ratio c. 2. vt lite pend. vt bene Roch. de Curte de iurepatr. in verb. honorificum quæst. 23. num. 53. Lancel. de attent. lite pend. in prefat. num. 576. & 590. Garc. de benefic. par. 3. dict. cap. 9. num. 220. & fuit dictum in Mediolanens. iurispatronat. 29. Ianuarij 1596. coram bonæ mem. Cardia. Blanchetto, quæ est impressa apud eundem Garc. de benefic. par. 10. cap. 3. num. 8. in d. vna capellania 24. Ianuarij 1603. coram bonæ mem. Cardinal. Pamphilio, & in Romanens. iurispatronatus 9. Maij 1603. coram bonæ mem. Iusto; in presenti autem casu non apparet quòd data hæc variatione lis, quæ erat inter Bernardum, Alphonsum, & Gondisalum inde facilius esset terminata. Secunda limitatio est quando quis sub iuramento promittit non reuocare, nec etiam, quod magis est, cumulare, vbi etiam patronus simpliciter promittit, & iuravit non reuocare, non dicitur contrauenire per secundam presentationem, quia re vera non reuocat primam, sed solummodo addit, & cumulat, itaut Ordinarius possit etiam primum presentatum instituire, vt rectè aduertunt Castr. conf. 361. num. 4. lib. 2. Rip. in rub. de iudic. num. 68. Lambertin. de iurepatr. par. 1. lib. 2.

lib. 2. quæst. 4. art. 13. num. 3. & par. 2. lib. 2. quæst. 7. art. 16. num. 2. quos refert, & sequitur, Burlat. conf. 369. num. 14. lib. 4. & Rota decis. 547. num. 4. par. 2. diuers. Sed quando prout in casu nostro patroni signanter sub iuramento promiserunt quod non reuocarent, neque accumularent, tunc noua presentatio in spretum religionis iuramenti, non est attendenda, &c. Decisio est multum ampla & notabilis, probat hanc conclusionem, & respondet contrariis plenissime, vide apud illam, quam inuenies impressam penes Alphonsi. de Leone dict. q. 4. praxi 5. n. 103. cum seqq. usque ad num. 114.]

163 Sicut patronus Ecclesiasticus variare non potest, ut supra dictum est, ita nec eius procurator, seu cessionarius, siue clericus, siue laicus, Rot. Rom. decis. 16. incip. Patronos clericos, de renunc. Lambertin. d. q. 7. art. 12. Verum si huiusmodi patronus primo presentauerit, & postea variando alium presentauerit, non punitur, nec deuolutio fit ad superiorem, dummodo non presentauerit indignum, sed prima presentatio attenditur, Rota Rom. ubi proxime, Lambertin. d. quæst. 7. art. 9. Roch. d. verb. honorificum, quæst. 9. num. 31.

164 Aduertere tamen, quod si actus presentationis non fuit perfectus, quia defecit aliqua ex personis requisitis de necessitate ad perfectionem presentationis, vel aliud, tunc etiam patronus Ecclesiasticus poterit iterum canonicè presentare, & non dicitur variare, cap. ult. de iurepatron. Lambertin. dict. quæst. 7. art. 3. [Viuian. dict. par. 2. lib. 10. cap. 1. a n. 8. Mich. Ferrus dict. quæst. 34. num. 14.] Eadem ratione poterit patronus Ecclesiasticus, si presentauerit coram eo, qui non habet ius instituendi, presentare iterum alium coram habente ius instituendi, Card. in Clem. 1. q. 9. de iurepatron. Idem erit si presentatio nulliter presentauit ratione Collegij Ecclesiastici, tunc enim poterit alium cum Collegio presentare, Lambertin. d. quæst. 7. art. 6.

165 Si autem beneficium habeat duos compatronos, vnum clericum, alium laicum, qui concorditer vnum presentauerunt, deinde laicus variando alium presentauerit, tunc primo presentatus est instituendus, Abb. in d. c. cum autem, n. 4. de iurepatron. Tiraq. de iure primo q. 17. opin. 11. n. 5. si autem non concordent, laicus poterit variare, & habebit semestre, Lambertin. d. q. 7. art. 13. [Castro Palao me citato in hoc loco d. disp. 2. puncto 6. num. 7.]

166 Presentatum si Ordinarius sine legitima causa admittere nolit, vel malitiosè differat, patronus non tenetur alium presentare, quia presentatus potest ab Ordinario appellare, Perez. l. 1. col. antepen. vers. quare etiam ulterius, tit. 6. lib. 1. Ordin. pag. 146. per text. in c. pastoralis, 29. de iurepatron. & tunc constabit coram iudice appellationis presentationem fuisse legitime factam, & ille presentatus institui debet, Rota Rom. decis. 4. incip. Secundum omnes, de iurepatron. in nouis, Abb. conf. 28. vol. 2. Roch. d. verb. honorificum, quæst. 46.

167 Si patroni sinant sibi tempus prescriptum ad presentandum, & non presentauerint, potest Episcopus eo transacto liberè de Rectore Ecclesiæ in Ecclesia prouidere, videlicet ubi patroni laici non presentant intra quadrimestre, Ecclesiastici intra semestre, Abb. in cap. quoniam notab. ult. in fine, de iurepatron. Lambertin. de iurepatron. lib. 2. par. 2. quæst. 1. art. 1. Monet. de commutat. vltima. volunt. c. 10. n. 373. cap. si verò, 12. de iurepatron. Spin. d. gloss. 4. n. 18.

168 & postea motam purgare non poterunt, quia ubi executio facta est à iure, non admittitur more purgatio, Doct. in l. si insulam, ff. de verbor. obligat.

glos. & Doct. in reg. iur. in 6. glos. fin. in cap. 3. de supplen. negl. Tiraq. in l. si nunquam, verb. reuertatur, num. 310. & in hoc casu executio fit à iure, quo deuoluitur statim ad Superiorem libera conferendi facultas, vt dicit Abb. cap. vltim. de iurepatron. Rot. Rom. decis. 6. de iurepatron. in nouis. [Et in his casibus, in quibus Episcopus, seu Ordinarius succedit in locum patroni negligentis presentare in tempore, debet seruare conditiones ab Instituto prefixas, & prouidere personis ab eo vocatis, Roch. d. verb. honorificum num. 8. Lambertin. lib. 2. 3. par. 7. quæst. princ. art. 13. num. 2. Azeued. lib. 5. num. 2. tit. 6. lib. 1. nona Rocop. Gutier. conf. 2. num. 15. quos refert & sequitur nouissime Valenzuela tom. 2. consil. 103. num. 14.]

170 Potest tamen Episcopus elapso tempore facere rem gratam patrono, eumque ad presentandum admittere, Lambertin. lib. 2. part. 2. art. 27. num. 3. q. 1. [Perez de Lara de capellan. lib. 2. cap. 9. n. 33. Castro Palao d. puncto 5. n. 8. post princ.] per text. in cap. 2. de suppl. negl. pralat. ponderando ubi verbum, liceat, quod ponit causam in voluntate illius, cui licet, iuxta allegata per me in Remiss. de clausulis, & distinctionibus, dict. 165. num. 2. Quod non procedet si Episcopus, vel alius superior intra suum semestre non contulerit, cum tunc deuoluitur ad alium superiorem, cap. 2. de concess. prebend. Non potest tamen admitti patronus, qui scienter presentauit indignum, & pro illa vice fuit iure suo priuatus, cum tunc priuatio fit in pœnam, cap. cum nos, de officio Ordin.

171 Verum si Episcopus intra tempus presentandi, conscientius iuris adhuc non deuoluti, beneficium contulerit, patronis adhuc non presentantibus, firma est collatio, quamuis possit irritari ex patronorum dissentio, veluti, illis presentantibus, aut expressim contradicentibus, cum videatur sperni, ex tunc collatio à iure reputatur irrita, per cap. decernimus, 16. quæst. 7. in quo sensu accipienda est Doctorum opinio asserentium collationem ab Ordinario factam spretu patrono infra tempus datum ad presentandum esse nullam, de qua Gregor. l. 5. glos. 2. tit. 15. par. 1. Roch. verb. honorificum, num. 2. Lambertin. par. 3. lib. 2. quæst. 2. art. 2. Put. par. 3. decis. 312. Spin. dict. glos. 4. num. 96. Flamin. de resignat. lib. 2. quæst. 4. num. 15. & 16. Chircou. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 4. num. 23. pag. 170. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glos. 56. num. 78. cum seq. Nicol. Garc. d. p. 5. c. 9. num. 231. latè Monet. de commut. vltim. volunt. c. 10. a num. 361. vbi num. seq. hoc procedere ait quando patronus est absens, & Episcopus contulit iure deuoluto, tunc enim non tenet collatio, ex quo in veritate patronus nondum erat priuatus. Verum si post collationem per Episcopum factam fuerit elapsus terminus non reclamante, nec contradicente patrono, manet omnino firma collatio, Rebuff. in praxi par. 3. signatura, verb. necnon iurispatron. n. 52. & de nominat. q. 17. n. 11. Spin. d. glos. 4. num. 99. Flamin. lib. 8. q. 10. n. 10. Zerol. in praxi Episc. par. 1. verb. Iuspatronatus §. 8. dub. 8. Cald. Pereira de potestate elig. cap. 10. num. 24. Nicol. Garc. d. cap. 9. num. 232. Aloys. Ricc. d. praxi resol. 154. latè Monet. de commutat. vlt. volunt. c. 10. num. 365. vbi num. seqq. alios quos enumerat casus in quibus institutio, seu collatio ab Ordinario facta spretu patrono valet, videlicet num. 372. quando patronus etiam si vocaretur, non possit presentare quem vellent: & ob scandalum vitandum, & vbi patroni scienter presentant indignum, & num. 383. vbi patroni litigantes super iurepatronatus litem non terminant intra terminum datum

datum ad presentandum, & num. 273. vbi patronus variando accumulatum plures presentat, vel plures patroni diuidunt sua vota, & num. 375. resoluit quod Episcopus potest motu proprio instituere ipsi summe patronum egenum, siue eius presentatione, quia dum patronus non impugnat, prouisio ab Ordinario facta de beneficio tanquam libera collationis etiam intra tempus presentandi, est in statu validitatis, quia censetur facta sub ea conditione si patrono placuerit. Rota decis. 10. num. 5. de iurepatron. in antiq. Verall. decis. 189. num. 2. p. 3. Lotter. in tract. de re benefice. lib. 1. quæst. 34. num. 62. & lib. 2. quæst. 14. num. 65. & ideo semper est ratificabilis, merò que iure tenet, vt docent Roch. d. verb. honorificum n. 8. vers. ubi attingunt. Felin. in tract. quando in littere Apost. præiud. patron. ampl. 9. Couar. præf. cap. 36. num. 9. vers. tametsi frequentiori consensu, Ferrer. conf. 211. n. 15. bene Put. decis. 402. num. 1. vbi plena Apostolica, lib. 1. in correctis, Nicol. Garc. de benefice. par. 11. cap. 3. sub num. 19. optimè Lotter. d. lib. 2. quæst. 14. num. 71. & à num. 72. subdit quod licet text. in d. cap. decernimus, irritet ipso iure prouisionem, eam tamen irritat supposito spretu, & quod patronus eius causam prosequatur, sed non negat spretum illum esse remissibilem, & actum ratificabilem, vt ex tunc conualecat, fiatque retroactio ad principium, iuxta pulchram theoreticam Baldi in l. 1. sub num. 11. ad med. vers. non obstat primum, C. si plur. vna sentent. prout è conuerso non posset fieri hæc retroactio si Ordinarius prouidisset iure deuoluto ex inhabilitate extremorum coniungibilem. Rot. d. decis. 10. sub num. 4. vers. in proposito, de iurepatron. in antiq.

Instituto in beneficiis quomodo, & à quibus facienda?

172 Presentatus intra terminum Iuris exhibere debet instrumentum presentationis coram habente instituere. Lap. alleg. 75. n. 6. & 7. Roch. de iurepatron. verb. honorificum q. 5. n. 26. Lotter. de re benef. lib. 2. q. 6. n. 38. adeo vt respectu ipsius presentati interueniat acceptatio intra terminum supradictum, saltem per procuratorem specialem, Lambert. de iurepatron. lib. 2. p. 1. q. 11. art. 5. ex n. 2. Rotain Aurien. Purochialis 11. Januarij 1613. coram bonæ mem. Vbaldo sen. quæ quidem acceptatio non requiritur explicita, sed satis est quod instituere habens illam recipiat etiam cum claus. saluo iure alieno, vel cum alia, si & in quantum, &c. imò satis est quod presentationem non reiciat, vt ex multis Rotæ decisionibus probat Lotter. d. q. 6. n. 43. & 44. quibus peractis, examine factò, ac obtenta Ordinarij approbatione, sequitur institutio, pro qua materia discutienda præmittenda à nobis sunt quæ sequuntur.]

Instituto, ac instituere in beneficiis multipliciter in Iure accipitur, aliquando latè pro quocunque scilicet prouisionis modo, vt in reg. beneficium, de regulis iuris lib. 6. & in cap. cum ex inuincto, de hereticis, & in cap. in litteris, de restitut. spoliatorum, atque in toto tit. de institut. docuit glos. magistra in rub. illo tit. lib. 6. Aliquando verò accipitur pro speciali modo prouidendi, qui à collatione distinguitur, quia hæc libera est, nulla scilicet præcedente patroni presentatione, vel alterius nominatione, aut electione; institutio vero fit à patroni presentatione, quare in potestate conferendi non contineri potestatem instituendi, quia vna ab altera diuersa est, probat text. in cap. cum illis, §. cum autem, de prebendis lib. 6. de cuius intellectu agit Gonzal. ad reg. 8. Cancell. de Episcopo Pars III.

cell. glos. 16. à num. 9. Ex quibus & aliis hanc institutionum differentiam rectè obseruant ultra ordinarios in præcatis iuribus, Selu. de benefice. par. 3. q. 1. à num. 10. Rebuff. in praxi benefice. tit. de collation. numero 1. Petr. Gregor. syntagm. iuris, par. 17. cap. 4. à num. 23. & rei beneficiaria cap. 39. numero 3. Cardinal. Tusch. præf. conclus. tom. 4. lit. I. concl. 233. Nicol. Garcia de benefice. par. 4. cap. 1. num. 4. Viuian. in praxi iurispatron. par. 2. lib. 12. cap. 1. num. 2.

Accipitur etiam institutio pro inuestitura, seu 173 missione in corporalem beneficij possessionem, quæ iure communi ad Archidiaconum spectare dicitur, text. in cap. ad hec, & in cap. vt nostrum, de officio Archidiaconi, notat glos. in cap. auctoritate, de institution. cuius meminit Tiraq. in tract. le mort. in præf. declarat. 1. num. 5. Petr. Gregor. dict. num. 23. & alij proxime citatis locis. Alium denique notant Doctores institutionis modum à prædicta tituli collatiua distinctum, quem vocant auctorizabilem, per quem, inquit, canonicè institutis in beneficio dari curam animarum in populum, de quo intelligunt, agere Pontificem in cap. cum satis, de officio Archid. & in cap. de capellis monachor. lib. 6.

Instituto quoad nostrum propositum est concessio 174 Ecclesiæ, seu beneficij auctoritate legitima Episcopi, vel alterius Ordinarij facta, non simpliciter, cuius clerico, sed ei, qui est à patrono nominatus, & oblatus, ita Azor. institut. moral. p. 2. lib. 6. cap. 22. quæst. 1. Et si dicitur translatio iuris non libera à superiore facta, ex qua plenum ius datur instituto: ita Abb. in c. auctoritate, num. 7. de institut. quid si iuris translatio, probat glos. in c. 1. de regulis iuris, lib. 6. & ideo dicitur, non libera, quia superior velit nolite tenetur presentatum idoneum instituere, cap. decernimus, 16. quæst. 7. cap. Pastoralis, & c. quod autem, de iurepatronatus.

[Duplex est autem institutio, vna quæ dicitur collatiua tituli, cuius subiectum est beneficium, & altera, quæ dicitur auctorizabilis, cuius subiectum est cura animarum, super vtraque fundat Episcopus intentionem suam de iure communi, per reg. generalem, quam habemus in cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. & in cap. inuincto, ad fin. de heret. Lotter. de re benefice. lib. 2. quæst. 12. num. 6. & 7.]

Episcopus igitur solus de iure communi potest 176 presentatos à patronis, & per examen idoneos reprobos instituere, cap. ex frequentibus, de institut. cap. 1. eod. tit. lib. 6. cap. cum iuris, de officio Archid. Clement. plures de iurepatronatus, Lambertin. lib. 2. par. 3. quæst. 1. princip. artic. 10. numero 1. Rota decis. 85. num. 1. par. 2. in nouiss. Abb. in cap. cum Ecclesia Vulturana, de elect. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 47. num. 6. & resolut. 55. num. 11. in fine, Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 30. tract. 3. num. 224. Vgolin. dict. cap. 51. §. 4. num. 1. Viuian. dict. lib. 12. cap. 2. num. 1. [latè nouissime Alphonsi. de Leone in tractat. de officio Capellani quæst. 4. praxi 5. num. 182. cum sequentibus,] quia in collatione beneficiorum suæ diæcesis Episcopi de eodem communi fundatam habent intentionem, [cap. omnes Basilicæ, 16. quæst. 7.] Cardinal. Seraphin decis. 1353. num. 3. Valer. Reginald. dict. tract. 3. num. 239. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 1. proem. num. 21. [Seraphin. decis. 799. num. 1. Gregor. X V. decis. 391. num. 1. vbi adden. sub num. 4. Rota decis. 416. num. 1. & decis. 382. num. 1. par. 2. recent.]

178 Quo quidem instituendi facultas potest ab Episcopo specialiter delegari, etiam ante vacationem, & ratio est, quia institutio fit eadem ad presentationem patroni, & cessat votu captandae mortis, Ioan. Andr. & Dominic. in cap. si confirmationem, de elect. lib. 6. Viuan. dist. lib. 12. cap. 2. num. 1.

[Intellige elapso tempore ad presentandum concessio patronis, iuxta ea quae supra resoluiimus n. 134. cum sequentibus, quia eo durante non potest Ordinarius ordinario iure instituere, nec conferre etiam quod patroni praesentasset indignum, aut non idoneum ob variationem quam possunt semel cumlatiue facere patroni laici intra dictum tempus quatuor mensium, vt resoluat Caualean. decis. 11. num. 53. par. 3. vbi aduertit Ordinarium bene economum & Rectorem constitutere posse, qui de fructibus beneficii curam habeat, lucreturque fructus ad ratam temporis, iuxta dispositionem Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 18.]

179 Aduertendum duxi, quod culpa Episcopi male influentis patrono non nocet, Rot. in vna Rom. in respectu. 14. Octobris 1589. coram Robustio, Seraphin. decis. 1238. vbi dicit, quod si nullius institutionis non inficit presentationem factam per patronos fuisse validam, & in tempore factam, refert Aloyf. Ricc. dist. praxi resolut. 188. Lotter. in sua tract. de re benef. lib. 2. quest. 13. num. 58. vbi subdit num. 56. quod ad validitatem institutionis necesse est, vt praesentatur cognitio, videlicet quod beneficium vacet, quod existentia iurispatronatus sit clara, quod praesentatus sit habilis, & denique quod praesentatio sit facta in tempore. Vnde si vix elapso termino edicti fieret institutio, haberetur pro praecipitata, & nulla tanquam facta non adhibita caute cognitione, vt fuit dictum in Valentina beneficii 31. Januarij 1622. coram bon. mem. Remboldo.

181 Vicarius Episcopi sine speciali facultate potest confirmare electos, & instituere praesentatos, vt dixi supra, cum multis, quos citam, allegat. 54. num. 70. [Et ibi citatis addo nouissimè Alphons. de Leone d. quest. 4. praxi 5. num. 186.]

182 Capitulum Sede Episcopali vacante, quamuis non possit beneficia conferre, quae ad collationem Episcopi spectant, vt per Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 38. quest. 1. Gonzalez ad reg. 8. Cancell. §. 4. praxim. num. 35. & glof. 9. §. 2. num. 77. Filhine. tract. 41. de benef. cap. 2. num. 42. Stephan. Quarant. in summa Bullarum, verb. Sede vacante, vers. nono quaro pag. 137. Pialec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 5. num. 16. in fine, plures per

183 Garc. de benef. par. 5. cap. 7. num. 51. Potest tamen praesentatos clericos a patronis admittere, atque instituere, cap. 1. de instit. lib. 6. Calder. conf. 3. de inre patron. Rebuff. in praxi tit. forma vicariatus, num. 152. Azor. dist. cap. 38. quest. 2. Quarant. vers. que conclusio, pag. 138. ditto loco, Garc. dist. cap. 7. num. 54. Viuan. d. lib. 12. cap. 2. num. 6. Filliuc. d. cap. 2. num. 43.

184 Praelatis inferioribus ius instituendi potest competere ex causa speciali, nempe ex privilegio, & praescriptione, scilicet immemoriali, Mar. Antonin. d. lib. 1. resol. 47. num. 6. seu ex consuetudine, cap. 2. §. 3. de instit. Lambertin. lib. 2. par. 3. quest. 1. princ. art. 10. Card. in cap. cum venissent, eod. tit. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resol. 9. num. 11. & resol. 12. nonissimè Alphons. de Leone d. q. 4. praxi 5. num. 188. vbi etiam quod Capitulum Canonicorum potest ex privilegio vel immemorabili instituere, & exemplificat in Capitulo Ecclesia Pisana; & in Ca-

pitulo Lateranensis Ecclesiae, & num. 190. quod Auditor Rota tanquam subrogatus loco Ordinarij potest conferre beneficium quando causa fuit in Rota introducta, & num. 191. secus dicit in Auditore Camar. Non ita institutio illa, quam autorizabilem vocant, iuxta text. in d. cap. cum satis, dum absolute negat efficere posse consuetudinem, vt Archidiaconus sine Episcopi consensu curam tradat animarum, & adducitur pro simili text. in cap. ex frequentibus, de instit. & text. in cap. 1. de capellis monach. in 6. vbi Doctor. tenent quod licet agat de Ecclesiis, quae pleno iure religiosis subiacentur, & ideo institutio collatiua ad eos pertinet, non tamen traditio cure in populum, qui eisdem subiectus non est, sine institutio autorizabilis, ita Ioan. Andr. Anton. & alij in d. cap. cum satis, Guid. Papae in cap. auditus, n. 1. ad fin. de praescript. & alij, quos refert Felin. ibi n. 8. Miles, & alij, de quibus Gilchen de praescript. par. 3. cap. 10. num. 10.

185 Verius tamen est etiam institutio nem praedictam autorizabilem praescriptione acquiri posse iuxta principia in materia praescriptionis, & quia nihil inconuenit, quod si religiosi acquirunt Ecclesiam pleno iure quoad omnimodam iurisdictionem, possint etiam acquirere potestatem tradendi curam animarum, imò id clarissimè videtur supponere text. in Clem. 1. vers. quidam praeterea, de excessib. Pralat. vt ibidem post glof. notant Cardinal. in princ. opposit. 6. & post Abb. & Felin. in d. e. auditus, n. 8. Balb. de praescript. 1. p. 5. quest. 11. num. 6. Gilchen n. 10. ditto loco [Lotter. dist. quest. 11. ex n. 13. vbi n. 33. quod haec procedunt etiam respectu monasterij monachum, modo respectu ipsius cure accedat autorizabilis institutio Episcopi, & num. 34. subdit quod licet moniales non sint capaces cure, vel eius exercitij actualis, sunt tamen capaces iuris deputandi personam, capacem eius potestatis.]

186 Nec obstat text. in dist. cap. cum satis, variè enim intelligitur a Doctoribus. Alij interpretantur de consuetudine, vel praescriptione non completa: alij distinguunt inter praescriptionem, & consuetudinem, vt in hac procedat dist. cap. cum satis, in illa dist. cap. cum olim, alij in praescriptione sine titulo, & bona fide. Sed facilius cum Innoc. Domin. Cardinal. Felin. Balb. & Gilchen citatis locis, potest responderi solum prohibere Summum Pontif. in dist. cap. cum satis, consuetudinem, seu magis praescriptionem per quam aliquis inferior intendit instituere in beneficiis nomine proprio, ita non si praescribat nomine, & vice Episcopi, vt tanquam ipse Vicarius faciat institutionem, vt deducitur ex littera eiusdem text. ibi, sine licentia & mandato Episcopi, quae verba ostendunt, quod si praescriperit, vt faciat tanquam de mandato Episcopi non esse prohibitum, iuncta vulgari reg. quod omnia, quae privilegio acquiri possunt, acquiruntur etiam praescriptione, cap. super quibusdam, §. praeterea, de verbor. significat. cum similibus, de quibus Gabr. commun. de praescript. concl. 1.

187 Vtrum si testator capellam instituat, eo adiecto, vt praesentati institutio ad Episcopum non pertineat, adhuc Episcopus se valeat intromittere? Pars affirmatiua, quae vera est, ostenditur primo, quia institutio ministrorum, sicut & omnium beneficiorum prouisio in sua diocesi existentium ad Episcopum de iure spectat. cap. omnes Basilica, cum multis ibid. 16. quest. 7. & in beneficiis iurispatronatus. cap. resolutum 21. cap. praeterea 23. de inrepatr. planè testatur, sicut

sicut alia quaecunque priuata persona nihil possunt contra ius statuere, iuxta reg. l. nemo potest, ff. de leg. 1. praeterea quia beneficiorum prouisio, sicut & cetera omnia, quae in sacris, & Sacerdotiis consistunt, Iuris publici sunt l. 1. §. huius studij, ff. de iustit. & iure, cum aliis, & ideo priuatorum dispositionibus tolli non possunt. l. ius publicum 39. ff. de pactis; quo fundamento hanc partem affirmatiuam tuerentur Abb. in cap. nobis num. 5. de inrepatr. plures, vt per Couar. in cap. tua num. 8. de testam. & de sponsalib. par. 2. c. 3. §. 1. n. ult. quem refert Mench. de success. §. 7. num. 15. qui communem fatetur, & in fortioribus terminis Valasc. conf. 105. num. 57. Qua in re excessisse videtur Mench. vbi proximè num. 17. dum existimat quod si in proposito testator in euentu quo Episcopus se ingerat, poenam adiciat, vt capellae omnino extinguantur, bonaque ipsarum in alios vsus applicentur, valida sua poenalis dispositio, idque sibi verissimum videri affirmat, seque eam opinionem contra communem Salmanticae publicè defendisse gloriatur: confunditur enim eisdem fundamentis, quibus supra communis probatur, & ex aliis adductis per Gutier. in d. l. nemo potest num. 449. Neque Menchacam defendit illud vulgare, quo primò innititur, voluntatem scilicet testatoris ante omnia, & omnino seruandam esse, auth. de nuptiis §. disponat. collat. 4. l. in conditionibus ff. de condit. & demonstr. cum similibus. Respondetur enim facillimè vulgare illud procedere, quando voluntas Iuri publico non aduersatur, vt supra probauimus. Non obstat auctoritas S. Concilij Trident. sess. 22. de reformat. cap. 9. dum cogit omnes administratores tam Ecclesiasticos quàm seculares cuiusvis Ecclesiae, hospitalis, aut confraternitatis ad reddendas rationes Ordinario, non obstante quacunque consuetudine, vel privilegio, nisi forte aliud expressè cautum fuerit in institutione, vel Ordinatione talis Ecclesiae, vel fabricae. Respondetur enim illud procedere quando tempore fundationis ipsius capellae, vel oratorij Episcopus consentit oneri adiecto, obseruant post alios Felin. in cap. cum venerabilis num. 35. de except. plures vt per Roch. de inrepatr. verb. pro eo quod, quest. 12. num. 26. Gutier. in d. l. nemo potest num. 450. Et ideo in ipsa fundatione conditionem apponi posse, quod institutio spectet ad inferiorem, de consensu tamen Episcopi resoluat Abb. in cap. cum dilectus notab. 3. de inrepatr. lib. 1. par. 1. quest. 9. princ. art. 1. num. 55. & 96. quos refert, & sequitur Mar. Anton. var. resolut. lib. 1. resolut. 12. num. 4.

188 Religiosis in Ecclesiis, quae pleno iure eis subiacentur, pertinet institutio, vt probat text. in d. Clem. 1. vers. quidam praeterea, & vers. quidam etiam, de excessib. Pralat. Roch. verb. competens, quest. ult. Viuan. d. par. 2. lib. 12. cap. 3. num. 14. Cochier de iurisdic. in exemptos par. 4. quest. 80. In Ecclesiis verò, quae pleno iure ad illos non pertinent, institutio & destitutio ad eos non spectat, sed Presbyteri ab illis praesentati ab Episcopo sunt instituendi, cap. in Lateranensi, 31. & cap. de monachis, 2. de praebend. cap. cum & plantare, & c. in Ecclesiis, de princ. text. sic intelligendus in d. cap. 1. de capellis monach. lib. 6. Si tamen iurispatronatus ad exemptos transiret, putà cum vniuersitate aliqua, institutio ad eos non transibit, sed manebit illius, ad quem antea pertinebat, quia in eos non potest plus iuris transferri, quam habebat transferens. d. cap. cum seculum, Roch. verb. competens alicui, num. 70. Debent quippe patroni exempti ordinandos Episcopos praesentare, Paul. de Citad. art. 3. par. 6. num. 79. quest. 45. Cochier d. quest. 80. Burbol. de Episcopo Pars III.

189 Illud maximè adnotabis, quod in his Ecclesiis, quae non pleno iure pertinent ad religiosos, sed habent Episcopi institutionem, ponendi sunt Vicarij perpetui, vt decidit text. in dist. cap. 1. & in dist. cap. de monachis. In iis verò, quae pleno iure ad religiosos spectant, possunt ipsi ponere Vicarios ad nutum suum remouibiles, vt argument. text. in dist. Clement. 1. notauit ibi glof. verb. ad mensam, de excess. Pral. & glof. verb. haberent in Clement. 1. de rescript. & glof. verb. de mensa, in Clement. 1. de suppl. neglig. reddentes rationem, quia in huiusmodi beneficiis institutioni locus non est, sed principalis titulus est penes ipsum monasterium, seu Collegium, cui vnita sunt, & propterea nunquam vacare dicuntur, quare glossarum doctrinam sequuntur alij communiter ibi, vt per Imol. num. 16. in dist. Clement. 1. de excess. pral. Rebuff. in praxi tit. de Vicariis perpetuis, num. 7. & in cap. extirpanda, §. quia verò, à num. 59. de praebend. & de congrua portione, num. 32. Hoied. de incompatibil. benef. par. 1. cap. 15. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glof. 5. §. 3. num. 11. & 14. Nicol. Garc. de benef. par. 11. cap. 2. à num. 3. latè Flores de Mena var. lib. 1. quest. 10. à num. 13. qui varios casus percurrans eleganter vniuersam materiam resoluat.

190 Verùm licet praedicta procedant de iure communi antiquo, hodie tamen aliquam recipiunt mutationem ex decreto Concilij Trident. sess. 7. de reformat. cap. 7. quatenus decernit, vt Ordinarij deputare possint Vicarios etiam perpetuos in quibuscunque beneficiis curatis, quae vnita reperiuntur Ecclesiis Cathedralibus, Collegiis, & monasteriis, non obstantibus priuilegiis, & exemptionibus quibuscunque: quae verba comprehendunt quaecunque monasteria exempta, & Ecclesias quomodocunque eisdem, & eorum mensae vnitas, comprobant Flores de Mena dist. quest. 10. num. 39. Nauar. conf. 11. num. 9. de statu monach. in nouis, Nicol. Garc. d. par. 11. cap. 2. à num. 5. vbi num. 9. asserit ita Illustrissimos Cardin. respondisse, atque etiam posse eosdem Vicarios perpetuos ab Ordinariis constitui, etiam si in littera vnionis expressa sit clausula, vt possint deseruire per Vicarios amouibiles, quod tamen intellige de literis, quae ante Trident. emanarunt, non ita si post illud sub ea clausula fuerint concessae, vt bene aduertit idem Nicol. Garcia vbi proximè. Aduertendum tamen est, quod verba Concil. dist. cap. 7. iustum arbitrium Ordinariorum exigunt, & deinde quod id fiat in visitatione, vnde iusta causa necessaria est, vt erigantur perpetuae Vicariae in Ecclesiis, in quibus iuxta praedicta poni poterant Vicarij amouibiles, quae deficiente iuste appellabitur, vt obseruant Nauar. Flor. de Mena num. 47. Garcia num. 8. distis locis. Et hinc iam colliges non pugnare cum hoc Trident. decreto in dist. cap. 7. aliud sess. 25. de Regular. c. 11. dum supponit in Ecclesiis monasteriorum Vicarios remouibiles poni posse; quia istud in d. c. 7. non negat id quod post in d. c. 11. statutum est, sed relinquit arbitrio Ordinariorum, vt si viderint expedire, perpetuos ponant Vicarios, quae omnia confirmabis, & declarabis ex Bulla Pij V. incip. Ad exequendum, vbi ampliatis praed. decretum Trid. de Vicariis perpetuis ponendis in huiusmodi Ecclesiis vnitis, vnum solum excipit casum, in quo per Vicarios remouibiles possunt religiosi deseruire, neque Ordinarij possunt deputare perpetuos illis inuitis, quando scilicet Vicarij deputantur ex ipsis Fratibus, seu monachis, quos Ordinarius idoneos iudicauerit, & consequenter huiusmodi exceptio firmat regulam

in contrarium in omnibus aliis, atque etiam in beneficiis mentis vitis.

Ultra quem casum alios refert Flores d. quest. 10. a num. 40. & Sanch. in precepta Decalogi tom. 2 lib. 7. & 19. n. 191. videlicet quando vnio facta est per viam pacti & concordia: cum clausula de seruicndo beneficio per Vicarium ad nutum amouibilem, approbata per Romanum Pont. tunc enim nequit Episcopus deputare Vicarium perpetuum. Flores d. q. 10. num. 41. vel quando a tempore immemoriali vnio facta est, & ex tunc constat Vicarios fuisse ad nutum amouibiles scientibus, & consentientibus Ordinariis, & nunquam Vicarius perpetuus constitutus est. Flores d. quest. 10. num. 44. Vel quando ex privilegio remunerationis gratia concedo beneficium est vnium cum clausula ponendi Vicarium ad nutum amouibilem, quia in generali privilegiorum derogatione, quam ponit Concil. d. cap. 7. non concludantur privilegia remunerationis gratia concessa. Flores d. quest. 10. num. 46. Vel quando pro bono pacis, & cessatione litium, restaque beneficii gubernatione expediret nihil innovari, sed institui Vicarium ad nutum amouibilem, tunc enim nequit Episcopus perpetuum instituere, Flores d. quest. 10. num. 47. Vel quando particulariter, & per se fuit inita Vicaria perpetua, tunc enim nequit Episcopus Vicarium perpetuum instituere Flores d. quest. 10. num. 48. Vel quando ex privilegio Pontificio post Tridentinum decretum concessum vnium esset beneficium Parochiale cum clausula institucndi Vicarij ad nutum amouibilis, tunc enim nequibit Episcopus contra id privilegium Vicarium perpetuum instituere. Flores d. q. 10. n. 49. & 50. vbi petit id privilegium ex certa scientia, aut Motu proprio concessum esse.

191 Tempus a iure praefixum non designatur habenti instituere intra quod facienda sit institutio, sicut praefixum est collatori ad conferendum Rot. Roman. decif. 4. incip. secundum omne, de inrepatron. in nou. Lambertin. p. 3. lib. 2. q. 2. art. 6. & 7. Anastal. Germon. de indulcis Cardin. §. volumus, a n. 76. Roch. de inrepatr. verb. honorificum, n. 55. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 26c. post Seluam, Rebuff. Cosm. Zerol. & alios Nicol. Garcia p. 10. c. 4. n. 1. Vnde Rota in vna Veronien. inrepatr. 8. Februarij 1599. coram D. Pena fuit dictum, quod beneficium non est deuolutum, ex eo quod Ordinarius iustitit instituere, eum non sit tempus praefixum, refert Nicol. Garcia par. 5. cap. 6. num. 30.

192 Potest tamen per superiorem certum tempus assignari habenti instituere, infra quod si non instituerit, potest postea illum compellere, Lambertin. de inrepatronat. lib. 3. par. 3. quest. 2. art. 6. vbi art. 7. dicit quod si ad Episcopum pertineat institutio, poterit Archiepiscopus eius Metropolitanus eidem Episcopo praefigere tempus, eiusque negligentiam supplere, vel statim quod Episcopus differat instituere sine causa legitima, appellari potest ad Superiorem a grauiamine illato, Guier. de iuram. consir. par. 3. cap. 15. num. 8. Zerol. in prax. Episc. par. 1. verb. iuspatronatus, §. 8. dub. 3. Vnde Rota in vna Feltrina Canonica, §. Decembris 1603. coram D. Ortembergo, resoluit quod vt possit appellari a retardata, seu denegata institutione, & negligentia, requiritur triua interpellatio, & iterum in vna Calagur. iur. ingred. 28. Aprilis 1580. coram Illustrissimo Seraphino. Vide Aloyf. Ricc. d. praxi resoluit. 142.

193 Aduertendū maximē est, quod si quis debeat conferre, seu instituere ex iure ad se deuoluto ex negligentia patroni, vel ex negligentia habentis instituire, eo casu habet semestre ad conferendum, seu instituendum, Abb. in c. causam qua. n. 6. de elect. Rot. Roman. decif. 1. incip. Fuit dubitatum, de supplend. neglig. praelat. in nouis, Roch. verb. honorificum, q. 32. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 184. quod semestre currit a die notitiae. c. 2. & ibi glos. verb. infra sex menses, de concess. prebend. Lambertin. vbi supra art. 8. Aloyf. Ricc. d. resoluit. 184. num. 1. vbi cum Caputaq. decif. 348. par. 3. asserit procedere, etiamsi testator praesimiserit tempus ad praesentandum, & instituendum, quia debet intelligi iuxta iuris dispositionem.

194 Cū institutio sit actus extraiudicialis, & dicatur solum fieri per admissionem praesentati, Lambert. lib. 2. par. 3. quest. 2. art. 12. potest fieri etiam die feriato, sicut praesentatio, dummodo fiat extra sententiam, & figuram iudicij, ac per consequens etiam in Ecclesia, & in quocunque loco, quamuis non solito, dummodo honesto, Lambert. d. quest. 2. art. 10. & extra territorium, & diocesim, nisi cum plena causa cognitione ad institutionem procedatur, Abb. in cap. nouit, num. 4. de officio Legat. Roch. verb. competens alicui, quest. 34. Lambert. vbi supra art. 11.

gentia patroni, vel ex negligentia habentis instituire, eo casu habet semestre ad conferendum, seu instituendum, Abb. in c. causam qua. n. 6. de elect. Rot. Roman. decif. 1. incip. Fuit dubitatum, de supplend. neglig. praelat. in nouis, Roch. verb. honorificum, q. 32. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 184. quod semestre currit a die notitiae. c. 2. & ibi glos. verb. infra sex menses, de concess. prebend. Lambertin. vbi supra art. 8. Aloyf. Ricc. d. resoluit. 184. num. 1. vbi cum Caputaq. decif. 348. par. 3. asserit procedere, etiamsi testator praesimiserit tempus ad praesentandum, & instituendum, quia debet intelligi iuxta iuris dispositionem.

195 Cū institutio sit actus extraiudicialis, & dicatur solum fieri per admissionem praesentati, Lambert. lib. 2. par. 3. quest. 2. art. 12. potest fieri etiam die feriato, sicut praesentatio, dummodo fiat extra sententiam, & figuram iudicij, ac per consequens etiam in Ecclesia, & in quocunque loco, quamuis non solito, dummodo honesto, Lambert. d. quest. 2. art. 10. & extra territorium, & diocesim, nisi cum plena causa cognitione ad institutionem procedatur, Abb. in cap. nouit, num. 4. de officio Legat. Roch. verb. competens alicui, quest. 34. Lambert. vbi supra art. 11.

196 Quando in Episcopo concurrerent duae qualitates, nempe, quia esset Abbas alicuius Ecclesiae, & tanquam Abbas esset patronus alicuius Ecclesiae, & tanquam Episcopus haberet ius instituendi in dicta Ecclesia patronata, tunc praesentatio & institutio non debent expediri vnico actu, sed haec separatim fieri: id est, primò debet tanquam Abbas praesentare, vel melius esset quod procurator nomine Abbatibus praesentaret, & postea Episcopus instituat secundum text. in cap. a collatione, de appellat. lib. 6. & in cap. cum olim. vbi Felin. de re iudicata, & eo casu seruanda erit forma text. in cap. fin. de elect. lib. 6. Idem est dicendum quando ad habentem instituere spectaret ius patronatus ratione sui patrimonij, vel si talis habeat compatronos. Idem etiam est si compromittatur ius praesentandi in habentem instituere, vel eidem tanquam priuata persona sit facta donatio iurispatronatus. Idem denique quando in illum fuerit translata iuspatronatus cum reservatione quod praesentet cum consilio alicuius, veluti Archidiaconi, vel alterius, vel praesentet aliquem de tali familia, in his enim casibus praesentationis, & institutionis sunt separatim expediendi. Secus verò dicendum, quando in Episcopum tanquam Episcopum fuit a laicis patronis translatum iuspatronatus, vel quando ex deuolutione Superior debet conferre beneficium, quia tunc in Episcopi arbitrio erit vnico, vel duplici actu negotium expedire, colliges haec ex Lambertin. lib. 2. par. 3. quest. 2. art. 19. Viuian. par. 2. lib. 12. cap. 10.

[Debet igitur Episcopus, & qui instituere tenetur, admittere praesentatum ab eo patrono, qui in quasi possessione praesentandi fuerit, ad quam possessionem acquirendum plura requiruntur. Et primò quod ille, qui vult praesentare, praesentauerit bona fide. Secundo quod praesentatio fuerit admilla. Tertio quod institutus fuerit habitus tanquam Rector in possessione Rectoriae. Quarto quod praesentans credat vt iure suo. Quintò quod ille, in cuius prauidicij possessio quaeritur, hoc sciat, & patiat, Gig. conf. 48. n. 42. & conf. 19. n. 79. & 80. Roch. in verb. competens quest. 14. n. 3. cum sequentibus, Lambertin. lib. 2. par. 1. quest. 3. art. 10. Rota apud Postium post tract. mandati de mantouen. decif. 238. num. 20.

vbi dicitur de iure par. n. 10

Et sic praesentatum ab existente in quasi possessione praesentandi tenetur instituere, cap. consultatio-nibus, vbi Butr. num. 9. de inrepatron. Rot. decif. 167. num. 7. & 8. part. 2. diuers. & apud Postium vbi supra decif. 339. num. 1. & decif. 332. num. 1. & decif. 333. num. 1.

197 Si plures a diuersis patronis fuerint praesentati, ille debet institui, qui a maiori parte fuit praesentatus, cap. quoniam 3. vbi gloss. Abb. & alij. de inrepatronatus, Mantie. decif. 86. Libertin. lib. 2. part. 3. quest. 4. princ. art. 1. 4. & 6. Rot. decif. 117. par. 2. in nouiss. Seraph. decif. 875. & inter recentior. §. 1. decif. 202. Rota etiam decif. 117. par. 2. diuers. [& in Pampilonen. Parochialis 21. Iun. 1627. coram Durano, & in Compostell. Parochialis 20. Februarij 1630. coram Merlino.] Aloyf. Ricc. d. praxi resoluit. 173. Mar. Anton. d. lib. 1. resoluit. 104. num. 1. Lotter. in tract. de re benef. lib. 2. quest. 1. num. 132. Nicol. Garc. de benef. par. 9. cap. 2. num. 57. Rot. in Pampilonen. Parochialis 26. Iulij 1626. coram Buratto, in qua declaratum fuit iniuste processisse Ordinarium stante inaequalitate votorum, qui omnes praesentatos iussit examinari, tanquam si fuissent pares, quae decisio fuit postmodum in gradu appellationis confirmata 21. Junij 1627. Duran. [R. P. D. Duran. inter eius impressas decif. 44. n. 10.] hoc enim casu non est locus concurrendi vbi agitur de Parochiali ex dispositione Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 18. vt docent Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. num. 138. Nicol. Garc. d. par. 9. cap. 9. num. 157. Greg. decif. 494. num. 2. & ibi Beltramin. num. 3.

198 Et ideo dignus praesentatus a maiori parte patronorum est confirmandus, omissio digniori, gloss. verb. qui maioribus, in d. cap. quoniam, Perez leg. 2. verb. hoc tamen, tit. 6. lib. 1. Ordinarum. pag. 151. Molina. de primogenis, lib. 2. cap. 5. num. 46. [Couar. in reg. peccatum par. 2. §. 7. num. 4. Lambertin. de inrepatr. lib. 2. par. 3. quest. 4. art. 1. Rot. decif. 202. par. 2. recent. Duran. d. decif. 94. num. 9.] quia non est facienda comparatio zeli ad zelum, seu meriti ad meritum, Roch. verb. honorificum, quest. 15. Lambert. lib. 2. parte 3. quest. 4. art. 3. nisi a minori parte sit praesentatus dignus, & a maiori indignus, quia talis dignus debet institui, cum scienter praesentans indignum pro illa vice amittat ius praesentandi, cap. cum vos, de Officio Ordinarij. [Intellige praedicta procedere in patronis praesentantibus ad beneficia curata, non si talia, & patrona Ecclesiastici sint, digniores debent praesentare. Garc. de benef. par. 7. cap. 16. num. 18. & 19. Guier. lib. 2. canon. cap. 11. num. 27. & 28. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 211. a num. 6. Campan. d. verb. 6. cap. 3. num. 32. verb. patronus, Valasq. de priuil. pauper. par. 1. quest. 7. num. 8. nouissime Mich. Ferr. de procedent. Eccles. quest. 25. n. 9. Ad plura conducit notabilis doctrina Abb. in cap. quoniam 3. num. 13. de inrepatron. ibi. Quero extima gloss. de notabili & quotidiana quest. Hic dicitur quod valeat praesentatio facta a pluribus, nunquid sit necesse vt conueniat maior pars habito respectu ad omnes Patronos? an sufficiat maior pars habita comparatione ad maiorem partem? Exemplum. Quatuor sunt patroni, duo praesentant vnium, tertius alium, quartus alium: praesentatus a duobus non habet maiorem partem habito respectu ad alios praesentatores. Ioan. Andr. dicit quod aut praesentatio sit ab istis vt a Collegio, & tunc requiritur maior pars respectu totius Collegij, & pro hoc videtur tex. in cap. Ecclesia sup. de elect. Aut isti praesentant tanquam singulares vt

communiter faciunt laici, qui de patrimonio habent iuspatronatus, & tunc sufficit respectu aliarum partium, & sic intelligit istum textum, &c. idem tenet ibi Cardin. quest. 7. & sequitur Lambertin. par. 3. lib. 2. artic. 4. num. 1. fol. mihi 354.

Alius se offert casus, de quo vidi dubitari. An si iuspatronatus relinquatur aliquibus sub nomine collectiuo, veluti tali Collegio, seu incolis Parochiae, & alteri singulari personae, veluti Petro, aut Rectori Parochiae, an tantam vocem habeant omnes de Collegio, seu vniuersitate, quantum haberet Petrus, aut Rector, vel alia singularis persona? Et videtur verum pro medietate esse Petri, seu Rectoris, & pro alia medietate, Collegij, vel incolarum; ad quod resoluendum facit quod quoties vocatur aliqui nomine collectiuo, & alius de per se nomine singulari pariter vocatur, hic vniam representat personam, & vocem; omnes verò alij faciunt aliam dimidiam partem. l. interdum 13. ff. de heredib. instituen. vbi si Primus, & filij fratris instituti sint, filij fratris habentur pro vno, & primus pro alio. l. si liber homo 59. §. Titius in 2. ff. eod. l. si pater 9. ff. de vulg. tex. opt. in l. si quis Arrio, alijs Titio ff. de vulg. accrese. vbi relicto usufructu Titio, & haeredibus testatoris, respondit I. C. dimidiam Titium, & dimidiam haeredes habere, l. fin. C. de impub. Dec. conf. 320. num. 6. & 7. Ruin. conf. 163. num. 9. lib. 2. Paris. conf. 49. num. 1. lib. 2. Menoch. conf. 222. num. 26. & 28. vol. 3. & de praesumpt. lib. 4. presf. 18. n. 10. cum seqq. Card. Mantie. de coniect. vltim. volum. lib. 4. tit. 11. num. 6. cum seqq. Clar. §. testamentum quest. 80. num. 7. Morquech de diuis. bonor. lib. 4. cap. 1. num. 19. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 70. ex num. 14. Pichard. in §. si plures num. 5. Instit. de hered. instit. Cardof. in tract. de iure accrescen. sub §. si eadem res, illat. 7. num. 4. Instit. de legat. Vnde si Rectori, & Scholasticis alicuius vniuersitatis concedatur ius nominandi notarium, sicut bidellum, tantam vocem habet Rector, quantum omnes Scholastici, ex quo isti sub nomine collectiuo vocari constituunt vniam solam personam, Angel. & Iaf. in d. l. si pater filium, ff. de vulgari, & in d. l. fin. C. de impuber. Dec. d. conf. 320. num. 6. Morch. d. lib. 4. de diuis. bonor. cap. 1. num. 21. Menoch. d. conf. 222. num. 27. & d. presf. 18. num. 3. Hinc si electio Praelati spectat ad Capitulum, & Praelatum alicuius Ecclesiae, tamen Capitulum, etsi plures Canonicos habeat, non habet nisi vniam tantum vocem, & Praelatus aliam, vt per text. in Clem. si plures, de inrepatr. resoluit Iaf. in d. l. fin. num. 9. C. de impub. Azened. conf. 39. per tot. Hinc si Correctori, & veteranis alicuius Ciuitatis aliqua causa committatur, tantam vocem habet Corrector solus, quantum veterani omnes. Iaf. in d. l. fin. num. 7. 8. & 9. C. de impub. & ibi Corral. num. 5. & Dec. num. 6. Menoch. d. num. 13. Hippol. de Marfil. sing. 379. Hinc si testator leger iuspatronatus aliquibus sub nomine collectiuo, & alteri singulari personae, tantum ius habebit singularis personae, quantum totum Collegium, Dec. conf. 122. Pro tenui su. ultate, vol. 2. Roch. de Curte in tract. de inrepatronat. verb. ipse, vel is, num. 8. Crescent. decif. 4. de inrepatr. Lambertin. lib. 1. par. 2. 1. quest. princ. art. 28. fol. 118. Mantie. decif. 275. num. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 3. num. 17. Stephan. Gratian. d. cap. 70. num. 14. Superest nunc videre an si personae singulari adiungatur vnus ex illis sub nomine collectiuo comprehensis, dicatur haec maior pars, & tanquam talis praualere debeat? Affirmatiuam partem videntur Host. in cap. postulati, de preben. & in cap. pasto-

valis, de rescript. ubi quod si Episcopo adiungatur vnus de Capitulo, hæc erit maior pars, Ioan. Andr. in cap. vnc. ne Sede vacant. lib. 6. Roman. conf. 366. in fine, Albert. in tract. de Statut. quest. 118. Hypopol. de Marfil. feng. 376. Cardin. Tusch. practio. cons. tom. 5. lit. M, concl. 14. num. 18. ubi dicit quod si quis habet dimidiam iurispatronatus, & alij decem habent aliam dimidiam, attenditur presentatio facta ab habente dimidiam, & ab vno ex decem alterius dimidia. Et in materia collationis tradit Host. in d. cap. postulasti, quod si electio pertinet ad Episcopum, & Capitulum, cum Episcopus habeat dimidium collatoris, sufficit quod vnus, vel duo coherant, sequuntur Roman. d. conf. 366. in fine, Cardin. Tusch. d. lit. M, concl. 15. num. 4. & consuluit Azeued. d. conf. 39. & fuit tenum in Rota decif. 408. par. 1. diuers. ubi reprobat doctrina Host. & aliorum, quos supra citauimus, & censuit eo casu, quo Rectori, & Parochianis ius presentandi spectat, requiri quod habeat Rector secundam maiorem partem Parochianorum, quia ad eos non singulariter spectat, ita quod singuli habeant vnam vocem, sed collectiue, ita quod omnes constituent vnam vocem: & respondet quod ex hoc non redderetur inutilis vox patroni, tum quia vice versa interpretando medieta parochianorum redderetur, & ipsa inutilis: tum etiam quia hoc verum non est, non presentatus à patrono erit presentatus, pro medieta, & tunc intrare poterit gratificatio Ordinarij, & derogatio iurispatronatus pro medieta, de cuius tamen resolutionis veritate maxime dubito, & nisi esset Rotæ auctoritas à contraria resolutione discedere non audeam.]

199 Erit tamen locus gratificationi, quando duo æquæ idonei cum latius presentati fuerunt, glos. 2. in cap. cum autem, 24. de iurepatron. Fulf. de visitat. lib. 2. cap. 10. num. 3. Cæsar. de Grassis decif. 1. num. 9. sub tit. de iurepatronatus, Roch. verb. honorificum, quest. 15. num. 4. Lambertin. d. quest. 4. art. 12. Bonign. decif. 32. num. 6. part. 5. Sayr. in floribus decif. sub tit. de iurepatron. decif. 3. Aloyf. Ricc. d. resol. 173. num. 2. Cald. Pereira de renouat. emphye. quest. 17. num. 33. cum seq. & quest. 18. num. 27. [Vel quando iudicium & arbitrium dignioris non appareat, vt intelligatur multum inter differri, arbitrari, & gratificari, bene Mich. Ferrus d. quest. 25. num. 14.] De gratificatione multa tradit Tiraq. de iure primog. quest. 17. opin. 2. num. 3. 4. 8. Et ideo quando duo æqualiter presentati fuerunt, vnus à duobus patronis, & alter ab alijs duobus, si æqualia sint merita presentatorum, habens instituere poterit optare, & quem voluerit instituere, & sic est locus gratificationi, Ioan. Andr. & Abb. in d. cap. cum autem, Lambertin. lib. 2. par. 3. quest. 5. princ. art. 1. num. 2. Cæf. de Grassis de iurepatron. decif. 1. num. 9. Mar. Anton. dist. resol. 104. num. 1. vers. non demum. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. disp. 2. puncto 9. n. 1.]

200 Data prædicta æqualitate in votis, non tamen in meritis instituendorum, magis idoneus debet semper institui, veluti quando plures sunt presentati ab vno patrono, vel æquali patronorum suffragio, c. 3. de iurepatron. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 22. quest. 14. Perez de Lara de capell. lib. 2. cap. 2. num. 34. Aloyf. Ricc. d. praxi. resol. 106. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. disp. 2. puncto 9. n. 3.]

201 Ita vt dignior prætermittitur possit ab instituyente appellare, Nicol. Garc. dist. par. 9. cap. 4. num. 32. contra alios, quos ibi citato, num. 33.

202 Dignior autem habendus, qui sit de linea funda-

toris, stante idoneitate, Roch. verb. honorificum, q. 18. Lambertin. lib. 2. par. 3. quest. 5. art. 4. Vel si sit diocælanus, Roch. ubi supra, Lambertin. par. 3. quest. 7. princ. art. 4. num. 5. & art. 5. Put. decif. 254. par. 1. Rot. decif. 299. par. 1. in nouiss. Mar. Anton. d. resol. 104. num. 2. Citius enim præferri debet extero, Cæf. de Grassis decif. 1. num. 12. de iurepatron. Rot. decif. 299. par. 1. diuers. Lambertin. d. quest. 5. art. 4. num. 5. Put. decif. 254. lib. 1. Seraph. decif. 293. par. 1. [Mich. Ferr. d. quest. 25. num. 12.] beneficia enim oriundis potius quàm extraneis sunt conferenda, Flamin. de resign. lib. 4. quest. 7. Azor. moral. par. 2. lib. 6. cap. 4. quest. 25. Gonzal. glos. 9. §. 1. num. 37. Vel si sit comparator à medieta compatronorum presentatus, Lambert. ubi supra art. 7. † Vel si sit intitulus in Ecclesia, & ordinatus ad titulum illius, secundum text. in cap. postulasti, de iurepatronatus, Roch. verb. competens alicui, quest. 27. Lambert. d. q. 5. art. 8. † Vel si sit nobilior. Lambert. ubi supra art. 9. Vel si sit potentior, nisi talis potens esset prauus, Lamb. art. 10. Vel si sit doctior, Lambert. art. 11. vel si sit senior, Roch. verb. in Ecclesia, quest. 4. in fine, & verb. honorificum, quest. 15. col. 2. Lambertin. dist. quest. 5. art. 13. num. 5. Rota decif. 122. par. 1. diuers. Aloyf. Ricc. d. resol. 173. in fine, Mar. Anton. dist. resol. 104. num. 2. vel si sit pauperior, dummodo Ecclesia non esset debitis onerata, quia tunc diues debet institui, Roch. in d. verb. honorificum, quest. 15. colum. 2. in fine, Lambertin. dist. question. 5. art. 3. [me citato in hoc loco Ferrus d. quest. 25. num. 12.]

ALLEGATIO LXXIII.

Episcopus in visitationibus quomodo procedere debeat?

S V M M A R I V M.

- 1 Visitare est excessus inquirere, & inquisitos castigare, aut emendare.
- 2 Episcopi tenentur visitationem per seipfos exequi, nisi aliquo legitimo impedimento detineantur.
- 3 Confraternitates, Hospitalia, & collegia laicorum Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati tenentur visitare, non obstante quavis exemptione, & immunitate.
- 4 Capitula Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum quomodo sint visitanda, ostenditur.
- 5 Concil. Trid. sess. 6. de reformat. cap. 4. & sess. 25. de reform. cap. 6. declaratur.
- 6 Canonici duo à Capitulo eligendi, dum ab Episcopo visitantur, non sunt quotidianis distributionibus priuandi, si quando ea de causa tempore diuinorum officiorum absint.
- 7 Capitula Cathedralium cum visitantur coram adiunctis, ac Episcopi notario processus est fulminandus.
- 8 Fiscalem suam potest Episcopus assumere ad visitationem Capituli absque eius assensu.
- 9 Episcopus in delictis tam grauibus, quàm leuibus contra Canonicos necesse est, vt cum adiunctis procedat.

- 10 Portionarij cum non dicantur de Capitulo possunt corrigi & puniri ab Episcopo sine Capitularibus adiunctis, etiam casu quo de consuetudine, aut privilegio vocem habeant in Capitulo.
- 11 Coadiutores cum futura successione possunt puniri ab Episcopo absque huiusmodi adiunctis, nisi ex forma coadiutoria colligatur omnia illis concessa fuisse privilegia, quæ Canonici habent.
- 12 Canonici absque adiunctis per Episcopum primari possunt ex causa quod Ordines suis prebendis annexos non susceperint.
- 13 Capitularium peccata, & excessus, potest Episcopus absque adiunctis corrigere, & emendare illa pena, quæ ad mortem magis emendationem, quàm punitionem respiciat.
- 14 Visitare absque adiunctis potest Episcopus Capitularis, & bona, suorumque bonorum administratores.
- 15 Visitare absque adiunctis potest Episcopus corpus Ecclesie Cathedralis, Sacramentum, Capellania, &c.
- 16 Capitulum potest Episcopus conuocare, quando Canonici aliquid deliberandum proponit, nec de re agit ad suam, vel suorum commodum spectante.
- 17 Episcopus vocem in Capitulo non habet.
- 18 Capitulum conuocare potest Episcopus in casibus, in quibus potest esse index.
- 19 Visitatio in inferioribus Ecclesijs, quomodo incipiendus, ostenditur.
- 20 Visitandi ius habet omnis Prelatus Ecclesiasticus, cui iurisdicctio, & administratio conuenit.
- 21 Legati nati, vel à latere possunt visitare ex officio legationis sibi à Sede Apostolica demandata.
- 22 Decani, Archidiaconi, Archipresbyteri, & alij inferiores visitandi ius habent, si id longa consuetudine prescripserint.
- 23 Abbates, Generales, & Priores, Ministri, alijque Presidentes habent ius visitandi in monasterijs Religiosorum suorum.
- 24 Visitandi potest Episcopi concessa transit in Capitulum Sede vacante.
- 25 Capitulum Sede vacante non potest visitare Monachum canonice exempta, quæ alioquin potest Episcopus, vt delegatus Sedis Apostolicæ visitare.
- 26 Capitulum aliquando superstitie adhuc Episcopo ex prescripctione, vel privilegio visitandi ius habet.
- 27 Visitatores à Capitulo ex prescripctione ius habent visitandi deputati debent esse approbati ab Ordinario.
- 28 Vicarius generalis ius visitandi non habet, nisi specialiter eisdem committat Episcopus.
- 29 Episcopo visitationem aggredienti non licet proponere edicta, quibus subditi inbeantur criminis detegere, multoque minus propostia pena excommunicationis.
- 30 Pœna ordinaria in visitatione non sunt imponenda, sed tantum extraordinarie.
- 31 Visitare licet possit iterum Episcopus Ecclesiam visitatam ab inferioribus, non tamen poterit iterum punire punitos ab eisdem.
- 32 Appellatio in visitatione, etiam ad Sedem Apostolicam interposita, non impedit, aut suspendit illius executionem, dummodo procedatur sine processu, & sine scriptis.
- 33 Appellatio admittitur in visitatione à sententia

- definita, quæ suspendit iudicium.
- 34 Appellatio dabitur à visitatione si Episcopus procedat in exemptos, seu alios privilegiatos contra eorum privilegia.
- 35 Appellare quando contigerit in visitatione ab Episcopo suffraganeo, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegato, debet esse ad Metropolitanum quoad deuolutiuam, non quoad suspensiuam.
- 36 Dicitio, etiam, vnum casum exprimit, & alium includit.
- 37 Appellatio à mandato de residendo in visitatione edito non datur ad effectum suspensiuum, sed ad deuolutiuum.
- 38 Episcopus visitans quando tanquam suspectus recusari possit, ostenditur.
- 39 Visitatio nullo certo termino prescripto concludi iubetur, sed arbitrio Episcopi relinquuntur.
- 40 Episcopus potest præstitueret terminum Archidiacono ad visitationem expediendam, & prescribere comitatum, & equitatum.
- 41 Visitatores debent quanto citius possunt se expedire, ne grauent subditos suos expensis.
- 42 Officiales assumpti ad visitationem expediendam quod salarium possint accipere à visitatis, ostenditur.
- 43 Visitatio liber plenam inducit probationem quoad visitationem personarum, Sacramentorum, & aliorum pertinentium ad officium visitantis.
- 44 Pœna quæ sit imposita contra Episcopum in visitatione præter procurrationem ab Ecclesijs aliquid muneris accipientem, ostenditur.
- 45 Consuetudo, qua communitates procurant Episcopum visitantem seruanda est, quamdiu voluerint.
- 46 Visitans Episcopus clericum civitatis, ubi sita est Cathedralis, nullam lucratur procurrationem.
- 47 Procuratio nulla debetur Episcopo, vel alij visitatori, dum loca specialiter exempta à prestanda procurratione visitat.
- 48 Procuratio arcento hodierno Conc. Trid. inu prescribi potest, nec petitur, ubi illam non dandi viget consuetudo.
- 49 Procurrationem seruato privilegio vel prescripctione, nullus remississe videtur, etiam si testatus fuerit se condonare debita sibi obsequia, sine seruitia.
- 50 Procurrationem nullus visitator accipere potest ab Hospitalibus, & alijs locis leproforum, domorum Dei, pauperum, & infirmorum.
- 51 Procurrationem à pauperibus clericis nullus potest exigere.
- 52 Episcopus visitando de proprio intendere tenetur, quando Rector Ecclesie est pauper, & ille non indiget.
- 53 Procruandus à nemine est Episcopus, dum exit vt Sacramentum Confirmationis tantum conferat.
- 54 Munera quali acumque, & quomodocumque illi offerantur, recipere non potest Episcopus à visitantis ratione procurrationis.
- 55 Visitator non potest fragmenta notabilia ad domum portare pro erogando pauperibus, sed tenetur illis distribuere, qui sunt in illo loco, quem visitat.
- 56 Procurrationem pecunia redimere liberum est visitatis, si velint.
- 57 Distualium appellatione quæ comprehenduntur, ostenditur.

EPISCOPVS



EPISCOPUS, qui Ecclesie sue sponsus ab Spiritu sancto positus ad eam regendam ac gubernandam, quam proprio sanguine Iesus Christus & acquisiuit, & sanctificauit, tenetur commissum sibi gregem omni studio, & conatu ante oculos habere, vt eum ab omni exteriori damno, internique animi imminentibus periculis tanquam vigilans Pastor custodiat. Quemadmodum enim Pastores sapius gregem suum inuisant, lustrant, numerant, ne quid eorum incuria pereat; ita Episcopi nulla ratione facilius commissi sibi gregis saluti, ac incolumitati consulunt, quam si sapius eum inuisant, ac lustrant, ac quicquid mali furtim demonum arte irrepserit, radicatus extirpandum curauerint. Visitare enim nihil aliud est, quam excessus inquirere, & inquisitos castigare, & emendare, atque obseruantiam obligationum iuxta cuiusque personae, ac rei exigentiam, vbi adhuc viget, conseruare: & vbi deficit, in statum pristinum restituere. Hinc illa Sacri Concilii Tridentini *sess. 24. de reformat. cap. 3.* verba emanarunt: *Visitacionum autem istarum precipuus sit scopus, sanam, orthodoxamque doctrinam expulsis heresibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortacionibus, & admonicionibus ad religionem, pacem, innocentiamque accendere: cetera prout locus, tempus, & occasio ferret, ex visitacionum prudentia ad fidelium fructum consistuere.*

Hanc cognoscendi, custodiendi, & emendandi oves suas vigilantiam, & studium in visitatione per seipos personaliter exequendam adhibere tenentur Episcopi, nisi aliquo legitimo impedimento detineantur, quominus id prestare possint, quo non dato singulis annis vnusquisque dioecesim suam perlustrare, ac inuisere obligatur; quod vt si dioecesis adeo ampla sit, vnus anni spatio commodè lustrari, ac circuiti per Ordinarium non possit, tunc Episcopus singulis duobus annis saltem debet visitationis munus obire, vt statuit Concilium Tridentinum *d. cap. 3.* docet Paul. Salod. *in praxi de Visitacion. par. 1. cap. 1.* Vnde clerum non posse impedire ne Episcopus visitet ante lapsum triennij sub pretextu immemorialis consuetudinis, censuit Rota *in Pampilonen. iuris visitandi 15. Martij 1624.* coram R. P. D. Merlino, quia decretum Concilij Tridentini submouet immemorabilem, tum quia materia est impraescribibilis, & quia semper actus ex parte Episcopi remanet merè facultatiuus, secundum *Surd. conf. 127. num. 81.* Gratian. *disceptat. forens. cap. 298. num. 10.* & *cap. 399. num. 33.* Rot. *decis. 778. n. 5. par. 1. diuers.* Reuerendissimus D. Coccin. *decis. 402. num. 10.* tum denique, quia alias ab Ecclesiastica disciplina alienissimum est, vt ex negligentia Praelati detur ansa elero, & subditis refugiendi annuam visitationem, vtque Episcopus, vel Capitulum in graue cultus diuini praedudicium, & in perniciem animarum ipsorum reculantium munus suum aliquo tempore ob incuriam praetermissum resumere, & peragere non valeat, per quae tradit Lotter. *de re benef. lib. 2. quaest. 2. num. 51.* in quo si defuerit, omnium suarum sanguinem ex eorum manibus Dominus se requisitum minatus est, *Ezechiel. cap. 3. & 33.* indubitatum est enim ius illud visitandi esse actum iurisdictionalem ipsius Episcopi, Rota *decis. 168. num. 2.* & *decis. 346. num. 2.* & *3.* & *decis. 394. num. 4. par. 1. recent.* Seraphin. *decis. 475. num. 1.* & *decis. 615. num. 2.* & *decis. 1008. num. 4.* Mantica. *decis. 321. num. 24.* Gregor. *decis. 4. num. 2.* &

decis. 304. num. 2. Debent igitur non solum omnes Ecclesias, & monasteria, sed & alia loca sacra, quae in sua dioecesi erunt, & sibi subiecta visitare, quae quidem facultas Episcopis tanquam Sedis Apostolicae delegatis tribuitur à Concilio Tridentino *sess. 7. de reformat. cap. 8.* & *sess. 21. de reformat. cap. 8.*

Tenentur pariter Episcopi Hospitalia, Confraternitates, & Collegia laicorum, non obstante quauis exceptione, & immunitate, visitare, idque tanquam Sedis Apostolicae delegati prestare possunt: quae facultas etiam extenditur ad Ecclesias, quae nullius dioecesis sunt, vt disponit Concilium Tridentinum *sess. 25. de reformat. cap. 9.* quod tamen ita intelligendum erit, vt scilicet illarum Ecclesiarum visitatio, quae nullius sunt dioecesis, ad viciniorum spectet Episcopum. Item monasteria Monialium, quae immediate Sedi Apostolicae sunt subiecta ab Ordinariis suis, tanquam Sedi Apostolicae delegatis, visitari, moderari, ac gubernari debent, vt habetur in Concilio Tridentino *sess. 25. de Regular. cap. 9.* Tenentur denique Episcopi loca, & personas exemptas, ac singulari aliquo priuilegio quouis modo decoratas, extraordinaria eorum auctoritate, ac iurisdictione, qua tanquam Sedis Apostolicae delegati funguntur, visitare. Illud est maxime obseruandum, quod Sacra Congregatio Illustriss. DD. Cardinalium S. Concilij Tridentini interpretari censuit, quod si concordia Episcopum & Capitulum à Sede Apostolica ex certa scientia, & cum causa cognitione confirmata cautum sit, vt Episcopus debeat visitare cum aliquibus assistentibus eligendis à Capitulo, talem concordiam esse quidem seruandam, vt potest decretis Concilij non abrogatam, sed Episcopus vigore eiusdem concordiae non teneri adhibere consilium, vel consensum Capituli, vel Canoniorum, sed tantum nudam eorum praesentiam, quod quidem Sacra Congregatio declarat *in vna Illorden. visitacionis 13. Nouemb. 1602.* apud Farinac. *decis. 57. num. 10. par. 1. recentior.*

Capitula Cathedralium, & aliarum maiorum Ecclesiarum, illarumque personae, nullis exemptionibus, consuetudinibus, sententis, iuramentis, concordias (quae tantum suos obligent Auctores, non etiam successores) tueri se possint, quominus à suis Episcopis, & aliis maioribus Praelatis per seipos, vel illis, quibus sibi videbitur, adiunctis, iuxta auctoritatem Apostolicam, possint, & valeant, vt habetur in Concilio Tridentino *sess. 6. de reformat. cap. 4.* & *sess. 25. de reformat. cap. 6.* hoc tamen ibi addito, quod si quando extra visitationis generalis actum processerit Episcopus, Capitulum in initio cuiuslibet anni eligat ex Capitulo duos, de quorum consilio, & assensu Episcopus, vel eius generalis Vicarius, tam in formando processum, quam in ceteris omnibus actibus, vsque ad finem causae inclusiue procedere valeat: quae Conciliares constitutiones non sustulerunt facultatem, aliàs ex immemoriali, & laudabiliter obseruata consuetudine, Decano, & Capitulo singulares Capituli, ipsique subiectas personas cumulatim cum Episcopo, seorsum tamen ab eodem, ipsumque Episcopum toties quoties sua auctoritate vti volentem non excludendo, visitandi, corrigendi, & emendandi, quia non dicitur Concilium eam facultatem concessisse Episcopo priuatiue, quoad alios inferiores Ordinarios, de quorum exclusione non constat, & ab eis debite punitus non est cogendus coram Episcopo denuo se purgare, vel ab eodem

eodem iterum puniti, ita referunt *decisum Steph. Gratian. disceptat. forens. cap. 154. num. 40.* Gonzalez *ad reg. 8. Cancell. §. 2. proem. num. 21.* Armendar. *dist. tit. 6. de Visitacion. num. 28.* Nicol. Garc. *de benef. par. 3. cap. 2. num. 194. declarat. 3.* Illam verò Concilij *in dist. cap. 6.* dispositionem intelligere procedere tantummodo in Capitulis exemptis, vt censuit Rota Romana *decis. 121. 205.* & *308. par. 2. diuers.* & apud Seraphin. *decis. 743.* vbi fuit dictum, quod cum Ecclesia Galligenis non sit exempta, non possit in ea locum habere dispositio Concilij, & ita quoque declarauit Sacra Congregatio, prout referunt Armendar. *in addit. ad recopil. legum Nauarrae lib. 1. tit. 17. l. 7. de Episcopis, num. 88.* Aloyf. Ricc. *in praxi fori Eccles. decis. 566. in prima editione.* & *resol. 488. in fine, in secunda editione.* & *in collectan. decis. collectan. 751. in princip. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Capitulum, §. 9. pag. 84.* Massob. *in praxi habendi concursum praes. 21. in princip. num. 14.* [nouissimè Ioan. de Solozan *de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 14. num. 66.*] Amplia etiam procedere in Collegiatis, non solum exemptis, sed etiam habentibus concordias, tenuit Rota apud Farinac. *decis. 709. num. 3.* & *decis. 715. num. 2. in 1. collectan.* Illas verò, quae à Sede Apostolica sunt confirmatae, non comprehendit Concilium *in d. cap. 6.* vt censuit Sacra Congregatio. teste Armendar. *dist. tit. 6. de Visitacion. num. 67.* Vnde sub illo decreto non comprehenditur Collegiata in Cathedralem erecta, quae prius non erat exempta, sed in omnibus Episcopo subiecta, vt censuit Sacra Congregatio. teste Armendar. *loco proxime citato.*

Duo illi canonici à Capitulo eligendi, quorum consilium & assensum, tam in formando libello, quam in ceteris omnibus actibus vsque ad finem causae inclusiue Episcopus, seu eius Vicarius adhibere debet, dum extra visitationem contra aliquam personam Cathedralium, vel Collegiatam Ecclesiarum procedere vulerit, si quando ea de causa sine fraude tempore diuini officiorum eos abesse contingat, priuandi non sunt quotidianis distributionibus tanquam absentes, propter Ecclesiae utilitatem ex officio sibi attributo, vt resoluunt Moneta *de distrib. quotid. par. 2. quaest. 8. num. 19. in vltim. impress.* Vtrum autem Episcopus eorum consilium sequi debeat, vide Rotam pro vtraque parte late disputantem *in Carthaginen. iurisdictionis 26. Octobris 1579.* coram Illustrissimo Card. Lancelloto sen. apud Farinac. *decis. 9 par. 1. recent.* Et coram eisdem adiunctis ab Episcopo notario processus est fulminandus, etiam in iudicialibus, & extraiudicialibus correctionibus, & tenetur visitans dare transumptum, si repererit aliquod delictum carceratione, vel castigatione dignum, vt censuit Sacra Congregatio. teste Armendar. *dist. lib. 1. tit. 6. de visitacion. num. 61. & 62.* Ac etiam potest Episcopus suum fiscalem assumere, vel alium quem vulerit deputare sine Capituli consensu, vt ibi interueniat, quia Capitulum nullum ius habet in electione fiscalis, qui interuenire solet in Criminibus Canoniorum reorum, sed eius electio ad Episcopum solum spectat, refert à Sacra Congregatio. *decisum Armendar. dist. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis num. 91. & 92.*

In delictis tam grauibus, quam leuibus contra Canonicos necesse est, vt cum adiunctis procedat Episcopus, vt tenuit Rota *in vna Carthaginen. iurisdictionis 27. Nouemb. 1585.* coram Card. Seraphino, Barbos. de Episcopo *par. 111.*

vt patet in eius *decis. 710.* quam refert Aloyf. Ricc. *dist. resolut. 488. num. 4.* vbi *num. 5.* ampliat procedere etiam in leuibus, in quibus non est opus tela iudiciaria, & refert sic censuisse Sacram Congregationem *in vna Gadice. statutorum 17. Iunij 1580.* Et sine huiusmodi adiunctis non deuoluitur ad Episcopum facultas procedendi contra aliquem ex Capitularibus, si ipsi adiuncti, requisiti cum eo procedere negligant, vel recusent, ita declarante Sacra Congregatio, vt refert Armendar. *d. l. 7. de Episcopis num. 89. & 90.*

Solus tamen Episcopus potest sine adiunctis Capitularibus ad correctionem, & punitionem portuonariarum procedere, quia non dicuntur de Capitulo, vt fuit *decisum in vna Gerunden. anniversariarum 1566.* coram Domino de Grassis *in decis. 411. par. 1. diuers.* & etiam casu quo portuonarij de consuetudine, aut ex priuilegio Apostolice vel Ecclesiae statuto in Capitulo habeant, vel vltimum, vocem, vt censuit Sacra Congregatio. teste Armendar. *dist. l. 7. de Episcopis num. 91.* nisi de consuetudine, vel statuto sit, vt contra illos Episcopus sine adiunctis non procedat, vt fuit resolutum in Rota *in vna Calciaten. 25. Februarij 1611.* coram Attrebaten. quo casu recipi possunt quae in hoc proposito tradunt Aloyf. Ricc. *in praxi aurea resol. 39.* Massob. *in praxi habendi concursum praes. 21. in princip. num. 13.* & tunc etiam poterunt in adiunctos, & coniudices eligi, vt censuit Sacra Congregatio. *de mensse Aprilis 1614.* teste Aloyf. Ricc. *dist. collect. 751. in fine.*

Contra coadiutores cum futura successione non tenetur Episcopus cum huiusmodi adiunctis procedere, nisi ex forma coadiutoriae colligatur, ipsi coadiutori concessa fuisse omnia priuilegia, quae habent Canonici, vt censuit Sacra Congregatio. teste Nicol. Garcia *in addit. ad suum tract. de benef. par. 4. cap. 5. num. 96.* vbi obseruat ex clausula ordinaria coadiutoriae, quod coadiutor habeat omnes & singulas praerogatiuas, praereminentias, & honores coadiuti, non colligi concedi coadiutori huiusmodi priuilegium de adiunctis, eo quod illa clausula intelligatur de praerogatiuis, praereminentiis, &c. circa feruitium Ecclesiae, vt ex tenore ipsius coadiutoriae apparet.

Sine adiunctis potest etiam Episcopus procedere ad priuationem canonicorum, ex causa, quod Ordines suis praebendis annexos non susceperint, & ita censuit Sacra Congregatio. prout referunt Nicol. Garc. *par. 3. cap. 4. num. 22.* Aloyf. Ricc. *dist. resolut. 488. num. 2. & 3.*

Potest etiam Episcopus absque praedictis adiunctis corrigere, punire, & emendare excessus, ac peccata Capitularium, quos correctione, & punitione dignos repererit, non tamen poena ordinaria, sed ea quae morum magis emendationem, quam punitionem respiciat, ita *decisum* refert Armendar. *dist. tit. 6. num. 30.* vbi *num. 77.* similiter à Sacra Congregatio. declaratum asserit posse Episcopum visitare solum Capitulares, & bona, eorumque honorum administratores, vel cum quibus sibi videbitur adiunctis, de quo etiam Nicol. Garc. *par. 3. cap. 2. num. 198. in 10. & 11. declarat.* qui ampliant posse etiam solum Episcopum visitare fabricam.

Potest denique absque huiusmodi adiunctis Episcopus visitare corpus Ecclesiae Cathedralis, Sacramentum, reliquias, vestes, ornamenta, caeteraque

caque ad cultum diuinum destinata: item & capellanus, capellanus, donationes, aauierfariorum institutiones, memorias defunctorum, pia opera, vel res. aut bona fabricar, vel Ecclesiar, vt censuit Sacra Congreg. teste Armend. d. tit. 6. de visit. numero 123.

16 Illud in praesenti aduertendum duxi, Episcopum eo dumtaxat casu habere facultatem conuocandi Capitulum quando Canonici aliquid deliberandum proponit, nec de re agit ad suum, vel suorum commodum spectante, neque prohibetur eidem quominus Capitulum suo arbitrio conuocet. Ita refert decisum Armendar. dict. lib. 7. de Episcopis, num. 95. & tamen in eo vocem non habet, ex eodem Armendar. loco proxime citato, num. 84. Galet. in margarita casuum consc. verb. Episcopus, antepen. In illis igitur casibus spectantibus ad Episcopalem dignitatem, in quibus Episcopus potest esse iudex, conuocare poterit Capitulum, secus vero in aliis, in quibus iudex esse non potest. Armend. d. n. 95. Quam denique potestatem habeat Episcopus in Capitulo, declarat Aloyf. Ricc. in praxi auea resolut. 214. Duobus modis potest Episcopus esse in Capitulo, primo vt Episcopus, secundo vt Canonicus, prout contingit in Ecclesiis vbi collatio beneficiorum, vel canonicatum pertinet ad Episcopum, & Capitulum coniunctum, vt obseruat nouissime Hieron. Venero. & Leyua in Examine Episcoporum lib. 4. cap. 29. num. 27.

17 Si Episcopus est in Capitulo tanquam Episcopus, debet sedere in superiori loco ornato & preparato, & proponere sicut caput Ecclesiae, & Capituli, & ordinare omnia, quae in illo actu debent fieri, Abb. in cap. postulatibus, de concess. prob. Hieron. Venero cap. 29. num. 34. vbi num. 35. subdit quod si tunc appelletur a decisione facta ab Episcopo & Capitulo, debet appellari ad Metropolitanum, & iudicem superiorem, non autem ad ipsum Episcopum. Non habet tamen vocem decisiuam in rebus pertinentibus ad Capitulum, sed solum potest proponere, exquirere, & resumere. Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 6. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarrae lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 84. Hieron. Venero d. cap. 29. num. 42. Episcopus potest ad libitum suum Capitulum conuocare, & audire vota eorum, ac concludere iuxta maiorem partem suffragiorum, dummodo res de qua agitur non sit commodum Episcopi, vel suorum, quia tunc licet possit illud congregare, & rem proponere, debet relinquere Canonicos de Capitulo solos, vt ipsi libere rem discutiant, & determinent, Hieron. Venero d. cap. 29. num. 37. & 38. vbi num. 39. subdit Episcopum non posse congregare Capitulum de omnibus casibus in quibus non potest esse iudex. Si habeat controuersiam cum Capitulo, non potest domi suae illud congregare, sed debet ad aulam capitularem accedere, in qua solitum est Capitulum semper conueniri, prout decisum refert Armendar. d. l. 7. de Episcopis num. 96. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. par. 4. decis. 286. Hieron. Venero d. cap. 29. num. 41.

18 Quando vero Episcopus assistit in Capitulo vt Canonicus, quia in eadem Ecclesia est praebendatus, obtinetque ius Canoniae, debet sedere in sua propria Sede apparta & ornata, & primus debet dicere suam sententiam, quia a Tridentina Synodo ei datur prima sedes, & omnis auctoritas, vide Abb. in cap. postulatibus sub num. 8. de concess. prob. Boët. de auctor. in vni. Consilij num. 65. Stephan. Gratian. discipulat. forens. cap. 106. a num. 9. Lotter. de re

benefic. lib. 1. quaest. 16. num. 104. & 105. Hieron. Venero d. cap. 29. num. 28. vbi num. 30. subdit quod tunc habet vnum suffragium sicut vnus de Capitulo, licet magis ponderatum propter eius auctoritatem, & num. 31. addit quod seruanda est consuetudo, vel statutum cuiusque Ecclesiae, an debeat vincere sententia illa pro qua suffragium tulit Episcopus, si paria sint suffragia, & num. 32. ait Decanum, vel caput illius Capituli debere proponere, & resolvere etiam quando Episcopus assistit in Capitulo tanquam Canonicus, petita tamen cum debita vrbantate licentia ab Episcopo, cum saluando.

19 Post Cathedrales Ecclesiae visitationem caeteras ciuitatis Ecclesias, & deinde reliquas in diocesi sitas, monasteria, pia & religiosa loca, clorum, & populum visitabit Episcopus. Et prius Praesul, siue visitator, exemplo Christi Domini, Matth. 21. qui cum templum Hierusalem visitare vellent, duos ex discipulis suis praemisit, qui aduentum eius praenuntiarent in omnem ciuitatem, oppidum, & locum, quo erit ipse venturus, nuncium cum literis Pastoralibus, ac mandato manu chirographi sui, ac notarij, quem secum ad visitationem peragendam ducet subscriptis, mittere debet, vt lex, aut octo diebus saltem, plus, minusve de aduentu suo subditi visitandi certiores fiant, vt se ad visitationem recipendam congrue iuxta status sui conditionem praeparare possint, ac diligentius, quid vnicuique eorum ex officio praestandum sit, considerare, ac praemeditari, ne imparatos eos offendat visitator, qui fuerit ipsemet Praelatus, processionaliter a Clero recipiendus est, Fusch. de visitat. lib. 1. cap. 4. num. 10.

20 Visitandi ius, ad solum Episcopum spectat, nisi in contrarium ostendatur priuilegium, vel consuetudo legitime praescripta, vt post Host. Socin. & alios tradunt Sarmien. lib. 3. select. cap. vltim. num. 1. Mandos. conf. 38. num. 1. & conf. 37. num. 11. Rot. decis. 207. num. 5. par. 2. diuers. & decis. 394. num. 1. apud Farin. par. 1. recent. qui fundatam habet intentionem suam visitandi omnes Ecclesias suae diocesis. Mantica. decis. 320. num. 1. Si vero huiusmodi visitandi ius concedatur alicui, non censetur concessum priuatiue quoad Episcopum, nisi expresse dictum sit quod Episcopus non visitet, Rot. in Abulen. iuris visitandi 10. Nouembris 1600. coram Gregor. X V. impressa per Farinac. decis. 33. par. 2. recent. Habet etiam visitandi ius, & potestatem omnis Praelatus Ecclesiasticus, cui iurisdictione, & administratio conuenit. cap. 1. §. hanc, de censib. lib. 6. post Federic. Calderin. Oldrad. & alios Azor. instr. moral. par. 2. lib. 3. cap. 40. quaest. 6. Rebuff. in praxi tit. de deuolut. num. 65. Rot. decis. 346. num. 2. par. 1. recent. & in Trident. iurisdictionis 1607. coram Card. Sacrato, & in Pampilonen. iuris visitandi 15. Decemb. 1623. coram R. P. D. Merlino. nouissime Lotter. in tract. de re benefic. lib. 2. quaest. 2. num. 44. ac proinde praeter Romanum Pontif. & Legati a latere ex officio legationis sibi a Sede Apostol. demandata, cap. cum a postolus, de censib. Item legati Pontificij, qui non sunt a latere, sed dicuntur nati, quibus legatio Apostol. competit ratione dignitatis, in qua sunt constituti, cap. cum instantia, cap. procuraciones, de censib. Item etiam Legati Apostolici, qui Missi, siue Nuncij Apostolici nuncupantur, si visitandi onus eis sit specialiter impositum, vel si vigens aliqua necessitas visitationem postulet. d. cap. cum instantia, d. cap. procuraciones, Fusch. de visitat. lib. 1. cap. 2. num. 9.

Item:

Item Vicarius Summi Pontificis in territorio sibi iniuncto, c. pen. de officio Vicarij, Fusch. d. lib. 1. c. 2. num. 4. Insuper Illustrissimi Cardinales in Ecclesiis suorum titulorum Concil. Lateranen. sub Leone X. an. 1514. vbi habetur Cardinales tituli sui loca si praesentes fuerint personaliter, si absentes per Vicarium, teneri singulis annis visitare clericos, & populos suarum Ecclesiarum, de quibus plura ex aliis refert Fusch. vbi proxime num. 5. Item Patriarcha, c. felices 3. de censib. in 6. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 3. in princ. Fusch. d. n. 5. Azor. d. c. 40. q. 6. vers. queres. Archiepiscopi quoque non tantum in sua diocesi, sed in tota prouincia. c. sopite 14. c. super eo 22. c. cum nuper 25. de censib. cap. 1. eod. tit. in 6. Doctores citati par. 1. tit. 4. de Archiepiscopi praesentia, versic. 27.

22 Decani, Archidiaconi, Archipresbyteri, Plebani, & alij inferiores visitandi ius habent, si id longa consuetudine praescripserint, c. super eo, & c. cum apostolus, de censib. De quibus noue Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 3. ita disponit. Archidiaconi autem, Decani, & alij inferiores in his Ecclesiis, vbi haecenus visitationem exercere legitime consueverunt, debent quidem assumpto notario, de consensu Episcopi, deinceps per seipsos tantum visitare, refert Felician. Comens. in manu visitat. lib. 1. tit. 3. vers. Archidiaconi. [Fusch. dict. cap. 2. numero 19.]

23 Competit denique visitandi ius Abbatibus, Generalibus, Prioribus, Ministris, aliisque praesidentibus in monasterijs religiosorum, vel deputatis in iisdem, c. in singulis, c. ea qua, de statu monach. [Fusch. d. c. 2. num. 14.] Sic & Abbatibus, & aliis mulieribus Regularibus in monasterijs in quibus degunt, & in aliis eorum iurisdictioni subiectis, Clem. attendentes, in princ. de stat. monach. Fusch. d. c. 2. num. 14. & 15. Azor. d. c. 40. quaest. 8. & 9. Felician. Comens. d. tit. 3. vers. Visitatores.

24 Visitandi potestas Episcopi concessa transit in Capitulum Sede vacante, potest enim visitare Ecclesias Episcopatus subiectas, vt resoluunt [Federic. de Senis conf. 16. sub num. 2. vers. item potest Capitulum, & conf. 40. num. 1. Fusch. d. c. 2. n. 20. Molin. de iustit. tract. 5. disp. 11. num. 7. vers. ex eodem, Rebuff. in praxi tit. de deuolut. num. 65. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 1. c. 10. num. 8. vers. decimo, Raguc. de voce Canon. quest. 36. num. 2. Lotter. de re benefic. lib. 2. quaest. 2. num. 44. Rot. decis. 346. num. 2. par. 1. recent. & in Pampilonen. iuris visitandi 15. Decembris 1623. coram R. P. D. Merlino.] Quaranta in summ. Bullary, verb. Capitulum Sede vacante, vers. quibus sic praebatis, pag. 134. Azor. d. lib. 3. c. 37. quaest. 14. ex eo, quia Sede vacante Capitulum succedit in omni Ordinaria Episcopi iurisdictione, nisi aliud iure reperiat expresse. c. vltim. de suppl. neglig. Pralat. lib. 6. c. cum nullus 3. ad finem princip. de temporib. ordinat. eodem lib. glos. per text. ibi, in cap. cum olim. 14. de maiorit. & obed. glos. vltim. in cap. 1. de instiut. lib. 6. glos. verb. Capituli per text. ibi in Clem. 1. §. auro, de heretic. post alios Pauin. de potestate Capituli Sede vacante par. 1. quaest. 1. num. 45. Simanch. de Cathol. instiut. tit. 25. num. 6. Fusch. de visitat. lib. 1. cap. 2. num. 20. & alij citati supra allegat. 36. num. 9. Planè visitatio ius est Episcopale pertinens ad potestatem iurisdictionis Ordinariae, non vero ad potestatem Ordinis, [cap. conuocante, de offic. ord. cap. 1. §. vlt. de censib. lib. 6. Pauin. de visit. par. 1. in 1. quaest. num. 8. Lotter. de re benefic. lib. 2. quaest. 2. num. 43. Seraphin. decis. 475. num. 1. & decis. 615. n. 2. & decis. 1008. Barlos. de Episcopo Pars III.]

num. 4. Mantica. decis. 322. num. 24. Gregor. X V. decis. 4. num. 4. & decis. 304. num. 2. [Rota decis. 196. num. 2. par. 2. diuers. & decis. 396. num. 4. par. 1. recent. Deinde non reperitur expresse prohibita Capitulo Sede vacante; igitur, &c. quicquid distinguar inter visitationem generalem, & specialem glos. dict. verb. Capituli, & veriorum putet Pauin. de visitat. par. 1. quaest. 2. num. 46. Quicquid etiam oppositum ex diametro, videlicet Capitulum Sede vacante visitare non posse, defendat Fusch. loco proxime citato; nec obstat quae ille pro sua opinione considerat, ad illud enim quod Capitulum Sede vacante non succedit in voluntaria iurisdictione Episcopi, maximè quando futuro successori notabiliter praediudicatur, ex resolutis per Rebuff. in praxi benefic. tit. de deuolut. a numero 70. & Pauin. de potest. Capituli. par. 2. quaestio. 1. & quod visitatio pertinet ad voluntariam iurisdictionem, seu administrationem, cap. regenda, ibi, vt sibi visum fuerit, 10. quaestio. 1. Responderet potestatem visitandi non ad voluntariam, sed contentiosam iurisdictionem pertinere, quippe cum reddatur in inuitum, & subditi velint nolint visitationem subire teneantur, quinimò & superius, cui ex officio incumbit visitare teneretur. cap. sopite 14. ibi, iure communi, de censib. cap. relata in fine, 10. quaestio. 1. aduertit Abb. in dict. cap. cum olim num. 2. versic. extra glos. quamuis in arbitrio consistat data causa pluries quam semel in anno visitare, hoc vel illo tempore dict. cap. regenda; deinde futuro successori notabiliter non praediudicatur, cum potius ab onere releuetur, vt patet. Quapropter priorem sententiam, quae communis est, & in praxi recepta, tenendo declarabis procedere cum supra citatis, praesertim Cardinal. d. num. 6. & Abb. loco citato, in visitatione quae competit Episcopo iure ordinario, non autem delegationis, de quo Azor. dict. cap. 37. quaest. 15. Ad quod propositum adest bona decisio Rotae in Pampilonen. iuris visitandi 15. Decembris 1623. coram Reuerendiss. Patre Domino Merlino, quae sic cantat.

Pro Capitulo Ecclesia Cathedralis solum informante responsum fuit, scilicet ipsum Capitulum Sede Episcopali vacante habere intentionem fundatam in iure visitandi vniuersam diocesim, ac omnia & singula membra, ac proinde etiam clorum de Guipuzcoa, ea ratione quia dum Ecclesia Cathedralis suo viduata est sponso, omnia, quae ad iurisdictionem spectant, in ipsum transeunt Capitulum. cap. cum olim, vbi Abb. num. 2. & Bald. in princip. de maiorit. & obed. cap. 2. ne Sede vacante, Feder. de Senis confil. 18. num. 2. Nauar. conf. 44. num. 2. de tempor. ordinat. & conf. 7. num. 1. de filiis Presbyter. Rebuff. in praxi tit. de deuolut. num. 58. Azor. institutionum moralium libr. 3. cap. 37. quaest. 6. part. 2. Gutier. quest. canonic. cap. 11. num. 10. libr. 1. Pauin. de potest. Capituli Sede vacante, quaest. 1. num. 3. cum sequentibus, & quaest. 5. num. 2. versic. item regulariter par. 1. Paris. de resignat. quaest. 23. num. 27. & 28. lib. 8. Soar. de censur. disp. 7. sect. 2. num. 4. Molin. de iustit. & iure tract. 5. disp. 11. num. 5. Rot. diuers. decis. 1. num. 13. p. 2. & inter recent. decis. 346. num. 2. p. 1. & decis. 632. num. 4. p. 2. &c. [in ead. causa Pampilonen. iuris visitandi, 15. Decembris 1624. coram eodem R. P. D. Merlino fuit denegata remissoria clero de Guipuzcoa admittendi impedire Capitulum ne visitaret Sede Episcopali vacante ante lapsum triennij sub praesertu.

immemorabilis consuetudinis, tum quia decretum Concilij submouet immemorabilem, ibi, non obstantem quacumque consuetudine etiam immemorabili, &c. tum quia materia est impræscriptibilis, & quia semper actus ex parte Capituli remanet merè facultatiuus, Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 298. num. 10. & cap. 399. num. 33.* Lotter. *d. lib. 2. q. 2. num. 49. & 50.* Rota *decis. 778. num. 5. par. 1. diuers. Coccin. decis. 402. num. 10.*]

Visitatio autem diæcesis utpote quæ versatur nescidum in accessu ad vnamquamque, si id commode peragi potest, Ecclesiam, sed & in perquisitione, & reformatione morum tam Clerici, quam populi, bonos tuendo, & prauos corrigendo, ut in *cap. 1. de consub. in 6. & in 8. Concilio Tridentin. sess. 24. cap. 3.* cum sit actus præcipuè ad iurisdictionem perti- nens, *cap. conuenerunt, de offic. Ordin. cap. 1. §. final. de consub. in 6.* Pavinian. *de visitat. quest. 1. num. 8. par. 1.* Rot. *diuers. decision. 196. num. 2. part. 2. apud Cardinal. Seraphin. decis. 475. num. 1. & decis. 615. num. 2. & decis. 1008. num. 4.* apud Cardinal. Mantican. *decis. 322. apud f. mem. Gregor. X V. decis. 4. num. 4. & decis. 304. num. 2. & inter recent. decis. 108. num. 2. & decis. 346. num. 2. & 3. & decis. 394. num. 4. par. 1.* Sequitur ut defuncto Episcopo Capitulum succedat in hoc iure iurisdictionali, & proinde munus visitationis obire possit eodem modo, quo poterat Episcopus; & in puncto, quod Episcopali Sede vacante facultas visitandi diæcesim resideat penes Capitulum, dixerunt Abbas in *cap. cum olim, sub n. 2. vers. sed indistinctè, vbi etiam Bald. n. 1. de maiorat. & obed. Franch. post Imol. & Gemin. in cap. 1. num. 5. eodem tit. lib. 6. Archidiacon. in cap. si Episcopus num. 2. de supplen. neglig. Prælat. in 6. Feder. de Senis cons. 16. num. 2. vers. item potest, & cons. 40. num. 1.* Rebuff. in *praxi tit. de deuolut. num. 65. Azor. institut. moral. lib. 3. cap. 37. quest. 14. par. 2.* Rot. *inter recent. decis. 346. num. 2. part. 1. & idem aliàs fuit dictum in Burgen. procuratorum 10. Martij 1597. coram Orano, & in Tuden. Iurisdictionis 28. Novebr. 1607. coram Card. Sacrato, tenet quod non potest visitare Monialium cœnobia exempta, quæ alioquin potest Episcopus, ut delegatus Sedis Apostolicæ, & ita censuit Rot. in vna Burgen. iuris visitandi 1588. coram D. Orano, vbi agebatur de visitando monasterio Monialium non exempto à iurisdictione Episcopi, & fuit ibi dictum Capitulum Sede vacante illud visitare posse, refert Aloyf. Ricc. in *praxi fori Ecclesiast. decis. 609. in prima editione, & resol. 533. in 2. edit.* vbi asserit procedere, etiam quando Sedes Episcopalis quasi vacat, veluti Episcopo ab hostibus, vel paganis capto, ut fuit dictum in eadem Burgen. 10. Martij 1597.*

26 Aliquando tamen Capitulum superstitè adhuc Episcopo ex præscriptione, vel priuilegio visitandi ius habere potest, ut colligitur ex Concil. Tridentin. *sess. 24. de reformat. cap. 3. vers. visitatores, Azor. dict. lib. 3. cap. 40. quest. 8.* Et tunc visitatores à Capitulo deputati debent esse approbati ab Ordinario, ut decimum refert Armendar. *dict. l. 7. de Episcopis, num. 110.*

Sicut Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Sede vacante succedit in iurisdictionalia Episcopi, & in ius visitandi, ita etiam Sede vacante per mortem Abbatis habentis iurisdictionem quasi Episcopalem Capitulum Collegiatæ succedit in iurisdictionem dicti Abbatis, & ius visitandi, prout censuit Rot. in Burgen. iurisdictionis 22. Iunij 1611. im-

pressa per Farin. *decis. 346. par. 1. recent. vbi num. 5.* ampliatur etiam tale ius Abbati competeret ex præscriptione, vel priuilegio, & responderet ad illud quod ea, quæ de iure speciali conducuntur, non solent transire in Capitulum, ut per Abb. in *cap. cum olim num. 2. de maiorat. & obed. in 5. quest. vbi Felin. num. 5. & 6.* Rebuff. in *praxi tit. de deuolut. procedere in auctoritate legata, & quæ nomine Sedis Apostol. exercetur, ut citati DD. loquuntur, quod non conuenit cum iurisdictione ordinaria, quæ licet ex consuetudine, vel priuilegio habeatur, exerceretur tamen per Abbatem nomine proprio.*

28 Vicarius autem generalis hoc ius visitandi non habet, nisi specialiter eidem committat Episcopus, ut resoluit Rebuff. in *praxi benef. tit. in forma Vicariatus, num. 100. & 101.* Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 2. *quest. 120. num. 2. Fusc. dict. cap. 2. num. 18.* Azor. *institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 45. quest. 4.* Vgolin. de potestate Episcopi, *cap. 4. §. 7. vers. tertio, nec visitare, Narbon. de appellatione à Vicario ad Episcopum par. 1. num. 224.*

29 Non licet Episcopo visitationem aggrediendi proponere dicta, quibus subditi iubeantur criminosa detegere, multoque minus proposita pœna excommunicationis: ita censuit Sacra Congregat. teste Armendar. *dicto tit. 6. de visitat. l. 5. §. 2. num. 16.*

30 Nec etiam potest in visitatione pœnas ordinarias delictorum imponere, sed tantum extraordinarias, quæ magis morum emendationem, aut correctionem, quam ordinariam delicti vindictam respiciant, idem Armendar. loco proxime citato *num. 11.* & licet possit iterum visitare Ecclesias visitatas ab inferioribus, ut in terminis Concil. Trid. *d. cap. 7. ¶ non tamen poterit iterum punire punitos ab eis, nec ab eis absolutos cogere ad innocentiam suam demonstrandam, idem Armendar. d. l. 7. de Episcopis, num. 111.*

32 In iis, vbi de visitatione, aut morum correctione agitur, proceditur omni, & quacumque appellatione, seu querela, etiam ad Sedem Apostolicam interposita, semota, quæ executionem nullo modo impedire, aut suspendere potest. Concil. Trident. *sess. 24. de reformat. cap. 10.* Lancellor. *de attent. & innovat. appellat. pendente, limit. 18. princip. num. 6.* Rugin. *de appellat. §. 2. cap. 3. num. 6.* Marchefan. *de commission. par. 1. de commissione appellationum extra curiam Romanam cap. 6. num. 78. in secunda impress. quos refert Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 7. num. 1.* [Marc. Anton. Genuef. in *prax. Neapol. cap. 21. num. 5.* Gratian. *March. decis. 188. num. 1. & 2.* me citato in hoc loco Ciatlin. *contron. forens. lib. 1. cap. 65. num. 19.*] dummodo Episcopi procedant sine processu, & sine scriptis, etiam carcerando, & carceratos detinendo, quo casu si carcerati appellauerunt, potest Iudex appellationis cognoscere de prætenso excessu in corrigendo: sed interim non impeditur, aut suspenditur executio eorum, quæ ab Ordinario sunt decreta, sed si Episcopus formato processu, & seruatis seruandis procedat, non habet locum dispositio Concil.

33 in *d. cap. 10. sess. 24. de reformat.* sed à sententia definitiua tantum admittitur appellatio, quæ suspendit iudicatum; ita resoluit Francisc. Leo in *thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 2. num. 77.* & latè de hac materia vide Curiam Philip. *par. 1. §. 7. num. 10.* Soar. de Pace in *praxi tom. 2. par. 5. cap. vni. num. 14.* Armendar. *d. tit. 6. de visitat. num. 104.*

34 cum sequentibus, [Genuef. *d. c. 21. num. 5.* Gratian. *d. decis. 188. n. 3. & 4.* Ciatlin. *d. c. 65. n. 19.*] ¶ Dabitur etiam appellatio, si Episcopus procedat in exemptos, seu alias priuilegiatos, contra eorum priuilegia, Marchefan. *dict. num. 78.* Aloyf. Ricc. *d. resol. 7. num. 3. vers. verum.*

35 Quando in visitatione regulariter appellari contigerit ab Episcopo suffraganeo, etiam tanquam Sedis Apostolicæ delegato, debet appellari ad Metropolitanum quoad deuolutiuam, non quoad suspensiuam, ut decimum refert Zerola in *praxi Episcop. part. 2. verb. visitatio. §. 3.* Pialec. in *simili praxi part. 2. cap. 3. num. 61.* Aloyf. Ricc. in *praxi aurea resol. 449. n. 2. propè finem, & resoluit Cochier de iurisdic. Ordinarij in exemptos part. 2. quest. 14. num. 5.* Thom. Valasc. *allegat. iuris, tom. 1. allegat. 70. num. 5. in fine.* Ratio est, quia ¶ propter dictionem illam, etiam, quæ vnum casum exprimit, & alium includit, vt tenent plures à me citati in *remission. de diction. & clausul. diction. 95.* vtrunque potestatem, ordinariam scilicet, & delegatam Episcopus habere dicitur, iuxta notata per me *allegat. 92.*

37 Sic etiam à mandato de residendo in visitatione edito nõ datur appellatio ad effectum suspensiuum, sed ad effectum deuolutiuum tantum, prout decimum refert Armendar. *dicto tit. 6. de visitat. num. 2.* & resoluit Mar. Antonin. *var. lib. 1. resol. 85. n. 10. & resol. 119. n. 14.* Aloyf. Ricc. in *praxi fori Ecclesiastici resol. 476. n. 5. in fine, & in praxi aurea resol. 7. in fine.*

38 Episcopus visitans [vt supra procedendo sine processu] tanquam suspectum reculari non potest, nisi modum in visitando excesserit, prout decimum refert Marc. Anton. Genuef. in *praxi Archiepisc. c. 21.* Pialec. loco proxime citato, vbi etiam resoluit, quod quando proceditur compilato processu, reculari potest si sit suspectus, & ab eo licitè appellatur appellatio non solum deuolutiua, sed etiam suspensiuam. [Genuef. *dict. c. 21. num. 5.* Gratian. *dict. decis. 188. num. 4.* Ciatlin. *dict. c. 65. num. 20.* vbi citat meipsum in hoc loco, nouissimè Marcel. Vulpe in *praxi iudic. fori Eccles. c. 25. num. 17.*] Super quo rescriptis S. D. Paulus Quintus felix recorda iouis Episcopo Portugalen. his verbis, *Venerabilis Frater, Salutem, & Apostolicam benedictionem. Fraternitatis tue nomine nobis nuper expositum fuit, quod visitationes, quæ in tua diæcesi in vim Decretorum Concilij Tridentini, & aliàs legitime sunt, sapius impediuntur, eo quia visitati Prælatum, seu alium legitime visitantem suspectum allegant, in magni diuini cultus, præsertim & fabricæ Ecclesiarum præiudicium. Quamobrem nos huiusmodi abusum tollere volentes, supplicationibus tuo nomine super hoc humiliter porrectis inclinatis, de consilio venerabilium Fratrum nostrorum Sacre Roman. Ecclesiæ Cardinalium, Sacri Concilij Tridentini interpretum, Apostolica auctoritate, tenore presentium declaramus Episcopum, vel alium, cui id legitime competit, visitantem non posse vi suspectum reculari, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque in contrarium factentibus quibuscumque. Datum Rome apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die 29. Octobris 1610. Pontificatus nostri anno sexto. S. Cobellutus. Venerabili Fratri Gondifaluo Episcopo Portugalen. [refert me non citato Marcel. Vulpe *dict. loco.* de qua declaratione me citato meminerunt Portel. *par. 1. casu 21.* Laurent. de Peitinis in *formular. Regni litter. R. cap. 2. num. 3.*] Antea quoque decimum à Sacra Congregat. fuerat Episcopum visitationem*

aggredientem, atque etiam in præparatoria inquisitione non posse suspectum reculari, neque probatione, vel allegatione suspicionis impediri, quominus pœna extraordinaria, quæ morum correctionem, & emendationem respiciat, visitatos afficere possit, prout refert Armendar. *d. tit. 6. de visita. l. 5. §. 2. n. 8. & n. 7.* asserit hoc verum, dum tamen in ea processum non compleat, & se intra visitationis terminos contineat, & quod Episcopi in visitatione non possint reculari tenuit nouissimè consultanus noster Gabriel Pereira in *tract. de Mann. Regia c. 7. de cognit. violentie num. 18.*

39 Nullum certum tempus præscriptum est, intra quod teneatur Episcopus visitationem concludere, sed arbitrio ipsius relinquatur, quod tamen debet esse discretum, & moderatum, refert decimum Aloyf. Ricc. in *praxi fori Ecclesiast. decis. 717. in 1. edit. & resol. 708. num. 2. in 2. edit.* Armendar. *d. l. 7. de Episcopis, n. 13.* Potest tamen ipse Episcopus præstituerè terminum Archidiacono ad visitationem expediendam, & præscribere comitatum, & equitatum, ne oneri sit Ecclesiis, quas visitauerit, ita Sacra Congregat. censuit, vt per Pialec. in *praxi Episcop. p. 2. c. 3. de visitat. quorumvis exemptorum, n. 62. pag. 213.*

40 Visitatores debent, quantum citius possunt, se expedire ne grauent subditos suos expensis, & studeant quam celerrime debita cum diligentia visitationem ipsam absoluere, & ne se occupent alius negotiis ad visitationem non pertinentibus, prout tam iuris diuini, quam humani auctoritatibus probat Zerola in *praxi Episc. par. 1. verb. visitatio, §. 5. ad finem, vers. præterea,* super quod Concil. Bracharen. I V. *act. 2. cap. 5.* ita censuit: Visitatores plures vno die Ecclesias, quam duas ne visitent, nisi forte ob tenuitatem, & viciniam; & ne tunc quidem plures vno die, quam tres, sic enim maturius, & diligentius visitationis munus absoluent, quod nimia festinatione solet aliquando negligentius gerit: Episcopi verò, quot ipsi vna die visitare commodè possunt pro sua prudentia statuunt. Deinde in prædicto Concil. eadem *act. 2. c. 1.* sic habetur. *Vt autem expeditius hoc visitationis saluari munere fungi possint, præcipit singulis Sanctæ Synodus, ut in suo equestri comitatu non plures, quam octo comites habeant, eoque numero includant necessarios etiam visitationis ministros. Curabunt autem imprimis, ut tam visitationis adiutores, quam familiares, & domestici nullum visitatis molestiam exhibeant, sed Christiane potius frugalitatis, & modestiæ exemplum præbeant.*

41 Vnde Cancellarius, Auditor, Scriba, vel Notarius Episcopi non possunt quicquam accipere à visitatis pro scriptura processus visitationis: pro copia tamen actorum, seu decretorum visitationis ab eis, qui ea petunt, licite competentem mercedem petere possunt, Nauar. *cons. 1. de censibus in nouis, Pialec. in dict. praxi noua Episc. d. c. 3. num. 63. vers. neque Cancellarius,* quamuis Zerola *d. verb. visitatio, §. 6. dub. 4.* asserit ¶ Secretarium, vel Scribam non posse aliquid recipere pro suis laboribus scribendo, vel transcribendo, vel dando copiam ipsius visitationis. ¶ Cuius visitationis liber plenam inducit probationem, quoad visitationem personarum, Sacramento- rum, & aliorum pertinentium ad officium visitantis, prout decimum refert Aloyf. Ricc. in *praxi fori Ecclesiastici decis. 611. in prima edit. & resol. 535. in 2. edit. & resoluit Caputaq. decis. 158. p. 2.* Pavin. *de visitat. quest. 4. num. 24. & 34.* latè Mar. Antonin. *variar. resol. lib. 1. resol. 110. à princip. vbi n. 13.*

tenet in visitationibus procedendum (summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, ac sine visitatorum citatione, cum saltem virtualiter citati censentur per edictum generale, quo monentur ad interessendum.

Ecclesie inferiores Episcopis & aliis visitantibus moderatas procuraciones soluere tenentur iuxta modum & qualiter iure præstitam, debentur enim, vel ratione visitationis, vt in cap. cum ex officij 16. de prescript. vers. nos igitur, & in cap. cum venerabilis vers. quia ergo, de censib. cap. procuraciones 23. eodem tit. lib. 6. Vel ex vi consuetudinis, aut alterius iuris specialis, cap. seruitium in princip. 18. quest. 2. cap. scientes 3. de censib. iuncta reg. cap. ad Apostolicam 42. de simonia. Vel tandem ex pacto legitime celebrato, tempore scilicet fundationis cap. Eleutherius, ibi, tempore quo, &c. cap. 18. quest. 2. cap. præterea 23. vers. presentis, de irrepationat. cap. quanta 16. ibi, ab ipso primordio, & ibi, procuracionem Ecclesiasticam, &c. de censib. Qua autem ratione procuratio visitationi annexa fuerit statuta, examinant post Innoc. Abb. num. 5. in dict. cap. procuraciones, Marian. de Visitat. num. 37. Pauin. eodem tract. par. 1. quest. 9. in princip. Fusch. in simili tractat. lib. 1. cap. 1. à num. 14. & unico verbo S. Thom. 2. 2. quest. 100. art. 3. ad 3. in vers. licet tamen. Quorum alij in signum subiectionis, alij vt facilius Prælati inducantur ad visitandum expendent similitudinem de quotidianis distributionibus, quæ specialiter deputantur Canonici, vt ad interessentiam Diuinorum inuidentur, quamuis aliàs ad diuina Officia teneantur, cap. vnic. de clericis non resident. lib. 6. ita Abb. dict. num. 5. & alij ibidem. Si verò proxima & immediata ratio queratur, illam esse certius duco, quæ reddit dict. cap. cum ex officij, propè fin. quia nemo cogitur suis stipendiis militare, & qui spiritualia seminat, &c. habetur ex D. Paulo 1. ad Corimb. 9. bonus text. in cap. si Episcopus 6. ibi, cum secundum, &c. de officio Ordin. lib. 6. cap. vltim. ibi, stipendia sanctis laboribus debita 1. quest. 2. ita in proposito S. Thom. & Pauin. citatis locis. Si tamen aliquis opponat quod hæc ratio videtur remota, & generica, quippe quæ communis sit omnibus quorumcunque beneficiorum redditibus, quinimò omnibus illis, qui ad clericalem Ordinem promouentur, cap. cum secundum 16. in princip. de præbend. iuncta reg. cap. vltim. de rescript. lib. 6. Responderi poterit primò, hanc rationem in individuo in materia visitationis, & procuracionis reddi à Summo Pontif. quoad intentum in dict. cap. cum ex officij, & dict. cap. si Episcopus, & ideo neque de remota vel generica norari posse, argum. cap. ne imitatis, de constitut. ex eo autem quòd generica, cum alios concludat, notari potest. Vel secundò responderi poterit explicando rationem illam, si dicas prudenter satis Prælati visitantibus procuracionem deputari, vt sic magis inuidentur per seipos personaliter visitare, cum aliter certò sciant nihil procuracionis se posse exigere dict. cap. si Episcopus in fine, insuper ne propter defectum hospitalitatis à personali visitatione aliquatenus detreantur, sicut experientia docet in illis, qui extra domos proprias diuagari, vel commorari coguntur, quo casu boni spiritualis graue insurgeret detrimentum.

Vtrum autem si Prælati plures quàm semel in anno visitauerit, plures possit in anno exigere procuraciones? In quo dubio dicendum singulis annis à communiter accidentibus vnicam visitationem, ac proinde vnicam procuracionem sufficere, cap. conueniente, de officio Ordin. ibi, visitationem annuam, & ibi, non amplius, &c. cap. relatum, ibi, per annum, cap.

decreuimus, ibi, annis vnicibus. & ibi, per singulos annos, 10. quest. 1. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 3. in princip. ibi, quotannis, Fusch. lib. 1. cap. 2. num. 14. Rot. decis. 233. num. 2. apud Fatinac. par. 1. recent. Nisi Episcopus data causa intellexerit oportere plures visitare, cap. regenda, ibi, circumire, vt sibi visum fuerit, 10. quest. 1. cap. non semel, in princip. 18. quest. 2. cap. mandatum 6. vers. nisi forte, de officio Archid. quia tamen sese offerere dubitatio circa procuracionis exactionem, quasi consequens videretur quod si plures visitaret, plures quam binas exigere possit procuraciones, quod Ecclesie onerosius maximè foret onerosum, occurrit dict. cap. cum venerabilis, de censib. decernendo ne Episcopus quauis plures visiter, plures possit quam binas exigere, & ita restringit ad binas vices solummodo procuracionis receptionem, non autem exercitium visitationis.

Vtrum redditus Ecclesiarum sint tantummodo obligati pro solutione procuracionum, an vero laici quoque contribuere teneantur? Pars quæ affirmat Ecclesias solummodo teneri suaderit ex iuribus, quibus procuratio Ecclesie vniuersitatis iniungitur iuxta earum facultates, laicorum verò nulla fit mentio, d. cap. conueniente, ibi, pensatis facultatibus earundem, cap. 1. §. deinde, ibi, à locis tantum recipere visitari, de censib. lib. 6. cap. cum Apostolus, ibi, facultatibus Ecclesiarum, cap. supina, ibi, secundum facultates, vbi glos. vltim. hoc tit. obleruat in specie glos. verb. laicos in dict. cap. 1. Host. & Monach. citati à Domin. in d. cap. 1. in princip. num. 9. Contrarium tamen defendit glos. vltim. in cap. placuit 10. quest. 1. glos. verb. subditos in cap. cauendum 10. quest. 3. Archid. Ioan. Andr. & Imol. quorum opinionem de iure veriore affirmit Dominic. d. num. 9. Pro quibus efficaciter expenditur illud Pauli 1. ad Corimb. 9. qui spiritualia seminat, &c. & quia nemo cogitur suis stipendiis militare, habetur in proposito in cap. cum ex officij 16. de prescript. cap. si Episcopus 6. de officio Ordin. lib. 6. Ergo cum munus visitandi, & labor impensus aequè dirigitur, ab vtriusque procuratio debetur. Insuper expenditur d. cap. cauendum, vbi agitur de visitandis subditis tam clericis quàm laicis, & solummodo prohibetur ne immoderatè, & cum scàdalo aliquid procuracionis nomine exigatur: facit dict. cap. placuit, ibi, alia die conuocata plebe, si intelligas cum glos. vlt. ibi, de alia die tam in labore, quam in mercede; propter quæ hæc pars posterior in puncto iuris verior est, quamuis consuetudo aliud receperit, vt Domini, & modo citati rectè agnoscunt. Iura autem pro aduersariis adducta oppositam non probant, quia solum euincunt pro ea parte, quia ab Ecclesiis visitantis procuratio soluenda est, illud commensurandum fore iuxta Ecclesiarum facultates. Illud etiam aduertere oportet quod visitantis assertioni quoad statum Ecclesie multum deferendum est, Rot. decis. 371. num. 2. p. 1. recentior. & dictum fuit in Mediolan. decimarum 15 Decembr. 1618. coram R. P. D. Martino Andrea, & in Lanen. Parochialis 13. Martij 1626. coram Reuerend. Patr. Dom. Duran.

In visitatione præter procuracionem ab Ecclesiis, 44 Episcopus nihil muneris accipere potest, non tantum ipse, sed nec etiam quisque suorum, sub pœna maledictionis, & interdicti ingressus Ecclesie, ac restituenti duplum infra mensem, & post mensem, non obstante remissione partium, cap. 1. §. prohibicionis, & cap. exigit, de censib. lib. 6. innouata à Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 3. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 64. num. 6. & tit. 4. quest. 22. Azor. in sist. moral.

par. 2.

par. 2. lib. 3. cap. 42. quest. 9. Marc. Anton. Genuef. in man. Pastorum cap. 35. num. 2. Sub qua prohibitionem non censetur sublatum Cathedraliticum, quod singulis annis exigi solet ab Ordinario, tam in visitatione, quàm extra, prout decisum refert Armend. d. lib. 7. de Episcopo, num. 115. ¶ Si consuetudo esset, vt communitates procurarent Episcopum visitantem, seruanda est, quandiu voluerint, ipsi tamen cogendi non sunt si reculent, ita Sacra Congreg. apud eundem Armend. loco proxime citato num. 122. Et si extat consuetudo, vt Episcopo diocesim visitante à laicis ei victualia ministrarentur, Vicario autem visitante ab Ecclesiarum Rectoribus, seruanda etiam est, dummodo in illa laici sponte perscuerent, vt refert decisum idem Armendar. loco proxime citato num. 119.

46 Dum Episcopus visitat clerum ciuitatis, vbi sita est Cathedra, procuratio illi nulla debetur, prout sacpius Sacram Congregat. respondisse refert Piafec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 3. num. 65. Ali tamen debet à Rectore Ecclesie, etiam si facta visitatione possit recipere se in domum suam, cap. venerabili, de censibus, Surd. de aliment. tit. 4. quest. 22. num. 9. Azor. d. cap. 42. quest. 4. Vtrum post Concil. Trident. dict. cap. 3. per illa verba, pro temporis tantum necessitate, & non vltra, contractum mihi videtur tenendum, quando Episcopus possit redire ad domum, quod tenet Marc. Anton. Genuef. d. c. 3. §. 2. 9. quamuis Episcopum recipere posse procuracionem, etiam si Ecclesia Episcopatu contigua sit, & etiam si domum suam ad prandium reuertatur, tenet Paul. Salod. in praxi visitat. p. 2. cap. 1. vers. expedita pag. 43.

47 Nec etiam Episcopo, vel alij visitatori procuratio debetur, dum loca specialiter exempta à præstanda procuracione visitant, eadem Piafec. dict. num. 65. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 63. art. 7. vers. 4. Azor. dict. cap. 42. quest. 2. nam licet de iure communi procuratio præscribi non poterat, cap. cum ex officij, de prescript. ¶ Hodie tamen ex noua dispositione Concil. Trident. in d. cap. 3. præscribitur, nec peti potest, vbi illam non dandi viget consuetudo, Piafec. in praxi noua Episcop. d. cap. 3. in fin. Steph. Gratian. diffeq. forens. cap. 57. num. 19. ¶ Nullus tamen semoto priuilegio, vel præscriptione, visitationem, aut procuracionem ipsam remisisse videtur, etiam si testatus fuerit se condonare debita sibi obsequia, sive feruitia, cap. cum venerabilis, de censibus, Boer. decis. 133. à num. 5. Azor. dict. cap. 42. quest. 11. vers. sic. potest quoque.

48 Item nec Episcopus, aut alius visitator potest procuracionem accipere ab Hospitalibus, & aliis locis leproforum, domorum Dei, pauperum, & infirmorum, nec ab Ecclesia, quia debet gratis visitare, ita resoluit Marc. Anton. Genuef. dict. cap. 3. §. num. 9. vers. nono, & decisum refert Piafec. in d. praxi noua Episcop. loco proxime citato, Zerola in simili praxi par. 2. verb. visitatio, §. 6. dub. 7. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 16. à num. 41.

49 Item nec à pauperibus clericis procuracionem exigere debet Episcopus; ita glos. verb. prægrauari, in cap. cum instantia, de censib. Tirac. de nobilit. cap. 29. num. 43. nam ¶ Episcopus visitando de proprio expendere tenetur, quando Rector Ecclesie est pauper, & illa indiget, Surd. dict. tit. 4. quest. 22. num. 6. meo citato in hoc loco, Homobon. de Bonis de examine Eccles. tract. 11. cap. 12. q. 17. resol. 2.

50 Hinc denique Episcopus exiens per villam, & oppida, vt Sacramentum Confirmationis tantum conferat, à nemine est procurandus, prout Sac. Car-

din. Congregat. decidisse testis est Armend. dict. l. 7. de Episcopo. num. 122. & resoluit Paul. Salod. in praxi de visitat. par. 1. cap. 5. in med.

Munera itaque qualiacumque, & quomodocumque illi offerantur, recipere non potest Episcopus à visitantis ratione visitationis, vt innuit Concil. in dict. cap. 3. nec etiam comestibilia, vt illa secum asportet, prout ex Imol. & Anchar. in Clement. 2. de censibus, tenent Piafec. in d. praxi noua Episcop. dicto loco n. 73. Marc. Anton. Genuef. dicto cap. 35. num. 7. vbi n. 6. resoluit, quòd ¶ nec fragmenta notabilia ad domum portare potest pro erogando pauperibus, sed tenetur illis distribuere, qui sunt in illo loco, quem visitat, & num. 5. tenet, quòd Episcopus etiam finita visitatione, dum discedit à locis visitatis, recipere non potest munera. Vnde visitator id quod per victum sibi necessarium contingeat, non potest in pecunia taxare, Zerol. in praxi Episcop. dict. verb. visitatio, §. 6. dub. 2. ¶ Liberum tamen erit visitatis, si velint, pecunia redimere procuracionem, & tunc visitator tenetur recipere in ea specie, qua fuerit oblata, vt resoluit Piafec. dict. cap. 3. num. 64. in fine.

Appellatione victualium expensarum comprehenduntur illa, quæ consistunt in victu; non autem illa, quæ concernunt alia necessaria personæ, vt ait Zerola in praxi Episcop. verb. visitatio, §. 6. dub. 5. Et solum obligantur visitati providere procuracionem, sive alimenta illius diei, quo visitat pro ipso, & suo moderato comitatu, Piafec. in praxi noua dict. n. 64. in princ. Vecturas tamen, & ferraturas equorum præstare non tenentur, Zerola dict. verbo visitatio, §. 6. dub. 3. Piafec. dict. cap. 3. num. 63. in fine, Marc. Anton. Genuef. dict. cap. 35. num. 9. in fine, & n. 10. Si visitator tamen sit Prælati à Summo Pontifice delegatus, tunc ei debentur mercedes equorum, & viaticum, vt de loco ad locum transire commodè possit, glos. verb. si voluerit, in Clement. 2. de censibus, Azor. d. cap. 42. quest. 8.

Observanda ab Episcopo visitare volente, ante & in ipso visitationis actu.

Prælati, specialiter vero Episcopus diocesim suam visitaturus, nonnulla prius obseruare debet. Primò enim antequam diocesim suam visitare incipiat, debet Synodum diocesanam celebrare, vbi de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, & de Ecclesiarum necessitatibus agatur, vt demum ea faciat in visitatione seruari, & debitam transgressoribus pœnam imponat, vt colligitur ex cap. sicut olim, de accus.

Secundò debet aduentum suum iis, quos visitare intendit, nunciare, nec eos imparatos inuadere, nisi ex causa aliqua aliud videatur. Ioan. Andr. in cap. cum sit Rom. de simon. Specul. tit. de inquisit. §. quando aliquid vers. si verò aliquid, Fusch. de visitat. lib. 1. cap. 4. num. 4. vbi num. 7. obseruat Rectores, præcipuè Curatos Cathedralium, Collegiarum, Matricum, & Parochialium Ecclesiarum debere in ipsis Ecclesiis denunciare populo, vt tam Clerus si adest quàm populus sub pœna excommunicationis conueniant omnes in die statuta, & habentes animam, hoc est, sensualitatem, grauibus peccatis alligatam, veniant ad recipiendum iudicium fori penitentialis, & absolutionem à casibus à iure resecratis, à Patre, & Pastore, adducendo pullos, idest, pueros ad suscipiendam sanctum Confirmationis Sacramentum, & monita Patris & Pastoris.

Tertiò libros visitationum præteritarum, & præ-

accessorum

decessorum suorum examinare ad informationem eorum sumendum, quæ possent emendatione, aut supplemento indigere, argum. c. in singulis §. porro, de statu monach.

60 *Quartò* duos saltem viros expectandos in faciendis visitationibus adhibere, dicit. cap. singulis, Extravag. debent, de officio Ordin. inter communes. Notarium quoque & prædicatorem, ac pro Confessionibus audiendis Sacerdotem aliquem secum habere; personas autem inuriles, aut discolas, vel scandalosas, præsertim verò cum monasteria visitat, non adducere.

61 *Quintò* librum Pontificalem secum deferre pro caeremoniis seruandis circa ea quæ in visitatione faciendâ contingunt, ut est Chrismate confirmare, consecrationes, vel benedictiones Ecclesiasticas facere, & similia. Propterea etiam vasculum Chrismatis cum oleo Catechumenorum, & infirmorum deferre debet, saltem ad vetus innouandum, si in aliqua Ecclesia inueniatur. Similiter vestimenta Sacerdotalia, & Pontificalia, & ea omnia, quæ pro Missis, & Communionibus & aliis diuinis necessaria sunt secum habere.

62 *Sextò* anulum suum signatorium, seu sigillum, & formulas iuramentorum & libros Canonum, & Ecclesiasticarum Constitutionum deferre, propter varias causas, quæ contingere solent.

63 Cum autem Episcopus ad visitationem accedit, est honorificè à Clero, & populo loci suscipiendus, & ad Ecclesiam immediatè processionaliter ducendus, ubi tradito hyssopo cum aqua benedicta ante Altare maius Prælati genuflexus facit Orationem, & cantatur antiphona: Sacerdos & Pontifex & virtutum opifex Pastor bone in populo sic placuisti Domino, intercede pro nobis, vers. Ecce vir prudens. Resp. qui edificauit domum supra firmam petram; deinde dicitur Oratio, Deus humilium visitator, ut in Pontificali, refert Fusch. d. cap. 4. num. 10. Proponet verò Episcopus populo sui causas adueatas, propter quas scilicet sit visitatio, nempe ut ad sacrorum Canonum obseruationem, & animarum salutem, quæ explicat Fusch. d. cap. 4. num. 11. cum sequentibus.

64 *Primò* videat quomodo Ecclesia spiritualiter & temporaliter regatur, per ea quæ habentur in c. placuit 10. quest. 1.

65 *Secundò* ad delicta, & excessus puniendos, & corrigendos delinquentes, & ad tollendos abusus. c. venerabilis, vbi glos. fin. de censib. cap. 1. §. sanè eodem vit. in 6.

66 *Tertio* ad absoluendos penitentes in casibus sibi specialiter referuatis.

67 *Quartò* ad preces in cœmeterio fundendas pro animabus defunctorum, qui ibidem requiescunt.

68 *Quintò* ad confirmationis Sacramentum conferendum. Fusch. d. cap. 4. num. 12.

69 *Sextò* ad populum in doctrina Christiana docendum, & monendum, ut penitentiam agant, cap. canendum 10. question. 3. homicidia, adulteria, periuria, falsum testimonium, & alia peccata mortifera fugiant, & nouissima sua quandoque recogitent, & alia his similia, ut monet Bracharen. Concil. II. quod habetur in dicit. cap. placuit. 10. quest. 1.

70 Præcipuus autem visitationum omnium scopus sit sanam, & orthodoxam doctrinam expulsi hæresibus introducere, bonos mores tueri, prauosque corrigere, & populum cohortationibus & admonitionibus ad Religionem, pacem, innocentiamque

accendere, ut dicit Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 3.

71 Absolutis verò precibus defunctorum, & Chrismatis vnctione peracta, & aliis, quæ præmissimus, deueniendum est ad actum visitationis, & primò visitari solet Ecclesia, secundò sacrum m, tertio domus Rectoris, vel Prælati, aut monasterium, quartò examinatur Rector, aut Prælati, quintò laici & personæ eidem Ecclesiæ subditæ interrogantur: vltimò fiunt debita executiones.

72 Circa primum Ecclesiam visitans querit an sanctissimum Altaris Sacramentum loco debito, honorifico, ac mundo sub fidei Clauium custodia, conseruetur, & lumen coram illo perpetuò ardeat, ut in tit. de custodia Eucharistia, explicat Fusch. de visitat. lib. 1. cap. 5. Si Ecclesia est baptismalis, an fons aquæ congruè conseruetur, & alia similia ad Baptismum conferendum necessaria, cap. placuit. 10. quest. 1. de quibus agit Fusch. d. lib. 1. cap. 7. Altaria quoque quomodo sint ornata, & quemadmodum redditus eorum dispensentur, ac debita in eis officia persoluantur, Fusch. eod. lib. 1. cap. 21. & 22. Si imagines sint decenter, & congruè secundum morem Ecclesiæ, & si in loco congruo sint sitæ. Fusch. eod. lib. 1. cap. 9. ita & Sanctorum Reliquiæ. Fusch. eod. lib. 1. cap. 8.

73 Sacrorum verò custodiam visitans perquirat, an vasa sacra ex debita sint materia, & mundè ac decenter seruentur, sicut oleum quoque infirmorum & Chrismata, de quo Fusch. eod. lib. 1. cap. 6. Corporalia quoque & sacra lineamina, ac pallæ Altaris, vestes sacræ, & alia huiusmodi si munda, integra, & non consumpta habeantur, & conseruentur. cap. fin. de custodia Euchar.

74 In visitanda autem domo Ecclesiæ scrutatur visitans ante omnia, quæ pertinent ad animarum Rectorem, aut Ecclesiasticam personam, in ea habeatur, si libri sacrorum Canonum, & Ecclesiasticarum Constitutionum, sanctorum Patrum, homiliæ, & casuum Conscientiæ, & Catechismi, atque Sacerdotalis officij libri in ea sint, & alia quæ & Christianum decet & Ecclesiæ Rectorem. Contra verò si in ea sint aliqua quæ non decet, libri profani, & improbatæ lectionis, atque indicti, turpes imagines, vel picturæ, familiares discoli, & suspecti, & alia his similia.

75 Rectorem verò Ecclesiæ vel Curarum interrogans perquirat quomodo ea, quæ sunt officij sui, diligenter exequatur, & ut sacramenta administret, animarum salutem studeat, & diuina officia, ac sacrificia peragat, quomodo etiam honestè, & ex emplariè viuat. Præterea circa mores & vitam subditorum suorum interrogat, an in eo loco sint aliqui hæretici, aut saltem suspecti, & si qui sint qui statutis à iure temporibus peccata sua non confiteantur, vel communicent: si qui concubinarij, malefici, periuri, blasphemij, rixosi, atque discordes, præsertim inter coniugatos, & si quos Matrimonia illegitima contulerit contraxisse; si superstitiones sint, & abusus in his, quæ ad religionem pertinent, in quibus & aliis similibus procedit visitator, ut infra dicemus; & monet Rectorem, vel Curarum, ut in rebus huiusmodi diligentiam & curam adhibeat.

76 Interrogat deinceps loci incolas, atque laicos, de vita, & moribus Rectoris, vel Curati, ac de eius in administrando diligentia. Perquirat etiam si ipsi bona, vel redditus Ecclesiasticum, aut piorum locorum administrent, & si scripturas, & computa diligenter conseruent, eorum rationes reddunt, & expensarum exigat, eosque monet ne sumptibus necessariis Ecclesiæ,

Ecclesiæ, aut pio loco desint, & ne res Ecclesiæ dissipent. De istorum quoque vita & moribus eisdem examinat, & secundum præcepta Christi, & Ecclesiæ viuunt, si dies festos obseruant, si decimas, vel primitias secundum loci consuetudinem soluant, si filiorum suorum curam ac diligentiam agunt, & si in vita, doctrina, ac pietate Christiana eos instruunt, & alia huiusmodi.

77 Monasteria autem virorum, vel mulierum visitans, attendit primò ne ipsemet seculares extra necessitatem, præsertim in Monasteria Monialium introducat. cap. ut iuxta, de offic. Ordin. permittitur tamen ei duos notarios, & duas personas Ecclesiasticas & quatuor alios viros honestos, & maturos secum habere. Clement. attendentes, de statu monach. In visitando autem prohibet ne scæminæ virorum monasteria, nec viri mulierum ingrediuntur, aut ea absque superioris licentia alloquantur. Perquirat de diligentia Præpositorum, aut Priorum, & de vita, & moribus singulorum, de regularum suarum obseruatione, ac de iis, quæ in monasterio emendatione indigent & correctione. Visitat autem cellas singulorum, & prohibet ne libros profanos, vel interdictos, aut ornamenta quædam secularia, vel alia quæ dedecent Religiosos, retineant. Picturas quoque lasciuas, vel profanas præsertim monialibus interdicit.

78 Hospitalia & alia loca pia visitans attendit, ut institutum legitime seruetur, redditus benè dispensentur, & administratores reddant fideliter rationes.

79 Denique visitans si quos criminosos inuenit, corrigit singulos pro qualitate delicti, potest enim Episcopus visitans etiam contra laicos de quocumque crimine inquirere, & notorios criminosos per se ipsum corrigere, non tamen ut iudex in omnibus, sed ut Pastor: quia ubi ad pœnam ordinariam deueniendum esset, non indilinctè potest procedere Episcopus, quia fructus visitationis est potius commendatio quam punitio, ut notatur in cap. inquisitionibus, de accus.

ALLEGATIO LXXIV.

Episcopus quando ius habeat visitandi exemptos?

S V M M A R I V M.

- 1 Visitare potest Episcopus tanquam Sedis Apost. delegatus exempta loca Summo Pont. immediatè subiecta.
- 2 Exempta loca ab Episcopi iurisdictione, sed alteri Prælati subiecta, Episcopus non visitat, sed ipse Prælati.
- 3 Visitare potest Episcopus quoscumque Clericos exemptos, Proconuocatos, & c. ratione beneficiorum in sua diocesi existentium.
- 4 Episcopus non potest extra visitationem clericos à se exemptos corrigere, aut punire.
- 5 Visitari potest ab Episcopo proximiori Ecclesia secularis nullius Diocesis.
- 6 Exemptio à visitatione non comprehenditur sub generali concessione exemptionum.
- 7 Visitandi parochiales Ecclesias nullius diocesis proximior Episcopus facultatem habens, habet etiam auctoritatem emendandi, corrigendi, & puniendi tam in capita, quam in membra.

Babof. de Episcopo Pars III.

8 Vicarius à Capitulo Sede vacante, uti proximior non habet potestatem visitandi Ecclesias seculares nullius diocesis.

9 Beneficia exempta visitant Episcopi tanquam delegati Sedis Apost. in qua iurisdictione cum sit delegata non succedit Capitulo.

10 Prælati inferiores habentes iurisdictionem quasi Episcopalem uti proximiores Ecclesias seculares exemptas non visitant.

11 Visitandi ius habet Episcopus in omnibus Ecclesiis intra fines sue diocesis existentibus.

12 Visitare potest Episcopus omnes Parochiales suas diocesis, in quibus sunt Sacerdotes seculares, licet Ecclesie sint Regularibus subiectæ.

13 Episcopus per seipsum Ecclesias exemptas visitare potest, licet inferioribus Prælati sint subiectæ.

14 Visitare potest Episcopus Ecclesias curatas vniuersi monasterio, & ponere in eis Vicarios perpetuos, siue temporales, quamuis vniuersi monasterio exempto aliena diocesis, vel alij, quod sit Ordinis caput.

15 Monasterio commendata, in quibus non viget regularis obseruantia quamuis exempta, Episcopus etiam tanquam Sedis Apost. delegatus singulis annis visitat.

16 Episcopus in monasteriis commendatis, ubi Regularis obseruantia viget, debet eorum superiores monere, ut ipsi visitent, & corrigenda corrigant.

17 Monasteria, quæ generalibus Capitulis non subsumunt, nec suos habent visitatores Regulares, si monita in congregationes sese non receperint, in omnibus Episcopi iurisdictioni subiecta sunt.

18 Visitari debent ab Episcopo monasteria quævis, seu Ecclesia Regularium curam animarum annexam habentes quoad ipsam curam.

19 Examinare, & visitare potest Episcopus quoscumque Canonicos, & dignitates, & alios clericos exemptos, & non exemptos ad curam animarum exercendam constitutos, quoad eorum inhabilitatem.

20 Regulares subiciuntur Episcopis in dependentibus à cura animarum.

21 Regularis Parochus delinquens extra Sacramentorum administrationem, & curam animarum, non ab Episcopo, sed à suis superioribus puniuntur.

22 Regularium monasteria quoties Episcopo visitandi facultas conceditur, si dum ingredi vult ob causam visitationis, fores claudantur, ei licet vim inferre, ac eas frangere.

23 Episcopi incumbentes correctioni, & visitationi exemptorum tanquam Sedis Apost. delegati, possunt contra Conservatores impediētes procedere.

24 Curam animarum in Regularium Ecclesiis exercentes, siue seculares, siue Regulares sint, ad arbitrium ipsorum Regularium poni debent, nisi quod examinari & approbari prius debent ab Episcopis.

25 Deputati in Ecclesiis Regularium ad curam animarum ad synodum venire debent.

26 Ecclesie militum Sancti Iohannis Hierosolymitani, quibus cura animarum incumbit, in concernentibus ipsam curam, Ordinario sunt subiectæ.

27 Prioratus Militum Hierosolymitanorum Ordinarij visitare non possunt.

- 28 Subcolletores non possunt visitari, nec corrigi ab Episcopo.
- 29 Referendarij ratione beneficiorum, qua habent in partibus, subsunt locorum Ordinariis.
- 30 Protonotarij primi sunt, & notariorum principes dicuntur.
- 31 Protonotarij à iurisdictione Ordinarij sunt exempti.
- 32 Beneficia vacantia per obitum Protonotariorum participantium, & non participantium, sunt Sedi Apost. reservata.
- 33 Protonotariatus dignitas ad effectum reservationis acquiritur etiam ignorantibus.
- 34 Protonotarij sine sint creati à Papa, sine à legato, sunt comprehensi in Extrauag. ad regimen, de prae-bend.

HEMPTA loca Summo Pont. immediatè subiecta Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus visitare potest, ut habetur in Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 8. Cardinal. in Clero. attendentes, quæst. 6. & 7. de statu monach. Paul. Fulch. de visitat. lib. 2. c. 8. Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 5. collect. 1591. Rot. apud Farinac. decis. 396. par. 1. recent. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. q. 36. art. 3. Cochier de iurisdictione Ordinarij in exemptos par. 2. q. 45. num. 11. & par. 4. quæst. 23. num. 2. Alphonf. Villadiego in speculo visitationum fol. 32. num. 7. & Quando verò non tantum exempta sunt ab eius iurisdictione, sed subiecta alteri alicui Prælati, Episcopus non visitabit, nec de iure delegato, nec ordinario, sed ipse Prælati, cui immediatè subiecta sunt; prout resoluit idem Cochier d. q. 23. num. 3.

Potest etiam Episcopus visitare quoscunque Clericos seculares exemptos, Protonotarios Apostolicos, Capellanos Regios, Acolytas, Comites, Palatini, seu alicuius Militie, vel Hospitalis titulis insignitos, dummodo actu militie, seu Hospitali, cui adscripti sunt, non inserviant: item & residentes in Curia Romana, & familiares Cardinalium ratione beneficiorum in sua diocesi existentium, ut probat Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 11. de cuius materia aliqua tradunt Francisc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 2. c. 2. num. 78. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 108. art. 3. Flamin. de resignat. lib. 3. quæst. 11. num. 5. Zerola in praxi Episcop. par. 2. verb. Referendarij. & Et si resident, etiam in persona in causis delictorum, & correctionis morum ab eodem Diocæsano, siue in visitatione, siue extra visitationem puniri possunt, ut disponit idem Concil. sess. 14. de reformat. cap. 4. Sed non posse Episcopum virtute d. cap. 4. extra visitationem, corrigere, & punire clericos seculares exemptos, & alteri inferiori Ordinario seculari intra diocesim existentes subiectos, approbavit summus Pontifex, teste Armendar. in addit. ad recopilat. legum X. quarra. lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. num. 9. qui text. in d. cap. 4. non derogat consuetudini immemoriali, ut asserit Seraphin. Rotæ Romanæ decis. 417. num. 7. nec corrigit textum in Extrauag. cum Mattheus 3. de heretic. inter commun. ex Cenedo ad Clement. collect. 14. num. 9. cum sequentibus.

Ecclesias seculares nullius Diocæsif quantumcunque exemptas, & Sedi Apostolicæ immediatè subiectas, earumque Prælatum secularem in eius iurisdictionem quasi Episcopalem habentem, posse ab Episcopo cuius Cathedralis Ecclesia est proximior, visitari vigore Concilij c. 9. sess. 24. de reformat. deci-

sum referunt Armendar. dist. loco num. 13. & Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. visitatio §. 11. [Rota decis. 501. num. 5. in princip. par. 2. recentior. vbi subdit fallere hanc resolutionem quando locus nullius est in aliqua diocesi, quia tunc visitatio spectat ad ordinarium, in cuius diocesi est locus nullius.] Et nullo modo possunt effugere visitationem vicinioris Episcopi, ut censuit Rot. Roman. apud Farinac. decis. 396. par. 1. recent. quia & exemptio à visitatione non comprehenditur sub generali concessione exemptionum, Rota decis. 186. num. 2. par. 1. diuers. Cochier de iurisdictione Ordin. par. 2. quæst. 45. num. 12. & huiusmodi Episcopus proximior habens facultatem visitandi Ecclesiam parochialem nullius diocæsif, habet etiam facultatem emendandi, corrigendi, & puniendi tam in capitula, quam in membra ex quavis causa, prout Sacram Congregationem censuisse attestatur Francisc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 2. cap. 2. num. 74. in fin. Et & potestas hæc non transit in Vicarium à Capitulo Sede vacante constitutum, ut asserit Francisc. Leo in thesauro par. 1. cap. 10. num. 8. vers. 10. & resoluit Aloyf. Ricc. in praxi aurea resoluit. 118. num. 4. quia & beneficia exempta visitant Episcopi tanquam delegati Sedis Apostolicæ, Trident. dist. cap. 9. [me citato in hoc loco Alzedo dist. par. 2. cap. 2. num. 51.] & in iurisdictione delegata Episcopo non succedit Capitulum Sede vacante, iuxta citata per Aloyf. Ricc. dist. loco numero 2. & Nec procedit in Prælati inferioribus habentibus iurisdictionem quasi Episcopalem, ex Flor. de Mena variarum libr. 3. quæstion. 24. numero 24. Quando verò locus nullius sit in aliqua diocesi, visitationem spectare ad Ordinarium, in cuius diocesi est locus nullius, censuit Sac. Congregatio ut attestatur Rot. decis. 501. num. 5. apud Farinac. par. 2. recent.

Episcopus in omnibus Ecclesiis existentibus intra fines suæ diocæsif habet ius visitandi, non obstantibus quibuscunque privilegiis, ut censuit Rota Roman. apud Farinac. decis. 396. num. 3. par. 1. recent. per text. in c. 8. sess. 7. de reformat. de cuius materia vide Fr. Emman. quæst. Regularium tom. 1. quæst. 36. art. 3. Zerol. in praxi Episcopali p. 1. verb. visitatio, & par. 2. verb. exemptus, Azorium in instit. moralium par. 2. lib. 3. cap. 40. col. 2. 6. Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 5. collect. 1591. & censuit Sacra Congregatio illum & posse visitare omnes Ecclesias Parochiales suæ diocæsif, in quibus sunt Sacerdotes seculares, licet Ecclesiæ sint Regularibus subiectæ, siue etiam si sint Ecclesiæ Regularium, quando tamen cura exercetur per clericos seculares, refert Armendar. d. loco num. 88. & etiam si monasteria prætenderent habere iurisdictionem spiritualem immutabilem in locis, vbi dictæ Ecclesiæ sunt vnite, ex eodem Armendar. n. 89. Secus tamen in Ecclesiis vbi à Regularibus inferuntur, nam cap. 11. sess. 25. de Regul. vbi excipiuntur Abbates generales, limitatur, nisi per Regulares inferuntur, ex eodem Armendar. d. loco n. 91. & Item poterit visitare Ecclesias exemptas, sed tunc per seipsum tantum, refert decifum Armendar. d. loco num. 124. quamuis inferioribus Prælati sint subiectæ. Armendar. num. 86.

Ecclesias curatas vnitas monasteriis potest Episcopus Ordinarius loci visitare, & ponere in eis Vicarios perpetuos, siue temporaneos, prout ei expedire videbitur, refert decifum Armendar. d. loco n. 85. etiam si huiusmodi beneficium, aut Parochia vniantur monasterio exempto, etiam alienæ diocæsif, tunc quoque visitatur ab Episcopo loci, ut tenet Henricq. in summa

summa lib. 7. cap. 14. §. 4. litt. I, sicut etiam visitantur Parochiales Ecclesiæ vnite monasteriis, etiam si quæ sunt capita ordinum, Armendar. dist. loco num. 95.

15 Commendata Monasteria, etiam Abbatia, Prioratus, & Præpositura nuncupata, in quibus non viget regularis obseruantia; nec non beneficia tam curata, quam non curata, secularia, & regularia, qualitercunque commendata, quamuis exempta, ab Episcopis etiam tanquam Apostolicæ Sedis delegatis, annis singulis visitentur, curantque iidem Episcopi congruentibus remediis, etiam per sequestrationem fructuum, ut quæ renouatione indigent, aut restauracione, resciantur, & cura animarum, si quæ illis, vel eorum annexis imminet, aliaque debita obsequia rectè exercentur, appellationibus, quibuscunque priuilegiis, consuetudinibus, etiam immemorabili tempore præscriptis, consuetudinibus, iudicium deputationibus, & eorum inhibitionibus non obstantibus, iuxta Concil. Trid. decreta sess. 21. de reformat. cap. 8. & sess. 25. de Regularibus. cap. 11. refert Armendar. dist. loco num. 99.

16 Quando vero in eis viget obseruantia Regularis, monere debet Episcopus eorum Superiores, ut visitent, & corrigenda corrigant, qui si intra sex menses visitare neglexerint, Episcopus ipse visitare possit, & corrigere, nullo priuilegio, aut appellatione obstante, iuxta Concilij decretum d. cap. 8. sess. 21. Campan. rub. 12. cap. 13. num. 50. Aliiter enim Episcopus non debet se intromittere in monasteriis, in quibus viget Regularis obseruantia. Armendar. dist. loco num. 99. [nouissimè me citato in hoc loco Nauar. in lucerna Regular. verb. Episcopus quoad Regular. num. 35.] Poterit tamen visitare illa monasteria commendata, perpetuè vnita aliis Ecclesiis, vel piis locis, etiam si ipsa loca sint sub regulari protectione, Armendar. d. num. 100. Similiter & monasteria, quæ generalibus Capitulis non subfunt, nec suos habent visitatores regulares, si monita in Congregatione sese non redegerint, in omnibus Episcopi iurisdictioni subiecta sunt, idem Concil. sess. 25. de regularibus. c. 8.

18 Monasteria quæuis, seu Ecclesiæ, loca Regularium curam animarum annexam habentia, quoad ipsam curam visitari debent ab Episcopo: item & personæ huiusmodi curam exercentes, siue sint seculares, siue Regulares, subfunt immediatè in iis, quæ ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius diocesi sunt sita monasteria, iuxta Concil. Trid. sess. 25. de regularibus. cap. 11. de cuius materia latè tractant Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 36. art. 4. Piasec. in praxi nona Episcop. par. 2. cap. 3. num. 46. Franc. Leo in praxi fori Ecclesiastici p. 2. c. 18. n. 105. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decis. 736. in 1. edit. & resol. § 13. in 2. edit. & decis. 608. in 1. edit. & resol. § 32. in 2. edit. Marius Anton. variarum resolut. lib. 1. resolut. 17. num. 3. Campanil. in diuers. Iuris Canonici rubr. 12. cap. 13. num. 51. cum sequentibus. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resoluit. 176. Non quidem ut Ecclesia, vel Sacristia resciantur, sed in his, in quibus dumtaxat habet iurisdictionem, respectu curæ animarum, & Sacramentorum administrationis, ut Calices, & decencia paramenta, ad decorem administrationis Sacramentorum provideantur, prout decifum referunt Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici. par. 2. cap. 31. num. 3. Campanil. in diuers. Iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 49. Et ita ad Episcopum pertinet hæc potestas visitandi Monasteria, tam Regularia, quam secularia, circa ipsorum curam, & Banhos. de Episcopo Pars III.

cramentorum administrationem, ut nulli etiam ad nutum amouibiles possint deputari, nisi de Episcoporum Ordinariorum consensu, & præuio per eum, & eius Vicarium, & examinatores synodales examine, refert Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici par. 1. cap. 8. num. 20. vbi etiam notat quòd Clemens VIII. mandauit ita seruari hoc decretum excipiendo aliqua monasteria, & capita ordinum, non obstante constitutione Pij V. qua voluit, ut in omnibus Ecclesiis Parochialibus, in quibus cura animarum, etiam laicorum exercetur, habeant Ordinarij facultatem eius Ecclesiæ, & personas visitandi, ac corrigendi.

Et quòd Episcopus quoscunque Canonicos, & dignitates, & alios clericos exemptos, & non exemptos, ad curam animarum exercendam constitutos, quoad inhabilitatem eorum, non obstante quocunque priuilegio, aut consuetudine in contrarium, examinare, & visitare possit, consulit Nauar. conf. 4. de tempor. ordin. in antiq. aliàs 8. de priuileg. in nonis, & Sayr. in floribus decis. tit. de tempor. ordin. decis. 5. [me citato in hoc loco D. Larrea Granat. decis. 98. n. 64. tom. 2.]

In dependentibus etiam à cura animarum habent iidem Episcopi auctoritatem super Regulares, ut ait Marius Antonin. variar. resolut. lib. 1. resolut. 112. casu 50. propè fin. quem refert & sequitur Campanil. dist. cap. 13. num. 51. [Seraphin. decis. 1067. num. 1. & 2. vbi quòd Episcopus visitat Ecclesiam monachorum, in qua cura animarum exercetur, & personas eam exercentes, non obstante quacunque exemptione. Nouissimè me citato in hoc loco Tamburin. de iure Abbatiss. disput. 17. quæstion. 3. num. 3. in fine, & Ioan. de Solorzano de iure Indiarum tom. 2. lib. 3. cap. 17. a num. 51. Et in terminis Regularium doctrinas Indorum habentium Fr. Emman. dist. quæst. 36. art. 3. & 4. & tom. 2. q. 64. art. 1. Miranda in manuali Prælat. quæst. 42. art. 1. cum sequentibus. Felician. à Vega ad cap. ceterum §. de iudic. num. 36.] & quodammodo venit in consequentiam personarum, ut inquiratur quomodo conseruetur Sanctissimum Sacramentum, & Ecclesiastica ornamenta, ut per Sacram Congregationem decifum fuisse refert Seraphin. decis. 1067. in fine. & Parochus tamen Regularis delinquens extra Sacramentorum administrationem, & curam animarum, non ab Episcopo, sed à suis Superioribus punitur, prout referunt decifum Galet. in margarita casuum conscientia, verb. Parochus 3. Aloyf. Ricc. dist. resolut. 513. num. 2. & resolut. 532. Quando verò constaret de aliqua præscriptione, vel exemptione, non potest Episcopus visitare, aliàs si de præscriptione non appareret, manutenendus est Episcopus, cum habeat iuris communis assistentiam, ut fuit in Rota resolutum in vna Valentina de Xariva 3. Ianuarij 1590. coram Bubalo, prout refert Aloyf. Ricc. dist. resolut. 532. num. 3. vers. & primo.

Quotiescunque Episcopis licet visitare monasterium Regularium, aut alia exempta, si dum ipsi ingredi volunt monasteria ipsa ob causam prædictæ visitationis, renuant Regulares illos intromittere, ostia claudendo, Episcopis fas erit vim inferre, & ostia frangere, ut resoluunt Innoc. in c. 1. vers. item alia ratio ne, vbi Abb. n. 5. vers. ad secundum verò, de immu. Ecclesiastiarum, idem Innoc. in c. venerabili, n. 4. de censibus, Fulch. de visit. lib. 2. cap. 19. post num. 1. [Tamburin. dist. disputat. 17. quæst. 3. num. 4. in princ.] refert, & sequitur Campanil. dicto capite 13. numero 42. vbi num. 53. resolutum posse Episcopum visitationem impediens excommunicare etiam non

adhibitis monitionibus : in ipso actu manifestæ violentiæ sibi illatæ pro defensione suorum iurium , de quo etiam Marcus Anton. Genuens. in praxi Archiepiscopali Napolitana cap. 18. [& Ciarlin. contron. forens. lib. 1. c. 65. n. 11. & 12. ubi citat metipsum in hoc loco. Tamburin. d. q. 3. n. 4. vers. imò.] Possunt etiã Episcopi incumbentes correctioni , & visitationi exemptorum , vigore facultatis eis tanquam Sedis Apostolicæ delegatis à Concilio tributæ , procedere contra conferuatores impediētes , præsertim si illi extra dioccesim commorentur , Armend. lib. 1. tit. 18. l. 7. num. 75.

24 Qui dictam curam exercent , siue seculares , siue Regulares sint , poni debent ad arbitrium ipsorum Regularium , non autem ad arbitrium Episcopi , nisi quod examinari , & approbati prius debent ab Episcopo antequam ponantur , prout declaratum fuisse referunt Piafec. in praxi noua Episcop. d. cap. 3. n. 46. Gonzal. ad reg. 3. Cancell. glof. 5. §. 3. num. 34. Si tamen in deputando ipsi Superiores Regulares negligentes essent , vel non deputarent tot personas , quot ad exercitium ipsius curæ sufficerent , ab Episcopo compelli possent , vt deputent , quod etiam fuisse declaratum referunt Piafec. ubi proxime , & Confectius in compend. privileg. tit. 5. cap. 4. ¶ Item deputati ad curam animarum in Ecclesiis Regularium ad Synodum Episcopi venire tenentur ex Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 2. & faciunt quæ Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 47. ques. 3. [me citato in hoc loco refert Alzed. de præc. Episcop. dignit. p. 2. c. 1. n. 38.]

25 Ecclesiæ Militum Sancti Ioannis Hierosolymitani , quibus cura animarum incumbit , in concernentibus ipsam curam Ordinario sunt subiectæ , & ab eodem visitari possunt , ex rescripto Pij V. incip. Expositio. Dat. Romæ 22. Septembris 1571. ibi , Decernimus , declaramus , statuimus omnes , & singulos locorum Episcopos , & alios Superiores tanquam Apostolica Sedis delegatos , omnes & quascunque Parochiales Ecclesias , ceteraque beneficia Ecclesiastica suarum ciuitatum , & diocesium , quibus animarum cura imminet , ad dictam religionem , eiusque milites , Capellanos , Ministros , Rectores quomodolibet pertinentia , etiam quod in eis Episcopalem , & temporalem iurisdictionem religio , & Milites prædicti haberent , eorūque Ecclesias , Rectores , Vicarios , & ministros quoscunque (in his tamen summatim , que animarum curam , illiusque exercitium , & Sacramentorum administrationem respiciunt) visitare , omnesque actus visitationem concernentes exercere posse , & debere , ac Rectores , ceterosque huiusmodi ministros curam animarum exercentes minus idoneos reperios , si quidam ad nuntum amovibiles sint , statim amouere : sui vero titulares sint , illico suspendere , ac Superiores illorum monere , vt intra aliquem breuem terminum , in locum amotorum subrogent alios idoneos , prius tamen per ipsos Episcopos , & alios Superiores examinatos , & approbatos , &c. prout attestantur Alphons. Villad. in speculo visitat. fol. 32. n. 6. Cochier de iurisdic. Ordin. in exemptos par. 2. quest. 45. num. 11. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 176 Piafec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 3. num. 46. Hi tamen Milites , quatenus beneficia curata non obtinent , non possunt ab Ordinariis visitari , vt decimum refert Armendar. dicto loco num. 94.

27 Prioratum Militum Hierosolymitan. Ordinarij visitare non possunt , cum illi sint Præceptores , non verò commendatarij , & visitari debent à Capitulis sui Ordinis , refert decimum Armendar. dicto loco num. 101.

Mouissimè S. D. Gregor. X V. fel. record. in sua

Constit. de exemptorum priuilegijs circa animarum curam , & Sacramentorum administrationem , incip. Inscrucibili , sub Dat. Nonis Februarij 1622. in hæc verba , Hac generali ac perpetuo valitura constitutione decernimus , statuimus , & declaramus , vt deinceps tant Regulares , quam seculares , quomodolibet exempti siue animarum curam personarum secularium , monasterijs , seu domibus Regularibus , aut quibusuis alijs Ecclesijs , vel beneficijs , siue Regularibus , siue secularibus incumbentem exercent , siue alias Ecclesiastica Sacramenta , aut vnum ex illis ministrent , præuia Episcopi licentia , & approbatione , siue quoquo modo in dicta cura exercitio , aut in eorundem Sacramentorum , vel alicuius ex illis administratione defacto absque vllis auctoritate se ingerant in his , que eiusmodi curam , seu administrationem concernunt omnimodam iurisdictioni , visitationi , & correctioni diocesanæ Episcopi tanquam Sedis Apostolicæ delegati plene in omnibus subiciantur. Hæc in d. Constit. Super qua Sacra Congregat. Cardinalium Concilij Trident. interpretum censuit eum nequaquam subicere Regulares exemptos , quibus cura animarum personarum secularium non incumbit , Episcoporum iurisdictioni in his , que Sacramentorum administrationem concernunt , nisi cum in Sacramentis personis secularibus administrandis iidem Regulares delinqunt , ac propterea eadem Sacra Congregat. respondit Episcopis non licere in vim eiusdem Constit. visitare altaria Ecclesiarum Regularium , quibus non incumbit animarum cura personarum secularium , nec loca , ubi in iisdem Ecclesijs asseruatur Sanctissimum Eucharistia Sacramentum , vel ubi Confectiones personarum secularium audiuntur. Item eadem Sacra Congregat. censuit in vim illius Constit. non posse Episcopos Regularibus prescribere , vt certis tantum in locis , ac temporibus , aut certarum personarum Confessiones audiant , vel alia illorum priuilegium in Sacramentis administrandis restringere , aut moderari , quod si aliunde Episcopis huiusmodi facultas competat , illam non fuisse ab eadem Constit. sublatam , quas declarationes originales præ manibus habui , & postea in typographia R. Camerae Apost. impressas vidi de anno 1623.

Subcollectores non possunt visitari , nec corrigi ab Episcopo , vt decimum referunt Armendar. dicto loco num. 80. Nicol. Garc. de benefic. par. 3. c. 2. num. 198. in 18. declaratione.

Referendarij ratione beneficiorum , quæ habent in partibus , sub sunt locorum Ordinarijs , Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 30. ubi dicit Staphil. de prærog. expect. fol. 218. num. 15. quatenus habet eos non posse excommunicari , vel interdici ab Episcopo , cum sint officiales Papæ , loqui de illis principalibus Referendarijs iustitiæ , & gratiæ , qui sunt vndecim , & vndecim , Gomel. de Signatur. gratiæ , & iustitiæ , fol. 493.

Protonotarij , quos primos esse , & notariorum principes , dixerunt Mandof. de Signaturæ gratiæ , tit. Protonotarij , Gomel. in præm. super regulis Cancellariæ , quest. 1. Anton. de Prætis de iurisdic. Episcopi cap. 8. num. 16. ¶ à iurisdictione ordinaria per Leonem X. esse exemptos tradunt Mandof. ubi supra Anton. de Prætis dict. cap. 8. num. 17. quos refert , & sequitur Cochier de iurisdic. Ordinarij in exemptos par. 1. quest. 18. num. 3. ubi intelligit si Rochetum , habitumve Protonotariorum actu deficiant. [Lotter. de re benef. lib. 2. q. 28. n. 38.]

Et quod omnia beneficia vacantia per obitum Protonotariorum , vel participantium , vel etiam non participantium , sint Sedi Apostolicæ referuata , [vt resoluunt Simon. de reseruat. quest. vlt. ex num. 1. Lotter.

Lotter. dict. questio. 28. numero 44.] censuit Rota apud Caputaquen. decif. 407. par. 2. [Vercall. decif. 404. par. 2. & decif. 27. numero 1. par. 3.] Put. decif. 305. num. 1. lib. 1. in noua impress. Card. Seraphin. decif. 1251. num. 18. & in vna Burgen. Abbatis de Salas 14. May 1612. coram R. P. D. Vbaldo sen. in qua etiam post decifiones ibidem relatas fuit dictum , quod ¶ dignitas Protonotariatus acquirebatur etiam ignorantibus , ad effectum referuatiōis , & etiam ante assumptionem insignium. Rota decif. 12. de præbend. in nouis. & decif. 11. lib. 2. par. 3. & decif. 373. par. 5. lib. 3. diuers. Rota item in vna Comen. Capella 7. Februarij 1620. coram R. P. D. Remboldo , ubi etiam post Mandof. reg. 1. quest. 7. sub num. 3. dicit , quod Rota semper tenuit , quod indistinctè omnes Protonotarij , siue sint creati à Papa , siue à Legato , sunt comprehensi in Extrarog. ad regimen. de præbend. [Idem fuit dictum in eadem causa , & reperitur decifio impressa per Fatin. decif. 706. par. 1. in recentissim. & decif. 69. par. 2. recentissim. in posthum. Rot. in Romana capellania 20. Nouemb. 1628. & 29. April. 1630. coram R. P. D. Pirouano , quorum meminit Ferentil. ad decif. Duratti 706. num. 9. Cocchin. decif. 349. latè Lotter. d. lib. 2. quest. 29. per tot. Quæ quidem referuatio] habet locum in omnibus Protonotarijs , etiam si non sint de numero , fuit decifum in vna Palomina Scholasticæ , Canonici & præbendæ de Valladolid. 9. & 13. Aprilis 1584. coram Robulterio , relata per Nicol. Garc. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 204. & fuit firmatum in dict. Burgen. Abbatis de Salas , in qua plures aliæ decifiones referuntur. [Non requiritur acceptatio expressa ad effectum referuatiōis , sed sufficit tacita resultans ex expeditione litterarum , & expensa facta. Mohed. decif. 18. de præbend. Rot. in Romana capellania 29. Aprilis 1630. coram Reuerend. Pat. Dom. Pirouano , Ferentil. ubi sup. num. 12.]

ALLEGATIO LXXV.

Episcopus quod ius habeat visitandi hospitalia , collegia , ac confraternitates laicorum ?

S V M M A R I V M.

- 1 Hospitalitatis opus curare maxime debet Episcopus , vt diligenter , & fideliter administretur.
- 2 Hospitalia , Collegia quæcunque & Confraternitates laicorum visitandi ius habet Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus.
- 3 Hospitalia nouiter fundatum ipso fundatore supersite visitari non potest , nisi habeat formam Ecclesiæ , aut sit fundatum auctoritate Episcopi.
- 4 Hospitalia , quod habet formam Ecclesiæ , vel altare pro Missarum celebratione , si est fundatum auctoritate Episcopi , dicitur locus religiosus & pius.
- 5 Hospitalia quando presumatur Episcopi auctoritate fundatum , ostenditur.
- 6 Visitari ab Episcopo possunt hospitalia quæcunque , & alia pia loca , siue cum Episcopi auctoritate , siue sine illa instituta.

- 7 Hospitalia erecta sine Episcopi auctoritate videri possunt per ipsum , vtram omnia procedant secundum mentem testatoris.
- 8 Episcopus potest compellere heredem , vel legatarium ad executionem legatorum ad pia causa , etiam si testator prohibuisset , si a verius num. 10.
- 9 Testator fundans Capellam , non potest illam eximere ab Episcopi potestate.
- 10 Visitare potest Episcopus , corrigere , & reformare in capibus à iure expressis , omnia Hospitalia , & pia loca , quæcumque sint priuata laicorum.
- 11 Episcopus potest animaduertere in Rectores Hospitalium , leproforum , &c. qui negligunt administrare , vt oportet.
- 12 Visitare Episcopus potest Confraternitates personarum secularium in Ecclesijs Regularium exemptorum existentes , non tamen eorum Capellas , vel altaria , nisi quoad administrationem.
- 13 Visitare absolute non potest Episcopus Hospitalia , Collegia , vel Confraternitates sine Episcopi auctoritate instituta , nisi ad officium inquirendi de operibus pijs que ipsis incumbunt.
- 14 Seculares iudices etiam facultatem habent , sicut Episcopi , visitandi Hospitalia , & cetera loca , si hoc eis aliàs legitime competat , dato præuentioni loco inter ipsos.
- 15 Hospitalia , & Confraternitates , que sub immediata Regum fuerint protectione , Episcopi visitare non possunt.
- 16 Confraternitas Misericordie Regni Portugaliæ ubique terrarum celebratissima.
- 17 Hospitalia magnum Lixibonen. toto orbe celeberrimum.
- 18 Regia dignitas præ ceteris conuenit anteferr.
- 19 Exceptio si opponatur Episcopo visitandi Hospitalia , aut Confraternitatem , quod sit immediata sub Regum protectione , non ad secularem iudicem , sed ad Episcopum pertinet de ea cognoscere.
- 20 Collegia instituta pro sustentatione studentium , pauperum , vel aliorum egenorum , sunt loca pia , & gaudent Ecclesiæ priuilegijs ac prinde ab Episcopis visitari possunt.
- 21 Confraternitates laicorum Religionis causa instituta , pia sunt , & religiosa loca.
- 22 Confraternitates huiusmodi , quod visitari possint ad Episcopos , vt pia loca , qui teneant Doctores , referuntur.
- 23 Contrarium qui tenuerint , citantur.
- 24 Inter vnam , & alteram opinionem distinctio ponitur.
- 25 Confraternitates , que absque Episcopi auctoritate sunt instituta , nunquā Ecclesiastica , aut religiosa sunt censenda.
- 26 Confraternitates , & Hospitalia sine Episcopi auctoritate instituta , pia sunt.
- 27 Pias causas relicta solui possunt Hospitalibus , & Confratris , etiam sine Episcopi auctoritate institutis.
- 28 Exempta Ecclesia non censentur exempta Capella ipsi Ecclesiæ subiecta accedentes , vel connexæ.
- 29 Confraternitates interueniente Episcopi approbatione pio , & Ecclesiastica sunt censenda.
- 30 Confraternitatum res , vt Ecclesiastica sunt censenda , si Episcopi auctoritate instituantur.

- 32 Confraternitatum bona quod possint alienari sine solemnitatibus in rerum Ecclesiasticarum alienationibus necessariis, qui tenuerint, citantur.
- 33 Sub distinctione resolvitur.
- 34 Gabelia an debeatur ex bonis confraternitatum si vendantur; sub distinctione resolvitur.
- 35 Vera resolutio ponitur.
- 36 Confraternitates, Hospitalia Episcopi auctoritate instituta beneficio restitutionis in integrum gaudent.
- 37 Ecclesie appellatione, quando comprehendantur loca pia, ostenditur.
- 38 Confraternitates, & Hospitalia, quae sine auctoritate Episcopi instituntur, quod gaudeant beneficio restitutionis in integrum, qui teneant, ostenditur.
- 39 Restitutionis in integrum beneficium non denegatur omnibus illis, quorum bona sub aliena cura sunt, vel per administratores gubernantur, ut in Repub. Civitate, Villa, Castro, seu quacumque alia communitate.
- 40 Collegia, seu universitates seculares, ex eo quia Reipubl. equiparantur, beneficio restitutionis in integrum gaudent.
- 41 Fiscus beneficio restitutionis in integrum gaudet.
- 42 Hospitalia, & Confraternitates, quando sine Episcopi auctoritate instituta sunt, restitutionis privilegio non gaudent tanquam verum, sunt qui teneant, sed contrarium verius.
- 43 Quarta Canonica quod ex iis, quae Confraternitatibus relinquuntur, non debeatur, qui teneant, ostenditur, eorumque fundamenta adducuntur.
- 44 Quarta Canonica solvitur ex iis, quae relinquuntur Ecclesiis, vel piis locis, non vero pauperibus, vel quando relinquuntur ad perpetuum cultum divinum, seu pro ornamentis.
- 45 Quarta Canonica, ut debeatur duo requiruntur; alterum, quod loco relinquatur, alterum quod locus religiosus sit.
- 46 Quarta Canonica, quod non debeatur ex his, quae Confraternitatibus relinquuntur indistincte, qui teneant, ostenditur.
- 47 Sub distinctione, & per certos casus questio dissolvitur.
- 48 Quarta Canonica an debeatur ex his, quae relinquuntur Confraternitatibus devotionis causa Episcopi auctoritate institutis, questio est in duas opiniones diuisa.
- 49 Quarta Falcidia non potest deduci ex his, quae Confraternitatibus, siue cum Episcopi auctoritate, siue absque ea institutis, relinquuntur.
- 50 Quarta Falcidia de legatis ad pias causas non deducitur.
- 51 Quarta Falcidia de legatis pro alimentis, & ex relietis pro studio, non solvitur.
- 52 Contrarius respondetur.
- 53 Trebellianica non deducitur ex fideicommissis universitatibus, quae ad pias causas relinquuntur.
- 54 Bona Hospitalium, & Confraternitatum, quae Episcopi auctoritate instituta sunt, non possunt praescribi minori tempore quadraginta annorum.
- 55 Ecclesiarum res minori spatio, quam quadraginta annorum praescribi non possunt.

- 56 Hospitalia Episcopi auctoritate instituta gaudent immunitate Ecclesiastica.
- 57 Rationes Ordinariis sunt reddenda ab administratoribus piorum locorum tam Ecclesiasticis, quam laicis.
- 58 Rationes Episcopo sunt reddenda de omnibus locis piis, siue ea sint publica, siue privata.
- 59 Ordinarij possunt ab administratoribus rationes administrationis exigere, donec coram eodem doctum fuerit de institutione, in qua secus expressè cautum sit.
- 60 Episcopi valent laicos compellere ad executionem piarum voluntatum.
- 61 Capitulum Sede vacante potest exigere rationem ab administratoribus piorum locorum, sicut Episcopus.
- 62 Appellans à decreto reddenda rationis sua administrationis, licet admittatur appellatio, non impeditur tamen executio.
- 63 Rationes pluries in anno Episcopus potest exigere ab administratoribus piorum locorum, quando ei constiterit illas dolose reddidas fuisse, vel quando redditio non fuit finalis, & plena cum restitutione reliquorum.
- 64 Doctores referuntur de Confraternitate Montis Pietatis agentes.
- 65 Doctores referuntur, qui de visitatione tractatus in lucem edidere.

EPISCOPUS, cum in omnibus ius visitandi habeant, curare maxime debent, ut hospitalitatis opus diligenter, & fideliter administraretur, prout disponit Concil. Tridentin. sess. 7. de reformat. cap. 15. & sess. 25. de reformat. cap. 8. In quibus iuribus innouata est constitutio Concilij Vien. Clem. V. in clem. quia contingit, de relig. domib. & de eorum materia aliqua tractant Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 65. art. 7. vers. quinto. & quest. 84. art. 2. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. hospitalale, num. 2. pag. 173. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 40. quest. 10. vers. & sessione, [nouissime Marcel. Vulpe in praxi indic. fori Ecclesiast. cap. 11.] Et etiam tanquam Sedis Apostol. delegati habent ius visitandi hospitalia, collegia quaecumque, ac Confraternitates laicorum, etiam quas scholas, siue quocumque alio nomine vocant, non tamen, quae sub Regum immediata protectione sunt, sine eorum licentia, ex dispositione Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 8. de cuius materia agunt Marta de Iurisdic. par. 2. cap. 18. praxi Episcop. par. 1. verb. hospitalale, §. 3. Piafec. in simili praxi par. 2. cap. 3. num. 33. Fulch. de Visitat. lib. 2. cap. 13. à num. 21. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 17. num. 102. Azor. instit. moral. dict. cap. 40. quest. 10. [Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 14. num. 7. vers. si verò,] Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 2. num. ult. Cened. pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 22. à num. 14. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarrae lib. 1. tit. 6. l. 5. §. 2. num. 65. cum sequentibus. Vgolin. de potest. Episcop. cap. 24. §. 1. num. 3. vers. visitare; Aloyf. Ricc. in decif. Curia Archiep. Neapol. par. 4. decif. 209. vbi ex hoc loco multa à nobis mutuata est. [me citato in hoc loco Ciarlin controu. forens. lib. 1. cap. 65. num. 1.]

Hospitalale nouiter fundatum, & ipso fundatore superstiti, visitari non potest, nisi habeat formam Ecclesiae, aut sit fundatum auctoritate Episcopi, Petr. de Vbaldis tract. de canon. Episcop. cap. 4. vers.

vers. quoad secundam quest. fol. 252. Piafec. in praxi noua Episcop. dict. num. 38. Cochier de iurisdic. Ordinary in exemptos par. 1. quest. 21. num. 4. [Marta de iurisdic. par. 2. cap. 23. num. 21.] Est enim huiusmodi hospitalale non domus Dei, sed domus hominis, quam is, qui construxit, potest destruere, & alienare. Petr. de Vbaldis, Piafec. & Cochier dictis locis. Locus enim religiosus, & pius dicitur hospitalale, quod est fundatum auctoritate Episcopi, [cap. 2. de foro comp. cap. ad hoc, de Relig. domib. Fulc. d. lib. 2. cap. 13. num. 10. Mar. Antonin. d. lib. 1. resol. 14. num. 1.] Gabr. com. tit. de pia causa, conclus. 2. Tiraquell. de privileg. pia causa in presat. vers. item relictum, Padil. in l. si aquam, C. de seruit. & aqua, num. 46. Ioseph. Ludou. decif. 30. num. 6. & 7. & decif. 93. num. 36. & 45. Redoan. de rebus Ecclesiae non alien. rub. 27. & rub. 33. casu 12. Valasc. conf. 105. num. 28. Solis de censibus, lib. 2. cap. 3. n. 11. Menoch. de recap. remed. 15. num. 22. & sequenti. Gutier. canon. lib. 1. cap. 35. num. 19. Mascard. de probat. conclus. 869. num. 9. cum seq. Cardin. Mantica de tacitis, & ambiguis comment. lib. 2. tit. 6. num. 69. Roch. de visitat. verb. Hospitalia, Cardin. Tusch. tom. 4. lit. H, conclus. 158. & conclus. 163. num. 2. & 4. & tom. 6. lit. P, conclus. 338. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Hospitalale, §. 3. dub. 2. Azevedo. l. 1. à num. 26. tit. 1. lib. 4. & l. 1. num. 4. tit. 18. lib. 9. noue recopil. Ceual. commun. contra commun. tom. 4. quest. 896. num. 962. Lusit. Aegid. in repetit. l. 1. par. 1. in initio num. 54. C. de sacrosanct. Eccles. Flores var. lib. 2. quest. 21. num. 179. cum sequentibus, Marc. Anton. Gemens. in praxi Archiep. Neapolitana cap. 17. Alexand. Trentacinq. variat. resolutio. lib. 1. tit. de rescript. resolut. 4. Brunor. à Sole in locis commun. verb. Hospitalale, num. 3. & 4. Cardof. cod. verb. num. 3. Marta de iurisdic. par. 2. cap. 23. num. 19. & 23. latè Nicol. Garc. de benefic. par. 5. cap. 1. num. 601. Farinac. in praxi criminal. par. 1. quest. 28. à num. 36. Vgolin. de potest. Episcopi cap. 14. §. 4. num. 7. & §. 7. ad fin. Redoan. de rebus Ecclesiae non alienan. quest. 4. num. 27. & seq. & quest. 149. num. 7. & quest. 28. & quest. 51. Achil. Pedtoch. conf. 2. num. 15. Vincent. de Anna sing. 90. Magon. Floren. decif. 61. Carol. de Grassis de effect. clerice. effect. 1. à num. 122. [Ciarlin. d. lib. 1. cap. 116. num. 13. nouissime Marcel. Vulpe d. cap. 11. num. 2. nouissime etiam Nouar. in tract. sine praxi elect. & variat. fori tract. 2. quest. 54. num. 12. Caltr. Palao in opere moralis tom. 2. tract. 13. disp. 1. puncto 7. à num. 2.]

Auctoritate Episcopi praesumitur Hospitalale fundatum si locus ab antiquo sit in forma Ecclesiae, vbi Sacerdotes celebrant, de quo Felin. in cap. illud, n. 5. vers. & pro istis, de praesumpt. & in cap. sicut, num. 29. de re iudic. Rota Bononien. decif. 13. num. 4. Franc. Marc. Dethpin. decif. 1017. num. 2. Menoch. de praesumpt. lib. 6. quest. 79. num. 3. Mascard. de probationib. conclus. 583. 623. & 869. Valasc. consult. 105. num. 45. me citato in loco Homobon. de examine Ecclesiastico tract. 5. cap. 4. quest. 13. supp. 1. in fine. Filliuc. tom. 3. tract. 44. cap. 4. quest. 18. nouissime Bonacin. var. tract. 2. quest. unica puncto 2. n. 11. Rot. in Alexandria beneficia 18. Aprilis 1625. coram R. P. D. Merlino. Et ex diuturnitate temporis praesumitur Ecclesia aedificata auctoritate Episcopi, Rot. Bononien. dict. decif. 13. num. 4. Mascard. conclus. 1316. num. 8. Stephan. Gratian. discip. forens. cap. 34. num. 1. Cabedo decif. 52. num. ultim. Item ad praesumendum eam auctoritatem adfuisse oportet cymbalum esse constitutum super lectum, pu-

bliceque pulsari, vel si ibi celebretur omnibus indifferenter ad diuina audienda admittis, ita Sanch. de matrimonio lib. 9. disp. 15. num. 39. [alia plura commemorat Mar. Anton. d. lib. 1. resol. 14. num. 4. ex quibus cognoscitur quando auctoritate Episcopi fuit erectum hospitalale, veluti si Episcopus deputaret, vel confirmaret ministrum, vel si haberet nomen Sancti sibi appropriatum, vel si in eo fuerit seruata hospitalitas per tempus antiquissimum, vel si in eo essent sepulturae, aut cimiterium, vel si reciperet decimas, vel si non solueret collectas.]

Hospitalia & quaecumque alia pia loca priuata, siue cum Episcopi auctoritate, siue sine illa instituta, possunt visitari ab Episcopo, & in illis etiam procedit dispositio Concil. Trident. d. sess. 22. de reformat. cap. 8. resoluunt Altamitan. de visitat. verb. & testamentorum, à num. 79. & verb. alijs pijs locis. [Fulc. d. cap. 13. num. 21. cum seq. Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 1. quest. 3. num. 54. Mascard. dict. concl. 869. num. 30. cum seq. Mar. Anton. d. lib. 1. resol. 14. num. 7. vers. si verò,] Azevedo dict. l. 3. num. 9. Bobadil. dict. lib. 2. cap. 17. num. 139. Valasc. consult. 105. num. 59. & decifum referunt Marta de iurisdic. par. 2. cap. 18. à num. 2. & par. 4. casu 113. num. 30. Nicol. Garc. d. cap. 1. num. 602. in fine.

Licet enim erecta fuerint sine Episcopi auctoritate, tamen idem Episcopus videre potest, an omnia procedant secundum mentem testatoris, ex Abb. in cap. inter dilectos, num. 12. de donat. resoluunt Gajet. in margarita casuum conscientia, verb. Hospitalale, quamuis etiam non habuerint Ecclesiam, nec altare, cum sufficiat quod sint loca pia ad hoc, vt visitari possint, & prouideri, vt omnia iuxta voluntatem testatoris procedant, etiam si testator prohibuisset, Couar. in cap. tua nos, num. 6. de testament. Nauar. conf. 3. de relig. dom. quos refert Piafec. d. cap. 3. num. 38. Nisi hospitalale sit mere laicale, quia tunc testatore nolente, Episcopo non subicietur, Lap. allegat. 42. incip. quaeritur, Cardinal. conf. 11. incip. quadam Societas, Cochier. de iurisdic. in exemptos, par. 4. quest. 57.

Ex quibus colliges non esse hodie veram sententiam Paris. conf. 34. num. 16. lib. 4. & Valasc. conf. 105. num. 50. dum putant Episcopum nullo modo posse visitare hospitalia, quae sine ipsius auctoritate fuerunt erecta, quod etiam tenent Abb. in cap. sin. notab. 1. de censibus. & Gabriel. conf. 195. num. 15. lib. 2. nam secundum praedictos Doctores licet de iure communi non competat Episcopo facultate propria visitatio hospitalis sine eius auctoritate, & consentu fundati, competet tamen vii Sedis Apostol. delegato in viui Concilij Trident. vt obseruat Rot. in vna Sibulen. Iuris visitandi 28. Junij 1600. coram Illustrissimo Cardin. Bononien. postea Gregor. X V. imprefsa apud Farinac. decif. 30. num. 8. par. 2. recent.

Colliges etiam quod siue Hospitalale, aut oratorium sit publicum & Ecclesiasticum, siue priuatum & seculare, si agatur de executione piorum reliquorum per viam visitationis, competens est Ecclesiasticis. cap. 3. de relig. domib. cap. si heredes 6. de testament. Valasc. conf. 105. num. 59.

Colliges denique in vita illius, qui hospitalale, vel oratorium priuatum aedificauit, nec Ecclesiasticum nec secularem se posse intrmittere contra voluntatem instituentis, Card. in Clem. quia contingit n. 19. de relig. domibus. Abb. man. ult. in fin. c. sapient. de censib. [resoluunt Marcel. Vulpe d. c. 11. n. 3. cum seq.] & non habere dubium ex alijs assumat Valasc. d. conf. 105. num.

num. 45. deinceps verò sub Episcopi visitatione & correctione remanere debet, nam Episcopus potest compellere heredem, vel legatarium ad executionem legatorum ad pias causas, etiam si testator prohibuisset ne Episcopus se intromitteret, quia illa clausula fauere piam dispositionum habetur pro non adiecta, *dist. cap. iua nos*, *Marta de iurisdic. p. 4. casu 88. à num. 14. & casu 113. à num. 31.* *Cald. Pereira de nominat. emphyr. quest. 19. num. 56.* *Valasc. dist. consult. 105. num. 57.* [vide *Alphonf. de Leone de officio Capellani quest. 5. sect. 12. à n. 203.* *Perez de Lara de capell. & annuif. lib. 2. cap. 1. à num. 16.* Vnde posse Episcopum visitare hospitalia, esto testator prohibuisset ne se in tali visitatione intromitteret, resoluit *Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 12. num. 7. & 8.* *Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. hospitalium num. 2.* *Vgolin. de potest. Episcopi cap. 24. §. 1. num. 3.* *Duare. in Bull. Cens. lib. 4. can. 15. q. 7. num. 16.* quos refert, & sequitur *Diana moral. resolut. par. 1. tract. 2. resol. 83. in princ. vbi cum Gonzal. Perez de Lara & aliis intelligit nisi Episcopus in fundatione consentiat.]*

9 Sic etiam testator fundans capellam non potest eam eximere ab Episcopi potestate, *Anton. de Præcis de potestate Episcopi. c. 1. num. 3. & 5.* post alios *Cochier de iurisdic. Ordin. in exemptos. p. 1. q. 35. num. 3.* [me citato *in hoc loco Alzed. d. par. 2. cap. 2. num. 56.* nouissimè *Franc. Carp. de executorib. testament. lib. 1. cap. 22. num. 65. & infra allegat. 82. num. 27. cum sequentibus.*] nam si aliquis fundat Ecclesiam hoc pacto quod habet Abbati, nihilominus erit sub Episcopo, vt per *Barol. in l. quoriam §. fer. num. 1. ff. de administ. tut. Felin. in cap. cum venerabilis. sub num. 33. vers. & ideo dixit Barol. de except. vbi decis. in 10. notab. num. 33.* *Abb. in cap. cum dilectus, num. 4. de consuetud. & in cap. 3. sub num. 13. de Eccles. edific. prout eos refert Rot. decis. 30. num. 5.* apud *Farinac. par. 2. recent.* Ex quibus nescio quo iure procedat decisio, quam refert *Armedar. d. loco num. 66.* in hæc verba, *Si in fundatione hospitalis sit dictum, quod Ordinarius non possit se intromittere in eius visitatione, non poterit illud visitare.* quod etiam per sanctam Sedem rescriptum fuisse asserit *Carol. de Grassis de effectib. clerical. effect. 1. num. 610.* [& resoluunt *Mura decis. 28. num. 29.* *Nicol. Garc. de benefic. p. 1. cap. 2. n. 93.* vbi asserit ita nouissimè declarasse *Paulum V.* Vnde dicit *Abb. in cap. requisisti, de testam.* non valere clausulam testatoris instituentis beneficium, vel donantis Ecclesiam cum ea conditione, vt non subiaceat ordinationi Episcopi, sed reiicienda est talis conditio vt turpis, & à iure prohibita, post *Lambert. Palat. Rub. & Bernard. Diaz sequitur Paul. Duran. in tract. de condit. & modis impossib. p. 2. c. 1. n. 107.*] nisi dicamus intelligendam de hospitalibus, & Confraternitatibus, quæ à laicis reguntur, quasi merè laicales, & in quibus piz dispositiones non adfunt. ¶ Vel etiam de loco pio hospitalitatis causa priuatum instituto intra ipsiusmet instituentis aedes intercluso, ita vt ab extra, si quid opus sit spiritualitatis, vocetur, nisi ab Episcopo licentiam petierit quarendi elemosynas, cum per huiusmodi licentiam visitandi ius Episcopus acquisierit, quia omnia nostra facimus, qualitercumque nostram interponimus auctoritatem, refert me citato in hoc loco *Homobon. de examine Ecclesiar. tract. 10. cap. 4. quest. 13. suppl. 1.* [quicquid & perperam nos reprobet *Diana dist. resolut. 83. vers. tertio* exploditur *Augustinus Barbosa.*] Non obstat quod Episcopus consentiens quod hospital. erigendum sit liberum, ac proinde ab eius vi-

30

sitatione exemptum, præiudicat non solum sibi, sed etiam successoribus secundum *Abb. in c. 3. sub n. 13. de Eccles. edific. Felin. in dist. cap. cum venerabilis sub num. 33.* *Barbat. conf. 33. colum. antepen. vers. & si dicatur Episcopus, lib. 1. Roch. de iurpatronat. verb. pro eo quod, sub num. 26. & sequentibus.* [*Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. num. 41.* *Perez de Lara de annuif. & capell. lib. 2. cap. 1. num. 48.*] quia responderetur cum *Federico de Senis conf. 111. num. 4.* quod per talem exemptionem, sicut per quamlibet aliam alicui Ecclesie ab Episcopo generaliter concessum, quod potest ille à se abdicare visitationem, & correctionem, & *conf. 247.* resolut hoc ipsum habere locum etiam quando Episcopus id ageret in fundatione ipsius Ecclesie, & respondit contrariis, licet *Barbat. Abb. & Roch. locis proximè citatis*, aliter distinguant.

Episcopus igitur visitare potest omnium hospitalia, & pia loca, quocumque nomine nuncupentur, etiam si sint priuata laicorum, & corrigere, & reformare in casibus à iure expressis, scilicet ob negligentiam, vel dilapidationem bonorum, vtque testatoris voluntas seruetur, refertur *decisum Armendar. d. loco n. 74.* *Marta d. cap. 8. n. 5.* Et potest corrigere, & reformare in his tantum, quæ ad obseruandum voluntatem fundatorum pertinent, & habere exigendi rationem ab administratoribus ipsius hospitalis, vna tamen cum illis deputatis, quibus ex consuetudine ratio reddenda est, ex eodem *Armedar. dicto loco num. 67.* ¶ Et potest animaduertente in Rectores hospitalium, leprosariorum, elemosynariorum, aut Xenodochiorum, qui negligunt, seu non versantur, vt oportet, in administratione, non obstante quacumque exemptione, *Clem. quia contingit, de relig. domib. vt Cardinal. sentit Cochier de iurisdic. Ordinarij in exemptos, par. 2. questio. 45. num. 79.*

Potest etiam Episcopus visitare Confraternitates personarum secularium in Ecclesijs Regularium exemptorum existentes, non tamen earum capellas, vel Altaria, quæ inter easdem Ecclesias consistunt. Ita à Sacra Congreg. decisum refert *Galet. verb. Episcopus, penult. Armendar. fol. 15. num. 14. & 15.* [*Marc. Anton. Genuent. in praxi Napol. c. 21. in princ. Vgolin. de officio Episcopi p. 2. cap. 49. §. 5. n. 3.* me citato *in hoc loco Ciardin. d. cap. 65. num. 6.*] nisi quoad administrationem, vt rescriptum Sacra Congreg. Episcopo *Imolen. de anno 1622.* teste *Aloyf. Ricc. dist. Napol. decis. 209. num. 8. par. 4.* [quam declarationem refert *Ciardin. dist. cap. 65. num. 8.*]

De iure Lusitano hospitalia, collegia, & Confraternitates sine Episcopi auctoritate institutas non poterit ipse Episcopus absolute visitare, poterit nihilominus visitando inquirere de operibus pijs, quæ ipsi incumbunt, ad effectum, vt adimplere cogat, & negligentiam administratorum corrigat, & intendit *Ordin. Regia Lusitan. lib. 1. tit. 62. §. 39. in fine,* ibi, *Porem neste caso, &c. quando scilicet ab Episcopi auctoritate sunt instituta, poterit os Prebendos visitando prouer se se cum prem. as consas pijs, que os institutores mandarant,* quod etiam aduertunt *Cardin. Tusch. litt. H, concl. 160. num. 8.* *Valasc. d. consult. 105. num. 55.* *Mascard. concl. 869. num. 30. & 33.* Est ergo differentia, quod quando hospitalia, & Confraternitates sunt institutæ auctoritate Episcopi de omnibus oneribus siue pijs, siue profanis potest cognoscere Episcopus, & de omnibus alijs rebus ad ipsum hospital. vel confraternitatem spectantibus providere, atque etiam circa modum electionis, & formam regiminis: at vero quando institutæ sunt sine

sine prædicta Episcopi auctoritate, inquirere solum potest de pijs, quatenus opus est, vt mandentur executioni, & pluribus Arestis declaratum ostendit noster *Cabedo de patronatibus Regie Corone cap. 42.* Et demum quod Confraternitatum, quæ auctoritate Prælatorum erectæ sunt, ad ipsos Prælatos priuatiuè spectet visitatio, docent *Lup. in tract. de liberr. Eccles. quest. 16. num. 4.* *Ceual. in tract. per viam violentia quest. 32. in fine.* *Cened. de practic. & Canon. quest. lib. 1. quest. 22. num. 14.* nouissimè *D. Gabr. Pereira in tract. de Manu Regia cap. 17. de visitat. hospital. num. 8.* [*Marta de iurisd. p. 2. cap. 18. à princ.*] in quo casu Episcopus si sit temporalis dominus, non potest tanquam talis rationes exigere. *Dec. conf. 127. num. 148.* *Gabr. Pereira d. cap. 17. n. 9. vbi num. 10.* subdit quod in iis casibus in quibus Ordinarij visitare, vel rationes exposcere possunt ad ministratores, adhuc visitat capellas, & loca pia in iis, quæ ad cultum diuinum spectant. Illud tamen aduertendum duxi, quod Episcopi virtute Concilij sess. 22. de reformat. cap. 8. non solum in ipso actu visitationis ius habent visitandi hospitalia, & pia loca omnia quomodocumque nuncupentur, sed etiam extra visitationem, & in casibus à iure non expressis, vt censuit Sacra Congregatio, prout refert *Beller. disquisit. cleric. p. 1. tit. de bonis cleric. §. 12. n. 6. vbi n. 7.* testatur eandem Sacram Congregationem in *vna Montis Pietatis Rauennaten. ann. 1617.* respondisse, *Episcopum posse pro bono regimine Montis pietatis decreta ipsius confirmare, reformare, & augere, non tam in visitatione, quam extra, & sibi reservare facultatem huiusmodi decreta reformandi, moderandi, & augendi, prout sibi videbitur, & placuerit.*

15 Quamuis Concil. dist. sess. 22. de reformat. cap. 8. concedat Episcopis facultatem visitandi hospitalia, & cætera pia loca, non prohibet tamen quin & iudices seculares eadem visitare possint, si hoc eis aliàs legitime competat, vt decisum refert *Armedar. dicto loco num. 65.* & censuit *Rota apud Farin. decis. 33. in princ. par. 2. recent.* posse Episcopum visitare, nisi aliter cautum sit in institutione. Non competit igitur hæc potestas ad Episcopos priuatiuè, sed inter ipsos, & seculares magistratus præuentioni locus est, vt expresse *Ordin. Regia dist. tit. 62. §. 42.* & ex communi iure probare nituntur magis communiter Doctores, ex text. *in l. hereditas, §. 3. ad finem,* ibi, *principali, vel pontificali, ff. de petit. hered.* Sed longè diuerfum habet intellectum, vt explicat *Costa. lib. 1. select. quest. 10. num. 8.* Quare melius probatur ex text. *in authent. de Ecclesiast. titulis, §. si quis adificationem,* ibi, *providentia locorum Episcopi, & ciuilibus iudicis, ex quibus ita notauit post Rom. & alios, Couar. in cap. si heredes. num. 1. de testam. & plures, de quibus Soar. à Pace in praxi tom. 2. prel. 2. à num. 45.* *Marta de iurisdic. par. 2. cap. 10. à num. 13.*

16 Speciali fauore contra Ordinarias regulas in hac materia constitutum est, vt hospitalia, & Confraternitates, quæ sub immediata Regum fuerint protectione, Episcopi non visitent, nec in illis aliquo modo eorum officiales se intromittant, vt expresse Concil. Trident. dist. cap. 8. & consonat *Ordin. Regia dist. tit. 62. §. 42. vers. E estu derminacio,* notantque *Azedud. dist. l. 3. num. 9.* *Marta d. cap. 18. num. 2.* *Perez de Lara de capellan. & annuif. lib. 2. c. 1. n. 49.* *Cabed. de patronatibus Regie Corone cap. 39. num. 3. & cap. 42. n. 5.* *Valasc. conf. 105. num. 62.* *Ceual. commun. contra commun. quest. 897. num. 984. & de cognit. per viam violen. par. 2. q. 32. num. 4.* [*Alzedo de præcellent. Episcop. dignit. par. 2.*

cap. 2. num. 50. *Marta de iurisdic. par. 2. cap. 18. num. 8.* vbi quod Episcopus cognoscit an hospital. sit sub immediata Regum protectione, me citato *in hoc loco Diana moral. resolut. par. 1. tract. 2. resolut. 100. in princip.*] *Gabr. Pereira in dist. tractat. de Manu Regia c. 17. de visitat. hospital. num. 11.* vbi num. 13. agit de Confraternitatibus in Ecclesijs Ordinum Militarium constructis. ¶ Exemplum ponit *Ordin. nostra dicto loco,* in omnibus domibus, siue Confraternitatibus Misericordie Regni Portugalia, quas sub immediata Regum protectione esse proficitur: hæc enim Misericordie Confraternitas vbi que terrarum est celebratissima, propter eximia charitatis opera, in quibus confratres exercentur in pauperibus alendis, curandis infirmis, orphanis, virginibus maritandis, peregrinorum necessitatibus subleuandis, de cuius laudibus, & institutione agunt *Cabed. de patron. Regia Corone cap. 46. per totum, & decis. 51. par. 1.* *Benedict. Egid. ad l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. par. 1. in initio à num. 34.* *Fr. Hieronym. Roman. de Republica Christiana lib. 5. c. 22. per totum.* ¶ Sicut etiam nobilissimum est, & toto orbe celeberrimum hospital. omnium Sanctorum Vlyssiponense, quod velut per antonomasiam Ordinatio sæpe vocat, *O grande hospital,* de quo agunt *Cabed. dicto tractatu de patron. Regia corone c. 39.* *Fr. Hier. Roman. d. cap. 22. vers. tiene Lisboa.*

19 Quod autem hæc concessio ab Ordinarijs regulis in hac materia exorbitet, ostenditur, quia secundum illas certum esse posse Episcopos visitare omnia hospitalia, & Confraternitates, quæ de ipsorum auctoritate, & consensu fuerint institutæ, & tamen ab hac regula excipit Trident. ea, quæ sunt de immediata Regum protectione, & ex altitudine, & præminetia Regiæ dignitatis, quam præ cæteris conuenit anteferi, vt ait text. *in cap. vltim. in princ. versic. nec aliquis, de offie. deleg. lib. 6.* quam rationem ad notabiles, & vsu frequentes quæstiones exornant *Rebuff. in praxi par. 3. signature à num. 61.* *Lambert. de iurpatron. art. 11. §. 9. quest. principal. par. 3. lib. 1.* *Couar. pract. cap. 36. num. 2.* plures per *Cened. ad Decret. collectan. 79. num. 2.*

20 Licet aliquando fuerit dubitatum, vtrum in hac exceptione Trident. contineantur omnia hospitalia sita in prouincijs, & ditionibus cuiusque Regni, decisum tamen fuit illa tantum contineri, quæ expressè sub immediata Regum fuerint protectione: si autem Episcopo visitanti hospitalia, aut Confraternitatem, opponatur, quod sub immediata Regum sint protectione, non ad secularem iudicem, sed ad Episcopum pertinet talis exceptionis cognitio & decisio, prout referunt *Marta dist. cap. 18. num. 4. & 8.* *Armedariz dicto loco num. 71. & 72.* [me citato *in hoc loco Ciardin. dist. cap. 65. num. 4.* Illud to scire volo quod *Gabriel Pereira de manu Regia par. 2. cap. 17. num. 12.* quem refert & sequitur *Diana dist. par. 1. tractat. 2. resolut. 100.* resolut in his Confraternitatibus & hospitalibus de Regum protectione posse Prælatos visitare decentiam diuini cultus, & ornamentorum.]

21 Collegia instituta pro sustentatione studentium pauperum, vel aliorum egenorum, sunt loca pia, & gaudent priuilegijs Ecclesie, & sunt de iurisdictione Ecclesiastica, & si sunt instituta, seu erecta auctoritate Ordinarij, non solum loca pia, sed etiam religiosa sunt, vt tenent *Gironada de gabellis par. 7. n. 42.* *Azedud. l. 10. num. 26. tit. 1. lib. 4. & l. 1. num. 3. tit. 18. lib. 9.* quos refert & sequitur *Garcia dist. par. 5.*

cap. 1. num. 612. Ac proinde possunt ab Episcopo visitari, vt disponit Concil. dict. cap. 8. ibi, collegia quecumque.

22. Confraternitates laicorum religionis causa institutæ pia sunt & religiosa loca, ac proinde à seculari potestate, & iurisdictione exempta, præcipuè si proprium habeant templum, vel in eis seruetur hospitalitas, aut Missæ dicantur, & alia pia opera exercentur, vt post Couar. in cap. officij num. 12. de reform. resoluunt Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 14. n. 4. & 7. Zetol. in praxi Episcop. par. 1. verb. Confraternitas §. 4. Ren. Chopin. de sacra polit. lib. 3. cap. 6. num. 6. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 18. num. 228. Marta de iurisdic. par. 4. cent. 2. casu 113. à num. 7. Cur. Philip. par. 1. §. 5. num. 13. Solis d. lib. 2. de censibus cap. 3. num. 11. Castill. lib. 1. de usufructu cap. 54. num. 24. Flores de Menavariar. lib. 3. quæst. 21. à num. 190. Nicol. Garc. dict. par. 5. cap. 1. num. 606. Vgolin. de potestate Episcopi c. 11. in princ. num. 1. 3. & 4. et quod piis causis annumeranda, omnibusque gaudeant piæ causæ priuilegijs, & Tiraquell. de priuileg. piæ causæ in præfat. pag. 2. vers. item relictum confraternitatibus, scribit Lusitan. Bened. Egid. in reposit. l. 1. C. de sacros. Eccles. Bobadil. d. num. 254. Ceuall. commun. contra commun. tom. 4. q. 896. num. 982. Mantic. de tacitis & ambig. conuent. lib. 25. tit. 6. num. 69. Marc. Anton. Genuen. in præf. Archiepisc. Neapol. c. 17. Rot. in Romana beneficiatus 22. Maij 1623. coram R. D. meo Coccino Decano.

23. Quare & huiusmodi Confraternitates visitari possent ab Episcopis, vt pia loca, expressè probat Concil. Tridentin. sess. 21. cap. 8. & 9. & vltra citatos latè explicant Azeued. ad l. 3. num. 9. tit. 14. lib. 8. Ordin. Annib. Rocca in tract. de visit. in gloss. verb. laicorum, Carol. de Grassis de effectibus cleric. eff. 1. num. 609. Ex ea scilicet ratione, quia Confraternitates auctoritate Episcopi, seu Romani Pont. solent institui, ac subinde religiosa loca debent censerì, vt probat text. agens de hospitalibus in c. de xenodochijs, & meliùs in c. ad hæc, ibi, sicut moris est auctoritate Pontificis destinatus cum sit religiosus, &c. de relig. domib. qua ratione ad iurisdictionem Episcopi pertinere probant eadem iura, & notant omnes per text. ibi, in Clem. quia coningit, eod. tit.

24. Verùm hæc resolutio magis communiter à Doctoribus improbat, frequentissimè enim resoluunt laicorum Confraternitates loca pia censenda non esse, sed potius profana & secularia, maximè si absque Episcopi auctoritate institutæ sint, vt docuit Bald. in auth. hoc ius porrectum, num. 2. C. de Episc. & cler. ideo resoluens bona Confraternitatum alienari posse sine solemnitatibus requisitis in alienationibus bonorum Ecclesiæ, quod etiam bene ex communi sententia comprobatur Gama decis. 387. aliàs vlt. num. 6. eandem etiam concl. post Abb. cons. 31. col. pen. par. 1. Paul. de Castro, Azor. & plures alios magis communem testatur & sequitur Gabriel lib. 6. commun. opin. tit. de pia causa concl. 1. num. 1. iuncto num. 7. Gutier. canon. quæst. lib. 1. cap. 35. à num. 9. Petr. Gregor. de Repub. lib. 13. cap. 2. n. 8. Menoch. remed. 15. recipere. à num. 34. Cardinal. Tusch. tom. 3. lit. E. concl. 28. num. 5. & tom. 4. lit. F. concl. 455. Valasc. cons. 105. à num. 5. & in confraternitatibus Misericordie Regni Portugaliæ Cabed. par. 1. decis. 51. Et in Confraternitatibus Corporis Christi Nauar. cons. 3. de foro comp. & de omnibus generaliter agens Perez de Lara de capellanis lib. 2. cap. 1. à num. 5. & iudicauit Rota Roman. etiam in confraternitatibus, quæ habent Altare & campanile in decis. nouiss. 574. num. 6. par. 3. & latè

post Paris. & Lambert. Azeued. d. l. 10. num. 26. & 29.

25. Quare meliùs distinguendum puto inter Confraternitates Episcopi auctoritate & sine illa institutas; & illæ enim quæ absque Episcopi auctoritate sunt institutæ, minimè Ecclesiasticæ, aut Religiosæ sunt censendæ, ex eo quia qualitatem hanc, vt Ecclesiasticæ, seu religiosæ fiant, secundùm ius Canonicum tribuere non possunt priuati absque Prælati auctoritate, ex text. in c. ad hæc, de relig. domib. & notant ibi Doctores communiter, & alij, de quibus Gonzalez ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. num. 38. cum sequentibus, & præter statim referendos Valasc. d. cons. 105. n. 7. Perez de Lara d. cap. 1. à num. 5. & Pias tamen esse non est negandum, cum enim opera pietatis ibi exerceantur, pijs causis debent annumerari, vt de hospitalibus sine ea institutis expressè resoluunt Paul. de Castro cons. 167. ad finem vol. 2. Abb. in cap. de Xenodochijs num. 3. de relig. domib. Roman. cons. 477. num. 2. & post Bald. Anchar. & alios, quos refert Tiraq. in præfat. piæ causæ, pag. 1. vers. item relictis hospitalibus, iuncto vers. sed alij indistinctè, & post Felin. Seluam, & plures alios Gabr. d. tit. de pia causa conclus. 2. num. 2. vers. contrarium, Bobadil. d. num. 228. iuncta lit. C, Cardinal. Tusch. tom. 4. lit. H. concl. 158. & concl. 163. num. 2. & 4. tom. 6. lit. P. conclus. 338. Ex quibus planè colligitur, quòd & licet plures, quòs refert Gabr. d. conclus. 2. in fine, & concl. 1. num. 17. voluerit relictæ pijs causis solui non posse hospitalibus & Confratrijs institutis sine Episcopi auctoritate, longè verius est contrarium, vt tenent Tiraq. Valasc. num. 38. & Bened. Egid. citatis locis. [nouissimè me citato in hoc loco Nouar. de variat. fori sect. 2. quæst. 50. num. 8. in vlt. impress. & quæst. 56. num. 3.] Et hinc fit posse Episcopum visitare Confraternitates laicorum etiam existentes intus Ecclesiæ Regularium, ac illos ad reddendum computa compellere, non tamen earum capellas, vel altaria, quæ intra eandem Ecclesiæ consistunt, vt dixi supra num. 13. quoad ministrationem tamen poterit, vt hoc præsentì anno Episcopo Imolen. declarauit Sacra Congregat. & quia exempta Ecclesia non censentur exemptæ capellæ Ecclesiæ subiectæ, accedentes, vel connexæ, gloss. in cap. rogatus 24. quæst. 1. cap. cum capell. de priuileg. Brixii. in reposit. verb. an exempto monasterio, Cochier in tract. de iurisd. Ordin. in exemptos par. 2. quæst. 45. num. 70.

26. Quando verò Episcopi approbatio interuenit, piæ, & Ecclesiasticæ sunt censendæ, itaut si ipsa corpora conueniantur, ad forum Ecclesiæ pertineat cognitio, probatur ex dict. cap. de Xenodochijs, iuncto dict. cap. ad hæc. Non obstat distinctio Bart. in l. vltim. num. 15. ff. de colleg. illis. quæ etiam deducitur ex gloss. pen. in cap. 1. de locato, recepta per Couar. præf. cap. 34. num. 1. ad med. & alios quos referunt & explicant Decian. tractat. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 41. cum sequentibus, Armentarez in addit. ad recopil. legum Nauar. lib. 3. tit. 20. de confratrijs num. 9. & alios, de quibus Azeued. lib. 10. numero 25. tit. 1. lib. 8. Recopil. dum resoluunt, quòd si collegium vt collegium conuenitur, inspicì debet an maior pars sit clericorum; quia tunc ad Ecclesiasticum pertinet iudicium; ad seculare verò, si maior pars sit laicorum: nam si distinctio vera est, de qua dubitat Decian. vbi proximè, debet intelligi de collegijs omninò profanis, vt in vniuersitatibus studiorum, de quibus nominatim agunt, non ita tamen adaptatur collegijs Episcoporum aucto

27. auctoritate fundatis ad pia opera, vt bene explicat Azeuedo d. lib. 10. num. 27. Ex quibus colligitur 31. & res confraternitatum, quæ Episcopi auctoritate instituantur, vt Ecclesiasticas censendas esse, & consequenter sine solemnitatibus requisitis in rerum Ecclesiasticarum alienationibus alienari non posse, vt post Menoch. Lamb. Sfort. comprobatur Gutier. d. cap. 35. num. 23. & absque dubio verum est, quando confraternitates alicui Ecclesiæ, Capellæ, seu altari vnitæ, seu affixæ sunt; quia accedente Episcopi auctoritate Ecclesiasticæ fiunt, ac subinde de foro Ecclesiæ res, quæ in earum dominio incorporantur, iuxta reg. text. in cap. vlt. de rebus Eccles. ita vt non solum visitatio & coactio administratorum, vt debite executioni mandent institutoris voluntatem, ad Ecclesiasticos indices pertineat, verum etiam ipsorum processuum, & causarum cognitio super eisdem bonis, iuxta reg. text. in cap. quanto, de iudic. & quæ notant Doctores communiter, per text. ibi in cap. ad nostram, de rebus Eccles. & in cap. 1. de restit. in integr. cum similibus, de quibus latè Cardin. Tusch. tom. 4. lit. I, concl. 447. & conclus. 450. quòd scilicet quoties agitur de re, quam Ecclesiasticam esse constat, vel quod magis est, clericis, indistinctè cognitio ad iudices Ecclesiasticos pertinet. Subiiciuntur huiusmodi confraternitates potestati Episcopi, vt videlicet possint compelli rationem ei reddere, iuxta terminos Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 8. & 9. prout resoluunt Cened. præf. & canon. quæst. lib. 1. quæst. 22. num. 10. & 14. vel per eum cogi ad recipiendum, vel reiciendum aliquem ex eorum cætu, ex adductis per Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 17. n. 141. itemque si agatur de ipsius rebus vniuersitatis, vel iure aliquo spirituali, ita quòd ratione rei subiectæ iurisdictioni spectet ad Episcopum; in reliquis verò quantumcumque sint affixæ Ecclesiis in quibus habent oratoria, & sint institutæ auctoritate Episcopi, non habent priuilegium fori, quale in vniuersum habent personæ Ecclesiasticæ, vt obseruat Bobadil. d. lib. 2. cap. 18. num. 228. & nouissimè Lotter. in tract. de re benef. lib. 2. quæst. 10. num. 52. Ex dictis

32. Primò inferitur resolutio illius quæst. vtrum scilicet bona ad Confraternitates pertinentia licitè possint alienari sine solemnitatibus in rerum Ecclesiasticarum alienationibus necessarijs? In qua affirmatiuam partem generaliter, & indistinctè tuetur Bald. in auth. hoc ius porrectum, num. 3. C. de sacros. Eccles. sequitur Felin. in cap. 2. num. 11. vers. fraternitates, de foro comp. Paul. de Castro, Paris. & alij, quos refert, & sequitur Gabr. d. concl. 1. num. 11. Rebuff. in compendio alienat. num. 56. & alij, de quibus Gutier. d. cap. 35. num. 16. Cabed. d. decis. 51. num. 3. & post Redoan. de rebus Eccles. non alien. rub. 27. num. 15. Baptista Costa de iuris & facti ignor. in cons. posito post inspect. 98. num. 3. Filliuc. tom. 3. tract. 44. cap. 4. num. 19. nouissimè Bonac. var. tract. 2. quæst. vnica puncto 2. num. 10. Quorum fundamentum illud vnicum est, quod Confraternitates & collegia laicorum sunt mere profana, & secularia, & ideo solemnitas requisita in alienationibus rerum Ecclesiasticarum, iuxta cap. sine exceptione 12. quæst. 2. cap. nulli, & per totum, de rebus Eccl. non alien. in illis locum obtinere non potest.

33. Sed Gutier. vbi proximè à num. 22. distinguendum putat, aut enim, inquit ille, bona relinquuntur alicui confratriæ, vel hospitali, vt illis deseruiant, & ad libitum de illis possunt disponere; & concludit necessarias non esse prædictas solemnitates rerum Barhof. de Episcopo Pars III.

Ecclesiasticarum, & procedere dictam Baldi doctrinam. Aut, inquit, Confraternitas locus pius, vel oratorium extructum est principaliter, vt sacrum sit, & Deo Opt. Max. dicetur, & bona eo animò congregata, vt ad opera oratorij necessaria, nempe pro Missis, & ad pauperes subleuandos perpetua sint, & concludit, quod etiam si Episcopi consensu non accesserit, locus, & bona pia, & religiosa censenda sunt, & consequenter sine Episcopi auctoritate, & alijs solemnitatibus rerum Ecclesiasticarum alienari non possunt. Verùm hæc distinctio Gutier. in multis peccat, nec aliqua ratione defendi potest: imprimis enim inaduenienter, & falsò supponit Confraternitatem, aut alium pium locum cum oratorio construi posse, vt ibi Missæ dicantur, sine Episcopi auctoritate, contra decisionem text. in cap. vniuersique, de consecrat. distinct. prima. falsum etiam apertè est dictum secundum distinctionis membrum, dum religiosa, & Ecclesiastica censent bona Confraternitatis, aut Hospitalis, quando sine Episcopi auctoritate constituuntur, contra regul. text. in d. cap. ad hæc, & receptam traditionem de qua supra: falsum denique est, quòd in primo membro supponit, posse sine illis solemnitatibus alienari bona Confraternitatis institutæ cum Episcopi auctoritate, quando relictæ sunt, vt possint alienari ad libitum pro necessitatibus Confraternitatis: nam si in eius dominium transferunt, Ecclesiastica efficiuntur, ex statim dicendis. [Hanc distinctionem Gutierrez me in hoc loco improbatte refertur Rota in Romana Recltoriarum 26. Junij 1630. coram R. D. meo Coccino Decano, qui dum essem Romæ mihi retulit subtiliter & bene me hunc Ioannis Gutierrez locum reprobatte, sed cum postmodum elapsis quibusdam annis legerem in oppido Mariti tractatum nouum de officio Capellani auctore Alphonso de Leone quæst. 5. sect. 10. num. 169. inueni apud ipsum decisionem Rotæ supradictam, in qua de reprobatione huiusmodi meminit.] Quare necessariò recurrendum est ad principalem resolutionem: vel enim Confraternitates, & Hospitalia institutæ sunt absque Episcopi auctoritate, & de plano procedit Baldi doctrina, & communis resolutio, quod possint bona ad illa pertinentia licitè alienari sine Episcopi auctoritate, & alijs solemnitatibus rerum Ecclesiasticarum, ex ipsorum ratione, quod bona & Collegia ipsa, seu loca profana sunt. Aut Confraternitates, & hospitalia instituta sunt cum Episcopi auctoritate, & procedit resolutio supradicta, quod religiosa sunt, & Ecclesiastica, & consequenter eorū bona, vt Ecclesiastica iudicanda, & requiritur solemnitas rerum Ecclesiasticarum. Ita in terminis Confraternitatum distinguunt Cardin. & Rochus, quos refert, & sequitur Gama decis. vlt. num. 6. & ex antiquis Concilijs notat Renatus Chop. de sacra politia lib. 3. cap. 6. num. 6. & in hospitalibus Gabr. dict. conclus. 2. num. 9. & 10. Mascard. dict. conclus. 869. num. 11. Valasc. dict. consult. 105. num. 34. Card. Tusch. lit. H. conclus. 163. à num. 9.

34. Secundo inferitur decisio ad alteram controuersiam præcedenti proximam, vtrum scilicet ex bonis Confraternitatum, si vendantur, gabella debeatur; in qua Doctores communiter distinguunt, aut enim, inquit, confraternitatum bona ad pios vsus relictæ sunt, pro Missis scilicet, vel pauperibus alendis, virginibus maritandis, & similia: vel in profanos expendantur vsus, conuiuia scilicet, ludos, & similia, priori casu, inquit, à gabella solutione liberæ esse huiusmodi confraternitates.

zates, & collegia, exemplumque proponunt in Collegiis Salmanticensis, & aliarum vniuersitatum institutis pro pauperibus, & scholasticis alendis: in posteriori verò non ita, quam distinctionem ex Baldo tradit Auendan. de exequendis mandatis par. 2. cap. 14. num. 32. & post eum, Gabriel, & Salazar. Garcia, Gironda. de Gabellis par. 7. in princ. n. 41. Lazarte de decima venditionis in addit. cap. 19. num. 9. quos sequitur Azeuedo ad l. 1. n. cum sequentibus tit. 18. lib. 9. recop. & priorum verba transfert Gutier. de gabel. quest. 97. num. 18. & partim sequuntur Molina de iustitia tom. 3. disp. 671. in princ. Curia Philipp. par. 2. lib. 1. cap. 14. Distinctionis fundamentum illud est, quod priori casu confraternitates, & Collegia illa pia sunt, ac subinde Ecclesiastico quoque privilegio gaudere debent ex generali regula text. in l. omnia 34. C. de Episcopis, & Clericis, ex qua vulgo colligitur, pia loca omnibus gaudere Ecclesiasticis privilegiis.

35 Hæc tamen resolutio difficultatem non absoluit, quia ex eo quod pia sunt Collegia, vel loca, vel quod ad pios vsus sunt instituta, non sequitur esse Ecclesiastica, & religiosa, nisi accesserit Episcopi auctoritas, oportebat distinguere inter confraternitates, & hospitalia, quæ Episcopi auctoritate, vel absque illa instituuntur, quemadmodum in hospitalibus expressè distinguit Lazarte in corpore tractatus cap. 19. num. 90. & post eum, & plures alios, Gironda d. par. 7. in princ. à num. 67. & Azeued. dist. lib. 1. numero 4. Aduertas tamen exemptionem hæc à gabellis, & omnibus aliis tributis Principum secularium dari non solum Ecclesiis, & Ecclesiasticis personis, verum etiam specificè, & individualiter omnibus piis locis, & causis, vt in auth. item nulla communis, C. de Episcopis, & Clericis, ibi, Ecclesiis, vel aliis piis locis, text. optimus in cap. non minus, de immunitate Ecclesiarum, ibi, de bonis Ecclesiasticis, & Clericorum, & pauperum Christi vsibus deputatis, aduertit optimè Molin. proximè citato loco, & contra alios prædictorum iurium immemor Modern. de iurisd. par. 4. casu 14. Quare licet quoad alios effectus, & quæstiones pendentes ex eo, an bona sint Ecclesiastica, attendi oporteat, vtrum confraternitas, aut Collegium sint instituta auctoritate Episcopi, vt supra explicauimus, minime tamen ista inspectio seruit ad præsentem articulum de exemptione gabellarum, quia ad illum sufficit, quod bona ad pios vsus sint destinata, quod reperitur in omnibus Confraternitatibus, & Collegiis, seu locis. quæ ad pios vsus construuntur etiam sine Episcopi auctoritate, vt supra probauimus.

36 Tertio inferitur, Confraternitates, & hospitalia Episcopi auctoritate instituta beneficio restitutionis in integrum gaudere, prout testatur Sfortia in tractat. de restit. in integ. par. 1. quest. 3. à num. 37. [nouissimè Nouar. in tract. sine praxi elect. & variat. fori sect. 2. quest. 54. n. 4. in ult. impress.] ex ea ratione, quia Ecclesiæ competit remedium restitutionis in integrum, vt probant text. in cap. 1. vbi Beroi. num. 1. & 3. Mantu. num. 3. & 4. & in cap. auditur, de restitut. in integrum, cap. 1. eod. tit. lib. 6. vbi Monach. Clement. unica. eod. tit. gloss. 2. in l. respubl. C. ex quibus causis maiores, Mench. vsu-frequent. cap. 9. num. 1. Cald. Pereira in l. si curatorem, v. b. minoribus, num. 60. Morla in emporio iuris tit. 5. in preiudicis num. 9. vers. 6. Molina de iustitia, tract. 1. disp. 574. num. 1. & 2. Appellatione autem Ecclesiæ comprehenduntur cætera loca pia, de quibus licet non reperitur specialiter in iure cautum, prout in Ecclesia, militat tamen in illis eadem

ratio: & insuper, quia priuilegia Ecclesiarum, quale hoc censetur, cæteris locis piis communicata dicuntur, iuxta text. in l. omnia priuilegia, C. de Episcopis, & Clericis Vnde quoad iuris effectus pia loca, & Ecclesiæ æquiparantur, vt bene deducitur ex text. in cap. requisisti, vers. secus autem, ibi, aut aliis piis locis, de iustament. tradunt in specie Doctores communiter, de quibus Roman. singul. 272. Molin. dist. disp. 574. num. 2. plures, de quibus Caldas Pereira dist. verb. minoribus, num. 63. Sfortia d. quest. 3. num. 26.

Verùm circa alias Confraternitates, & hospitalia, quæ sine auctoritate Episcopi instituuntur, non leuis est inter scribentes controuersia: quod enim indistinctè gaudeat prædicto restitutionis in integrum beneficio, tenent communiter Doctores, qui docent omnia loca, immo quod generalius est, omnem piam causam hoc habere priuilegium, vt iure minoris restituantur, ex Ioan. Andr. Archid. & Domin. in d. cap. 1. de restitutione in integrum, lib. 6. & pluribus aliis ex antiquioribus, de quibus Tiraq. de pia causa, priuileg. 138. Costa in cap. si pater, verb. ipsi pauperibus, num. 4. sequitur Caldas in dist. l. si curatorem, verb. minoribus, num. 64. & constanter Sfortia dist. quest. 3. à num. 26. [nouissimè Nouar. dist. 2. quest. 56. num. 12. in ult. impress.] Ex dictis autem constat quod omnia hospitalia, & Confraternitates, licet absque Episcopi auctoritate instituuntur, pias causas censendas esse, quare de Hospitalibus, & Confraternitatibus agentes eandem resolutionem sequuntur Bald. & Paulus Castrenf. in l. Orphanotrophos, C. de Episcopis, & Clericis, argumento illius text. quatenus æquiparat Hospitalia minoribus, & alijs, quorum meminit Tiraquel vbi proximè, & Malcard. dist. conclus. 869. num. 10. Sequitur Sfortia dist. quest. 3. à num. 46. quorum fundamentum est præcipuum ex d. l. Orphanotrophos, & ex generali conclusione, quam colligunt ex d. l. omnia, quod Hospitalia, & alia pia loca gaudent omnibus priuilegijs, quæ Ecclesiis conceduntur. Deinde receptum est generaliter, non ita hoc beneficium restitutionis minoribus, & Ecclesiis concedi, vt alijs denegetur, in quibus idem fauor, & misericordiationis ratio reperitur, quales censentur omnes illi, quorum bona sub aliena cura sunt, vel per administratores gubernantur, vt in Republica, Ciuitate, Villa, Castro, seu quacumque alia communitate probat text. in l. Respubl. C. ex quibus causis maiores, l. Rempubl. C. de iure Reipub. lib. 11. tradunt Bero. num. 131. cum sequentibus, Mantua num. 33. Abbas num. 15. in dist. cap. 1. de restitut. in integrum, Maurit. de restitutione in integrum, cap. 477. & Sfortia dist. quest. 3. art. 9. 10. & 11. Cald. Pereira dist. verb. minoribus, num. 61. Morla dist. tit. 5. in princ. num. 9. vers. 11. & alijs citati ab Alphano collect. 650. & Idemque admittendum est in Collegiis, seu vniuersitatibus secularibus, ex eo, quia Reipubl. æquiparantur, per l. 1. §. quibus ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, prolequitur, & distinguit post alios latè Sfortia dist. quest. 3. art. 12. Denique inter eadem personas numerantur Fiscus, & Princeps, quod sint minoribus, Ecclesiæ, & Reipublicæ æquati, iuxta regul. l. vltim. C. de sacros. Ecclesiis, quod licet in fisco speciali casu l. unica C. de sententijs aduersus fiscum latis, lib. 10. absque dubio procedat, in alijs tamen non ita simpliciter verum est, sed cum distinctionibus, de quibus Lucas de Pena in l. cubicularios, C. de Prepositis sacri cubiculi lib. 12. Zazius in l. Princeps, num. 6. ff. de legibus, Cald. Pereira dist. verb. minoribus, num. 62. Sfortia

Sfortia d. quest. 3. art. 13. & 14. Quare si cui libet communitati, seu Collegio huiusmodi restitutio conceditur, quia per administratores reguntur, eodem modo concedenda est pijs locis, & Confraternitatibus, licet Ecclesiastica non sint, quia instituta fuerunt sine Episcopi auctoritate.

42 Contrariam tamen sententiam, quod scilicet huiusmodi Hospitalia, & Confraternitates hoc priuilegio iuari non debeant, quando sine Episcopi auctoritate institutæ sunt, expressè sequitur Anchar. in cap. auditur, num. 9. de restit. in integrum, cuius sententiam probant Gabr. commun. lib. 6. tit. de pia causa, conclus. 1. num. 21. & conclus. 2. num. 16. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 35. num. 14. Valasc. dist. consult. 105. num. 44. Cald. Pereira dist. verb. minoribus, num. 63. Sfortia dist. quest. 3. num. 45. & reliqui, qui sæpe alibi in hoc proposito distinguunt, an prædicta loca, & confraternitates Episcopi auctoritate instituta sint necne. Quorum alij ea videntur ratione, quia putant confraternitates, & hospitalia pijs causis annuencianda non esse: sed melius ex nostra ratione confirmabis; diximus enim, quod licet piæ sint, Ecclesiastica tamen, & religiosa non sunt, si Episcopi auctoritate non instituuntur: nullibi verò beneficium restitutionis pijs causis indistinctè à iure conceditur, sed tantum Ecclesiis, & Ecclesiasticis, ac religiosis locis. Ad argumenta verò in contrarium facile videtur responderi posse. Nam ad d. l. omnia respondetur solum procedere in hospitalibus institutis auctoritate Episcopi, vt ex communi sententia interpretatur Valasc. d. consult. 105. num. 12. & similiter ad d. l. orphanotrophos respondet Anchar. d. cap. auditur, num. 9. in fin. & sentire videtur Malcard. d. concl. 869. num. 9. Marta de iurisd. par. 4. casu 113. num. 25. Licet autem hæc sententia sit in puncto iuris vera, primam tamen eodem arento veriorum duco, quia non sine violentia restringitur littera text. in d. l. orphanotrophos ad ea hospitalia, quæ cum Episcopi auctoritate instituuntur, immo æquiparatio, quam text. facit administratoris hospitalium, & tutoris minorum, nihil commune habet cum auctoritate Episcopi, sed omnibus hospitalibus, etiam absque illa institutis, maxime conuenit. [nouissimè hæc quæstionem examinat Fontanell. Cathalon. decis. 108. & 109. p. 1. vbi de Confratris, & decis. 10. per tot. an hospitalibus concedatur in integrum restitutio.]

43 Quare inferitur decisio alterius quæstionis in hoc proposito pariter controuersæ, vtrum scilicet ex iis, quæ Confraternitatibus relinquuntur, quarta Canonica debeatur? In qua quæstione partem negatiuam tuncur gloss. 3. in cap. 3. de sepultur. dum resoluit pro relictis in pauperum vsus nihil esse detrahendum, & per textum in l. si quis ad declinandam, §. in omnibus, C. de Episcopis, & Clericis, quatenus illud ipsum disponit, notant Bald. ibi num. 19. Abb. conf. 31. dub. 2. volum. 1. Roman. conf. 477. à num. 18. & alijs, de quibus Petr. de Vbald. de canon. portione, quest. 14. num. 15. & plures, de quibus Tiraq. de pia causa priuileg. 28. & post Rebuff. Menoch. remed. 15. recuperande, num. 32. & magis communis est Quaranta in summa Bullarum, verb. quarta Episcopalis, in fin. Azor. institut. moral. par. 2. lib. 9. cap. 12. quest. 11. Gutier. d. c. 35. num. 13. atque ex Marta de iurisd. par. 4. cent. 2. casu 113. num. 19. qui omnes mouent vltra text. in d. l. si quis ad declinandam, ex ea ratione, quia

44 solum iure reperitur expressum, vt huiusmodi quarta præsteret ex iis, quæ relinquuntur Ecclesiis, vel pijs locis, vt probat text. in cap. officij, 14. de testamen. & faciunt quæ Valasc. consult. 105. num. 13. in relictis tamen generaliter pauperibus, vel sine loci

determinatione, non habet locum canonica portio, vt asserit Tiraquell. dist. priuileg. 28. sicut nec habet locum, quando relinquuntur aliquid Ecclesiis, vel pijs locis ad perpetuum cultum diuinum, prout resoluunt Valasc. d. num. 13. veluti quando relinquuntur aliquid pro ornamentis Ecclesiæ, seu vestibus, picturis, calice, & alijs similibus, Bernard. regul. 237. vers. 1. Læ. Zech. de repub. Eccles. cap. 28. de Paroch. n. 18. vers. 9. & Stephan. Quaranta in summa Bullarum, verb. priuilegia regularium, vers. quarta Episcopalis, difficult. 3. vbi difficult. 2. idem asserit de relictis pro reparatione Ecclesiæ matricis, adificatione, & reparatione Ecclesiarum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum locorum piorum, per text. cap. vlt. de testamen. cum ergo Confraternitates huiusmodi pia loca non sint, neque ea, quæ eis relinquuntur, locis relinquuntur, sed personis, videtur dicendum ex relictis Hospitali, si Episcopi auctoritate institutum sit, quartam Canoniam deberi, quia locus religiosus, & Ecclesiasticus reputatur: sed si absque illa fuerit institutum, secundum Cardin. & plures alios, ex quibus receptum testatur Gabr. d. concl. 2. num. 17. Valasc. d. consult. 105. num. 13. & 40. Cardin. Tufchi. tom. 4. lit. Et, concl. 164. & tom. 6. verb. quarta conclus. 21. n. 33. & 35. atque ita duo requirunt præcitate Doctores, vt quarta Canonica debeatur, alterum quod loco relinquatur, alterum, quod locus religiosus sit.

46 Contrariam tamen sententiam, quod scilicet de illis, quæ Confraternitatibus relinquuntur, quarta Canonica indistinctè debeatur, tenuit Lapus in tractat. de canon. portione, num. 13. & 16. & multis argumentis confirmat Petr. de Vbald. eodem tractat. quest. 14. à num. 18. & post eum Barbat. & alijs communem profiteretur Couar. in d. cap. officij, n. 12. & eius verba transcribens Gutier. id. c. 35. num. 7. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiæ, par. 2. c. 14. num. 21. cum sequentibus, Fr. Ludouic. Miranda in manuali Prelat. tom. 2. quest. 48. art. 3. conel. 1. Azeuedo l. 10. n. 27. tit. 1. lib. 4. recop. Eo ducti fundamento, quia, vt quarta hæc debeatur, non requiritur, quod Ecclesiis, vel pijs locis relinquatur, sed sufficit, quod sit relictum in causam piam, vt probare videtur text. in cap. requisisti, in princip. de testam. ibi, testatori pro anima sua legat, iuncto ibi, Episcopus debet de illis secundum diuersas consuetudines tertiam, vel quartam portionem habere, & faciunt quæ Fr. Emman. quest. Regular. tom. 1. q. 39. art. 1. qua etiam ratione illam differentiam inter Hospitalia priuata, vel Episcopi auctoritate instituta alij reiciunt, volentes indistinctè ex omnibus quartam hanc deberi, quia omnia pia sunt loca, quamuis Episcopi auctoritas non accesserit.

Quare pro vera huius quæstionis decisione, & totius materiæ cognitione sequentes casus distinguere.

Primus est, quando Hospitalia auctoritate Episcopi instituuntur, aut confraternitates eadem auctoritate eriguntur, & alicui loco sacro, aut religioso, aut Cappellæ vnite sunt, aut affixæ, & in iis certum est procedere opinionem Lapi, & aliorum, qui eam sequuntur, resoluentes deberi canoniam portionem, quia in toto rigore in illis verificantur verba prædictorum iurium, quæ indistinctè decidunt quartam deberi de relictis Ecclesiis, vel pijs locis.

Secundus casus est de Hospitalibus, & Confraternitatibus merè profanis, quæ neque auctoritate Episcopi, neque ad pia opera exercenda instituuntur, exemplum proponit Bald. in Collegiis mercatorum, vel scholasticorum, & similibus artium profana-

rum, & in iis securè procedit ipsius resolutio, & aliorum, qui eam sequuntur, resoluentes quartam non debent, quia cum non sint loca pia, cessat totum fundamentum eam exigendi.

Tertius casus est de Hospitalibus ad pia sine Episcopi auctoritate institutis, & licet quartam debent ex ea ratione dicendum videretur, quia licet Ecclesiastica non sint, sunt tamen pia loca, vt supra resoluiimus: exquisita verd ratione contra Calderin. *consil. 23.* contrarium resoluit Roman. *d. consilio 477. num. 15.* & 19. quia scilicet quarta debetur Episcopis ratione iurisdictionis spiritualis, & curæ, quam habent in Ecclesiis suis, & ideo in locis exemptis, quia suæ iurisdictioni non subiiciuntur, huiusmodi quartam non deducunt, vt probat text. in *Clement. dudum, §. ultra, de sepult.* & resoluit Erasim. à Cochier in *tract. de iurisd. Ord. in excerptis, par. 4. quæst. 6.* concludunt Abb. in *dist. cap. officij, Angel. in summ. verb. Canonica, n. 7.* Petr. de Vbald. *d. tract. c. 4. quæst. 6.* Quare cum huiusmodi Hospitalia, etiam si pia sint, Episcopo non subiiciantur, vt supra resoluiimus, non videtur ex illis huiusmodi quartam deducere posse. Sed aduerte hanc rationem solum vigere in quarta Episcopali, non ita in Parochiali, quæ Parochialis debetur, & funeralis dicitur, debetur enim ratione Sacramentorum, quæ Parochus administrat, & ideo debetur etiam in locis exemptis, si speciali priuilegio non muniatur, iuxta dictum *§. ultra,* & quæ circa decretum Concil. Trident. *sess. 25. de reform. cap. 13.* latè explicat Gutier. *de iuramento confirmat. par. 2. cap. 4. num. 2.* Francisc. Leo in *thesauro fur. Ecclesiastici, par. 2. cap. 14.* Fr. Emman. *quæst. Regular. tom. 1. quæst. 39. art. 2. & tom. 3. quæst. 46.* Cardin. Tusch. *tom. 6. verb. quarta, conclus. 21.* Cochier *dicta quæst. 6. num. 8.* latè Fr. Ioan. de la Cruz *de statu religionis, lib. 2. cap. 19. dub. 5.*

48 **Quartus casus est,** & in quo tota versatur difficultas, de fraternitatibus scilicet, & iurisdictionis causa fuerint institutæ Episcopi auctoritate, vt ibi celebrantur diuina, ac alia pietatis opera exerceantur: nam indistinctè ex illis quartam debent dicendum videbatur, etiam si Ecclesiæ, aut alij religioso loco affixæ non sint ex ratione, quam ex Couar. & alijs secundo loco retulimus, quod scilicet piæ sint causæ, & quia in iurisdictione sint Episcopi, atque ita cessat fundamentum Romani, de quo proxime. Verum in hoc quarto casu contrarium in rigore iuris verius est, ex ea ratione, quia ex illis solum quartam debent iure expressum reperio, quæ Ecclesiis, vel locis pijs relinquuntur, qualia non sunt confraternitates, quæ nulli Ecclesiæ, Hospitali, Capellæ, aut alij pio loco adherent, seu vniuntur. Nec contrarium probat text. in *dist. cap. requisisti,* vt supra expendebamus, sed aliud, vel potius contrarium, quia ex sequentibus manifestissimè apparere facere Pontificem differentiam inter ea, quæ pro animæ salute relinquuntur Ecclesiis, aut personis, vt de illis, quæ Ecclesiæ relinquuntur, quarta debeatur, non ita de alijs, quæ relinquuntur personis: cum ergo constet confraternitates loca non esse, sed potius corpus quoddam fictum plurium personarum repræsentare, non videtur quod ex illis quarta solui debeat, iuxta motiuum Baldi, & Romani, ac aliorum, qui hoc ipsum confirmant ex auctoritate text. in *d. l. si quis ad declinandam, ad fin. §. in omnibus,* vbi aiunt probari de relicto pauperibus nullam portionem deducere Prælatos, & notauit gl. in *dist. cap. 2.* & alij, quos post eam retulimus: sed si aduertat, allegatio illius text. minime seruit ad præsentem quæstionem, quia in *verse,* & *autem,* immediatè præcedenti, loquitur de lega-

to facto in personas certas, vel etiam certam domum, & viroque casu negat aliquid deduci posse, quod est contra nostram resolutionem, & prædicta iura, quæ de relicto locis pijs quartam deducendam esse dicunt. Quare vel specialiter procedit in relicto pro pauperibus, de quo videbis relatos à Tiraquell. *dist. priuil. 28.* latè Petr. de Vbald. *dist. tract. cap. 5. principali, n. 9.* Vel quod magis est, procedit secundum ius Imperatorum, quibus quartæ Canonice cognitæ non fuerunt, & propterea Canonice dicuntur, vt Lopus, & Vbald. in *principio suorum tract.* annotarunt quod loquatur de Falcidia, cuius in principio meminit, & de qua statim agendum est.

50 **Quinto inferitur ex iis,** quæ Confraternitatibus, siue cum Episcopi auctoritate, siue absque ea institutis relinquuntur, quartam Falcidiam deduci non posse: diximus enim omnes confraternitates, licet absque Episcopi auctoritate instituantur, pijs censeri, & inter pijs causas esse connumerandas: sed constat de legatis & ad pijs causas nullam deduci Falcidiam, iuxta text. in *Authent. similiter C. ad l. Falcidiam,* & in corpore vnde sumitur in *Authent. de Ecclesiasticis rit. §. si in autem heres, collat. 9. & ex d. l. si quis ad declinandam, ad finem,* ibi, *nulla falcidia in hac parte intercedente,* cum similibus: ex quibus ita hanc conclusionem tradunt scribentes omnes eisdem locis, vt constat ex latissimè traditis per Tiraq. *de priuil. pia causa, priuileg. 26.* Couar. in *cap. Rainal. §. 3. num. 7. de testam. C. in cap. si pater, verb. Trebellianica,* à n. 13. Donel. in *commentar. iuris ciuilit. lib. 8. cap. 27. vers. vtrum autem, Spin. in speculo testamentor. glof. 8. principalis, num. 92.* Surd. *de aliment. tit. 8. priuil. 1. 8. à n. 2.* Peregr. *de fideicommiss. art. 3. à num. 62.* Gabr. *lib. 4. commun. tit. ad Trebellian. conclus. 11.* Ceual. *commun. contra commun. quæst. 15.* Pichard. in *princip. Institut. ad l. falcidiam num. 42.* & 69. Flores de Mena *variar. lib. 2. cap. 21. num. 190.* Paul. Comitol. *responsor. moral. lib. 7. quæst. 10. n. 3.* Marta de Iurisd. *part. 4. centuria 2. casu 180.* Motla in *emporio iuris par. 1. tit. 5. in pralud. num. 27. vers. neque.* [nouissimè Nouar. *d. q. 54. à num. 7.*] Ex quibus nostram illationem ad Confraternitates ita deducunt Bal. Paul. Castrenf. Socin. Alex. Dec. & alij quos refert, & sequitur Gabr. *dist. tit. de pia causa, concl. 1. n. 8.* & post eum Gutier. *dist. cap. 3. §. num. 12.* & Flores de Mena *vbi proxime.* Et in Hospitalibus, Felin. Barbat. & alij, quos refert, & sequitur idem Gabr. *d. tit. de pia causa, conclus. 2. num. 16.* Ioseph. Ludouic. *Perusina decis. 30. num. 8.* Flores de Mena *d. quæst. 21. num. 190.* Valasc. *dist. consil. 105. num. 39.* Mascard. *conclus. 869. num. 12.* & Et in legatis pro alimentis, Lara in *l. si quis à liberis, §. vtrum, num. 17. ff. de liberis agnoscent. Surd. de aliment. tit. 8. priuil. 18. num. 4.* Et in relicto studio Theologiæ, Iuris Canonici, aut Ciuilit, Casual. in *tract. de usufructu mulieri relicto, num. 226.* addent. *ad Bart. in l. fideicommissu, §. Stichus, in litt. A. ff. de legat. 3.* Horat. Luti. in *tract. de priuileg. schol. priuil. 1.* Tiraq. in *tract. pia causa, in presat. vers. item relicto causa studij,* Decian. *consil. 14. num. 12. lib. 1.* Carol. de Grassis *de effectib. cleric. in pralud. num. 95.*

52 **Vnde manifestè conuincitur sententia,** & fundamentum eorum, qui contrarium resoluunt, ex ea ratione, quod Confraternitates loca pia non sint, vt voluere Corneus, & Patius, quos refert, & sequitur Menoch. *d. remed. 15. recuperande, num. 34.* quod quidem non sufficit: quamuis enim ex dictis verum sit Confraternitates loca pia, seu religiosa non esse, sunt tamen pijs causis annumerandæ, at de omnibus pijs causis falcidiam non deduci expressè de-

cidit Imperator in *d. Authent. similiter,* cum similibus, imò ipso iure Digest. hoc priuilegium pijs causis fuisse concessum contendit Tiraq. *dist. loco,* sed melius per text. in *l. 1. §. ad municipium,* & in *l. Titij, in princip. ff. ad l. falcidiam,* contra Cuiac. resoluit Costa *num. 20.* & Peregr. *num. 62.* Donel. *d. §. vtrum autem, ad locis.* Vnde etiam supposita communi sententia, quæ resolutio similiter ex fideicommissis vniuersalibus, quæ ad pijs causas relinquuntur, Trebellianicam non deduci, vt docent Bar. Bald. Salic. & alij in *d. Authent. similiter,* & plures, de quibus Tiraquell. *priuil. 27.* & post Couar. *consil. 119. vbi supra,* communem esse vtriusque iuris Doctorum sententiam locatur Costa *num. 21.* & latè Peregr. *à num. 62. dd. locis:* sequitur etiam Trebellianicam deducendam non esse de huiusmodi fideicommissis, si confraternitatibus relinquatur, vt post Paul. Castrenf. notant Mascard. Valasc. & Gutier. proxime citatis locis.

53 **Sexto inferitur ad præscriptionem rerum pertinetium ad Hospitalia,** & Confraternitates, quæ Episcopi auctoritate instituta sunt, tempus quadraginta annorum necessarium requiri: diximus enim huiusmodi hospitalia, & Confraternitates Ecclesiastica censeri, & vti talia eorum bona pijs gaudere priuilegijs, quæ res Ecclesiasticis conceduntur; sed constat quæ res Ecclesiarum minori spatio, quam quadraginta annorum præscribi non posse, *cap. ad aures, c. siud, cap. de quarta,* cum multis similibus, de *prescript.* Igitur merito hanc illationem deducunt Abb. per text. ibi in *cap. accedentibus, notab. 2. de priuileg.* quatenus agens de præscriptione contra Hospitalarios exigit hanc quadraginta annorum præscriptionem, sequuntur Felin. in *d. cap. de quarta, à num. 2.* Balb. *de prescript. prima par. quinta in princip. à num. 5.* Padil. in *l. 2. à num. 45. C. de seruic. vbi num. 50.* non occupatim agit de Confraternitatibus, Valasc. *d. consil. 105. num. 42.* Azueud. *d. l. 10. num. 28.* contrarium expressè resoluunt in Hospitalibus, & Confratris institutis sine Episcopi auctoritate, quia ex dictis profana sunt, nec subinde Ecclesiæ gaudent priuilegijs, vt resolutio ultra præcitatos sic intelligendum Conc. *consil. 119. num. 27. volum. 2.* & post eum Marta de *iurisd. par. 4. centuria 2. casu 113. num. 14.* nouissimè me citato in hoc loco Homobon. *de examine Ecclesiast. tract. 10. cap. 4. quæst. 13. resolut. 3. vers. quo etiam,* & Nouar. *d. q. 54. num. 15.*

55 **Quæ sententia, licet ex nostra principali resolutione rectè deduci videtur,** inaduertenter tamen Abb. & reliqui ad eius comprobationem adducunt text. in *d. c. accedentibus:* Hospitalarij enim de quibus ibi, verè religiosi sunt, nec dubium est bona, quæ ad ipsorum pertinent religionem, verè Ecclesiastica censeri. Quare melius probatur illatio ex eleganti decisione text. in *Authent. de Ecclesiast. tit. §. pro temporalibus, collat. 9.* vbi expressè decidit contra Ecclesiæ, & alia loca venerabilia solum quadraginta annorum præscriptionem opponi posse, & addit deinde hoc ipsum generaliter seruandum esse in exactione eorum, quæ ad pijs causas relinquuntur, ex quo ultra præcitatos ita notantur plures alij, de quibus Tiraquell. *pia causa priuil. 139.* Couar. in *regul. passior. par. 2. §. 2. num. 3. vers. imò,* Molin. *de iustitia tractat. 2. disp. 72. vers. hoc verò priuilegium.* Vnde absurdum non erit, si quis dicat hoc priuilegio in materia præscriptionis gaudere Hospitalia, & Confraternitates ad pijs vsus, siue cum Episcopi auctoritate, siue absque ea fuerint instituta; cum enim iam ex dictis patet Hospitalia, & Confraternitates, de omnibus pietatis opera exerceantur, pijs causis annu-

merari, quia defectus auctoritatis Episcopi efficit, ne religiosa, seu Ecclesiastica sint, non tamen impedit quominus piæ sint, ex text. in *dist. §. pro temporalibus.* generaliter hoc quadraginta annorum priuilegium concedens pro omnibus præscriptionibus eorum, quæ ad pijs causas relicta sunt, non rectè communis videtur in hoc proposito distinguere inter Hospitalia, & Confraternitates, quæ auctoritate Episcopi, vel sine illa instituantur, sed in omnibus indistinctè debet admitti, ex regula *d. §. pro temporalibus,* vt bene considerabat Fulgositius in *l. omnes, num. 13. C. de sacrosanctis Ecclesiis,* à quo ritubans recedit Padil. in *d. l. 2. num. 46.* & audacius, & minus rectè Valasc. *consil. 105. num. 42. ad fin.* Ampliatque hæc resolutio, vt procedat etiam, quando vna confraternitas contra alteram vult præscribere, vt in vna Ecclesia contra alteram præscribente probat text. in *d. c. ad aures,* & in *d. c. de quarta,* cum similibus, de quibus Tiraquell. *d. priuilegio 26. vers. contrarium,* Balb. *n. 4.* & Couar. *num. 3. d. locis.*

56 **Septimo inferitur Hospitalia,** quæ Episcopi auctoritate fuerint instituta, gaudere immunitate Ecclesiastica, ita vt delinquens ad illa confugiens securus sit, resoluunt Padil. in *d. l. 2. num. 49.* Couar. *lib. 2. variar. cap. 20. num. 4. in fin. vers. 3. constat.* Renat. Chop. in *lib. 2. Monasticorum, sine de iure cenobiorum tit. 1. art. 27.* Mascard. *de probat. concl. 869. num. 18.* Farin. in *praxi criminali, quæst. 28. num. 36.* Decian. *tract. crimin. lib. 6. cap. 24. num. 32. & c. 35. num. 18. & 19.* Soar. *de relig. tom. 1. in tract. de locis sacris, lib. 3. cap. 9. num. 9.* Cura Philippica *p. 3. §. 12. num. 1.* Flores de Mena *variar. lib. 3. quæst. 21. num. 175. & sequentibus,* [Giurba *consil. 10. num. 4. vers. & si hospitale.*] Valasc. *consil. 105. num. 43.* Bobadil. in *sua politica lib. 2. cap. 14. num. 80.* Azor. *instit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 8. col. 1023.* Cardoso. in *praxi iudicium, & aduocator. verb. Ecclesiæ, n. 75.* Nicol. Garcia *de benef. par. 5. cap. 1. num. 61. & 62.* Camill. Borel. in *summ. annuum decis. sub tit. de his, qui ad Ecclesias confugiunt num. 64.* Ladou. Miranda *de Ordin. iudic. q. 16. art. 7. concl. 2. in fine.* [me citato in hoc loco Ciardin. *controuers. forens. lib. 1. cap. 116. num. 7.*]

57 **Ordinarij, vt ad rem redeamus,** in petenda ratione ab administratoribus piorum locorum debent esse solliciti, ipsi enim administratores tam Ecclesiastici, quam Laici fabricæ cuiusvis Ecclesiæ, etiam Cathedralis, Hospitalis, confraternitatis, elemosynæ montis Pietatis, & quorumcumque piorum locorum rationem reddere tenentur singulis annis suæ administrationis, Ordinario, consuetudinibus, & priuilegijs quibuscumque in contrarium sublati, nisi secus fortè in institutione, & ordinatione talis Ecclesiæ, seu fabricæ expressè cautum esset. Hæc sunt formalia ferè verba Concilij Trident. *sess. 22. de reform. cap. 9.* de cuius materia vide Gutier. *lib. 1. cap. 35. num. 19.* & seq. Flores *variar. lib. 3. quæst. 21. num. 180. cum multis sequentibus.* Stephan. Gratian. *disceptation. forens. cap. 395.* Aloyl. Ricc. in *colleç. decis. par. 3. colleç. 714.* Gonzal. *ad regul. 8. Cancell. glof. 5. num. 45. & glof. 29. num. 3.* Marta *de iurisd. par. 2. cap. 18. num. 69. & 10.* Rota Roman. *apud Farin. decis. 355. par. 1. tom. 1. recentior.*

58 **De omnibus locis pijs Episcopo ratio reddenda est** ab administratoribus, siue ea sint publica, siue priuata, Ecclesiastica, vel laicalia, refert decisum Armend. in *addit. ad Recopil. legum Navarra lib. 1. tit. 18. l. 7. n. 78.* & Possunt ab huiusmodi administratoribus rationes administrationis exigi, donec coram eodem Ordinario

Ordinario doctum fuerit de institutione, in qualescuscumque expressè cautum sit, prout decisiu referit Márta de iurisdic. d. loco. & t. Episcopi valent laicos compellere ad executionem, vt tenent Stephan. Gratian. *Marchia decis. 189. dub. 2.* quem referit Aloyf. Ricc. d. collect. 714. in fin. Et hæc potestas transit in Capitulum Sede vacante; Quarant. in summ. Bullarij, verb. Capitulum, vers. 7. pag. 136. Zerol. in praxi Episcopalis. par. 2. verb. Capitulum, §. 9.

62 Si quis autem administrator piorum locorum videns se constructum ad reddendam rationem suæ administrationis appellaret, licet admittatur appellatio, non propter hoc impeditur, aut suspenditur executio, ita referit decisiu Zerol. in praxi Episcopalis, par. 1. verb. Hospitalis, §. 3. vers. 6. me citato in hoc loco Homobon. dist. quæst. 13. resolut. 3. vers. aduerte.

63 Et t. quamuis tantum semel in anno Episcopis videtur concessa potestas exigendi rationes à prædictis administratoribus, tamen pluries repeti possunt, præcipuè quando Episcopo constiterit illas dolose redditas fuisse, vel quando redditio non fuit finalis, & plena cum restitutione reliquorum, ita Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici resolut. 134. in 2. edit.

64 De Confraternitate illa, quæ Montis Pietatis dicitur, cuius ineminit Concilium Tridentinum dist. cap. 9. multa tradunt Doctores, quos plena manu referit Cened. ad Decretal. collect. 41. num. 2. apud quos videre poteris [plura in comprobationem horum montium omnino pauperum refugio necessarium, quibus addo Molfes. in sum. Theolog. moralis tract. de contract. tit. 12. cap. 7. num. 25. tom. 2. nouissimè Nouar. d. sect. 2. quæst. 57. & 58. Sigism. Scacc. in tract. de commerc. §. 1. q. 1. num. 440. cum seq.] Petr. Gregor. de republ. lib. 13. cap. 16. à num. 9. Baptista Geminia. de usuris, comment. 3. §. 3. plenè Perez de Lara, de Capellanis, lib. 1. cap. 23. Quarantam in summa Bullarij, verb. Montis pietatis, Bonacin. de contract. disput. 3. quæst. 3. puncto 12. & melius quàm omnes de illius validitate, & occurrentibus dubiis tractantur ex religiosissimis Patribus Societatis Iesu, Toletus in instructione Sacerdotum, lib. 5. cap. 38. num. 5. Valent. tom. 3. disput. 5. quæst. 23. puncto 4. Ban. quæst. 78. art. 4. ad finem, Molin. de iustitia, tractatu 2. disput. 325. Lessi. eodem tractatu lib. 2. cap. 20. dub. 23. Rebell. de obligat. iustitia par. 2. lib. 8. quæst. 13. Paul. Comitoli. respons. moral. lib. 3. quæst. 35. Azor. institut. moral. par. 3. lib. 5. cap. 8. Valet. Reginald. in praxi fori penitentialis, lib. 23. num. 207. Salas de contract. tractatu de usur. dub. 33. num. 3. [An constitutio s. mem. Pauli V. prohibens dispositionem pecunia Montium pietatis in alios quam pauperum usus in ipsorum Montium erectione prescriptos absque sedis Apost. licentia, comprehendat dispositionem frumenti eorumdem Montium, quod minus datur pauperibus, Sacra Cong. Cardinalium negotiis Episcoporum præposita censuit huiusmodi constitutione prohiberi etiam dispositionem frumenti in alios quam pauperum usus iuxta modum & formam in erectione Montium prescriptam. Romæ die 14. Februarij 1631. Fr. Antonius Card. S. Honorij, P. Fagnanus Secret.]

65 Cætera de visitatione si scite cupias, consule Doct. in cap. 1. de censibus, lib. 6. Pauin. in tract. de visitatione, qui & baculum pastoralis inscribitur, Petr. Subert. de cultu vineæ, Socinum de visitatione, Fulcum de visitatione, Paulum Salodium in praxi compendiosa de visitatione, Felicianum Comense in manuali visitationum, Mathæum Soarez Lusitan. in praxi visitationum, Altamiranu de visitatione, Alphonsu à Villadiego in speculo visitationum, Anib. Rocca de visitatione.

ALLEGATIO LXXVI.

Episcopo prædicandi munus quando incumbat?

S V M M A R I V M.

- 1 Predicationes populo facere præcipuum Episcoporum munus est.
- 2 Predicatio Episcopo non conceditur extra suam diocesim, cum possit prohiberi ab Ordinario loci.
- 3 Prærogatum Episcoporum, vt per vniuersum mundum possint prædicare intelligitur, nisi in alienis diocesibus prohibeantur ab Episcopis locorum.
- 4 Predicationis munus si Episcopi impediti populo facere non valent, ad illud salubriter exequendum viros assumere debent.
- 5 Predicatorum deputandi munus ad Episcopum pertinet impeditum aliqua causa ex relatis in cap. inter cætera, de offic. Ordin.
- 6 Predicatoris electio, & deputatio ad solos Episcopos in eorum Cathedralibus spectat, nulla habita ratione cuiuscumque consuetudinis, etiam immemorialis.
- 7 Capitulum in electione concionatoris in Ecclesia Cathedrali nihil potest.
- 8 Predicatores pro Ecclesiis suæ diocesis à solo Episcopo absque Capituli consensu deputari possunt.
- 9 Predicatoris munus obire per se volentes, qui animarum curam habent, non debent prohiberi.
- 10 Predicator pro sola obligatione concionandi potest exigere pretium, locando libertatem suam.
- 11 Predicatores deputandi sunt impensis eorum, qui eos præstare tenentur, vel solent.
- 12 Consuetudo ubi viget, quod populus soluat concionatori, est seruanda.
- 13 Predicatorum solita merces nulla ex parte à pensionariis est exigenda, atque minus si populus hos sumptus facere solebat.
- 14 Predicatoribus mercedem solitam exhiberi communitas dare debet, si ex consuetudine immemoriali constat eam olim fuisse illis exhibitam.
- 15 Predicator pro quadagesima quorum expensis se conducendus quando dubitatur, debet Episcopus interim proprio sumptu conducere illum.
- 16 Parochus quando nullum adest solitum, nec consuetudo si habeat redditus sufficientes, soluere tenetur predicatori; si vero sit pauper, tunc tenetur populus.
- 17 Predicatores Regulares prædicare volentes in Ecclesiis sui ordinis debent à Superioribus de vita, moribus, & scientia examinari, & approbari, & obtenta ab eis licentia, cum ea personaliter se coram Episcopo presentare, & ab eo benedictionem petere.
- 18 Regulares prædicare volentes in Ecclesiis, quæ sui Ordinis non sunt, ultra licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam impetrare coguntur.
- 19 Regulares quando in Ecclesiis suorum ordinum prædicare volunt, obtenta suorum Superiorum licentia, debent ab Episcopo petere benedictionem, si tamen eam minime obtinuerint.
- 20 Regulares predicatores quando in Ecclesiis suorum ordinum

ordinum inuitis, aut contradicentibus Episcopi prædicare non possint, ostenditur.

21 Predicatori idoneo non est deroganda licentia prædicandi, nec potest eum Ordinarius ad libitum, & sine rationabili causa suspendere à predicatione.

22 Predicatore si Episcopus suspendat, non tenetur causam exprimere quare ad hoc prohibendum moueatur.

23 Predicatores Regulares an possint de doctrina examinari ab Episcopis, ostenditur.

24 Regulares in Ecclesiis, quæ suorum ordinum non sunt, absque Episcopi licentia predicatores, non ab eo, sed à suis Superioribus puniri debent.

25 Parochus, vt in sua Ecclesia prædicetur potest dare licentiam approbatis ab Ordinario.

26 Parochus pro diuitibus, aut tribus vicibus potest impune prædicandi licentiam concedere alicui viro docto, & noto Regulari, siue seculari nondum presenato coram Episcopo, saltem si semel fuerit approbatus ab aliquo Ordinario, & Episcopatus constitutio non prohibeat.

27 Religio Societatis Iesu habet prærogatum, vt sui predicatores ab aliquo Ordinario semel approbati, & à suis Superioribus deputati, possint prædicare verbum Dei, non repugnantibus Curis in oppidis & locis, ubi non adest Episcopus.

28 Regulari potest Episcopus interdicare ne prædicet licentia non petita, etiam non reddita causa.

29 Constitutiones Pij V. quibus concessum erat regularibus, vt irrequisto, & contradicente Episcopo prædicare possent, & per Gregorium XIII. reuocate, & ad terminos iuris, & Concilij Trident. redacta fuerunt.

30 Predicare debent, vel facere prædicare Episcopi tempore Quadagesimæ, & Aduentus Domini.

31 Episcoporum arbitrio relinquuntur an tempore Quadagesimæ, & Aduentus quorundam, vel tribus diebus in hebdomada, vel minus prædicandum sit.

32 Correctores ciuitatum facere possunt, etiam veniente Vicario generali, vt saltem omnibus diebus Dominicis, & solemnibus festis populo prædicatio fiat.

33 Professionem Fidei exigere debent Ordinarij à Regularibus antequam officium prædicandi assumant.

34 Parochia sua interesse vnusquisque tenetur pro audienda predicatione, si commodè id fieri potest.

35 Populus admonendus est, vt diebus Dominicis, & festis maioribus frequenter suas parochias, excommunicandis tamen non est, si admonitioni non paruerit.

36 Populus non potest Ordinarius cogere nullis, vel penis ire ad audiendum sacram concionem, & Missam in Ecclesia Parochiali.

37 Doctrinam Christianam, & Fidei rudimenta prioris in singulis Parochiis Dominicis, & aliis festis diebus edocendam meminit Concil. Tridentin. sess. 24. de reformat. cap. 4. in fine.

38 Ordinarius an possit nullis & penis cogere pueros ad discendam doctrinam Christianam, ostenditur.

39 Fidei rudimenta, ad quæ tenentur sub peccato mortali, qualia sint, ostenditur.

40 Absoluentis an sit ille, qui orationem Angelicam, de Episcopo Pars III.

cam & Dominicam, Symbolumque Fidei, ac præcepta Decalogi, ediscere non curat.

41 Matrimonium ne contrahant an possint impediri illi, qui orationem saltem Angelicam, & Dominicam non didicerint.

42 Predicationis munus committi potest Sacerdoti, aut aliis duobus sacris Ordinibus insignitis.

43 Cap. adiciimus 16. quæst. 1. declaratur.

44 Prædicare non est actus proprius alicuius Ordinis, sed potius iurisdictionis.

45 Prædicandi munus per Episcopum committi potest etiam clerico, qui non sit in Sacris constitutus.

46 Predicatio tempore cuiuscumque interdicti licita est.

47 Predicatores verbi Dei quales esse debeant, ostenditur.

48 Predicatoribus errores, aut scandala disseminantibus in populum, quamuis Regulares sint, potest Episcopus predicationem interdicare, etiam in suis monasteriis.

49 Contra predicatores etiam Regulares hæreses prædicantes procedit Episcopus.



AXIOMVM ac præcipuum munus Episcopi est [prædicandi, & docendi, vt probat A'zed. de præcellen. Episcop. dignitat. par. 1. cap. 13. num. 98. &] ostendit Apostol. dum scribens ad Titum Episcopum ait: Prædica verbum, infra opportunè, importunè, a g'ue, obsecra, increpa, & post pauca. Opus, inquit, sic Et angeliste ministerium tuum imple. Christus quoque Apostolos suos, quos constituit Episcopos, mittens in mundum vniuersum prædicare iussit Euangelium omni creaturæ, neque id tantum, sed docere etiam omnes gentes, ea quæ pertinent ad salutem. Hinc Euaristus Papa in cap. sicut vir. 7. q. 1. sic ait. Episcopus debet opportunè, & importunè, atque sine intermissione Ecclesiam docere, & illa cum tanta reuerentia eius doctrinam suscipere debet, eumque diligere, vt legatum Dei, & præconem veritatis. Vnde idem Summus Pont. in c. Diaconi il. 2. 93. dist. prædicanti Episcopo septem Diaconos instituit, qui cum, dum Euangelicæ predicationis officio fungeretur, diligenter custodient, eique prædicanti assisterent, propter honorem verbi Dei, & propter testimonium veritatis, nam secundum Apost. ad Timoth. 3. oportet Episcopum testimonium habere bonum ab eis, qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat. Vnde & ad Titum 2. verbum inquit Episcopi sanum opus esse, & irreprensibile, ut is, qui ex aduerso est, vereatur nihil mali inueniens quod opponere valeat, & obseruat gl'os. verb. præsumat in c. nullus Episcopus, de consecr. dist. 1. quod Mitram, & Baculum debet habere Episcopus cum prædicat, quia tunc allegat causam Dei apud populum.

Est igitur predicationis munus præcipuum Episcopi, cap. Episcopus il. 3. 88. dist. Concil. Trid. sess. 5. de reform. cap. 5. Campan. in diuersorio Iuris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 13. [E'rid ex pluribus Conciliis comprobatur Petr. de Bollo in æconomia Canonica class. 3. c. 3. §. 1. pag. 375. cum seqq.] Intra suam scilicet diocesim, extra illam enim non conceditur ei prædicatio, cum possit prohiberi ab Ordinario, cuius est diocesis, ita declaratum fuisse per Clementem VIII. referunt Piafec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 3. num. 16. Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 20. n. 23. Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. decis. 180. par. 2. & in praxi fori Ecclesiast. decis. 543. in 1. edit. & resolut. 465. per totam in 2. edit. Campan. d. cap. 13. num. 7.

num. 7. in princip. Stephan. Gratian. *disceptat. forens.* cap. 393. a num. 9. ubi num. 1. resoluit, quod privilegium Episcoporum, ut per universum mundum possint predicare, iuxta illud *Matth. 9. Marc. ultim. in cap. in novo. dist. 21.* intelligitur, nisi in alienis diocesis prohibeantur ab Episcopis locorum, quasi potestas predicandi sit intelligenda in proprio populo; non in alieno. Fusch. *dist. cap. 10. num. 23. in fine.* [Vnde laborare summopere debet Episcopus, ut quando potest predicet, alias sciat se non esse immunem à peccato mort. ut tenet nouissimè Lauret. de Franchis in *controuerf. inter Episc. & Regular. pag. 150. in resp. ad 13.*]

Si verò Episcopi, Archiepiscopi, Primates, vel alij Ecclesiarum Prælati legitimo detineantur impedimento, tunc viros idoneos ad sancta prædicationis officium salubriter exequendum, potentes in opere; & sermone, assumere debent, qui plebes sibi commissas, verbo edificent, & exemplo, iuxta *cap. Episcopus nullam, 88. dist. 11. & Concil. Trident. sess. 5. de reformat. cap. 2. & sess. 24. de reformat. cap. 4.* [Filelac. *de sacra Episcop. auctor. cap. 1. §. 4. & cap. 15. me citato in hoc loco Alzed. dist. par. 1. cap. 13. num. 100.*] ex quibus duobus Concilij Trident. decretis, teneri etiam hominibus per se, vel per alios exequi Archiepresbyteros, Plebanos, & quoscumque alios Parochiales, vel alijs curam animarum habentes, Ecclesias quouis modo obtinentes, edocemur, quinimò, & in eos continentēs hoc adimplere etiam in exemptis exandescere valeant supradicti Episcopi, tanquam Delegati Apostolici, in eisdem capitibus statuitur, quibus etiam ea adhibetur cautio, ne quis Regularis, aut secularis concionetur, nisi examinatus, probatus, & prædicandi licentiam adeptus, Aloyf. Ricc. in *praxi aurea resolut. 290.* Nam prædicans sine licentia Episcopi in excommunicationem incurret, *c. excommunicantes, il primo, §. quia verò, de hæret. Rendiria in promptuario recepti. sent. tom. 1. tit. 17. num. 24.*

Munus, deputandi prædicatorem ad Episcopum pertinet impediri aliqua causa, ex delibatis in *cap. inter cetera, de off. ord. nisi in contrarium sit consuetudo ab immemoriali tempore, ita decisum referunt Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. prædicatio §. 7. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. p. 1. cap. 8. sub num. 4. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarrae lib. 4. tit. 30. lib. 3. de prædicatoribus sacra Scriptura, num. 2. Campanil. *dist. cap. 13. num. 14.* † Electio tamen, & deputatio prædicatoris in Cathedralibus Ecclesiis ad solos earum Episcopos spectat, nulla habita ratione cuiuscunque consuetudinis, etiam immemorialis, qua talis deputatio Capitulo, vel Episcopo, vna cum Capitulo, siue de eius consilio, aut cuius alteri competeret: in alijs vero Ecclesiis non est sublata immemorialis consuetudo nominandi, vel præsentandi prædicatorem pro illis Ecclesiis, decisum refert Armendar. *dicto loco num. 11. & 15. & 18.* [& Lauret. de Franchis ubi supra pag. 149. in resp. ad 9.] Et ita † Capitulum in electione concionatoris in Cathedrali nihil potest, Armendar. *num. 21.* † Et pro alijs Ecclesiis à sola Episcopo absque ipsius consensu deputari possunt huiusmodi prædicatores, Armendar. *n. 2.* † Et si curatores animarum per se volunt munus prædicatoris obire, non debent prohiberi. Armendar. *num. 20.**

Et cum concionator possit pro sola obligatione exigere pretium locandò libertatem suam, ut resoluit Vgolin. *de simon. tab. 1. cap. 9. §. 1. num. 6. & §. 2. num. 3. & cap. 44. §. 2. num. 19. in fine,*

Cardinal. Tolet. in *summ. lib. 5. cap. 88. num. 6.* videndum est quis debeat expensas subministrare, & quidam per Concil. Trident. *dist. cap. 4. ibi vel tenentur, vel solent,* aperte fatetur † deputans prædicatores impensis eorum, qui eos præstare vel tenentur, vel solent; quod etiam pro Ecclesiis Cathedralibus intelligendum dicit decisum Armendar. *dicto loco num. 17.* [Lauret. de Franchis loco proxime citato.] Tamen in optione Episcoporum est virum ipsi malint prædicatores eligere, aut deputare, quando populus illos, etiam ab immemoriali tempore, eligere, & nominare consuevit, vel prædictam nominationem ex immemoriali consuetudine relinquere, ita tamen, ut si Episcopus electionem deputationemque prædicatoris facere voluerit, populum ad erogandas elemosynas non compellat, siñ vero populum prædicta facultate erigendi prædicatorem Episcopus vti sinat, eundem populum cogere poterit ad eas expensas & elemosynas prædicatori præstandas, quas ipse populus in hanc causam præstare solitus est, refert decisum Armendar. *dicto loco num. 11. & 17.*

In Ecclesiis verò inferioribus, ubi viget consuetudo, quod populus soluat concionatoris, ea est seruanda, nisi forsitan facultas nominandi prædicatorem vniuersitati ab immemoriali tempore competeret, & Episcopus talem nominationem sibi vendicauerit, ita decisum refert Armendar. *dicto loco num. 22.* [nouissimè me citato in hoc loco Sperl. *decif. 70. à princ.*] Et † merces, quæ prædicatoribus tribui solet, nulla ex parte à pensionarijs est exigenda, atque eò minus si populus hos sumptus facere solbat, idem Armendar. *num. 23.* Si ex publico ciuitatis ærario concionatori solent elemosynæ dari, ea consuetudo seruanda est, *ibid. num. 24.* Sic etiam † prædicatoribus mercedem solitam exhiberi communitas dare debet, si ex consuetudine immemoriali constat eam olim fuisse illis exhibitam, refert decisum Galer. in *Margarita casuum conscientia, verb. prædicatores, 1.*

Dum est dubium, quorum expensis sit conducendus concionator pro quadragesima, debet Episcopus interdum proprio sumptu conducere illum, decisum referunt Zerol. in *praxi Episcop. par. 1. verb. prædicatio, §. 7.* Armendar. *dicto loco num. 4.* Si verò nullum adest solitum, nec consuetudo, soluet Parochus si habeat redditus sufficientes, nam cum sit proprium onus ipsius parochi per seipsum, vel alium idoneum verbum Dei prædicare, tenetur, ut in Concil. Trid. *dist. cap. 2.* si per seipsum non potest, debet per alium proprijs expensis supplere. † Si verò parochus est pauper, qui ex redditibus, & emolumentis Ecclesiæ expensas necessarias prædicatori subministrandas sustinere non possit, tunc populus tenebitur, cum sit rationi consonum, quod Prædicatores tali casu ab iis, quibus seminant spiritualia, temporalia metant. Paul. 1. *ad Corinth. cap. 7. cap. cum ex officij, circa finem, de præscript.* [me citato nouissimè Spinel. *d. decif. 70. n. 15.*]

Prædicatores Regulares prædicare volentes in Ecclesijs sui Ordinis debent à Superioribus de vita, moribus, & scientia examinari, & approbari, & obtemperare ab eis licentia, cum ea personaliter se coram Episcopo præsentare, & ab eo benedictionem petere, sine qua illis prædicare non conceditur, Concil. Trident. *sess. 5. de reformat. cap. 2. ibi, cum qua licentia personaliter coram Episcopis se præsentare, & ab eis benedictionem petere tenentur, antequam prædicare incipiant.* Quod † si in Ecclesijs,

Ecclesijs, quæ sui Ordinis non sint, prædicare velint, vltra licentiam suorum Superiorum, etiam Episcopi licentiam impetrare coguntur, sine qua nullo modo valent prædicare in Ecclesijs non sui Ordinis, ex dispositione Concilij Trid. *dist. cap. 2. ibi, In Ecclesijs vero, quæ suorum Ordinum non sunt, vltra licentiam Superiorum, etiam Episcopi licentiam habere tenentur, sine qua in ipsis Ecclesijs non suorum Ordinum nullo modo predicare possunt, ipsam autem licentiam gratis Episcopi concedentes, resoluunt Vgolin. de potestate Episcopi cap. 12. §. 2. num. 4.* optimè Miranda in *manuali Prælatorum, tom. 1. quest. 50. artic. 2. Campanil. in diuersorio iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. à num. 6.* Aloyf. Ricc. in *praxi aurea resolut. 290.* Homobon. *de examine Ecclesiast. tract. 2. cap. 3. quest. 36.* [Alzed. *d. p. 1. cap. 13. n. 102.* Laurent. de Peirinis *tom. 1. de subditio q. 1. de obedient. cap. 22. Gauant. in man. Episcop. verb. Concio sacra n. 16. §. 1. §. 3. & §. 4. Lezana in sum. quest. Regul. p. 1. cap. 20. n. 2.*]

Super quo reperi decimam Regulares in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare volentes, non teneri ab Episcopo licentiam obtinere, sed tantum à suis Superioribus de vita, moribusque, & scientia examinari, & approbari debere, ac ab eis habere licentiam, & cum ea se personaliter coram Episcopo præsentare, ab eoque petere benedictionem, tamen eam minime obtinuerint, referunt Armendar. in *addit. ad recopil. legum Navarrae lib. 2. tit. 18. l. 7. de religionib. num. 56.* Fr. Emman. *quest. Regular. tom. 3. q. 32. art. 5.* Aloyf. Ricc. in *decif. Curie Archiep. Neapol. decif. 119. par. 2. & in praxi fori Ecclesiast. resolut. 633. in 2. edit.* Galer. in *margarita casuum conscientia, verb. licentia, Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 18. num. 123.* [Laurent. de Peirinis *d. cap. 22. Lezana dist. cap. 20. num. 3.*]

Prædicatores Regulares, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum inuitis, aut contradicentibus Episcopis, prædicare non possunt, ut probat Concil. Trid. *sess. 24. de reformat. cap. 4.* ubi dicitur ne vllus secularis, siue regularis, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum contradicente Episcopo prædicare præsumat, Campanil. *dist. cap. 13. num. 8.* Miranda *d. quest. 50. art. 3. conclus. 1.* ubi dicit supradictum decretum de non prædicando contradicente Episcopo, quoad Regulares, intelligendum esse ad limitandum de illo tempore, & hora, qua Episcopus prædicare voluerit, aut coram se facere solemniter prædicari, non vero alijs, ne sibi ipsi contraire videatur, dum primo scilicet *sess. 5. de reformat. cap. 2.* concedit prædicatores Regulares prædictos in Ecclesijs suorum Ordinum cum sola Episcoporum benedictione posse prædicare, etiam non habita expressa licentia: postmodum vero in prædicto decreto præcipitur, ut non præsumant prædicare, etiam in Ecclesijs suorum Ordinum contradicente Episcopo. [Laurent. de Peirinis *ad prinil. Minim. tom. 1. c. dist. 2. Greg. XIII. §. 2. n. 21. me citato in hoc loco Diana moral. resolut. p. 3. tract. 2. resol. 58.*] † Si præsentatus Ordinatio fuerit prædicator idoneus, iuxta *cap. 2. sess. 5. de reformat. non est ei deneganda licentia, nec potest Ordinarius ad libitum, & sine rationabili causa suspendere à prædicatione: ita Armendar. in additionibus ad recopil. legum Navarrae, lib. 4. tit. 30. l. 3. de Prædicatoribus, num. 8. & 9.* † Si tamen suspendat, non tenetur causam exprimere, quare ad hoc prohibendum moueatur, prout refertur decisum Francisc. Leo in *thesauro fori Ecclesiastici for. 1. cap. 8. num. 9.* Campanil. *dist. cap. 13. num. 8.*

Dubitat tamen, an Regulares concionatores

Dubitat tamen, an Regulares concionatores Barbos. *de Episcopo Pars III.*

possunt ab Episcopis examinari de doctrina? In qua questione Henriq. in *summa lib. 10. cap. 23. in commento liter. L,* tenet Episcopos posse examinare Regulares ad Ordines, Confessiones, & conciones, cui resolutioni stipulati videtur Fr. Emman. *question. Regularium, tom. 2. questio. 32. art. 6.* dum vult Regulares tunc ab vno Ordinario approbatos fore iterum approbandos, si rursus prædicare velint. Ex quibus verbis ostendit non modo illos esse probandos, idest examinandos circa doctrinam, verum etiam insuper denuò examinandos. Verum quamuis Episcopi interdum examinent prædicatores, & iuxta Concil. examinare eos possunt, si idem fit ferendum iudicium omninò de Confessoribus, ac de Prædicatoribus, non tamen id ex verbis Concil. Tridentini. *dist. cap. 2. colligitur,* quin vero contrarium; nam prædicatorum examen de vita, moribus, & scientia Superioribus committitur, seu potius de iure supponitur esse commissum, pro peracto examine, & approbatione facta, & licentia ab eisdem concessa dicitur, quod etiam in Ecclesijs suorum Ordinum prædicare non possunt, priusquam cum eadem licentia personaliter coram Episcopis se præsentent, atque ab eis benedictionem petant, ubi nulla sit mentio, ut satis constat, de examine ab Episcopis faciendo, sed solummodo de benedictione petenda: ita [Hieronym. Roder. in *compend. questio. Regular. resolut. 112. num. 2.* Mauric. Alzed. in *praxi Episcop. par. 2. cap. 13. num. 104.* Diana *moral. resolut. par. 4. tractat. 4. resolut. 22.*] Miranda *dist. quest. 50. art. 2. conclus. 1. in med.* Et Concil. *dicto loco* non inficit consuetudinem in contrarium fortè existentem, ideo si alicubi longo vsu obtinuit esset examinari circa doctrinam prædicatores omnes, etiam Regulares, seruari poterit, ut resoluit Campan. *dist. cap. 13. num. 9.*

Prædicatores Regulares in Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia prædicantes, non ab eo, sed à suis Superioribus puniri debent, prout decisum refert Zerola in *praxi Episcop. verb. excommunicatio casu materialis, §. 4.* Piasc. in *summi praxi par. 2. cap. 3. num. 41. verb. prædicans, Quaranta in summa Bullar. verb. privilegia Regularium, Campanil. dist. cap. 13. num. 10.* [Tamburin. *de iure Abbatum tom. 2. disput. 11. quest. 4. num. 3.* Hieron. Roder. in *compend. quest. Regular. verb. prædicatores, num. 1.* Flau. Cherubin. in *compendio Bullar. tom. 2. super Bull. 41. Pij V.*] Hodie ex nouissima Constit. S. N. Greg. XV. *Inferuabile, sub Dat. Nonis Februarij 1622.* aliter se habet, eius autem verba sunt, quæ sequuntur. *Ac demum habeat Episcopus tanquam dicta Sedis delegatus auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos non seculares, quam Regulares, qui in alienis Ecclesijs, quæ suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia, & in Ecclesijs suis, aut suorum Ordinum non petita illius benedictione, aut ipso contradicente prædicare præsumserint.* [me citato in hoc loco Diana *moral. resolut. par. 3. tract. 2. resolut. 111.* Lezana *dist. cap. 20. num. 3.*]

Parochus ut in sua Ecclesia prædicetur, potest dare licentiam approbatus ab Ordinario, ut refert decisum Galer. in *margarita casuum conscientia, verb. parochus, 3.*

Alicui verò viro docto & noto, Regulari, siue seculari, nondum præsentato coram Episcopo licentiam

tiam prædicandi, potest parochus præstare pro duabus, aut tribus vicibus, nec sic prædicans peccatum committeret mortiferum, quod iuxta *cap. excommunicamus*, §. quia verò, de hereticis, patret quis si sine legitima facultate concionaretur, ita Navar. in *manuali cap. 25. num. 141.* Henric. in *summa lib. 7. cap. 16. prop. finem, & cap. 28. §. 8. vers. parochus*, Fr. Emman. *quest. Regular. tom. 3. quest. 32. art. 1.* Campanil. *d. cap. 13. num. 11.* Miranda *dict. quest. 50. art. 4. concl. 1.* [Villal. in *sum. tom. 2. tract. 35. diff. 5. num. 2.* Diana *d. resolut. 111. vers. notat etiam.*] Saltem si prædicator semel fuerit approbatus ab Ordinario, & Episcopatus constitutio non prohibeat. Possuin. *de officio Curati c. 3. n. 4.* Sed quia hoc ipsum fieri possit ex speciali privilegio, absque illo non esse admitendum probabilis ducio: nam Gregorius XII concessit Societati Iesv, quod huius Sacre Religionis Confessarij, ac Prædicatores ab aliquo Ordinario semel approbati, & à suis Superioribus ad huiusmodi munera deputati, quandoque sine mari, sive terrarum faciunt, possint, non repugnantibus tamen Curatis parochialium Ecclesiarum, verbum Dei prædicare, & quorumcumque Christi fidelium Confessiones audire, dummodo id non faciant in oppidis, aut locis, in quibus Ordinarij existunt, nisi eorum licentia desuper obtenta, refert Fr. Emman. *quest. Regular. tom. 3. quest. 32. art. 6.* ubi in fine dicit in illo privilegio frui prædicatores Ordinum Mendicantium, & alij, qui cum ipsis communicant in privilegijs concessis, & concedendis.

28 Posse Episcopum interdicerè Regulari ne prædicet licentia non petita, etiam non reddita causa decisum referunt Francisc. Leo in *thesauro fori Ecclesiastici par. 1. cap. 8. n. 9.* Zerol. in *praxi nova Episcop. par. 2. cap. 3. num. 41. vers. si item.* Et licet Pius V. constit. sua incip. *Ad hoc nos Deus, de anno 1571. die verò 22. Septembris*, quam refert Quaranta *verb. privilegia Regularium, pag. 537.* Regularibus concesserit, ut irrequisito & contradicente Episcopo prædicare possint, in multisque alijs contra Concil. Trident. decretum, tum illa constitutione, tum & alia, incip. *Etsi Mendicantium, de anno 1567. 17. Kalend. Jul.* quam refert idem Quaranta *dict. verb. privilegia Regularium pag. 527.* & alia incip. *Ex superna*, eiusdem anni 7. *Kalendas Septembris*, idemque alia incip. *Ad exequendum, eodem anno Kalendis Novembris*, cum ipsis Regularibus dispensaverit, pariterque inter omnes Regulares, tam Mendicantes, quam non Mendicantes eadem privilegia, & declarationes communicaverit, illa tamen omnia per Gregor. XIII. reuocata, & ad terminos Iuris, & Concilij Trident. reducta fuerunt constitutione ipsius Gregorij incip. *In tanta rerum, & negotiorum mole, publ. Rome Kalendis Martij anno 1572.* quam refert idem Quaranta in *summa Bullarj verbo privilegia Regularium, pag. 539.* & quamvis idem Gregorius postmodum privilegia Mendicantium confirmaverit, cum clausula, *nullis contrariis, etiam suis obstantibus*, in ipsis tamen confirmationis litteris apposta est alia clausula (*in quantum decretis Concilij Tridentin. non sunt contraria*) ita quod nec posteriores confirmationes reuolident dicta decreta Pij V. in quantum aduersantur Concilio, quam clausulam etiam alij Pontifices in similibus suis confirmationibus semper apponi voluerunt, ut ex ipsarum confirmationum tenore recognoscere licet.

30 Episcopi tempore Quadragesimæ, & Aduentus

Domini prædicare debent, vel prædicare facere, ut probat Concil. *sess. 24. de reformat. cap. 4.* ibi, *tempore autem ieiuniorum*, quæ verba referuntur tantum ad tempus Quadragesimæ, & Aduentus, non autem ad vigilijs, in quibus illud prædicandi præceptum non est, prout refert decisum Armendar. *dict. loco num. 28. & 29. vbi num. 31.* asserit etiam decisum per dictum *cap. 4.* ¶ relinquit arbitrio Episcoporum an tempore Quadragesimæ, & Aduentus quotidie, vel tribus diebus in hebdomada, vel minus illis tribus diebus prædicetur. Quoad Aduentum Domini hodie tantum tam in hac Romana Curia, quam in Portugaliæ Regno, Dominicis, festisque diebus prædicare video. In Quadragesima vero in illo Regno singulis diebus per loci Ecclesias distributis excepto Sabbato prædicatur. In hac vero Curia in vnaquaque Parochiali Ecclesia singulis quibusque diebus, Sabbato excepto, verbi Dei prædicatio habetur. Verum in alijs temporibus, saltem omnibus Dominicis & solemnibus diebus festis prædicandum est, ut disponit Concil. Trident. *d. cap. 4.* Et ¶ possunt Correctores Ciuitatum facere, etiam renitente Vicario generali, ut saltem omnibus diebus Dominicis, & solemnibus festis populo prædicetur, ut tenent Bobadil. in *sua politica lib. 2. cap. 18. num. 194. litt. K*, Fr. Emman. *Regul. tom. 2. quest. 62. art. 19.*

Ordinarijs concessum est, ut à Regularibus, antequam officium prædicandi assument, professionem Fidei exigant, prout referunt decisum Franc. Leo in *thesauro fori Ecclesiastici par. 1. cap. 6. num. 8.* Campanil. *d. cap. 13. num. 8.* Armendar. *dict. loco num. 37.* [Lauret. de Franchis *vbi supra pag. 148. in resp. ad 2.*] vigore tamen Bullæ Pij V. de professione Fidei faciendæ Regulares concionatores non tenentur facere professionem Fidei antequam prædicandi munus assument, potest tamen Ordinarius, quo tempore solet prædicandi licentiam concedere, ab eisdem exigere hanc Fidei professionem, si tamen videbitur sibi expedire, refert decisum Armendar. *d. loco num. 35.*

Pro audienda prædicatione tenetur vnusquisque parochia suæ interesse, si commode id fieri potest, ex dispositione Concil. Trident. *d. cap. 4.* ibi, *monentque Episcopus populum diligenter*, &c. Ita Zerol. in *praxi Episcop. par. 1. verb. prædicatio, §. 4.* Soar. *de religione tom. 1. lib. 2. cap. 16. num. 5.* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 7. cap. 3. quest. 7. & lib. 12. cap. 2. quest. 1. vers. deinde*, & ita ¶ populus admonendus est, ut diebus Dominicis, & festis maioribus frequenter suas parochias, excommunicandus tamen non est, si monitioni non paruerit, prout refert decisum Armendar. *d. loco num. 33.* ¶ Nec etiam Ordinarius potest multis, & pœnis cogere populum ire ad audiendum sacram Concione & Missam in Ecclesia parochiali, refert decisum, Zerol. in *praxi Episcop. par. 2. verb. parochia, pag. 82.*

Circa doctrinam Christianam, & Fidei rudimenta pueris in singulis parochijs, Dominicis, & alijs festiuis diebus edocendam agit Concil. Tridentin. *dict. sess. 24. de reformat. cap. 4. in fine*, ad cuius maiorem obseruationem emanauit Constit. Pij V. incip. *Ex debito Pastoralis officij die 6. Octobris anni 1572.* quam refert Piasec. in *praxi noua Episcopali par. 2. cap. 3. num. 19.* ¶ Ordinarius autem non potest multis & pœnis, etiam in casu notabilis negligentia, aut contumacia, cogere pueros ad discendam doctrinam Christianam, etiam si hoc fieri noluerint in oppidis, villis, & alijs locis extra ciuitatem, nec valet ex eo quod Concil.

Concil. dicto loco dicit posse compelli per censuras Ecclesiasticas, quod intelligitur de compulsionem illorum, quorum interest eam docere, & non de compulsionem puerorum, seu parentum ipsorum, refert decisum praxis Episcopalis *par. 1. verb. doctrina Christiana §. 3.* tenet Ingol. *de Parochorum officio lib. 3. cap. 1. & 9.* Homobon. *de examine Ecclesiastico tractat. 11. cap. 12. quest. 26. resolut. 2. questionis* Aloyf. Ricc. *Neapol. decis. 300. par. 4.* Sed verum est dicere his nostris temporibus (prout in Hispania vsu receptum est) posse Præsulem censuris compellere subditos, ut doctrinam Christianam discant, & parochos, ut eam doceant, ita Perez *ad l. 1. vers. aliud etiam tit. 1. lib. 1. ordinamenti, fol. 29.* Fr. Emman. in *summa tom. 1. cap. 88. num. 3. in 2. editione*, quos refert & sequitur Campan. in *diuers. Iuris Canon. rub. 11. cap. 14. num. 8.* refert me citato Homobon. dicto loco [Sanch. in *precepta decalogi lib. 2. cap. 3. num. 14.* Filiuc. in *quest. moral. tract. 22. cap. 2. num. 54.* Villalob. in *sum. tom. 2. tract. 1. diff. 4. n. 6.* nouissimè me citato in hoc loco Trulench in *exposit. Decalogi lib. 1. cap. 1. dub. 3. num. 12. in fine, & dub. 4. num. 8. & 9.*]

39 Studere maximè debent parochi, ut pueri Fidei rudimenta discant, quæ secundum Sor. sunt Symbolorum Apostolorum, decem præcepta, & Oratio Dominica, præter hæc Concil. requirit, ut doceatur obedientia erga Deum & parentes, ad quod tenentur sub peccato mortali, Azor. *p. 1. lib. 5. cap. 6. q. 5.* Possuin. *de officio Curati, cap. 4. de doctrina Christiana, num. 2.* ubi etiam dicit obedientiam diligenter, & sufficienter doceri, si doceatur Decalogus explicitè, quia in ipso includitur obedientia Dei, & parentum.

40 Sciant Parochi nequaquam esse absoluendum eum, qui ob negligentiam orationem Angelicam, & Dominicam, Symbolumque Fidei, ac præcepta Decalogi addiscere non curat. Si verò taliter ignorans pro viribus elaborat, ut hæc memorie tradat, & nec verbum quidem retinere potest, absolui tunc poterit, dummodo tamen credat singulos articulos, quando sibi proponuntur à ministris Ecclesiæ, & sciat de illis, ac de præceptis Decalogi respondere, quando interrogatur, & deprecetur Deum intendens saltem venialiter ad ea, quæ in oratione Dominica continentur, ita Ludouic. Beia *responsorum casuum conscientia par. 3. cap. 27. vers. tandem*, Zerol. in *praxi Episcop. dict. verb. doctrina Christiana, §. 2.* [latè explicans nouissimè Trulench *d. dub. 4. per tot.*]

41 Sic etiam huiusmodi ignorantibus inpedire posse ne contrahant matrimonium, donec orationem saltem Angelicam, & Dominicam didicerint, Symbolumque Fidei, præcepta Decalogi, & Ecclesiæ, ac septem peccata capitalia, nisi qui præsenio, aut ingenij rudis tarditate incapax prorsus sit, ex Bartholomæo de Ledesma, resoluunt Vega *lib. 3. summe cap. 211.* Verùm non licere absolute, & per longum tempus, aut ubi sponsi instarent, deinere ob dictam causam ne matrimonium inirent, expedire tamen suauiter, & absque violentia ad breue tempus impedire, ut sic doctrinæ addiscendæ curam habeant, tenet Sanch. *de matrim. lib. 3. diff. 15. sub num. 19.* quem refert Campan. *dict. rub. 11. cap. 14. num. 7.*

42 Prædicationis munus committi potest Sacerdoti, aut alijs duobus sacris Ordinibus insignitis: ita Navar. *conf. 2. de tempor. ordin. in antiq. alijs conf. 7. de offic. deleg. in nouis*, ubi respondet textui dicenti, ne aliqui præter Sacerdotes Domini audeant prædicare, in *cap. aduicimus, 16. quest. 1.* ¶ ut procedat in eo, qui propria, & ordinaria auctoritate prædicare

præsumit, qualem quidem auctoritatem habent Curati, refert Galett. in *margaria casuum conscient. verb. prædicare, 2.* [& Laurent. de Franchis in *controuers. inter Episcop. & Regular. pag. 148. in resp. ad 4.*]

Nam prædicare non est actus proprius alicuius Ordinis, sed potius iurisdictionis, quia cum Christus Dominus dixit: *Prædicato Euangelium omni creaturæ*, non dedit Apostolis potestatem Ordinis, sed iurisdictionis, unde officium prædicandi nemo sibi usurpare potest propria auctoritate, sed conuenit tantum illi, qui à Prælato iustus est, iuxta illud Apostol. quomodo prædicabant, nisi mittantur? Et Innocent. III. in *cap. excommunicamus, 1. §. quia verò, de heret.* mandat excommunicare eum, qui officium prædicandi assumere præsumit, nisi à Sede Apostolica, aut diocæsano Episcopo licentiam obtinuerit, & ideo in Concil. Trident. *sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 2. de reformat.* habetur, quod ¶ prædicationis munus est proprium Episcoporum, & parochorum, unde per Episcopum committi potest, etiam clerico, qui non sit in Sacris constitutus, prout resoluunt, decisumque referunt Rendina in *promptuario recept. sentent. tit. 17. num. 24.* Armendar. *dict. loco num. 36.* Sayr. in *floribus decis. sub tit. de tempor. ordin. decis. 2.* Possuin. *de offic. Curati, cap. 3. num. 14. in fine*, Vgolin. *de potestate Episcopi, cap. 42. §. 2. num. 1.* Mihi tamen dubitationem afferre videtur resolutio Henric. in *summa lib. 6. cap. 28. §. 8.* quatenus asserit Paulum Tertium Societati Iesv indulgisse, ut ipsius Regulares valeant prædicare, licet Sacris initiati non sint: quod quidem, si adhuc verum est, non paruam afferit huic resolutioni dubitationem, cui respondere non curo, dum mihi de tali privilegio non constat. Hinc ¶ prædicatio, cum non sit actus alicuius Ordinis, tempore cuiuscumque interdicti licita est, Fusc. *de visitat. lib. 1. cap. 14. num. 13.* Henric. in *summa lib. 11. cap. 44. §. 2. vers. quinto*, Vgolin. *de censur. tab. 5. cap. 8. in princ. num. 3.* Sayr. in *eodem tract. lib. 5. cap. 5. num. 43.* Campan. *d. cap. 13. num. 21. per text. in cap. responso, de sententia excommunicat.*

Prædicatores verbi Dei, quoad maximè fieri poterit, esse debent docti, apprimè eruditi, vita irreprehensibiles, moribus maturi, corde imparidi, spiritu feruidi; debent quoque gratiam docendi habere, ut potentes possint exhortari in doctrina sana, & eos, qui contradicunt, arguere, prout habetur in *cap. oportet, 8. quest. 1.* Deinde in suis sermonibus, atque concionibus non esse debent multum prolixi, ne sua loquacitate nimia, atque prolixa odiosi fiant, prout habetur in *cap. sit Rector, 43. distinct. in fine*, Origen. etiam *homil. 6. ad librum Iudic.* ad hoc propositum sic dicit: *Breuitatem auctores diligunt; nam breuis, & prudens sermo, & auditur libentius, & attentius, ac melius memoria commendatur; ac è contrariò, inquit Gregorius Nazianzenus in oratione de sancto Lauacro, satietas inimica est auribus, quemadmodum & superfluis cibis corporibus.* Vterius prædicatorum omnium doctrina debet esse sana, & Catholica, examinata, & casta, nullo modo lasciuia, aut impudica, seu quæ lenitatis, siue vanitatis saporem habeat, & ita Concil. Trident. *sess. 5. de reformat. cap. 2.* admonendo asserit, quod Prædicatores fideles pro sua capacitate pascant salutaribus verbis docendo, quæ scire omnibus necessarium est ad salutem, annuntiando eis cum breuitate, & facilitate sermonis vitia, quæ eos declinare, & virtutes, quas sectari oportet, ut pœnam æternam euadere, & cælestem gloriam consequi valeant. Et

sess. 24. cap. 4. loquendo de eisdem, dicit sacram solummodo Scripturam, diuinamque legem in concionibus esse annunciandam, & pradicandam, me citato in hoc loco hoc ipsum dicit Homobon. de examine Eccles. tract. 1. cap. 7. quest. 18. resol. 3. in princ. & precipue fidelibus quinque sunt pradicanda, videlicet quid credendum, quid visitandum, quid timendum, & quid sperandum, hae sunt quinque verba quae sensu suo Apost. 1. ad Corinth. 14. volebat in Ecclesia loqui, vt & alios instrueret, sunt enim in primis articuli Fidei populis pradicandi, quia in symbolo continentur, vt statuit Agathen. Conc. in cap. symbolum, de consec. dist. 4. deinde praecepta diuina seruanda, peccata verò vitanda, æternum supplicium timendum, & praeium aeternae vitæ sperandum, Clem. accipientes, vers. & quia, de panis.

48 Quod si contingat vt pradicator errores, aut scandala disseminet in populum, etiam si in monasterio sui, vel alterius ordinis pradicet, Episcopus ei pradicacionem interdicit. Quod si haereses pradicauerit, contra eum secundum Iuris dispositionem, aut loci consuetudinem procedat, etiam si pradicator ipse generali, vel speciali priuilegio exemptum se esse prætenderet, quo casu Episcopus auctoritate Apostolica, & tanquam Sedis Apostolicae delegatus, procedere potest: curare autem ipse debet Episcopus ne quis pradicator, vel ex falsis informationibus, vel aliis calumniis vexetur, neve iusta de eo conquerendi occasio habeatur Concil. Bracharen. IV. act. 4. cap. 2. notant Mirand. d. quest. 50. art. 7. Campanil. d. rub. 12. cap. 13. num. 21. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 1. cap. 8. num. 12. & me citato in hoc loco Homobon. d. resolut. 3. in fine. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 397. num. 2. par. 4. [nouissimè me citato in hoc loco Nouar. in lucerna Regular. verb. pradicatores num. 1. pag. 202.] Aduertendum tandem duxi pradicatores non posse suas inspirationes, seu reuelationes pradicare absque Romani Pontificis licentia, sub pœna excommunicationis late sententiae cum reservatione, Leo X. constituit. in Concilio generali lata, incip. Supernae, prout refert Galet. d. verb. pradicare, vltim.

ALLEGATIO LXXVII.

Episcopi in erigendis, & gubernandis puero- rum collegiis quomodo se habere debeant?

S V M M A R I V M.

- 1 Seminarium puero- rum in singulis Cathedralibus quomodo instituendum, & gubernandum, ostenditur.
2 Seminario debet Episcopus primum ex sua & Capituli mensa contribuere, & postea cogere alios ad contribuendum suo exemplo.
3 Seminario de elemosynis piorum, & similibus, quae in incerto consistunt, nihil debet contribui.
4 Episcopus si negligens fuerit in erectione Seminarij, Archiepiscopus supplet eius negligentiam.

- 5 Cardinales S. R. E. tenentur contribuere Seminario de fructibus beneficiorum, quae habet in diocesi, ubi est Seminarium.
6 Hospitalia data in titulum, vel administrationem, si habeant beneficia annexa, aut redditus, vel prouentus Ecclesiasticos, tenentur soluere Seminario.
7 Seminarij ratione potest taxa imponi super Hospitalia, quod in titulum, & non in administrationem, & mere laicale est.
8 Hospitalia, quae administrantur à laicis, & in quibus sunt bona laicorum, quae data non sunt in titulum, commendam, seu administrationem, non soluunt Seminario.
9 Hospitalia vnius diocesis habens beneficium annexum, quod est alterius diocesis, tenetur contribuere pro rata fructuum beneficij annexi Seminario, quod est in diocesi, in qua situm est beneficium.
10 Confraternitates, Capella, & schola habentes redditus Ecclesiasticos, etiam intra Regularium Ecclesias existentes, tenentur contribuere Seminario.
11 Legata facta pro Magistro Grammaticae, qui pueros pauperes edocet, possunt applicari Seminario cum onere erudiendi pueros, sicut testator iussit.
12 Pensionarius tenetur pro rata pensionis soluere subsidium, & alia onera imposita respectu fructuum beneficij, ac prouide contribuere Seminario, sine illud erectum sit ante reservationem pensionum, sine post.
13 Canonici de quotidianis distributionibus non tenentur Seminario distribuere.
14 Mendicantium monasteria Seminario contribuere non tenentur.
15 Mendicantium monasteria, quae dicantur, ostenditur.
16 Doctores referuntur de quatuor primis ordinibus Mendicantibus tractantes.
17 Ordo Dni Augustini est antiquior Mendicantibus.
18 Patres Societatis Iesu inter Mendicantium ordines comprehendendi voluit Pius V.
19 Ordo Minimorum S. Francisci de Paula adnumeratus fuit inter Mendicantes à Pio V.
20 Iesuatorum Congregatio Mendicantium Ordinibus adnumerata fuit per Pium V.
21 Carmelitus discalceatus esse ex Ordine Mendicantium, declarauit Clemens VIII.
22 Omnes & singula persona in beneficiis S. Iohannis Hierosolymitani quomodolibet existentes à Seminarij contributione eximuntur.
23 Seminararia debent primum esse erecta, & in illis Scholares actualiter adesse, vt vniones eis factae subsistant.
24 Seminarium erectum dicitur ex introductione puero- rum, non vero ex emptioe pro eo, & creatione deputatorum.
25 Vni Seminario nondum erecto fieri non potest, & quoad hunc effectum requiritur preparatio domus conductae, vel emptae, & introductio puero- rum.
26 Possessio capta nomine Seminarij nondum erecti, est nullius considerationis, & non producit iuris effectus.
27 Seminarium erectum vt dicatur, quae concurrere debeant, ostenditur.
28 Beneficia simplicia cuiuscumque dignitatis iurunt, & qualitates, possunt Seminario vniri, vt eum de regi valent, sine tamen praedictio obrinuerunt.

- 29 Vnio facta Seminario omnium beneficiorum simplicium non valet.
30 Beneficia reseruata, vel affecta Sedi Apostolicae, an possint Seminario vniri, ostenditur.
31 Canonici electus ad Seminarij administrationem perpetuo illam habere debet, nec renouari potest, nisi ex legitima, & iusta causa.
32 Deputatos ad gubernationem Seminarij Episcopus tenetur adhibere in Consilium, non tamen obligatur eorum consilium sequi.
33 Vniones factae Seminario absque consilio deputatorum non valent.
34 Pueri ad Seminarium admittendi quales esse debeant, & quae ibi discere tenentur, ostenditur.
35 Seminarium Bracharense Archiepiscopatus Hispaniarum Primatis ad normam Concilij Tridentini institutum, ostenditur.



INGVLAE Cathedrales, Metropolitanae, atque his maiores Ecclesiae pro modo facultatum, & diocesis amplitudine certum puero- rum ipsius ciuitatis, & diocesis, vel eius prouentus, si ibi non reperiantur, numerum in Collegio, ad hoc prope ipsas Ecclesias, vel alio loco conuenienti ab Episcopo eligendo alere, ac religio- se educare, & Ecclesiasticis disciplinis instituere tenentur, ad cuius Collegij fabricam instituendam, & ad mercedem praeproioribus, & Ministris soluendam & alendam iuuentur, ac ad alios sumptus, pars aliqua, seu portio detrahenda est per Episcopos cum consilio duorum de Capitulo, & duorum de Clero, ex fructibus mensae Episcopalis, & Capituli, & quarumcunque dignitatum, personatum, officio- rum, & prebendarum, portionum, & aliorum beneficiorum, necnon ex fabricis Ecclesiarum, & alio- rum locorum, atque ex quibuscunque aliis Ecclesiasticis redditibus, seu prouentibus, etiam aliorum Collegiorum, seu corporum, vel confraternitarum, etiam Abbatiarum, Prioratum, & quorumcunque Regularium beneficiorum, vt habetur in Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 18. de quo vide late Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. Seminarium, pag. mibi 326. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 5. §. 7. num. 68. cum sequens. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decis. 489. in prima edit. & resolut. 380. in 2. edit. Paul. Falc. de Visitat. lib. 1. cap. 16. à num. 8. Monetam de distributionibus quotidianis par. 3. quest. 3. à num. 13. Aloyf. Ricc. Neapol. decis. 194. par. 4. nouissimè D. Hieron. Venero & Leyua in examine Episcop. lib. 6. cap. 30. [Lotter. dere benef. lib. 1. quest. 30. ex num. 47. Rota decis. 835. cum seqq. in nouissim. alias par. 4. diuers. me citato in hoc loco Alzedo de praecell. Episcop. dignit. par. 2. cap. 9. num. 49. nouissimè etiam me citato in hoc loco Nouar. in lucerna Regular. verb. Seminarium pag. 235. & Petro Bello in economia Canonica, classi 3. cap. 5. §. 8. pag. 530. cum seq.]

Episcopus debet primum, ex sua, & Capituli mensa contribuere seminario, & postea cogere alios ad contribuendum suo exemplo: nisi qui nominatim excipiuntur à Concil. dicto cap. 18. exigitur enim pro forma, vt praecessit detractio fructuum de mensa ipsius Episcopi, & aliorum beneficiorum ipsius diocesis ad praescriptum supradicti decreti, vt censuit Rot. in Auerfana beneficiorum 3. Iulij 1606. coram Cardin. Sacrato, & decis. 361. num. 7. par. 2. recent. Nisi forte loco illius dismembrationis à propria mensa Episcopus pinguius men-

tem Concilij adimpleuisset assignando pecunias, & redditus ex proprio patrimonio, vt fuit responsum per Sacram Congregat. in vna Tyraffonen. vnionis de anno 1610. cuius meminit D. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 30. num. 61.

De illis verò quae in incerto, vt in elemosynis piorum, vel similibus, consistunt, nihil debet contribui, prout Episcopo Trident. in die 13. Maij 1586. responsum fuisse asserit Pialec. in praxi noua Episc. par. 2. cap. 2. num. 5. in fine.

Quod si Episcopus in eius Seminarij erectione negligens fuerit, vel suam portionem denegauerit, Archiepiscopus suppleat eius negligentiam, & acriter corripiat (cum sine causa id omnillum viderit); Archiepiscopum vero negligentem Synodus prouincialis, tam circa erectionem, quam eius conseruationem, Concil. d. cap. 18. vers. quod si Cathedralium. Ex dictis

Primò amplia, etiam Cardinales Sanctae Romanae Ecclesiae tenere contribuere feminario de fructibus beneficiorum, quae habent in diocesi, ubi est Seminarium, vt censuit Sacra Congregatio.

Secundò infertur hospitalia data in titulum, vel administrationem, si habeant beneficia annexa, vel redditus, aut prouentus Ecclesiasticos, etiam teneri soluere, refert decism Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. Hospitalia, vers. 10. dub. Aloyf. Ricc. Neapol. decis. 196. num. 6. 7. & 8. par. 4. Et posse super hospitali, quod in titulum, neque in administrationem datur, sed mere laicale est, taxam ratione Seminarij imponi, dicit decism Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarrae lib. 4. tit. 29. l. 1. §. 2. de Hospitalib. num. 3. & num. 13. offerit & non procedere in hospitalibus, quae administrantur à laicis, & in quibus sunt bona laicorum, quae data non sunt in titulum, Commendam, seu administrationem, & num. 15. & etiam restatur decism, hospitalia vnius diocesis habens beneficium annexum, quod est alterius diocesis, teneri contribuere pro rata fructuum beneficij annexi seminario, quod est in diocesi, in qua situm est beneficium, de quo late Futsch. d. cap. 16. num. 10.

Tertio amplia in Confraternitatibus, capellis, & scholis habentibus redditus Ecclesiasticos etiam intra Regularium Ecclesias existentibus, quae quidem tenentur Seminario contribuere, vt censuit Sacra Congregatio.

Quarto amplia in legatis factis pro Magistro Grammaticae, qui pueros pauperes doceat, illa enim possunt applicari seminario cum onere erudiendi pueros sicut testator iussit, ita etiam bona, quae fuerunt applicata alicui Collegio propter Christianam educationem miserabilium puero- rum, si Collegium id sublatum sit, debent ea bona applicari Seminario.

Quinto amplia in pensionatio, nam cum pen- sio apponatur super fructibus & redditibus beneficij, tenetur pensionarius pro rata pensionis soluere subsidium, & alia onera imposita respectu fructuum beneficij, ita Nicol. Garc. de benef. par. 1. cap. 5. num. 171. Monet. de decim. cap. 9. à num. 83. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 8. cap. 9. quest. 2. & habere locum siue Seminaria erecta sint ante reservationem pensionum, siue post, dicit decism addit. ad eundem Garciam dict. num. 171. vbi etiam addit titulum occasione contributionis per eum factae Seminario non posse detrabere ex pensione, quam soluit, nisi pro rata pensionis, & ad eam rationem ad quam ipse titularis contribuit.

[Declaratio autem Sacrae Congregationis ita habet, in decretum Concilij cap. 18. sess. 23. vers. Ad hanc autem portionem, habeat locum sine seminaria et cetera sunt ante reservationem personarum, sine post? Congregatio censuit habere locum; ideo beneficiatum compellendum esse pro pensione, quam soluit, quamvis seminarium erectum fuerit post pensionis reservationem, sed beneficiatum posse retinere pro rata quicquid occasione pensionis soluerit seminario. Alia declaratio, Canonici Regulares sancti Augustini monasterij sancti Vincentij Vindobonensis diocesis quaesierunt an ex omnibus redditibus Ecclesiarum, quas obtinent, teneantur integratim ad seminarium contribuere nulla habita ratione expensarum factarum, & faciendarum, in perceptione fructuum & reddituum, ac etiam obligationum, & onerum Capellarum dicti monasterij, necnon unius Collegij in universitate Colimbriensis, in quo sunt viginti quatuor Collegiales expensis dicti monasterij viventes? Congregatio quoad expensas pro perceptione fructuum censuit habendam esse rationem istarum expensarum. Quoad obligationes, & onera censuit si imposita sunt ante Concilium Tridentinum deducendum esse tanquam as alienum, & de reliquis redditibus contribuendum seminario pro rata. Tertia declaratio. Camillus Veranus Commendatarius Abbatia sanctae Mariae de Ferrara Ordinis Cisterciensis contribuat ad seminarium monasterij Ordinis Fossio nove Cisterciensis, pro bonis ipsius Abbatiae, unde ne duplici onere gravaretur, negabat velle contribuere ad seminarium Episcopi Theani? Congregatio censuit si ante Concilium coepit contribuere, non ideo excusari a contributione seminarij Episcopi, sed detrahendam tantam summam, quam soluit pro seminario monasterij; & de reliquo contribuendum ad ratam seminario Episcopi. Si vero post Concilium coepit contribuere, nullam habendam rationem illius deductionis summae.]

13] Limita tamen in Canonicis, qui de quotidianis distributionibus non tenentur contribuere Seminario, prout decisum referunt Zerola in praxi Episcopi. par. 1. verb. distributiones, §. 5. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 7. proamialis num. 170 cum sequenti, Moneta de distrib. quotid. par. 3. quaest. 9. num. 14.

14] Collegia & monasteria Mendicantium ab hac exactione immunita sunt, prout habetur in Concil. Trident. d. cap. 18. ibi, & omnium monasteriorum, non tamen Mendicantium. Fr. Emman. quaest. Regularium tom. 2. quaest. 4. art. 2. & quaest. 66. art. 3. [Notatur in hoc loco d. verb. seminarium num. 3.]

15] Quorum nomine veniunt monasteria Sancti Dominici, Sancti Francisci, ac Eremitarum Sancti Augustini, necnon Carmelitarum, & Seruorum Beatae Mariae, vt declaravit Pius V. Constitut. sua, qua incip. Romanus Pontifex, Dat. 1. Octobris 1568. & de his quatuor primis ordinibus Mendicantibus, & de eorum origine tractant D. Anton. in sum. 3. par. tit. 6. cap. 1. §. 8. & tit. 19. cap. 3. & tit. 23. & 74. Cassan. in Catalog. gloriae mundi par. 4. confid. 68. 69. & 70. [Rodoan. de scol. eccles. quaest. 8. in princ.] Zerola in praxi Episcopi. par. 2. verb. Mendicantes, pag. 67. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 23. Galgan. de iure publico lib. 3. tit. 41. Ludou. Miranda in man. Prelat. tom. 1. quaest. 11. art. 6. Fr. Emman. quaest. Regul. tom. 1. quaest. 2. art. 1. cum sequentibus, & quaest. 4. art. 3. & tom. 3. quaest. 49. art. 1. & 4. Et & Ordo Divi Augustini est antiquior Mendicantium Fratr. Hieron. Roman. lib. 6. de Republ. Christiana cap. 2.

18] ad fin. & Patres quoque Societatis Iesu inter Mendicantium Ordines comprehendi voluit Pius V. constitutione sua, quae incip. Dum indefessa, Dat. Romae die 7. Julij anni 1571. referunt Hieron. Gabr.

conf. 28. Fr. Emman. dict. tom. 1. quaest. 55. art. 5. & d. quaest. 49. art. 2. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 7. [Rodoan. d. quaest. 8. in princ. num. 5.]

19] & Similiter & Ordo Minimorum Sancti Francisci de Paula annumeratus fuit inter Mendicantes ab eodem Pio V. constit. sua, incip. Apostolica, 9. Novembris de anno 1567. & alia sua Constitutione incip. Romanus, 29. Novembris eiusdem anni. & Congregatio Iesuatorum Mendicantium Ordinibus annumerata fuit. Denique Clemens VII. constit. sua incip. Romano Pontifici decet. 26. Augusti anni 1603. & Carmelitas disalceatos declaravit esse ex Ordine Mendicantium, quae omnia ex hoc loco desumens me non citato refert Aloyf. Ricc. d. decif. 196. par. 4. [Dum Mariti essem ad manus meas pervenit petitio quaedam porrecta invidiosissimo Regi nostro Philippo IV. à R. Patre Ioanne ab Spiritu sancto Ordinis Carmelitani disalceati meritisimo Generali; in qua eleganter & doctè plura in laudem huius factae Religionis, & quod Propheta Dei Elias monachorum princeps primus exiit, ipsumque & Eliseum, filiosque Prophetarum veraciter monachos fuisse multis ostendit, in idque refert S. Hieron. epist. 13. ad Paulin. Ioan. Hierosol. in lib. de instit. Monach. cap. 2. Nystroz lib. 2. tit. 1. cap. 2. art. 3. n. 1. Roman. in suo alphabet. verb. Elias, Rupert. lib. 3. super Cantio. cap. 3. Petr. Damian. tom. 3. opusc. 150. c. 2. ad Stephanum Monachum, Cardin. Bellarm. lib. 2. de Monachis cap. 39. Nicol. Cofetan. in monarchia Ecclesiastica contra Marcum Anton. de Dominis lib. 2. c. 12. vbi eum carpit dum apertus fuit, affirmare SS. Eliam, Eliseum, & Ioannem Baptistam Monachos non fuisse, Thom. Walden. tom. 1. doctrinalis Fidei lib. 3. art. 2. cap. 4. Unde in eadem petitione comprobatur Eliam, eiusque successores tria vota emisisse, sacrumque Carmelitarum Ordinem in tribus omnibus substantialibus Religionis panctis, voluntaria paupertate obedientia, & castitate, iunò & virginitate sua eundem S. Eliam Prophetam sanctissimum instituisse, quod sentire affirmat Fr. Onofrius Salt in vita S. Onofrii c. 18. Fr. Ioseph de Sequenza in vita S. Hieronymi fol. 110. & 111. Fr. Thom. de Aquino lib. 1. de Patriarchatu Eliae par. 3. sect. 1. Carthag. tom. 3. Homiliar. lib. 17. homil. 2. aliàs tom. 4. lib. 16. homil. 27. obiect. 7. Palionidor. lib. 1. de origine & antiq. c. 1. Petr. Thom. Sacracen. in monologio de vita S. Eliae fol. mihi 111. Salian. in anal. tom. 4. anno 3139. n. 12. Aegid. Camart. lib. de gestis Eliae cap. 6. sect. 8. Trithem. de laudib. Carmelitar. cap. 2. Valer. Ximenes Embrun. in stimulo p. 1. c. 1. §. 4. Petr. Luti. in compendio histor. c. 3. Aegid. Leo Delicet. in sa Iardin. Carmelit. c. 2. Fr. Ioan. Ponto in hierarchia Carmelit. tract. 2. c. 10. Fr. Emman. Roman. in antiq. Carmel. tract. 1. cap. 2. & in alphabet. verb. Elias, elucid. 6. Fr. Marcos de Guadaxara in su thesoro cap. 2. Fr. Mich. de la Fuente in caral. Sanctorum Carmelit. Palinodor. citatum à Carolo Tapia in anth. ingressi C. de sacros. Eccles. verb. monasteria cap. 13. §. 1. num. 5. Et expressè quod S. Propheta Elias Carmelitani Ordinis fundator exiit, & auctor, tenent Genebrard. ann. 5268. dum dicit quòd Ordo Carmelitum initium habuit in desertis Syriae, Aimerici Antistitis opera, sed eorum origo altius reperenda est, nempe, à Prophetis Elia, & Eliseo, qui Carmelum montem Terra sancta primi consecraverunt, & discipulos ibi reliquerunt, quos Scriptura filios Prophetarum appellat; in Europam eum adducit Albertus Patriarcha Hierosolymitanus, Ioseph. Antiochen. in speculo militiae primitivae Ecclesiae cap. 17. & 72. Fr. Thom. de Iesu in exposit. regulae par. 1. cap. 1. pag. mihi 20. Etard. Carthuf. in fasciculo temporum

temporum anno 1294. & anno ad creationem mundi 4300. & anno Christi 450. VValdens. de Sacram. tit. 9. c. 89. Nau. de horis Canon. c. 21. n. 17. Guillielm. Eifengren. in historia ecclesiast. centenario primo tit. de Religiosis. Trithem. de laudibus Carmelit. c. 1. vbi ait quòd sicut alij Basilium sui Ordinis habitaverunt Principem, alij Augustinum, alij Benedictum, Praedicatorum sanctum Dominicum, Minores sanctum Franciscum, sic huius Sacratissimi Ordinis institutor est Elias Propheta maximus, propagator sanctus Eliseus, &c. Cassan. in catal. gloriae mundi par. 4. confid. 53. Nicol. Coëffeteau. in monarchia ecclesiast. in discurs. lib. 2. cap. 12. fol. mihi 705. Alcazar, super 11. Apocalypf. vers. 3. Fr. Didac. de Ypes in vita S. Tharesia lib. 1. cap. 2. Paul. Morigia de origine Religionum cap. 30. Palionidor. lib. 2. de origine Ordinis Carmelitarum, Valer. Ximenes Embun. en el estímulo de devocion de la Religion del Carmen par. 1. cap. 1. §. 4. Fr. Thom. de Iesus en el libro de la antigüedad del Carmen en la exposcion de la Regla par. 1. Fr. Michaël Muñoz in suo propugnaculo. Et quòd Carmelitana Religio sit de Iure diuino, caelitus quòd dimissa, eo quod S. Elias diuinitus edoctus formam viuendi à Deo accepit, affirmant Robert. Arborien. tom. 2. de sacro celibatu, VValdens. tom. 1. lib. 3. doctrinalis Fidei art. 1. cap. 4. Bacon. lib. 3. quodi lib. 7. art. 2. Ioann. Leidenen. in speculo historiae lib. 3. cap. 7. Philip. Rebori de gestis Carmelit. cap. 5. Fr. Ioan. de Iesu Maria tom. 2. in vita B. Tharesia ad Paulum P. lib. 1. cap. 2. Albert. Mar. relatus à Fr. Thom. de Aquino lib. de Patriarchatu Eliae par. 3. sect. 5. Franc. Camil. in sumario antiquitat. Carmelit. cap. 2. Specul. Carmelit. lib. 1. c. 2. Fr. Diego Maldonado lib. 1. de su elucidario cap. 11. Petr. Luti. in compendio historiali cap. 3. Aegid. Leo in su Iardin. Carmel. par. 1. cap. 2. Fr. Ioann. Pinto de Victoria in monarchia tract. 2. cap. 10. Muñoz lib. 1. tit. 2. cap. 4. art. 2. & lib. 2. tit. 1. cap. 2. artic. 8. Suarez de Relig. tom. 4. lib. 2. cap. 10. num. 2.]

22] Omnes & singulae personae in beneficiis Sancti Ioannis Hierosolymitani quomodolibet existentes à Seminarij clericorum contributione in qualibet ciuitate iuxta sacri Concilij decretum erecti, seu erigendi, eximuntur per Bullam Greg. XII. incip. Quo magis sub Dat. 23. Martij anni 1580. relatum inter privilegia Relig. fol. 57. Nouar. dict. verb. seminar. num. 7.

23] Huiusmodi Seminaria debent prius esse erecta, & in illis scholares actualiter adesse, vt vniones eis factae subsistant. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 7. num. 68. Aloyf. Ricc. dict. resolut. 380. num. 1. vbi dicit sic pluries Rotam decidisse, [Rota etiam decis. 835. num. 5. & decif. 836. num. 4. apud Farin. in nouissim. alias part. 4. diuers. §.] late & eleganter Lotter. de re benefico. lib. 1. quaest. 30. num. 47. cum seqq.

24] Dicitur autem Seminarium erectum ex introductione puerorum, non vero ex emptione domus pro eo, & creatione deputatorum, vt censuit Rota in vna Cordubens. praesimulorum 7. Febr. 1601. apud Farin. decif. 835. in nouis, & ad hoc est bona Rota Rom. decisio, quae sequitur.

R.P.D. Coccino Decano, Adiacen. beneficij Veneris 15. Aprilis 1622.

Dvbitari, an constaret de existentia Seminarij ad effectum de quo agitur: effectus autem dubij est, vt videatur, an Seminarium possideat: quia si possidet, non potest dari de attentatis, cum Barb. de Episcopo. Pars 111.

attentata in hoc casu pendeant à possessione iuxta resolutionem factam in hac causa 21. May superioris anni.

Hoc dubium habet tres inspectiones. Prima est, an vnio possit fieri Seminario nondum erecto. Secunda, dato quod non possit fieri; an possessio capta nomine Seminarij de facto erecti suffragetur. Tertia, an constet de valida erectione.

Et quantum attinet ad primam difficultatem, 25 Domini fuerunt concordēs, quod vnio Seminario nondum erecto fieri non possit; & quòd ad hunc effectum requiritur preparatio domus conductae, vel emptae, & introductio puerorum, vt fuit resolutum in causa Oxomen. beneficij 24. Octobris 1611. coram Illustrissim. Cardinal. Sacrato in decisione 361. num. 3. & seqq. part. 2. in recentior. vbi refert sententiam Congregationis Illustrissimorum Interpretum Concil. Trident. & aliàs decisiones Rotaes, & late profecquitur Garcia de benefico. part. 1. 2. cap. 2. num. 193. cum pluribus sequentibus, & admittit Gonzalez super reg. 8. gloss. 5. §. 7. num. 68. qui licet num. 75. teneat, quòd cessante fraude vnio facta Seminario nondum erecto valeat, quem sequitur Modern. discept. forens. cap. 248. num. 71. & cap. 358. num. 5. tamen ista sententia, vt aduertit Garcia loco citato num. 196. in fine; est contra declarationes Congregat. Concilij, & contra sententiam Rotae.

Quantum attinet ad secundam difficultatem aliqui ex Dominis dicebant, quod ad effectum possessionis sufficit, quod Oeconomus deputatus acceperint possessionem, etiam de facto, ad effectum vt dicantur esse in possessione, seu detentione. Bald. consil. 135. num. 2. & 3. lib. 2. vbi loquitur de missio in possessionem à Praetore nulliter procedente, contra quem vti possessorem datur actio spolij. Doct. in l. iustè possidet, ff. de acq. possess. Ayin. consil. 18. num. 8. & bene Mohedan. decif. 20. de restitut. spoliar. Ceterum respondebatur ab aliis Dominis, quòd conclusio procederet si Oeconomus voluissent acquirere possessionem, nedum nomine Seminarij, sed etiam nomine proprio, quia isto casu falsitas versatur tantum circa causam possessionis, quare non impediret acquisitionem, quia non deficeret voluntas possidendi, aut nomine proprio, aut nomine seminarij. l. 2. §. si à pupillo, l. quod vulgo, ff. pro empt. & facit text. in l. cum in corpus, 36. ff. de acquir. rer. domin. prout Bartol. & Iaf. in l. si is ad quem, num. 2. ff. de acquir. hered. & fuit dictum in causa M. ceraten. hereditatis 4. Iunij 1590. coram Cardinali Pamphilio sen. sed in hoc casu si Seminarium nò erat erectum, quia pueri nondum erant introducti, non poterant Oeconomus acquirere quasi possessionem, quia nonauerunt acquirere nomine proprio, sed nomine Seminarij, quod cum non sit erectum, possessio est ex falsa causa circa factum, hoc est circa existentiam Seminarij, & ided est nullius considerationis, nec producit iuris effectus. l. 1. §. hoc verbas, ff. ne vis fiat ei, Bald. dict. consil. 135. num. 2. lib. 2. Port. l. mol. consil. 75. num. 1. & facit text. in l. si me in vacuum, ff. de acquir. possess.

Quantum attinet ad tertiam difficultatem, visum 27 fuit constare de existentia Seminarij. Constat enim Episcopum elegisse duos Canonicos pro regimine, & gubernio Seminarij. Secundò elegit duos Consultores pro instituendis taxis, & faciendis vnionibus. Alterum, de Capitulo, & alterum de Clero, & mandauit, quòd alij duo eligerentur, alter per Capiculum, & alter per Clerum, prout fuerunt cle...

electi: & deinde cum consilio prædictorum taxauit Episcopus seipsum, & mensuræ redditus, nec non alios in decima parte fructuum, relaxando præceptum de solvendis taxis, & constituti exactores, nec non in domum Seminarij introduxit pueros, ut pater ex mandatis procuræ datis per ipsos Seminaristas, vnde satis constat de existentia Seminarij legitima de tempore vnionis ad præscriptum Concilij c. 18. de reform. sess. 23.

Et ita conclusum, &c. Hactenus decisio.

Beneficia simplicia cuiuscunque dignitatis fuerint, & qualitatis, possunt Seminario vniri, ut commode regi valeat, sine tamen præiudicio obtinentium, etiam si essent effecta, aut in Curia effectum sortirentur, Fusch. d. cap. 16. num. 9. non possunt tamen simplicia beneficia ad collationem inferiorum spectantia, nec Canonicatus, neque beneficia iurisdictionis, etiam Ecclesiastici, nec beneficia Sedi Apostolicæ reseruata post illorum vacationem, nec præterea vacantia in mense reseruato per Episcopum Seminario vniri, ut censuit Sacra Congregatio teste Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 16. num. 24. & cum Concilium Trident. d. cap. 18. non decernat, ut omnia beneficia simplicia vniantur Seminario, sed aliquot, id est vnio facta omnium beneficiorum non valet, ita decisum refert Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 492. in 1. edit. & resolut. 383. num. 4. in 2. edit. item & decis. 720. in 1. edit. & resolut. 610. num. 10. in 2. edit. Sed t̄ censuit Rota in vna Assisen. beneficij 11. Maij 1607. corā Marquemontio factam Seminario de beneficio reseruato fuisse nullam, refert Nicol. Garcia in addit. ad suum tract. de benefic. par. 12. cap. 2. num. 103. vbi num. 106. dicit per Sacram Congregat. decisum non posse, etiam ante vacationem, vniri Seminario beneficia, quæ obtinent personæ, quæ ob familiaritatem Cardinalium, vel aliam rationem tales sint, ut quocunque mense decedant, certum sit ea fore affecta Sedi Apostolicæ.

Vnde decisum extat in vna Auerfana beneficio- rum 31. Iunij 1606. coram Cardin. Sacrato vnionem de beneficiis reseruatis per Extrauag. ad regimen, de præbend. inter commun. innouatam per reg. 1. Cancellaria, factam per Episcopum quantumcunque ad fauorem Seminarij, & seruata in reliquis forma decretorum Concilij, esse nullam, quam opinionem iterum amplexa est Rot. decis. 201. num. 5. par. 2. recent. quarum meminit Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 30. n. 43.

Canonicus electus ad Seminarij administratio- nem perpetuam illam habere debet, nec remoueri potest, nisi ex legitima, & iusta causa, refert decisum Galer. in margarita casuum conscientia, verb. Canonice, pag. 30. colum. 1. t̄ Episcopus tenetur adhibere in consilium prædictos deputatos, non tamen obligatur eorum consilium sequi, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. glof. 46. num. 74. [me citato in hoc loco Alzedo de præcellen. Episcop. dign. par. 2. c. 9. n. 50.] ita t̄ vniones factæ Seminario absque consilio eorum, quos iubet Concilium adhiberi, non valeant, quia quando datur alicui potestas ab lege, & ab eadem adificatur, quod faciat cum consilio alterius, illud de necessitate requiritur. Impuberibus, ff. de suspect. tutor. & Bart. in l. Titium, n. 3. ff. de admin. & periculo int. ita in terminis Francisc. Leo d. c. 16. n. 25. vbi afferit quandoque vidisse disputare de validitate, & inualiditate vnionum Seminario factarum defectu præsentie deputatorum, & pro nullis reputari. Quos quidem deputatos etiam debet Episcopus adhibere in consilium pro tota temporali administratione prædicti Seminarij, excepta exactione, quæ ad solum Episcopum spectat,

Aloys. Ricc. d. resol. 380. n. 3. cuius Seminarij reddituum exactionem singulis annis Episcopus ipse accipere debet, adhibitis etiam præsentibus duobus de Capitulo, & totidem ad Clero ciuitatis deputatis, ut statuit idem Concil. d. c. 18. vers. rationes, & declarat Fusch. d. c. 16. n. 15. Dum verò huiusmodi duos ex Capitulo ea de causa sine fraude tempore diu- norum officiorum abesse simul cum Episcopo contingeret, priuandos non esse quotidianis distributio- nibus, tanquam absentes propter Ecclesiæ utilita- tem, resoluit Moneta de distrib. quod. p. 2. q. 8. n. 17. vbi num. 16. idem resoluit illis Canonicis, qui ex præcepto Concilij Trid. sessione 21. de reform. cap. 9. debent adhiberi ab Episcopis, seu locorum Ordinariis in publicandis indulgentiis, aliisve spiritualibus gratiis, & n. 18. idem pariter statuendum asserit de illis duobus Canonicis, altero ab Episcopo, altero per Capitulum eligendo: qui donec Synodus aliqua prouincialis celebreretur, in qua ea de re statua- tur, ab eodem Episcopo adhiberi debent in iis prouidendis, quæ necessaria videbuntur, circa diuina officia, omnesque Ecclesiæ ministros, iuxta ea, quæ eadem Tridentina Synodus decernit sess. 24. de refor. c. 12. in fine. Idem etiam numeris sequentibus dicendum putat de aliis canonicis eligendis præscripto Concil. Trid. sess. 25. de reform. cap. 6. & c. 8. vers. quod si hospitalia, aliisque in locis. Sed hoc ita indistinctè verum non est, nisi id concedatur priuilegio, vel consuetudine legitima præscripta, aut statuto Ecclesiæ auctoritate Apostolica confirmato, quale est Medio- lani, idem Moneta d. par. 2. q. 11. num. 68. & sequent. optime Nicol. Garc. de benefic. in additio. ad p. 3. cap. 2. num. 355.

Pueri ad hoc Seminarium admittendi, debent esse ad minus duodecim annorum, de legitimo matrimo- nio, habitu clericali semper vti, singulis diebus Missas audire, singulisque mensibus confiteri, ac corpus Christi sumere, si id Confessor iudicauerit, non incorrigibiles, ut admonet Concil. d. loco, vers. discipulos, pauperum autem filios præcipuè eligi vult, prout refert praxis Episcop. p. 1. verb. Seminarium, §. 2. Ibidem discere debent Grammaticam, cantum, com- putos Ecclesiasticos, homilias Sanctorum, atque Sa- cramentorum tradendorum formam, & ritum, ac caeremoniarum formulas, prout disponit Concil. dicto loco, §. ut vero, & referunt praxis Episcopalis, verb. Seminarium, §. 3. Fusch. d. cap. 16. n. 14. & de edu- catione puerorum multa tradit Lorin. in Act. Apost. cap. 7. vers. 22.

In Bracharenfi ciuitate, vna de antiquioribus Hispaniæ Urbibus, quam à Gallis Celtis cognomēto Brachatis fuisse conditam fama est anno ante Virginis partum ducentesimo nonagesimo, est cele- bre adolefcentium Seminarium, ad normam Sacro- sanctæ Tridentinæ Synodus sub Principis Apo- stolorum tutela, & patrocinio, cuius imago ex marmore inaurata fulget excelso, ac sublimi in loco pro foribus eiusdem Collegij ædificij, moles- tum ad speciem pulchra, tum ad disciplinam ten- dam, per quam accomodata est, Primatialibusque ædibus vicina; hinc quinquaginta collegæ talari veste coloris carulei induti perample, & copiose sustentantur sub Rectore, & Vicerectore viris do- ctis, & grauibus, qui in tardos animaduertunt, & incorrigibiles expellunt Archiepiscopi auctoritate, qui reliquos pro vniuersiuique in litteris, & virtute progressu præmiis afficit, omnes edificant musicam, & ad publica gymnasia Grammatica, Philosophiæ, ac moralis, & speculatiuæ Theologiæ quotidie gregatim pergunt Vicerectore comitante; in om- nibus

nibus mira modestia, mira domi forisque disciplina elucet, magnus etiam per totam diocesim fructus exuberat: [de cuius fundatione agit illustrissim. D. Acuña in historia eccles. Archiepiscoporum. Bracharenf. p. 2. cap. 86. n. 2. pag. 376.]

ALLEGATIO LXXIII.

Episcopus publicas processiones quando indi- cere valeat, & quas personas ad il- las compellere possit?

S V M M A R I V M.

- 1 Processiones à procedendo & eundo dicuntur.
- 2 Processiones publicæ sunt, quæ fiunt in Litaniis maio- ribus, & minoribus, aut pro bono publico, vel in aduentu noui Episcopi, vel in festo Sanctissimi Corporis Christi.
- 3 Processiones publicæ nemo valet indicare, nisi Or- dinarius sit.
- 4 Processiones publicæ dirigendæ sunt quo voluerit Episcopi cum consilio Capituli.
- 5 Vicarius generalis absente Episcopo potest publicas processiones indicare.
- 6 Processiones priuatae sunt, quæ à Capitularibus, & clericis, ac Cathedralibus tantum fiunt ob aliquas causas.
- 7 Regulares absque Episcopi licentia processiones etiam priuatas facere non possunt, præterquam intra Ec- clesiam, eiusque, & monasterij ambitum.
- 8 Exempti clerici tam seculares, quam Regulares, etiam Monachi, ad accedendum ad publicas processiones compelli possunt.
- 9 Clerici omnes diocesis, quantumcunque exempti, si beneficia habeant, etiam simplicia, in diocesi, vel obtineant officium in Ecclesiis, possunt compelli accedere ad publicas processiones.
- 10 Clerici, qui sunt nullius diocesis, vel extra ciuitatem in locis in quibus habent plebem, non possunt compelli accedere ad publicas processiones.
- 11 Clerici inferuentes Ecclesiis Religionis Hierosolymi- tanae nulla immunitate se vteri possunt quin ad processiones vocari non debeant.
- 12 Canonici & alios Presbyteros beneficia, vel officia Ecclesiastica obtinentes, potest Episcopus cogere, ut accedant ad processiones publicas, aut in illas pro bono publico, vel honore.
- 13 Sacerdotes nullum officium, aut beneficium Ecclesiasti- cum obtinentes in ciuitate, vel diocesi, non sunt ab Episcopo compellendi ad ullas processiones accedere.
- 14 Regulares quantumuis exempti tenentur accedere ad omnes, & quascunque processiones publicas, & consuetas, aut indicatas pro bono publico, vel ho- nore.
- 15 Regulares, qui in strictiori clausura perpetuo viuunt, non possunt compelli accedere ad processiones.
- 16 Conuentus, in quibus Fratres sub arctiori clausura degunt, ita nec in choro cantent, nec ad mor- tuos accedant, non sunt compellendi accedere ad processiones.
- 17 Canonici Regulares Sanctæ Crucis Conimbricensis veniunt appellatione eorum, qui in strictiori clau- sura viuunt.
- 18 Monasterium Sanctæ Crucis Conimbricensis ab Alphonso Henriquez. I. Portugaliæ Rege extru- ctum, & ab Emmanuele restauratum fuit. Barbof. de Episcopo. Pars III.

- 19 Conimbricensis Ciuitas suis præstantia, antiquitatis commendatione, & Regia quondam Sedis præro- gatiua celebris.
- 20 Conimbricensis Academia laudes qui cumulent a ci- uitantur.
- 21 Regulares absentes à ciuitate per dimidium milliare, non sunt compellendi ab Episcopo accedere ad processiones.
- 22 Regulares, vel alij habentes ex priuilegio, ut non te- neantur ad processiones ire, non sunt compellendi, quamuis semel, vel sæpius inierint.
- 23 Religiosi Societatis Iesu, habent ex priuilegio, ut non teneantur ad processiones accedere.
- 24 Confraternitates laicorum an possint per Episcopum compelli accedere ad processiones publicas ostenditur.
- 25 Regulares non accedentes ad processiones in casibus, quibus tenentur, an pœnis, & censuris valeant per Episcopum puniri, ostenditur.
- 26 Controversias omnes de præcedentia inter Ecclesiasti- cas personas tam seculares, quam Regulares con- tingentes, Episcopus amota omni appellatione quoad effectum suspensionum summarie componit.
- 27 Præcedentia sunt indicanda secundum loci consuetu- dinem.
- 28 Fundatio antiquior in præcedentis componendis ma- xime attendenda est.
- 29 Canonici Regulares præcedunt Monachos etiam ni- gros.
- 30 Fratres Predicatores præcedunt reliquos Mendi- cantes.
- 31 Compromitti an possit in materia præminentiarum, ostenditur.
- 32 Controversiæ de præcedentia quomodo componendæ, declarauit Gregorius XII.
- 33 Constitutio Gregorij XIII. de præcedentiis habet locum in prioritate vnus diei, vel hore.
- 34 Prioritas, seu præuentio causatur non solum per vnum diem anterioritatis, sed etiam ratione vnus hore.
- 35 Præcedentia sunt terminanda secundum quod in Alma vrbe omnium magistra seruatur.
- 36 Religio debet præcedere, quæ est prior in institutione, & approbatione.
- 37 Monachi trium fontium, & Sanctæ Crucis in Hierusalem, debent præcedere Monachos sancti Eu- sebij, ex quo eorum ordo, qui est Cisientensium, fuit prius institutus, & approbatus.
- 38 Parochus in sua Ecclesia est præferendus Decano, & Capitulo Collegiatae ad eam Ecclesiam personali- ter ex antiqua consuetudine accedentibus.
- 39 Confraternitates quomodo componendæ dum inter eas contenditur de præcedentia, ostenditur.
- 40 Iudicium possessorium pro honore competit.
- 41 Antiquiori & nobilitiori competit locus honorabilior quod si ab eo deturbetur, sit ei iniuria, quam de facto potest propellere.
- 42 Controversias circa locum incedendi in processioni- bus an aliquando componat secularis iudex, ostenditur.



ROCESSIONES à procedendo, & eundo dicuntur, namque conuocato, & procedente Clero cum vexillis, Crucibus, & cereis, ac sequente populo fiunt, ita Petr. Greg. lib. 1. partitionū iuris Canonici tit. 20. c. 4. t̄ Publicæ autē processiones sunt, quæ fiunt in Litaniis maioribus, ut in festo S. Martij, & in minoribus, ut in triduo antecedente As- censionem Domini; cuius orationes appellantur ab Ecclesia Rogationes: vel quæ fiunt pro bono pu- blico ratione occurrentis necessitatis, ut imminente

peste, alioque flagello, vel in aduentu noui Episcopi, vel in festo Sanctissimi Corporis Christi, & quæ Episcopo videbuntur: ita Zerola in *praxi Episcop. par. 1. verb. processiones* §. 1. [Seraphin. *decif. 15. num. 2.* vbi quoddam Rogationes dicuntur processiones generales, & *num. 1.* quoddam in processibus generalibus omnes clerici debent ad Cathedralē conuenire.] Prosper de Augustino in *additionib. ad Quarantam in summa Bullarj, verb. precedentis*, Vgolin. de potestate Episcopi *par. 1. cap. 20. §. 2. num. 6.* Aloyf. Ricc. in *praxi fori Ecclesiast. decif. 362. in 1. edit. & resol. 308. num. 7. in 2. editione*, Campanil. in *diferforio iuris Canonici sub. 12. c. 13. n. 118.* multa ex hoc loco me non citato desumpfit idem Aloyf. Ricc. in *decif. Curia Archiep. Neapol. decif. 39. num. 3. par. 4.* [Latē Valenzuela *tom. 2. conf. 184. à princip.* Et Sacra Congregat. Cardinalium Concilij Trident. interpretum in *Ferrariē. 17. Julij 1609.* declarauit publicas processiones ad quas exempti ab Episcopis vocati accedere tenentur ex decreto Concilij Trident. *sess. 25. de Regula. cap. 13.* esse intelligendas, quæ indictæ fuerint pro bono publico, vel publico honore.]

3 Huiusmodi autem publicas processiones indicare nemo valet, nisi Ordinarius sit, vt resoluunt Campan. *diēt. loco*, Bellet. *disquisit. clerical. par. 1. tit. de fauore clerico. un. reali. §. 2. n. 5.* Franc. Leo in *thesauro fori Ecclesiast. par. 4. cap. 2. num. 142.* [Sacra Congreg. Concil. in *Elboren. 14. Iunij 1617.* vbi quoddam id ius habet Episcopus priuatiuē quoad alios.]

4 Aloyf. Ricc. *diēt. n. 7.* subdens quoddam Episcopo competit decernere Ecclesias, quæ adiri debeant, nam processiones publicas dirigendas esse quod uoluerit Episcopus cum consilio Capituli, dicunt decifum Franc. Leo *diēt. par. 4. ap. 2. num. 145.* Armend. in *addit. ad recopil. Legum Navarrae lib. 1. tit. 14. cap. 28. §. 3. de processibus. num. 1. & 2.* Aloyf. Ricc. *diēt. Neapol. decif. 379. num. 4. par. 4.* [Valenzuela *d. tom. 2. conf. 184. à n. 22.* & sic requiri consilium, non autem consensum Capituli, censuit Sacra Congreg. Conc. *sub die 18. Martij 1628.* & expressè quoddam consilium Capituli requiratur, declarauit nouissimè eadem Sacra Congregatio in *Comen. 7. Februarij 1632.* itaut Episcopus solus sine consilio Capituli eas edicere, & dirigere minime valeat, Armendar. *citato loco num. 4.* non obstante quoddam Capitulum, vel alij sint per longum tempus in quasi possessione inducendi publicas processiones, vel prescribendi quomodo, & quo sint dirigendæ, S. Congreg. Concilij *sub die 16. Februarij 1619.* & non obstante etiam immemorabili consuetudine, S. Rituum Congreg. in *Camarinē. 24. Augusti 1619.* & Abente uero Episcopo processiones publicas edicere spectat ad Vicarium generalem cum consilio Capituli, prout possit Episcopus si presens esset, S. Congreg. Rit. in *Vigilien. 28. Sept. 1630.* Armend. *ubi sup. n. 3.*

5 Et in huiusmodi processibus, maximè si sunt generales, omnes clerici debent ad Cathedralē conuenire, vt *quoniam. dist. 38.* Seraphin. *diēt. decif. 15.* [Boër. *de auctor. magni Conf. n. 74.* Sandoual. *de officio eccles. c. 29. lo. 2.* Valenzuela. *d. tom. 2. conf. 184. num. 69.*] Priuata uero processiones sunt quæ à Capitularibus, & Clericis, & Cathedralibus tantum fiunt, ob aliquas causas, Armend. *d. n. 3.*

7 Regulares tamen absque Episcopi licentia eas facere non possunt, praterquam intus Ecclesiam, eiusque, & monasterij ambitum, quod fuisse etiam non semel resolutum testatur Zerola *loco §. 4.* & sic obseruari uidisse refert Campan. *d. c. 13. n. 118.* in fine, explosa sententia [Portel. in *dub. Reg. verb. processiones n. 8.* quem refert Villal. in *sum. tom. 2. tract. 35.*

diffic. 5. n. 9. existimantis Regulares posse facere processiones extra Conuentum sine licentia Episcopi, &] Jacob. de Graf. *conf. 20. de Regula.* opinantis illis licere per triginta passus extra ambitum processiones facere, per *rex. in c. sicu. antiquitas. 17. q. 1.* Et ideo Sacra Congreg. Illustriss. DD. Cardinalium Concilij Trident. interpretum *sub die 2. Julij 1620.* censuit non licere Regularibus huiusmodi processiones facere extra Ecclesias, & ambitum illarum, vt refert Laur. da Peirinis in *Constit. sui Ordinis Minim. tom. 2. Constit. 7. Pij V. n. 13. vers. ad 8. pag. 193.* [me citato in hoc loco Diana *moral. r. sol. par. 3. tract. 2. resol. 77. vers. non retineam.*] Circa processiones autem Rosarij, refert Festus in *Constit. sui Ordinis p. 1. c. 23.* prout cum citat Laurent. de Peirinis *ditto loco, ex declaratione eiusdem Congreg.* posse illam fieri per totam ciuitatem, si ita habeat consuetudo à decem retro annis seruata, & in quatuor festiuitatibus B. Mariæ, nimirum Natiuitatis, Annuntiationis, Purificationis, & Assumptionis. [Aduertit tamen Zerola *ubi sup. vers. ad 4.* quod inspicienda sunt Regularium priuilegia an habeant concessionem quod possint facere processionem extra eorum claustra absque licentia Ordinarij, quæ ait se non credere eos habere, cum passim uideat in processibus Rosarij, Conceptionis, & huiusmodi Neapoli, & alibi solum illos facere eas intra claustra, & ambitum monasteriorum.]

8 Clerici omnes exempti, tam seculares, quam Regulares, etiam monachi ad accedendum ad publicas processiones compelli possunt, vt decidit Concil. Trident. *sess. 25. de Regularibus. cap. 13.* quod citant Zerola in *praxi Episc. ar. 1. verb. processiones, §. 2.* Fr. Emman. in *quæst. Regul. tom. 3. quæst. 36. art. 1.* Stephan. Gratian. *decif. March. 232.* Tulch. *de uisita. lib. 2. cap. 15. num. 53.* Mar. Anton. *var. lib. 1. r. sol. 103. num. 16.* [Lezana in *sum. quæst. Regul. cap. 9. num. 47.*] & procedere in clericis omnibus diocesanis quantumuis exemptis si beneficia, etiam simplicia in diocesi obtineant, refert decifum Aloyf. Ricc. in *Gallectanis decisionum par. 4. col. 882. in princip.* & si non habeant, sufficit quod obtineant officium in Ecclesijs, Balb. *decif. 339. par. 2.* non comprehendere tamen eos, qui sunt nullius diocesis, vel extra ciuitatem in locis, in quibus habent plebem, resoluunt Franc. Leo in *Thesauri fori Ecclesiast. parte 1. cap. 8. num. 18.*

11 Nullæ immunitates religioni Hierosolymitanæ concessæ obstant, quo minus eius Sacerdotes inferuientes Ecclesijs vocari debeant ad processiones, ac nisi accedant, etiam compelli, vt refert decifum Salgado *de protel. Regia par. 2. cap. 9. num. 103.* & me citato in hoc loco Nouar. in *Lucerna Regular. verb. processiones num. 8. pag. 208.* Armendar. *d. loco n. 5.* [Cened. *pract. & Canon. quæst. lib. 1. q. 26. n. 17.* Salgado *d. cap. 9. n. 103.* Idem Armendar. *ubi supra*] num. 13. subdit & posse Episcopum cogere Canonicos & alios Presbyteros beneficia, vel officia Ecclesiastica obtinentes, vt accedant ad omnes & quascumque processiones publicas, aut indictas pro bono publico, vel honore, num. 12. attestatur in Sacra Congreg. decifum & Sacerdotes nullum officium, aut beneficium Ecclesiasticum obtinentes in ciuitate, vel diocesi non esse ab Episcopo compellendos ad villas processiones accedere.

14 Regulares, quantumuis exempti, tenentur accedere ad omnes, & quascumque processiones publicas & consuetas, aut indictas pro bono publico, vel honore: ita disponit Concil. *diēt. loco*, & refert decifum Armendariz *ubi proxime num. 15.* resoluunt Fr. Emman. *diēt. tom. 3. quæst. 36. artic. 1.* Cochier

de *iurisdic. Ordinarij in exemptis par. 2. quæst. 45. num. 109.* Chopin. *de Sacra polit. lib. 2. tit. 6. num. 18.* Francif. Leo *diēt. part. 4. cap. 2. num. 143.* Vgolin. *diēt. cap. 20. §. 2. n. 4.*

15 Primò limita in Regularibus, qui in strictiori clausura perpetuè viuunt, vt disponit Concil. *diēt. c. 13. in fine*, & resoluunt Franc. Leo *diēt. cap. 2. n. 144.* Stephan. Gratian. *diēt. decif. 232.* Aloyf. Ricc. *diēt. resol. 308. num. 2.* [Armend. *d. loco num. 8.* Vgolin. *d. c. 20. §. 2. num. 5.*]

19 Et Conuentus, in quibus fratres sub arctiori clausura degunt, ita vt nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant, sed tantum studiis, & lectionibus vacent, non sunt compellendi accedere ad processiones, vt refert decifum Armendar. *diēt. loco num. 8.*

17 Appellatione eorum, qui in strictiori clausura viuunt, venire Canonicos Regulares sanctæ Crucis Conimbricensis, refert decifum Armend. *d. loco n. 8.* [me citato in hoc loco Nouar. *verb. processiones, n. 9.*]

18 & Monasterium hoc, quod ab Alphonso Henrij. Portugaliæ Rege extractum, ab Emmanuele restauratum, & perfectissima Religione, cura, & opera Ioannis III. reformatum, ubique gentium est celebratissimum, ex corpora illa primorum Portugaliæ Regum Alphonsi, & Sacti filij, & Theotonij sanctas reliquias, & quinque Marrochensium Martyrum, & insignia virtutum omnium exempla, quod ibi perennat ex memoria Beati Antonij Lusitani, quem suæ familiæ aliquando habuisse alumnum, in eaque prima tot tantarumque virtutum, quæ vniuersam iam orbem Christianam compleuerunt, iacta fuisse semina in supremam ducere possunt suæ felicitatis patrem, de cuius monasterij laudibus multa tradunt Marizius in *dialogis variæ historiae fil. 46. & 361.* Odoard. Nonius Leon. in *chronica Regum Portugaliæ in uita Alphonsi I. fol. 5. vers.* Fr. Ludou. ab Angelis in *uita Beati Augusti. b. 4. cap. 2.1. pag. 112.* Fr. Emman. *quæst. Regul. tom. 1. q. 3. art. 1.* [nouissimè Illustriss. D. Aucta in *historia Ecclesiastica Archiepiscopi. Bracharensum par. 2. cap. 14.*] & Monasterium hoc situm est in Conimbricensi ciuitate, quæ situs præstantia, antiquitatis commendatione, & Regia quondam Sedis prerogatiua, tantum alijs inter caput extulit Vrbes, quantum lenta solent inter viburna cupressi, cuius agrorum vberitatem, aeris temperiem, auriferi Munda amoenitatem graphicè describit Marizius in *dialogis variæ historiae dialogo 1. cap. 1. cum sequentibus*, de qua ita cecinit poeta noster Lusitanus.

O domus, ô Regum Sedes, ô dulce Cæmenis Hospitium, magnis ô loca digna Deis, Vt libet has uidisse tuas Conimbrica ualles, Mœniæque Equatæ uersibus arcta mei. Agnosco nunc Pieridum Palatia, quondam Lusitanorum cœta si perba Ducum. Agnosco celsæ, ingens opus, Herculis arces, Et uideo Lymphas cernere Munda tuas. Non me curuati pontis bona semina, non me Egregium tota quicquid in vrbe later. Omnia miratus Musis, & Apolline dixi. Non erat in toto dignior vrbe locus.

20 Non possunt igitur me à recordatione huius ciuitatis pueritia mea altricis discedere, in cuius celebri Academia per duodecim annorum spatium iuri Pontificio Casareoque integra semper ualitudine operâ dedi, cui iure optimo studiorum, laborumque meorum fructus, operamque meam, & industriam pro collato in me prioris educationis munere, me debere profiteor, de cuius encomiis latè Valsas

de Hispania antiquitatibus, cap. 20. Hieron. Roman. *de Republ. Christiana part. 1. lib. 5. cap. 20.* Fr. Amator Arraiz *dial. 3. cap. 8.* Mariz. *diēt. cap. 1. cum sequentibus, & dial. 5. fol. 353. cum sequentibus.* [Luc. Marina. *Siculus lib. 2. cap. 3.* Doctor Franciscus de Moncon in *lib. 1. sui speculi Principis Christiani cap. 36. fol. 85.* vbi late de institutione huius celeberrimæ Academiæ Conimbricensis, Camill. Borel. *de præstantia Regis Catholici cap. 40. num. 137.* vbi refert Conimbricensem Academiam in Lusitania erectam fuisse à Ioan. II. Rege Alphonsi quinti filio, eamque à summis, præclarissimisque iuris in omni scientiarum genere in dies excreuisse, & inde in omni disciplina uero genere liberalibus artibus, & scientiis viros eruditissimos effluxisse.] De qua idem poeta Lusitanus.

Regum olim hæc fuerat, Misærum Regia nunc est, Esse usquam melius non potuerit Dea.

Secundò limita, si Regulares abessent à Ciuitate per dimidium milliare, quia tunc non tenentur, nec compellendi sunt ab Episcopo accedere ad processiones, prout decifum Aloyf. Ricc. *diēt. resolut. 308. num. 2.* Armendar *diēt. loco n. 9. 11.* [& 14. Vgolin. *diēt. cap. 20. §. 2. num. 5. versic. 2.* Salgado *diēt. cap. 9. num. 14.*] Piafec. in *praxi noua Episcop. part. 2. cap. 3. num. 47. in fine.* Lezana *diēt. cap. 4. num. 47.*

Tertiò limita, si haberent ex priuilegio, vt non tenerentur ad processiones ire, quamuis semel, vel saepius iuerint: ita resoluunt Aloyf. Ricc. *diēt. resolut. 308. num. 4.* prout habent & Religiosi Societatis Iesv à Gregorio XII. *constitut. 16. incip. Quæcumque die 16. Julij 1576. in Bullario nouo [om. 2. & Patres discalceati Carmelitani ex Constit. Clementis VIII. incip. Religiosorum, de anno 1596. & in alijs relatis per Lezan. diēt. cap. 9. n. 47.*

Clerici Regulares congregationis S. Pauli decollati ad processiones & actus publicos accedere non coguntur, vt eis indulgit Sixtus V. *constit. sua 5. incip. Rationi, sub Dat. Kalend. Maij 1585. in Bullario nouo tom. 2. pag. 490.* Nec clerici Regulares pauperum Matris Dei scholarum piarum Vrbanus VIII. *constitut. 100. incip. Debitum, Kalen. Junij 1620.* nec Fratres S. Hieronymi in Regnis Hispaniarum, vt iuxta priuilegium Pij V. declarauit sacra Rit. Congreg. *sub die 14. Ianu. 1600.* Nec Canonici Regulares, nec Lateranenses, eadem sacra Congregatio *sub die 30. Julij 1616.* Nec Canonici Cassinenses Monachi ultra solitum adstringendi, vt accedant ad publicas processiones, eadem S. Congregatio in *Placentina 10. Iunij 1602.* Regulares hi omnes, vel quibus alij si qui sunt, habentes priuilegium non accedendi ad publicas processiones, non tenentur ad eas conuenire, etiam si semel, vel saepius conuenissent, quia est priuilegium facultatis, & possunt ire si velint, Vgolin. *de offi. Episcop. cap. 20. §. 2. n. 5.* Scip. de Rubens *verb. priuilegium n. 5.*

Quarto limita in Confraternitatibus laicorum, nam per Episcopum non poterunt compelli accedere ad processiones publicas: sed solum inuitari, prout declaratum fuisse referunt Franciscus Leo in *diēt. thesaur. part. 1. cap. 8. num. 18.* Aloyf. Ricc. *resolut. 308. num. 5.* & Campan. *diēt. cap. 13. num. 122.* Vgolin. *de potestate Episcop. cap. 11. num. 6.* Piafec. in *praxi noua Episcop. part. 2. cap. 3. num. 32.* [nouissimè Marcel. Vulpe in *praxi iudiciali fori Eccles. cap. 11. num. 9.*] Sed huiusmodi laicorum Confraternitates compelli posse dixit Papiæ decifum Mar. Ant. *var. lib. 1. res. 93.* & facit quoddam huiusmodi confraternitates, et si quoad temporalia non subsint Episcopis, tamen quoad spiritalia subsunt, prout resoluunt Nauar. *const. 3. sub*

bitur generalem constitutionem desuper fieri mandasse, alia Gregor XII. quæ incipit. *Exposcit*, aliisque contrariis minimè obstantibus. Quarum declarationum meminerunt Piasc. in *praxi noua Episcop. dist. num. 48. in fine*, Campan. *dist. cap. 13. n. 121. versic. & quoniam, & Quarant. d. verb. precedentia.*

[Pro parte Ecclesiarum, Presbyterorum, seu clericorum secularium Regni Castellæ, & Legionis in Hispania facta Congreg. Rituum expositum fuit, quod licet in libro Cæremoniali Episcoporum statutum sit, vt in generalibus processionibus Fratres, seu Monachi, vel Ordines Regularium antecedant, & Presbyteri, seu clerici seculares, quem Ordinem sancti Petri vocant, subsequantur, & vltimum locum obtineant, nec mixtum cum Regularibus incedant, prout per abusum antea faciebant, idque per Breue Apostol. à Clemente VIII. etiam declaratum, & confirmatum fuit, tamen Regulares ipsi renuerunt id obseruare, nec vt solebant prius ad processiones accedunt, vel si accedant quasi per contemptum aliquos paucos Fratres, nonitios, seu conuersos, & ex vilioribus ad eadem processiones mittunt. Eadem sacra Rituum Congreg. facta de prædictis omnibus verbo cum eodem S. D. N. Papa, & de eius expresso ordine, & mandato declarauit prædictos omnes Religiosos teneri ad obseruantiam dicti libri Cæremonialis, & litteratum Apostol. in forma Breuis expeditarum super obseruatione præmissorum omnium, & singulorum, & ordinauit vt moneantur omnes Generales, Prouinciales, & quicumque alij Regularium superiores, vt prædicta omnino etiam sub pœnis arbitrio eiusdem sacre Congreg. infligendis obseruari faciant, & numerum debitum decentem, & consuetum Fratrum ad processiones mittant. Non obstante quacunque asserta, seu præsentia consuetudine in contrarium, quam abusum esse, & non consuetudinem, eadem S. Congreg. declarauit, & quibuscumque aliis non obstantibus. Et ita pronuntiauit, decreuit, & declarauit in plena Congregatione, & de ordine expresso prælibati S. D. N. Clementis Papæ VIII. & insuper ordinauit, vt præfens decretum imitetur omnibus Generalibus, Prouincialibus, & aliis quibuscumque superioribus doctorum Ordinum Romæ die 30. Augusti 1602. Alex. Card. Floron. I. P. Mucconius Profecret. Congreg. loquens sigilli.

Postmodum Clemens VIII. per suam Constit. incipit. *Quæ ad remittendum, sub die 5. Nouembris 1603.* ex voto eorundem Cardinalium Congregationis factorum Rituum declarauit clerum secularem in omnibus locis, etiam in propriis Ecclesiis, & Conuentibus Fratrum, Monachorum, & Religiosorum quoruncunque in vniuerso Regno Castellæ & Legionis præferendum esse, & præcedere debere, &c. Quam Clementis VIII. constitutionem obseruari mandauit Gregorius X V. in sua *decis. incip. Alias à felic. sub die 3. Augusti 1622.* commissa earum executione quibusuis locorum Ordinariis in Regnis Hispaniarum existentibus quoties pro parte alicuius ex clero seculari fuerint requisiti, &c.]

In materia præcedentiæ inter Religiones [vbi Apostolica constitutiones non habentur, vel si quæ sint, receptæ non extant.] seruanda est consuetudo loci, secundum Bald. in *cap. cum olim, de consuetud. num. 1. Zabarel. cons. 62. num. 1. Renat. Chopin. monastic. lib. 2. tit. vltim. num. 23. Seraphin. decis. 335. & decis. 663. & decis. 964. num. 1. vbi ampliat*

hoc etiam procedere, quamuis consuetudo huiusmodi repugnaret Iuri communi [de quo etiam adden. ad Gregor. X V. *decis. 124. Menoch. cons. 51. num. 49. & 51. Rota apud Postium post tract. mandati de manut. decis. 229. num. 1. & 2. Mich. Ferr. de præcedent. Ecclesiast. quæst. 45. num. 10. Vel inspicitur qualis sit prior in institutione, & approbatione, ex gloss. verb. *predicator in cap. quorundam, de elect. lib. 6. Cassan. in catalogo gloria mundi, part. 4. confid. 52. versergero modo, Ricc. part. 1. decis. 131. num. 18. Tob. Non. cons. 71. num. 35. tenuit Rota in vna Oriolen. præcedentia 10. Marij 1600. coram D. Litta, & in vna Romana præcedentia, 24. Maij 1600. coram Illustrissimo Lancellotto sen. vbi etiam fuit dictum monachos trium fontium, & sanctæ Crucis in Hierusalæm debere præcedere Monachos S. Eusebij, ex quo eorum ordo, qui est Cistercensium, fuit prius constitutus, & approbatus: etenim illum instituit sanctus Robertus Monachus sancti Benedicti anno Domini 1098. Cass. d. p. 4. confid. 58. & paulo post approbavit Viban. I. vt post alios refert Platina in *vita eiusdem Viban. II. in fine*. At vero iste Ordo, qui est Cælestinorum, fuit per ducentos annos postea à S. Petro Moroneo, qui fuit Papa Cælestinus V. institutus, sub eadem Regula sancti Benedicti, Cassan. d. part. 4. *considerat. 60.* Hieron. Rom. *de Republ. Christiana lib. 6. cap. 8. Illescas in historia Pontif. lib. 5. c. 18. in fin. Qui Ordo quamuis ab eodem Cælestino, tam in suis Bullis, quam in aliis, dicitur Ordo S. Benedicti, & ita appelletur, & monachi seruent regulam S. Benedicti, hoc tamen non est, quia fratres sunt eiusdem Ordinis, nam re vera Ordo est distinctus, & separatus, cum sub Ordine S. Benedicti quibusdam constitutionibus, seu statutis apposti sint plures Ordines distincti, vt refert Cassan. *dict. confid. 18.* inter quos est Ordo Cistercensium, & Ordo Cælestinorum, Pelag. *de planctu Ecclesia lib. 2. cap. 21. Trithemius de viris illustribus Ordinis sancti Benedicti lib. 1. cap. 3.****

Clemens VIII. Motu proprio de anno 1599. sui Pontificatus 8. decreuit, vt Monachi reformati Ordinis Cisterciensis Congregationis S. Mariæ Fulienfis in processionibus, & functionibus publicis præcederent Ordines Mendicantes [est in tom. 3. Bullar. cons. 56. cuius meminit Mich. Ferrus de præcedent. Ecclesiast. quæst. 45. num. 5.]

Item idem Pontifex decreuit quod Fratres Ordinis S. Mariæ de Monte Carmelo, vbique præcedant Fratres B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captiuorum, non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostol. ceterisque contrariis quibuscumque, vt habetur in Bullario nouo tom. 3. *constit. 95. eiusdem Pontificis* [cuius meminit idem Mich. Ferrus de præcedent. Ecclesiast. quæst. 45. num. 4.]

Fratres Prædicatores præcedunt alios Religiosos Mendicantes, etiam vbi Ecclesias non habent, aut alij Mendicantes antiquiores Ecclesias possident, vt declarauit Pius V. in Bulla quæ incipit. *Diuina dispensatione clementia*, de anno 1568. in Bullario nouo tom. 2. *constit. 71. eiusdem Pontif. referunt Fr. Emin. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 35. art. 1. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. processiones, versic. ad quartum.* [Piasc. in simili praxi part. 3. cap. 3. fol. 210. Mich. Ferrus de præcedent. Ecclesiast. quæst. 45. n. 3.]

Inter Fratres verò Minores de Obseruantia & Conuentuales extitit olim magna controuersia super præcedentiæ, quæ postea ad fauorem Fratrum Minorum de Obseruantia fuit resoluta per Leonem X. in Bullario nouo *constit. 16. eiusdem Pontif.* [incipit. *Omnipotens Deus, Id. Iulij 1517. in §. 11.*]

Et de Canonicis S. Georgij in Alga, quod præcedant Canonici Regulares Lateranen. declarauit Pius V. in sua *constitut. [127. incip. Cum alias, 1. Kalend. Iulij 1571.]*

Cælestini, qui sunt antiquiores origine, & confirmatione Apostol. Oliuetanis, idè eos præcedunt, vt fuit resolutum in Rot. in vna *Salernitana præcedentia 21. Iulij 1625.* coram Buratto inter eius impressas *decis. 877.*

Fratres Mendicantes semper, & vbique tribuere debent præcedentiam Monachis, S. Congr. Rituum in *Monopolitana 23. Marij 1619.*

Fratres Iesuati præcedere debent Minoribus obseruantibus, S. Congr. Rituum in *Pisana 4. Septemb. 1621.]*

38 Rector verò in sua Ecclesia quoscunque alios, qui ordine hierarchico non sunt eius superiores, antecedit in solemnibus Missis dicendis, aliisque omnibus præminentibus, & idè Rota censuit Parochum in vna Ecclesia præferendum Decano, & Capitulo Collegiatae ad eam Ecclesiam personaliter ex antiqua consuetudine accedentibus, quodque maior minori in eius domo cedere teneatur, Gonzal. ad *reg. 8. Cancel. gloss. 6. n. 101. & seq.*

[Manutentio conceditur existentibus in quasi possessione præcedentiæ, & præminentie in processionibus in delatione Crucis, in sessione in digniori loco, & in aliis actibus publicis, ac celebratione Diuinorum, Menoch. *cons. 52. num. 49.* Post. *de mandato manutentis obseru. 10. num. 31.* Rota apud eund. *decis. 32. 33. 35. 101. & 229.* Aloy. Ricc. in *decis. Curia Archiep. Neapol. part. 1. decis. 132.* Quando inter Fratres Mendicantes non probatur, aut non constat de quasi possessione prouidentia, statuit Gregorius XIII. in *sua cons. supra relata, vt ij, qui antiquiores in loco controuersiam fuerint, in omnibus processionibus tam publicis, quam priuatis præcedere debeant, ita sepe sæpius censuit S. Congr. Rit. vt in *Virginiana 25. Maij 1603. & in Cusentina 1. Marij 1614. & in Terracina 30. Sept. 1614. & in Rossanen. terra noua 14. Febr. 1615. & in Agrigentina terranari 4. Aprilis 1615. & in Spoletana 16. Augusti 1618. & in Orutan. terra Tralle 29. Sept. 1619. & in Nucerna 24. Ianuar. & 19. Maij 1617. & in Tudestina terra Alaxza 16. Ianuarij 1620.]**

39 Cum Confraternitates autem quid seruandum sit, dum inter eas contenditur de præcedentiæ, vide Guric. *lib. 1. Canonie. cap. 35. Ceual. comm. contra commun. tom. 4. q. 897. n. 236.* Aucnd. *de exequendis mand. p. 1. cap. 1. n. 25. pag. 14.*

40 Pro honore competit iudicium possessorium, vt ex Bald. & Boer. resoluti Ioannes Garcia *de nobilit. gloss. 35. num. 59. post princip.* vbi etiam, quod si antiquiori nobiliori competit locus honorabilior, quod si ab eo deturbetur, sit illi iniuria, quam de facto potest propellere, de quo etiam idem Garcia *de expens. cap. 8. ad finem, Lara in l. si quis à liberis, in princip. num. 25. ff. de liberis agnoscent.* Hinc occurrit, quod nimis propere resoluti Carol. de Grassis *de effectibus cleric. esset. 1. num. 613.* quod scilicet si in controuersis circa locum incedendi in processionibus, vt si debent incedere in quarto, vel quinto loco, sit iudex secularis competens, qui summarie, & de plano, cognita differentia causam terminare debeat. Quando autem differentia est an aliquis sit malè cancellatus à Societatibus, Confraternitatibus, vel sit recipiendus, vel non, an sit canonicè quis vel electus ad gubernium, & administrationem, tales & similes controuersie dirimantur per Episcopum, aut eius Vicarium. Sed quamuis hæc Caroli de Grassis sententia circa primum membrum videri possit

Barbof. de Episcopo. Pars III.

tolerabilis, quando agitur iudicio possessorio, tamen extra illud eam non admitterem, sed potius resoluendum puto ad iudicem Ecclesiasticum pertinere controuersias dirimere, quæ essent inter ipsas laicorum Confraternitates circa modum procedendi, vel circa habitum, vel quid simile, [refert me citato in hoc loco Diana *moral. resol. part. 2. tract. 1. & nouillimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. 1. n. 10. cum seqq.*] cum talia sint adiones spirituales. Nauar. *cons. 3. num. 6. de foro comp.* in nou. & laici in dictis adionibus spiritualibus & concernentibus cultum diuinum, sunt suppositi iudicio Episcopi, Stephan. Gratian. *March. decis. 242. num. 4.*

ALLEGATIO LXXIX.

Episcopus extinguere inimicitias, & ad concordiam compellere quando debeat?

S V M M A R I V M.

- 1 Inimicitias in Episcopatu ortas debent Episcopi compenere.
- 2 Beneficia certo modo impetranti debet Episcopus semper consulere, & defectum obtinentem monere, vt impetret dispensationem.
- 3 Bullarum Apostol. executionem iniuste impediens ultra excommunicationem Papalem, quam incurrit, tenentur ad fructus deperditos, & expensas factas.
- 4 Recurrentes ad iudices laicos pro obtinendis inibitorijs, & aliis impedimentis, sum ipso iure excommunicati.
- 5 R. cursus ad curiam secularem probatur ex inuitibus minus firmiter extrahis, propter difficultatem illa extrahendi seruatis seruandis.
- 6 Concordes reducere sub pena excommunicationis potest Episcopus discordes etiam laicos.
- 7 Pacis violatores tenentur sub peccato mortali Episcopus excommunicare.
- 8 Lites ne proleantur debet quilibet iudex laborare.
- 9 Litigantes potest Episcopus ad concordiam, & ad compromittendum compellere, quando lis diu durauit, & casus est intricata, vel quando imminet timor armorum.
- 10 Controuersus ancipites componere pium, & sacerdotale munus est.
- 11 Lites qui minuit, minuit peccata.
- 12 Litium occasio amputanda est.
- 13 Litium introductio criminum accusationem, & alia detrimenta præbet.
- 14 Lites sunt cause multorum malorum.
- 15 Aduocati hac tempestate plures sunt ad bonas causas malè pendendas.
- 16 Aduocati qui recte, & iuste vtuntur legibus multum merentur apud Deum.
- 17 Christus Saluator noster aduocationis officium pro Maria Magdalena, & in mulieris de adulterio accusatione, ac suorum discipulorum criminationibus falso impositis sustinuit.
- 18 Beatissima Virgo aduocata peccatorum dicitur.
- 19 Ambrosius undecim annis in Curijs, & foro causas egit.
- 20 Germanus, & Lepandus Aduocati & D. Leonardi fratres in numerum Sanctorum relati sunt.

T t

21 Aduocatio

- 15 Pontificales vestes & insignia quaecunque potest Episcopus gestare in locis exemptis.
- 16 Cathedralam in loco exempto possunt Praefules erigere pro eorum ornatu, & dignitate.
- 17 Baldachinum erigere in Ecclesiis Regularibus licet Episcopis Pontificalia exercentibus.
- 18 Baldachinum erigere non possunt Abbates S. Benedicti, & caeteri omnes similes, quando solemniter in propriis Ecclesiis celebrant.
- 19 [Abbates Cassinenses, Olinetani, & Camadulenses quomodo Baldachinum ex concessione Urbani VII. erigere possint.]



VEMADMODUM Pontifex dicitur esse Episcopus, siue diocesanus totius Orbis. cap. cum ta per mundum 9. quæst. 3. Froil. tract. de canonizat. Sanct. §. sequitur seruandum num. 28. & 29. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 1. proem. num. 8. Flamin. de rescript. lib. 11. quæst. 13. num. 132. Ita etiam Episcopus in assignato sibi Episcopatu, siue diocesi, quare idem dicitur territorium esse Episcopi, siue Parochia, quod omnes Ecclesie, locave, illius iurisdictioni, curæ, & spirituali eius potestati subiiciantur. cap. omnes Basilicæ. 16. quæst. 7. cap. cum contingat, de foro competenti. cap. cum Episcopus, de officio Ordinari. in 6. Socin. in tract. de oblation. quæst. 18. num. 63. Troyl. dicto §. incip. Sequitur secundum num. 28. & seq. Rebuff. in l. pupillus, §. territorium. vers. & tota ciuitas. ff. de verborum significatione. ¶ illi enim regulariter competit in tota sua diocesi iurisdictionem Ecclesiasticam, tam voluntariam, quam contentiosam exercere. d. cap. cum Episcopus. Couar. in cap. alma. par. 1. §. 12. num. 3. Soar. in practi. tom. 2. preclud. 1. num. 4. Fr. Emman. quæst. Regularium tom. 2. quæst. 63. art. 1. colum. 2. Habet intra fines sua: diocesis intentionem fundatam pro exercitio iurisdictionis contra quoscunque. cap. cum personæ, de privileg. in 6. cap. Basilicæ 16. quæst. 7. cap. cum venerabilis, de Relig. domib. Clem. 1. de foro competenti. Romani. conf. 180. sub num. 4. vers. habet enim Episcopus, Fedric. de Senis conf. 145. num. 6. ante fin. vers. unde si aliquis, Verall. decis. 201. par. 2. Seraphin. decis. 104. num. 1. Rot. decis. 243. num. 1. par. 2. recent. cuiusque status sint, siue Regularis, siue secularis. cap. Abbates, vbi glos. verb. in Episcoporum 18. quæst. 2. Quod tamen respectu Regularium intelligitur de his causis quæ sunt extra regulam, quæ enim tangunt regularem obseruantiam, subiiciuntur iudicio Prælatorum Regularium, vt post alios explicat Rot. decis. 15. n. 47. & 10. & decis. 17. num. 1. part. 1. recent. cuius meminit Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 21. num. 6. Ad eod quidem, vt ¶ quouis in loco diocesis pro tribunali sedere, ibique ius reddere possit, d. cap. cum Episcopus [vbi Gemin. in 1. 3. ibi, Dic quod aut Episcopus vult perpetuo, vel ad longum tempus transferre Cathedralam de sua Ecclesia principali ad aliam eiusdem diocesis, & hoc non potest; idem si velit quod Cathedrala imitaretur in alio loco, quam in Ecclesia in qua instituta est.] Gambar. de officio, & potest. Legati de Latere lib. 2. tit. de variis Ordinari. nominibus num. 168. Cuch. institut. iuris Canonici, lib. 1. cap. 12. vers. cum Episcopus, Bellencin. in tract. de charitativo sub §. 4. q. 32. num. 3. Bertachin. tract. de Episcopo lib. 4. par. 5. num. 70. & 71. Rot. Roman. in vna Placentina decis. 297. volum. 2. diuers. Stephan. Gratian. discept. forens. c. 655. n. 9. & Marchia decis. 113. num. 2. in addit. vbi dicit non licere Præfule ad longum tempus sine causa alibi tribunal erigere, & à ciuitate amouere, refert Campan. in diuers. iuris Canon. rub. 1. c. 13. num. 151. vers. limitatur [Vgolin. de offic. Episc. c. 4. §. 14. n. 2. p. 1. Ciarlin. forens. contro. lib. 1.

a. 60. n. 17.] Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 2. proem. n. 35. [ibi, Intellige ad modicum tempus, nam ad longum tempus non potest sine iusta causa remouere Cathedralam, & Tribunal à ciuitate, &c. idem Steph. Gratian. discept. forens. tom. 5. c. 655. n. 27. ibi, Tamen hoc intelligitur dummodo Episcopus hoc non faciat ad longum tempus, nam sine iusta causa non potest remouere Cathedralam, & Tribunal à ciuitate, &c. plures me citato in hoc loco refert Doctor Don Ioannes Calderon in Matritensi Curia Aduocatus, in sua Iuris allegatione pro ciuitate Calciatensi contra Episcopum Calaguritanum, qui in ciuitate de Logroño suæ diocesis residere & Tribunal erigere intendebat, sed non obtinuit.] Nauar. consil. 3. in antiq. aliis 4. in nouis sub tit. de officio Ordinari. Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 3. qui duo posteriores id intelligunt, dummodo locus honestus sit, & litigatores sine magno incommodo eod loci venire possint, nam ¶ si Episcopus haberet amplam diocesim, & vellet causam cognoscere in loco multum remoto à partibus, possunt partes petere causam committi in loco propinquo, & si hoc denegaret, poterit appellari, ita resoluit Quaranta in summa Bullar. verb. Archiepiscopi auctoritas, num. 20. antheorit. 30. post princip. De qua quidem materia habemus optimam Rotæ decisionem, [vt sequitur R. P. D. Remboldo Calciaten. iurisdictionis 10. Maij 1624.]

Dictum fuit causas Capitularium Ecclesie Calciatensis esse cognoscendas in domo Episcopi, seu in solito tribunali; Episcopus enim habet fundatam intentionem suam tam inspecto Iure communi, quam etiam vigore S. Concilij Trident.

Nam de Iure communi Episcopus potest exercere iurisdictionem suam in quacunque parte, seu loco suæ diocesis. cap. cum Episcopus, de officio Ordinari. in 6. gloss. in cap. fin. in verb. diocesim, de constitut. eod. lib. cum aliis per Gonzal. super regul. 8. §. 2. proem. num. 3.

Nec obstat quod Episcopus debet ius dicere in loco honesto, & more maiorum, & sine incommodo litigantium, vt per Anchar. in d. cap. cum Episcopus in 2. notab. de officio Ord. in 6. per text. in l. pen. ff. de instit. & iure, & in l. locis, ff. de iudic. quia verba illa, more maiorum, debent intelligi, vt non iudicet extra territorium, & per Butr. Bald. & alios in d. l. locis, & melius Host. in sum. tit. de feudis §. apud quem, num. 13. vbi quod si Curia deberet accedere ad locum delicti, non iudicaret more maiorum, sed more inferorum. Et faciunt ad idem verba tex. in d. l. pen. ff. de instit. & iure. ibi, salua maiestate imperij sui, neque enim salua esset maiestas Episcopi, si teneretur in loco subditi ius dicere.

Nec dicatur prædicta locum minime sibi vendicare, quando vnus & idem Episcopus est duarum diocesium: tunc enim non potest dilinquentem in vna diocesi extra illam trahere, vt latè per Mandos. consil. 27. num. 6. quia quicquid esset dicendum, quando dictæ duæ dioceses essent penitus distinctæ, & Episcopus retineret in vtraque Vicarium generalem; cessat in casu isto difficultas, quia Ecclesia Calciatensis est vnita Ecclesie Calaguritanæ, vt aliàs firmavit Rot. decis. 296. part. 1. & decis. 708. num. 2. par. 2. recent. & testatur Gonzal. ad reg. 8. gloss. §. 7. num. 32. atque ita non versamur in duabus diocesium separatis, nec Episcopus retinet Vicarium generalem in loco Calciaten. nec adstringi potest vt Vicarium generalem ibidem retineat, vt in fortioribus fuit resolutum in Viterbien. seu Tuscanen. Vicarij 13. Maij 1617. coram Cardin. Caualerio, in qua etiam dicitur quod licet dioceses essent distinctæ,

distinctæ, aut æquè principaliter vnitæ, tamen quoad Episcopum reputatur vna diocesis exemplo Præfidis duarum prouinciarum Innocent. in cap. nouis, in fine, de officio leg. Paul. de Castro, Iaf. Alexand. Angel. & alij in l. ff. de iurisdic. omni. iud. Barb. in l. vnica, num. 12. C. de metropol. Beryro lib. 11. ac propterea dicendum obiectum non applicari.

Nec etiam obstat quod saltem versamur in diocesi multum ampla, ideoque Episcopus non potest cogere subditos ad litigandum in loco longinquo, sed debet vel ipse accedere vbi veritue litigium, vel alium delegare. Anchar. in cap. nonnulli num. 5. de rescript. & in cap. cum te, in princip. vers. 2. noto, de officio delegati. Anton. de Butr. in cap. sanè, in fine, de foro comp. & ibi Ioann. Andr. num. 5. & Barbat. in princip. & in cap. dilectus num. 59. cum seq. de rescripti. Felin. in cap. vltim. sub num. 2. de iudic.

Quia dicta concilijs communiter reprobatur à DD. vt per Abb. in dicit. c. sanè num. 3. de foro comp. & in dicit. cap. dilectus num. 4. de rescripti. Rot. decis. 297. num. 4. par. 2. diuers. Et restringitur vt procedat tantummodo quando locus valde distat, & causa est modica. Barbat. in dicit. cap. nonnulli, num. 6. & ibi Felin. de rescripti. Rot. dicit. decis. 297. num. 8. par. 2. diuers. Atque eam de æquitate tantum procedere dicit Imol. in dicit. cap. sanè, de foro competenti. & addit. ad Abb. in dicit. cap. dilectus il. 2. lit. G. de rescripti. sicque attendo Iuris rigore Episcopus potest in quolibet loco suæ diocesis exercere iurisdictionem. d. cap. cum Episcopus, de officio Ordinari. cum aliis supra allegatis. Hactenus decisio.

Vicarius tamen Episcopi, siue eius officialis, cui tribunal, ius iudicialis locus est constitutus, non potest extra illum ius dicere partibus, nisi sit in comitatu Episcopi: tunc enim ibi iura reddere potest, vbi reperitur cum Episcopo, Zaz. in l. ius pluribus, ff. de iustit. & iure, Breche. in l. prouinciales, ff. de verborum significatione. Vel nisi ex aliqua rationabili causa se ad alium locum decentem transferre visum fuerit, Vant. loco infra citando, num. 111. versic. nisi ex aliqua.

Verùm in loco exempto Episcopus pro tribunali sedere, aut iura reddere minime posse probat text. in dicit. cap. cum Episcopus, glos. verb. aut eo, in Clement. quamuis, de foro comp. Vant. de nullit. tit. ex defectu iurisdic. Ordinari. num. 108. Nauar. dicit. loco, Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 43. num. 180. cum sequentibus, Stephan. Gratian. Marchia decis. 113. num. 3. in addit. Campan. in diuersorio iuris Canon. rub. 1. 1. cap. 23. num. 151. versic. limitatur. Ratio est, quia ¶ iudex erigere nequit tribunal extra suam diocesim, in qua haberetur vt priuatus. cap. notandum, 2. quæst. 3. cap. Episcopum, 9. quæst. 3. Borgal. tractat. de irregul. larit. part. 6. quæst. 2. fol. 352. Vant. dicit. num. 108. [& in specie quod Episcopus extra diocesim haberetur vt priuatus, firmant Vgolin. de officio Episcopi cap. 4. §. 14. num. 4. Caball. crimin. resolut. casu 120. num. 2. cent. 2. me citato in hoc loco Ciarlin. contro. forens. lib. 1. cap. 60. num. 6. Etenim quæ sunt iurisdictionis contentiosæ nequeunt exerceri per eum in aliena diocesi. Vgolin. dicit. cap. 4. §. 14. num. 4. Stephan. Gratian. decis. 98. num. 4. Caball. dicit. casu 120. num. 3. Ciarlin. dicit. cap. 60. num. 5.] ¶ locus enim exemptus, & locus extra diocesim, siue territorium iudicatur à patribus, Henric. in sum. lib. 7. cap. 15. §. 4. vbi glos. lit. F. Azeued. lib. 1. num. 104. tit. 161. §. 8. nota recopilat.

Gonzal. dicit. gloss. 43. num. 182. Nisi ¶ Episcopus sit expulsus à sua diocesi, is enim in aliena, petita, licet non obtenta licentia, subditis suis iurisdictione

nem administrare poterit, Clement. vnica, de foro compen. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 21. num. 28. in fine.

Vnde non abs re inquirendum venit, cuius erunt oblationes in Missa factæ Episcopo celebranti in loco exempto. In quo dubio tenent aliqui Episcopo deberi, ex eo, quia oblationes indistinctè cedunt, & acquiritur Rectori Parochialis Ecclesie, cap. quia, cap. sanctorum, 10. quæst. 1. cap. nulli, 12. quæst. 2. cap. ex transmissa, de prescripti. Abb. in rub. de parochiis, num. 4. cum citatis à Bellet. disquisit. cleric. p. 1. cit. de bonis cleric. §. 3. num. 4. ¶ & cum tota diocesis dicatur parochia Episcopi, cap. licet, 16. quæst. 3. cap. 1. & ibi Host. num. 6. de raptor. cap. Apostolica, in princip. & ibi Abb. num. 2. de donat. Cochier de iurisdic. part. 4. quæst. num. 7. glos. in Clement. 7. verb. Presbyteri, de priuileg. & alij curati dicantur auditores Episcopi, cap. fin. de officio Archidiacon. igitur Episcopo celebranti in qualibet suæ diocesis parochia, pertinent oblationes, Hostienf. in sum. tit. de parochiis, §. in quibus, versic. quid ergo, Falch. de visitat. lib. 1. cap. 24. num. 11. Marc. Anton. Genuenf. in practica cap. 57. num. 8. Afflic. in constitut. Neapol. lib. 1. rubr. de decimis, num. 32. quare sequendo Imolam in his terminis censet deberi Episcopo Troilus Malucet. de oblat. imagini factis, part. 4. num. 2. Sed hoc ad præsentem questionem adaptari non potest, cum locus exemptus extra diocesim dicatur, vt supra resoluimus. Quare Petr. de Anchar. in Clement. Archiepiscopo, de priuileg. sic distinguit, vt si celebret exequendo officium pastorale, quod ei oblationes debeantur, idque vt subueniatur in necessitate constituto, secus vero si voluntariè, Cardin. verò Zabarella in dicit. Clement. Archiepiscopo, num. 11. cui etiam assentitur Felin. in cap. dilectus, num. 1. vers. & adde, de officio Ordinari. quem citat Bellet. dicit. §. 3. num. 47. dicit quod ¶ de vrbantate Episcopo celebranti debeantur, de iure vero, ei, cui competunt iura parochialia. Sed in hac re recurrendum esse ad priuilegia, & consuetudines tenent Mar. Socitr. in tractat. de oblation. lib. 18. num. 60. cum sequentibus, Erasim. à Cochier de iurisdictione Ordinarij in exemptis part. 4. questione 18.

An autem Oblationes, quæ sacris imaginibus deferuntur, debeantur Episcopo, vel Parocho, quæstio est inter Doctores antiquos controuersa, multi enim partes Episcoporum tuerunt, vt Angel. in disput. incip. In resurgenti, in 2. dub. Malucet. de oblation. in 4. dub. 4. num. 14. Petr. de Vbald. de canonica portione cap. 4. quæst. 16. & refert Decian. consil. 16. sub num. 7. lib. 2. Attamen verior, & hodie receptissima est sententia, quod siue in Ecclesia Parochialia positæ sint huiusmodi factæ imagines, siue extra, intra tamen limites Parochie habeat fundatam intentionem Patrochus super omnibus obventionibus contingentibus intra limites suæ Parochie, & ad eum spectant, vt gensque est text. in cap. pastoralis, & ibi nostri, de iis quæ fiunt à Prelatis sine consensu Cap. & text. in cap. hanc 10. quæst. 1. & in cap. dilectus, de officio Ordinari. vbi Abb. num. 4. qui subdit in versic. quoad primam, Episcopo solum deberi oblationes quando factæ imagines reperiuntur extra omnem Parochiam, Felin. ibid. in princip. & num. 3. & Abb. in cap. quoniam, num. 1. de decimis, vbi signanter quod spectant ad Parochum, & non ad Episcopum, Capell. Tholof. decis. 483. Ferrer. consil. 143. qui bene distinguit num. 2. 3. & 4. Azor. institut. moral. part. 1. lib. 7.

Pignat. tom. 7. Cap. 45. Pragnan. in Cap. quia nō, a. n. 11. de au. Et cum Palii.

lib. 7. cap. 38. quæst. 13. Decian. qui fusc pro Parocho contra Episcopum in his oblationibus, quæ Iconi sanctissimi Crucifixi offerbantur, consuluit. dict. consil. 16. per rorum lib. 2. Gurierr. canon. quæst. lib. 2. cap. 21. num. 162. Marefcot. var. resolut. lib. 2. cap. 42. num. 6. 7. & 8. Aloyf. Ricc. in Neapol. decis. 170. num. 7. par. 4. & hanc eandem opinionem videtur amplexus S. Thom. 2. 2. quæst. 86. art. 2. præsertim in resp. ad 2. argum. & expressè sequuta est Rot. in Aquilana nullitatis erectionis 20. Decembris 1610. coram R. P. D. meo Pirouano, quæ est decis. 256. part. 1. recent. & in Beneuentana spolijs 2. Decembris 1585. & 2. Decembris 1587. coram Orano, vbi fuit dictum oblationes factas in Ecclesia Cathedrali spectare non ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum, qui cuius animarum ibi exercebat, & idem respondit Sacra Congregatio Illustrissimorum Interpretum Concilij Trident. in una Cauem. Ius enim vniuersale habet Parochus intra limites suæ Parochiæ, mediisque est inter Deum, & populum; vnde quemadmodum dogmata & sacramenta quæ proueniunt à Deo, exhibet populo, ita vice versa exhibet Deo ea quæ sunt populi, nempe preces, & oblationes, & qui Altari seruiunt, de Altari participant, vt egregiè ratiocinatur S. Thom. dict. art. 2.

Et quamuis conclusio sibi locum vendicat, nisi oblationes in certum usum ex Priorum offerentium voluntate fuerint destinatae, in dubio enim solummodo spectant ad Parochum; at quoties à fidelibus præstantur ad certum finem, pro Missis scilicet, & fabrica, tunc ad Parochum nullo modo spectant, & voluntas eorum, qui elemosynam seu oblationes dederunt, præcisè seruari debet, vt præcitat DD. monent, & præsertim addit. de Capell. Tholof. dict. decis. 483. Marefcot. dict. cap. 42. num. 1. lib. 2. Ricciol. dict. decis. 170. num. 1. & Rota in Bracharen. oblationum 17. Decembris 1612. coram Cardin. Pamphilio iun. Artanus aduertendum est quod non habet quidem fundatam intentionem Parochus ad effectum, vt hoc casu oblationes conuertat in proprium usum, cum debeant in usum à largientibus destinatum erogari; verum administratio harum oblationum etiam tali casu ad Parochum videtur spectare ex eodem iure Parochialitatis, & qua ratione oblationes spectant ad Parochum, nisi fuerint in determinatum usum datae, eadem immo & maiori ratione ad eundem Parochum spectat saltem administratio oblationum, quoties in certam causam sunt erogandæ, cum & regulariter de illis oblationibus Parochus debeat esse fidelis administrator ac dispensator, partim conuertendo in proprium usum, partim erogando in iis, quæ concernunt cultum diuinum, & partim ad pauperum inopiam subleuandam, vt per S. Thom. loco præallegato, & de harum oblationum distributione idem sancitum fuit in cap. Vulserane, & cap. quatuor 12. quæst. 2. Et quod huiusmodi oblationum solus Parochus habeat administrationem, dixit Abb. in cap. postulatjs, num. 2. vers. administrationem autem, de his que sunt à Prelatis sine consil. Cap. & Ferrer. dict. consil. 143. num. 4. vers. & quod Colliguntur hæc omnia ex deductis in una Lunen. Sarsinen. oblationum 8. Februarij 1617. coram D. Merlino.

[Habet, vt ad rem redeamus, Episcopus thronum & solum in signum suæ magnæ celsitudinis & potestatis Aggia de exhib. auxil. fundam. 6. Alzed. de præcellen. Episcop. dignit. par. 1. cap. 12. num. 48. Habet etiam faldistorium, idem Alzed. dict. loco num. 49.

Et in sua Ecclesia Cathedrali vti potest Baldachinum etiam in præsentia Præregis, Mastrill. de magistrat. lib. 4. cap. 13. num. 183. Alzed. d. cap. 12. n. 50. Et quamuis in locis exemptis generaliter Pontificalia exercere non possit, vt j disponit Concil. Trident. sess. 6. de reformat. cap. 5. & sess. 14. cap. 4. nihilominus tamen posse in locis exemptis vti Pontificalibus vestibus, & insignibus quibuscumque, certum est ex concessione Viennensis Concilij in d. Clement. Archiepiscopo, de priuileg. cuius sanctioni nunquam derogari censetur, nisi aperta verba adint derogatoria, cap. ex parte, de capellis Monach. Non obstat igitur Concil. Trident. dictis locis, quia verba faciunt de vtu Pontificalium, cum aliquo exercitio, vt asserit Quaranta dict. verb. Archiepiscopi auctoritas, auctor. 32. vers. propterea, pag. mibi 84. Ex quo constat posse Episcopum omnia gestare insignia Pontificalia, vestesque in locis exemptis, aliaque exequi, quæ sibi concessa fuerunt in d. Clem. Archiepiscopo, quinimo & solam celebrationem in Pontificalibus videti ipsis Episcopis veritam in locis exemptis in aliena diocesi, inferendum ob id est, sicut nec antea erat, Cochier de iurisdict. Ordinarij in exempto p. 2. quæst. 45. vers. 26. & 62. Vnde respectu Diuinorum Pontificaliter celebrandum posse Episcopos in quacumque Ecclesia etiam exempta suæ diocesis ea celebrare, tenet in dict. Clem. Archiepiscopo, Zabar. num. 5. in fine, Imol. num. 4. & 10. Vitalin. n. 13. non in loco exempto, Pain. de visit. par. 2. quæst. 3. num. 9. vers. poterunt enim, Rot. apud Farin. decis. 236. num. 3. par. 2. recent. vbi etiam cum Vitalin. num. 30. vers. ratio decidendi; hinc infert posse Sedem Pontificalem ad Diuina celebranda constituere. Nec contrarium resoluit Nauar. cons. 69. incip. Quidam Episcopus, de sentent. excom. in antiq. & cons. 12. de clericis excommunic. minist. in nouis, dum scripsit incurrisse suspensionem in eo text. Concilij comminatum quædam Præsulem in aliena diocesi vterem Pontificalibus, quia id non vtiq; opinatus est propter solum usum Pontificalium, & Mitræ, sed quoniam Calicem etiam consecrauit, & corporalia benedixit, absque licentia diocesani.

In Ecclesijs tamen Regularium, vel alijs locis suæ diocesis exemptis, Pontificalia exercens Episcopus, potest solum thronum, & Baldachinum erigere, vt resoluunt Laurer de Franchis in controu. inter Episcopum, & Regul. pag. 95. in resp. ad 1. vbi ait quod iuxta dispositionem dictæ Clem. Archiepiscopo, non poterant Episcopi prohiberi ab exemptis, sicut hodie post decretum de quo infra, cum hac tamen differentia quod olim oportebat agere coram superiore exemptorum, sed hodie iuxta terminum dicti decreti Regulares negligentes, vel nolentes possunt per Episcopos compelli censuris, & penis ecclesiasticis.] Gambar. in tract. de auctor. legati, §. illud nosse, lib. 2. num. 243. me citato in hoc loco Homob. de examine Ecclesiast. tract. 11. c. 6. q. 12. resol. 2. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 313. n. 1. vbi n. 2. tenet Episcopum posse excommunicare impedientes, Lazzar. in pr. quæst. tit. de blasphem. q. 1. c. n. 61. Steph. Grat. discept. forens. tom. 3. cap. 467. Campan. in diuersorio Iuris Canonici rub. 9. c. 5. n. 3. vers. ceteros, [Vgol. de officio Episc. p. 1. c. 20. §. 5. n. 3. & 4. Fr. Emm. in sum. tom. 4. c. 67. n. 35. me citato in hoc loco Alzed. d. p. 1. c. 12. n. 51. Lezana in sum. quæst. Reg. c. 11. n. 3.] & censuit Sacra Congreg. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, negotijs, & consultationibus Episcoporum, & Regularium proposita, in sequenti decreto, quod refert Quaranta in sum. Bullarij verb. priuilegia Regularium.

Decretum,

Deo, quo declaratur Episcopis in Ecclesijs Regularium Pontificalia exercere licere Baldachinum erigere.

Decretum Episcopis pro eo, quod in Ecclesia Dei excellenti dignitatis grade, in quocumque suarum diocesium loco, quoties eos ibi Pontificalia exercere, aut in Pontificalibus adesse, & assistere contingit, eam, quæ par est reuerentiam, & honorem, decore cultu, & ornatu exhiberi. Quæ, non sine graui animi dolore, anticum est nonnullos Regulares, vano quarundam immunitatum, & priuilegiorum pretextu, Episcopis in eorum Ecclesijs in Pontificalibus interuentibus, non modo renuisse in eis, supra locum Episcopalis solij, baldachinum erigere, verum id etiam iussu ipsorummet Episcoporum curantes, prohibere, & arcere ausus fuisset: atque ideo Sacra Congregatio S. R. E. Cardinalium, negotijs & constitutionibus Episcoporum, & Regularium proposito, facta verbo cum S. D. N. Clemente Papa VII. ac de Sanctitatis suæ speciali, & expresso mandato, hoc præsentis decreto perpetuis futuris temporibus valituro declarat, statuit, & mandat, vt de cætero Episcopi, vbi tam ex consuetudine, & priuilegio, quæ ex factorum Canonum constitutionibus, & Pontificalis Romani præscripto, aut alio iure, Pontificalia exercere, aut Pontificalibus paramentijs, cum Mitra, vel etiam sola cappamadu, in quibusuis Regularium, tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Monachorum etiam Cassinensium Clericorum, Presbyterorum, & cuiusuis alterius Ordinis, & Religionis, Militiæ Societatis, aut Congregationis Ecclesijs interesse possunt, ipsi Regulares, quoties opus fuerit, teneantur ibi, & debeant in loco ad solium Episcopi constituendum oportuno, & congruo baldachinum attollere. Ejs etiam id facere negligentibus, aut nolentibus, liceat eisdem Episcopis illud asportari, & in quacumque eorundem Regularium, aut alia quantuis exempta Ecclesia supra Episcopale solium, seu Pontificale faldistorium erigi facere, atque sub eodem sedere, & stare, quemadmodum in proprijs Cathedralibus eorum Ecclesijs stare, & sedere solent: eo tamen dumtaxat tempore, quo Pontificales eiusmodi functiones exercerunt, vel dum actus ipse, cui in Pontificalibus aderunt, peragitur. Si qui vero Regularium huic declarationi, statuto, decreto, & mandato inobedientes, & contumaces fuerint, sciatis se ab eisdem Episcopis ad id per censuras, & penas Ecclesiasticas, huius decreti virtute cogi, & compelli posse, alijsque penis tam spiritalibus, quàm temporalibus arbitrio Summi Romani Pontificis subiacere, & obnoxios fore. Non obstantibus quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus, Apostolicis, ac dictorum Ordinum, Religionum, Militiarum, Societatum, & Congregationum quocumque nomine censentur, statutis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibuslibet etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, atque irriuantibus, & alijs decretis in contrarium præmissorum hactenus quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis: quibus omnibus, & singulis, etiamsi talia essent, quæ sub generali expressione, & derogatione non venirent, sed de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & indiuidua mentio habenda foret, eorum tenores, præsentibus pro expressis, & ad verbum in certis habens, eadem Sanctitas sua hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogat, ceterisque in contrarium factis quibuscumque. Roma die 10. Iunij 1603.

Barbof. de Episcopo. Pars III.

Alexander Cardinalis Florentin. Episc. Præfatus. Hier. Agucchius, Secret.

Refert post aliquas huius tract. impressiones nouissimè Laurer. de Franchis in controu. inter Episcop. & Regul. pag. 92. & seq. Decretum, quo declaratur Abbates S. Benedicti, & ceteros Abbates non posse vti Baldachino etiam in Ecclesijs sibi subiectis, vel in proprio monasterio.] Sacra Rituum Congregatio a Decreto alijs in simili causa facta in vna Firmiana sub die 28 Ianuarij 1606. non esse recedendum censuit, nempe vt Abbas prædictus Monasterij sancti Severini Ordinis sancti Benedicti, & ceteri omnes similes Abbates eiusdem, vel alterius Ordinis, in Ciuitate, & Diocesi Neapolitana, & vbiq; quando solemniter in proprijs eorum Ecclesijs celebrant, contenti sint, & esse debeant sua propria, & conuenienti Sede, quæ locata sit, & esse debeat in cornu Euangelij, in plano Presbyterij, cum duobus tantum gradibus paruis, & sine vilo suppedaneo suggestu lapideo, vel ligno, ac sine baldachino desuper, sed cum postergatis tantum ex aliquo panno, vel serico leui sine auro, coloris conuenientis solemnitati, quæ celebratur. Nec dicti Abbates quando celebrant solemniter, vt supra, habeant duos Diaconos assistentes, sed contenti sint, & esse debeant Subdiacono, & Diacono, qui in Missa cantaturi erunt Epistolam, & Euangelium, & vno Monacho, siue Capellano cum pluviali, qui assistat ad librum, nec alios ministros habeant præter prædictos, nisi aliquos Monachos, seu Clericos, & ministros cum cocta, qui Abbatibus prædictis celebrantibus solemniter de Mitra, & Baculo, & alijs necessarijs ministrent, & Altari inserviant, super quo Altari sex tantum, & non septem candelabra, cum totidem candelis, & sua Cruce locentur, nec abbas alius, præterquam parua mensa in cornu Epistole pareretur, super qua duo possint locari candelabra, Mitra, quæ Abbas vteretur, Calix, Missale, Thuribulum cum nauicula, & alia necessaria pro actu celebrationis, & vt dicti Abbates sub Mitra vtantur paruo bireto nigro, & non alterius coloris, & ita censuit, & declarauit, & tam à dicto Abbate, & Monachis sancti Severini Ordinis sancti Benedicti, quàm alijs omnibus similibus Abbatibus, & Monachis Olivetanis, vel alterius Ordinis, quando solemniter in eorum Ecclesijs celebrant, tam in ciuitate, & diocesi Neapolitana, quàm vbiq; Terrarum seruandum esse censuit, & declarauit die 18. Martij 1617. [cuius meminit me citato in hoc loco Alzed. dict. par. 1. cap. 12. num. 52.]

Hodie Abbatibus Cassinen. quando solemniter celebrant, quod in tribus ad summum festiuitatibus facere eis permittitur, licet vti Baldachino, sine auro tamen & pompa, ac aliquibus etiam ministris paratis sacris indumentis, qui ad summum sint duo Diaconi, & Presbyter assistentes, Diaconus, & Subdiaconus pro cantandis Euangelio, & Epistola, ac sex ad summum alij, duo cū Pluvialibus, duo cum Planetis, & duo cum Tunicellis coloris temporis conuenientis. Non debent tamen iidem Abbates habere, aut tenere sedem suam Abbatialem fixam, & permanentem prope Altare, vt Sedes Episcopalis retineri consuevit, minusque licet supradictis sex monachis paratis, vt supra, sedere in sedibus choralibus, vt Canonicoꝝ seculariū mos est, sed sedes pro Abbate solemniter celebrante retineatur in Ecclesia huius tantummodo tribus diebus, quibus ipse Abbas solemniter celebrat, dictique sex Monachi parati sedere debent loco congruo iuxta Ecclesiarū conuenientē suū super scabellis ad hunc effectum tunc appositis panno linceo coopertis. Ita Urb. VIII. consil. 101. incip.

V v Expositio

Exponi, 11. Julij 1629. Idem Abbatibus Oliuetanis concessit praefatus Urbanus VII. *constit. 97. incip. Exponi sub die 4. Aprilis 1629. Idem denique Abbatibus Camaldulensibus indulgit S. Cong. Rit. in Camaldulen. Balgachini 21. Augusti 1632.]*

ALLEGATIO LXXXI.

Episcopus in prima instantia an semper cognoscat de causis suorum subditorum.

SUMMARYM.

- 1 Apostolica Sedes quascunque causas Ecclesiasticas immediatè indicare potest.
- 2 Causa omnes ad forum Ecclesiasticum spectantes coram Ordinario loci in prima instantia decidi, & infra biennium terminari debent.
- 3 Auditor Camerae, aut quivis alius index Romanae Curiae, non potest cognoscere de causis Ecclesiasticis in prima instantia.
- 4 Causas Ecclesiasticas in prima instantia cognoscunt Episcopi, & exempti quasi Episcopalem iurisdictionem habentes, non autem Praelati inferiores, qui subsunt Episcopis.
- 5 Ordinarij sub vocabulo comprehenditur Episcopi Vicarius.
- 6 Capitulum Sede vacante habet privilegium cognoscendi causas in prima instantia.
- 7 Abbates, licet non exempti, quibus olim ex praescripta consuetudine, vel aliquo privilegio de clericis sua dioecesis, vel cumulariè cum Ordinario, vel privative cognoscere competeat, etiam hodie uti possunt iurisdictione.
- 8 Nullitatis professionis causa coram Ordinario, & superiore regulari in prima instantia, & infra biennium terminari debet.
- 9 Biennium intra quod causae Ecclesiasticae coram Ordinario locorum in prima instantia terminari debent, currit data culpa, apparenteque defectu.
- 10 Causas, quae iuxta Canonicas sanctiones apud S. Sedem sunt iudicandae, vel quas summus Pontifex arbitrio suo, supplicatione manu propria signata expressè ad se advocaverit, non cognoscit Episcopus etiam in prima instantia.
- 11 Instantia in Curia Romana nunquam extinguitur, nisi per sententiam.
- 12 Beneficij possessio quando per Breve Apost. capitur, potest causa in prima instantia in Romana Curia tractari.
- 13 Conservatores Regularium an comprehendantur sub decreto Concilij sess. 24. de refor. c. 20. ostenditur.
- 14 Contractus celebrati, & etiam delicti commissi ratione sortitur quis forum, ita ut causa ipsa non coram Ordinario in prima instantia, sed indice contractus sit decidenda.
- 15 Contractus ratione vigore obligationis Cameralis, si quis in Romana Curia obligetur, undecumque veniat, sortitur forum Curiae Romanae, in qua contractum celebravit.
- 16 Auditores Camerae causas obligatione Camerali firmatas in partibus existentes advocare possunt, etiam si extra Curiam contraxerint, & licet penitentiam coram Ordinario.
- 17 Auditor Camerae, seu alius delegatus Apost. quando possit de causis beneficiorum referuorum Sedi Apost. etiam immediatè cognoscere, ostenditur.

ITEM sancta Sedes Apostolica immediatè quascunque causas Ecclesiasticas indicare potest, & cumbla, c. nunc vero, 9. quest. 3. ipsius tamen Curiae stylus servat [& Conciliaris statuit constitutio,] vt omnes causae ad forum Ecclesiasticum spectantes coram Ordinario loci in prima instantia decidantur, & infra biennium terminentur. Ita Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 20. per quod ita tradunt Mar. Antonin. *variar. lib. 1. resolut. 15. num. 3.* Francisc. Leo *in thesauro furi Ecclesiasticae, part. 2. cap. 1. num. 70.* Piafec. *in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 4. num. 3.* Viuian. *in praxi iuris patronat. par. 2. lib. 7. cap. 3. num. 5.* Zerol. *in praxi Episcop. par. 1. verb. instantia, §. 4.* Fulch. *de visitat. lib. 1. cap. 33. post num. 3.* Monald. *consil. decis. 94.* Aloyf. Ricc. *in collect. decis. par. 4. collect. 1353. in fine.* [nouissimè Ioan. Solorzan. *de iure Indiarum tom. 2. de gubern. Indio. lib. 3. cap. 9. à princip.*] Ita vt hodie, nec alij Superiores, etiam Nuncij, vel Legati de Latere specifiè potestatem maiorem non habentes, causas in Curia Ordinariarum, vel aliorum inferiorum Iudicum pendentes ad se auocent, nisi per viam legitime appellacionis ad ipsorum tribunalia deferantur, sicut refert decisum Aloyf. Ricc. *in decis. Curiae Archiep. Neapol. decis. 296. num. 5. par. 4.* prout nec etiam Auditor Camerae, [nec quivis alius iudex Romanae Curiae potest cognoscere de eis in prima instantia, nec monitoria decernere ad extrahendas partes à suis domiciliis, Aloyf. Ricc. *in praxi aurea resolut. 126. & Neapol. decis. 271. n. 6. & dec. 273. num. 3. p. 4.*

Et Concil. Trident. *diēt. loco* tribuens Ordinariis locorum in prima instantia cognitionem causarum ad forum Ecclesiasticum pertinentium, de Episcopis, & exemptis Episcopalem iurisdictionem habentibus tantum decreuit, non autem de Praelatis inferioribus, qui subsunt Episcopis. Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 1. quest. 36. art. 4.* Rota apud Farinac. *post tom. 1. consiliorum decis. 100.* Flamin. *de resign. lib. 3. quest. 11. num. 19. & num. 22.* resoluit, quod sub verbo, *Ordinariis*, de quo Concil. *d. loco*, [comprehenditur etiam Vicarius Episcopi, & faciunt quae Sanchez *de matrim. lib. 3. disp. 29. num. 5. & 17.* Gutier. *cod. tracta. c. 66. num. 14.*

Item & Capitulum Sede vacante habet privilegium cognoscendi de causis in prima instantia ex vi Concil. Tridentini *diēt. loco*, cum succedat Episcopo in omnibus, quae sunt iurisdictionis etiam voluntariae, vt alibi diximus. Quare in nostris terminis ita resoluit Aloyf. Ricc. *in diēt. praxi aurea resolut. 130. & in decis. Curiae Archiep. Neapol. decis. 273. n. 7. par. 4.*

Possunt tamen Abbates, licet non exempti, & alij, quibus olim, vel ex praescripta consuetudine, vel aliquo privilegio clericorum suae Ecclesiae, vel cumulariè cum Ordinario, vel privative cognoscere competeat, etiam hodie non obstante Concilio *d. loco* eadem uti iurisdictione, cum Concilium generaliter de iurisdictione ordinaria loquatur, & iurisdictiones Abbatum iusto iure, & titulo quaesita etiam Ordinariae censentur; ita Nauar. *conf. 2. sub tit. de foro compet. in antiq. & conf. 9. sub tit. de privil. in nouis.* Sayr. *in floribus decis. sub tit. de foro cōpetenti dec. 2.*

In causis nullitatis professionis, quae infra biennium ab Ordinario, & Superiore Regulari non terminentur, esse locū decreto Conc. *d. loco*, censuit S. Congregatio, teste Arméd. *in add. ad recop. legi. Nauar. lib. 2. tit. 18. lib. 7. de relig. in declar. n. 40.* & nouè post primam huius tract. editionem me nō citato refert Aloyf. Ricc. *in*

in decis. Curiae Archiep. Neapol. decis. 273. num. 6. p. 4.

Si verò causa intra biennium non terminetur, vt concedatur aduocatoria, opus est quoddam ex parte iudicis nolentis, vel non curantis intra dictum biennium causam expedire, detur culpa, defectusque appareat, quia si per illū non stetit quominus intra dictum tēpus causam diffinierit, sed ob grauitatem, & qualiter causae, vel partium cauationes, non sit diffinita, elapso biennio non habet locum appellatio; ita decisum saepe fuisse per sacram Illustriss. Cardin. Congreg. referunt Francisc. Leo *diēt. cap. 1. num. 72.* Aloyf. Ricc. *in praxi aurea resolut. 314. à princip. & in decis. Curiae Archiep. Neapol. decis. 153. par. 4.* Marchesan. *de commissio. par. 2. §. 4. n. 54.* Et ad hoc, vt constet de culpa iudicis, debet saepe requiri, & de hoc coram iudice Superiore instari, *decis. Pedem. de communi attestans, 12. num. 6.* Grammat. *1700 31. n. 13.* quos refert Aloyf. Ricc. *diēt. resolut. 334. num. 1.* qui etiam *in decis. Curiae Archiep. Neapol. decis. 120.* par. 4. ostendit an requiratur vnica interpellatio, vel plures, vt dicatur stare per Iudicem quominus causam expediat. [elegantè Marches. *de commissio. par. 1. cap. 6. num. 127. & seq.* ubi ait quod in praefato Concilio Trident. decreto cauetur quod intra biennium causa per locorum Ordinarios debeant terminari, in secus, ad alios superiores deuolui possint, ac illis pariter licitum sit partes audire; in hoc autem ne per partem sterile dicatur, saltem ad minus duae requisitiones necessariae sunt, & de talibus requisitionibus constare debet, & *num. 130.* quod biennium humilimodè ad causas finiendas non currit nisi stante Ordinarij negligentia in expediendo causas, & quod tunc via sufficit requisitio quando Iudex semel requisitus expedire recusat, & *num. 131.* querit quid antecessor habens causam, fuit vt praemittitur requisitus, & non expedit, interim superuenit successor in officio antequam alter superior pro causa expeditione sit aditus, & res integra reperitur, verū scilicet ista, seu istae requisitiones factae successoris factis sint, vt postea causa à successore auocari valeat, & appellari; Et breuiter dicit quod non, sed quod denot coram eo instare oportet, & acta producere, ac partem citando requirere, vt causam expediat, & *num. 135.* ait quod in ambabus signaturis resolutum fuit quod biennium datum à Concilio Trid. ad causas expediendas, intelligitur dummodo causa fuerit agitata, tumque pluries pro expeditione Iudex requisitus vel expeditionem neglexerit, vel causam terminare noluerit, & ideo quando similes commiſſiones appellacionis & auocatoriae respectiue portigentur, gstat de praemissis signatura, an ex allatis causis petitis annuendum sit, nam quādo non constat de requisitione reiterata pro causa expeditione, ac de subsequenti negligentia, non est locus praedicto biennio.]

Primo limita supra positam regulam in causis, quae iuxta Canonicas saciones apud S. Sedem sunt iudicandae, vel quas Summus Pontifex arbitrio suo, supplicatione manu propria signata expressè ad se advocauerit, vt per Concil. Trident. *diēt. cap. 20. versic. ab his excipiantur*, & referunt Piafec. *in praxi noua Episcop. diēt. cap. 4. num. 3.* Franc. Leo *diēt. cap. 1. num. 73.* Aloyf. Ricc. *diēt. Neapol. decis. 273. num. 7. p. 4.*

Secundo limita in Curia Romana ubi lis, siue instantia nunquam extinguitur, nisi per sententiam, Zerol. *in praxi Episcop. part. 1. verb. instantia versic. sexto.*

Tertio limita quando per Breue Apostol. capitur possessio beneficij, & aliqui volunt illius executionem Barboſ. *de Episcopo. Pars III.*

nem impedire, tunc etiam in prima instantia potest causa in Romana Curia tractari, quia Auditor Camerae similibus causarum est iudex competens, vt censuit S. Cong. *in vna Vlixbonen.* teste Franc. Leo *d. c. 1. num. 74.*

Quarto limita in Conservatoribus Regularium, quia censuit Sacrae Congregationis decretum *d. c. 20.* ad Regulares non pertinere, nec conservatorias Regularium imminueri, aut restringere, nec quoad primam instantiam ipsorum aliquid noui inducere, teste Aldrete *in allegat. pro omnimoda Regularium exemptione part. 1. cap. 7. num. 4.* Aloyf. Ricc. *diēt. Neapol. decis. 273. num. 7. propè fin. par. 4.* & signanter quod conservatoria Regularium non sunt sublata per text. in praesenti, etiam quod causa graues sint, & plenariam cognitionem requirant, censuisse Sacram Congregat. *in vna Mediolanen.* refert, & sequitur Rota *in Oſcen. iurisdictionis 12. Decembris 1614.* coram Vbaldo, quicquid dicant Nauar. *consil. 1. sub tit. de officio deleg. in antiq. & consil. 3. num. 1. & 2. eodem tit. in nouis.* Sayr. *sub eod. tit. decis. 1.* Mar. Antonin. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 15.*

Quinto limita ratione celebrati contractus, & etiam delicti commissi, quia Concil. non sustulit modos legitimos, quibus quis ex iuris dispositione sortitur forum, ita decisum attestatur Francisc. Leo *diēt. cap. 1. num. 75.* Ratione enim contractus vigore obligationis Cameralis si quis in Romana Curia obligetur, undecumque veniat, & sit oriundus, sortitur forum Curiae Romanae in qua contractus celebratur. Galeſ. *in tractat. ad formam obligat. Camer. ad 3. p. oblig. q. 2. num. 2. & 3.* Imò & Auditores Camerae causas obligatione camerali firmatas in partibus existentes auocare posse, etiam si extra Curiam contractum sit, & licet pendēant coram Ordinariis, resoluunt Lancellot. *de attene. lite pendente, limit. 15. num. 3. & cap. 20. limit. 26.* Flores de Mena *var. lib. 1. quest. 12. num. 48.* Stephan. Gratian. *discept. forens. c. 118. in fine.* post alios Aloyf. Ricc. *in praxi aurea resolut. 342.* [Nouar. *in sing. Iuris Canon conclus. 54. num. 5.*]

Sexto limita in causis possessionis beneficiorum referuorum Sedi Apostolicae: possunt enim immediatè ab Auditore Camerae, seu alio delegato Apostol. cognosci, quod praxi quotidiana Signaturae seruatur, & declarauit Gregor. XII. super executione litterarum in forma Breuis ad expetendam possessionem, *in consil. sua incip. Ad Romani Pontif. providentiam, Dat. Romae die 10. Iulij. an. 1574.* quam refert Piafec. *in praxi noua Episcop. diēt. cap. 4. num. 3.* & saepe diffiniisse Sacram Cardin. Congregat. attestatur Franc. Leo *diēt. cap. 1. num. 76. & 77.* Et procedere in beneficiis referuatis ratione manus appositionis, refert decisum Gonzal. *ad reg. 8. Cancel. gloss. 52. num. 36. & 37.* Concil. Trident. *diēt. cap. 20.* non intelligitur de executionibus, sed solū ponitur in litibus, & causis ordinariis, & requirentibus altiore indaginem, quia in his datur instantia, secus in executione Bullarum Apostol. cum magis extrajudicialis, quam iudicialis sit, & in extrajudicialibus non detur instantia, vt cum Socin. Iaf. & aliis resoluuit Menoch. *de arbit. lib. 1. q. 22. n. 6.* non habet locum dispositio *d. c. 20.* Verū si aduersus executionem gratiae Apostolicae allegetur aliqua exceptio, quae altiore indaginem requirat, & gratiam efficiat nullam, vel subrepticam, aut obrepticam, vel Bullā falsam, aut simile, quia tunc datur instantia, non potest auferri iurisdictione ab Ordinario in prima instantia, *ex d. cap. 20.* idque confirmat dicta constitutio

Gregor. X I I. ibi, *illarum tamen forma servata*, ubi vult quod executor in prima instantia potest procedere omnia forma gratia, at verò in gratia semper ponitur, aut subintelligitur clausula, *si preces veritate nitantur*, aut alia æquipollentes, ut teneo ego ipse in meis *Remiss. de ditionib. & clausulis, claus. 97. anm. 2.* [Quod intelligitur non retardata executione, nisi ex contextura litterarum Apost. probaretur exceptio, vel gratia esset commissa in forma dignum, quæ ante executionem veniret iustificanda.] vnde si narrata vera non sunt inuenta, aut aliquid ex necessitate omittatur, cessat iurisdicção executoris, & non potest exequi gratiam aliã declarabitur vim inferre, & debere remittere causã Ordinario in prima instantia terminandã, quia cessat omninò via executiva. Si tamen ex verbis gratia tenetur exequutor assumere partes indicis, vel gratia sit signata manu summi Pontificalis exequutor potest cognoscere causam in prima instantia ad effectum executionis, & non tenetur eam remittere Ordinario, quia ex appositione manus summi Pontif. censetur cautè auocata, ex text. in cap. *ut nostrum, de appellat.* ubi Abb. Franc. & alij, ita Aloyf. Ricc. in *praxi aurea resolut.* 33. [Ex his quæ hucusque per totum hoc num. 17. adduximus, inferes quàm malè & perperam nos improber nouissimè Salgad. de *supplicat. ad sanctiss.* p. 1. cap. 1. 4. num. 5. *vers. & eodem modo lapsus fuit*, nam in meo libro nihil tale quod nobis imponit, inuenimus, nec ideo sua egemus excusatione.]

APPENDIX.

De primis instantiis, & iure Ordinariis locorum ad cognoscendum de causis subditorum competenti, pro responsione ad ea, quæ contra ibi resoluta nouissimè exciuit D. Franciscus Salgado.

SUMMARIUM.

1. Materia de primis instantiis Ordinariis non adimendis frequentissima, & quare.
2. Franciscus Salgado de Somoza quid circa hanc materiam in lucem nouissimè ediderit ostenditur.
3. Ius Ordinariis competens cognoscendi in primis instantiis de causis subditorum suorum fuit in fauorem vtrorumque introductum.
4. Prælati exempti Episcopalem iurisdictionem habentes, non verò inferiores, & quæ subsunt Episcopis, gaudent privilegio prima instantie.
5. Abbates qui gaudeant huiusmodi privilegio.
6. Vicarius generalis Episcopi venit appellatione Ordinarij in presenti materia.
7. Capitulum Sede vacante habet privilegium cognoscendi causas in prima instantia.
8. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 20. procedit in causis Fidei.
9. Hæreticus potest puniri ubi reperitur, & non datur remissio ad locum delicti.
10. Concil. Trid. d. cap. 20. non sustulit modos legitimos, quibus quis ex Iuris dispositione sortitur forum alienum.
11. Recusationis causa legitima ubi probata fuerit Ordinario non præseruatur illi prima instantia.
12. Triennium ubi transactum fuerit à die motæ litis coram ordinario, licet paribus adire superiores

13. Indices prima non finita instantia.
14. Cause quæ iuxta Canonicas sanctiones apud sedem Apost. sunt iudicanda, non comprehenduntur sub dispositione Concilij Trid. in d. c. 20.
15. Cause quæ super beneficiis referuatis aguntur possunt in prima instantia cognosci in Curia.
16. Cause omnes beneficiales, in quibus sub plumbò expedita sunt, ac de illarum nullitate, vel intellectum tractatur, in Curia committuntur.
17. Executores litterarum Apost. possunt cognoscere de causis sibi commissis in prima instantia.
18. Cause possunt ad Curiam auocari, seu alicui committi in prima instantia per speciale rescriptum manus Sanctissimi signatum, & quomodo dicatur constare de tali rescripto sic signato.
19. Auditor Camera potest causas obligatione Camerali firmatas in quacunque instantia auocare.
20. Cause seruatoriæ non sunt necessariò in prima instantia coram Ordinariis pertrahende.
21. Cause quæ ratione contractus, vel delicti alicui gestorum sunt veniendæ, non comprehenduntur sub dispositione non Concilij in d. c. 20.
22. Franciscus Salgado præter communem sensum existimauit clericum Romæ degentem non posse ibi contrahendo se obligare in forma Camera absque licentia sui Ordinarij.
23. Clericus absolute conscienticus in alterius iurisdictionem sine licentia proprij Episcopi nihil agit.
24. Clericus contrahendo, vel delinquendo potest alterius iurisdictioni se subicere sine consensu proprij Episcopi.
25. Auditor Camera habet in facultatibus ex Pontificis gratia ut possit in quacunque instantia de omnibus obligationibus Cameralibus cognoscere.
26. Franciscus Salgado reprobat, & eius doctrinam ut perniciose reiciuit.

MATERIA de primis instantiis Ordinariis locorum competentibus frequentissima est, quam nouissimè integro tractatu exornauit P. Pozza de Societate Iesu, ubi c. 1. in *vers. Concilium Tridentinum*, plura tulit procedenti cap. conducibilia, sed quia modò ad manus meas peruenit tractatus de supplicatione ad Sanctissimum à litteris & Bullis Apost. siue de retentione Bullarum Apostol. quem Matrini composuit, & typis mandauit amicus noster Licentiatus D. Franciscus Salgado de Somoza, vir acris ingenij, in quo postposito amicitie nostræ vinculo, non cessat nostris detrahare scriptis, & præcipuè illis, quæ habentur in allegatione attendenti, cum inter nos nulla præcesserit fac calumniandi occasio, operæ pretium duximus nonnulla hinc aduertere, quæ ad defensionem propriam facere videbuntur, præter alia, quæ ad materiam vtilissima sunt, & singulari nota digna.

In primis præsupponendum est quòd ius Ordinariis competens cognoscendi in primis instantiis de causis subditorum suorum fuit in fauorem vtrorumque introductum, nempe in fauorem Ordinariorum, & in fauorem partium, ne traherentur extra suas ciuitates & loca, vnde ut huic fauori & remedio renuntiati possit, amboꝝ cõsensu interuenire debet, Suar. de Paz in *pract. tom. 2. prælud. vlt. n. 18.* Ludou. à Sarauia de *iurisdic. Adunctor. g. 7. n. 7.* Steph. Grat. *discept. forens. tom. 5. cap. 837. num. 16. cum seqq.* latè Narbona l. 59. gloss. 1. num. 173. cum seqq. lit. 4. lib. 2.

lib. 2. noua Recopilat. Salgado *dict. tractat. de supplicatione ad Sanctissim. part. 2. cap. 3. §. enic. num. 5. cum seqq.* ubi num. 7. refert ita fuisse decisum à sacra Congr. & reddit rationem, quia decretum Concilij Tridentini sess. 24. de *reformat. cap. 20.* emanauit non solum fauore iurisdictionis ordinariæ, sed etiam fauore ipsarum partium, ideo quòd fauore plurimum introductum est, non tollitur vnus renuntiatione, & n. 11. testatur eandem sacram Congregationem censuisse licere nuncio Sedis Apostol. cognoscere de causis in prima instantia de cõsensu partium, ipsiusque Ordinarij consensu accedente, subditque n. 12. quòd si cause sint inter Episcopum & alium, ad solius Episcopi instantiam cognosci non poterit parte reluctante in Curia coram alio, sed causa committenda est viciniori, vt Curia obseruat, & num. 17. ex Gratiano refert quòd si colligans sit Episcopus, licet semper causa inter eum & colligantem debeat committi, & cognosci in partibus, tamen stante suspicione committitur viciniori.

Quæ quidem Tridentini Concilij dispositio citato loco tribuentis Ordinariis locorum in prima instantia cognitionem causarum ad forum Ecclesiasticum pertinentium, de Episcopis, & exemptis Episcopalem iurisdictionem habentibus tantum decreuit, non autem de Prælatibus inferioribus, qui subsunt Episcopis, Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 1. q. 36. art. 4.* Rota apud Farin. in *praxi crimin. post tom. 1. seu-vrum consil. decis. 100.* Flamin. Paris. de *resignat. benefic. lib. 3. quest. 11. num. 19.* Verum contra à nobis in hoc numero tradita insurgit nimis rigidè Salgado *dict. part. 2. cap. 4. num. 2. cum seqq.* intendens ostendere nostram hanc resolutionem sustineri non posse, & ita inter se de eo fluctuat, vt sit mirandum hominem aliàs doctum in re tam clara principiis Iuris non callere: non enim ignoramus qui comprehendantur appellatione Ordinariorum, nam id ipsum satis superque exposuimus de *appellatiua verborum vtriusque Iuris signif. appellat. 176.* nec etiam nobis incognitum vnquam fuit, verum quidem esse in materia sibi adoptabili & præportionabili venire inferiores Prælatos appellatione Ordinarij, vt d. *appellat. 176. num. 1.* firmauimus, & tamen hæc resolutio nihil pugnat cum superiori, vt perperam ipse Salgado *dict. cap. 4. num. 40. in fine* existimauit. nam patet ad oculum materiam *dict. cap. 20.* non posse adoperari Prælatum inferiori, qui subsert Episcopo, nec subditos & territorium habet, cum iste in quem exerceat iurisdictionem non habeat, requirit enim Concilium, vt Ordinarius de quo loquitur, habeat districtum, hoc est, iurisdictionem loco circumscriptam, ibi, *locorum Ordinarij, &c.* ad exclusionem aliorum Prælatorum inferiorum Episcopis subditorum: & hanc nostram sententiam, & distinctionem approbauit sacra Congreg. Concilij, quam refert Narbona *dict. l. 59. gloss. 1. num. 70.* iis verbis, *An cap. 20. tribuens priuatiuè Ordinarij locorum in prima instantia cognitionem causarum omnium ad forum Ecclesiasticum pertinentium, de Episcopis tantum intelligatur? an de exemptis Episcopalem iurisdictionem habentibus, an vero etiam de Prælatibus inferioribus, qui subsunt Episcopo, veluti de Archipresbytero, vel Plebano Ecclesia Collegiata, itaui istis inferioribus, qui etiam in eorum plebe Ordinarij dici possunt, huiusmodi cognitio priuatiuè ad Episcopum etiam in prima instantia pertineat? Congregatio censuit non intelligi de istis, qui est habeant iurisdictionem Ordinariam in personas de Collegio, cap. cum ad Ecclesiasticum, ubi gloss. & Abb. num. 5. de offic. Ordin. non possunt tamen dici Ordinarij locorum, cum nullus circa Episcopum habeat iurisdictionem in diocesi,*

&c. hanc eandem declarationem per eadem verba refert etiam Salgado *dict. cap. 4. num. 55.* quid tamen sibi velit dum passim contra nos resoluit affirmat, non percipimus, nec, vt credimus, ipse quod cumulat, intellexit, ideoque minus bene existimat Flaminium loco citato contrarium illius, ad quod illum citauimus, affirmasse, nostram enim comprobatur expresse sententiam dum sub verbo Ordinarij intelligit omnes habentes iurisdictionem Ordinariam, non verò loquitur de Prælatibus illam non habentibus, & Rota apud Farin. *dict. decis. 100.* dicit ideo cognitionem causarum iuxta decretum Concilij in d. cap. 20. spectare ad Abbatem de quo ibi est sermo, quia habebat Episcopalia iura; & non erat inferior Episcopo, nec ratione dignitatis, nec ratione potestatis; ergo certum est eum minimè comprehendisse illud decretum si non haberet Episcopalia iura, & esset inferior Episcopo, ac illi subditus, quod nullus hactenus negauit.

Abbatem tamen, licet non exempti, & alij, quibus solium, vel ex præscripta consuetudine, vel aliquo priuilegio clericorum suæ Ecclesiæ, vel cumulatiuè cum Ordinario, vel priuatiuè cognoscere competeat, etiam hodie non obstante Concilij *dict. cap. 20.* eadem vti iurisdictione possunt, cum Concilium generaliter de iurisdictione Ordinaria loquatur, & iurisdictiones Abbatum iusto iure & titulo quæritæ etiam Ordinaria censentur. Ita Nauar. *conf. 2. sub tit. de foro compet. in antiq. & consil. 9. sub tit. de priuileg. in nouis*, Sayr. in *floribus decis. sub illo tit. de foro compet. decis. 2.* Et facit declaratio sacre Congreg. quam refert Narbona d. l. 59. gloss. 1. num. 66. quæ sic habet, *An Episcopus vicinior possit cognoscere de causis criminalibus, & matrimonialibus subditorum Abbati nullius diocesis, cui ex priuilegio ante Concilium facultas de illis cognoscendi competeat? Congregatio censuit non posse Episcopum cognoscere huiusmodi causas in locis huius Abbatis, quia non sunt de eius diocesi. Ideo relinquunt istas Abbati, si ex suis priuilegiis competeat: quam decisionem Sanctissimus approbauit. Postea cum de eodem dubitatum esset suis data eadem decisio, sed amplius additum, dummodo tales Abbates habeant in suos subditos omnem iurisdictionem.*

Vicarius generalis Episcopi, appellatione Ordinarij in præsentia materia venit, vt per Flamin. de *resignat. lib. 3. quest. 11. num. 22.* latè Narbona *dict. l. 59. gloss. 1. num. 50. cum seqq.* ubi ad plura eleganter infert Salgado d. cap. 4. num. 27. & faciunt quæ Sanchez de *matrim. lib. 3. disp. 19. num. 5. & 17.* Gutier. in *simili tract. c. 66. n. 14.*

Capitulum quoque Sede vacante habet priuilegium cognoscendi causas in prima instantia, ex vi Concilij Trident. in d. cap. 20. cum succedat Episcopo in omnibus, quæ sunt iurisdictionis etiam voluntaria. Ita Aloyf. Ricc. in *d. praxi aurea resolut. 130. & in decis. Curia Archiepisc. Neapol. decis. 273. num. 7. part. 4.* Nouar. in *sing. Iuris Canon. concl. 54. num. 4.* Narbona d. l. 59. gloss. 1. num. 63. ubi idem dicit de ipso Vicario generali, me citato in hoc loco nouissimè Salgado d. cap. 4. n. 26.

Nunc descendamus ad aliquas ampliaciones & limitationes, quæ ad Concil. in *dict. cap. 20.* magis frequenter adduci solent. Et primo ampliatus dispositionem Concilij citato loco procedere etiam in causis Fidei, vt per integrum tractatum de primis instantiis & aliis recurribus latè probat P. Pozza; & eo non citato multa ab illo mutuatus est Salgado d. part. 2. cap. 33. Habet tamen crimen hæresis illud singulare quòd cum non sit momentaneum, sed successiuum, potest hæreticus puniri vbi reperitur

ritur, & non datur remissio ad locum delicti, quia ubi versatur, ibi peccando delinquere videtur, ita resoluunt Socin. *reg. 87. fallent. 1. Duem. reg. 378. in 7. limit.* Arnold. *de agnoscent. asserti. Cathol. & heret. quest. 25. num. 12.* Ymbert. *Locat. in verb. Inquisitor. num. 14.* Rojas *sig. 173. num. 7.* Simanch. *de Cathol. instit. tit. 2. de absentibus num. 15.* Decian. *tract. crimin. lib. 5. cap. 21. num. 27. & cap. 22. num. 29.* Ludou. *de Paramo de origin. sancte Inquisit. lib. 3. quest. 4. num. 77.* Charrar. *de execut. sent. cap. 6. banno, cap. 1. num. 245. & seq. Farinac. in praxi crimin. part. 1. quest. 7. num. 17. & de heresi quest. 197. §. 1. num. 10.* Martin. *Delictio disquisit. magic. lib. 5. sect. 2. versic. septimo requiritur, in fine.* Morla *in emporio iuris civilis part. 1. tit. 3. quest. 20. num. 60. versic. sextus casus, D. Barbol. in l. heres absens. §. proinde. ff. de indic. in art. de foro delicti, num. 187.* Quicquid alij contrarium sentiant, quorum sententia intelligenda solum est in duobus casibus, veluti cum reus fugerit, vel iam in loco delicti sit causa contra eum cepta, & crimen exterius delatum per citationem, & alias circumstantias, quae inducunt praevencionem ex parte remissionem perentis: ita intelligendus est Couarr. *pract. cap. 11. n. 12.* ut clare eius verba insinuant, ibi, *per opus exterius, &c.* & ibi, *heresi crimen publice Granata commiserit, &c.* & apertius hac de re agens P. Pozza *in dict. tract. de primis instans. cap. 8. versic. secunda limitatio, ibi, est consuetudo in viridi observantia ne remittatur ab Inquisitione Hispania reus aliquis etiam ad Inquisitionem Lusitanam, qua habet eandem secularem Principem, & dominum, nisi vel reus fugerit posteaquam citatus fuerit iudicialiter, vel capta fuerit persona, vel fuerit falsus testis, & accusator in iudicio quod actualiter fiat contra innocentes in ea provincia a qua fugiens discesserit, &c.* & cap. 11. probat doctrinam huiusmodi de remissione non faciendam quando criminosis in fidem non fugiunt post capturam, aut citationem iuridicam.

10 Amplia secundo, seu potius declara Concilium in preallegato cap. 20. non sustulisse modos legitimos, quibus quis ex iuris dispositione fortiter forum alienum, ut in aliquibus casibus in limitationibus infra referendis sigillatim ostendemus. Ita Narbona *dict. l. 59. gloss. 1. num. 238.* Francisc. Leo *in thesauro fovi Ecclesiast. part. 2. cap. 1. num. 75.* Nouarr. *dict. concl. 54. num. 11.* Salgado *de protell. Regia part. 2. cap. 17. n. 7. & de supplicat. ad Sanctissim. dict. part. 2. cap. 5. in princ. num. 9.*

11 Primum tamen limita dictum Tridentini decretum praesertim primam instantiam Ordinarii locorum, omnino cessare, ubi Ordinarij Iudicis legitima adest probata recusationis causa. Ita Narbona *dict. l. 59. gloss. 1. num. 257. & 232.* Piafec. *dict. part. 2. cap. 4. num. 3. & 4.* Stephan. Gratian. *dict. cap. 837. a num. 15.* Salgado *dict. part. 2. cap. 5. §. 1. num. 8.* ubi *num. 11.* attestatur stylum Romanae Curiae observare, ut tunc viciniori Ordinatio committatur ne pars litigans ultra suam patriam cum tanto dispendio litigare cogatur. Narbona *d.l. 59. gloss. 1. num. 232.*

12 Secundo limita ubi transactum fuerit biennium a die motae litis numerandum, & intra illud cauae, quae coram Ordinariis ventilantur, terminatae non fuerint, quia tunc in poenam negligentiae commissae liberum est partibus, vel alteri illatum Iudices superiores, alios tamen competentes adire, qui causam in eo statu, quo fuerit, assumant, & quamprimum terminati curent. Ita Concil. Trident. *dict. cap. 20. versic. atque omnino.* Narbona *dict. l. 59. gloss. 1. num. 71. cum seqq.*

& a num. 86. me citato in hoc loco Salgado *dict. part. 2. cap. 6. a num. 2.* & in causis nullitatis professionis, quae infra biennium ab Ordinario & superiore Regulari non terminantur, esse locum decreto Concilij *in dict. cap. 20.* tenent Aloyf. Ricc. *dict. part. 4. decis. 273. num. 6.* post Narbon. Salgado *dict. part. 2. cap. 6. num. 5.* & censuit sacra Congreg. teste Armendar. *in addit. ad recopilat. legum Navarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. in declarat. num. 40.* Verum ut in casu huius secundae limitat. concedatur auocatoria, opus est quoddam ex parte Iudicis nolentis, vel non curantis intra dictum biennium causam expedire, detur culpa, defectusque appareat, quia si per illum non steterit quominus intra dictum tempus causam definiret, sed ob grauitatem, & qualitatem causae, vel partium cauillationes, non sit diffinita elapso biennio, non habet locum auocatio. Ita decusum fuisse per sacram Congreg. attestantur Marchel. *de commissionib. part. 2. §. 4. num. 54.* Francisc. Leo *dict. cap. 1. num. 72.* Aloyf. Ricc. *in praxi aurea resol. 334. a princ. & d. part. 4. decis. 153.* Salgado *de protell. Regia part. 2. cap. 17. num. 35.* Ad hoc autem ut constet de culpa Iudicis, debet saepe requiri, & de hoc coram Iudice superiore instati, decis. Pedemont. *de communi attestans 12. num. 6.* Grammat. *uoto 31. num. 3.* Narbona *dict. l. 59. gloss. 1. num. 100.* & alios, quos refert & sequitur Aloyf. Ricc. *d. resol. 334. num. 1. & d. part. 4. decis. 120.* ubi differit an requiratur vnica interpellatio ut dicatur stare per Iudicem quominus causam expediat. me citato in hoc loco Salgado *dict. part. 2. cap. 6. num. 8.* sublimita tamen non procedere in Curia Romana ubi lis sine instantia nunquam extinguitur nisi per sententiam, Zerol. *in praxi Episc. p. 1. verb. instantia. vers. sexto.*

14 Tercio limita in causis, quae iuxta Canonicas functiones apud S. Sedem sunt iudicandae, ut disponit idem Concil. Trident. *in dict. cap. 20. versic. Ab his excipiuntur,* latè Narbona *dict. l. 59. gloss. 1. a num. 188.* ubi ait huiusmodi causas referri per gloss. *in cap. quod translatione. de offic. delegat. & per gloss. ultim. in cap. ut debitus, de appellat. & num. 190.* inter eas enumerat causas exceptorum, exceptis tamen illis casibus, in quibus Concilium Trident. dedit Ordinariis iurisdictionem in exemptos, & num. 191. generaliter tradit quod omnes causae, quae a principio ex dispositione sacrorum Canonum ante dictum cap. 20. Concilij poterant apud Sedem Apostol. cognosci, possunt & hodie, decreto ipso non obstanti.

15 Inter huiusmodi causas, quae iuxta legitimas functiones apud S. Sedem Apostol. sunt tractandae, illae enumerantur, quae super beneficiis reseruatis agitantur, cum enim non comprehendantur sub dicto decreto Concilij *in dict. cap. 20.* possunt in prima instantia cognosci in Curia, Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 52. num. 36. & 37.* Narbona *dict. l. 59. gloss. 1. num. 192.* Vnde similiter inter has connumerantur illae, quae super possessione huiusmodi beneficiorum Sedi Apostol. reseruatorum aguntur, possunt enim immediate ab Auditore Camerae, seu alio delegato Apostolico cognosci, ut praxis quotidiana signaturae obseruat, & declarauit Gregor. XIII. super executione literarum in forma Breuis ad expectandam possessionem, *in sua constitut. incip. Ad Romani Pontificis providentiam, sub dat. Roma sub die 19. Iulij 1574.* quam refert Piafec. *in praxi Episcop. dict. cap. 4. num. 3.* & Salgado *dict. part. 2.*

cap. 10. num. 10. & sacra Congreg. saepius censuisse attestatur Francisc. Leo *dict. cap. 1. num. 76. & 77.* ubi num. 74. dicit in vna Vlixbonen. fuisse tentum quod quando per Breue Apostol. capitur possessio beneficij, & aliqui volunt illius possessionem impedire, tunc etiam in prima instantia potest causa in Romana Curia tractari, quia Auditor Camerae similibus causarum est Iudex competens. Denique ꝑ cause omnes beneficiales, in quibus litterae sub plumbo expeditae sunt, ac de illarum nullitate, vel intellectu tractatur, per signaturam iustitiae, etiam si essent in prima instantia, in Curia committuntur, quia de viribus litterarum Apostol. vel earum intellectu iudicare ad sacrae Rotae Auditores, non verò alios inferiores Iudices spectat, Nicol. Garcia *de beneficio. part. 6. cap. 3. num. 6. cum seqq.* Narbona *d.l. 59. gloss. 1. num. 194.*

16 Quarto limita in executionibus litterarum Apostol. quia Concilium loquitur in litibus, & causis Ordinariis, & requiritibus altiore indaginem in quibus detur instantia, non autem agit de executionibus huiusmodi, quae extra iudiciales sunt, ac proinde carent instantia, ut cum Socin. Ias. & aliis resolut. Menoch. *de arbit. lib. 1. quest. 22. num. 6.* & ideo sic resolut. Narbona *dict. l. 59. gloss. 1. num. 239.* & Salgado *dict. part. 2. cap. 10. per totum.* Verum si aduersus executionem gratiae Apostol. allegetur aliqua exceptio, quae altiore indaginem requirat, & gratiam efficiat nullam, vel subrepticam, aut obrepticam, seu Bullam falsam, quia tunc datur instantia, non potest auferri iurisdicctio ab Ordinario in prima instantia, ex *dict. cap. 20.* Ita Flores de Mena *variari. lib. 1. quest. 12. num. 17. cum seqq.* Aloyf. Ricc. *in praxi aurea resol. 339.* Nicol. Garcia *de beneficio. part. 1. cap. 5. num. 546.* Ego ipse *in praxi exigent. li. persones, quest. 7. num. 10.* Quo casu licet dictus executor exceptiones huiusmodi Ordinario, ad quem spectat prima instantia, remittere teneatur, ut de illis plenarie cognoscat, nihilominus tamen non ob id tenetur remissa causa quae coram eo pendebat, in executione supersedere, nec idem Ordinarius illi potest inhihere, aut aliquo modo impedire potestatem, quam habet exequendi; ut expressè tenent Nicol. Garcia *dict. part. 1. cap. 5. num. 525.* Salgado *de protell. Regia part. 3. cap. 3. num. 44. & 45.* Ego ipse *dict. quest. 7. num. 11.* nisi nullitas opposita ex ipsis actis & contextura Bullarum probaretur, nec altiore indaginem requireret, quia tunc omnino cessaret executio, Gabriel Pereira *de manu Regia tom. 1. cap. 9. num. 16.* Ego ipse *dict. quest. 7. num. 5.* & hoc est valde notandum in praxi, quia saepe falluntur Iudices. At si ex verbis gratiae teneretur executor assumere partes Iudicis, vel gratia esset signata manu Sanctissimi, de quo *num. seq.* talis executor non obligatur eam remittere Ordinario, sed potest cognoscere in prima instantia ad effectum executionis, quia ex appositione manus Papae censetur caute auocata, ex text. *in cap. ut nostrum, de appellat. ubi Abbas, Francisc. & alij, resolut. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 339.*

18 Quinto limita in causis, quas Summus Pontif. ex urgenti, rationabili causa per speciale rescriptum sua manu propria subscribendum committere, aut auocare iudicauerit, ita Concil. Trident. *dict. cap. 20. versic. nisi in urgenti, & ex eo colligunt Narbona dict. l. 59. gloss. 1. num. 195.*

Salgado *d. part. 2. cap. 6. num. 14. cum seqq.* Piafec. *d. p. 2. cap. 4. num. 3.* Franc. Leo *d. p. art. 2. cap. 1. num. 73.* Aloyf. Ricc. *d. part. 4. decis. 173. num. 7.* Gabr. Pereira *de manu Regia p. 2. c. 63. n. 38. vers. nec obstat, ubi, nisi quando Summus Pontifex contrarium iusserit rescripto sua manu signato, &c.* Ego ipse *d. praxi exigent. li. persones, q. 6. num. 15. cum seqq.* nam cum Romanus Pontif. causarum omnium Ecclesiasticarum Ordinarius, & supremus Iudex sit, itaut omisso Ordinario Iudice in prima instantia adiri possit, inde fit ut si causam alicui specialiter commiserit, vel auocauerit, non possit amplius per Ordinarium inferiorem, ad quem alias cognitio pertinet, disquiri, adeo ut, si quid post auocatum negotium, actum à Iudice Ordinario, vel alio inferiore fuerit, ipso iure nullum reddatur. Ioan. VVamcl. *ad cap. vi nostrum 26. num. 6. de appellat. Narbona ubi supra num. 196.* Sufficit autem ipsas supplicationes auocationum, seu commissionum causarum in prima instantia, super quibus Breuia conscribuntur, manu Pontificis esse signatas, non vero requirunt ipsa Breuia, quae ad partes transmittuntur, manu propria Pontificis esse subscripta, ut ex duabus sacrae Congreg. declarationibus resolut. Narbona *d.l. 59. gloss. 1. n. 204.* post eum Salgado *d. part. 2. cap. 6. num. 44.* quidquid ipse eadem *part. 2. cap. 30. §. 2. per tot.* studuerit probare ostendi debere supplicationem manu Sanctissimi signatam ad hoc ut causa auocatio legitime fiat intrepidè contra sacrae Congreg. decisiones, afferens ipsa Breuia, quae sub plumbo, vel annulo Piscatoris expeditur, vigore harum supplicationum non satisfacere solemnitate requisita *in d. cap. 20.* subdens *n. 50.* me interloquendo illi affirmasse iuxta stylum Romanae Curiae solere Curiales curiosos & attentos ipsam originalem ab officiali recuperare; & sic facili eam ostendere posse: sed hoc verum est ubi ab ipsa supplicatione Breuia in partes expeditur, & sic causa non remanet in Curia. At vero quando causa in Rota committitur, supplicatio ipsa originalis consignatur Notario Rotae, & in eius officio apud acta causa reponitur, nec partibus vnquam traditur, de illaque nunquam satis constare hic potest, nisi ex ipsis Notarij fide & testimonio, cui in hac parte credendum est, ac proinde in mandato Rotali vigore talis commissionis expedito eam ipse inferit, & hoc modo & subscriptione propria manu Sanctissimi facta, & non aliàs constare potest.

19 Sexto limita in causis obligatione Camerali firmatis, quas Auditor Camerae valet auocare, licet in quacunque instantia pendeant coram locorum Ordinariis; ita Lancell. *de attent. limit. 15. num. 3.* Flores de Mena *var. lib. 1. quest. 12. num. 48.* Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 118. in fine.* Aloyf. Ricc. *in praxi aurea resol. 342.* Nouar. *in serg. Iuris Canon. conclus. 54. n. 5.* Salgado *d. part. 2. cap. 5. §. 3. num. 6. cum seqq.* Et licet haecenus nullus dubitauerit de facultatibus Auditoris Camerae à Summis Pontificibus illi concessis, & vsque ad haec tempora innouatis, ut constat ex Bulla Pauli V. 28. Bullarij noui, incip. *Eximie §. 7. & 10. sub dat. Roma apud sanctum Marcum Kalend. Feb. 1606.* ipse Salgado *d. loc. praeter omnium sensum affirmare aulus est post Concilium Tridentinum facultates Auditoris Camerae detrahentes in aliquo prime Ordinariorum instantia, sublatas esse, loquitur enim expressè contra quod totus seruat mundus, & praecipue Rota Romana iustitiae cultrix, & expressè in Romana, seu Bracharen pecuniaria 2. Decembr. 1594. coram Orano, impressa per Zach. de obligation. Camer. decis. 115. num. 7. & in Elboren. fructuum 17. N. uenibus 1629.*

De officio, & potestate Episcopi.

coram R.P.D. Quesipo, & 14. *Maij* 1631. coram R. P.D. Guilielmo, impressa per Franc. Rip. in fine sui tr. de *simonia*, & eartum memini in *dist. praxi exigendi pensiones quest. 5. à num. 14.* ex quibus colligitur sententias Auditoris Cameræ vigore suarum facultatum latus in prima instantia contra debitores, fuisse & esse per Ordinarios exequendas, vt apud nosrates in confessio est, & in Regno Sicilia, ex quo Rex noster pariter Sedis Apostol. Legatus est, ac ex quo causæ nullatenus extrahuntur, in dies sententia Auditores Camera per Ordinarios exequuntur, vt affirmat Mar. Cucelli in *Codice legum Sicularum ad leges Patri II. cap. 6. not. 7. ante num. 13. versio. quo fit.* Miror equidem quòd Presbyter vnus sic Sedis Apostol. & suorum officialium auctoritatem diminueret studeat, vt quod nullus secularis vnquam cogitauit, vel cuiquam laico in mentem venit, ipse in medium proferat, temporalesque Iudices ad id pronocet, & leuissimis rationibus, ac facilibus fundamentis comprobare intendat; quibus igitur respondere superuacaneum esse iudicauit.

20 *Septimo* limita in causis vigore litterarum conseruatoriarum vniuersitatibus, Regibus, seu aliis à Sede Apostol. concessarum agitatibus, hæ enim causæ non sunt necessario in prima instantia coram Ordinariis locorum pettractandæ, sed coram Conseruatoribus ipsis, vt supra deputatis, cum certum sit decretum Concilij in *dist. cap. 20.* ad Regulares non pertinere, nec quoad primam instantiam ipsorum aliquid noui inducere. Ita Cenall. *de cognit. per viam violentia, part. 2. quest. 157.* Narbona *d. l. 59. gloss. 1. à num. 206.* Aldrete in *allegat. pro omnimoda Regularium exempt. part. 1. cap. 7. num. 4.* Nouar. in *Aug. Iuris Canon. conclus. 54. num. 12.* Aloyf. Ricc. *dist. part. 4. decis. 273. num. 7. prope fin.* Salgado *dist. part. 2. cap. 11. per tot.* vbi licet multum insudare videatur in ostendendo quod ego in hoc loco, & in collectar. ad Concil. Trident. *dist. cap. 20. num. 10.* inaduertenter pro contraria parte citauerim. Nauarr. *consil. 1. sub tit. de officio deleg. in antiquis, & consil. 3. num. 2. eodem tit. in nouis.* Sayr. in *floribus demf. sub eodem tit. decis. 1.* Mar. Antonia. *variar. resolut. lib. 1. resolut. 15.* Nihilominus tamen in prima impressione non absolutè eos pro contraria parte refero, sed cum illis verbis, *quidquid dicunt*, eo quod Marius Antonin. priuilegium huiusmodi Conseruatoribus Iudicibus ex benignitate Apostol. concessum restringere nimis intendit; & quicquid sit, non videtur tam culpabile, vnum, vel alterum Doctorem scriptorum incuria malè allegare, vel extra locum suum collocare; opinionem enim sectamus veram, quam & ipse Salgado impugnate non est ausus, propter varias sacræ Congreg. declarationes, quas præcitati Doctores referunt, & signanter quod conseruatoriæ Regulatum non sint sublata; per Concil. in *dist. cap. 20.* etiam quòd causæ graues sint, & plenariam cognitionem requirant, censuisse eandem sacram Congreg. in vna *Mediolanen.* refert Rota in *Oscen. inuisionibus 12. Decembr. 1614.* coram bonæ mem. Vbaldo.

21 *Octauo* limita in causis, quæ ratione contractus, vel ratione delicti alibi gestorum sunt veniende, nam eas non comprehendit dispositio Concilij in *dist. cap. 20.* cum non sustulerit modos legitimos, quibus quis ex Iuris dispositione sortitur forum. Ita Francisc. Leo *dist. cap. 1. num. 75.* Aloyf. Ricc. *dist. p. 1. 4. decis. 473. circa fin.* me citato in hoc

loco nouissimè Nouar. in *praxi electionis & variat. fori part. 1. quest. 9. num. 24. in ultim. impress.* nouissimè etiam Salgado *dist. part. 2. cap. 5. §. 3. num. 2.* Attento autem Iure communi, de quo in *l. hæres absens §. proinde ff. de iudic. & inc. fin. de foro compet.* sortitur quis forum in loco vbi contraxit, quando scilicet contrahens in eo inuenitur, vt probat *cap. Romana 1. §. contrahentes, de foro comp. in 6.* cum citatis à me in *dist. praxi exigendi pensiones, quest. 5. num. 1. & 2.* Vbi verò contrahens in contractu ipso proprio foro renuntiauerit rectè poterit in loco contractus conueniri, licet ibi non inueniatur, iuxta doctrinam celebrem *gloss. 2. in l. 1. ff. si quis in ius vocatus*, quam sequuntur, eamque laudant Couarr. *pract. cap. 19. num. 5. in princip. Parlador. lib. 2. rerum quotid. cap. fin. part. 2. §. 1. à num. 2.* Coler. *de processib. execut. part. 2. cap. 1. num. 50.* Antonin. de Amato *resolut. 33. num. 19.* Gutier. *de iurament. confirm. part. 3. cap. 16. num. 4. & 5.* D. Barbosa in *l. 1. ff. de iudic. art. 3. num. 224.* quod quidem Iure nostro nullam paritur difficultatem, nec est qui de illa dubitet.

Tota autem dubitandi ansa oritur ex obligationibus, quæ Romæ fiunt in forma Cameræ cum amplissimis clausulis, renuntiationibus, & submissionibus etiam iuramento vallatis, nam quidam volunt sic Romæ obligatos, vel quia pecunias pro suis necessitatibus subleuandis ad cambium acceperunt, vel quia illos pro expeditione Bullarum, aliarumve expeditionum extorquerunt, non posse iuxta formam suarum obligationum ibidem conueniri pro adimplimento promissionis, & contractus, sed causam debere remitti ad Ordinarium illarum partium, ex quibus contrahentes sunt oriundi; & sic mandata omnia Auditoris Cameræ, & aliorum Iudicum Romanæ Curia non esse exequenda existimant, posseque ea omnia in Concilio retineri affirmant. Et quamuis Regium Consilium nonnunquam huiusmodi mandata exequi mandauerit, aliquando vero ea retineri iusserit dum de iustificatione dubiti dubitauit, vel de solutione sibi constat; nihilominus Francisc. Salgado hoc arbitrium supremo Consilio adimens inuoluntè vult huiusmodi obligationes Camerales minimè esse exequendas, sed ad locorum Ordinarios remittendas, vt coram eis partes iustitiam petant, ita latè comprobare nititur *dist. tractat. de supplication. ad Sanctissim. sue de retentione Bullarum part. 2. cap. 27. per totum.* & præcipuè à num. 14. resoluens quòd clericus Romæ obligatus obligatione in forma Cameræ ad pensionem, vel quid aliud, si tempore executionis non sit repertus in Romana Curia, non potest per iudicium contradicatarum declarari excommunicatus, aut contra eum executio fieri: vnico tantum mouetur fundamento quod scilicet clerico prohibetur se submittere iurisdictioni alieni Iudicis absque consensu proprii Ordinarij, *cap. significasti, de foro compet. D. Barbosa in dist. l. 1. art. 3. num. 179. cum sequentibus, ff. de iudic. Anguian. de legibus lib. 3. controuers. 26. num. 8.* vnde infert idem Salgado num. 20. quòd si obligatus in forma Cameræ absque proprii Ordinarij consensu, se submitterit Auditoris Cameræ iurisdictioni proprio foro expressè renuntians, nulliter se obligauit, vt potest quia defuit dictus consensus in ipsa obligatione, qui præcisè & necessariò præcedere debebat, ad hoc vt validè clericus suo foro renuntiare posset. Et quamuis pluries cum eodem

eodem Salgado interloquendo super hac materia latè disputarem, ipse sua innixus opinione, sano, non, vt credo, animo, totus se ostendit in euertendo meam quam sequor sententiam, quæ, vt extra dicendis apparebit, verissima resurget, contrariam verò vt falsissimam reprobare non dedignabor.

Et vt clariùs procedamus, ac certa ab incertis separemus, & cum distinctione hac in re nos explicemus; præsupponendum est posse clericum alieni superioris iurisdictioni se submittere absque proprii Episcopi consensu, duobus modis: primo consentiendo in alterius iurisdictionem, quo casu nullus dubitat talem consensum minime valere, ex *dist. cap. significasti*, ac proinde eo non obstante teneri clericum coram suo Episcopo respondere, & hoc est quod voluit Couarr. *dist. cap. 10. num. 5. vers. 8.* cuius verba refert ad suam opinionem firmandam Salgado *dist. part. 2. quest. 27. num. 21.* nam loquitur de simplici renuntiatione iuxta terminos text. in *dist. cap. significasti, de foro compet.* quem ibi allegat, veluti quando fit ab ipso clerico renuntiatione proprii tribunalis, ipseque consentit expressè in alienum Iudicem, nullo ad id cogente pacto, siue contractu.

Secundo modo fit submittio contrahendo, vel delinquendo; & tunc cum prorogatio iurisdictionis fiat à lege, licet tacitè, vel expressè per factum hominis contrahentis, clericus sine consensu proprii Episcopi potest alterius iurisdictioni se subicere. Ita Marta *de iurisdic. part. 2. cap. 6. num. 40.* Benedic. Egid. in *reper. l. ex hoc iure ff. de iustit. & in re, par. 2. cap. 13. claus. §. num. 13.* optimè D. Barbosa in *l. hæres absens §. 1. num. 60. ff. de iudic. ibi, sed in iudicandum est, quia traditionum, gloss. 2. in dist. l. 1. etiam locum habere in clerico contrahente, & renuntians proprio foro, defendit Decian. hic col. 1. ad med. Roger. à Mota num. 43. Matian. in *dist. cap. dilecti num. 39. de foro compet. & in cap. 1. num. 68. de iudic. &c.* & inferius à num. 61. ibi, *quia clericus potest conueniri in loco contractus, etsi non accesserit consensu Episcopi proprii*, vt probat *cap. dilecti, de foro compet. & ibi* notat Panorm. num. 4. Alex. *conf. 89. num. 1. lib. 7. ergo in eo renuntiatione proprii priuilegijs valida debet conserui, cum in effectu imponit renuntiationem exceptionis declinatoria si in loco contractus non reperitur, & velle quod in eo præcisè teneatur respondere, & plane decisio dist. cap. significasti, non habet locum si clericus renuntiauerit, declinatoria, & obliget se respondere coram Iudice alijs competentem, & eius non declinare iurisdictionem, Panorm. conf. 25. col. 1. lib. 1. Rip. in *cap. 1. num. 49. de iudic.* Aliam rationem assignat idem D. Barbof. in *d. l. 1. ff. de iudic. art. 3. num. 214.* ibi, *Quod adeo verum est in loco contractus conuenire posse, etiam si ibi non inueniatur, dummodo in contractu illo proprio foro renuntiauerit, iuxta traditionem gloss. & in dist. l. 1. sup. si quis in ius vocatus non ierit, nam cum hæc renuntiatione proprii fori conueniat ad corroboracionem fori inducitur per legem, vt aliquid operetur, habeat effectum supra relatum, etsi non accesserit voluntas proprii Episcopi, &c.* Et hanc sententiam sectatus fuit Concilium Regium Matritense, nam cum Bernardus Campellus Nunciaturæ Hispaniæ Auditor sub die 4. Decembris 1634. sua distinctiua sententia pronuntiauerit Ioannem Berrozanum Cameræ Episcopo Pars III.**

nonicum Placentinum teneri respondere coram Ordinario Hispanen. vbi contraxerat cum renuntiatione proprii fori absque sui Ordinarij licentia ad fauorem Alphonfi Moreni, non obstante exceptione fori declinatoria, qua idem Ioannes ad proprium Ordinarium Placentinum remittendum fore & esse postulabat, nihilominus dictus Ioannes causam per viam violentiæ ad idem supremum Regium Consilium detulit, vbi sub die 15. Februarij 1635. fuit vnanimi consensu per DD. Consiliarios resolutum Auditorem nullam vim fecisse nec facere: cuius decreti proprium regestum vidi, & non semel legi, ad illudque videndum & legendum Salgadum nostrum inuitauit, qui tamen parum, aut nihil de illo curauit, sed suam vt prius tenaciter tuebatur opinionem, motus tantum auctoritate Præsidis Couarr. qui, vt dixi, non agit de clerico, qui contrahendo, vel delinquendo renuntiat: prout expresse, & in his propriis terminis tenet Dom. Barbosa locis superius citatis, cuius auctoritas non videtur contemnenda, cum propter eius singularitatem in vtroque iure peritiam longe plures alios vincat.

Vltariùs id in Auditore Cameræ procedit absque dubio, cum ille in suis facultatibus habeat ex Pontificis gratia sibi specialiter attributa, vt possit priuatiue quoad alios Iudices de contractibus camerali obligatione vallatis cognoscere, vt expressit Paulus V. in *dist. sua Const. 28.* tum quia plurimum quoad Hispanos huiusmodi obligationes fiunt in beneficiorum cessionibus (scu renuntiationibus pro solutione pensionum auctoritate Apostolica reseruatorum, quibus casibus, videtur indecenter, & impie agere, qui coram Pontifice sui superioris licentiam & consensum quaerere ad contrahendum, & ad ipsius Pontificis iudicio, correctioni & mandatis se subiciendum, cum in eodem Concilio *dist. cap. 20.* semper salua sit sanctæ Sedis Apostol. auctoritas; & sit Christiana pietate indignum asserere per consensum, & auctoritatem Pontificis in facultatibus Auditoris Cameræ concessis, ac etiam per clausulas in quibus obligatos esse vult resignarios ad solutionem pensionum iuxta formam, & tenorem supplicationis à se propria manu signatæ. non suppleri Ordinarij consensum ad contrahendum, & se Curia Iudicibus subiciendum, est enim Pontifex Ordinarius Ordinariorum. *cap. cuncta per mundum, 9. quest. 3.* cum alijs, quæ ad hoc propositum cumuauimus in *dist. praxi exigendi pensiones quest. 3. num. 11.* habetque pro propria diocesi totum Orbem, *gloss. verb. priuata, in cap. felicitis §. fin. de penis in 6. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. §. 2. proam. num. 46.*

Hac in re edeuenit aliquorum audacia, vt asserere non erubuerint obligationes Camerales hodie non tenere, eo quòd in illis, omnibus defensionibus renuntiat, & sine causæ cognitione ac contumacia censuræ relaxantur contra debitores, vt post Gabriel Pereira *de manu Regia par. 1. cap. 9. n. 10. cum sequentibus*, tenet Salgado *dist. part. 2. quest. 27. num. 54. cum sequentibus*, qui ibi pro se allegat Marc. Anton. Genuens. in *pract. Eccles. Neapolitani. cap. 117. sub num. 5.* quam allegationem non inueni in meo codice, nec ascendit ultra centum capita, debebat enim allegare *cap. 96.* vbi contrarium resolut, videlicet hodie solum Auditorem Cameræ procedere contra.

contra obligatos in forma Camere, & vigore dictarum obligationum censuras Ecclesiasticas promulgare: hoc enim est indubitatum, & Rotæ decisionibus sæpè sapius conciliatum, vt in d. Romana, seu Bracharen. pecuniaria, & in d. Elboren. fructuum, de quibus memini supra n. 19. & in praxi exigendi pensiones q. 5. n. 14. & 15. vnde fit satis periculofum esse contrarium docere, cum hoc fit fidelium animas illaqueare, & ansam præbere vt Ecclesiasticæ censuræ contemnantur, vnde plura damna in Ecclesia Dei suborta sunt; quod autem ipse Salgado eodem cap. 27. n. 67. asserit inuenisse me defendere de iure Ecclesiastico vniuerso posse contra clericum obligatione Camerali obligatum executionem fieri in Romana Curia etiam ibi non repertum, & hanc opinionem nullo iuris colore tutam esse posse, non eger alia responsione quam quæ colligitur ex superius deductis; quatenus verò subdit se non mirari me hanc opinionem tueri, cum causam propriam defenderem, similiter ex dictis constabit an propriæ causæ affectio animum meum excæcauerit, vel potius expressi iuris fundamenta, & tantorum virorum auctoritates ad eam firmandam me induxerint, iudicet lector, & quid verius sibi visum fuerit, eligat, nam postposita omni humana affectione, & respectu, veritatem inuestigare sum solitus, quod an mihi damno fuerit, & ruinæ, vnuquisque qui me in humili statu videt, coniecturari poterit.

ALLEGATIO LXXXII.

Episcopus in concernentibus pietatem, & officium charitatis, an iurisdictionem habeat in laicos?

S V M M A R I V M.

- 1 Iurisdictionem in laicos habet Episcopus in concernentibus pietatem, & officium charitatis.
2 Executor omnium piarum dispositionum est Episcopus.
3 Eleemosynæ vt fiant, potest Episcopus subditos compellere.
4 Eleemosynæ vt pauperibus erogentur, possunt diuites ab Ecclesia cogi.
5 Laicos potest cogere Episcopus, vt eodem pretio merces, & res victui necessarias, peregrinis, & hospitibus vendant, quo publicè ab incolis vendi solent.
6 Anona victualia, vt iusto pretio vendi faciat, pertinet ad Episcopum, ne pauperes fame pereant.
7 Predicatori ad præstandam eleemosynam potest Episcopus cogere laicos, qui eam præstare tenebantur.
8 Frumentum & aliæ res tempore penuriæ, vt vendantur potest Episcopus laicos cogere.
9 Alimenta etiam à laicis coram Episcopo peti possunt.
10 Alimentorum causa dicitur pia.
11 Alimentorum legatum dicitur pium, quando fit pauperi.
12 Monacho factum legatum dicitur pium.
13 Heredes etiam laicos potest Episcopus compellere ad solutionem relictorum ad pias causas per defunctos factorum.
14 Legatarios possunt Episcopi etiam tanquam Secularis Apostoli, delegati cogere ad exequendas pias

- dispositiones, etiamsi executores sint exempti à sua iurisdictione, vel officiales S. Inquisitionis.
15 Testamenti executio tam ad pias, quam ad non pias causas, negligente herede intra annum adimplere defuncti voluntatem, denoluitur ad Episcopum.
16 Executor qui non adimplet voluntatem defuncti peccat mortaliter secundum negligentiam qualitatem.
17 Peccati ratione efficitur laicus de iurisdictione Episcopi.
18 Executor testamenti ad implendam defuncti voluntatem, potest statim post aditam hereditatem cogi ab Episcopo, seu quocumque alio dicentiano, vel Capitulo Sede Vacante, nisi aliud refragetur.
19 Debitum quocumque ex contractu, vel quasi, non in diem, nec sub conditione, sed purè contractum est, statim peti potest, neque aliqua à iure dilatio conceditur.
20 Hæres obligatur ex quasi contractu, non in diem, neque sub conditione, sed purè.
21 Testamenti executio non impeditur ante aditam hereditatem.
22 Tempus à iure, vel ab homine præfinitum non currit ignoranti, & legitime impedito, etiam data culpa ex parte impediti.
23 Tempus iura quod tenetur hæres defuncti voluntatem exequi, potest à iudice restringi.
24 Monitorio necessaria est ad effectum, vt data negligentia hæredis ad Episcopum denoluitur exequendi potestas.
25 Monitorios plures non requiruntur, sed vnica sat est, à iudice personaliter facienda.
26 Testatoris mandata exequi non solum potest, sed etiam de precepto tenetur Episcopus.
27 Testator non potest prohibere ne Episcopus data hæredis, vel executoris negligentia valeat se introumittere.
28 Testator prohibere potest ne executores rationes reddere compellantur.
29 Testator fundans capellam non potest eam eximere ab Episcopi potestate.
30 Abbates habentes quasi Episcopalem iurisdictionem, & Capitulum Sede vacante, habent potestatem exequendi defunctorum voluntates.
31 Ordinarius loci vbi obijt defunctus rationes testamenti exposcere debet.
32 Iudicandum est in dubio pro pia causa.
33 Legatum ad pias causas est validum & præstandum etiamsi relictum fuerit in testamento.
34 Testator potest pro salute anime sue relinquere incertum heredem.
35 Institutio hæredis alterius voluntati commissi favore pro pia causa valida est.
36 Legari potest ad pias causas ei, qui hæres institui de iure non potest.
37 Legatum ad pias causas factum potest alteri simili vsui præstari.
38 Legatum ad pias causas peti potest si hæres differat adire hereditatem.
39 Falcidia de legatis ad pias causas non detrahitur.
40 Legatum factum loco construendo in favorem pie causæ valet.
41 Legatum factum Ecclesie, quum in speciem non expressit defunctus valet.
42 Legata in pias causas non obiciuntur solemnitatibus iuris Civilis.

- 43 Administratores laicos hospitalium, Confraternitarum, Montis pietatis & quorumcumque locorum potest Episcopus compellere ad reddendam rationem sue administrationis.
44 Episcopus & Canonici deputati à Capitulo non debent exigere rationes quo recitantur Floræ canonica, & Diuina celebrantur.
45 Monasteriorum administratores non tenentur de illis Ordinario reddere rationem.
46 Capitulum de administratis per se de bonis Ecclesie tenetur reddere rationem sua administrationis Episcopo.
47 Administratores etiam laici honorum Ecclesie si inueniantur debitoras in rationibus reddendis coram Episcopo, possunt ab eo compelli ad soluendum.
48 Regulares, sive Religiosi exempti possunt ab Episcopo compelli ad reddendam coram se gesta executionis rationem, ac ab eo puniri si male gesserit.
49 Capitulum Sede vacante potest, sicut Episcopus, compellere Religiosos piarum voluntatum executores ad reddendas administrationis rationes.
50 Regulares an, & quando possint esse testamentorum executores, ostenditur.
51 Fabrica Ecclesie trahit laicum reum ad forum Ecclesiasticum.
52 Fabrica Ecclesie Cathedralis ratio quomodo reddenda.
53 Appellatio non impedit redditionem rationum piarum dispositionum.
54 Rationes administrationis quando possit Episcopus pluries in anno exigere, ostenditur.

IN concernentibus pietatem, & officium charitatis, & humanitatis in laicos habet Episcopus iurisdictionem, cap. 1. & 2. dist. 87. cap. super quibusdam, in fine, de verbor. significat. Abb. in repet. cap. cum esset, num. 3. de testamen. & in cap. 1. num. 5. & quest. ... vbi Host. etiam num. 9. Butt. Imol. & alij de empt. & vendit. Aufret. in tract. de potest. Ecclesie super laicos, n. 3. Est enim Episcopus executor inditidè omnium piarum dispositionum, non solum morientium, sed etiam viuentium, [vbi nullus alius fuerit nominatus executor.] Clem. 1. de testam. §. si quis autem pro redemptione, autib. de Ecclesiast. tit. [Cast. conf. 177. num. 1. & per tit. lib. 2. Curt. iun. conf. 66. num. 2. & per tot. Rota in Romana 3. Martij 1617. vers. neque facit, coram Reuerendissimo D. Cocchino Decano, vbi etiam quòd executio legatorum profanorum vel ad ipsum Ordinarium, vel ad Præsidem fori spectat. Marta de iurisdic. par. 2. cap. 10. à princip.] Seraphin. Rota Roman. decis. 611. num. 7. part. 1. Franc. [Hieronym. Leo Valent. decis. 20. num. 2. libr. 1. Et addit Marta d. cap. 10. num. 3. quòd Episcopus executor debet esse loci Episcopus, aut originis, vel municipij, seu villæ, quæ illi subest, aut etiam Episcopus loci rei, & à num. 9. ostendit quis præferendus sit pro executione piarum legatorum, an Episcopus originis, an domicilij, an rei sitæ. Ex quibus Inferitur primò, posse Episcopum compellere subditos ad eleemosynas, vt probat Fr. Gabriel de Toro in lib. thesauri Misericordias cap. 50. Nam & tempore penuriæ cogi possunt diuites ab Ecclesia ad erogandam eleemosynam pauperibus, Benincass. in tract. de paupertate quest. 7. princ. in spec. ind. num. 17. Lara in l. si quis à liberis, §. & si impubes, num. 36. & sequent. ff. de liberis agnos. Tiraq. de panis Barbof. de Episcopo Pars II. I.

temp. causa 44. num. 10. Mexi. in tract. iassa panis, concl. 1. num. 5. Surd. de alimentis tit. 3. quest. 3. num. 27. Azor. instit. moral. p. 2. lib. 12. cap. 13. quest. 3. Hentij. in sum. lib. 13. c. 17. §. 5. in fine, Marta de iurisdic. p. 4. casu 163. n. 13. Valer. Reginald. in praxi fori panis. lib. 4. num. 237.
Secundò inferitur posse etiam cogere laicos, vt eodem pretio merces, & res victui necessarias peregrinis, & hospitibus vendant, quo publicè ab incolis vendi solent. dist. cap. 1. vbi Abb. num. 5. & 6. de empt. l. hereditas, in fine, vbi glof. & Doct. ff. de petit. hered. l. 1. C. de Episcop. aud. l. nulli. §. quod si testator, & §. quod si in via C. de Episcopis, & Clericis, Authent. si vero contingit, C. de iudic. Couar. lib. 3. var. cap. 14. num. 5. versic. hinc tandem faciunt. Ad eum enim pertinet, vt annonæ victualia iusto pretio vendi faciat, ne pauperes fame pereant, Card. Mantica de racitis, & ambiguis conventionibus, lib. 4. tit. 4. n. 12. & tit. 20. à num. 23. cum seqq. Marta de iurisdic. par. 4. casu 1. num. 50.
Tertiò inferitur posse Episcopum cogere laicos ad præstandam eleemosynam prædicatori, qui eam præstare tenentur, vel solent, Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 4.
Quartò inferitur posse quoque compellere censuris laicos ad vendendum frumentum, & alias res tempore penuriæ, l. fin. §. item Episcopi, ff. de muner. & honor. Abb. in d. cap. 1. num. 8. & 9. Surd. conf. 301 num. 47.
Quintò inferitur apud Episcopum, cæterisque iudices Ecclesiasticos alimenta etiam à laicis peti posse, qui coram eo hac ratione conueniti valent [cum cognitio huius causæ sit mixti fori, Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 6. num. 6. Sanctarel. var. quest. 34. num. 2. Bellef. disquisit. cleric. par. 1. tit. de fauora cleric. reali §. 5. num. 69.] Ioan. Lup. in repet. cap. per vestras, notab. 2. num. 19. de donat. inter. Molina de primogen. lib. 2. cap. 15. num. 75. Lar. in l. si quis à liberis, §. idem rescripsit, n. 78. ff. de liberis agnos. Gutier. præct. lib. 1. quest. 44. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 60. num. 30. cum sequenti, & cap. 154. num. 10. cum sequentibus, D. Barbosa iur. l. 1. par. 4. num. 82. ff. soluto matrimonio. [Ciardin. controuers. forens. c. 28. n. 16.] & Causa enim alimentorum dicitur pia, l. Melia. §. 1. ff. de aliment. legatis, Crauet. consil. 169. num. 10. Menoch. consil. 72. num. 13. [post multos Ciardin. d. tract. cap. 56. num. 7. nouissimè Francisc. Carp. de executorib. testament. cap. 2. num. 10.] & Alimentorum verò legatum dicitur pium quando fit pauperi, non verò quando fit diuiti, Menoch. de presumpt. lib. 4. quest. 115. n. 17. & præf. 145. num. 6. & 7. Surd. de alimentis, tit. 8. priuileg. 1. num. 3. & 9. D. Barbosa in l. 1. part. 1. num. 5. ff. soluto matrim. Ceual. in tract. de cognit. per viam violentiæ, par. 2. quest. 13. num. 12. & q. 21. à num. 1. [Ciardin. controuers. cap. 5. num. 8.] Hinc & legatum factum monacho dicitur pium, quia pauperi factum dicitur, Bald. in authent. similiter, n. 5. C. ad legem falcid. [Et relictum ex causa studij, dicitur etiam legatum pium, & pietatem continet, Tiraq. de pia causa in præfat. col. 12. vers. item relictum causa studij, Simoncel. de decretis tit. 8. inspecl. 15. Moneta de commut. vltim. volunt. c. 4. q. 4. n. 3. cum seq. Ciardin. controu. forens. cap. 5. num. 10.]
Sextò inferitur posse Episcopum compellere ad solutionem relictorum ad pias causas per defunctos factorum, etiamsi hæres sit laicus, authent. de Ecclesiast. titulis, §. si quis autem pro redemptione, c. nos quidem, c. si hæredes, c. Ioannes, cap. tu nobis, vbi Hostier. X x 2 num. 6.

num. 6. & 7. de testam. Concil. Trident. sess. 22. de reformat. cap. 8. Abb. in repetit. cap. cum esset. num. 32. eodem tit. gloss. fin. in fine in cap. relatum, ubi Couar. num. 13. eodem tit. Cuchus instituit. Canon. tit. de Episcop. num. 142. cum sequenti, Sbroz de Vicar. Episcop. lib. 2. quest. 49. num. 1. [Marcel. Vulpe d. c. 10. n. 10. nouissimè Franc. Carp. de executorib. testam. lib. 1. cap. 2. num. 1. cum seqq.] Aloyf. in collect. decis. par. 3. collect. 714. Marra de iurisdic. par. 2. cap. 18. [nouissimè Fontanell. Catalonia decis. 288. a princ. tom. 1.] ¶ Est enim Episcopus in casibus à iure concessis omnium piarum dispositionum tam in vltima voluntate, quam inter viuos exequutor. [d. c. nos quidè, & d. c. si heredes, & d. c. tua nobis, Capra in tract. de execut. vbi. volunt. memb. 8. n. 56. Scraph. decis. 611. n. 7. nouissimè Ciatlin. controu. forens. c. 5. n. 11. & Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles. cap. 10. n. 10.] Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 2. cap. 2. num. 42. Et in huiusmodi causa piarum dispositionum, quarum exequutio ad ipsum spectat, potest etiam Episcopus esse iudex, & constituitur procuratorem ad agendum coram se, Geatin. conf. 214. quem refert Card. Tusch. tom. 3. concl. 157. num. 7. quæ quidem exequutio spectat ad Episcopium illum, in cuius diocesi testator morabatur, Roman. conf. 250. in princ. quem citat Cardin. Tusch. d. tom. 3. concl. 293. num. 27. Iacob. de Canibus in tractat. de execut. vltim. volunt. par. 1. n. 26. fallunt. 1. Capra eod. tract. memb. 8. n. 63. Marra de iurisdic. p. 2. c. 10. num. 18. Ciatlin. me citato in hoc loco, controuers. forens. c. 8. à num. 16. Molin. disp. 247. num. 8. nouissimè Franc. Carp. d. lib. 1. cap. 21. n. 6. Quare Concil. Trident. d. cap. 8. hac de re statuit, ut Episcopi in casibus à iure concessis omnium piarum dispositionum sint exequutores, atque omnia, que ad Deum pertinent, ad animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt, ex officio cognoscant, & exequantur, cuius dispositio habet locum etiam si exequutores sint officiales Sanctæ Inquisitionis, & ob id exempti à iurisdictione Ordinariorum, vel professores in aliqua Vniuersitate, ratione literarum Conferuariorum, que eximunt à iurisdictione ordinaria, non autem à delegata à Sede Apostolica, vt decisum refert Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici par. 2. cap. vltim. in fine. [Alzedo dict. par. 2. cap. 2. num. 54.]

Relicta autem ad pias causas dicuntur quicquid in vltima voluntate pro animæ redemptione relinquunt, [quod enim testator relinquit & disponit pro anima sua, dicitur pium, ad text. in §. si vnum, vers. occasionem in aub. vt cum de appell. cognosc. Ni u. de reddit. quest. 1. mon. 26. num. 3. & 4. Menoch. lib. 4. prax. 115. num. 9. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 34. in princip. Sanch. de Matr. lib. 1. disp. 4. num. 9. Ciatlin. dict. cap. 5. num. 9. nouissimè Franc. Carp. de executor. testam. cap. 2. à princip.]

Hoc autem lato modo, & strictè etiam potest intelligi, nam strictè sumptum relictum pro anima intelligitur quod Ecclesiæ, aut piis locis, vel ad pia opera pro animæ salute relinquunt, Ecclesiæ quidem pro celebratione Missarum, & alimentis clericorum, aut constructione, vel ornamentis ipsius Ecclesiæ, cap. fin. de testam. piis vers. locis, veluti hospitalibus, aut monasteriis, vel aliis locis, in quibus pauperes, & miserabiles personæ fouentur, aut alia charitatis opera exercent. l. si quis ad declinandam, C. de Episcopis & cleric. Ad pia verò opera intelligitur relictum, veluti quod pro redimendis captiuis, aut maritandis puellis, vel alienandis egenibus datur, l. nulli, C. eod. tit. aub. de Ec-

cles. tit. §. si quis, Barr. in l. 1. ff. soluto matrim. Doct. in c. fin. de ferris. [Malcard. concl. 1177. num. 3. nouissimè Carp. dict. cap. 2. num. 8. cum sequent.] Hæc namque omnia, & similia, eo quod ex charitate erga Deum & proximum, & mortis contemplatione fieri videntur, pro redemptione animæ facta censentur. c. Pontifices 12. quest. 3. At latè sumpto vocabulo relictum pro anima intelligitur quod pro bono publico legatur, veluti pro restauratione pontium, vel viarum, gloss. in l. 1. §. ad municipium, ff. ad legem falcid. aut pro ciuitatis custodia, & publicorum locorum, modo necessitatem loca huiusmodi paterentur, argum. cap. 2. de immun. Eccles. & not. in l. illud C. de sacrosanct. Eccles. quia tunc præsumitur legata illa pro bono publico & personarum vtilitate, ac consequenter pro animæ salute relictæ, at si non adesset eius rei necessitas, nullam habere speciem legati ad piscantias, argum. dict. cap. 2. & cap. non minus, & cap. aduersus, eod. tit. de immun. Eccles. & l. ad instructiones, C. de sacros. Eccles. vbi vero pro huiusmodi necessitate relinquuntur pro legato ad pias causas, omninò accipitur, præterquam quod eius exequutio ad Ecclesiasticos non spectabit, vbi ius Ecclesiæ aliqua in re non attingeret.

Quoniam ad exequutores defunctorum vltimas voluntates adimplere sedulo spectet, ita exequutore seu commissario testamentario existente, & à testatore assignato, Episcopus excludatur, nisi in casibus permillis, & inferius nominandis, l. nulli, vers. & si quidem testator designauerit, & vers. fin. autem persona non designata C. de Episcop. & cleric. l. Hisp. 7. vbi, si non scilicet alios viuos tit. 10. p. 6. Oledendorp. de execut. vltim. volunt. tit. 2. mem. 5. & 6. Francisc. Carp. d. lib. 1. cap. 22. num. 3. nihilominus tamen exequutoribus testamentariis nullo tempore eis à testatore præfixo ad executionem faciendam testamenti, datur à iure annus ad soluenda quæcumque legata, quæ non sint pietatis causa relictæ, & ad exequendam in cæteris rebus vltimam voluntatem, vt in l. nulli C. de Episcop. & cleric. cap. nos quidem, de testam. l. Hisp. 10. tit. 6. part. 6. Matienf. l. 7. gloss. 2. n. 2. tit. 4. & l. 14. gloss. 1. num. 45. lib. 5. noua Recop. Ad exequenda verò legata pia sex mensium tempus à lege definitur, quod cedit à die insinuationis testamenti, vt in aubent. de Eccles. tit. §. si legatum, Ioan. à Canibus in tract. de execut. vltim. vol. par. 2. quest. 43. Matienf. d. l. 7. gloss. 2. num. 2. in fine, & dict. lege 14. gloss. 1. num. 58. Spin. in speculo testam. gloss. 28. num. 9. Sured. de alimentis tit. 8. princ. leg. 32. num. 7. Ceuall. commun. quest. 374. in princ. nouissimè Franc. Carp. lib. 3. cap. 1. num. 6. cum sequentibus. Quo tempore elapso ad Episcopum deuoluitur ius exequendi, nisi testator casu negligentia huius substituerit, dict. l. nulli, dict. cap. nos quidem, cap. si heredes, de testam. vbi Cou. num. 3. l. Hisp. 5. tit. 10. part. 6. Guerrero in speculo iuris Pontif. cap. 26. Matienf. dict. lib. 14. gloss. 1. num. 45. vbi Episcopo incumbere hanc curam ait, etiam si legata non sint pia, Gutier. pract. lib. 1. quest. 44. num. 4. & lib. 2. quest. 45. num. 1. post med. & lib. 3. quest. 29. num. 8. & 27. Cened. ad Decretal. collect. 114. n. 1. Marc. Anton. Genuenf. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 69. num. 25. latè Fr. Hieron. Leo d. decis. 20. Azueud. conf. 10. num. 1. Marra de iurisdic. par. 2. c. 10. n. 2. Gabr. Pereira de manu Regia par. 1. cap. 16. num. 5. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 250. num. 1. & disp. 251. num. 4. Antonin. Diana moral. resol. par. 1. tract. 2. resolut. 98. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 17. num. 104. & 105. nouissimè Francisc. Carp. dict.

dict. lib. 1. cap. 21. per tot. & cap. 22. num. 26. Dixi inter parentheses (nisi testator in casu negligentia alium substitueret,) quia si testator loco mortui impediti, negligentis, vel aliàs officium acceptare nolentis, alium eius loco substituerit, seu delegauerit, tunc executio ad Episcopum non pertinet, sed substitutus vltimam deficientis piam voluntatem ad effectum perducet, Couar. in d. cap. 3. de testam. num. 2. vers. nisi testator, Siluest. verb. testamentum el. 2. num. 8. vers. quantum verò ad deuolutionem, Matienf. d. l. 14. gloss. 1. num. 45. vers. fallit tamen, Molin. d. tract. 2. disp. 251. num. 4. vers. si verò testator, Bened. Egid. in repet. l. 1. C. de sacros. Eccles. par. 6. §. 1. num. 25. in fine, quos refert & sequitur nouissimè Francisc. Carp. d. lib. 1. cap. 22. num. 5. & lib. 3. cap. 1. num. 7.

Ratio illius resolutionis est, quia faciens legatum post eius mortem est miserabilissima persona, cum destituta sit omnium auxilio, nec habeat aliud velle, vt in l. 1. C. de sacros. Eccles. Atqui Episcopus, & quilibet Index Ecclesiasticus debet subuenire omnibus oppressis, & miserabilibus personis destitutis omni auxilio, cap. super quibusdam, de verb. signif. Ergo Index Ecclesiasticus huiusmodi legata prophana, & ad pias causas exequitur. Alia ratio mihi magis placet, quia ex executor, qui non adimplet voluntatem defuncti, peccat mortaliter secundum negligentia qualitatem, vt resoluunt Palat. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 65. num. 20. Nauar. in man. cap. 25. num. 65. Fr. Emman. in summ. par. 1. cap. 33. num. 8. Spin. in speculo testam. gloss. 28. princ. n. 47. 48. 67. & 68. Padil. in sum. legum penal. par. 2. casu 25. num. 3. Martin. Carrillo en la explicacion dela Bulla de los d. sanctos per. 2. cap. 15. num. 8. Et

ratione peccati efficitur laicus de iurisdictione Episcopi. cap. nouit, de iudic. Steph. Gratian. discept. forens. cap. 154. num. 25. cum seqq. Sot. in relect. de secreto regendo memb. 2. concl. 2. quest. 2. Soar. de cons. jur. disp. 4. sect. 5. num. 10. ad fin.

Non inodò ad Episcopum cura pertinet vt vltimæ exequantur voluntates, sed & ad diocesanos, etiam si Episcopus non sit, cap. Ioannes, de testam. vbi Couar. num. 1. Matienf. d. l. 14. gloss. 1. num. 46. vbi subdit Diocesanos dici Abbates, vel Archidiaconos, qui iurisdictionem Episcopalem habere solent ex priuilegio, vel præscriptione, & num. 47. ampliatur ad Capitulum Episcopali Sede vacante, & ad Prælatos Episcopo inferiores, sed exemptos iurisdictionem Episcopalem habentes.

Quæ quidem vltimarum voluntatum executio ad Episcopum, eiusque Vicarium, Capitulum Sede vacante, seu alium Prælatum Ecclesiasticum cuiuslibet cum seculari Iudice, prout quisque præuenierit, pertinet. l. hereditas 54. §. si defuncto ff. de petit. hered. ibi, principali, vel Pontificali auctoritate, &c. aub. de Eccles. tit. §. si quis ad edificandam collat. 9. ibi, prouidentia locorum Episcopi, & similis Iudicis, &c. d. l. nulli, C. de Episcop. Rebutf. resp. 135. num. 7. l. Hisp. 7. tit. 10. part. 6. vbi Greg. Lop. gloss. 1. Couar. in d. cap. nos quidem num. 8. & in d. cap. si heredes num. 3. & 4. Tiraq. de priuil. pia causæ, priuil. 149. Matienf. d. l. 14. gloss. 1. num. 57. Gutier. pract. lib. 1. quest. 44. num. 3. Suar. de Paz tom. 2. prel. 2. num. 45. cum seqq. Spin. in speculo testam. gloss. 28. princ. à num. 20. Gabr. Pereira d. par. 1. cap. 16. num. 2. & 3. Bobadil. in sua politica lib. 1. cap. 18. num. 120. Molina d. tract. 2. disp. 134. num. 1. nouissimè Franc. Carp. d. lib. 1. cap. 21. num. 3. Franc. Hieron. Leo d. decis. 10. à num. 18. lib. 1. dum resolut executionem vltimarum voluntatum esse mixti fori, & intra

anquam exequutores testamentarios habere electionem reddendi rationes coram Indice seculari, & ab eo obinendi liberationem, seu diffinitionem, vel coram ecclesiastico, nouissimè Ioseph. Vela inris controuers. in Hispalensi Senatu, dissert. 14. num. 46. Refert Molin. d. tract. disp. 250. num. 2. in Lusitania Regno ad dissensionem, & incommoda vitanda de communi Principum, & Prælatorum consensu sancitum esse, vt sit quidem locus præuentioni, verumtamen vt intra annum & mensem de iure eiusdem Regni exequutoribus concessum ad defunctorum vltimas voluntates executioni mandandas, itemque intra tempus à testatoribus ad hoc ipsum executionibus concessum, vel si à Principe tempus illi sit prorogatum, citationem factam à secularibus, vel ab Ecclesiasticis ministris esse nullam ad effectum vt ratione illius præuentionis iurisdicatio censetur, eaque de causa posse nihilominus transacto eo tempore iurisdictionem præueniri. De hoc anno 1638. à quodam eminentissimo accersitus fui, & interrogatus quid ille agere deberet si huiusmodi executio per cedulam Regiam Iudici seculari priuatiue quoad Episcopos nouissimè concessa reperitur, & quantum in congregatione doctissimorum virorum meam interposuerim sententiam, quam de iure pro ecclesiastica iurisdictione tuenda amplecti deberent, omnes cõperunt timeri, & ad Principem esse recurrendum, Ecclesiæ armis depositis, censuerunt quod quidem superuacaneum esse reputaui, cum sit auxilium in offendente quærere, & Ecclesiæ potestatem ad suam defensionem denegare.

Quod non solum in exequutore locum habere arbitror, sed etiam in eo, cui à testatore fuerit commissa electio, veluti pauperum, inter quos aliqui distribuuntur, vel puellarum orphanarum, quæ nuptui traduntur, vel aliorum similis rei, is enim si intra annum eligere negligat, elapso eo tempore, electio deuoluitur ad Episcopum, quia vbiq; bique est eadem ratio, electioque in eo euentu habetur quasi pars quædam executionis ad eam prærequisitam. Ita Couar. in d. cap. nos quidem num. 7. Matienf. d. l. 14. gloss. 1. num. 61. Molin. tract. 1. disp. 251. num. 13. vide latius infra vers. verum si aliquid.

Quoties agitur solummodo de implenda vltima voluntate, Episcopus, seu quicumque alius diocesanus, necnon Capitulum Sede vacante statim post aditam hereditatem cogere poterit, nisi natura operis, aut aliud simile impedimentum refrageat. Ita Matienf. d. l. 14. gloss. 1. num. 56. vbi resolut post Episcopum intra quinque menses, aliunde tempus arbitrarium cogere heredes & exequutores testamentarios, vltimam voluntatem ad executionem deducere per censuram Ecclesiasticam, vel per interdictum administrationis bonorum defuncti, constat enim heredes seu exequutores cum primum poterint, exequi debere, quæ in testamento disposita fuerint, si cum primum potuerint, exequi tenentur, nimirum si ad id cogi possint per Episcopum. Quod adeo verum est vt Episcopus possit propria constitutione excommunicationis penam statuere contra exequutores negligentes in executione vltimarum voluntatum. Ita Bour. in tractat. de Synodo Episcopali p. 3. art. 1. n. 172. Couar. in d. cap. si heredes num. 4. in fine, Greg. Lop. d. l. 6. verb. lo mas tit. 10. part. 6. Matienf. d. l. 14. gloss. 1. n. 56. in fine.

Dixi, statim post aditam hereditatem cogere posse Episcopum ad executionem vltimarum voluntatum, quia quouis tempore debitum ex contractu, vel quasi non in die, neque sub conditione, sed pure

contractum est, statim peti potest; neque à Iure dilatio conceditur, ex reg. l. cum qui 41. §. quoties ff. de verb. signif. l. quod dicitur 105. ff. de solut. l. cedere diem 213. ff. eod. tit. de verb. signif. l. omnis obligatio in princ. vbi gloss. recepta verb. confestim, ff. de verb. signif. Couar. in reg. peccatum p. 1. §. 1. n. 4. Sed hæres obligatur ex quali contractu non in diem, neque sub conditione, sed pure. §. hæres, Instir. de obligat. que ex quasi vbi gloss. verb. intelligitur, l. apud Iulianum 3. §. ult. cum l. seq. ff. quibus ex causis in possess. cum his, quæ Menchaq. de success. creat. in prefat. num. 27. Eimman. Costa in cap. si pater verb. Trebellianica num. 10. de testam. lib. 6. Igitur statim cogi potest, neque alicuius termini dilatio danda est, cum spatium illud vnius anni non in fauore hæredum, aut executorum, sed solummodo defunctorum fuerit præfinitum. Quare ita ex Abb. Couar. & aliis concludit Molin. d. tract. 2. disp. 251. col. 6. & nouissime tradit Gabr. Pereira de manu Regia p. 1. cap. 16. de causis mixtis num. 35. vers. dubitari tamen. Franc. Carp. dict. tract. lib. 3. cap. 1. num. 4. & 5.

Vtrum executores possint diem à testatore designatum ad executionem suæ voluntatis alterare, vel commutare? vide Rendinam in promptuario recept. sentent. tit. 42. n. 1. vbi pro vtraque parte plures refert Doctores, & ad propositum resoluit Matienf. d. l. 14. gloss. 1. num. 54. quod annus à Iure præfixus executori testamentario ad executionem faciendam protogatur Episcopi, vel Iudicis secularis arbitrio iuxta operis, vel executionis qualitatem, non enim expirat officium executoris, etiam si annus fuerit elapsus, si intra ipsum opus fuerit incœptum, unde infert, num. 55. quod si legatarius, vel creditor executorum intra annum habuerit, vel famulus famulitium petierit intra annum, et si in plures protrahatur annos, non expirabit eius officium. Ceriall. d. q. 374 n. fin. nouissime Franc. Carp. d. tractat. de executorib. testam. lib. 3. cap. 1. numero 14.

22 Spatium dicti anni in prophanis, & sex mensium in pijs relictis, aut aliud iuxta operis qualitatem à lege, vel ab homine præfinitum, siue agatur de conuincenda hæredis, alteriusve executoris negligentia, deuoluendaque potestate exequendi ad Iudicem competentem, siue de priuando proprio emolumento, non aliter currere incipiet nisi à tempore adire hæreditatis, & subsequente monitionis, arg. l. 3. §. si quis hæredi, ff. de statulib. l. à filio 15. in princ. ibi, postquam legatum suum acceperit, ff. de aliment. & cibar. leg. text. opt. in aurb. de hered. & falsid. §. illud quoque ibi, post aditionem, &c. collat. 1. iuuat l. v. nio. §. in nouissimo. ibi, nisi fuerit adita, &c. C. de caduc. rollen. Cou. in d. cap. 3. de testam. à n. 2. Spin. d. gloss. 28. à num. 9. Cened. d. collect. 114. num. 1. Matienf. d. l. 14. gloss. 1. n. 50. vbi ait per l. 6. tit. 10. part. 6. de Iure Hispanico huiusmodi annum incipere currere post mortem testatoris, & non post aditionem hæreditatis. Ceual. quest. 374. Franc. Carp. d. lib. 3. cap. 1. num. 9.

23 Quod quidem tempus à Iure, vel ab homine præfinitum non currit ignorant, vel legitime impedito, ex reg. l. 1. in fine C. de annali except. & in fortioribus terminis etiam data culpa ex parte impediti, quæ tamen non sit ordinata ad causam, probat cap. quia diuersitatem §. vers. sic tamen, de concess. præb. Quare ita tenent Ordin. Reg. Lusit. lib. 1. tit. 61. §. 1. ibi, porque então lbes não correrá o tempo, &c. Couar. in d. cap. quæ quidem num. 3. Pinel. in aurb. nisi 46. C. de bonis mat. Viuian. tom. 2. opin.

104. Greg. Lop. verb. hasta un año, prope fin. tit. 10. part. 6. Matienf. l. 7. gloss. 5. num. 5. & 7. & l. 14. gloss. 1. num. 51. tit. 6. lib. 5. noue Recop. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 73. num. 11. cum seqq. Molin. d. disp. 251. n. 7. Surd. de aliment. tit. 8. prinil. 32. n. 7. & 8. nouissime Gabr. Pereira de manu Reg. par. 1. cap. 16. de causis mixtis num. 35. nouissime etiam Francisc. Carp. d. tract. lib. 3. cap. 1. num. 22. Quamuis contrarium resoluant post Specul. quem refert Card. in d. cap. nos quidem, n. 4. vers. sexto quero, Bald. in l. captatorias ad fin. C. de milit. testam. Felin. in cap. cum inter num. 20. limit. 3. de except. nisi eorum opinionem intelligamus, vel quando impedimentum superueniens executori sua natura perpetuum est, sicut ve diurnum, v. g. mors, absentia in remoris, vel in legatis pijs, aut fauore alimenterum, Tiraq. de prinileg. pia causâ prinil. 97. Surd. d. prinil. 33. num. 7. quia non debet impedimentum recordare pijs causis. l. si quando C. de testam. Martin. Carrillo en la explicacion de la Bulla de los defuntos p. 2. cap. 14. num. 13. cum seqq.

Poterit tamen Episcopus bina monitione præmissa, maxime ex iusta causa, restringere annum siue in legatis pijs, siue in prophanis, quia in legatorum præstatione illud obtinendum est quod verisimilius fuerit testatorem voluisse præstari, l. cum res 49. in princ. ibi, verosimile est eum voluisse, &c. ff. de legat. 1. cum his, quæ Bart. ibidem in princ. Abb. prope fin. Couar. num. 6. in cap. indicante, de testament. Planè nullus inficiabitur satis verosimile esse testatorem voluisse, quando citius fieri posset, omnem suam vltimam voluntatem adimpleri, arg. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. l. in testamentis 12. ff. de regul. iuris, cum vulgarib. Iuuat, maxime d. l. cum res, in princ. vbi habetur quod si hæres copiam habet rei legatæ, tenetur absque mora eandem præstare l. si domus 74. §. in pecunia, ff. de legat. 1. ibi, consenti hæredi modicum tempus, &c. vbi gloss. verbo modicum. Quare hoc idem resoluunt Abb. in cap. nos quidem num. 11. vbi Couar. num. 5. Greg. Lop. d. l. 6. gloss. 3. Matienf. d. l. 7. gloss. 5. num. 6. ad fin. vbi Azeued. num. 5. vers. si tamen, Padil. in aurb. hoc amplius n. 9. C. de fideicom. nouissime Francisc. Carp. d. lib. 3. cap. 1. num. 15. vbi num. 19. in fine, ait ex eadem ratione posse Episcopum semestri tempus restringere.

Si controuersa sit inter hæredes scriptos, & venientes ab intestato de viribus testamenti, non currit interim tempus, seu annus executionis ipsius testamenti, vt resoluunt nouissime Franc. Carp. d. lib. 3. cap. 1. n. 18. vbi n. 35. post Cou. d. cap. nos quidem n. 7. Anton. Gom. l. 33. Tauri n. 2. Matienf. d. l. 7. gloss. 3. per tot. vbi Azeued. num. 11. post princ. tenet quod commissariis testamentariis non conceditur purgatio mortæ, & num. 36. post eundem Anton. Gomez. d. l. 33. n. vlt. Matienf. d. l. 7. gloss. 5. n. vlt. in fine, vbi Azeued. num. 12. resoluunt quod nec minor commissarius restituitur aduersus lapsum horum temporum.

Dixi supra, & subsequente monitionis, quia necessaria est monitoria ad effectum, vt data negligentia hæredis ad Episcopum deuoluatur exequendi potestas, d. cap. nos quidem, nam vbi agitur de priuando hærede, vel executori proprio emolumento, ex eo quod voluntate defuncti intra tempus non adimpleuit, omnino necessaria est monitio, Doct. in d. aurbent. hoc amplius, & in d. cap. si hæredes, vbi Abb. & Couar. num. 5. plures quos referunt, & sequuntur Guilelm. in cap. Reuolutus, verb. si absque liberis, 2. à num. 198. Menoch. de arbit.

de arbitr. casu 498. à num. 58. Molina de iustitia tract. 2. disp. 251. num. 5. vbi resoluunt in regno Portugali, eo ipso, quod executores intra annum, & mensem à morte testatoris voluntatis illius non impleuerint, amittunt munus executoris, & priuantur legato, ac commodo, aut premio ipsi à testatore relicto, quas pœnas aduersus illos executionis mandare non possunt, si integre antequam citentur eam adimpleuerint. † Plures monitiones non requiruntur, sed vnica sat est, dict. cap. nos quidem, ibi, commoneas, in singulari, absque aliqua duplicatione adiecta, quo casu propriè in vnica monitione verificatur, cap. tua nobis, in fine, ibi, monitione præmissa, de testament. d. aurbent. hoc amplius, ibi, admonimus, vbi Bart. Salicet. & Doct. communiter, lal. num. 3. Padil. 16. Guilelm. vbi proxime num. 201. Gregor. l. 8. tit. 10. par. 9. in gloss. Menoch. casu 498. n. 53. Cened. ad Decretal. collect. 114. num. 3. A Iudice personalter facienda, non verò per nuntium, aut Epistolam, Paul. & Angel. num. 2. ac lal. num. 3. in dict. aurbent. hoc amplius, Abb. in dict. cap. nos quidem, num. 10. & Couar. num. 2. Guilelm. dict. loco num. 199. & 203. alij relati per Cened. dict. collect. 114. n. 3. & colligitur ex dict. cap. nos quidem, ibi, eam commoneas, & dict. aurbent. hoc amplius, ibi, monitus à Iudice.

Vtrum verò si is, cui commissæ est electio pauperum, quibus distribuenda est certa pecunia à testatore relicta, possit post annum eligere, stante constitutione Episcopi, qua canetur, quod executores debeant intra annum exequi, aliàs exequutio ad Episcopum transferatur: quæstio est dubia, in qua electum, etiam lapso anno habere facultatem eligendi, nec illam esse ad Episcopum deuolutam, tenuit Bart. in l. cum quidam, l. 2. colum. 2. vers. & per prædicta dixi, num. 9. cum sequentib. de legatis 2. & in l. executorum, num. 2. vers. contingit, C. de exequit. rei iudic. & cons. 142. incip. Constitutione, colum. 1. num. 2. quem alij plures sequuntur, vt per Henric. Bortæ. de Synodo Episcopi par. 3. art. 1. num. 187. vers. limitu. Contrarium tamen verius profertur, præcipue in legatis ad pijs causis. Bald. Angel. Corn. Petr. de Ancharan. Paul. de Castro, Felin. Barbat. Couar. & alij, quos refert, & sequitur Rendinam in prompt. recept. sent. tit. 42. num. vlt.

Vtrum si alicui committatur electio pupillorum, vel pauperum, inter quos quantitas distribuenda sit, elapsio anno cum negligentia electoris ad Episcopum deuoluatur electio sicut executio? Partem affirmatiuam, videlicet datis paribus terminis ad Episcopum deuolui, non solum potestatem exequendi, sed etiam eligendi, tenent Anchar. in cap. nos quidem, de testam. num. 14. vbi Imol. num. 14. & Couar. num. 7. communis, vt per lal. in l. vltim. §. 1. num. 1. C. commun. de leg. Plures vt per Padil. in l. cum quidam, num. 27. ff. de legatis 2. vbi in præi communitur seruari affirmat. [Gregor. Lop. l. 7. gloss. 3. verb. obispos tit. 10. part. 6. Matienf. dict. l. 14. num. 61. vers. sed nihilominus. Molin. dict. disp. 251. num. 15. Bened. Egid. in repet. l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. par. 6. §. 1. num. 25. in princ. & n. 26. vers. ita vt si intra præscriptum, nouissime Francisc. Carp. d. lib. 1. cap. 12. num. 32. & lib. 3. cap. 1. num. 17.] Idque efficaciter comprobatur, & primò quia sicut quando testator censum legat, verbis gratia, & hæres negligit præstare legatum, deuoluitur ad Episcopum potestas adimplendi, vt apud omnes in confesso est: ita si legauit potestatem eligendi, vel nominandi, & elector intra annum non eligat, similiter deuolui debet, neque enim inter vnum & al-

terum casum aliqua assignari potest differentia ratio, sicut nan. que primo casu vltima voluntate adpletur per legati præstationem, ita secundo per electionem, vel nominationem. Secundo ostenditur, quia quando distributio pecuniæ fieri iubetur per sonis ab electore nominatis, nominatio est pars ipsius distributionis, vel saltem accedens necessarium, sine quò distributio fieri nõ potest, vt patet ergo cum distributio, seu executio ipsius Episcopum transieratur, vt satis probat l. nulli 28. C. de Episcopis & clericis. cum alijs supra adductis; similiter vt transferatur oportet ipsa electio omnino necessaria, sine qua distributio fieri non potest, iuxta reg. l. 2. ff. de iurisdict. omnium iud. & cap. præterea 5. de officio deleg. Tertio & vltimò expenditur, quia quando alicui competit electio, & is debito tempore non eligit, statim perimitur eligendi potestas, d. l. cum quidam, vers. idem aut. & vers. videtur etiam, vbi Barth. Petalta num. 8. & Padil. num. 23. Molin. de primog. lib. 2. cap. 4. n. 42. Ergo cum in proposito elector debito tempore non elegerit, perempta ceteri debet respectu ipsius electoris, & ideo vt testatoris voluntati satisfiat, cum eligendi sint incerti de incertis, oportet, vt ad Episcopum talis potestas deuoluatur. Quare hæc opinio vera est, quicquid oppositum teneant Bart. num. 9. vbi addit. in d. l. quidam, Abb. in cap. non quidem, num. 12. de testam. plures vt per Felin. in cap. si quis contra num. 1. de foro compet. Iacob. de Canibus de executorib. vlt. vol. 3. p. 14. [Micres demaior. p. 1. q. 47. num. 3.]

Aduertendum est, conlito legitime de negligentia executorum, non solum posse, vt supra probatum est, sed etiam teneri Episcopum testatoris mandata exequi, vt ex verbis dict. cap. nos quidem, importantibus præceptum, deprehenditur ibi, per te assignetur, & ibi, assignentur, quæ verba enim à Pontifice in Episcopum dirigantur, omnino videntur præceptum inducere, iuxta doctrinam D. Thom. 2. 2. quest. 88. art. 1. Sor. de iustitia lib. 7. quest. 1. art. 2. Ratio est, quia supposita executorum negligentia ad Episcopum deuoluitur exequutio, vt illorum defectum suppleat, vltimæque restancium voluntates, quam citò fieri possit, adimpleantur. sanè si in his terminis nullum Episcopo censeretur iniunctum præceptum, non ita bene executorum suppletur negligentia, neque tam cito adimplerentur restancium voluntates. Propter quæ satis probabile existimo, quod licet expressè Doctores non affirmant Episcopum de præcepto teneri, sed solum illud facere, vt per Abb. n. 5. in c. si hæredes, vbi Couar. n. 4. de testament. Henriq. de Synodo Episcopi par. 3. art. 1. num. 172. ex mente tamen Iurium secundum probabilem testatorum voluntatem præceptum in his terminis adesse negari non potest.

An possit testator prohibere ne Episcopus data hæredis, vel executoris negligentia valeat se intromittere? In qua quæst. verior est sententia negatiua, quam optimè probant text. in cap. ma nos, 17. de testament. ibi, licet etiam à restatoribus id contigerit interdici, vbi glossa, aurbent. licet, in princip. C. de Episcopis & clericis. aurbent. de Ecclesiast. tit. §. si quis autem pro redemptione, versio. licet, collat. 9. sequuntur plures, vt per Couar. in dict. cap. ma nos, num. 6. [Matienf. dict. l. 14. gloss. 1. num. 48. Giron. de prinileg. explic. num. 715. Buhad. lib. 2. cap. 17. num. 104.] Cardinal. Tusch. tom. 3. conclus. 293. num. 38. Francisc. Leo par. 4. cap. 2. num. 46. Rip. in l. nemo potest. num. 127. ff. de legatis 1. Monch. de successio §. 3. num. 8. Sarmisilect. lib. 1. cap. 11. num. 15. Tiraquell. in tract.

le mort, par. 7. declar. §. num. 8. cum sequentibus, Spin. in speculo testam. glos. 28. princip. num. 20. Marta de Jurisd. par. 4. casu 88. a num. 14. & casu 113. num. 31. Cald. Pereira de nominat. emphyt. quest. 19. & §. 6. Valasc. consil. 105. num. 57. [Molin. de iustit. tract. 2. disp. 251. num. 9. ubi id admittit in casu, quo testator de nullo alio executor in eo loco prouidit nouissimè Franc. Carp. d. lib. 1. cap. 22. num. 64.] Pro qua sententia expendit Sarm. dict. loco Nouellam Iustin. in hæc verba, omnia enim facta ad pietatem pertinentia Episcopo interesse oportet, quamuis testatoris, vel donatoris verba contraria voluntatis expresserint; intellige tamen iuxta supra resoluta alleg. 75. num. 9. & 10.

28 Sic etiam non potest testator prohibere ne executores designati rationes reddere compellantur. [Ratio est, quia exigere eiusmodi rationem est munus publicæ potestatis in Reip. communi bonum interductio, quod testator non potest impedire, præsertim cum hoc impedimentum præberet occasionem peccatis. Quare ita resoluunt] Salicet, Dyn. & alij ex antiquioribus relati à Iacobo de Canibus de executorib. vltimarum voluntatum par. 2. nouissimè à num. 2. plures, vt per Couar. in d. cap. tua, num. 6. Galeaul. in reper. l. centurio, num. 347. ff. de vulgari, Ripa in l. nemo potest, num. 127. ff. de legatis 1. Spin. in speculo testam. glos. 28. princip. num. 20. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 3. quest. 70. artic. 5. Marta dict. par. 4. casu 88. a num. 14. & casu 113. num. 31. Valasc. dict. num. 57. Martin. Carillo en la explicacion de los defunctos, par. 2. cap. 14. num. 23. & expressè sequuta est Ordin. Regia Lusitan. lib. 1. tit. 62. in princip. ibi, postquam os testadores digam, &c. Pro quibus expendi solet reg. l. quidam discendens, in princip. ff. de administ. tutorum, ubi habetur, quod quamuis testator prohibeat ne à tutoribus rationes exigantur, adhuc tutores cogi poterunt ad illas reddendas, quia ius publicum, quod consistit in dolo vitando, à partibus remitti non potest, vt text. habet, immo omnis remissio doli futuriorum nulla est, l. si vnus, 28. §. illud. ff. de pactis, Couar. lib. 2. var. cap. 14. num. 4. vers. quantum. Non obstant l. Aurelio, 21. §. vlt. ff. de liberat. leg. ibi, questionem curatoribus meis nemo faciat, & l. si quis rationes 10. l. petitur 31. ff. illo tit. quia reiecta responsione Padil. in l. cum necessitatem. num. 3. C. de fideicommissis, respondebis illa iura loqui de liberatione circa administratione præteritam: vel melius dic ibi ceteri remissas rationes de futuro, quoad illa, quæ leui, vel leuissima culpa in ipsa administratione fortasse contigerint, non autem si dolo, vel lata culpa, quæ dolo æquiparatur, l. quod Nerua, ff. de positi.

29 Sic etiam non potest testator fundans capellam eam eximere ab Episcopi potestate, [ita vt non valeat clausula testatoris instituentis capellam cum conditione vt non subiacet ordinationi Episcopi,] Bart. in l. quoties, §. fin. ff. de administ. tutor. Abb. in cap. dilectus, not. 4. de consuetud. & in cap. requisiti, n. 22. de testam. Felin. in cap. cum venerabilem, num. 33. de excep. Anton. de Prætis de iurisdictione Episcopi cap. 1. num. 3. & §. dixi supra alleg. 75. a num. 7. Mandol. de signatura gratia, tit. exemptiones, colum. 2. versic. amplia etiam, & col. 5. vers. exemptio ab Ordinario, ubi dicit Episcopum hoc non posse concedere patrono in fundatione, cap. 1. & 2. 10. quest. 1. Innocent. in cap. in Lateranensi, in fine, de prebend. [Menchaq. de success. creat. par. 1. §. 7. num. 15. in princ. vers. quia in re, & num. 16. & 17. Lambertin. de iurepatr. quest. 9. princ. prima partis lib. 1. num.

68. & 74. Ceual. commun. contra commun. quest. 282. num. 21. & 22. Franc. Carp. d. lib. 1. cap. 22. num. 64. cum seqq.] aduersaretur enim Iuri, cui in testamento renunciari non potest, l. nemo potest. ff. de legatis 1. Anton. de Prætis d. cap. 1. num. 7. [Quibus non obstat Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 9. ibi, nisi secus forte in institutione, & ordinatione talis Ecclesia, seu fabrica expressè cautum esset, & sess. 25. de reform. cap. 8. ibi, nisi aliter forte etiam in hunc euentum in eorum fundatione, aut institutione fuerit expressum quod ordinatum fuit, observari curet Episcopus, quia respondet Francisc. Carp. d. lib. 1. cap. 22. num. 69. id non habere locum in illis casibus, in quibus Episcopus de iure se introumittere valet, veluti data negligentia executorum.]

Potestas hæc, quam habent Episcopi exequendi 30 potestas defunctorum voluntates, competit etiam Abbatibus habentibus quasi Episcopalem iurisdictionem, vt tenent Flores de Mena variar. quest. lib. 2. quest. 24. num. 22. [Molin. de iustit. tract. 2. disp. 250. num. 7. Matienf. d. l. 14. glos. 1. num. 4. Franc. Carp. d. lib. 1. cap. 22. num. 75.] & doctissimus patrens meus in annot. ad Ordin. Regia Lusitan. lib. 1. tit. 62. §. 39. num. 4. Sic etiam, quia id poterant Episcopi iure Ordinario, per text. in dict. cap. nos quidem, transit ea potestas in Capitulum, quatenus iure Ordinario competeat Episcopis, Couar. in cap. Ioannes, num. 2. de testam. [Azor. par. 2. lib. 3. cap. 30. quest. 6.] Rendina in promptuario receptarum sentent. tom. 1. tit. 10. num. 4. [Carp. à cap. 22. num. 74.] Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 2. num. 10. tum quia in Concil. dict. cap. 8. adiciitur particula, etiam tanquam Sedis Apostolica delegati, cuius virtute vtraque potestatem, ordinariam scilicet, & delegatam Episcopus habere dicitur, prout probauit alleg. 92. num. 11.

Quid si defunctus in vna diocesi obiit, iussitque 31 in alia sepeliri, vel ad illam deferri, dubitari potest an Ordinarius diocesis ubi obiit, vel potius illius ubi sepultus extitit, valeat compellere executores, vt rationes testamenti reddat? & licet testator quasi ex destinatione sepulturae videretur se ibi subiacere, & contrahere, arg. l. 3. ff. de eo quod certo loco, tamen ab Ordinario diocesis ubi defunctus obiit & debebat, rationes exposcendas esse indicatum refert Gabr. Pereira de manu Regia cap. 16. num. 40. vers. quid sit.

Nunc verò superest, vt priuilegia præcipua videamus, quæ specialiter fauore pia causa legatis huiusmodi supra cetera legata conceduntur, vt Episcopus sciat quid iuris in his exequendis sit, quamuis autem plurima soleant enumerari, nos omnino ea tantum, quæ præcipua, & certiora esse videntur, sub compendio enumerabimus. Et in primis aduertendum duximus in dubio pro pia causa iudicandum esse. l. sunt persona, in fine, de relig. & sumpt. fun. cap. vlt. de re iudic. Alex. cons. 46. num. 2. Cardin. Tusch. verb. pia causa concl. 333. Sanctar. var. resol. quest. 69. num. 1. & quando sumus in diuersis opinionibus illam præualere, quæ fuet pia causa Alex. cons. 204. num. 12. lib. 6. Roman. in aut. similiter ad legem falcid. & dispositionem generalem non comprehendere piam causam. Calcan. cons. 13. Cauer. cons. 3. num. 10. Socin. cons. 121. num. 29. lib. 4. quos refert Sanctarel. dict. quest. 69. num. 5. & valere argumentum à libertate ad piam causam multis quos refert, obseruat idem Sanctarel. loco citato, num. 7.

Primum ergo priuilegium est, quod cum defectu testamenti etiam legatum in eo factum vitium, §. ante

§. ante heredis, Instit. de legatis si tamen legatum sit ad pias causas, censetur validum, & omnino præstandum, quotiescunque videlicet de mente testatoris, & de potestate legandi constiterit. cap. indicante, & ibi Panor. de testam. cap. cum dilectus, de success. ab intest. & notatur in l. 1. C. de sacros. Eccles.

34 Secundum, cum de iure communi hæres certus sit nominandus, vt valeat testamentum, dict. §. ante heredis, Instit. de legatis, si tamen testator velit pro salute animæ suæ piè relinquere incertum hæredem, veluti pauperes Christi, aut miserabiles personas, valida erit huiusmodi dispositio. l. id quod, & l. nulli. C. de Episcopis & clericis. glos. verb. dispositionem, in cap. cum tibi, de testam. ubi in collect. refero plures Doctores num. 5. [Menoch. conf. 292. num. 12. Cened. ad Decretal. collect. 91. num. 3. Perez de Lara de annuers. & capell. lib. 1. cap. 10. num. 97. cum sequent. Buccaron. de different. inter iudic. ciuilia & crim. differ. 100. num. 18.]

35 Tertium, cum non valeat communiter illud testamentum, quo hæredis institutio alterius voluntati committitur, [l. illa institutio ff. de hered. instit.] si tamen aliquis bona sua arbitrio & dispositioni alterius post mortem suam dimittere velit, quamuis etiam piam causam non exprimat, valida erit dispositio huiusmodi, vt ad pias causas ea bona disponantur, quia talis præsumitur voluntas defuncti, nisi aliud de mente eius appareat, d. cap. cum tibi, & ibi Panor. de testam. Bart. in l. 1. C. de sacros. Eccles. Craff. §. institutio, quest. 18. num. 8. Tiraq. de priuileg. pia causa priuileg. 64. Gabr. commun. tit. de pia causa concl. 3. num. 6. Valasc. cons. 68. num. 4. & cons. 145. num. 5. Surd. de aliment. titul. 8. priuileg. 17. num. 5.

36 Quartum ei, qui hæres instituit de iure non potest, quandoque tamen legari potest ad pias causas, veluti Religiosis, qui nec proprium in commune obtinere possunt, & ideo nec hæredes institui, legari tamen eis potest, ita vt non videantur hæredes instituti, quare non poterunt eis bona immobilia legari, nec tantæ pecuniæ quantitas, quæ in bonis stabilibus magnæ æstimationis possit impendi, nisi pro fabrica, aut alio certo vsu relinqueret. Clem. exiuit §. cupientes, de verbor. signif. hac de re autem plenè, & eleganter tractauit Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 26. num. 9. cum multis sequentibus, [& non minus Rota in Romana computorum 10. Aprilis 1630. coram R. P. D. Merlino.]

37 Quintum, cum legatum factum sub aliqua conditione non exeat personam ipsam, cui legatur, sed ea ante conditionis euentum deficiente nulli de cetero debetur legatum: si tamen ita fuerit ad pias causas legatum, semper legatum alteri simili, aut ad alium pium vsum similem erit præstandum, quia talis præsumitur fuisse voluntas defuncti, nisi ratione ipsius tantum personæ, quæ defecit, aut loci pij, non autem alterius mens testatoris declarata constaret. l. vnic. §. si autem aliquid sub conditione. C. de caducis tollent. Bart. in l. pater §. Tusculanus ff. de legat. 3.

38 Sextum cum certa legata non nisi adita hæreditate petantur, legatum tamen ad pias causas peti potest, si hæres differat adire hæreditatem, aut illam repudiet, Panor. in cap. velatum il 1. de testam. [Capel. Tholof. quæ Barbof. de Episcopo Pars III.

tion. 89. Francisc. Marc. quest. 446.] Septimum, cum de legatis aliis si maioris sit 39 quantitas certa pars detrahi possit, quæ Falcidia, aut Trebellanica à legibus nominatur, de legatis vero ad pias causas non est detrahenda, ea saltem quæ falcidia dicitur, [iuxta text. in aut. similiter. C. ad leg. falcid. & in corpore vnde sumitur, Tiraquell. de priuileg. pia causa priuileg. 26. Couar. in cap. Raynaldus §. 3. num. 7. de testam. Costa in cap. si pater, verb. Trebellanica à num. 13.] vide quæ diximus alleg. 75. n. 50. & quod nec Trebellanica detrahatur, videtur probari in cap. Pontifices, in fine, 12. quest. 3.

Octauum, cum donatio facta loco construendo, qui adhuc non extat, aut de re, cuius 40 traditionis, aut possessionis est incertus euentus, non valeat, adeo vt si eueniat, non debeat, quia ab initio non valet; [cap. Abbatu sanè, de sent. & re iudic. lib. 6.] donatio tamen similis, vel legatum factum ad pias causas semper est validum. Panor. in cap. nos quidem, de testam. [Couar. in cap. 3. num. 12. eodem titul. Marc. Anton. Genuens. in practicab. Ecclesiastic. quest. 266. prope fin.]

Nonum, legatum factum Ecclesiæ quam in specie non expressit defunctus, adeo vt ignoretur 41 quam voluerit intelligere, non erit inualidum: nam si Ecclesia S. Mariæ simpliciter nominauit, erit parochiali Ecclesiæ si eius sit nominis, aut eius nominis pauperiori præstandum, vel denique Cathedrali, si in ea Ciuitate, vel diocesi nulla esset Ecclesia, quæ sub illo titulo vocaretur, nisi mens testatoris saltem per coniecturas valet comprehendi, glos. & Panor. in dict. cap. indicante, Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 57. num. 14. & 15. secundum nouiss. impress. [Craff. §. legatum quest. 64. num. 5. Anton. Gom. var. tom. 2. cap. 11. num. 8. Molin. de iustit. tract. 2. disputat. 197.]

Denique, generale est priuilegium, siue prærogatiua 42 huiusmodi legatorum, quod non subiciuntur solemnitatibus iuris Ciuilibus, quibus legata cætera sunt subiecta, iuxta ea quæ notant Doct. & præcipuè Panor. in cap. velatum il 1. de testam. in hoc enim præcipuè omnia fere, quæ possent priuilegia horum legatorum recenserit, ad hoc vnum redigi facile possunt, & in solemnitate testamentorum agnoscit Sanctarel var. resol. quest. 70.

Septimò inferitur posse Episcopum compellere 43 laicos administratores hospitalium, Confraternitatum, Montis Pietatis, & quorumcunque piorum locorum ad reddendam rationem suæ administrationis, cap. indicatum. & ibi glos. vers. alij dicunt 89. dist. Clem. quia contingit, §. vt autem præmissa, de reliq. domib. Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 9. ubi etiam habetur quod si ex consuetudine, aut priuilegio, aut ex constitutione aliqua loci non Episcopo, sed aliis ad id deputatis ratio reddenda sit, tunc cum iis adhibeatur etiam idem Episcopus, refert, & expendit optimè Rota decis. 355. num. 1. apud Farin. par. 1. recent. [Valenzuel. tom. 2. cons. 122. num. 38. ubi n. 39. subdit ad Episcopum similiter pertinere rationem exigere à cunctis clericis de Ecclesiarum redditibus, & videre an bene Ecclesiarum fructus expenduntur.] & procedere etiam iuxta visitationem, & in casibus à iure non expressis, dicit decisum Marta de iurisdic. par. 2. cap. 18. num. 6. siue ea sint publica, siue priuata, Ecclesiastica, vel laicalia loca, quod refert per Sacram Congreg. declaratum Y y Armen-

Armeniar. in addit. ad recopil. legum Navarra lib. 1. tit. 18. lib. 7. num. 78. ubi etiam dicit pia vniuersitatum esse subiecta redditioni rationum coram Ordinario: & asserit Marta loco proxime citato, licere Episcopis exigere rationem ab administratoribus, etiam locorum mere laicorum, & priuatorum, & generaliter sine vlla distinctione, & quando ex privilegio, vel consuetudine, vel alia constitutione aliis reddenda esset ratio, eisdem reddendam esse adhibito cum illis Ordinario, nisi in fundatione aliter cautum esset, nempe quod rationes Ordinario reddendae non essent, de qua coram eodem Ordinario dicendum est, & interim quod de ea doctum non fuerit, ipse Ordinarius administratoribus hospitalium, aliorumque piorum locorum rationem administrationis exigere poterit, haec ex decisionibus Sacrae Congregationis, refert Marta ubi supra. Rota vero dist. decis. 355. num. 1. par. 1. recent. censuit administratores locorum piorum de administratis rationem reddere teneri soli Episcopo, nisi contraria ad sit consuetudo, quo casu non Episcopum solum, sed iunctum cum illis, quibus de consuetudine redditur ratio, rationes recipere posse, & n. 10. asserit ideo Sacram Concilij Congregationem declarasse deputatos fabricae vna cum Episcopo recipere debere rationes, quia, vt constat ex declaratione, praetendebatur quod Episcopus non posset recipere rationes, stante quod ipse nunquam interuenit dum fuit reddita ratio, quae a solis deputatis recepta fuit, & Sacra Congregatio resoluit contrarium, quia ex verbis Concilij tollitur etiam immemorabilis, & similiter ipsa Rota exponendo aliam Sacrae Congregationis declarationem, in qua dicebatur quod ratio esset reddenda Episcopo & deputatis, ait ea ratione procedere, quia consuetudo erat quod solis deputatis redderetur, & propterea intrabat limitatio Concilij Trident. d. cap. 9. vers. quod si ex consuetudine, vt isto casu Episcopus vna cum aliis recipere posset rationes. Vnde bene Armend. d. lib. 7. de Episcopis num. 79. vers. item & administratores, decium fuisse refert quod piorum locorum etiam exemptorum administratores nullam rationem reddentes eam Episcopo reddere tenentur: quod si aliis reddere solent, cum illis tamen praesentialiter adhibendus est Episcopus, qui quoties in d. actu ad rationem computorum adhibetur, in condemnatione, vel absolute administratorum vnicum votum habet.

44 Nec Episcopum, nec Canonicos deputatos a Capitulo debere exigere rationes tempore, quo recitantur Horae Canonicae, & diuina celebrantur, asserit resolutum Armend. d. lib. 7. de Episcopis num. 79. vers. Neque.

45 Monasteriorum administratores de illis rationem Ordinario reddere non teneri, refert decium idem Armend. d. lib. 7. de Episcopis num. 79. vers. item administratores. Et Abbates, Praepositos, & Abbatissas vitam Regularem ducentes non teneri reddere rationem Episcopo, pariter dicit declaratum a Sacra Congreg. Armend. d. lib. 7. de Episcopis num. 79. vers. & Abbates.

46 Capitulum de administratis per se de bonis Ecclesiae tenetur reddere rationem suae administrationis Episcopo, vt censuit Rot. in Illerden. visitationis 6. Aprilis 1612. impressa per Fatin. decis. 402. par. 1. recent.

47 Quaestio est quotidiana, an dicti laici administratores bonorum Ecclesiae in redditione facienda Episcopo, iuxta Concil. Trident. d. loco, si inueniantur debitorum, possint per Episcopum com-

pellere ad soluendum? In qua affirmatiua pars pluribus suadet rationibus, primo ex text. in l. quamuis, ff. de condit. & demonstrat. ex quo colligitur rationes reddere nil aliud esse, quam reliqua soluere: secundo ex text. in l. cum seruus, ff. eodem tit. ubi dicitur, si seruo legata sit libertas ea conditione, si rationes reddiderit haeredi, non hanc solum habet significationem, si actiones, instrumentaque omnia actus sui exhibuerit haeredi, sed etiam & si aliqua debuerit soluat. Tertio ex l. si ita fuerit, §. quero, ff. de manumiss. testam. & ex l. pure, in fine, ff. de fideicommiss. libert. cum similibus, in quibus iuribus habetur reddere rationem duo continere, scilicet, computum dare, & reliqua restituere; nam non censentur redditae rationes, nisi fiat restitutio reliquorum, & soluantur debita, Menoch. de arbitr. casu 209. num. 21. & parum operaretur visitatio, nisi posset Episcopus compellere ad executionem, Ioan. Monach. & Archid. in cap. 1. §. sane, de censibus, in sexto; quibus fundamentis hanc sententiam tenet Aloys. Ricc. in praxi aurea resolut. 2.

Octavo inferitur posse Episcopum [siue alium 48 Ordinarium inferiorem] compellere Regulares, siue Religiosos exemptos ad reddendam coram se gestae executionis rationem, ac eos punire si male gesserint, vt probat Clement. de testament. [ubi gloss. verb. reddere, Panor. num. 3. Card. a num. 11. Imol. num. 2. & 16.] resoluunt Angel. in summ. verb. executor, num. 20. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. tit. de instr. edit. §. nunc aliqua, vers. sed an simplex commissarius, num. 45. Marta Pisana decis. 3. Ioan. Franc. Pauin. tract. de visitat. quest. 5. secunde partis, num. 92. & de officio, & potestate Capit. Sede vacante par. 1. princ. quest. 8. num. 5. part. 2. princ. quest. 7. n. 6. Fum. verb. executor, num. 14. Cochier de iurisd. Ordinarij in exemptos, par. 4. quest. 49. Campan. in diuers. juris Canonici, rub. 12. cap. 13. num. 130. Sbroz de Vicario Episcopi lib. 2. quest. 52. Fr. Emman. quest. Regul. tomo 3. quest. 70. art. 5. Aloys. Ricc. in collect. decis. collect. 503. vers. & primo, & in praxi fori Ecclesiastici resol. 547. num. 7. [Molin. d. disp. 347. num. 11. nouissime Franc. Carp. de executorib. testament. cap. 5. num. 43. lib. 1. ubi post Veg. in sum. cap. 114. casu 5. Siluest. verb. testamentum 2. num. 2. vers. quartum. Fr. Emman. d. q. 70. art. 5. tom. 3. id intelligit in Religiosis habentibus exemptionem communem, qui tamen conueniri possunt ratione contractus, delicti, seu rei, secus in his, qui in praedictis casibus conueniri nequeunt, quia tales nec ab Ordinario puniuntur, nec ei rationem reddere tenentur.]

Potestas haec compellendi Religiosos piorum voluntatum executores ad reddendas rationes, transit ad Capitulum Sede vacante, Pauin. de potest. Capituli Sede vacante, p. 2. q. 7. n. 6. quem refert, & sequitur Azor. instit. moral. p. 2. lib. 3. c. 39. sub quest. 6.

An & quando Regulares possint esse testamentorum executores, disserunt Couar. in c. tua, num. 1. ad med. de testam. Ceual. commun. contra communes, quest. 88. in fine, Fr. Emman. d. quest. 70. art. 1. Steph. Grat. discept. forensium cap. 123. num. 25. & seq. Spin. in speculo testam. gloss. 28. princ. n. 35. Mart. Carril. en la explicacion de la bulla de los defuntos p. 2. cap. 14. num. 7. Camp. loco proxime citato, late & eleganter Sanch. in praepcepta Decalogi tom. 6. lib. 6. c. 11. per totum. [nouissime Franc. Carp. d. tract. lib. 1. cap. 5. per tot.]

Fabi

- 51 Fabrica Ecclesiae trahit laicum rem ad forum Ecclesiasticum, Menoch. conf. 32. num. 14. quia ratio sumptuum fabricae cuiuscumque Ecclesiae est reddenda Episcopis Ordinariis, nisi in institutione eius Ecclesiae fabricae aliter statutum sit. Quoad reddendam rationem administrationis fabricae Cathedralis Ordinario (nisi constet ex institutis, & ordinationibus eius non posse Ordinarium se intrmittere) tenentur Capitulum, & Canonici eam reddere, Armend. d. num. 78. ubi num. 79. vers. ordinarium, addit Ordinarium habere votum in abfoluendo, vel condemnando administratores piorum locorum, sicut caeteros deputatos, & eius votum esse annumerandum cum aliis, ita vt maior pars votorum abfoluat, vel condemnet, & repetit. lib. 4. tit. 29. l. 2. §. 1. de hospital. num. 10.
- 52 Si quis administrator piorum locorum videns se constructum ad reddendam rationem suae administrationis appellaret, licet admittatur appellatio, non propter hoc impeditur, aut suspenditur executio, ita Sacram Congregat. censuisse refert Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. hospital. §. 3. vers. sextum.
- 53 Episcopus pluries in anno poterit administrationis rationes exigere, quando illi confiterit dolose, vel cum errore redditas fuisse, aut quando redditio non fuit finalis, & plena cum restitutione reliquorum. Aloys. Ricc. dist. collect. 714. & in praxi fori Ecclesiastici resol. 534. in 2. edit. Stephan. Gratian. Marchie decis. 188.

ALLEGATIO LXXXIII.

Episcopus pias defunctorum voluntates quando possit commutare?

S V M M A R I V M.

- Papa solus pias defunctorum voluntates commutare potest.
- Inferior nullus gerere potest illa, quae supremo Principi referuantur.
- Commutando ultimas defunctorum voluntates nullam habet Episcopus potestatem.
- Onus capelle inuictum, quod vel ex reditu diminiutione, vel ex alia causa adimpleri non potest, per Episcopum dimitti valet.
- Defunctorum ultimas voluntates concurrente iusta & rationabili causa, potest Episcopus cum heredis consensu tanquam Sedis Apostolicae delegatus commutare.
- Legatum quodcumque pium ad certum usum relictum, in alium pium Episcopus commutare potest, ob causam, quae suo iudicio videatur iusta cum heredis consensu.
- Pecunia ad aliquem usum legata si ad illum non sufficiat, potest per Episcopum in alium conuerti.
- Legatus usus quando non potest adimpleri, in alium pium per Episcopum commutari potest.
- Legata res, qua pro usu destinato impedimento iuris, vel facti deferuire non potest, auctoritate Episcopi in alios pios usus commutari valet.
- Monasterium, quod in certo loco testatoris iussu constructum non potest, ex auctoritate Episcopi alibi constructum valet.

Barbof. de Episcopo Pars III.

- Legatum factum pro construendo monasterio in loco campestri, quod constructum prohibet Concil. Triid. poterit Episcopus commutare.
- Legatum quando esset factum ad aliquem usum non ita necessarium, potest per Episcopum in alium pium magis necessarium commutari.
- Legatum factum Ecclesiae pro fabrica & ornamentis, quibus non indiget, potest commutari de consensu Episcopi in alium fructuosum & consimilem pium usum.
- Reditus alicuius capella pro Missis celebrandis deputatos, in paramentorum emptionem pro vna vice conuertere potest Episcopus.
- Qualitates in fundatione beneficiorum oppositas, nec de consensu patroni Episcopus tollere potest.
- Legatum ubi non respicit certam personam, & causam, non potest per Episcopum commutari.
- Elemosyna inter pauperes distribuenda prius debent dari illis, qui sunt de sanguine, & distribuenda inter pauperiores, & nobiles, & omnes concedenda non sunt, & num. 18. 19.
- Legatum factum pauperibus concurrentibus ad portam restatoris, non potest distribui pauperibus infirmis in hospitalibus.
- Deputatus ad certa bona distribuenda inter pauperes, potest eligere pauperes sibi coniunctos, & se ipsum vti pauperem, si egeat, ac filios suos pauperes fraude cessante, & num. 22. & 23.
- Spiritus filius testatoris eligi non potest ab executeore, cui eligendi pauperes commissi est potestas.
- Prior Fratrum Praedicatorum, si illi electio pauperum commissa sit, potest eligere Fratres suos, quamuis ipsi filij sint spiritus.
- Testator quando mandat bona sua distribuenda virginibus maritandis, non poterunt executores ea erogare in virgines ingredientes monasterium.
- Legatum quando relinquitur alicui persone determinata, vt matrimonium inuicem, fore certum esse debet si religionem ingrediatur.
- Legatum relictum sub hac forma, lego tibi mille si nubas, centum vero si religionem ingrediaris, an mille debeantur monasterio, ostenditur.



SOLI Romano Pontif. pias defunctorum voluntates [rationabili ex causa] commutare licet, Clement. quia contingit, in fine, de relig. domib. ubi, salua quidem Sedis Apostolica auctoritate, [Concil. Triid. sess. 22. de reform. cap. 6. ubi statuitur huiusmodi commutationes neque ab Apost. Sede fieri debere, nisi ex iusta & necessaria causa sic resoluunt] Tiraq. de priuil. pia causa, priuil. 135. Pinel. in rub. C. de resc. vend. par. 1. cap. 2. n. 19. Perez tit. 2. lib. 5. Ordin. pag. 72. Nauar. conf. n. 6. in antiq. & conf. 15. in nouis. sub tit. de rebus Ecclesiae non alien. Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 2. prope finem, Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiep. cap. 59. num. 1. Henriq. in summ. lib. 7. cap. 37. §. 2. littera F. & lib. 9. cap. 22. §. 6. littera M, Mench. illustr. cap. 25. num. 26. cum seq. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. q. 125. art. 9. Fr. Ludou. Bej. resp. casuum conscient. p. 4. casu 22. Iacob de Graff. de arbitr. Confessorum lib. 2. cap. 69. num. 1. Cencel. praet. quest. lib. 1. q. 35. n. 12. [Mastrill. Sicil. decis. 77. n. 5. Perez de Lara de capell. lib. 1. c. 14. a n. 18. cum multis seqq. nouissime Ciarlin. controu. forensium cap. 5. num. 26. cum seq. Franc. Carp.

X y 2 de

de executor. testament. lib. 3. cap. 4. à n. 4.] Melch. Phorbos Lusitania decis. 47. num. 2. cum sequentib. tom. 1. latè Monet. de commutat. ultim. volum. cap. 5. num. 141. cum seqq. Aloyf. Ricc. Neapol. decis. 171. par. 4. [Molin. de Insti. tract. 2. disp. 249. num. 5. vbi num. 6. subdit à Concil. Trid. int. dict. cap. 6. sancitum esse vt quando commutatio alicuius vltimæ voluntatis à Sede Apost. fuerit obtenta non priùs executioni mandetur, quàm Episcopus loci tanquam Sedis Apostol. delegatus summarie, & extraiudicialiter cognoscat nihil in precibus tacita veritate, vel suggesta falsitate fuisse narratum.]

2 Cù nullus inferior possit gerere illa, quæ supremo Principi referuntur, cap. quod translationem 4. vbi gloss. recepta, de offic. legati, cap. maiores 3. in princip. de Bapt.] Ideo Episcopus nullam habet potestatem commutandi defuncti voluntatem, argum. dict. cap. tua, dum ibi deciditur Episcopi munus esse executores compellere ad obseruandam exactissime defuncti voluntatem, vt sic minime valeant commutare, vt in simili argumentantur Gam. Lusitania decis. 288. num. 4. in princip. Quare ita resoluunt Abb. num. 4. & Couar. 7. in d. cap. tua, Molin. de Insti. tract. 2. disp. 249. colum. 3. Mench. de successione. §. 7. n. 2. 1. Pinel. part. 1. rubr. de rescind. vendit. cap. 2. num. 19. Bertachin. in tract. de Episcopo lib. 4. par. 4. num. 7. Marc. Anton. Cuch. instit. maior. lib. 2. tit. 6. à num. 338. Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 3. 12. casu 40. ad fin. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 5. cap. 33. quæst. 9. in princ. [Molin. d. tract. 2. disp. 249. num. 5. vers. quo fit vt inferior, Marta de iurisd. par. 2. cap. 10. num. ult. Nicol. Garc. de benef. par. 7. cap. 1. num. 110. Perez de Lara d. cap. 14. num. 10. cum seqq. Franc. Carp. d. lib. 3. cap. 4. num. 15.] Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 2. cap. 26. num. 19. & 34. Monet. de communit. cap. 5. à num. 3. 12. [etiam si voluntas defuncti semel vel nunquam habuerit executionem, Pinel. in rub. C. de rescind. vend. par. 1. cap. 1. num. 19. Couar. in cap. tua num. 7. de testam. Perez de Lara d. lib. 1. cap. 14. num. 20. Quare Episcopus non potest mutare vsum oleomolinarum de vna in aliam rem, vel personam, Marta de iurisd. par. 2. cap. 10. num. 35.] Vnde si testator mandauit heredi, vt intra annum construeret capellam, non potest Episcopus in fauorem hæredis tale tēpus prorogare, quia id tenderet fortè in damnū testatoris, & eius voluntas non obseruaretur, quæ maximè curare debet Episcopus vt feruetur, cap. vltima voluntas 13. quæst. 2. Ita notabiliter tradunt Barr. conf. §. 8. lib. 1. Marc. Anton. Genuenf. in pract. Eccles. quæst. 490. quamuis commutatio fieret in melius, etiam de consensu hæredum, secundum [Abb. in d. cap. tua nobis num. 4.] Lap. Imol. Bonifac. & alios in d. Clem. quia contingit, quos refert Marc. Anton. Genuenf. dict. cap. 19. num. 1. Monet. dict. cap. 5. num. 314. [Bertachin. in tract. de Episcopo par. 4. num. 79. Molin. de Insti. tract. 2. disp. 249. num. 5. Nald. in sum. verb. legatum num. 39. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. p. 2. decis. 125. Molfes. in sum. Theolog. moral. tom. 2. tract. 13. cap. 5. num. 182.] Quamuis contrarium, imò Episcopus posse legatum aliquod in æquale, aut in melius commutare, teneant Siluest. in sum. verb. legatum 4. quæst. 12. Ludou. Beia resp. casuum Consc. par. 4. casu 22. Fernandez in examine Theolog. moral. par. 4. cap. 18. §. 2. num. 4. Marc. Anton. Genuenf. mutas opinionem in pract. eccles. quæst. 213. Iacob. de Grass. tom. 1. consil. lib. 3. cons. 2. num. 10. Comitul. respons. moral. lib. 7. quæst. 9. num. 2. Valq. in opuscul. de testamen. cap.

8. §. 5. dub. 3. num. 104. Diana respons. moral. par. 2. tractat. 3. miscel. resol. 26.]

Non obstant d. cap. nos quidem, ibi, & alibi placeat, quæ verba manifestè demonstrant posse Episcopum commutare in alium locum diuersum opus à testatore iniunctum, & l. legatum, 16. ad fin. ibi, in quam rem conuerti debeat, ff. de usufruct. legato. Quia responderet facillimè iura hæc procedere, vbi voluntas testatoris impleri non potest, vel de facto, vt in d. cap. nos quidem, vel de iure, vt in d. l. legatum, ibi, non licet; & ita in effectu responderet Couar. in d. cap. tua, num. 7. qui rectè aduertit datam maximam difficultatem circa adimplendam defuncti voluntatem, quæ non facillè moram paratur, licet ab Episcopo commutari, argum. text. quem post alios expendit in d. l. ult. §. non facillè, ff. de operibus publ. Mench. d. num. 21. [me citato in hoc loco nouissimè Francisc. Carp. d. tract. de executorib. testam. lib. 3. cap. 4. num. 23.] Si verò vltius urgeas, quod vbi voluntas testatoris adimpleri non potest, legatum redditur caducum, vel haberetur pro non scripto, & ideo conuerteretur in vtilitatem hæredis, vel grauati, l. unica, §. in primo, C. de caducis tollen. ac proinde quod Episcopus non poterat cogere cum hæredis præiudicium, vt in alio loco monasterium fabricaretur. Respondendum erit cum gloss. in d. cap. nos quidem, verb. in loco, & cum Abb. ibi, num. 13. & Couar. ult. Tiraquell. de priuileg. pio cause, priuileg. 38. non obstante mutatione loci legatum neque fieri caducum, neque haberi pro non scripto, idque fauore piæ causæ.

Quid autem dicendum eo casu, quo onus capella iniunctum, vel ex reductum diminutione, vel ex alia causa adimpleri non possit, vtrum per Episcopum tale onus diminui valeat? Affirmatiuè resoluè cum Felino in cap. cum accessissent, num. 19. in fine, de consuet. optimè Roch. de iurepatr. verb. pro eo quod, quæst. 15. num. 33. quem vide ad hoc, vt huiusmodi commutationes fieri nequeant per solū Episcopum, sed in simul cum hærede, vel executore propter verba dict. cap. nos quidem, ibi, tecum, &c.

Concurrente igitur iusta, & rationabili causa [(de qua summarie cognoscendum est, Concil. Trid. sess. 22. de reform. cap. 6. Perez de Lara de annuers. & capell. lib. 1. cap. 14. num. 36.)] Episcopus tanquam Sedis Apostolicæ delegatus vltimas defunctorum voluntates commutare potest, vt disponit Concil. Trident. d. c. 6. & sess. 25. de reform. cap. 4. [latè Perez de Lara de annu. & capell. lib. 1. cap. 14. à num. 39.] Mandos. de Signatura gratia rub. commutatio vltima voluntatis, Rot. Rom. decis. 1122. p. 3. lib. 3. diuers. Mar. Antonin. variar. resol. lib. 1. resol. fin. casu 40. in fine, Mench. Ludouic. Beja, & Iacob. de Grass. dictis locis. [me citato in hoc loco Alzedo de pracell. Episcop. dignit. par. 2. cap. 2. num. 57. Carp. d. cap. 4. num. 29.] Item etiam potest ob causam, quæ suo iudicio videatur iusta, legatum quodcumque pium ad certum vsum relictum, in alium pium commutare, quamuis tale legatum de iure, & facto valeat adimpleri, docet Syluest. verb. legatum, 4. quæst. 12. quem refert, & sequitur Fr. Ludou. Beja d. casu 22. [Et aduerte quòd Cardinales in eorum titulis possunt commutare vltimas volūtates in illis casibus in quibus possunt Episcopi respectu suorum subditorum, quia de iure habent in suis ritibus iurisdictionē Episcopalem. Ita Monet. de com. vlt. volunt. c. 5. §. 13. cœcl. 1. n. 452. nouissimè Diana moral. resol. par. 5. tract. 2. de potest. & priuileg. S. R. E. Cardinal. resolut. 57.]

Dubi

6 Dubitari tamen potest, an Episcopus possit hanc commutationem solus facere? In qua quæstione tenent Doctores requiri hæredis consensum ex d. cap. nos quidem, ibi, tecum, vbi Abb. Petr. de Vbald. de Canon. Episcop. in 7. cap. principali. Si tamen hæres nollet consentire, posset solus Episcopus, Felin. in c. cum accessissent, de consuet. quem ita intelligit Roch. de iurepatr. in verb. pro eo, dicit etià Petr. de Vbald. quod item requiritur consensus Ecclesiæ, cui legatur, ex l. legatum ff. de usufr. leg. & l. legatum, ff. de administrat. rerum ad civit. pertinet. Et si nec Ecclesiæ, nec hæres vellent consentire, Episcopus solus id exequeretur, ex Bartol. in dict. l. legatum, ff. de usufruct. leg. per l. 1. C. de nupt. Si hæres contradicat, & Ecclesiæ consentiat Episcopo commutare volenti, præualebit consensus Ecclesiæ ad tuendam voluntatem defuncti, d. l. legatum ff. de administrat. rerum, ita Petr. de Vbald. dict. loco, quem refert Marc. Anton. Genuenf. d. cap. 19. à num. 3.

7 Inter iustas causas, ob quas Episcopus vltimas defunctorum voluntates commutare valet, illa prima est, quando pecunia legata ad aliquem vsum non sufficeret, quia tunc in alium per Episcopum conueniri potest, Bertachin. de Episcopo, lib. 4. p. 4. n. 71. Roch. de Curie in tract. de iurepatr. verb. Construxit q. 11. Vgolin. d. cap. 61. num. 3. Monet. d. cap. 5. num. 330. Chopin. decis. 91. quem refert Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 3. collect. §. 58. vers. tertia causa.

8 Secunda causa est, quando vltus legatus non potest adimpleri, tunc enim Episcopus poterit commutare quæcumque legata pia in alios pios vsus, Guid. Pap. decis. §. 56. quem refert Aloyf. Ricc. d. collect. §. 58. vers. prima, Monet. d. cap. 5. num. 322. [Perez de Lara d. lib. 1. cap. 14. n. 27. cum seqq. Molin. d. tract. 2. disp. 249. n. 7. nouissimè Franc. Carp. d. lib. 3. cap. 4. n. 31.]

9 Vel si res legata non possit deferuere pro vltu destinato impedimento iuris, vel facti, quia tunc potest fieri commutatio in alios pios vsus auctoritate Episcopi. Ita Card. Imol. Bonif. & alij in dicta Clement. quia contingit, Innocent. Imol. Abb. in cap. nos quidem, per illum text. de testam. Petr. de Vbaldis de canon. Episcop. in septimo cap. principali, Socin. de oblat. lib. 9. questio. penult. Circa quæ impedimenta notandum duxit Marc. Anton. Genuenf. dict. cap. 19. num. 2. quòd si impedimentum facti est temporale, & speratur remotio impedimenti, vt si testator legauit pro succursu Terræ Sanctæ, nec potest ita propter impedimentum facti, debet expectari tempus commodum, vt in cap. non est, & in c. quod super his, de voto. Petr. de Vbaldis vbi supra. Quod verò ad impedimentum iuris, idem Petr. de Vbaldis distinguit, quòd si legatum est factum Ecclesiæ ad vsus honestos, quod de iure adimpleri potest, tunc fit commutatio; aut ad vsus inhonestos, vt si relinquatur, vt in ea fiant ludæ theatrales, qui prohibentur in cap. cum decorem, de vita, & honestate clericorum, tunc legatum est inutile, & non fit commutatio, l. filius, ff. de cond. insti. Barr. in l. 1. ff. codè tit. Amplia hanc secundam causam, licet non omnino impossibile de facto sit vltimam voluntatem, seu dispositionem præteritam causam mortis, vt testamentum, codicillum, & alias similes dispositiones eo modo, quo emanarunt, impleri, sed solum valde difficile. Marc. Anton. Genuenf. dict. cap. 20. num. 3. Cuch. d. lib. 2. tit. 6. n. 346. Perez de Lara de Capellan. & annuers. lib. 1. cap. 14. à num. 24. Monet. dict. cap. 5. num. 334. licet Mandos. in tit. Commutatio vltimæ voluntatis, vers. sed dubium facit, contrarium sentire videatur.

10 Tertia causa est, si monasterium in certo loco te-

statoris iussu; construui non potest, quia tunc Episcopus, vt alibi construatur efficere potest, [arg. cap. 3. de testam. vbi Couar. n. 9.] Alex. cons. 73. volum. 7. col. 1. quem refert Gambarus de officio Legati, lib. 6. à num. 223. Fatim. Rotæ Rom. decis. 126. in nouiss. quem citat Aloyf. Ricc. in dict. collect. §. 58. in fine, [Molin. d. tract. 2. disp. 249. n. 7. vers. vnde, nouissimè Franc. Carp. de executorib. testam. lib. 1. cap. 2. num. 11. Fr. Eniman, quæst. Regular. tom. 2. q. 125. art. 10.] pluribus citatis Homobon. de examine Eccles. tract. 9. c. 10. q. 27. in resolut. Sic etiam legatum factum pro construendo monasterio in loco campeltri, quod construui prohibet Concil. Trident. poterit Episcopus commutare. Alex. Raud. Pisan. decis. 44. quem refert Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 4. collect. 1270. vers. limita tertio.

Quarta causa est, quando legatum esset factum ad vnum vsum non ita necessarium, pura ad pingendam Ecclesiam, quæ minatur ruinam, quia tunc Episcopus poterit pecuniam ad picturam non ita necessariò destinatum, in alium pium vsum magis eidem Ecclesiæ necessarium commutare, Aloyf. Ricc. dict. collect. 1270. vers. limita sexto, Marc. Anton. Genuenf. in practi. Neapol. cap. 19. in nouiss. Vgolin. d. cap. 61. num. 5. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 2. cap. 26. num. 48. & seq. Modern. de iurisd. par. 4. casu 74. num. 10. & 11. Monet. dict. cap. 5. num. 354. plures refert me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiastico tract. 9. cap. 10. quæst. 28. propè fin. [& quòd relictum pauperibus possit per Episcopum conueniri in fabricam Ecclesiæ, aut eius picturam, tradit Bertachin. tract. de Episcopo lib. 4. q. 4. n. 74. quem refert & sequitur Moneta d. c. 5. q. 11. n. 359. in fine.]

Sic etiam legatum factum Ecclesiæ pro fabrica, & ornamentis, quibus non indiget, potest commutari de consensu Episcopi in alium fructuosum, & vtilem consimilem vsum ex grauissima causa, & præsumpta mente testatoris verosimiliter inclusa, ita Marc. Anton. Genuenf. in practicabil. Eccles. quæst. 213. per totam, & dict. cap. 19. num. 6. [Hinc quoque si testator reliquerit viginti annuatim pro anniuersario celebrando in Ecclesia, quæ indiget reparatione, nec sic aliunde vnde reparari possit, tunc de auctoritate Episcopi, vt eius licentia poterit illa pecunia conueniri in Ecclesiæ reparationem per aliquod tempus, ita Guilielm. Bened. in cap. Raynuinus verb. reliquit n. 17. de testam. quem refert & sequitur Perez de Lara de annuers. & capell. lib. 1. c. 14. n. 29. vbi n. 30. subdit idem dicendum si reliquit pecuniam pro construenda capella, vbi sunt aliæ plures ad sufficientiam, & Ecclesiæ indigeret reparatione. Et idem si reliquit pecuniam pro ædificanda Ecclesia in ciuitate vbi sunt plures Ecclesiæ ruinosa, & egentes reparatione, nec sit vnde subueniri, aut prouideri possit, quia tunc auctoritate Episcopi poterit illa pecunia conueniri in reparationem antiquarum Ecclesiarum.]

Quinta causa est, vt Episcopus reditus alicuius capella pro Missis celebrandis deputatos in paramentorum emptionem pro vna vice tantum conuertere possit, Aloyf. Ricc. dict. collect. §. 58. vers. Quinta. Et posse Episcopum cum consensu hæredis pro vna vice tantum, & ad tempus alterare voluntatem defuncti, tenent Vgolin. d. cap. 61. num. 7. Mar. Socin. tract. de oblat. libell. 19. num. 19. Marc. Anton. Cuch. instit. maior. lib. 2. tit. 9. num. 82. & relati à Gutier. conf. 1. num. 19. [Marc. Anton. Genuenf. d. cap. 19. num. 5. Diana moral. resol. p. 2. tract. 3. miscel. resol. 26. vers. aliqui Doctores.] licet contrarium sentiat post alios Monet. d. cap. 5. num. 332.

Y y 3 Sic

15 Sic etiam poterit Episcopus pro vna vice tantum de consensu patroni instituere ad beneficium patronatus non habentem requisita per fundatorem in limine foundationis posita, ita Crescent. *decif. 1. & 7. de inre patron.* quem refert Aloyf. Ricc. *dict. collect. 1. 270. limit. 1.* Hodie tamen hoc non procedit, quia Concil. Trid. *sess. 25. de reformat. cap. 5.* contrarium disponit, dicens Episcopum non posse tollere qualitates in beneficiorum fundatione appositas, nec etiam de consensu patroni, vt censuit Sacra Congregatio, & late agit Nicol. Garc. *d. benef. p. 7. cap. 1. num. 107. cum seqq.*

16 Sexta causa est, vbi legatum non respicit certam personam, & causam, Guid. Pap. *decif. 556.* quem refert Aloyf. Ricc. *d. collect. 1. 270. vers. quarto.*

Septima causa est, quando in Ecclesia, ad cuius fauorem emanauit defuncti voluntas, negligens est, data enim huiusmodi negligentia poterit Episcopus in alio loco, seu alio modo testatoris exequi voluntatem, ita Lap. *alleg. 87. post num. 4. Monet. d. cap. 5. num. 535.*

Ostia causa est, si urgeat alium de necessitas commutandi vltimas defunctorum voluntates, neque adiri possit Summus Pont. tunc enim posse Episcopum illas commutare, multis probat Monet. *d. c. 5. n. 348. vbi n. 352.* ampliat procedere licet tunc pateat recursus ad Nuncium Sedis Apost. seu Legatum etiam de Latere.

Pro complemento materie aduertendum duxi non posse Episcopum commutare vltimas voluntates pertinentes ad Ecclesiam suam Cathedrali, mensamve suam, aut Capituli eiusdem Cathedralis, quia non potest authorizare in rebus pertinentibus ad mensam suam, vel sui Capituli. *cap. possessiones, de rebus Ecclesie non alien.* ita Monet. *dict. cap. 5. num. 378. vbi num. seqq.* resoluit hodie cum Capituli consensu, qui probatur ratione interesse, posse vltimas voluntates ad eiusdem mensam spectantes commutare.

Episcopus non potest regulariter commutare vltimas voluntates subditorum Prælati inferioribus, seu quæ pertinent ad iurisdictionem Prælatorum inferiorum, sed solum data eorum negligentia. Ita Quarant. *in tract. de Archiepiscop. auctoritate num. 21. circa init.* Rot. *decif. 259. num. 1. part. 2. diuers.* Monet. *d. cap. 5. num. 382. & seq. vbi num. 389.* resoluit non posse Episcopum vltimas voluntates pertinentes ad Ecclesias, vel personas ab eius iurisdictione exemptas commutare ipsius inuitis Ordinaria potestate, & n. 391. quod potest Episcopus commutare vltimas voluntates pias quoad tempus concedendo modicam dilationem ad eas exequendas, *num. 396.* quod potest Episcopus consentientibus Rectoribus Ecclesiarum, in quibus sepulta sunt corpora defunctorum, & horum hæredibus ex causa facultatem dare, vt prædicta corpora perpetuè sepultura tradita ab vna in aliam Ecclesiam transferantur.

Capitulum Sede vacante Episcopali potest commutare vltimas voluntates in casibus, in quibus de iure communi posset Episcopus, ita Marc. Anton. Cuch. *instituit. maior. lib. 2. tit. 9. num. 82.* Monet. *dict. cap. 5. à num. 427. vt num. 452.* resoluit posse Cardinales in suis titulis Presbyteralibus, & Diaconalibus, si habent aliquos subditos, eorum vltimas voluntates commutare in casibus in quibus possunt Episcopi respectu suorum subditorum, & à *num. 454.* pauciter tener Abbates, & alios similes Prælatos Episcopo inferiores habentes quasi diocesim etiam inita fines diocesis Episcopi, atque adeo

iurisdictionem quasi Episcopalem posse commutare vltimas voluntates, prout possunt Episcopi in sua, & à *num. 484.* tenet Vicarium Episcopi regulariter non posse sine speciali facultate commutare vltimas voluntates etiam in casibus in quibus potest de iure Episcopus si eius copia commode haberi potest.

Deputatis ad certa bona distribuenda inter pauperes aliqua aduertendum duxi, & imprimis quod huiusmodi elemosynæ prius debent dari illis, qui sunt de sanguine. Menoch. *conf. 391. n. 3. & de presump. lib. 4. quæst. 25. num. 13.*

Et distribuendæ inter pauperiores, & nobiles, [argum. l. si quis ad decimandam, ibi, qui pauperior esse cognoscitur, C. de Episc. & cleric. Decian. *conf. 72. num. 3.* ibi, bona relicta pauperibus debent distribui inter illos, qui sunt pauperiores, Sim. de Prælis de interpret. *vltim. volun. interp. 1. dub. 2. num. 94.* Azueued. *conf. 24. dub. 4. n. 44.*] Surd. *de alimentis tit. 1. quæst. 93. num. 20. cum sequentibus.* [non peccare tamen qui pauperem relicto pauperiori eligit, nam locus est gratificationi, resoluit Diana *resoluit. moral. part. 2. tract. 1. miscel. resol. 8. in princ. & resol. 39.* vbi citat Cordub. *in sum. quæst. 22.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volun. lib. 8. tit. 5. num. 6.* Martienf. *l. 14. gloss. 1. num. 12. tit. 4. lib. 5. Recop. Barthol. à S. Faulfo in speculo Confessor. p. 4. quæst. 176. num. 2.]*

Et vni omnes concedendæ non sunt elemosynæ, si in pauperes distribuuntur, Bart. *in l. 1. ff. de optione leg. Auiles ad cap. 2. Prætorum, verb. nunguno, num. 3.* Aloyf. Ricc. *in collect. decif. par. 3. collect. 522.* Menoch. *dict. quæst. 125. num. 20.* Petri Magdalen. *de numero testium in testam. requis. par. 2. c. 2. à n. 43.* Viuian. *tom. 2. communium opin. lib. 6. tit. 26. n. 99. pag. 148.* Cened. *præct. & canon. quæst. lib. 7. q. 35. num. 13.* [Diana *d. p. 2. tract. 2. miscel. resol. 21. in fin.]*

Item legatum factum pauperibus concurrentibus ad portam testatoris, non potest distribui pauperibus infirmis in hospitali, Marc. Anton. Genuenf. *in præct. Eccles. quæst. 214. per totam.*

Item deputatus ad certa bona distribuenda inter pauperes, potest eligere pauperes sibi coniunctos, Vezin. *tom. 2. commun. opin. lib. 6. tit. 21. num. 32. pag. 141.* Menoch. *de presump. lib. 3. quæst. 54. n. 3.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 93. num. 5.* [nam pauperes consanguinei semper sunt præferendi in legato generaliter pauperibus relicto; ita Tiber. Decian. *conf. 1. n. 51. vol. 3.* Azueued. *conf. 16. n. 40.* quos refert & sequitur Geronda *de priuilegiarum, & exemptionum explicat. num. 1503.]*

Vtrum executor datus ad bona inter pauperes distribuenda, possit sibi, tanquam pauperi distribuere? Pro parte negativa est text. *in cap. sua nobis, de testam. ibi, non dubitat aliis vltibus, &c.* & ibi, *cum secundum defuncti voluntatem, &c.* Planè iustus à testatore pauperibus distribuere, distribuendo sibi non facit secundum defuncti voluntatem argum. l. si mandauero 22. §. si sibi centum, ff. mandau. deinde suspectus est, & minus idoneus executor si sibi capere posset, iuxta reg. l. si quis legatum 6. ff. de falsis, & per totum, C. de his, qui sibi adscribunt. Propter quorum aliqua hanc partem sequuntur Bart. vbi addit. *lit. B. in d. si sibi centum num. 1.* Cardinal. *in Clem. unica, de testam. num. 22.* plures citari à Felin. *in cap. irrefragabili. §. ceterum, num. 111. de officio Ordin. & à Palat. in repet. rubr. §. 65. num. 42.* & in effectu huic opinioni saltem excepto casu extrema necessitatis annuere videtur S. Thom. 2. 2. *quæst. 62. art. 5. ad 4. &*

& denique oppositum solummodo in foro conscientie cum auctoritate Episcopi, & Confessarij quando aliorum pauperum grauior non fuerit miseriam, defendit Sot. *de iustitia lib. 4. quæst. 7. art. 1. ad 3. col. 15.* Ledesma 2. 4. *quæst. 18. art. 5. vers. sed vtile est dubium, post Bald. Anch. & Calden.* quos refert, & sequitur Nauar. *in man. cap. 25. num. 123. & de orat. cap. 7. num. 34.* Vtrum contrarium, immo indistinctè in vtroque foro posse proportionaliter distribuere, probatur ex seqq. *Primo* ex l. 1. §. vltim. in fine, ff. de collat. honor. & ex auct. de Sanctissimis Episcopis, §. Presbyteris autem, vers. Diaconissim, ibi, monasterium accipientes, collat. 9. cum aliis adductis à Card. d. num. 22. *Secundo* facit quod executor in proposito iustus est pauperibus distribuere, sed in rei veritate, vt supponimus, executor pauper est; ergo si sibi distribuatur facit secundum formam mandati. Tertio expenditur illud vulgare quod charitas bene ordinata incipit à seipso, de quo in l. præses, C. de seruitut. & aqua, cap. estimatus, ibi, nemo unquam carnem suam, &c. cap. 13. quæst. 2.

22 Quare hanc partem defendunt Caiet. *d. art. 5. ad 3. vers.* & cum ipse inuentor, Palat. *in repet. rub. §. 65. num. 42.* Afflict. *in cap. si inter dominum, num. 101. & 102. si de inuestitura inuor dominum, & vassallum, lib. 1. fol. 97.* Greg. l. 3. *verb. iuuere tit. 10. par. 6.* Mexia *in tract. rassa panis, concl. 1. num. 49. & concl. 6. num. 49. vers. tandem commissarius, Azueued. ad curiam Pisanam, lib. 2. cap. 10. num. 5.* Menoch. *de presump. lib. 4. quæst. 125. num. 17.* Spin. *in speculo testam. gloss. 6. princip. num. 10. & gloss. 28. num. 28.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 94. num. 4.* [Card. Mantic. *de coniectur. lib. 8. tit. 5. n. 9.* cum seqq. nouissimè Francisc. Carp. *de executor. testam. lib. 1. c. 5. num. 33. cum seqq.*] Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 2. num. 55.* Cald. *Pereira de potest. eligendi cap. 13. num. 9.* Valenz. *conf. 98 tom. 1.* Homobon. *de examine Ecclesiastico tract. 9. cap. 11. quæst. 32. in resol.* [Petr. Ledesma *in sum. tom. 2. tract. 4. cap. 3. concl. 15.* Ioan. Sanch. *in select. disp. 14. num. 18.* nouissimè Diana *moral. resol. p. 5. tract. 8. resol. 38.]*

23 Et potest in filios suos pauperes fraude cessante distribuere, ex Bald. *in l. 1. à num. 29. C. de sacros. Eccles. Alciat. de presump. reg. 3. presump. 29. num. 8.* Mascard. *concl. 531. num. 171.* Cald. *Pereira d. c. 13. num. 9.* Gonzal. *dicta gloss. 2. n. 54.*

24 Spurius filius testatoris eligi non potest ad executor, cui eligendi pauperes commissa est potestas, Perez *tit. 3. lib. 5. Ordinam. pag. 154.* Mex. *dict. concl. 6. num. 49.* Menoch. *de presump. lib. 4. quæst. 96. num. 12.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 93. num. 5.* Gutier. *præct. lib. 3. quæst. 55. num. 21.* Martienf. *l. 7. gloss. 5. n. 2. cum seqq. tit. 8. lib. 5. noua recopil. Cald. Pereira d. cap. 13. num. 9. cum seqq.*

25 Si tamen electio pauperum commissa sit Priori Fratrum Prædicatorum, poterit eligere fratres suos, quamuis ipsi filij sint spurij, quia non dat eis de suo, sed de alieno, Peregr. *de iure fisci lib. 3. tit. 18. n. 101.* Gonzal. *dict. gloss. 2. num. 54.* D. Barb. *in priuatis scholasticis ad l. si is qui, ff. de vulgari. n. 2.* [late Franc. Carp. *d. cap. 5. n. 41.* vbi resoluit Religiosum, cui aliqua distributio commissa fuit, suo monasterio largiri posse, etiam si commissarius solus sit, & citat Siluest. *verb. restanturum 2. n. 2. vers. quintum, Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 3. q. 70. art. 4.* Card. Mantic. *de coniect. lib. 8. tit. 5. num. 7. in addit.]*

Vtrum si testator iusserit certam quantitatem expendi singulis annis inter pauperes, seu ad virgines maritandas, possit executor totam quantitatem in simul primo anno expendere? Pars affirmatiua, quæ

vera est, satis ostenditur, ex reg. l. stipulatio ista 38. §. inter certam, ff. de verbor. oblig. l. post mortem 12. C. de fideicom. l. uxorem 39. §. Scandola, ff. de legat. 3. quibus habetur grauatam restituere post mortem posse statim in vita restituere. Secundò expenditur, quod pramatura hæc distributio multò magis fauet animæ defuncti, arg. cap. in litteris in fine, de captiuis. cap. anime 13. quæst. 2. vnde melius facta, seu opportunius iudicari debet, quippe cum magis secundum defuncti voluntatem facta sit, argum. l. in testam. 12. ff. de regulis iur. & l. in condictionibus 19. ff. de condit. & demonstr. Igitur pramaturè fieri poterit, quoniam si testator sciuisset hoc hæredem libenter facturum, statim præcepisset, obseruant Bald. *in l. post mortem num. 10. Dec. num. 2.* vbi Cagnol. *num. 6.* communem testatur *in l. cum rēpus, ff. de regulis iuris.* Couar. *in cap. tua nobis, num. 5. de testam.* Gomez l. 17. *Tauri num. 7.* Mench. *de success. §. 7. num. 19.* Peralt. *in l. cum pater, §. à filia num. 3. ff. de legat. 2.* refert plures affirmans, olim & nunc sibi veram videri opinionem Padil. *in l. unum ex familia, in princip. num. 2. ff. de legat. 2.* Molin. *de instit. tract. 2. disp. 249. columna. 2. in princ.* Quamuis oppositum, immo tempus à testatore præsumitur præueniri non posse, affirmer Bart. communiter receptus, & plerique alij quos referunt Couar. Mench. & Padil. citatis locis.

Quando testator mandat bona sua distribuere in 26 virgines maritandas, non poterunt executores ea erogare in virgines ingrediētes monasterium. Natta *conf. 246. n. 4.* Roland. *conf. 35. n. 16. vol. 3.* Boët. *decif. 3. num. 13.* Cardin. Mantic. *de coniect. vltim. volun. lib. 8. tit. 5. num. 22. & lib. 12. tit. 23. num. 5.* Simon de Prælis *de interpret. vltim. volun. lib. 5. dubit. 2. num. 77.* Caspar Baeca *de non meliorandis dotibus filiarum cap. 14. num. 9.* Perez l. 1. tit. 2. lib. 5. *Ordin. pag. 72. & 79.* Iacob. de Grassis *in aureis decif. par. 1. lib. 2. cap. 59. num. 16.* Martienf. *l. 14. tit. 5. gloss. 1. num. 14. tit. 4. lib. 5. noua recopil. Menoch. de presump. lib. 4. quæst. 189. num. 95.* Surd. *de aliment. tit. 1. quæst. 93. à num. 35.* Gutier. *Canon. lib. 1. cap. 32. num. 20. ad medium, & conf. 26. à num. 13.* Sanch. *de matrim. lib. 1. disp. 33. à num. 31.* Molin. *de instu. tract. 2. disp. 207. conclus. 1.* Lessi. *cod. tract. lib. 2. cap. 18. dub. 15.* Fr. Basil. *de impedim. matrimony c. 17. §. 1. vers. ex his, Cened. præct. & Canon. quæst. lib. 1. quæst. 35. n. 11.* Gasia Mastril. *Sicilia decif. 153.* Perez de Lara *de capellanis, & annuatibus lib. 1. cap. 21. num. 24.* [Ioan. Maria Nouar. *in noua edit. de elect. fori scilicet. 1. quæst. 66. num. 16.* nouissimè me citato *in hoc loco Trulench in expostr. Decalogi lib. 7. cap. 18. dub. 12. num. 14.]*

Quando verò legatum relinquatur alicui personæ 27 determinata, vt matrimonium inear, fere certum est deberi si religionem ingrediatur, per auct. nisi rogati C. ad S. C. Trebelli. & auct. de Sanctissimis Episcopis, §. sed & hoc presentis collat. 9. Couar. *lib. 1. var. c. 9. num. 10.* Emman. *Colta in l. cum tale, §. si arbitratu. limit. 4. n. 5.* Menoch. *d. lib. 4. quæst. 148. à num. 13.* Perez *d. l. 1. vers. legatum relictum, Sanch. d. disp. 33. à num. 29.*

Vtrum autem si legatum relinquatur sub hac forma: *lego tibi mille si nubas, centum si religionem ingrediaris.* mille debeantur monasterio? Affirmatiuam partem semper probabiliorē duxi: ratio, quæ me in eam induxit, non sumitur ex commutatione in melius, id enim priuata auctoritate fieri non posse in vltimis voluntatibus dicit Trident. *sess. 25. de reformat. cap. 8.* sed ex Iuris dispositione, quod in hoc casu pro non adiectis huiusmodi condiciones haberi voluit Nouell. 123. *de Sanctiss. Episcopis, cap. 37. d. auct.*

auth. nisi rogati: non quidem quia Ius hanc interpretatur fuisse testatoris mentem, ut nonnulli existimant, quomodo enim ea præsumeretur mens cum legeret sæpe etiam religionis mentione facta: sed contra eorum voluntatem in fauorem religionis. Verum attendendum censuerim factum id fuisse à testatore in odium religionis, & quasi in pœnam ne ingrederetur, vel habito respectu ad morem loci, qui fere vniuersalis est, & quantitate m. dotis, quæ solet dari tam contrahenti matrimonio, quàm ingredienti religionem, quæ semper solet esse multo maior, quæ datur nubenti, quam ingredienti religionem, & primo casu bene poterit amplecti primam opinio, ut dentur mille tanquam quod cedat in pœnam ipsius testatoris. Secundo vero casu à testatoris dispositione non recedendum putarem, & hoc iudicis arbitrio decernendum; aliàs non est grauidus hæres ut subleuetur legatarius: sed quia quæstio hæc altiore peti indagine, qui eam cupit latissimè examinare, consulari Anton. Gabr. lib. 4. commun. tit. de legat. conclus. 2. Roland. cons. 35. vol. 3. Mich. Grass. lib. sentent. §. legatum quæst. 50. num. 12. Nicol. Mozz. de contract. tract. de matrim. tit. de diuisione matrimonij, num. 1. Ludouic. Beia resp. casuum conscientia par. 1. casu 44. Cacheran. Pedem. decis. 126. num. 6. Couar. lib. 1. var. cap. 19. num. 9. Capuc. decis. 204. Iacob. Cancer lib. 1. var. cap. 44. à num. 15. Perez l. tit. 2. lib. 1. Ordin. Coët. in l. cum tale, §. si arbitratu, ampl. 1. 1. num. 5. Lar. in l. si quis à liberis, §. si quis ex his, num. 174. Menoch. de præsumpt. lib. 4. quæst. 83. num. 4. & num. 26. in fine, & cons. 169. num. 18. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. §. legatum, vers. ad quartum, Spin. in speculo testament. gloss. 14. princip. num. 58. Lessi. d. dub. 15. Paul. Comit. respons. moral. lib. 7. quæst. 7. circa finem, Fr. Bafil. vbi supra, Marc. Anton. Genuens. in practica. Eccles. quæst. 149. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 2. quæst. 127. artic. 1. Ceual. commun. quæst. 241. Perez de Lara dict. cap. 21. num. 25. Galgancet. de condit. & demonstrat. par. 10. cap. 8. num. 4. Molin. de Instit. disput. 207. vers. dubium deinde est. Mattvill. dict. decis. 153. num. 9. Marta de iurisdic. par. 4. casu 8. Rebel. de obligat. instit. par. 2. lib. 18. quæst. 16. num. 3. Benedic. Ægid. in repetit. l. Titia, ff. de condit. & demonstrat. par. 1. n. 48. Benedic. Pinel. select. iuris interpret. lib. 1. cap. 20. à num. 29. plures Doctores ex antiquioribus refert Cened. ad Decretal. collect. 111. num. 2. & practica. canon. quæst. lib. 1. quæst. 35. per totam.

ALLEGATIO LXXXIV.

Episcopus an solus habeat causarum matrimonialium cognitionem?

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimoniales causæ inter arduas numerantur.
- 2 Matrimoniales causæ non per inferiores, sed ab Episcopis tantum sunt cognoscendæ.
- 3 Vicarius generalis Episcopi ex commissione generali potest de causis matrimonialibus cognoscere.
- 4 Capitulum Sede vacante de matrimonialibus causis potest cognoscere, secus de causis delegatis Episcopo, aut eius Vicario.

- 5 Inferiores Episcopo possunt ex præscriptione, consuetudine, vel privilegio quærere facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus.
- 6 Papa causam matrimonialem potest delegare non solum Episcopo, sed etiam inferiori.
- 7 Matrimonialis controversia si à Romano Pontifici ququam delegetur, non poterit is delegatus etiam Episcopo eam subdelegare.
- 8 Causa matrimonialis est grauis.
- 9 Mulier in causa matrimoniali testis esse non potest.
- 10 Iuramentum in supplementum probationis non præstat in causa matrimoniali.
- 11 Causæ graues non possunt subdelegari sine magna causa.
- 12 Causæ graues, & arduæ cum delegantur, censentur electa industria persona.
- 13 Industria persona quando est electa non potest quis mandare alicui vices suas.
- 14 Cap. ex litteris, de in integr. restitut. declaratur.
- 15 Causas matrimoniales, quæ spectant ad Episcopum iure ordinario, potest ipse committere discutiendas, & decidendas Doctores, qui statuta Canonum non ignorent.
- 16 Natiuitatis incidens quæstio in iudicio seculari hereditatis ad Episcopum, seu eius delegatum est remittenda.
- 17 Iudices laici omnino prohibiti, & incapaces sunt ad cognoscendum de his, quæ sine spiritualium supernaturalium cognitione decidi nequeunt.
- 18 Iudices incompetentes ad cognoscendum principaliter de causa aliqua, possunt cognoscere de incidentia.
- 19 Index Ecclesiasticus, qui respectu temporalium incompetentes est, potest cognoscere de causa temporalis, si ea in Ecclesiasticam, quæ coram ea vertitur, incidit.
- 20 Index secularis cognoscens de causa civili hereditatis, an possit decidere quæstionem natiuitatis, vel aliud dubium matrimoniale, ponitur distinctio Bart. & n. 21. alia Abbatis.
- 21 Index criminalium causarum de civili incidenter, & index civilium de criminali incidenter cognoscere potest.
- 22 Iudices alij dicuntur competentes simpliciter; alij incompetentes, prorogabiles tamen; alij incompetentes, & improrogabiles, & num. 24. inter eos differentia constituitur.
- 23 Index Ecclesiasticus an possit cognoscere de incidentibus solum ad decisionem causæ principalis, ostenditur.
- 24 Cap. causam, quæ 7. qui filij sint legitim. declaratur.
- 25 Cap. tuam, de ordine cognit. declaratur.
- 26 Cap. 1. & cap. perlatum, qui filij sint leg. declaratur.
- 27 Cap. de prudentia, de donation. declaratur, & num. 30.
- 28 Iudices laici de quæstione facti circa spiritualia cognoscere non possunt.
- 29 Iudices seculares de causa matrimonij, seu natalium etiam summarie cognoscere non possunt.
- 30 Compromitti in laicum non potest de causa matrimoniali incidente.
- 31 Iudices seculares etiam super possessorio matrimonij cognoscere non possunt.

MATRIMO

MATRIMONIALES causæ cum ardua sint, ut tradunt Abb. in cap. mulierum, num. 7. de iure iurando, Sbroz de Vicar. Episcop. lib. 2. quæst. 44. num. 4. non per inferiores, sed ab ipsis Episcopis sunt cognoscendæ, quia etiam matrimonium contractus sit, quia tamen Sacramentum Ecclesiæ est, Episcopis tantum de eo cognoscendi potestatem dati probant text. in cap. multorum 35. quæst. 6. cap. auditis, de præscript. cap. accidentibus, de excess. Prælat. & disponit Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 20. vers. Ad hæc causæ matrimoniales, & ita par, iustumque Sanctissimi Patres existimauerunt tam sublimi Sacramento Superiores etiam omnium totius Orbis iudices tribuere, ac proinde cognitionem causarum Matrimonialium ad Episcopos, & non ad alios inferiores pertinere, ex citatis Iuribus tenent Couar. de sponsalib. par. 2. cap. 8. §. 12. num. 1. Sbroz de Vicario Episcopi, lib. 2. quæst. 43. in princip. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici par. 2. cap. 9. num. 6. Guier. practica. lib. 3. quæst. 26. num. 1. Soar. de Paz in pract. tom. 2. prælud. 1. num. 8. Gregor. Lopez l. 7. per text. ibi, vers. à los Obispos, tit. 10. par. 4. Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 29. num. 17. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 245. in 1. edit. & resolut. 215. in 2. edit. Franc. Molin. de ritu nupt. lib. 2. diffinit. 10. num. 14. Scraphin Rotæ Romanæ. decis. 765. Soar. de Paz in pract. tom. 2. prælud. 1. num. 1. Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 21. num. 9. Et quod Curia Romana aliis, quàm Episcopis de stylo eam committere non conuenit, asserunt plures citati à Remdina in præmptuario recept. sentent. tit. 72. num. 6. [Vnde Episcopum habere Iuris communis assistentiam in cognitione causarum matrimonialium infra limites suæ diocesis tenet Scraph. decis. 591. num. 4. Rotæ decis. 273. num. 1. & decis. 383. num. 1. part. 2. recentior. & Marchef. de commission. p. 1. cap. 6. num. 143. pag. 263. in vit. impress. & num. 190. in fine, vbi dicit causas matrimoniales in partibus non demandari nisi Episcopis, ego dum essem Index Apostolicus in hac Matritensi Curia nõ semel obseruaui huiusmodi causas non delegari nisi Episcopis, diocesim habentibus, non vero titularibus, licet aliquando viderim aliter fieri. Et idem Marchef. dict. loco num. 191. subdit quod matrimonialis causa non solum dicitur quando de matrimonio agitur, sed pariter si de filiorum legitimitate tractetur.]

Ac proinde non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum iudicio etiam visitando huiusmodi Matrimonialium causarum cognitionem relinquendam esse statuit expressè Concil. Trident. dict. cap. 20. vers. Ad hæc, [quod cognitionem istarum causarum solus Episcopi, non autem aliorum inferiorum examini subiecit, Rota apud Posli. in tract. mandati de manu. decis. 306. à princip.] etiam si essent exempti, ut intellexit Rota in vna Constantien. iurisdictionis Veneris 29. Nouemb. 1617. coram Ottembergo, & iterum inter decisiones impressas Reuerendissimi Domini mei Ioan. Baptistæ Coccini decis. 346. num. 8. vbi censuit sub nomine Episcopi, de quo in Concil. Trident. d. loco non comprehendit Abbates exemptos iurisdictionem quasi Episcopalem habentes, Et dispositionem Concilij loco citato procedere in Decanis, & Archidiaconis, qui sunt in diocesi Episcoporum, non autem in illis, qui nullius dioceseos sunt, refert decisum Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapolit. decis. 184. part. 4. & censuit Rota apud Mant. decis. 102. num. 7. non loqui de Decanis & Capitulo, sed de aliis inferioribus, qui habent iurisdictionem priuatiuè ad Episcopos. de Episcopo Pars III.

Propterea dispositione Concilij sæpe citato loco interdictum est Decanis, seu Archidiaconis, vel aliis inferioribus Iudicibus criminales causas etiam visitando iudicare, ut asserit Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 3. litt. A, in nouiss. edition. Galgan. de iure publico lib. 3. tit. 21. num. 2. & 3. nam minor Episcopo eas non agere tenuit Rot. apud Fatinac. decis. 15. num. 8. part. 1. recentior. Iudicare tamen posse illas Abbates habentes iurisdictionem pleno iure spiritualement, & temporalem, resoluit Aloyf. Ricc. in decis. Curie Archiep. Neapol. decis. 184. par. 4.

Potest tamen Episcopi Vicarius huius coniugalis causæ cognitionem tractare, etiam ex generali commissione Episcopi, quod probatur ex text. in cap. 1. de frigidis, & malef vbi dicitur proponendam esse querelam coram Episcopo, vel eius missio ad diuortium, vbi gloss. verb. missio, explicat, id est, Vicario. Probatur etiam in cap. vltim. de cognat. spirit. vbi dicitur prop licum esse impedimentum matrimonij coram Officiali Cantuariensi, & sic supponitur eam posse de causis matrimonij cognoscere. Ita tenent Anton. num. 2. Præp. num. 2. Abb. num. 4. Alexand. de Neuo num. 5. in dict. cap. fin. Couar. dict. num. 1. vers. potest, Anton. Cuch. institut. maior. lib. 2. tit. 8. num. 105. Sbroz dict. lib. 2. quæst. 44. in fine, Bertach. in tract. de Episcopo. lib. 4. par. 7. quæst. 20. num. 23. Sanch. dict. disput. 29. num. 18. vers. secundo, Azot. institut. moral. par. 2. lib. 3. cap. 45. quæst. 2. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum par. 1. num. 201. Quidquid contrarium velint Rebaff. in praxi benefic. tit. de forma Vicar. num. 155. Petr. de Ledesma de matrim. quæst. 45. art. 1. puncto 3. dub. 4. Vgolin. de officio, & potestate Episcopi, cap. 4. §. 7. num. 2. vers. nono causas matrimoniales.

Item & Capitulum Sede vacante, quod quidem de causis matrimonialibus cognoscere posse probatur in cap. veniens, iuncta supercriptione, de eo, qui duxit in matrim. & resoluunt Couar. d. num. 1. in princ. vers. atque etiam, Paulin. de officio, & potestate Capituli Sede vacante, par. 1. quæst. 10. sub num. 8. Ragul de voce Canonice. quæstion. 39. num. 1. Quaranta in summa Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, quæstion. 5. vbi asserit per Concil. Tridentin. d. loco dispositum esse, quod causæ matrimoniales relinquuntur examini, & iurisdictioni Episcopi tantum, ut excluderentur alij Prælati inferiores, ac Capitulum in hoc casu non dicitur inferior Episcopo, sed par. Eleganter vero sub distinctione resoluit Aloyf. Ricc. d. resolut. 215. vers. sed quicquid, quod aut loquimur de causa matrimoniali ex ordinaria iurisdictione, & tunc non est dubium quod in ea succedat Capitulum Sede vacante in locum Episcopi: aut loquimur de causa delegata matrimoniali, commissa Episcopo, aut eius Vicario in hæc verba: dilecto filio Vicario fratris nostri Episcopi, & tunc Capitulum non succedit in delegatione. Non enim valet Capitulum cognoscere de causa delegata Episcopo, etiam si appouerit ille manus arte obitum, per c. quoniam Abbas, de offic. deleg. Bellamer. decis. 166. Marchefan. de commiss. super commissione appellationum extra Romanam Curiam p. 2. cap. 6. n. 32. Ex quibus ducta est Sacra Rota Romana elapsis annis ad validam iudicandam impetrationem quandam beneficiorum certo modo factam à quodam Hispano, eo quia illa minus iuste possidebat alter adhuc Hispanus & illegitimè natus, quia obtinuerat dispensationem illegitimitatis à Vicario Capituli Sede vacante, suffulto delegatione

Apostolica vigore Breuis expediti cum clausula illa, Officiali, solita apponi in Breuibus directis ad partes Hispaniarum, vbi dicitur, officialis, qui in Italia appellatur Vicarius, ex notatis per Bellamer, decis. 5. de officio Vicarij, & addit. ad decis. Rotæ 2. eodem titulo in nouis.

Ex præscriptione, consuetudine, vel priuilegio possunt inferiores Episcopo quærere facultatem cognoscendi de causis matrimonialibus, & criminalibus, vt probatur in d. cap. accedentibus, resoluunt gloss. in cap. 1. de consang. gloss. in cap. literas, de reu. in reu. cap. per vestras, notab. 2. §. 1. num. 33. Nauar. cons. 1. sub tit. de officio iudicis deleg. num. 5. in antiq. & cons. 3. sub eodem tit. in nouis. Concil. enim Trident. d. cap. 20. non sustulit consuetudinem, in qua sunt inferiores Prælati, si sit immemorialis, vt censuit Sacra congregatio, prout referunt addit. ad Nauar. d. cons. 3. Gonzal. ad regu. 8. Cancell. gloss. 33. n. 5. Rot. in Theatina iurisd. 5. Decembris 1614. coram Reuerendissimo Domino Coccino, impressa per Farin. decis. 610. num. 1. part. 2. recentior.

Illud tamen aduertere oportet, quod Sacra Congregat. censuit, quod etiam quod inferior allegat immemorabilem, nihilominus Episcopus debet manuteneri, donec de ea per tres sententias cognoscatur, vt testatur Rot. in Theatina iurisdictionis 17. Decembris 1612. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, apud Farin. decis. 447. n. 1. par. 1. recent. vbi tamen n. 5. declarauit dispositionem Sacri Concilij esse intelligendam quoad manutentionem standam inferiori, qui docet de priuilegio, & possessione secundum terminos cap. cum persona, de priuileg. lib. 6. sed in hoc recessit postea in alia supradicta Theatina iurisd. 5. Decembris 1614. dum censuit Episcopum habere non solum de iure, sed etiam vigore Concilij Trid. fundatam intentionem in cognitione causarum criminalium, & matrimonialium infra limites suæ diocesis, & donec de contraria immemorabili discutitur, manutendum esse in sua possessione, ac proinde per Concilium esse sublatam quadragenariam cum titulo, seu priuilegio; ad quod propositum eadem Rota in vna Marsicen. iurisdictionis 26. Aprilis 1609. coram Illustrissimo Patriarcha Manzanedo, impressa per Farin. decis. 248. num. 1. par. 2. recent. asserit S. Congregat. Illustrissimorum Cardinal. Concil. Trident. interpretum censuisse Decretum Concilij Trident. d. cap. 20. §. ad hæc, non excludere immemorabilem, sed donec de illa constiterit per tres sententias conformes non inferiorem, sed diocesanum Episcopum debere interiri huiusmodi causas cognoscere, & num. 2. censuit immemorabilem debere probari cum requisitis, de quibus in gloss. cap. 1. de prescript. lib. 6. quam sequuntur ibi Lap. & Franch. num. 16. & ceteri scribentes, Couar. in reg. possessor par. 2. §. 3. num. 7. Verall. decis. 71. par. 1. videlicet per testes disponentes de visu per quadraginta annos ante litem motam, & habentes congruam aetatem, qualis est annorum 54. vt latè in d. Marsicen. iurisdictionis, habetur.

Dubium tamen est, an ex delegatione possit inferior Episcopo habere causarum matrimonialium cognitionem? In quo pro parte affirmatiua stant text. in c. propofuisti, de probat. & in c. ex litteris, de integritate restit. & in c. 1. vt lite non contest. quibus probatur causam matrimonialem à Romano Pontifice delegari non solum Episcopis, sed & inferioribus, nempe Archidiaconis, Prioribus, & Archipresbyte-

ris, Abb. in cap. 1. de consanguin. & affinit. Rendina d. tit. 72. n. 6. Cou. d. n. 1. versic. est tamen, & vbi addit non solere Romanos Pontifices causas matrimoniales, nisi ex iusta causa, aliis quàm Episcopis committere.

Si matrimonialis controuersia à Romano Pontifice cuiquam delegetur, non poterit is delegatus etiam Episcopo eam subdelegare, Couar. vbi proxime, Menoch. consult. 17. tom. 1. Sbroz. dict. lib. 2. quest. 43. num. 14. ex eo probatur, quia & causa matrimonij est grauis, gloss. in cap. mulieri 34. de iur. iurand. Socin. iur. cons. 86. num. 6. in 2. Sbroz. dict. quest. 43. n. 10. & ideo in illa mulier testis esse non potest, cum criminali par esse dicatur, vbi per text. in d. cap. mulieri probat Duen. reg. 315. anaplas. 1. & contra alios declarat Feac. Molin. de iur. nupt. lib. 1. comp. 8. à n. 14. quicquid dicant Tiraquell. l. 9. connub. gloss. 1. par. 9. n. 64. & de panis temper. cap. 51. num. 47. & sequent. Malcard. de probat. concl. 762. n. 6. Hinc & in causa matrimoniali, quia est grauis, & ardua, & criminali æquiparatur, iuramentum in supplementum probationis non præstatur, gloss. verb. absoluto in d. cap. mulieri, Turzan. tom. 1. commun. opinio. lib. 4. tit. 10. n. 102. prop. finem, vers. lincit a secundò pag. 444. & 446. Malcard. de probat. in proem. q. 9. n. 43. & concl. 1030. n. 1. Surd. consult. 109. n. 19. Camill. Borrell. in summ. omnium decis. tom. 1. tit. 54. de iuram. supplet. n. 45. Seraphin. de priuilegiis iuram. priuileg. 33. à num. 113. post Gail. Caroc. Farin. & alios Francisc. Molin. d. lib. 1. comp. 15. num. 4. Sed sic est quod & causa graues non possunt subdelegari sine iusta causa, vt probat text. in cap. si pro debilitate, 3. de offic. deleg. quem ita intelligunt Menoch. cons. 17. num. 8. & 11. Flam. de resignat. libr. 5. quest. 3. num. 26. D. Barbosa in l. cum prator, §. 1. num. 396. ff. de iudic. Ergo, & c. & Probatur etiam, quia cum delegantur causæ graues, & arduæ, censetur electa industria personæ, cap. in cui, de offic. delegat. lib. 6. Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 54. num. 7. & 11. & casu 68. num. 15. & casu 205. & lib. 2. de presump. quest. 21. num. 4. & cons. 69. num. 58. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. p. 1. decis. 88. num. 6.

Sed quando est electa industria personæ, non potest quis mandare alteri vices suas, cap. vltim. §. is autem, in 1. de officio deleg. Soar. in thesauro recept. sent. littera D, num. 39. Menoch. dict. quest. 21. num. 2. Vincent. Honded. cons. 55. num. 79. volum. 1. Surd. cons. 433. num. 15. & 16. Peregrin. var. ad rubr. de officio, & potestat. iudicis delegati num. 7. Sanch. de matrimonio lib. 3. disp. 7. num. 18. ergo nec etiam poterit subdelegare causas matrimoniales, quæ graues, & arduæ sunt. & Ad text. in cap. ex litteris, de integritate restit. respondet Couar. dict. vers. est tamen, in fine, ibi delegatum causam matrimonialem subdelegasse, quia eam commisit collegæ, cui ipse Romanus Pontifex eandem causam commiserat, & cuius industria ab ipso Principe ad idem negotium electa fuerat.

Causas verò matrimoniales, quæ spectant ad Episcopum iure Ordinario, potest ipse committere discutiendas, & decidendas Doctoribus, etiam qui non sunt eius Vicarij, Alexand. cons. 149. volum. 3. gloss. in d. cap. 1. de consanguinitate, Sbroz. d. quest. 43. num. 7. & 9. Cou. d. num. 1. vers. item ex delegatione. Et debent huiusmodi causæ matrimoniales ob sui grauitatem cognosci & iudicari ab his, qui statuta canonum non ignorant, vt probatur in dict. cap. 1. in fine, vbi causæ matrimoniales solummodo committuntur peritis, & tractantur per iudices

iudices discretos, Couar. vbi proxime, Sbroz. d. lib. 2. quest. 43. num. 32. & quest. 44. num. 1. Menoch. cons. 100. num. 240. & 258. dicentes etiam iniquum esse quemquam conjugalem controuersiam discutere, qui non sit iuris Canonici peritus, tamen laram sententiam validam esse propter iurisdictionem, quam habet is, qui eam tulerit.

Adeo verum est Episcopum, seu ab eo delegatum, modo supra explicato, matrimonialium causarum cognitionem habere, vt etiam quæstio natiuitatis incidens in causa civili hereditatis, quæ vertitur coram seculari iudice, ad Episcopum, seu eius delegatum sit remittenda, vt probant text. in cap. lator §. & in cap. causam quæ 8. qui filij sint leg. & in cap. tuam, de ordine cognit. quibus in locis obseruant communiter scribentes, Mantua lib. 1. dialogo 42. Couar. de sponsalib. p. 2. cap. 8. §. 3. num. 4. Garcia reg. 353. D. Barbosa in l. Titia num. 22. ff. soluto matrim. Ratio verò facilis est, quia constat & iudices laicos incapaces, omnino prohibitos, & incompetentes esse ad cognoscendum de his, quæ sine spiritualium supernaturalium cognitione decidi nequeunt, cap. 2. de iud. constat etiam causam legitimatatis discuti, & decidi non posse absque eo quod agatur de iuribus & validitate matrimonij, ex quo pendet, atque ita cum matrimonium Ecclesiæ sit Sacramentum, cap. ad abolendam, de heret. Concil. Trident. 24. de reformat. matrim. cau. 1. subindeque de causis matrimonialibus solus Ecclesiasticus iudex sit competens, dict. cap. accedentibus, de excess. Prælat. Trident. dict. sess. 24. can. 12. rectè sequitur minimè seculares de causa natalium, seu legitimatatis posse cognoscere, sed potius, si incidat in causa hereditatis, quæ coram illis vertitur, ad Ecclesiasticum iudicium esse remittendam.

Verum, vt quicquid in hac materia adduci solet plenissimè discutatur, & veritas clariù eluceat, difficultatem vnam, quam patitur supradicta resolutio, in medium proferam, quæ deducitur ex reg. text. in l. quoties C. de iudic. & in l. 1. C. de ordine iudic. cum similibus, quibus probatur iudices incompetentes ad cognoscendum principaliter de causa, aliqua posse cognoscere de incidentia, Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 91. num. 8. & 9. Garc. de nobilit. gloss. 1. num. 17. Cald. Pereira quest. forens. lib. 1. quest. 25. à num. 12. & de empt. cap. 34. num. 31. D. Barbosa in dict. l. Titia à num. 21. Morla in compo. iuris par. 1. tit. 2. de prælud. num. 145. Vnde & iudex Ecclesiasticus, qui respectu temporalium incompetens est, ex reg. cap. cum ad verum 86. distinet. potest cognoscere de causa temporalis, si ea in Ecclesiasticam, quæ coram eo vertitur, incidit, veluti de dote & alimentis, vbi principaliter agitur de matrimonio, vt probant text. in cap. de prudentia, & in cap. nuper, & in cap. per vestras, de donat. inter virum & uxorem, resoluunt Mantua dict. dialogo 42. Gerard. sing. 88. Hippol. sing. 589. Palat. in repet. cap. per vestras notab. 2. num. 1. Gom. l. 50. Tauri. num. 53. Nouel. de dote par. 9. priuileg. 16. Soar. de Paz in pract. tom. 2. præl. 2. num. 21. Molina de primog. lib. 2. cap. 15. num. 76. Molina de Insti. tom. 2. disp. 443. Gutier. pract. lib. 1. quest. 44. à num. 6. & l. 3. quest. 29. n. 18. Azcedo l. 10. n. 44. & seq. tit. 1. lib. 4. noua Recopil. D. Barbosa in l. 1. p. 1. n. 46. ff. soluto matrim. Ergo similiter videtur dicendum iudicem secularem cognoscens de causa civili hereditatis, posse incidenter decidere quæstionem natiuitatis.

Mouet difficultatem Bart. in l. Titia, num. 3. ff. Barbos. de Episcopo Pars III.

soluto matrim. & concludit num. 5. quòd si quæstio de validitate matrimonij incidat coram iudice seculari non inter coniuges ad finem, vt sententia ab eo lata validitatem matrimonij decidat, sed vt filius natus sit, & iudicetur ex legitimo matrimonio per modum causæ, vt hereditatem consequi valeat, concludit ille posse secularem de matrimonio cognoscere, vt euincit difficultas superposita. At contraria in d. cap. lator, & in d. c. tuam, procedere quando causa natalium ita incidit coram seculari, vt supra validitatem matrimonij pronuntiare oporteat inter ipsos coniuges. Verum hic intellectus conuincitur ex d. cap. lator, in quo minime agebatur inter coniuges, sed inter filium, & nepotem, ad effectum successionis auitæ, atque ita non super matrimonio erat pronuntiandum, sed super hereditate, matrimonij autem validitas solum veniebat per modum causæ, & nihilominus probat text. secularem de legitimitate cognoscere non potuisse, sed necessariò debere remittere, consonat text. in d. c. tuam, secundum communem intellectum, de quo in summario. Quare meritò hanc Bart. resolutionem à Doctoribus communiter improbari testis est Alexand. in eadem l. Titia, num. 6. iniquis vix sibi posse persuadere, quod ea verba Bartoli sint, sequitur D. Barbosa dict. num. 22. post Albertin. & alios, quos ibi refert.

Abb. igitur in d. cap. tuam, num. 9. distinguit inter causas incidentes inter eandem speciem iurisdictionis, vel diuersam: nam si causa incidens est eiusdem speciei cum principali, potest iudex aliàs incompetentes de ea cognoscere, & procedere. dict. l. quoties; non ita si ad diuersam speciem iurisdictionis pertineat, vt est iurisdicção secularis respectu Ecclesiasticæ, iuxta reg. cap. Ecclesia, de consi. cum similibus. Verum non satisfacit hæc resolutio, nam ex ea sequeretur etiam iudices Ecclesiasticos de causa seculari incidente in Ecclesiasticam, veluti de dote; quando principaliter coram illis de matrimonio agitur, cognoscere non posse, quia æquè diuersa est iurisdicção Ecclesiastica respectu secularium, vt secularis respectu spiritualium, ex reg. dicti cap. cum ad verum, 96. distinet. quod tamen est contra text. in dicto cap. de prudentia, & communem, de qua ibi: sequeretur etiam non posse iudicem criminalium de civili causa incidente cognoscere; nec è contra iudicem civilium cognoscere de criminali, quia diuersas esse iurisdictionis species probat text. in l. solemus 61. §. latronculator, ff. de iudic. iunctis bis, quæ de eius materia tradunt multi, de quibus Alphan. collect. 758. Valasc. consule. 27. mon. 5. tamen & iudicem criminalium causarum de civili incidenter cognoscere posse, probat l. 4. §. si dicantur, in princip. ff. finium regnu. sicut è contra iudicem civilium de criminali incidenter posse cognoscere probat l. nullum, C. de restit. ex quibus & aliis notant Abb. & plures quos referunt, & sequuntur Vant. de nullit. tit. ex defectu iurisd. dict. Ordin. num. 49. Menoch. de arbit. libr. 1. quest. 82. num. 10. Enac. Robert. verum iudicat. lib. 3. cap. 5.

Ego tamen pro clariori prædictorum explicacione iudices quoad nostrum propositum tripliciter posse considerari præmittendum duco: alij enim dicuntur competentes simpliciter; alij incompetentes, prorogabiles tamen; alij tandem incompetentes, & improrogabiles. Prioris membri exemplum poni debet in illis, qui attento iure, absque vlla prorogacione, seu consensu litigantium adiri possunt, & debent, ita vt illorum forum simpliciter

competens sit, qualis est iudex illius loci respectu sui territorij, de quibus in l. 2. ff. si quis in ius vocatus, & l. pen. ff. de iurisd. Secundo membri exemplum ponunt in iudice Ecclesiastico, respectu secularium, licet enim incompetens sit in causis temporalibus respectu laicorum, iuxta d. cap. cum ad verum, nihilominus tamen si laici in iudicem Ecclesiasticum consentiant, competens efficitur, possunt namque illius iurisdictionem prorogare, iuxta text. in l. Episcopale, 9. C. de Episcop. aud. tradunt Bart. in l. ex consensu, in princip. ff. de appellat. communis ex Curt. in l. 1. num. 6. ff. de iudic. Boët. decis. 69. n. 4. & 5. Tertij & posterioris membri exemplum ponunt in iudice seculari respectu spiritualium, qui omnino incompetens, vetitus, incapax, & directè prohibitus censetur ad cognoscendum de illis, etiam si partes consentiant, cap. si diligenti, cap. significasti, de foro compet. immo nec ex delegatione Ecclesiastici iudicis, cap. 2. de iudic. iuncta glos. 2. & communi, de qua Dec. num. 5. & Ripa 34. atque alij ibi.

24 Vnde inferes quoad effectum cognoscendi de causis incidentibus maximum dari inter predictos iudices discrimen, etenim illi, qui sunt vetiti, & omnino incapaces, nec principaliter, nec incidenter cognoscere possunt de causis, in quibus sunt incapaces & directè prohibiti: at verò iudices incompetentes, non tamen vetiti, nec incapaces, quamvis non possint cognoscere principaliter, in quibus sunt incompetentes, possunt tamen de illis pronuntiare, quando illæ causæ incidenter in causâ principali, in qua sunt competentes, quia licet iudex quæstionem incidentem examinet, non tamen super ea primò & principaliter, sed super alia, de qua competens est, definitivè pronuntiat, iuxta l. 1. ibi, universam incidentem quæstionem examinare, & c. C. de ordine iudic. explicant Anton. in cap. cum Ecclesia, num. 15. de causa possess. Capr. decis. 7. num. 4. Ex quibus clarè videbis quam magna inter iudices seculares, & Ecclesiasticos quo ad causas incidentes detur differentia: etenim seculares cum sint vetiti & directè prohibiti, causas Ecclesiasticas nec principaliter, nec incidenter definire possunt, immo eas cum in causâ principali, de qua cognoscunt, incidenter, tenentur ad forum Ecclesiasticum remittere, iuxta dict. cap. lator, & dict. cap. tuum, cum similibus supra citatis: iudex tamen Ecclesiasticus cum respectu causarum secularium incompetens tantum sit, non vero vetitus, aut directè prohibitus, quamvis non possit de ipsis principaliter cognoscere, rectè tamen, si illæ incidenter in causâ Ecclesiastica, in qua sunt competentes, possunt de illis pronuntiare, iuxta dict. cap. de prudentia, & cap. per venerabilem, ibi, casualiter exerceamus, qui sibi sint legit.

25 Sed dubium est an Ecclesiasticus iudex possit cognoscere de huiusmodi incidentibus, solum ad decisionem causæ principalis, vel super eis pronuntiare, & definitivè decidere? In quo videtur receptior opinio illa, quæ habet Ecclesiasticum iudicem solum de incidenti temporalis cognoscere posse per modum causæ, vel ut suam iurisdictionem & sententiam à se latam tueatur, impediens coercendo, ut voluerunt antiqui omnes, quos refert Præpos. in cap. 1. num. 5. qui sibi sint legit. & sequitur ibi Cuiac. Couar. d. num. 4. in fine. Robert. d. cap. 5. vers. pro Titio. Pro quibus adduci potest ratio d. l. 1. C. de ordine iudicior. quæ evincit iudicem, qui de principali causâ cognoscit, & respectu incidentis incompetens est, solum cognoscere posse de incidenti per modum causæ in ordine ad principalem, non tamen de ea pronuntiare, nec sententiam, quam profert circa principalem, pa-

tere actionem, vel exceptionem respectu incidentis, ut colligitur ex verbis ipsius l. 1. ibi, universam incidentem quæstionem, iuncto ibi, quoniam non de ea, sed de hereditate pronuntiat. Deinde facit & text. in d. cap. causam, quæ, 7. qui sibi sint legit. vbi de causâ legitimatatis principaliter agitur coram iudice Ecclesiastico, virtute recepti Apostol. & accessoriè de restitutione terrarum, quibus altera pars fuerat spoliata, & tamen decidit text. iudicem Ecclesiasticum de sola quæstione legitimatatis esse competentem, & iudicium possessorium Regi, seu seculari potestati esse relinquendum. Denique facit text. in dict. cap. tuum, de ordine cogniti, ex cuius littera planè deprehenditur & causam Natalium Reginæ Cypri principaliter corâ Summo Pont. fuisse agitatum, & prius de legitimatate ipsa, quam de hereditate fuisse incceptum iudicium, ut denotant illa verba, causam successionis incipere, & tamen causam hereditatis accessoriam, & ab illa natalium dependentem, ad seculare iudicium Regis Francorum deducam fuisse, quem intellectum in se verum esse, & iuxta eum stare propriè verba text. cum secundum contrarium intellectum impropietur, faceret Abb. ibi num. 7. vers. secundus intellectus. Si quis autem petat, in quo maneat differentia, de qua supra, inter Ecclesiasticos, & seculares iudices, respondebitur eam posse assignari, quod seculares nullo modo, etiam per modum causæ, possunt de spirituali cognoscere; Ecclesiastici verò possunt per modum causæ ex ratione diversitatis superioris assignata, non tamen cognoscere poterunt ad effectum, ut pronuntient, & ex tali sententia actio, vel exceptio oriatur; immo sicut seculares tenentur incidentem quæstionem spirituales ad Ecclesiasticum remittere, ita tenebitur Ecclesiasticus incidentem quæstionem secularem laico iudici decidendam, ac diffiniendam demandare.

28 Non obstant huic resolutioni text. in cap. 1. & in cap. per latum, qui sibi sint legit. quatenus videntur decidere, posse Ecclesiasticum pronuntiare de causâ dotis, & hereditatis incidente in causâ legitimatatis, quæ coram eo vertebatur, responderetur enim cum Innocent. non iubere Pontifices ibi hereditatem restituere, nec aliter super ea pronuntiare, hoc enim tantummodo ad iudicem secularem pertinere constat ex proxime dictis, sed solum prohibent ea iura parti, ne molester super hereditate eum, qui legitimus iudicatus est, ex ea sola occasione, quod sit illegitimus, quia per hoc directè offenditur sententia lata ab Ecclesia super causâ spirituali natalium, quæ in utroque foro servari debuit, & exceptionem rei iudicatæ producit, iuxta reg. cap. 2. de except. in 6. & quia ad eandem Ecclesiam pertinet, sicut ad quemlibet alium iudicem, suam tueri iurisdictionem, & resistentes sententiis à se rite latis coercere; cap. 1. de offic. deleg. & per totum, ff. si quis ius dicenti non obtemperaverit.

25 Nec obstat difficultas text. in dicto cap. de prudentia, de donat. inter virum, & uxorem, dum claris verbis probat iudicem Ecclesiasticum, qui de validitate matrimonij cognovit, potuisse, & debuisse de causâ dotis incidente accessoriè cognoscere, & essentialiter definire, nam habet varios intellectus, propter quos infirmum est argumentum ex illo desumptum. In primis enim Innocent. Imola, Abb. & alij ibi, Dec. in authent. quod locum, num. 1. C. de collationibus, Felin. in cap. licet, de foro compet. Auftr. de potest. Ecclesia super laicos, fall. 27. Gomez in cap. ultim. num. 22. de iudic. in 6. Ripa in l. 1. num. 48. ff. soluto matrim. Bald. Nouell. de dote par. 9. privileg. 16. Perez l. 2. tit. 1. lb. 3. Ordin.

Soar. de Pace d. preclud. 2. num. 21. existimant causam dotis etiam principaliter moram esse mixti fori, ita ut inter iudicem Ecclesiasticum, & secularem sit locus præventioni, & ideo potuisse iudicem Ecclesiasticum in dict. cap. de prudentia, de prædicta causâ dotis cognoscere, & super ea pronuntiare, quod etiam probant auctoritate text. in cap. per vestras, eodem tit. de donat. inter vir. & uxorem, & cap. ex litteris, de pignorb. Verum intellectus iste convincitur ex littera prædicti text. in cap. de prudentia, ibi, vos qui de matrimonio principaliter cognovistis, de dote, quæ est causa incidens, accessoriè cognoscere valueritis, quæ verba ostendunt Ecclesiasticum iudicem non alia ratione, quam incidentiè de dote cognovisse, quate contra Innocent. resoluunt Doctores magis communiter soluentes sententiam, glos. verb. accessoriè, ibi, ut restantur, Molin de primogen. lib. 2. cap. 15. num. 76. D. Barbosa in dicta l. 1. part. 1. num. 46. Palat. in reper. cap. per vestras, notab. 2. nec contrarium probant iura, quæ pro Innoc. adducuntur, nam ad dict. cap. per vestras, plenè satisfacti ibi Palat. d. notab. 2. num. 5. ostendens loqui de pauperi, atque ita miserabili persona, de cuius causâ Pontificem, & Ecclesiasticos iudices competentes esse notant Doct. communiter per text. ibi in cap. ex parte, de foro compet. vel in iuris fatetur Couar. præf. cap. 6. num. 1. D. Barbosa d. par. 1. num. 49. ad finem, qui etiam num. 47. similiter responder ad d. cap. ex litteris, quod mulier, de qua ibi, erat oppressa per iudicem secularem, à quo propter delictum mariti fuerat propria dote spoliata.

30 Verum, ut rectius percipere possis verum d. cap. de prudentia, intellectum, adverte causam dotis, de qua ibi, non esse propriè incidentem, quasi ad decisionem causæ principalis esset necessaria, ut est causa status in d. l. quoties, sed esse propriè dependentem ex matrimonij validitate, & quando causa dotis ex sola dependet matrimonij validitate, vel nullitate, ad Ecclesiasticum pertinere fatemur, ex auctoritate dict. cap. de prudentia. Si verò principaliter de ea agatur inter laicos, ad iudicem secularem est deferenda, veluti quando soluto matrimonio reperitur ab hæredibus uxoris, vel quando eo constante mulier agit ex capite inopie, ad quam vergit maritus, vel si petatur à viro tanquam promissa, ex notatis in l. si constando, ff. soluto matrimonio, & dict. cap. per vestras, & traditis per D. Barbosa d. par. 1. num. 46. Pro ratione verò differentie inter dotem, de qua ibi, & hereditatem, de qua in dict. cap. causam, quæ, occurrebat cum aliquibus præceptoribus dicere causam dotis eo casu iudicio Ecclesiæ fuisse specialiter reservatam, ex text. in cap. 1. de donat. inter virum, iuncto intellectu magis communi, de quo Couar. d. par. 2. cap. 6. §. 8. num. 26. D. Barbosa in rubr. ff. soluto matrim. par. 2. num. 39. Cuius reservationis ratio reddi potest ex maxima coniunctione, seu connexitate, quam habet dos cum matrimonio, nam sine matrimonio dos constare non potest. l. 3. ff. de iure dot. atque ideo quod iudex Ecclesiasticus iudicat matrimonium non valuisse, merito & consequenter debet iudicare dotem restituendam, quæ necessaria dependentia non reperitur in hereditate, longequè minus in restitutione terrarum, de qua in d. cap. causam, quæ. Ex qua ratione non temere tentari potest, absque speciali Ecclesiæ reservatione connexionem hanc matrimonij cum dote sufficere debuisset, ut secundum generales regulas iudex, qui matrimonium nullum esse pronuntiauit, debeat iudicare dotem restitui, tanquam quid connexum inseparabiliter, iuxta principium illud, de connexis

idem est iudicium, cap. translato, de constitut. cum citatis in libello de princip. vtriusque iuris littera C, num. 39. & in materia iurisdictionis, cap. quanto, de iudic. vbratione connexitatis, quam ius patronatus habet cum iure spirituali ministri, quem præsentat patronus, ex iuris principio respondet Pontifex, quod coram Ecclesiastico iudice debeat tractari, vbi notant nostri, præcipuè Decian. num. 3. adducens tanquam simile dict. cap. de prudentia, & alia, quæ vide.

31 Ex quibus inferitur nostram principalem resolutionem procedere sine agatur de causâ ex aliqua quæstione iuris pendente, veluti an matrimonium legitimè sit contractum, & validum, & si veretur circa factum solummodo, veluti quia dubitatur an matrimonium fuerit contractum de facto inter personas habiles ad contrahendum: de quæstione enim facti circa spiritualia laicos iudices cognoscere non posse tenent Bald. & Fulgos. in l. quoties, Abb. in dict. cap. tuam, num. 10. & alij, ex quibus communem dicit Aretin. in l. omni novatione, num. 3. C. de sacros. Eccles. & post Lap. constanter tueri Fachin. controuers. iuris lib. 1. cap. 44. [Azor. instr. moral. par. 1. lib. 7. cap. 25. quæst. 5. in fine. Monet. de decim. cap. 8. quæst. 1. sub num. 14. me citato in hoc loco Doctissimus Sperell. in decis. fori Ecclesiast. decis. 8. num. 54.] qui pluribus moventur fundamentis. Primò, quia qui cognoscit de facto rei spiritualis, cognoscit etiam de re ipsa spirituali; nam ex factioius oritur, l. si ex plure, §. 3. in dno. ff. ad legem Aquil. cum citatis in libello de princip. iuris, littera F, num. 13. Deinde moventur præcipuè ex cap. si iudex laicus, de sentent. excomm. in 6. vbi agitur de sola quæstione facti, an scilicet quis ordinatus, seu clericus sit, & tamen decidit ad iudicem Ecclesiasticum pertinere, & laicos de ea non posse cognoscere. Expendunt etiam verba text. in cap. ut inquisitoris, §. prohibemus, ibi, quoquo modo, de hæretic. in 6. quæ verba omnem modum cognoscendi, siue de iure, siue de facto, videntur excludere. Quamvis iudicem secularem de quæstione facti posse cognoscere teneant Bar. in d. l. quoties, & in d. l. Titia, vbi latè D. Barbosa à num. 22. & 24. & 53. vers. secunda principalis conclusio, Vant. dict. num. 54. in fine, Couar. dict. cap. 8. §. 12. num. 3. Garcia Falcon. reg. 251. num. 12. Menoch. conf. 356. num. 11. volum. 4. Ceual. communium contra commun. quæst. 403. Cabed. par. 1. decisionum Portugal. vers. 102.

32 Secundo deducitur seculares iudices de causâ matrimonij, seu natalium etiam summarè cognoscere non posse, ut post Ioan. Andr. in addit. ad Specul. rit. qui sibi sint legitimi, §. 1. vers. competit, tenet Dec. in cap. 2. de iudic. num. 24. vers. tertio fallit, pro quibus facit text. in Clement. dispendiosam, de iudic. vbi inter causas spirituales ponit Pontifex causas matrimoniales, de quibus agimus, cum ex dictis constet de his non posse seculares villo modo cognoscere, necessariò sequitur de summaris cognoscere non posse. Viget etiam ratio, quia constet laicos omnino incapaces esse ad cognoscendum de illis quolibet modo, & consequenter cum in causis summaris cognitio iudicialis sit necessaria, sequitur etiam hanc summariam cognitionem laicis esse denegandam, quicquid dicat Bald. in l. filium, num. 13. ff. de his, qui sunt sui, & in l. 2. C. de Carbon. edicto.

33 Tertio deducitur de causâ matrimoniali incidente non posse in laicum compromitti ex generali reg. text. in cap. contingit, de arbitr. vbi probatur, quod laici arbitri esse non possunt de rebus spiritualibus,

iuncta generali æquiparatione iudicum, & arbitrorum, de qua in l. 1. ff. de receptis arbitris, ex qua deducitur, quod quemadmodum ex dictis laici nec principaliter, nec incidenter iudices esse possunt, ita nec arbitri, quare ita tenent Alexand. in d. l. Titia, num. 9. Roman. conf. 299. Anton. Blanc. de compromiss. quest. 4. num. 7. Couar. d. §. 12. num. 2. qui etiam illam rationem considerant, quod causa matrimonialis in arbitrum etiam clericum compromitti non potest, cap. pen. in fine, de restitut. in integr. ergo multò minus poterit in laicum compromitti super causa matrimonij, vel natalium, quæ spiritualis est. Cui argumento videbatur posse responderi euincere solum non posse compromitti super causa matrimonij, vel status vbi de ea principaliter agitur, non ita si agatur incidenter, tunc enim arbitros admitti posse docuit glos. ultim. in fine in l. cum proponas, C. de rebus cred. Abb. in dict. cap. penult. num. 6. Blanc. dict. quest. 4. num. 15. & 18. Cald. Percira in l. si curatorem, verb. implorandum, num. 26. Sed refellitur hæc solutio in l. ult. in fine, C. vbi & apud quem, vbi etiam incidenter negat dari restitutionem in integrum ab arbitro, nec iure Canonico in dict. cap. pen. contrarium expressum reperitur, vt debeamus inter vtrumque ius facere differentiam, quam tentauit Abb. dicto loco contra reg. text. in c. 1. de noui operis nunt. Nec obstat ratio Bald. in l. 1. num. 28. C. de confessis, vbi scribit de causa matrimoniali incidenti posse in laicum compromitti, ea motu ratione, quia arbitri non tanquam iudices, sed tanquam priuatæ personæ cognoscunt, & eorum sententia actionem, vel exceptionem rei iudicatæ non producit, ac subinde Ecclesiasticæ iurisdictioni non derogant, nec vsurpant; adducitque in suæ opinionis confirmationem reg. l. ait prior, §. in princip. ff. de re iudic. vbi iuncta glos. probatur arbitros non iurisdictionem habere, sed notionem. Respondetur enim rationem huius resolutionis non consistere in præiudicio, seu vsurpatione iuris Ecclesiastici, sed in prohibitione, & incapacitate laicorum, quos capaces facere non potest priuatorum consensus, iuxta l. priuatorum, C. de iurisd. omnium iud. & cap. si diligenti, de foro comp.

Quarò deducitur, vbi de possessio agitur inter virum, & uxorem, quoties vir possessione innititur aduersus mulierem, quæ propria auctoritate diuertit, vel d. contrario, non posse secularem iudicem cognoscere, sed ad Ecclesiasticum esse recurrendum, sicut in causis matrimonialibus. Ita resoluunt Afflic. in constitut. Sicilia lib. 8. rub. 48. num. 6. 7. & 8. Couar. d. cap. 53. num. 2. vers. verum, & dict. §. 12. num. 3. Angel. de Vbald. inter consil. matrimon. consil. 44. num. 57. & 60. lib. 1. Plot. inter eadem consil. 87. num. 15. post Roland. Menoch. & alios Gutier. canon. lib. 1. cap. 34. num. 26. vers. & in terminis, Valasc. consult. 93. num. 2. ad med. versio. in causa matrimoniali. [Vincent. de Franchis decis. 36. num. 1. me citato in hoc loco Sperell. in decis. fori Ecclesiast. decis. 9. num. 22. Rotam in Ragueneren. Emphyteusis 28. Maij 1631. coram R. P. D. Merlino.] Quorum sententia probatur ex glos. insigni, verb. & ab eo, in cap. ex transmissa, de restitut. spoliat. quæ expresse docuit eum, qui ad restitutionem agit coniugis, probare oportere desponsationem, & copulam, subinde docuit possessorem hoc non sicut cætera esse, non enim sola sufficit possessio, quia in matrimonio sine iure, & titulo haberi nequit, in cæteris vero possessoris titulus, etiam coloratus, sufficit, vnde etiam in his iudices laici cognoscere possunt,

in illo minime: tum quia causa matrimonialis possessoria habet admixtam causam spirituales, ex Butr. in cap. litteras, de inram. calumnia, habetque admixtum titulum, glos. in d. cap. ex transmissa, at vbi de titulo cognoscendum est, nunquam laicus ius dicere potest, communi enim sententia receptum est in causis possessorijs, quæ per titulum verum iustificari debent, laicum iudicem esse non posse, Couar. dict. cap. 35. num. 1. Menoch. remed. 3. rein. num. 328. & remed. 15. recuper. num. 218. Gutier. dict. num. 26. Non obstat argumentatio nostrorum, qua parificant causam possessoriam matrimonialem cum cæteris possessorijs beneficiorum, vel aliarum rerum Ecclesiæ; quia ratione spiritualitatis propter Sacramentum excedit cætera omnia spiritualia, beneficia, decimas, oblationes, & his similia, de quibus vbi de possessione mera agitur, affirmant fere omnes iudices laicos cognoscere posse, vnde non rectè argumentum de his ad matrimoniales causas deducitur, quare minus bene seculares iudices de hac matrimonialis possessorij causa cognoscere posse tenent, & defendunt Renat. Chopin. de sacra politia, lib. 2. tit. 1. num. 14. Thefaur. Pedem. decis. 117. Camill. Borrel. in summ. omnium decis. tom. 1. tit. 43. num. 104.

ALLEGATIO LXXXV.

Episcopus an possit Ecclesijs nouum censum imponere, vel antiquum augere?

S V M M A R I V M.

- 1 Censum Ecclesijs dupliciter imponitur, vel in perpetuum, etiam post mortem possessoris, vel solummodo ad vitam illius.
- 2 Prælatum nullus Papa inferior potest censum perpetuum, aut pensionem perpetuam imponere.
- 3 Censum, seu pensiones personales ad vitam possessorum, vel breuius tempus licite possunt Episcopi ex causa imponere.
- 4 Censum apud Gallos vix constituitur ab alio, quàm a summo Pont.
- 5 Censum, perpetuum ab Episcopis imponi non potest, nisi iusta de causa, & tempora foundationis.
- 6 Censum perpetuum post Ecclesiam fundatam imponere nequit Episcopus, nisi quando locis religiosis applicauerit, & ultra iustam causam concurrat debita solemnitas.
- 7 Censum retinere potest Episcopus, si Episcopalia remisit in Ecclesijs, quæ pleno iure ei subiacent.
- 8 Pensionem Ecclesia imponere absque Capituli consensu non potest Episcopus.
- 9 Causa in Episcopo censum imponente requiritur.
- 10 Alienatio rerum Ecclesiæ fieri nequit præsertim ab inferioribus sine iusta causa, quæ iuris solemnitas concurrat.
- 11 Pensiones inualide sunt absque iusta causa ab inferioribus impositæ.
- 12 Causa in Episcopo censum imponente probari debet concludenter, ita vt illi affirmanti eam subesse credendum non sit.

- 13 Episcopi an possint Presbyteris singulos aureos, aut aliam summam singulis annis soluendam imponere, ostenditur.
- 14 Cap. prohibemus, de censibus declaratur.
- 15 Tributariis publici sunt, & non nisi à Principe superiore non recognoscente imponi valent.

DUPLICITER potest census Ecclesijs imponi, vel in perpetuum etiam post mortem possessoris, vel solummodo ad vitam illius, aliudve tempus breuius: primo casu Episcopi, & quicumque alij inferiores nequeunt censum imponere, cap. scientes 3. cap. prohibemus 7. cum alijs, de censibus, Clem. 1. vers. eadem quoque, de suppl. neglig. Præl. Sed solus Summus Pont. dispensando in sua lege, cap. ad quæstiones, 6. de rerum permut. quem text. in id refert Sor. lib. 9. de Iustit. q. 7. art. 2. col. 2. vbi affirmat morem esse Romanum, & nullum Prælatum Papa inferiore, censum, ac pensionem perpetuam imponere posse, neque in beneficiorum permutationibus, neque in simplicibus resignationibus, Abb. num. 2. & Doctores communiter in dict. cap. prohibemus, & in cap. præterea, num. 3. eod. tit. Gig. de pensionib. quest. 6. num. 1. & ad num. 6. Rebuff. de pacificis possessor. num. 110. Rot. decis. 437. num. 2. in princip. apud Farin. par. 1. recent. Camill. Caut. in princ. tract. Episc. in princ. à num. 1. tom. 15. tractatum Doct. p. 12 fol. 534. Paul. Rom. de pension. cap. 4. num. 10. Dec. in cap. ex parte num. 15. de offic. deleg. vbi quod potest reseruari in actu collationis, & consil. 142. num. 3. Caccialup. eod. tract. 413. num. 4. Riminald. consil. 298. num. 26. Gamb. de officio legati lib. 6. à num. 77. Nicol. Garc. de benef. par. 1. cap. 5. à num. 215. Filliuc. tract. 42. de pension. cap. 3. num. 4. Rot. decis. 166. num. 4. apud Farin. par. 2. recent. vbi reputat iustam causam, videlicet amorem, quo Episcopus suum ex fratre nepotem prosequeretur, ad text. in cap. dilecto, vbi notant DD. & quo commodius Sacre Theologiæ operam dare posset, ex traditis per Rebuff. loco proxime citato num. 23.

Iustam similiter causam reputat eadem Rot. in vna Meliten. Canonicius 9. Martij 1595. coram Illustrissimo Domino meo Cardinal. Millino, impressa per Marchesin. de commission. par. 1. §. 2. pag. 611. quia ille, ad cuius fauorem Episcopus pensionem imposuerat, originarius Meliten. erat, & in Vrbe sacris litteris operam dabat, quæ causa respicit utilitatem non solum illius particularis Ecclesiæ, sed etiam vniuersalis, quæ ad suum regimen iuris litterarum maxime indiget, ex dictis supra allegat. 46. à princip. & ista causa est adeò fauorabilis, vt Episcopus posset etiam contra Canones dispensare. Roman. consil. 325. num. 8. cum maiori parte Capituli, & contradicente minori parte, potest statuere, vt quilibet Canonicus de suis præbendis conferat alicui pauperi scholari studenti certam quantitatem singulis annis in subsidium. Abb. in cap. ult. num. 2. de vis, quæ sunt à maiori parte Cap. Bologn. in auth. habita num. 387. C. ne filius pro patre, Borreg. de Synodo Episcop. p. 3. concl. 17. in 9. col. art. 1. Rebuff. de priuileg. schol. princ. 42. Et aduerte quod pensio ab Ordinario imposita causa non iustificata est nulla, non simoniaca, vt tenuit Rot. in d. Meliten.

In secundo verò casu Episcopi ad vitam possessorum, vel breuius tempus licite possunt ex causa census personales, seu pensiones ad fauorem alterius imponere, cap. nisi essent, 21. de præbendis, cap. de cætero, in fine, de transact. cap. vni. propè finem, vers. credimus, vt Ecclesiast. benef. Felin. in cap. ad au-

dientiam num. 4. & 5. de rescript. post alios Gig. vbi proxime num. 2. 3. & 4. Corral. de Sacerdot. par. 1. cap. 4. Mandos. de signatura gratie tit. pensionis, verb. Papa. [Boët. Epo de saturn. permutat. benef. iura ad cap. cum olim, de rerum permut. num. 105. vbi resoluit pensiones huiusmodi beneficiales ab Episcopis constitui posse ad vitam vsque pensionarij, adeo vt non solum ad eam soluendam teneatur præsens possessor, cum quo permutatio fuit inita, verum etiam eiusdem, vel mortui, vel aliò translati successori in idem beneficium quantumlibet non hereditarius, affecto scilicet ipsomet beneficio, argum. cap. de cætero, de transact. at perpetua pensione beneficium vllum grauare nequit Episcopus vitra vitam scilicet certi beneficiarij, sed summi Pont. ad id requireretur auctoritas, cap. significauit, de consil.]

Ratio differentiarum est, quia in primo casu Ecclesia perpetuò oneratur, & fit censualis, quod in Concilio Lateranen. relato in dict. cap. prohibemus, vetitum est; in secundo non Ecclesia, sed persona obligatur, in quibus terminis prohibitio illa non datur, obseruant Abb. num. 9. & Doct. communiter in cap. cum venissent, per text. ibi, de restitut. spoliat. Cardinal. num. 1. & omnes in d. cap. prohibemus, vbi Anton. num. 4. Felin. in cap. ad audientiam, 2. num. 2. de rescriptis, Gig. de pensionib. quest. 6. à princip. Rebuff. de pacificis possessor. à num. 106. Couar. in cap. quamuis pactum par. 1. §. 6. num. ult. Corral. d. c. 4. Hodie tamen apud Gallos ab alio, quàm à Summo Pontif. vix constituitur census, vt post Gig. quem refert, affirmant Rebuff. vbi proxime, n. 105. ad finem, Corral. d. cap. 4. à num. 9.

Ex quibus inferitur censum perpetuum ab Episcopis imponi non posse, nisi iusta de causa, & tempore foundationis, cap. præterea, 23. in princip. de inuentione, aduertit optimè Anton. in cap. significauit, 15. de consil. num. 3. Post fundatam verò Ecclesiam imponere nequit, nisi quando locis Religiosis applicauerit, & ultra iustam causam concurrat debita solemnitas, nempe Capituli consensus, & cætera, quæ in alienatione rerum Ecclesiasticarum requiruntur, vt tandem fateri coguntur, Abb. in d. cap. significauit, num. 3. Cardin. num. 1. argumento text. in cap. tua, & in cap. pastoralis, 9. ibi, vniuersis Religiosis, debis, quam sum à Prælati, cap. pastoralis, 7. in eisdem verbis, de donat. In Ecclesijs verò, quæ pleno iure Episcopi subiacent, potest Episcopus, si Episcopalia remisit, censum retinere, cap. constitutus, 6. de relig. domib. cap. cum venerabilis, 21. de consil. Et t quod non possit absque Capituli consensu pensionem Ecclesiæ imponere, faciunt text. in d. cap. pastoralis, 7. & in cap. si Episcopus, vbi glos. ult. 12. q. 2. iuuat efficax ratio; etenim Episcopus non potest alienare neque Ecclesiam, neque bona illius absque debitis solemnitatibus, cap. nouit, 4. cum multis ibidem cap. tua neper, 8. de his, quæ sunt à Prælat. cap. sine exceptione, 12. quest. 2. planè qui pensionem Ecclesiæ imponit, quali alienat, cap. nulli, de rebus Ecclesiæ, ibi, conditionem, &c. agnoscit Rebuff. de pacificis possessor. num. 108. igitur, &c. obseruant Innoc. in dict. cap. pastoralis ad finem, communiter receptus, Anton. in n. 2. 4. & 11. Cardinal. num. 1. Abb. 1. & 3. in d. cap. pastoralis, in effectu Rebuff. vbi proxime.

Causa in Episcopo censum imponente requiritur, argum. dict. cap. constitutus, & cap. per tuas, 5. de donationib. & in fortioribus terminis, cap. pen. de verbor. significat. & cap. si propter, 10. in princ. de rescript. lib. 6. Clem. vni. vers. eadem, de suppl. plen. neglig. Præl. Etenim t alienatio rerum Ecclesiæ

clesiæ fieri nequit, præsertim ab inferioribus, sine iusta causa, quamvis solemnitas concurrat *d. c. sine exceptione, 12. quest. 2.* referunt plures causas Abb. *cap. 1. num. 17. de in integrum restitut. Couat. var. lib. 2. cap. 17. num. 2. post gloss. 2. in d. cap. prohibemus, gloss. in summ. 12. quest. 2. gloss. in cap. 1. de rebus Ecclesiæ, Gig. de pensio. quest. 6.* Rebuff. *d. loco num. 108. & 113.* qui rectè aduertunt quod inualidas esse pensiones sine causa ab inferioribus impositas, Dec. *437. num. 12. Corraf. dict. cap. 4. a num. 12. remissiuè Flamin. de resignat. lib. 6. quest. 2. num. 134.*

Potest Episcopus ex officio cessante pacto mandare quod recipiens beneficium pinguius soluat aliquam pensionem suo tempore duraturam ad coequandos fructus vtriusque beneficii permutati, vt per Anchar. *conf. 279. Questio proponitur, vers. ex qua causa num. 1.* [Camill. Caut. de pensio. Episcop. in princ. & ex num. 1. Paul. Roman. de pensio. c. 4. num. 10. Caccialup. *rod. tract. quest. 13. num. 4.* Gambarupt. *de officio Legati lib. 6. ex num. 77. Rota decis. 165. num. 4. par. 4. recentior.*] & in Meliten. *canonicatus 5. Martij 1595.* coram Illustrissimo Cardinal. Millino, & in Albigasen. *confidentie, 6. Martij 1606.* coram Cardinal. Marquemontio, Flamin. *de conferent. quest. 28. num. 120. in princ. & in fine, vers. ad coequandum, Rodoan. de simonia par. 2. cap. 21. num. 34. cum sequentibus,* [Boët. *Epo de futur. permut. benefic. iure, ad cap. cum olim, de rerum permut. n. 102.* vbi etiam quærit cur per constitutionem pensionis compensari magis possit inæqualitas illa beneficiorum permutandorum, quam per numerationem pecuniæ præsentis, vel semel inferuentis, cum tamen pensio quoque consistat in pecuniis? & respondit pensionem talem de fructibus, & obventionibus ipsius beneficii depromendam sic delibrari vt naturam beneficii spirituales quadantenus retineat, vt non tam temporale quid pro beneficio pinguiori vicissim rependatur, quam spirituale quid, aut spirituali annexum saltem dependenter, aut consequenter.

Circa eandem materiam assignandæ, siue constituendæ pensionis per Episcopum iam supra *num. 3.* aliqua tetigimus, & de ea agunt plures, quos refert & sequitur [Stephan. Gratian. *discept. forens. cap. 617. num. 1. & 2.* vbi *num. 5.* resoluit quod quamvis regulariter Ordinarius non possit referuare pensiones, cum illæ non referuentur, nisi auctoritate Papæ, *ex decis. 437. num. 2. par. 1. recent.* tamen hoc intelligitur sine iusta causa, nam ea existens passim permittitur talis referuatio, videlicet pro bono pacis, vel pro studio alicuius scholaris pauperis, vel in utilitatem Ecclesiæ, pro concordia litis, pro pauperibus, & egenis, pro benemeritis, pro vsu pio, pro renunciantibus ex causa renunciationis loco alimentorum in quantitate moderata, & non ex pactione partium, & *num. 18.* quod non sufficit assertio Episcopi dicentis causam interuenisse in similibus pensionibus per eum referuatis, & idè aliunde debet constare de causa, & *à num. 9.* notat, vt talis pensio referuetur per viam quantitatis pecuniæ, bladi, vel vini, non autem per viam quotæ, videlicet quod detur tertia, vel quarta pars reddituum, & *à num. 12.* obseruat quod in casu quo Episcopus potest referuare pensionem, istud intelligitur, & referuatio solum fiat vsque ad vitam onerati, itaut tantum teneatur ad talem pensionem primus oneratus, non autem successor in illo beneficio. [latè hac de re Lotter. *de re benefic. lib. 1. quest. 35. à num. 11. cum multis seqq.* vbi in tribus casibus Episcopum posse

referuare pensiones approbat. Primò quando ex compromissaria potestate inter duos super beneficio contententes, vni illorum beneficium adiudicat, & pro bono pacis iuber per eundem, dum vixerit, alteri aliquam annuam quantitatem persolui absque præiudicio successoris. Secundò quando egente aliqua Ecclesia ministro de consensu illius Rectoris erigeret nouum beneficium, & ex eiusdem Ecclesiæ super excrecentibus fructibus vellet instituere annuum redditum, qui deinceps deseruiret pro dote noui beneficii erecti, iuxta terminos *cap. conquereute, de cleric. non resid. Tertio* quando assignatur per Episcopum certus redditus ex propria mensa alicui pro certo seruitio Ecclesiæ, quod si sit proportionatum, toleratur.]

Amplia in quolibet Regularium superiore in beneficiis suæ Religionis, quæ ad proprietatem non transeunt in Religiosum, vt fuit dictum in Troiana pensionis *25. Junij 1610.* coram Reuerendissimo Patre Domino meo Pirouano, vbi ampliatur etiam ad omnem generalem præceptorem Militiarum, veluti magnum Magistrum Religionis Hierosolymitanæ, in commendis tantum suæ Religionis spectantibus ad illum ad fauorem Religiosorum, siue Equitum eiusdem Religionis, [vide Stephan. Gratian. *d. cap. 617. à num. 28.*]

Hæc autem causa in Episcopo censum imponente, probari debet concludenter, itaut Episcopus affirmanti causam subesse credendum non sit, Abb. *in cap. diuersis fallacis, num. 3. de clericis coning. Oldrad. consil. 226.* quem refert Rebuff. *d. loco num. 107. Corraf. dict. cap. 4. num. 14.* Pro quibus expenditur quod ei, qui non potest libere actum facere, non creditur, nisi constitit prius de veritate, *l. si forte, 8. in fine, ff. de castr. pecul.* vbi Bart. & Doctores communiter, Gig. *de pensio. quest. 68. num. 2.* sanè Episcopi, & similes Prælati non possunt liberè sine causa pensiones imponere, vt supra resoluiimus.

Poterunt tamen eas imponere etiam non consulto Papa in casu remunerationis faciendæ, vt aduertit Hieron. Gig. *in tract. de pensio. quest. 6. num. 2.* nam ob causam remunerationis multa dicecelanus Episcopus potest, quibus aliàs interdictus esset, ex *l. in l. ex hoc iure, num. 60. ff. de iustit. & Benedic. Canonophilo in repet. extranag. ambitiosa num. 52. de rebus Eccles. non alien. ac Tiraquell. in dict. l. vnaquam, verb. donatione largitus, num. 27.* Labor enim ac sudor cuiuscunque virtuose operantis, & in Republ. auxilium afferentis remunerandus est, *cap. fin. 7. quest. 1.* vbi *gloss. verb. laborem, cap. charitate, vers. iustum, cap. si quos de seruic. vbi gloss. verb. benemeritos, 12. quest. 1.* Ioan. Lup. *in repet. rubr. de donat. inter virum & vxorem 5. num. 25. & 28.* Leazes *in cons. pro Marchione de los Palez. in oppido de Mula, in 3. fundamento pro eo, in fine, in 5. prædictis satis, num. 7. & 8.* Petr. Lenand. *de priuilegijs Doctorum par. 3. quest. 12. num. 26.* Et nihil magis necessarium esse in optima constituta Republ. quam in referenda gratia ex Cicerone commendat Paleoth. *de Sacri consistorij consultationibus par. 3. quest. 1. vers. præterea.*

Adeo quod Arrianorum fautor, & Christianorum persequutor Constantius Imper. cum sanctissimum Pictauiensem Episcopum Hilarium misisset in exilium, ipsum tamen ab exilio reuocauit, non ex eo tantum quod accuratum librum scripsisset; licet hoc sudoris, ac vigiliarum negotium sit, vt experti sciunt, & ex Luca de Pena commendat Rebuff. *de nominat. quest. 21. num. 49.* & tergit Dionys. Paul.

in flosculo de clericorum excellentiis in proem. num. 11. ex quo comprobati potest illa Angeli doctrina, quod cum auctori proprius codex manuscriptus furatur, actio illi competat tanquam pro magno furto, vt refert & sequitur Menoch. *de arbitrar. casu 295. num. 10. & 11.* sed ob eam præcipuè causam quod ipsi Imperatori librum illorum detulisset, vt Breuiarium Romanum testatur *ad diem 14. Januarij in lect. 5.* Hæc igitur animi gratitudo, & accepti beneficii remuneratio, quæ in laicis per prædicta laudabilis est, laudabilior quidem in Ecclesia, & Ecclesiasticis viris erit, cum præcipuè hac antidotali obligatione teneantur, *cap. liberi il 2. vers. pro remuneracione, cap. quicumque, cap. Ecclesiasticis, vbi gloss. verb. voluntariis, 12. quest. 2.* & commendat Nauar. *de ecclesiasticis reddit. quest. 1. 5. trigesimo sexto moneo, Iacob. Simoneta de referuat. quest. 3. num. 5.* vbi Paul. Granut. *in verb. Ecclesiasticis, num. 13.* Redoan. *in rebus Ecclesia non alien. rub. 21. de causa incommoditatis num. 23. & sequentibus,* dicens vitale esse Ecclesiam remunerare benemeritos, vt inuitentur homines ad illi benefaciendum.

Vtrum autem Episcopus tempore perceptæ libertatis Ecclesiæ, quam à manu laici, vel alterius vendicauit sibi, valeat censum constituere? Dubium tangit Abb. *à num. 1. in cap. Ecclesiis 9. de censib. circa illius intellectum; negatiuè videtur respondere text. ibi, de manibus laicorum eripiunt, & ibi, prohibemus, imponi, & ibi, præter Cathedralicum, iuncta reg. quod exceptio firmat regulam in contrarium, l. nam quod liquidè, in fine, ff. de penulogata, & ita exceptis iuribus Episcopalibus, de quibus in *cap. conquereute 16. de officio Ordinarij.* neque censum, neque aliud onus valet Episcopus exigere quocunque casu eius industria à manu laicorum Ecclesia liberetur, velati si decimæ alicuius Ecclesiæ in feudum à laicis detineantur, *cap. cum Apostolica 7. in fin. de his, que sunt à Prælati, vel iurisdictionis in eadem detineatur, cap. illud 8. vers. licet, de inrepatron.* vel denique si Ecclesiæ, quoad proprietatem, vel quoad censum detineantur, *d. cap. Ecclesiis,* obseruat *gloss. Innoc. Anton. Card. & omnes ibi,* qui bonam reddunt rationem, sic text. illum intelligentes, & ampliante laicis, siue iustè, siue iniustè aliquo ex prædictis modis Ecclesias detinentibus, ratio est, quia vtroque casu viget Concilij Lateranen. prohibitio in *cap. prohibemus, de censib. & ratio illa à priori efficaciter concludens, quod quæ tributa iuris publici sunt, & non nisi à Principe Superiorem non recognoscente, imponi valent, vel nisi consuetudo immemorialis sit in contrarium cap. que sint regalia, vers. veltigalia, vbi Sebastian. Naui. à num. 54. Bossi. in *tract. tit. veltigalia qui possunt imponere, & tit. de Principe, num. 95.* Auron. August. *in schol. ad collect. 4. Decretal. ad cap. super quibusdam, verb. Imperatorum, de verborum significat. Menoch. conf. 302. num. 27. vers. quinto, Menchaq. Illustr. lib. 2. cap. 8. num. 1. Molin. de iustit. tract. 2. diffin. 666.* Cardin. Tusch. *littera G, conclus. 1. num. 7. & littera V, conclus. 32. Cabed. par. 2. decis. 49. num. 4.* Alexand. Trentacinq. *variar. lib. 1. tit. de iure fisci. res. sol. 5. à num. 2.* Tertio facit, quod etiam ad releuandas omnes necessitates Episcopi non possunt Ecclesiis, neque Ecclesiasticis personis tallias, vel collectas indicere, nisi prius Summus Pontifex consulatur, *cap. aduersus, 7. vers. propter, de immunit. Ecclesiar.* Ergo à fortiori in propriam utilitatem illud facere nequebunt. Vltimò, quod Episcoporum necessitatibus, si de**

Cum supra *num. 2.* ex plurimorum Doctorum auctoritate resoluèrem nullum Prælatum Papa inferiorum posse imponere perpetuam pensionem, quod quidem existente legitima causa, & in certis casibus ex S. Rotæ decisionibus declarandum esse diximus, nunc restat videre qui sint isti casus, & deinde an ex noua Constit. Pij V. contra confidentias, aut aliter illis sit derogatum. Primus igitur casus est, pro concordatione litis, & bono pacis, *cap. nisi, de præbend. Secundus* pro pauperibus, & egenis. *B. Wolf. de Episcopo Pars III.*

Innoc. in *cap. de cetero, de transact. Tertius* pro benemeritis. *Oldrad. conf. 226. Quartus* pro vsu pio. *Quintus* pro renunciante ex causa alimentorum, quæ sint illi post renunciationem subministranda. *Sextus* ad vitam constituentis beneficium sustentandam. *Septimus* ad coequandos fructus in permutatione, prout eos refert Filliuc. *tract. 42. de pensio. cap. 3. num. 3.* Quidam existimant etiam ante Pium V. per non vsu & desuetudinem facultatem Episcopis concessam pensiones in illis casibus imponendi cessasse, & ab aula recessisse. Ita Rebuff. *de pacif. possess. num. 105.* Alij & ob hanc rationem, & quia Pius V. in Constit. sua contra confidentias illam abrogauit; ita Flamin. *de confident. quest. 28. num. 120. & 121.* At alij meliùs putant non obstante dicta Constit. Pij V. facultatem hanc in Episcopis adhuc remanere; ita Nicol. Garc. *de benefic. par. 1. cap. 5. num. 313.* Filliuc. *d. tract. 42. cap. 3. num. 5.* vbi obseruat nullam facultatem per dictam Pij Constitutionem esse Episcopis abrogatam, qua prius vti licite possent, sed tantummodo punitam impositionem pensionis ab ipsis factam sine causa, & hoc non in omni casu, sed in collatione beneficii.

Quæstio est ad præsens institutum, non contem-
nenda, an scilicet Episcopi possint Presbyteris singulos aureos, vel aliam summam singulis annis solvendam imponere? In qua se pro Neapolitanis Presbyteris consuluisse refert Nauar. *conf. 7. in antiquis, aliàs 3. in nouis, de censibus;* & contra Prælatos citari non potest Concil. Lateranen. *in dict. cap. prohibemus,* vetat namque quod Ecclesiæ census imponi, de personis autem nec verbum quidem. Similiter minus bene adducitur *cap. 1. cap. 2. cum seq. cap. illud, cap. inter cetera,* cum multis *ibidem, 10. quest. 3.* nõ enim ibidem agitur de personis, sed de Ecclesiis non grauandis ultra duos solidos Cathedralici nomine, quod ius Episcopale est, *d. cap. conquereute 16.* vbi *gloss. verb. solidos, de officio Ordinarij.* Tandem pro Presbyteris non multum ad rem facit *cap. carendum, illa causa, & quest. ne Episcopi tyrannidem exerceant erga socios, neve eisdem scandalo sint, sed cum charitate, & gratiarum actione stipendia aliàs debita exigant, de tallis vero, & exactionibus minimè expendit Nauar. dict. conf. 7. num. 1.* Idcirco pro Presbyteris aliunde agendum est, & primo contra Prælatos fortiter virget text. in *cap. cum Apostolus 6. vers. prohibemus, de censibus, & ratio illa à priori efficaciter concludens, quod quæ tributa iuris publici sunt, & non nisi à Principe Superiorem non recognoscente, imponi valent, vel nisi consuetudo immemorialis sit in contrarium cap. que sint regalia, vers. veltigalia, vbi Sebastian. Naui. à num. 54. Bossi. in *tract. tit. veltigalia qui possunt imponere, & tit. de Principe, num. 95.* Auron. August. *in schol. ad collect. 4. Decretal. ad cap. super quibusdam, verb. Imperatorum, de verborum significat. Menoch. conf. 302. num. 27. vers. quinto, Menchaq. Illustr. lib. 2. cap. 8. num. 1. Molin. de iustit. tract. 2. diffin. 666.* Cardin. Tusch. *littera G, conclus. 1. num. 7. & littera V, conclus. 32. Cabed. par. 2. decis. 49. num. 4.* Alexand. Trentacinq. *variar. lib. 1. tit. de iure fisci. res. sol. 5. à num. 2.* Tertio facit, quod etiam ad releuandas omnes necessitates Episcopi non possunt Ecclesiis, neque Ecclesiasticis personis tallias, vel collectas indicere, nisi prius Summus Pontifex consulatur, *cap. aduersus, 7. vers. propter, de immunit. Ecclesiar.* Ergo à fortiori in propriam utilitatem illud facere nequebunt. Vltimò, quod Episcoporum necessitatibus, si de*

nouo superueniant, satis consultum est, vt si manifesta, & ratiohabilis causa conlisterit, cum charitate moderatum valeant auxilium postulare, dist. cap. cum Apostolus, vers. sustinemus, de quo late allegat. seq. igitur nihil proponitur, quod Prælati contra Presbyteros opituletur.

ALLEGATIO LXXXVI.

Episcopo quando, & à quibus canonica portio, quarta decimationum, & ius Cathedraliticum debeatur?

S V M M A R I V M.

- 1 Canonica portio nihil aliud est, quam certa bonorum portio debita Episcopo ratione oneris, quod in administratione sui Episcopatus sustinet.
2 Canonica portio sic dicitur, eo quod sit à Canonibus approbata, ac debita Decretorum Canonico iure.
3 Canonice portiois quantitas iuxta diuersa tempora, diuersisque diuersarum prouinciarum consuetudines, assignata fuit.
4 Canonica portio nulla debetur ex consuetudine spatii 40. annorum prescripta.
5 Luctuosa in aliquibus Hispanie locis canonice portiois loco subrogata est.
6 Luctuosa ex quibus soluenda, ostenditur.
7 Canonica portio Episcopo debetur de legatis relictis Ecclesiis, vel piis locis.
8 Prælati, qui habet iurisdictionem quasi Episcopalem in Ecclesia, debetur Canonica portio de relictis ipsa Ecclesia.
9 Canonica portio est de lege iurisdictionis.
10 Canonica portio Episcopo non debetur de legato relicto loco exempto.
11 Canonica portio ex quibus rationibus debeatur Episcopo ostenditur.
12 Episcopalia in locis exemptis Episcopus, nec exigit, nec percipit.
13 Clem. 3. §. verum, de sepultur. declaratur.
14 Ecclesia exempta, que habet capellam, vel populum non exemptum, tenetur Episcopo ad canonicam, nisi populus pleno iure subiectus esset Ecclesie exemptæ.
15 Pleno iure dicuntur Ecclesie ad aliquem pertinere, quando utroque iure, id est in spiritualibus eidem subiectæ sunt.
16 Canonica an debeatur si fiat legatum Ecclesie exemptæ tempore mortis subiectæ vero tempore testamenti, ostenditur.
17 Regulares, qui eximantur à solutione quartæ funeralium Episcopo debita, ostenditur.
18 Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 3. declaratur.
19 Concil. Trident. fuit confirmatum die 27. Ianuar. 1564.
20 Canonica portio, seu quarta Episcopalis, ex quibus bonis, que Ecclesia, vel aliquibus locis piis obueniunt, adduci non possit, ostenditur.
21 Pauperibus quando aliquid relinquatur in genere, non debetur Canonica portio Episcopo, nisi relinquatur pauperibus certi loci, & num. seq.
22 Canonica portio non detrahatur de relictis personis.
23 Canonica portio non debetur de relictis pro orna-

- mētis, cereis, Ecclesia luminaria, anniversariis, vel pro faciendis choro, pictura, Calice, ac aliis, que ad perpetuum diuinum cultum leguntur, vel etiam pro predictis ornamentis redimendis, ornandis, vel reparandis.
24 Canonica portio, an debeatur de relictis pro reparatione, vel adificatione Ecclesiarum, monasteriorum, hospitalium, vel aliorum piorum locorum, si illa non egeant, ostenditur.
25 Canonica portio non debetur quando aliquid legatur, vt omni anno fiat solemnitas alicuius Sancti.
26 Canonica portio non debetur quando quis in vita donat Ecclesia.
27 Canonica portio non debetur ex legato pro maritandis duabus puellis singulis annis facto.
28 Canonica portio an debeatur ex his, qui hospitalibus, vel confraternitatibus relinquuntur, remittit.
29 Canonica portio non debetur si quis subditus Episcopo leget aliquid Ecclesia extra diocesim constituta.
30 Episcopus, cui legatum absoluerit relictum est, potest insinuat canonicam vindicare portionem.
31 Legatum quando alicui factum est, eo adiecto, vt illo contentus, nihil amplius petat, eo ipso quod acceptat, videtur debito renuntiasse.
32 Beneficiarius restator si absoluit leget Episcopo cur tunc non possit ipse Episcopus legatum, & luctuosam insinuat retinere, ostenditur.
33 Quarta decimarum Episcopo debita unde initium sumpserit, ostenditur.
34 Episcopus de iure communi in quarta decimarum fundatam habet intentionem.
35 Quarta decimarum iure communi debetur Episcopo ab Ecclesiis curatis, non autem ab ipsis Parochianis.
36 Decime prædij, quod in alicuius Parochia situm non est, pertinent ad Episcopum.
37 Parochie vbi distinctæ non sunt, decime pertinent ad Episcopum.
38 Quarta decimarum est legis diocesane à qua exempta sunt monasteria.
39 Quarta decimarum potest in totum tolli consuetudine, vel prescriptione, & idem de canonica portione.
40 Cathedraliticum, quod ob honorem cathedræ Episcopalis sic dicitur, ultra procuracionem Episcopis debetur.
41 Cathedraliticum debetur per Presbyteros suis Episcopis, & solet dari in festo Natiuitatis, & Resurrectionis Domini.
42 Cathedraliticum non potest prescribi licet per contrariam consuetudinem possit aliter introduci, & num. 45.
43 Cathedralitici taxa sunt duo solidi.
44 Solidi duo pro Cathedralitico soluendi sunt secundum taxam, que antiquitus solui consuevit, attenda semper in huiusmodi taxatione, consuetudine illa, que bona, & rationabilis fuerit.
46 Cathedraliticum non conferatur remissum, licet pleno iure liberaretur Ecclesia, nisi expresse ponatur.

De Canonica portione Episcopo debita. §. I.

CANONICA portio, id est, pars à Canonibus instituta, vel approbata, est duplex, vna que debetur Ecclesie Parochiali, seu Rectori de singulis legatis, aut relictis factis Ecclesie apud quam

quam eligitur sepultura, cap. cum super, de sepultur. de qua in præfenti à nobis nihil agendum est; altera que debetur Episcopo ab Ecclesiis suæ diocesis; alia que debetur Ecclesie Parochiali, seu Rectori, cap. de his, cum similibus, cap. officij, de testam. & nihil aliud est quam certa bonorum portio debita Episcopo ratione oneris, quod in administratione sui Episcopatus sustinet, introducta ex similitudine legitimæ patri, aut patrono debita; in bonis filij, vel liberti, ad instar cuius visum fuit Episcopo, qui pater, & spiritualis patronus est, ius ad certam in bonis suorum portionem competere; diciturque & canonica portio pro eo quod sit à canonibus approbata, ac debita decretorum Canonum iure, Siluest. in sum. verb. canonica portio, num. 1. Franc. Ludouic. Miranda in manuali Prælat. tom. 2. quest. 48. art. 1. in princip. late Host. in sum. tit. de sepultur. & extat opusculum, de canonica quarta portione Lapi, & aliud de eadem re Petri Vbaldi Perusini. Super qua Episcopus habet fundatam intentionem de iure communi. Gregor. decis. 519. num. 1. Rot. decis. 31. num. 5. par. 1. diuers. & decis. 402. num. 1. par. 2. recent. & fuit dictum in Pacem decimarum 12. Febr. 1608. coram Card. Sacrato, Seraph. decis. 1449. num. 4.

Attento iure certa portio fuit diffinita, scilicet quarta pars reddituum Ecclesiasticorum, & oblationum, ceterarumque obventionum, que intuitu pietatis Ecclesiis inferioribus acquirebantur, cap. concessio, cap. de redditibus, cap. mos est, cum multis ibid. 12. quest. 2. Postea verò tertia pars fuit assignata iuxta varietatem prouinciarum, eo adiecto onere, vt Episcopis incumbat fabrica Ecclesiarum inferiorum, vt in nostra Lusitania factum probat c. pificis, cap. vno cum alijs ibid. 10. quest. 3. tamen egent, de illis bonis, que defunctorum iudicio relinquuntur, Ecclesiis inferioribus tertia pars ab Episcopos pertinet absque illo onere, cap. 1. vbi de hac re agitur, neque alicuius oneris mentio fit, cap. certificari, de sepultur. Aliquando quarta, aliquando medietas, iuxta diuersarum prouinciarum diuersas consuetudines, d. cap. certificari, cap. requisisti, in princip. de testam. Couar. in cap. officij 14. in princip. eod. tit. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 209. concl. 5. Bertrachin. de Episcopo lib. 4. par. 4. num. 40. Aliquando verò & consuetudine spatii quadraginta annorum prescripta nulla Canonica portio debetur, Francisc. Leo in thesauro furi Ecclesiast. par. 2. cap. 14. de quarta funeralium, num. 29. post Innoc. Petrum Perusini. & Panorm. sequitur Azor. insitut. moral. par. 2. lib. 9. cap. 12. quest. 3. vbi quest. 4. cum Siluest. in sum. verb. Canonica portio, q. 2. resoluit & Episcopum non posse vi pacti renuntiare iuri prædictæ quartæ, quando notabili damno Ecclesia læditur. Vnde in aliquibus Hispanie diocesisbus loco huius quartæ, quæ penitus abrogata est, subrogatum fuit ius quoddam Episcopale, quod vulgariè dicitur, luctuosa, & quæ soluenda est ex bonis mobilibus beneficiarij mortui illius Ecclesie, quæ habebat quartam decimationum, & in aliquot locis est certa quantitas argenti, vel auri, vel in moneta, vel in materia: in alijs est pretiosior suppellex quam habent beneficiarij prædicti. Et quamuis Capitula Ecclesiarum Cathedralium in certis locis habeant istam quartam mortuorum ex aliquot pijs locis, vel istam luctuosam subrogatam in locum ipsius, ex beneficiariis mortuis aliquarum Ecclesiarum Episcopatus, non per hoc definit prædicta quarta, vel istam luctuosam esse ius Episcopale sua natura, licet per accedens pertineat ad Capitula, cum hoc habeant

propter separationem bonorum factam inter ipsa capitula, & Episcopos.

Regula igitur constituenda est in hac materia, quod Episcopo debetur Canonica hæc portio de legatis relictis Ecclesiis, vel alijs locis, cap. conuenerunt, de officio Ordin. vbi glot. verb. mortuorum, cap. requisisti, cap. vltim. de testam. cap. 1. cum sequent. 10. quest. 3. cap. de quarta, de prescript. [Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 112. casu 58.] Franc. Leo d. cap. 14. num. 6. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 209. num. 1. Fr. Ludouic. Miranda d. quest. 48. art. 3. Potissimum verò tribus ex causis, prius in recognitionem superioritatis, sicut cætera iura Episcopalia, de quibus in d. cap. conuenerunt, & in cap. de quarta, & in cap. audis, de prescript. Secunda ob communicationem quæ inter Episcopum & Ecclesias reperitur, cap. requisisti, vers. secus, de testam. Tertia ob curam & caeleste pabulum, quod impertitur Ecclesiis inferioribus, vt satis deprehenditur ex cap. 1. ibi, caelesti pabulo, de sepultur. constant omnes ex Abb. in cap. officij 14. num. 6. de testam. & ex Lap. de canon. portione par. 2. num. 1. & Episcopi autem nomine hic intelligo Archidiaconum, aut quemuis alium Prælatum inferiorem, qui habet in ea Ecclesia iurisdictionem, quasi Episcopalem. Ratio est, quia & Canonica est de lege iurisdictionis, Episcopo debita iure Episcopali. Innoc. in cap. 1. de statu Monach. Vbald. tract. de Canonica Episcop. cap. 1. n. 4. Planè cum huiusmodi Prælati habeant illud in Ecclesiis sibi pleno iure subiectis, habere etiam debent cum omnibus emolumentis connexis, & annexis, Vbald. d. tract. cap. 5. quest. 4. princ. num. 1. vers. notandum.

Ex quibus primò dubitari potest. vtrum si legatum relinquatur loco exempto, debeatur Episcopo Canonica portio? Partem negatiuam, quæ vera est, sequuntur Innoc. & Doct. communiter in cap. officij, de testam. vbi Abb. num. 6. Bald. in l. si quis ad declinandam, col. 6. vers. iuxta hoc, de Episcopis, & clericis. Siluest. in sum. verb. Canonica portio, quest. 3. num. 4. Angel. eodem verbo, num. 7. Lap. d. tract. quest. 4. Vbald. eodem tract. cap. 4. quest. 6. Franc. Ludou. Miranda d. quest. 48. art. 2. [nouissimè Alphons. de Leone de officio Capellani quest. 4. praxi 6. num. 109.] Pro quibus illud expenditur, quia & huiusmodi Canonica debetur Episcopo, vel in recognitionem superioritatis, sicut cætera iura Episcopalia, de quibus in d. cap. conuenerunt. Vel ob communicationem, quæ inter Episcopum, & Ecclesias sibi subiectas reperitur, dist. cap. requisisti, vers. secus. Vel propter onus, quod sustinetur celebrando solemniter, Ordines conferendo, prædicando, atque alia omnia ferendo, quæ tam ad forum contentiosum, quam penitentiale spectant, Vbald. d. quest. 6. n. 5. quæ rationes nullatenus vigent respectu loci exempti, quia cū in mediata Pontifici subiacent, non oportet, vt soluantur aliquid Episcopo in signum superioritatis, quæ non habet respectu illius loci deinde nulla inter vtrumque reperitur communicatio, neque vlla cura pastoralis, aut pabulæ exercetur. Vltius facit, quod & Episcopus neque exigit, neque percipit iura Episcopalia in locis exemptis, cap. lumen solis, §. q. 2. c. cum Episcopus, 7. de offic. Ordin. in 6. vbi glot. recepta verb. exempto; cum solus Papa dicatur Ordinarius Episcopus exemptorum, cap. nulla, dist. 93. iuncta glot. ibid. cap. auctoritate, 4. de privileg. in 6. Non obstat text. in Clem. 2. §. verum, de sepultur. vbi & Religiosi, quamuis exempti, coguntur soluere Ecclesie Parochiali canonice portione de omnibus obventionibus, tam funeralibus, quàm alijs quibuscunque, & quomodo

docunq; relictis, quia respondetur textum illum non agere de iure Episcopali, sed de Parochiali, quod Parochis debetur propter ministerium Sacramentorum, & cætera officia pastoralia, ut habetur in dict. §. verum, in principio, quæ omnia cum Parochus exercuerit in Parochianum, quamuis in loco exempto elegerit sepulturam, non mirum si Ecclesiæ Parochiali debeat quarta illa portio, respectu cuius non deficit, immo etiam viget ratio debiti, cum tamen circa ius Episcopale supposita exemptione rationes omnes deficient, ut modo considerauimus.

14 Illud tamen pro huius primæ dubitationis complemento aduertendum duxi, quod Ecclesia exempta, quæ habet capellas, vel populum non exemptum, tenetur Episcopo ad canonicam, prout per text. in cap. ex ore, de priuileg. tenent Innocent. & Ioan. Andr. in cap. in nostro, de sepultur. Lap. d. tract. §. quia num. 6. vers. secundo queritur, Vbald. eodem tract. cap. 4. quæst. 5. & quæst. 8. cum tribus sequentibus. Erasim. à Cochier de iurisdic. Ordin. in exemptis par. 4. quæst. 6. num. 5. me citato in hoc loco Alcan. Tamburin. de iure Abbatum, & Prælatorum tam Regularium, quam secularium Episcopis inferiorum, tom. 1. disput. 16. quæst. 13. in fine. Nisi populus pleno iure subiectus esset Ecclesiæ exemptæ,

35 Vbald. dict. cap. 4. quæst. 9. num. 3. ¶ Pleno autem iure dicuntur Ecclesiæ ad aliquem pertinere, quando vtroque iure, id est, in spiritualibus, & temporalibus eidem subiectæ sunt, cap. quoniam, 21. de priuileg. vbi gl. & in cap. cum & plantare, §. in Ecclesiis, verb. pleno iure, eodem tit. quas ibi sequuntur Anton. num. 26. Cardin. 1. Deci. 12. & 16. Rebuff. in concordatis, tit. forma mandati, verb. plenum, Cardin. Tusch. litt. P. conclus. 364 num. 3. Sayr. de censuris, lib. 1. cap. 6. num. 2.

16 Secundo dubitatur an hæc Canonica debeat, si fiat legatum Ecclesiæ exemptæ tempore mortis, subiectæ vero tempore testamenti? In quo sequentes distinguendi sunt casus. Primus si vtroque tempore, testamenti scilicet, & mortis exemptio sit, non debebitur Canonica rationibus antea dictis. Secundus, si subdita sit tempore testamenti, exempta vero tempore mortis, non debebitur quoque canonica; quia inspicitur conditio, & status temporis, quo legatum cedit; non vero qui legatur, l. post diem, ff. quando dies legat. l. que legata, ff. de regulis iuris, Lap. d. §. quia de num. 12. Tertius si exempta sit tempore testamenti, subdita vero tempore mortis, debebitur canonica, quia inspicendum est tempus mortis, non autem tempus testamenti, l. si cognatus, ff. de rebus dub. l. generaliter, §. si homini libero, ff. de fideicom. libert. Vbald. dict. cap. 4. quæst. 7. num. 3. Denique an Regulares eximantur à solutione quartæ funeralium Episcopo debita, agit Fr. Ludouic. Miranda dict. quæst. 48. art. 6. & decisum fuit in Rota, ut videre est sequenti decisione, quam etiam post primam huius tract. impressionem impressam reperij, me in hoc loco citato apud Alcan. Tamburin. de iure Abbatum, & Prælatorum tam Regularium, quam secularium tom. 1. disput. 16. quæst. 14. num. 3. [& me etiam citato nouissime Alphonf. de Leone de officio Capellani quæst. 4. praxi 6. num. 126.]

R. P. D. Decano Licen. quarta funeralium, Luna 15. Ianuarij 1618.

17 Domini censuerunt Monasterium Clericorum Regularium, non teneri ad solutionem quartæ

funeralium Reuerendissimo Episcopo, nam & si de iure communi ista quarta spectet ad Episcopum, vel Parochum, Clement. dudum, de sepult. cap. 1. & 4. cum aliis eod. tit. cap. cum quis pariter, eod. tit. in 6. attamen secus est quando Monasterium eximitur à dicta solutione, ad tex. in cap. priuilegia, distinct. 3. cap. in nostra, de sepultur. In casu autem, de quo agitur, nedum prædictum Monasterium, sed etiam tota Religio est exempta à dicta solutione quartæ funeralium, cum Paulus IV. & Gregorius XIV. dictis Clericis Regularibus communicauerit omnia priuilegia aliis Regularibus concessa, quare censentur etiam communicata priuilegia exemptionis à dicta solutione quartæ, inter quæ adest priuilegium Iulij II. concessum Minoribus de anno 1506. & aliud eiusdem Pontificis concessum Minoribus de obseruantia anno 1511. sui Pontificatus 8. & aliud Pauli III. concessum Minoribus anno 1544. & postremo aliud Pauli IV. concessum ordini Prædicatorum anno 1556. quæ per extensum refert Archangelus Caracia de quarta funeralium, cap. 1.

18 Neque obstat Concil. Trident. sess. 25. cap. 13. de reformat. quia cum istud Monasterium sit fundatum post publicationem Concilij, & quatenus esset fundatum ante, cum non esset solutum soluere dictam quartam, Concilium ei non obstat, ut declarauit Sanctissimus Pontifex Pius V. in sua Constit. de anno 1567. quam refert Archangelus Caracia loco citato, Gutierrez de iuramento confirmat. 2. par. cap. 4. num. 3. Emanuel. Rodriguez in quæst. regul. tom. 1. quæst. 41. art. 2. & ita etiam resoluit Congr. Illustrissimorum Interpretum, ut refert Rodriguez loco prædicto.

19 Quod autem hoc Monasterium fuerit fundatum post confirmationem Concilij, ex eo probatur, quia Concilium fuit confirmatum die 27. Ianuarij 1546. Religio autem Clericorum Regularium fuit confirmata à Clemente VII. 14. Junij 1524. vnde per necesse inferendum est, quod hoc monasterium sit fundatum intra quadraginta annos, de quibus loquitur Concilium, & quatenus esset fundatum extra dictos quadraginta annos, non probatur quod esset solutum soluere quartam funeralium.

Neque est verum, quòd prædicta Constitutio Pij V. fuerit reuocata per Gregorium XIII. ut in eius Bulla, quam refert Nauar. in manuali. cap. 27. in fin. quia cum dicta Bulla Pij plura contineret, per Gregorium redacta fuit ad terminos Concilij, ut censuit Congregatio Illustrissimorum Interpretum, ut refert Caracia loco citato, qui etiam in fine tractatus refert ipsam declarationem, & bene aduertit Gutierrez loco citato.

20 Et ita fuit resolutum vna parte tantum informante. Tertio queri potest an sint aliqui casus iure exempti, in quibus quarta Episcopalis ex bonis, quæ Ecclesiæ, vel aliquibus locis piis obueniunt, deduci non possit? Respondendum aliquot dari, quos enumerant Azor. dict. cap. 12. quæst. 7. Francisc. Leo dict. cap. 14. à num. 6. Siluest. dict. verb. Canonica portio quæst. 4. Fr. Ludouic. Miranda dicta quæst. 48. art. 3. concl. 1. Rota in vna Syracusana quarta, die Mercurij 3. Martij 1586. coram illustriss. Seraph. [quæ reperitur impressa decis. 726. & per] Quarantam in sum. Bullarij, verb. quarta Episcopalis.

21 Primus igitur casus est, quando aliquid relinquatur pauperibus in genere, quia tunc nulla debetur quarta

quarta. gl. verb. decreuit, in cap. 2. de sepultur. vbi Innoc. num. 1. & Abb. n. 8. Bald. in l. id quod pauperibus, num. 30. vers. addo tertiam rationem, C. de Episcopis & cleric. Roman. conf. 233. num. 2. vers. tertio fallit, Vbald. de Canonica Episcop. cap. 5. num. 10. & 11. cap. 7. num. 15. & 50. Tiraquell. de pia causa, priuileg. 28. Francisc. Leo d. cap. 14. num. 9. Azor. d. cap. 12. quæst. 9. [Seraphin d. decis. 726. num. 1.] ¶ Ratio est, quia quando relinquatur pauperibus in genere, relinquatur personis, non autem piis locis; de relictis autem personis non detraditur quarta Episcopalis, iuxta text. in cap. ex parte, §. il terzo, de verborum signifi. Vbald. vbi proxime, Fr. Ludouic. Miranda dicta quæst. 48. art. 3. conclus. 3. Fallit autem casus iste in relicto facto pauperibus certi loci, quia tunc legatum videtur factum intuitu illius loci, & sic factum loco pio, ut post Ioann. Andr. limitant Abb. in dict. cap. 2. n. 3. & Perr. de Vbald. dicto loco. [An & quando debeat quarta de Missis relictis, vide Alphonf. de Leone d. quæst. 4. praxi 6. num. 115.]

23 Secundus casus est, quando aliquid relinquatur pro ornamentis, cereis, fabrica Ecclesiæ, luminariis, annuerariis, vel pro faciendò choro, pictura, Calcæ, ac aliis quæ ad perpetuum diuinum cultum legantur, ut est text. in cap. ultim. de testam. vbi Abb. num. 2. Couar. num. 4. Perr. de Vbald. de canon. Episcop. cap. 6. Lap. de canon. port. par. 2. à num. 24. Valasc. consult. 105. num. 13. Fr. Ludouic. Miranda d. quæst. 48. art. 3. concl. 1. Francisc. Leo d. cap. 14. num. 6. Azor. d. cap. 12. quæst. 7. casu 2. 4. & 5. [Seraphin d. decis. 726. num. 4.] Amplia etiam relinquatur pro operibus piis in genere, & executores distribuant legatum in fabricam, luminaria, & ornamenta Ecclesiæ, vel in concernentia diuinum cultum, Couar. in d. cap. ult. num. 7. & ratio est, quia distributio, quam facit executor, censetur facta ab ipso testatore. l. unum ex familia, §. 1. vbi Dyn. Bart. & Doct. ff. de legatis 1. secus si executores distribuant legatum in vnum non priuilegiatum locorum piorum. Idem est iudicium si legetur aliquid pro prædictis ornamentis redimendis, ornandis, vel reparandis, Fr. Ludouic. Miranda vbi proxime.

24 Quod verò non debeat quarta de relictis pro restauratione Ecclesiæ matricis, ædificatione, & reparatione Ecclesiæ matricis, monasteriorum, hospitalium, & aliorum locorum piorum, probat expressè text. in d. cap. ultim. ibi, seu fabrica, & in dict. cap. ex parte, ibi, vel ob fabricam. [Seraph. d. decis. 726. num. 3.] Procedit tamen hæc resolutio secundum aliquos quando Ecclesia, cui legatum pro fabrica sit, indiget ædificiis, aut refectione parietum, secus enim si his non indigeat, quia tunc ex legato fabricæ factone fiat fraus Episcopo, aut parochiali, quarta detrahitur, ita Fr. Ludouic. Miranda dict. quæst. 48. art. 3. concl. 1. Couar. in dict. cap. ultim. num. 4. vers. est tamen, vbi dicit esse magis communem opinionem. Azor. d. c. 12. quæst. 7. casu 3. Marc. Anton. Genuef. in pract. Eccles. q. 384. & q. 444. Verum contrarium tenuerunt Goffred. Card. Barbat. in d. cap. ultim. relati ab eodem Couar. loco proxime citato, sequitur Francisc. Leo d. cap. 14. num. 8. per text. in cap. vobis, 12. q. 2. quia legatum Ecclesiæ non indigente seruandum est in futurum Ecclesiæ refectionem, & restorationem. In hoc denique opinionum conflictu tenuit Rota in dicta Syracus. quarta, attendendam esse formam legati: si enim testator vult statim, vel in singulos annos aliquid pro restauratione Ecclesiæ, quæ reparatione non indigeat, tunc seruati po-

terit prior sententia; si verò legat pro restauratione Ecclesiæ, quoties ea indigebit, tunc posterior sententia contraria erit sequenda, & sub hoc articulo cadunt etiam relictæ pro subuentione Ecclesiæ respectu luminarium, ornamentorum, & aliorum ad cultum diuinum pertinentium, ex his namque non debetur quarta, d. cap. ultim. si verò vltus est indeterminate, & non destinatus perpetuò cultui diuino, tunc debetur quarta, d. cap. ex parte, §. cap. requisisti, de testam.

25 Tertius casus est quando aliquid legatur, ut omni anno fiat solemnitas alicuius Sancti, vel quod in aliqua Ecclesia constituatur præbenda, vel altare, aut pulpitum, vel aliud huiusmodi, Innoc. in d. cap. vlt. Franc. Leo dict. cap. 14. num. 9. in princ. Azor. dict. cap. 12. quæst. 7. casu 7. Fr. Ludou. Miranda dict. quæst. 48. art. 3. conclus. 1. vers. quinto, vbi etiam quæritur de oblationibus non debetur quarta.

26 Quartus casus est quando quis in vita donat Ecclesiæ, videlicet ex donatione inter viuos, per cap. de his, de sepult. & cap. 1. de statu monach. resoluunt Azor. d. c. 12. q. 7. casu 9. Fr. Ludou. Miranda d. q. 48. art. 3. concl. 1. in fine.

27 Quintus casus est quando legatur pro maritandis duabus puellis singulis annis, & pro vna puella consanguinea, quia aut sunt pauperes, & non debetur quarta, cum legatum sit factum personis, & non locis, ut supra diximus: aut non sunt pauperes, & vltra præfatam rationem militat alia ratio, quod tale legatum non dicitur pium, & ideo ex eo quarta non debetur, ut conclusum fuit per Rotam in dicta Syracusana quarta. [coram Seraph. d. decis. 726. num. 6.] Idem iuris est si quid legetur certo alicui clerico, vel leprosis, qui in certo loco curantur, vel religiosis in certo loco commorantibus, vel viduis peregrinis, ut alantur, Siluest. verb. Canonica portio, quæstion. 6. Azor. dict. cap. 12. quæst. 10.

28 Quarto dubitatur an ex iis, quæ hospitalibus, vel confraternitatibus relinquuntur, quarta Canonica debeat? de qua quæritur satis dictum est alleg. 75. num. 43.

29 Quinto dubitatur vtrum debeat quarta Episcopalis si quis subditus Episcopo leget aliquid Ecclesiæ extra dioccesim constitutæ? Negatiue respondetur, quia cura illius Ecclesiæ non est pene Episcopum, Abb. in cap. requisisti, de testam. Innocent. in cap. officij, & Ioan. Andr. in cap. certificari, eodem tit. quos refert & sequitur Azor. dict. cap. 12. quæst. ultim.

30 Sexto dubitatur, an Episcopus, cui legatum absolute relictum est, possit insimul canonicam vendicare portionem? In quo dubio affirmatiue respondendum; ratio est, quia quando duo ex diuerso capite, & à diuersis personis debita concurrunt, & non datur animus compensandi ex parte legantis, vtrumque debitu peti potest, iuuat l. Titia, 29. §. qui Marco, ff. de annuis leg. sed quando legator absolute legat Episcopo, & locis piis, concurrunt duo ex diuerso capite, & à diuersis personis debita; deinde ex parte legantis non proponitur animus compensandi, cum canonica portione: quare ita resoluunt per text. in d. cap. officij, vers. quod si, Anton. ibi n. 6. Abb. 4. Couar. 3. & plures ex nouioribus relati à Valdet. in addit. ad Nauar. l. 1. tit. de his arribus ad n. 36. versic. sed pone, optimè D. Barbosa in l. cum dorem, §. si pater, non. 31. ff. soluto matrimonio. Dixi absolute, quia si testator sub conditione legauerit Episcopo, ut contentus legato nihil amplius petat de

canonica portione, & Episcopus acceptauerit, nihil amplius valebit exigere. *d. officij vers. consultationi.*
 31 Ratio est, quia ꝑ quando legatur alicui eo adiecto, ut amplius non petat, eo ipso quod acceptat, videtur debito renuntiasse, text. *in d. cap. officij*, ibi, *renuntiasse*, &c. iuncta reg. 2. *cum ab uno*, §. *de legatis 2. reg. quod semel, reg. scienti, de reg. iuris in 6.* Alexand. *in l. si cum dotem*, §. 3. *si pater*, ff. *solutio matrimon. num. 2.* Roman. *consil. 79. lib. 2.* Socin. *iun. consil. 173. num. 3. lib. 2.* Grassi. §. *legatum questione 16. num. vlt.*

32 Vnde, cum luctuosa nostris temporibus, & apud Hispanos subrogeret in locum canonice portionis, qua modo in desuetudinem abiit apud nostros, si testator ea conditione legatum Episcopo relinquat, ut illo contentus luctuosam non exigit, si Episcopus legatum acceptet, luctuosam petere non poterit, ex supradictis. Quando tamen beneficiarius testator absolute legat Episcopo, non poterit Episcopus legatum, & luctuosam simul retinere. Probatur manifeste, quia testator luctuosa vere debitor est, neque enim illa exigitur ab aliqua Ecclesia inferiori, ut de canonica portione patet; deinde neque ab aliquo tertio, sed ab herede, prout defunctum representat, Nauar. *de spoliis cleric. §. 9. num. 7.* Molina *de iustit. tract. 2. disp. 147. colum. 10.* Deinde testator debitor est non voluntarius, sed necessarius, quippe cum ex vi consuetudinis cogatur, velit, nolit luctuosam soluere, ut modo citati resoluunt, & ideo censerit legasse animo compensandi, iuxta resoluta per Parentem meum *in commentar. ad Ordin. Regiam Lusitan. lib. 4. tit. 31. §. 6. num. 1.* vbi plures refert Doctores. Verum vbi testator modicum legat Episcopo, ut nihil amplius exigit, quamuis acceptet, si fraudem internensse probet, potest restituere, vel compensato legato integram exigere portionem, vel hodie luctuosam vendicare, dummodo tamen prudens, & sciens fraudem commissam, nihilominus non acceptet; ratio est, quia fraus, & dolus non debent alicui patrocinari, neque ut commodum consequatur, neque ut tertio preiudicium irrogetur, *cap. intelleximus, de iudic. Clem. 2. §. verum, colum. penult. de sepult.* Heredes Baronum defunctorum ex antiqua consuetudine solent dare Episcopo, in cuius diocesi habent Baroniam, Regalia consentientia in lecto, equo, pileo, ense, annulo, calcariis, & oreis, sed paucis abhinc annis dubitatum fuit in sacra Congregat. *super consultationibus Episcoporum, & Regularium inter Archiepiscopum Hydruntinum & Alexanensem, an si Baro moriatur in diocesi alterius Episcopi, sint ne huiusmodi Regalia Episcopi illius vbi est Baronia, vel illius vbi moritur; num cum obierit Ioannes Baptista Gallone Baro terra, seu castelli nuncupati Specchio delli Prosci in diocesi Hydruntina existentis, procurator dicti Archiepiscopi petiit Regalia pred. ab illius heredibus eo quod Baroniam habuerat in sua diocesi, cui petitioni se opposuit Episcopus Alexanensis, qui dicebat huiusmodi Regalia ad se spectare, sub pretextu quod dictus Baro licet possideret Baroniam in diocesi Hydruntina, decessit tamen in terra Trimaesci Alexanensis diocesis, & propterea Regalia sibi deberi ratione funeralium & sacramentorum. Quo negotio delato ad eandem Sacram Congregationem Illustrissimo Lancellotto referente, fuit resolutum ad favorem Archiepiscopi Hydruntini, & Sacra Congregatio se fundavit in alia simili decisione facta de anno 1600. inter eundem Episcopum Hydruntinum, & Episcopum Licentiam; cum enim quidam Baro Canalis nuncupati Canali, diocesis Hydruntinae decessisset in Ciuitate Li-*

cij, Episcopus Licentiam preterdit sibi deberi Regalia predicta ratione sepulture & Sacramentorum, que in dicta Ciuitate fuerant ministrata dicto defuncto, delato negotio ad eandem Sacram Congregat. ad relationem Illustrissimi Gymnalis fuit resolutum Regalia spectare Archiepiscopo Hydruntino, in cuius diocesi erat Baronia, non autem Episcopo Licentiam; in cuius Ciuitate Baro decesserat; ita refert nouissimè D. Iulius Laur. multis nominibus à me commendandus *tom. 1. variar. elucubr. tit. 2. de presco; & recenti succedendi more cap. 3. num. 204.* vbi subdit rationem huius resolutionis eam esse posse, quia ista Regalia non dantur ratione sepulture & Sacramentorum, sed Baronie.

De quarta decimationum Episcopo debita.

§. I I.

33 Deueniendo ad quartam decimarum Episcopo debitam sciendum tempore primitiue Ecclesie, cum Episcopi essent pauperes, statutum fuisse, ut ipsi de oblationibus matrici Ecclesie factis sumerent medietatem, *cap. antiquos, 30. quest. 1.* Procedente tempore ex parochialibus tantum tertiam oblationum, decimarum, tributorum, & frugum haberent, *cap. de his, c. decernimus, eadem distinet. 10. quest. 1. & cap. constitutum, 16. quest. 1.* cum onere fabricæ Ecclesiarum, *cap. 1. & cap. vno, 10. quest. 3.* & de nostro Lusitania regno agendo idem colligitur, ex *cap. prescis, eadem causa, & quest. 1.* Iure tamen recentiori quartam tantum deberi Episcopis ex omnibus decimis Ecclesiarum parochialium sui Episcopatus sine vilo onere fabricæ probant text. *in d. cap. conquereute, de officio Ordin. & in c. de quarta, de prescript. Zanol. in praxi Episcop. par. 1. verb. decima. §. 10. pag. 125. P. Soar. de relig. tom. 1. lib. 1. de animo cultu, cap. 28. num. 9.* Francisc. Leo *d. cap. 14. num. 33.* ratione coniunctionis, & vniuersalis curæ, quam habet Episcopus in Ecclesiis subiectis, post Innocent. *in cap. requisisti, de testament. notant Tyndar. tract. de decimis, n. 71.* Moneta *codem tract. cap. 7. quæst. 2. num. 14. in fine*, ita ut in prædicta quarta decimarum, de iure communi fundatus sit, Tyndar. *d. num. 71.* Rebuff. *de decimis, quest. 3. num. 14. & quest. 7. num. 11.* Moneta loco proxime citato, Rota *decis. 31. num. 5. par. 1. diuers. & decis. 402. num. 1. par. 2. & in vna Caurien. seu nullius iurisdictionis, 1576.* coram Laurentano, & in Tolontana præsentiarum reddecimarum 19. Nouembris 1585. coram D. Aldobrandino, postea S. D. Clemente VII. impressa per Marchesan. *de commission. part. 1. pag. 682.* Rota etiam in vna Pacen. decimarum 12. Februarij 1608. coram Illustrissimo Cardinal. Sacrato, & in Nouarien. decim. 15. Aprilis 1611. coram Illustrissimo Cardinali Ludouiso, nunc S. D. N. Gregorio XV. [inter eius impressas *decis. 519. num. 1. & 2.*] Vnde Rota eadem apud Seraphin *decis. 1449. num. 4.* reprobauit opinionem illorum, qui tenentur istam quartam non de iure communi, sed de consuetudine ad Episcopum pertinere. Hinc Episcopus dicitur habere coequalitatis ius cum parochia ratione dictæ quartæ, Rota in vna Conchen. decim. dell' Infantado, 18. Decembris 1617. coram Reuerendissimo Patre Domino Andrea. Bene verum est, quod non potest exigere immediatè istam quartam à laicis, sed illam exigere debet à parochia, *[cap. conquereute, de officio Ordin.]* Seraphin *dict. decis. 1449. num. 5. & 6.*

[Gregor.

[Gregor. XV. *decis. 519. num. 2. & 3.* Lotter. *de re benef. lib. 1. quest. 20. num. 81. cum sequentibus*, Gregor. XV. *decis. 529. num. 2.* Caualer. *decis. 487. num. 1.* Duran. *decis. 320. num. 2. par. 2.* vbi tenet Episcopum habere iuris assistentiam & intentionem fundatam in perceptione quartæ decimalis, cum agitur contra laudes, sed contra Rectores.]

Et hanc opinionem, quod Episcopus fundat intentionem suam super quarta decimarum, de iure debita, firmavit Rot. *decis. 31. num. 5. par. 2. diuers. & nouissimè in Nouarien. decimarum 7. Maij 1627.* coram R. D. meo Pirouano.

Nec obstat quod supradicta opinio bene procedit contra Rectorem, à quo Episcopus exigere debet suam canonicam portionem, non autem contra parochianos incolas, qui tenentur respondere de decimis suo Rectori, & non Episcopo, *cap. cum contingat, de decimis*, ibi, *quod cum perceptio decimarum ad parochiales Ecclesias de iure communi pertineat, & cap. cum in tua, eod. tit. ibi, alioquin parochialibus exsoluantur, ad quas de iure communi spectat perceptio decimarum, Castr. consil. 38. per totum par. 1.* Seraphin. *decis. 519. num. 2. & decis. 1449. numero 5.*

Quia Host. sentiens hanc contrarietatem illam conciliat *in d. cap. cum contingat num. 1. vers. vnde*, nam verum est quod *cap. quoniam, & cap. dudum, de decim.* dicunt Episcopum fundare suam intentionem in portione Canonica, & in *cap. cum contingat, & in cap. cum in tua*, de iure communi decimas spectare ad Ecclesias Parochiales: sed, inquit ille, Episcopus fundat quoad Canonicam, Parochialis vero Ecclesia quoad alia, & ita vna dispositio aliam non destruit, sed bene inter se conueniunt, & Ioann. Andr. *in d. cap. cum contingat, num. 4.* sequitur hanc distinctionem; propterea aut Rector non est in causa, aut neglectus exigere decimas, & Episcopus pro sua portione Canonica potest agere iure proprio, aut si vult agere pro omnibus decimis, etiam potest, sed nomine Ecclesie Parochialis, cui tenetur illas conseruare, *cap. sui de success. ab intest. Host. in d. cap. cum contingat num. 2. & Ioann. Andr. in dist. cap. quoniam num. 3.* adherentes Ordinarios habere etiam fundatam intentionem quoad portionem nomine suarum Ecclesiarum Parochialium, quod etiam admittit Rota in *Carien. decimarum 13. Martij 1587.* coram Orano, & per hanc distinctionem conueniunt decisiones coram bon. mem. Cardinal. Pamphilio, & bon. mem. Iusto in Conchen. *decimarum dell' Infantado*, quæ referuntur *in decis. 442. 485. & 520. par. 1. recentior.* & postmodum coram bonæ mem. Andrea 18. Decembris 1617. in quibus fuit firmatum Episcopum habere in prædiis decimatoriis ius reale, & coequalitatis cum Rectoribus, & esse inter se quasi partionarios, & prout tales nuncupantur per Host. *in dist. cap. quoniam*, & Ioann. Andr. *num. 3. de decim.* quæ realitas, & coequalitas tolli non potest per negligentiam, aut malitiam Rectorum non comparantium, cum sit fundata in proprio iure immediato, non autem mediato ex persona Rectorum: similiter si idem Rector est in causa, & Episcopus simul agentes contra laicos Parochianos, minor esset difficultas, quia uterque agit ex iure suo, & admittitur ista simultanea actio in *Ceruien. decimarum 22. Aprilis 1602.* coram Penia. Ac demum quando Rector nec est in causa, aut negligit, sed esse, aut agere, & negligere non potest, quia decimæ ad illum non pertinent, tunc Iura non prohibent quin Episcopus fundet intentionem suam contra laicos, & alios quoscumque pro decimis præ-

dialibus, *cap. sui de suc. off. ab intestato, cap. quoniam, & cap. dudum, de decim.* & idem admittit Rot. in *Possanen. decimarum 18. Martij 1591.* coram Gypso, ex quibus patet consequentia, quam faciunt Castr. *in dist. consil. 38.* & Gregor. *decis. 519.* non esse tutam, quod decimæ debent percipi à Rectoribus, & ab ipsis Episcopi exigunt quartam, & sic mediatè, non autem immediatè à laicis, qui etsi *cap. cum contingat, & cap. cum in tua*, expressè dicant perceptionem decimarum de iure communi pertinere ad Ecclesias Parochiales, non tamen excludunt Episcopos, quin & ipsi fundant intentionem quoad eorum canonicam portionem, iuxta *cap. quoniam, & cap. dudum, eodem tit. attempta compatibilitate, quam ponit Host. ut dicebam in dist. cap. cum contingat, num. 1. vers. non obstat*; Colliguntur hæc ex decisione in *d. Nouarien. decimarum*, coram Reuerendissimo Patre Domino meo Pirouano. Ex quibus

35 Primò inferitur, hodie iure communi deberi Episcopis quartam decimationum ab Ecclesiis Curatis, non autem ab ipsis Parochianis, nam parochiani tenentur Ecclesiis, Ecclesie vero Episcopis decimas soluere, secundum gloss. *verb. decimationum, in dicto cap. conquereute.* ꝑ Quando prædium non est in alicuius parochia situm, illius decimæ pertinent ad Episcopum, *cap. quoniam*, vbi Abb. *num. 2. & 4. cap. dudum, gloss. verb. iure communi in cap. cum contingat, de decimis* Rebuff. *dist. quest. 7. num. 8.* Tyndar. *d. tract. num. 69.* Azor. *insit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 36. quæst. 9.* & censuit Rota in vna Pacen. *decimarum dell' Hebrero 9. Junij 1603. & 21. Junij 1604.* coram Reuerendissimo Domino Coccino Rota Decano, [inter eius impressas *decis. 485. num. 1.*] & in vna Placentina *decimarum personalium de Tringillo, 18. Martij 1616.* coram Reuerendissimo Patre Domino Buratto, & in vna Conchen. *decimarum dell' Infantado, 18. Decembris 1617.* coram Andrea, ꝑ Idem dicendum est, vbi Parochia non sunt distinctæ, Tyndar. & Azor. proxime citati, Rota in vna *Ciuitaten. decimarum, 26. Martij, & 28. Junij 1618.* coram R. P. D. Verospio. [Lotter. *dist. lib. 1. quest. 20. num. 103.*]

38 Inferitur secundo nulla monasteria, vel Ecclesie inferiores, exceptis Parochialibus, debere istam quartam, attento iure communi, cum eodem iure ad nullas alias Ecclesias pertineant decimæ, ex quibus ista quarta detrahatur. Vnde sequitur illam esse legis diocesanae, Cochier. *de iurisditt. Ordin. in exemptos par. 1. quest. 15. n. 6.* à qua exempta sunt monasteria, Abb. *in cap. 1. de statu monachor. Bertrachin. tract. de Episcopo, lib. 4. par. 2. quæst. 55. num. 80.* quos refert, & sequitur Cochier. *d. par. 1. quest. 16.*

39 Inferitur tertio consuetudinem posse variare circa solutionem huius quartæ decimationum, potest enim in totum tollere illam, cum præscribi [cursum temporis quadraginta annorum] valeat contra Episcopum, *d. cap. de quarta*, [Lotter. *d. lib. 1. quest. 10. num. 106.*] vnde hodie tertia decimationum ab aliis Ecclesiis debetur Episcopis; ab aliis vero nec tertia, nec quarta. Et in aliquot Episcopatibus hæc tertia, vel quarta decimationum debetur Capitulis Ecclesiarum Cathedralium propter separationem factam inter Episcopos, & Capitula ex conuentione illorum, ex quo tamen non sequitur istam quartam, vel tertiam non esse ius Episcopale sua natura. Hinc Canonica portio de qua supra egimus, Episcopo, vel Ecclesie parochiali debita pro parte,

parte, vel in totum consuetudine, seu præscriptione potest tolli, & ad id sine titulo sufficit tempus, de cuius initio non fit memoria, quia illud habet vim tituli: cum titulo vero sufficit tempus quadraginta annorum, ita post Panorm. & Syluest. resolu-uit Fr. Ludouic. Miranda dict. quest. 48. art. 5. conclus. 2.

De Cathedralico sine Synodatico Episcopo debito. §. 111.

- 40 **C**athedraticum, quod ob honorem Cathedralis Episcopalis sic vocatur d. cap. conquirente, de offic. Ordin. cap. pastoralis, de donat. Flamin. de confident. quest. 15. num. 5. Bellet. disquisit. cleric. par. 1. tit. de clerico debitore §. 15. num. 7. vers. appellatur, & quandoque nuncupatur synodaticum, quia in Synodo solui consuevit, cap. olim, de censib. Host. in dict. cap. conquirente num. 12. Bellet. loco citato [glos. verb. duos solidos in cap. conquirente, de offic. Ordin. Lotter. dict. lib. 1. quest. 21. num. 54. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 620. num. 1.] ultra procuracionem Episcopis debetur, glos. in summ. & cap. 1. & cap. inter cetera, 10. quest. 3. Francisc. Leo dict. cap. 14. num. 5. Zerol. in praxi Episcopali par. 1. verb. ius Cathedraliticum, ubi in §. 1. asserit, quod ꝑ debetur per Presbyteros suis Episcopis, & quod solet dari pro festo Natiuitatis, & Resurrectionis Domini, & in §. 4. ꝑ resoluat quod non potest præscribi, licet per contrariam consuetudinem, possit aliter introduci, de quo etiam Aloyf. Ricc. in praxi anrea resolut. 182. Bellet. dict. iii. de clerico debitore §. 12. num. 13.
- 41 ꝑ Taxam autem huiusmodi cathedralicam [vsque ad duos solidos] ponit glos. in dict. cap. conquirente, de officio Ordin. verb. duos solidos, [Pauin. tract. de visit. par. 1. quest. 5. num. 13. Rota decis. 465. num. 1. par. 2. recentiss. in posthum. ubi num. 7. quod de consuetudine potuit augeri, Lotter. dict. quest. 21. num. 53. Gratian. dict. cap. 620. num. 3.] qui soluendi sunt secundum taxam, quæ antiquitus solui consuevit, Bald. consil. 23. vol. 1. quem refert Aloyf. Ricc. d. resolut. 182. num. 1. [Henric. Bottæ. de Synodo Episcopi par. 3. num. 81. & 90. Pauin. de visit. par. 1. quest. 5. num. 13. Gratian. dict. cap. 620. num. 4.] Surd. consil. 454. num. 12. Sed ꝑ quia solidorum valor formis non est, immo varius attenda diuersa prouinciarum taxatione, vt per Couar. lib. 1. variar. cap. 11. num. 3. & de veter. numism. cap. 6. num. 5. Gregor. l. 9. verb. de Oro, tit. 4. part. 5. Gu-tier. de iur. inent. confirmat. par. 1. cap. 7. num. 4. Surd. consil. 454. num. 11. Molina de iustit. tractat. 2. disput. 278. vers. dubium tamen est, Christoph. de Paz in scholiis ad leges styli, l. 84. à num. 1. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 51. num. 14. ideo attendenda est diuersarum Cathedralium consuetudo bona, & rationabilis in eius taxatione, Zerola in praxi Episcopalis dict. verb. ius Cathedraliticum, §. 5. Aloyf. Ricc. dict. resolut. 182. num. 1. in fine, Piasec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 2. num. 20. ubi resoluat etiam quod cum Cathedralicum detur in signum subiectionis, & in honorem Cathedralis, nullo tempore præscribi potest quominus debeatur, [nisi concurrat tempus immemorabile, Bottæ. dict. par. 2. à num. 91. cum sequentibus, Balb. de præscript. par. 1. par. 5. princ. quest. 16. num. 3. & par. 6. in princ. num. 2. Gratian. d. cap. 620. à num. 5.

Amplius neque Episcopus potest eximere Ecclesias sibi subiectas à solutione Cathedralicæ, Abb. in cap. venerabilis 21. num. 3. & ibi Anan. num. 4. in princ. de censib. non enim venit in generali dispositione, cap. pastoralis, de donat. Bottæ. par. 3. num. 83. Gratian. d. cap. 620. num. 10. & 11.] Vnde licet pleno iure liberaretur Ecclesia, adhuc non censeretur remissum Cathedralicum, nisi expressè ponatur, glos. in d. cap. pastoralis, de donat. nemo enim censeretur esse sine subiectione, alioquin censeretur acephalus, cap. nulla ratione, distinct. 93. Regulares tamen ab illius præstatione sunt exempti, cap. inter cetera, 10. quest. 3. [Lotter. d. lib. 1. q. 21. ex num. 73.]

ALLEGATIO LXXXVII.

Episcopus charitatum subsidium quando, & à quibus exigere possit.

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur qui de charitativo subsidio tractarunt.
- 2 Charitatum subsidium dicitur charitatis auxiliium, quia à principio ex charitate peti debet, non per vim extorqueri.
- 3 Charitatum subsidium petitur quando redditus proprie Ecclesie non sufficiunt.
- 4 Diuites possunt compelli officio iudicis ad dandam elemosinam egenis tempore magna famis, & necessitatis.
- 5 Episcopus, subsistente manifesta, & rationabili causa, potest subditos clericos compellere ad charitatum subsidium soluendum.
- 6 Iudex in causa propria potest esse Episcopus subsistente manifesta & rationabili causa, quæ spectet ad dignitatem, & honorem Ecclesie.
- 7 Episcopi, Archiepiscopi, Primates, seu Patriarchæ in ciuitatibus, & diocesis suis possunt data manifesta & rationabili causa subditos ad subsidium charitatum cogere.
- 8 Charitatum subsidium exigere potest Episcopus electus & confirmatus, licet nondum consecratus.
- 9 Archiepiscopus, Primas, & Patriarcha ab Ecclesiis, & clericis sua prouincia extra diocesim suam, iure subsidium charitatum exigere non possunt.
- 10 Administrator, seu coadiutor datus Episcopo per Papam vel Ecclesie Cathedrali vacanti, potest à subditis illius Ecclesie exigere charitatum subsidium.
- 11 Charitatum subsidium debet Episcopus exigere cum consilio Capituli sui, & clericorum.
- 12 Vicarius generalis Episcopi non potest charitatum subsidium exigere, nisi speciali ipsius Episcopi mandato.
- 13 Capitulum Sede Episcopali vacante potest charitatum subsidium exigere.
- 14 Capitulum Sede vacante non potest statutum condere quo charitatum subsidium in futurum ex parte minuat.
- 15 Cardinales in Ecclesiis suorum titulorum charitatum subsidium petere possunt.
- 16 Legatus Papa habet ius exigendi charitatum sub-

- subsidium ab Ecclesiis prouincia sibi delegata.
- 17 Prælati Episcopo inferiores non possunt de iure subsidium charitatum exigere, sed privilegio, vel consuetudine.
 - 18 Abbates, vel Priores non possunt exigere charitatum subsidium ab Ecclesiis secularibus, vel Regularibus monasteriis sibi non pleno iure subiectis.
 - 19 Præpositus, sine Præfectus totius Ordinis Regularis potest charitatum subsidium petere à monasteriis Ordinis sui pro sumptibus necessariis ad gubernacionem ordinis, si aliunde non habeat bona.
 - 20 Commendatarius perpetuus Ecclesie Cathedralis habet legitimam administrationem, & potest exercere iurisdictionem, quæ competet Episcopo titulari.
 - 21 Commendatarius perpetuus Ecclesie Cathedralis potest exigere charitatum subsidium ab Ecclesiis sibi subiectis.
 - 22 Papa charitatum subsidium potest exigere ab omnibus clericis, & Ecclesiis.
 - 23 Papa liberam habet administrationem omnium beneficiorum, & est dominus, & ordinarius camellorum, & Episcopus vniuersalis Ecclesie.
 - 24 Exemptio generalis non censeretur eximere à charitativo subsidio per Papam imposto.
 - 25 Charitatum subsidium non potest præscribi.
 - 26 Prælati qui potest charitatum subsidium exigere, debet prius congregato Clero cum charitate, & humilitate ei exprimere causam sua indigentie.
 - 27 Causa ad charitatum subsidium exigendum debet esse manifesta, & rationabilis.
 - 28 Causa manifesta, & rationabilis, quæ dicatur in exigente charitatum subsidium, ostenditur.
 - 29 Charitatum subsidium potest exigere pro sua consecratione, vel pro solutione debitorum in Ecclesie utilitatem contractorum.
 - 30 Charitatum subsidium potest exigere Episcopus si magnas fecerit expensas in negotiis totius diocesis communibus pertractandis.
 - 31 Charitatum subsidium potest Episcopus exigere pro fabrica sua Ecclesie, vel alia re continente illius publicam utilitatem, vel conseruationem.
 - 32 Charitatum subsidium exigere potest Episcopus si iter facturus sit ad Papam, vel Imperatorem, vel Regem ab Ecclesie sua utilitatem.
 - 33 Charitatum subsidium potest exigere Episcopus si visuraturus sit limina Apostolorum.
 - 34 Charitatum subsidium potest exigere Episcopus si velit ire ad Concilium Prouinciale.
 - 35 Charitatum subsidium potest exigere Episcopus si impensas necessarias, & alicuius momenti fecerit in aduentu Imperatoris, Regis, vel Principis.
 - 36 Episcopus quoties rationabilis causa subist, non solum semel, sed etiam pluribus vicibus potest charitatum subsidium exigere.
 - 37 Charitatum subsidij summa quæ sit exigenda, ostenditur.
 - 38 Charitatum subsidium clerici ex urgenti causa possunt compelli soluere ultra taxam solitam.
 - 39 Charitatum subsidium ratione beneficiorum potest Episcopus exigere à Clero, & Ecclesiis sua ciuitatis, & diocesis.
- Barbof. de Episcopo Pars II l.
- 40 Laici charitatum subsidium soluere non compelluntur.
 - 41 Cap. cum Apostolus, §. prohibemus, de censibus, declaratur.
 - 42 Feudi ipsius quarta pars annui redditus pro subsidio charitativo est solueda.
 - 43 Capitulum, seu Canonici Ecclesie Cathedralis tenentur Episcopo suo præstare charitatum subsidium.
 - 44 Charitatum subsidium non debetur ex distributionibus quotidianis inspecto iure communi, nisi contrarium fuisse statutum.
 - 45 Monasteria non tenentur præstare Episcopo charitatum subsidium.
 - 46 Clement. 1. & 2. de censibus, declaratur.
 - 47 Exempta Ecclesia non tenentur præstare Episcopo charitatum subsidium, quod vt intelligatur ibi ostenditur.
 - 48 Clerici nullum Ecclesiasticum beneficium habentes, non possunt cogi Episcopo præstare charitatum subsidium. [Subsidium an solui debeat de bonis relictis pro appellatis non collatis, remissiuè. ibid.]
 - 49 Clerici pauperes, qui ex redditibus suorum beneficiorum nihil habent ultra honestum vitium, minime cogi possunt ad charitatum subsidium præstandum.
 - 50 Beneficium habens, sed nullos fructus aliquo fortuito casu percipiens, ad subsidium charitatum non tenetur.
 - 51 Regor Ecclesiam habens in vna diocesi, prædicia vero in alia, tenetur soluere charitatum subsidium Episcopo in cuius diocesi sita est Ecclesia.
 - 52 Pensionarius an teneatur ad subsidium charitatum, ostenditur.
 - 53 Charitatum subsidium, cui Episcopo sit soluendum, quando Ecclesia est in confinio duarum diocesium, ostenditur.
 - 54 Successor in beneficio soluere subsidium cogitur, quod antecessor beneficiariis non soluit.
 - 55 Hospitalia quando teneantur ad charitatum subsidium, ostenditur.
 - 56 [Subsidij Hispanici prima concessio de trecentis millibus ducatis auri.
 - 57 Subsidij Hispanici secunda concessio.
 - 58 Milites S. Iacobi de Spata (excepta tamen magistratrali mensa) & quatuor mendicantium Ordinum Fratres immobilia possidentes ad subsidiorum hactenus non solutorum solutionem tenentur.
 - 59 Subsidij Hispanici concordia inter vniuersum Clerum Regnerum Castellæ, & Legionis & Regem Catholicum inita.
 - 60 Excusatum subsidium in Regnis Hispaniarum quando inceperit, & quomodo soluebatur, & ad quod tempus, & num. 61.
 - 62 Excusati ad concessionem tenentur S. Hieronymi & Cisterciensis Ordinum Religiosi.
 - 63 Pensionum ratione à S. R. E. Cardinalibus obtentorum an excusatum solui debeat.
 - 64 Cruciate, subsidij, & prime decime excusati officia vendi non possunt.
 - 65 Milliones quando inceperint.
 - 66 Milliones in quibus speciebus imponendi, & ad quod tempus solui debeant, & num. 67. 68. & 69.
 - 70 Tertia decimarum Regibus Catholicis concessarum quando eis solui inceperint, & quomodo hodie persoluantur, & numeris seqq.]



DE charitativo subsidio peculiares edidere tractatus Barthol. Bellencinus, Remig. de Gonnis, & Francisc. Pavinus, & aliqua tractarunt Duen. reg. 89. Menoch. de arbitr. casu 178. & 179. Nauar. conf. 10. in antiq. alias 5. in nouis, sub tit. de censibus, Sayr. in floribus decis. sub cod. tit. decis. 11. Quaranta in sum. Bullarij, verb. Concilium prouinciale num. 8. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 9. cap. 14. Cened. ad Decretal. collect. 115. à num. 6. Pialec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 2. num. 11. Bellet. disquisit. cleric. par. 1. tit. de clerico debitore §. 12. [nouissimè Alphonf. de Leone de officio Capellani q. 5. f. 17. num. 258. cum seqq.]

2 Charitativum subsidium secundum Host. & alios in cap. conuenerunt, de officio Ordin. dicitur charitatis auxilium, quia à principio ex charitate peti debet, non per vim extorqueti, vt colligitur ex cap. ex parte de censibus, & appellatur subsidium, quia sicut subsidiaria actio datur quando deficit propria, & specialis actio, vt in §. fin. Instit. ad leg. Aquil. & in §. fin. vbi glof. Instit. de interd. ita & hoc subsidium petitur quando reditus propriæ Ecclesiæ non sufficiunt pro oneribus incumbendis, Bellencin. dist. tract. de charit. subfid. quest. 14. Azor. d. cap. 24. quest. 2. Guid. Papæ decis. 371. quem refert Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 1. collect. 52. Bellet. d. §. 12. num. 6. Præfcripti autem nunquam potest, esset enim præscribere contra charitatem, Bellencin. quest. 45. Pialec. dist. num. 11. Bellet. d. §. 12. à num. 9.

4 Quamuis huiusmodi subsidium charitativum dicatur charitatis auxilium, tamen cum officio Iudicis possint diuites compelli ad dandam elemosinam egentibus tempore magnæ famis, & necessitatis, Azor. instit. moral. par. 2. lib. 12. c. 13. quest. 3. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 17. §. 5. in fine. Surd. de aliment. tit. 3. quest. 3. num. 27. ita & Episcopus subsistente manifesta, & rationabili causa poterit subditos clericos compellere ad huiusmodi subsidium soluendum, ita Host. Ioan. Andr. Butr. & Abb. in cap. cum Apostolus, de censib. & plures alij, quos refert, & sequitur Rendina in promptuario recept. sent. tit. 38. num. 12. immo Lap. alleg. 20. quæ incip. Si vacante, dicit posse Episcopum propter hoc clericos excommunicare, quod probat ex Clem. frequens, de excess. Præl. & demum per censuras posse ipsum Episcopum compellere sibi subditos ad charitativum subsidium soluendum resoluunt Alexand. de Neuo conf. 58. num. 5. Boër. decis. 136. num. 1. & 2. Host. in cap. cum Apostolus, de censib. num. 7. & 8. vbi Abb. num. 5. Innoc. Anch. & alij, Bellet. d. §. 12. num. 15. Et Auditores Rotæ in nouis decis. 425. alias 23. quæ incip. Item extra Rotam petebatur consilium, dicunt posse Episcopum in sua diocesi edictum proponere, vt vbicunque clericus beneficium habens non soluerit ei charitativum subsidium infra certum tempus sit excommunicatus.

6 Nec obita quod Episcopus videatur esse iudex in causa propria contra l. 1. C. ne quis in sua causa, quia respondetur, quod subsistente manifesta, & rationabili causa, quæ spectet ad dignitatem, & honorem Ecclesiæ, potest Episcopus esse iudex in causa propria, cap. Romana, de penis, cum traditis per Zetol. in praxi Episcop. par. 1. verb. Episcopus, Alex. Trenta inq. var. resolut. lib. 2. tit. de iudic. resolut. 5. num. 7. Marta in votis nouiss. decis. voto 57. n. 23. Surd. conf. 50. [Aloyf. Ricc. in decision Curie Archiepiscop. Neapol. par. 1. decis. 144.] tum etiam ratione notorij, & manifesti, Trenta inq. d. resolut. 5.

num. 6. D. Barbosa in l. si de vi, num. 143. ff. de iudic. [Est enim Episcopus iudex competens in causa suæ Ecclesiæ. Put. decis. 210. num. 3. par. 2. Nau. conf. 21. num. 17. de sent. excomm. Marant. de ordine iudic. p. 4. verb. seculares, vel Ecclesiast. n. 26. Callad. decis. 6. n. 1. de priuil. Cas. de Grassis decis. 4. n. 1. cum seqq. de except. Sbroz de offic. vicar. lib. 3. q. 60. Marc. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 48. sub n. 8. quos refert Sperell. in decisionib. fori Ecclesi. decis. 93. à n. 1. vbi n. 18. in princ. subdit Episcopum in causis Ecclesiæ suæ posse iudicem agere, sed aliqua ratione allegari susceptum.]

Et nota pro huiusmodi subsidio charitativo posse relaxari executionem non obstante appellatione. Capuraq. decis. 228. par. 1. quem refert Bellet. d. §. 12. num. 34.

Huius alleg. materia in tres diuidetur articulos, primò examinabitur, qui possint huiusmodi subsidium exigere: secundò quibus ex causis: tertio à quibus personis.

Charitativum subsidium qui possint exigere.

EPiscopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, seu Primates, in ciuitatibus, & diocesis suis possunt, data manifesta, & rationabili causa licite subditos cogere (cum charitate tamen, & dubio moderamine) ad charitativum subsidium soluendum, quo suis consulant necessitatibus, ita probant text. in cap. conuenerunt in fine, de officio Ordinarij, & in c. cum Apostolus, §. prohibemus, de censibus, post alios Oldrad. conf. 104. & 234. Lap. alleg. 20. Duen. regul. 89. Palat. in repet. c. per vestras, notab. 2. §. 27. à num. 10. Cassan. in consuet. Burgund. rub. 1. §. 4. gloss. à n. 13. Menoch. de arbitr. casu 178. num. 1. Cened. ad Decretal. collect. 115. n. 6. Nauar. conf. 7. sub tit. de censibus, in antiq. Sayr. in floribus decisionum sub eodem tit. decis. 7. Pialec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 2. num. 11. Bellencin. d. tract. de charitativo subsidio, q. 1. n. 1. Azor. d. c. 14. quest. 5. [Franc. de Alfaro de officio fiscali, gloss. 9. n. 16.] Quod quidem subsidium exigere potest Episcopus electus, & confirmatus, nondum consecratus, Bellencin. q. 9. Azor. d. quest. 5. in fine, ex eo, quia hoc est iurisdictionis, non Ordinis, d. c. conuenerunt, in fine. Et hoc intelligendum est semper, quando ille ex suo proprio, vel per se non potest satisfacere, nisi petat tale subsidium charitativum. Host. in cap. cum Apostolus §. prohibemus num. 7. vbi Abb. n. 5. ante fin. de censib. Alex. de Neuo conf. 57. num. 1. & conf. 58. num. 1. & 4. Menoch. de arbitr. casu 520. num. 10. Bellet. d. §. 12. n. 6.

9 Archiepiscopus, Primas, & Patriarcha ab Ecclesiis, & clericis suæ prouinciæ extra diocesim suam iure tale subsidium exigere non possunt, quamuis consuetudine recepta alicubi id fortassis possint. Bellencin. d. tr. q. 2. Azor. d. c. 14. quest. 5. vers. sed dubia questionis est. & Administrator verò, seu coadiutor datus Episcopo per Papam, vel Ecclesiæ Cathedrali vacanti, potest à subditis illius Ecclesiæ exigere charitativum subsidium, per text. in c. is cui, de elect. lib. 6. & in c. ult. in fine, de supplenda negligent. Prælator. eod. lib. Bellencin. q. 8.

11 Et quando Episcopus à Clero suo exigere vult charitativum subsidium, debet facere cum consilio Capituli sui, & etiam ipsorum clericorum, per text. in cap. nouit, & in cap. quanto, de his que sunt à Prælati, resoluunt Innoc. Ioan. Andr. & Anton. de Butr. in d. cap. cum Apostolus. Bellencin. q. 10. Alexand. de Neuo consil. 58. num. 3. Bero. conf. 81. n. 40. vol. 1. Bellet. d. §. 12. num. 8.

Vica

12 Vicarius generalis Episcopo non potest tale subsidium exigere, nisi speciali ipsius Episcopi mandato, hoc enim nullo iure est illi concessum, & proinde in generali mandato, quod accipit ab Episcopo, non continetur. Bellencin. q. 21. Azor. d. c. 14. quest. 5. vers. Vicarius.

13 Capitulum Sede Episcopali vacante potest tale subsidium exigere. glof. verb. alimide in cap. cupientes, §. ad hoc, de elect. lib. 6. vbi Ioan. Monach. Archidiacon. & Dominic. Bellencin. q. 7. Azor. d. q. 5. vers. item collegium, Bellet. d. §. 12. n. 38. Nequit tamen statutum condere, quo tale subsidium in futurum ex parte minuatur, Bellencin. q. 45. Azor. d. cap. 14. q. 7. vers. iura Canonorum.

14 Cardinales, cum in Ecclesiis suorum titulorum iurisdictionem habeant de iure communi, Episcopaliaque iura obtineant, cap. querelam, de elect. Alphonf. Aluarez Guerrero in speculo Pontif. cap. 28. post princ. vers. de Reuerendissimis pag. 72. Læz. Zech. de Republ. Eccles. tit. de Cardinal. num. 9. Marc. Anton. Cuch. lib. 2. instit. maiorum tit. 4. Anastaf. Germanon. de indulstis Cardinal. & alij apud Homobon. de Bonis de humana vita statibus cap. 5. paulò post princip. par. 1. & tale subsidium petere possunt, Ioan. Monach. in cap. 1. de maior. & obediunt. lib. 6. Bellencin. quest. 3. Azor. d. quest. 5. vers. quæres. [Remig. de Gonnis in tract. de charitativo subsidio quest. 21. Marcel. Megal. in par. 2. lib. 2. cap. 15. q. 3. num. 13. Scip. de Rubcis in aphorism. Episcop. verb. charitativum subsidium num. 9. nouissimè Diana moral. resolut. par. 5. tract. 2. de potest. & priuil. S. R. E. Cardinal. resolut. 55.]

16 Legatus Papæ, cui commissum est plenæ legationis officium in sua prouincia, cum omnia liberè & immediatè possit, quæ quilibet Ordinarius iure, siue consuetudine potest, vt probat Speculator tit. de legato & §. nunc ostendendum, vers. legatus, igitur habet ius exigendi huiusmodi subsidium in Ecclesiis prouinciæ sibi delegatæ, Bellencin. q. 12. Azor. d. q. 5. §. quid dicendum.

17 Prælati Episcopo inferioris iure quidem non possunt tale subsidium exigere, sed priuilegio, vel consuetudine, ita Bellencin. quest. 4. Azor. d. quest. 5. vers. quid dicendum, Boër. decis. 133. quem refert Aloyf. Ricc. d. collect. 52. Duen. regul. 91. Cened. d. collect. 115. num. 7. ad fin. Bellet. d. §. 12. num. 38. &

18 idem Bellencin. quest. 5. resolut quod & Abbates, vel Priores non possunt exigere charitativum subsidium ab Ecclesiis secularibus, vel Regularibus Monasteriis sibi non pleno iure subiectis, & addit ex

19 Calderin. conf. de censibus, & Præpositum, siue Præfectum totius Ordinis Regularis posse huiusmodi subsidium petere à Monasteriis Ordinis sui proprijs necessarijs ad gubernationem Ordinis, si aliunde ratione præfecturæ non habet bona, quæ ad hoc onus sustentandam destinata sufficiant.

20 Commendatarius perpetuus Ecclesiæ Cathedralis cum habeat legitimam administrationem, & possit exercere iurisdictionem, quæ competet Episcopo titulato, vt tenent Archidiacon. in cap. nemo deinceps, de elect. lib. 6. Innocent. in cap. constituerit, de accusat. Cardinal. in Clement. ult. de procuratorib. quest. 12. & potest exigere charitativum subsidium ab Ecclesiis sibi subiectis, Bellencin. quest. 6. Azor. d. quest. vers. Commendatarius.

22 De Romano Pontifice dubitari non potest, quin hoc subsidium possit exigere ab omnibus clericis, & Ecclesiis, Bellencin. quest. 1. num. 2. Azor. d. quest. 5. in princip. cum quia liberam habeat administrationem

omnium beneficiorum. c. 2. de praben. in 6. Clement. 1. vt lite pendente, tum quia & est dominus & Ordinarius cunctorum. Episcopus vniuersalis Ecclesiæ, & Ordinarius Ordinariorum, c. cum ea per mundum, 9. q. 3. Flamin. de resig. lib. 8. q. 7. n. 100. Gonzal. ad reg. 8. Carcell. §. 2. proem. num. 44. Torrel. in summa omnium decisionum, tom. 1. tit. 4. n. 10. Hinc & generalis exemptio non censetur eximere à subsidio per Papam imposito, Ioan. Andr. in c. cum instantia, de censibus, Cochier de iurisdictione Ordinarij in exemptos. par. 4. quest. 7. nisi quis speciali priuilegio ab huiusmodi onere nominatim eximeretur, Bellencin. d. tract. q. 58. n. 3. vbi aduertit quod non est præsumendum, quippe quod illud concedi non consuevit, per text. in d. c. cum instantia, ibi, nisi forte per speciale priuilegium Sedis Apostol. quod non credimus, si exempta, & per text. in cap. accedentes, de præscrip. ibi, & nisi per speciale priuilegium. Episcopus tamen cum Clero in sui præiudicium potest aliquem eximere à subsidio charitativo, Bellencin. d. tract. q. 70. Cochier d. p. 4. q. 8. Azor. d. c. 14. q. 7. vbi etiam quod subditi non possunt præscribere, itaut subsidium præstare non debeant, quia tale subsidium quadà naturali æquitate, & lege charitatis debetur, contra quæ præscriptio non currit, de quo etiam Abb. in d. c. cum Apostolus, n. 5. in fine, Alexand. de Neuo d. conf. 58. n. 9. Boër. d. decis. 133. n. 9. Bellencin. q. 50. Bellet. d. §. 12. à num. 9.

Quibus ex causis charitativum subsidium exigi possit.

PRælatus qui iuxta supradicta potestatem habet huiusmodi subsidium exigendi congregato Capitulo, & Clero cum charitate, & humanitate debet illi exprimere causam suæ indigentis, cumque hortari, quod cum cuilibet proximo in necessitate sit subueniendum, fortius sibi subuenire debent. Alex. de Neuo conf. 57. n. 2. Bellet. d. §. 12. n. 8. & causa autem ad tale subsidium exigendum, debet esse manifesta, & rationabilis, ne subditi grauentur plusquam par est, vt dicunt text. in dicto cap. conuenerunt, & in d. c. cum Apostolus, §. prohibemus. & Quenam dicatur manifesta & rationabilis causa quoad intentum, & hac in re nihil certum in iure definitur, sed arbitrio iudicis relinquendum arbitrantur glof. verb. rationabilis, in d. §. prohibemus, recepta, vt per Abb. n. 4. in fine. Cardinal. n. 2. Anton. ult. Hippol. in l. questionis modum num. 6. ff. de quest. Grammat. decis. 88. num. 3. Boër. decis. 133. num. 1. & decis. 134. num. 6. Bellet. disquisit. clerical. par. 1. tit. de clerico debitore §. 12. num. 3. Bellencin. q. 16. n. 12. & alij, quos refert, & sequitur Menoch. d. casu 178. n. 2. Et in dubio rationabilis causa præsumenda non est, quia text. in d. c. cum Apostolus, vers. sustinemus, non solum requirit causam rationabilem, sed quod sit manifeste talis, & casum dubium excludat, aduertit Bellencin. quest. 18.

29 Rationabili causa primò potest exigere charitativum subsidium Episcopus pro sua consecratione, Grammatic. decis. 88. quem refert Aloyf. Ricc. d. collect. 52. Boër. decis. 134. num. 1. 2. & 7. Purpur. conf. 329. num. 2. vol. 1. Bellet. dist. §. 12. num. 4. in fine, [Lauter. de Frauchis in controuers. inter Episcop. & Regul. quest. 71. prope fin. vers. prima.] Item pro solutione debitorum, quæ contraxit Episcopus pro suæ Ecclesiæ iure tuendo, videlicet quando multa, & magna sunt debita, & aliunde ex bonis Ecclesiæ solui commodè nequeunt. Hostiens. in sum. tit. vt Ecclesiastica beneficia, §. 1. & in tit.

B B b 2

de censibus, §. ex quibus causis, Butr. & Imol. in dict. cap. conquirente, Azor. d. cap. 14. quæst. 4. in princip. Piafec. in praxi noua Episcop. p. 2. cap. 2. num. 11. Boër. decif. 134. num. 2. Menoch. casu 178. n. 5. Bellet. d. §. 12. num. 4. vers. secunda.

30 Secundo causa rationabilis exigendi huiusmodi subsidium est, si Episcopus magnas fecerit expensas in negotiis totius diœcesis communibus pertractandis, Innoc. in cap. de statu monach. Azor. dict. cap. 14. quæst. 4. vers. secundo. Vel si lites magnæ in bonis Ecclesiæ moueantur. Francisc. Marc. quæst. 472. num. 1. Bellet. dict. §. 12. num. 4. vers. sexta.

31 Tertio si Episcopus pro fabrica suæ Ecclesiæ, vel alia re continente illius publicam utilitatem, vel conseruationem, fecerit magnam emptionem, Oldrad. conf. 140. incip. Circa propositam questionem, Bellencin. d. tract. quæst. 19. Azor. d. quæst. 4. vers. tertio. Menoch. d. casu 178. num. 8. Bellet. d. §. 12. num. 4. vers. quarta.

32 Quarto si Episcopus iter facturus sit ad Papam, vel Imperatorem, vel Regem, ob suæ Ecclesiæ, vel diœcesis, vel etiam totius Ecclesiæ generalis commune bonum, Innoc. in cap. 1. circa fin. de statu monach. Host. Butr. & Imol. in dict. cap. conquirente, Bellencin. d. tract. quæst. 20. Azor. d. q. 4. vers. quarta. Menoch. d. casu 178. num. 9. & 10. Franc. Marc. quæst. 472. num. 3. Bellet. d. §. 12. num. 4. vers. tertia. [Lauret. de Franchis d. quæst. 71. vers. tertia.]

33 Quinto si Episcopus uisitaturus sit limina Sancti Petri, ut iusturandum impleat, iuxta formam cap. Ego X. in fine de iur. & consuet. Sixti V. Bellencin. d. quæst. 20. vers. vel quando, Azor. dict. quæst. 4. vers. quinto, Zerol. in praxi noua Episcop. d. num. 11.

34 Sexto, si Episcopus velit ire ad Concilium provinciale, Bellencin. d. tract. quæst. 21. Iacob. de Graffius lib. 1. art. 5. fol. 110. colum. 1. Piafec. d. n. 11. Bellet. d. §. 12. n. 4. vers. tertia. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiepisc. Neapol. cap. 71. num. 8. Azor. d. quæst. 4. vers. sexto, Quaranta in summa Bullar. verb. Concilium Provinciale, n. 8. ubi hoc intelligit, quando Episcopus esset pauper, qui non haberet ad faciendum expensas.

35 Septimo, si Episcopus impensas necessarias, & alitius momenti fecerit in aduentu Imperatoris, Regis, vel Principis, præsertim si ab eo habeat regalia, dummodo clericos, & Ecclesias nimium in hoc grauare, vel ad hoc compellere non debeat, Bellencin. quæst. 21. Azor. d. quæst. 4. vers. septimo, Bellet. dict. §. 12. num. 4. vers. septima. [Lauret. de Franchis d. q. 71. vers. quinta.]

Octauo quando Ecclesias formaliter uisitat, Abb. dict. cap. conquirente, num. 2. vers. tercio decimo, Socin. de uisitat. lib. 1. q. 13. princip. q. 6. Boër. decif. 133. quos refert, & sequitur Bellet. d. §. 12. num. 4. vers. quarta.

36 Existente qualibet ex prædictis causis potest Episcopus non solum semel, sed etiam pluribus uicibus, quous scilicet rationabilis causa subit, charitativum subsidium exigere, Abb. Sic. in d. cap. cum Apostolus, Bellencin. d. tract. q. 23. Remig. q. 32. Azor. d. cap. 14. quæst. 8. Bellet. dict. §. 12. num. 5.

37 Dummodo etiam à uolentibus non exigat, nisi tantum quantum ascenderent procuraciones singulae, si Prælati per alium licite uisitent, per Extranag. Benedict. X. II. quæ incip. Us electionis, circa fin. §. promissis quoque adiciendo, ubi in superiore citata parte declaratur, quæ sit quantitas illarum procuratio-

num; Bellencin. d. tract. quæst. 41. Quantum tamen esse debeat hoc subsidium non est iure definitum, Nauar. consil. 10. in antiq. aliàs §. in nouis, sub tit. de censibus, Sayr. in floribus decif. sub eodem tit. decif. 10. Menoch. casu 179. num. ult. praxi noua Episcop. d. n. 11. vers. neque, ita non ualeat consuetudo, quod Episcopi, vel alij Prælati à subditis suis possint exigere, & à uolentibus recipere charitativum subsidium, ultra taxam positam in d. Extranag. Us electionis, Bellencin. quæst. 42. & quæst. 44. ostendit, quæ penæ imponantur exigentibus charitativum subsidium ultra taxam, & quæst. 46. quod subditi possunt denegare charitativum subsidium Episcopo in eo, in quo excedit taxam. Et quod clerici ex uigentibus causa possint compelli soluere charitativum subsidium ultra taxam solitam, dicit Marc. Anton. Genuens. in prædicab. Eccles. q. 640.

A quibus personis charitativum subsidium exigi possit.

Episcopus iure potest tale subsidium ratione beneficiorum exigere à Clero, & Ecclesiis suæ Ciuitatis & diœcesis, cap. conquirente, de officio Ordinis. Nauar. consil. 10. in antiq. aliàs §. in nouis, sub tit. de censib. Sayr. in floribus decif. 10. Et licet uigente necessitate charitativum subsidium à suis clericis petere possit, cap. cum Apostolus, §. 1. de censibus, aliquid tamen tanquam sibi debitum, cessante illa, dummodo consuetudine immemoriali, & bona fide illud præscripserit, petere nequit. Nauar. consil. 7. aliàs §. in nouis, sub tit. de censur. Sayr. sub eodem tit. decif. 7. & a laicis uero non potest, ut colligitur ex cap. quia cognouimus, 10. quæst. 5. Nec obstat, quod dicitur in cap. cum Apostolus, §. prohibemus, de censibus, quatenus habet posse Episcopum huiusmodi subsidium à subditis petere, quia respondetur quod id intelligendum de Ecclesiasticis, ut loquitur d. c. conquirente, tum quia strictè, & propriè sumendo laici diœcesani non dicuntur subditi Episcopi, licet quoad quædam foro suo subiciantur, ut notat gloss. verb. subditos, in Clem. 1. de foro comp. ut Bellencin. de charitativo subsidio, quæst. 26. Azor. institut. moral. par. 2. lib. 9. c. 14. quæst. 6. in princip. & Verum uero ratione feudi, vel officij gratuiti teneantur laici aliquid contribuere? dubium est præsentis instituti, in quo quartam partem annui redditus ipsius feudi pro subsidio charitativo esse soluendum resoluit Afflic. decif. 136. quem refert Aloys. Ricc. dict. collect. 52. [Trulench in expofit. Decalogi lib. 4. c. 1. dub. 7. num. 6.]

Cardinales non tenentur ad onus subsidij charitativi pro beneficiis, quæ possident. Roman. consil. 489. n. 1. & 4. Cephal. consil. 2. n. 10. vol. 1. quos refert, & sequitur Bellet. d. §. 12. num. 25.

Capitulum, seu Canonici Ecclesiæ Cathedralis tenentur Episcopo suo præstare charitativum subsidium, quando ab eo petitur ex legitimis causis, de quibus dictum est supra, quia fortius ipsi debent ei subuenire, quã ceteri, cum dignius sit, quod membra subueniant capiti suo, quam extranei, arg. cum non licent, de prescrip. & c. requisiti, de testam. Bellencin. d. tractatu q. 27. Remig. de Gonn. de charit. subsid. q. 38. Moneta de distribut. quotid. p. 3. q. 9. n. 20.

Ex distributionibus tamen quotidianis inspecto iure communi non debetur charitativum subsidium, nisi contrarium fuisset sancitum. Mandos. consil. 15. n. 4. Lap. alleg. 136. n. 7. Bellencin. q. 76. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. §. 7. proam. c. 75. Moneta de distribut. quotid. p. 3. q. 9. n. 19. Mant. consil. 1. n. 90. vers. non obstat 4. lib. 1. Bellet

Bellet. dict. §. 12. num. 36. vers. ex distributionibus.

45 Monasteria non tenentur præstare Episcopo charitativum subsidium, ita Ioan. Andr. Butr. Imol. in c. dilectus, de officio Ordinar. Innoc. in cap. 1. de statu monach. Abb. consil. 26. num. 4. & 5. par. 2. Host. in summa. illius tit. & tit. de censibus §. ex quibus causis, vers. item Episcopus exigit, Bellencin. quæst. 29. Remig. de Gonn. eod. tract. quæst. 21. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 2. quæst. 66. art. 1. & 2. Azor. d. quæst. 6. vers. item non potest, quicquid dicant Alex. de Neuo consil. 58. num. 8. & 9. Boër. decif. 135. num. 4. & alij, quos refert, & sequitur Bellet. d. §. 12. num. 18. Ratio est, quia exactio charitativi subsidij, est de lege diœcesana, & non iurisdictionis, Bellencin. quæst. 28. Cochier de iurisd. Ordinarij in exemptos par. 1. quæst. 25. num. 8. à qua lege diœcesana monasteria sunt exempta, ut probant text. in cap. ne pro cuiuslibet, 16. quæst. 1. & in cap. 1. de statu monach. Non obstat & Clem. 1. & 2. de censib. ubi dicitur Religiosos debere soluere iura Episcopalia, & subire onera, nisi se tueri possint speciali priuilegio Papæ, & consuetudine: quia respondetur ibi sermonem esse de monasterijs habentibus Ecclesias seculares sibi subiectas, quæ Ecclesiæ antequam monasterio subicerentur, soluere consueuerant Episcopo tale subsidium charitatis, & alia iura Episcopalia, ac proinde censetur uita monasterio cum suo onere, cum quo transiit res, cap. pastoralis, de decim. cap. quia monasterium, de relig. domibus, ita Azor. ubi proximè, & Cochier d. n. 9. vers. limita primo, ubi vers. limita secundo, dicit quod si monasterium habeat populum, ratione illius tenebitur ad omnia, quæ sunt legis diœcesanæ, & per consequens ad charitativum subsidium.

46 Exemptæ Ecclesiæ non tenentur præstare Episcopo charitativum subsidium. Ita Cardin. in Clem. frequens, §. nonnulli, in 3. opposit. de excess. Prælat. ubi Paul. & Petr. de Anchar. in vers. 8. not. Bellencin. quæst. 32. Azor. d. quæst. 6. vers. item non potest, Cochier de iurisd. Ordin. in exemptos, p. 4. quæst. 9. per totam. [dubiè Lauret. de Franchis in controu. inter Episcopos & Regul. quæst. 71. pag. 394.] Quod maxime procedit si exemptio sit data cum plena libertate, id enim importat exemptionem nõ modo à iurisdictione, sed etiam ab omnibus, quæ sunt de lege diœcesana, inter quæ charitativum subsidium numeratur, ut supra dictum est numero præcedenti, ita Bellencin. dict. quæst. 32. num. 8. Cochier dict. quæst. 9. num. 1.

Limitatur tamen primo, nisi exempti haberent populum non exemptum, quia eo respectu exigere possent huiusmodi præstatio, Bellencin. d. quæst. 32. n. 5. vers. & pro talibus, Cochier dicta quæst. 9. num. 2. Limitatur secundo, nisi in priuilegio exemptionis apposta esset clausula vulgaris, uolumus autem, quod Ecclesia huiusmodi exempta cum charitate priori cum Episcopo suo remaneat, Abb. consil. 102. incip. Omnipotentis Dei postulato suffragio, vol. 1. Bellencin. d. quæst. 32. in fine, Cochier par. 1. quæst. 9. num. 9. & par. 4. quæst. 9. num. 3.

Cum huiusmodi subsidium peti debeat à personis clericorum ratione beneficiorum suorum, prout iuxta text. in d. cap. conquirente, & in dict. c. cum Apostolus, resoluit Nauar. consil. 10. in antiq. aliàs §. in nouis, sub tit. de censibus, & Sayr. in floribus decif. sub eodem tit. decif. 10. non poterunt clerici nullum Ecclesiasticum beneficium habentes ullo iure cogi Episcopo subsidium præstare, quamuis habeant ampla patrimonialia, Bellencin. quæst. 31. Azor.

48 Pensionarius clericus, & Rector beneficij pro ratione tenentur ad subsidium, Bellencin. q. 37. Gratian. c. Archiepisc. decif. 20. num. 1. Azor. d. q. 6. vers. si querat, Gig. de pension. quæst. 28. n. 19. Flamin. de confident. quæst. 23. num. 7. Bellet. d. §. 12. num. 32. [Caccialup. de pension. q. 17. Rebuff. consil. 125. & plures citati à Nicol. Garc. de benefic. p. 1. c. 5. n. 171.]

dict. quæst. 6. vers. insuper, licet dubitet Nauar. ubi proximè. [Ex quo inferri potest, ex fructibus, oblationibus, & elemosynis, quæ dantur ad opus fabricæ, non soluitur decima, neque subsidium, quia ista non sunt fructus beneficiorum, arg. l. in agris ff. de acquir. rerum domin. nec percipiuntur per beneficium, sed per deputatum ad opus fabricæ; ita Extranag. unica §. de elemosynis, de decim. ubi gloss. verb. beneficiorum, ubi Card. num. 3. & Imol. num. 5. Bonifac. de Vitalinis in Clem. 1. num. 46. de decim. Bellencin. d. tract. quæst. 74. Franc. Monald. consil. 167. num. 51. lib. 2. Subsidium an solui debeat de bonis relictis pro capellaniis non collatiuis? uide Alphonsi. de Leone de officio Capellani quæst. 5. sect. 17. num. 258. cum seqq.]

Clerici pauperes, qui scilicet ex suorum beneficiorum redditibus nihil habent ultra commodum, & honestum victum, minime cogi possunt ad tale subsidium præstandum, tamen certe grauaretur, si eorum victus minueretur, Bellencin. quæst. 30. Quaranta ubi supra, praxi noua Episcop. d. num. 11. Azor. d. quæst. 6. vers. quid dicendum. Alex. de Neuo consil. 57. num. 2. & consil. 58. num. 2. Boër. decif. 135. num. 3. Bellet. d. §. 12. num. 19. cum seqq. ubi num. 21. obseruat iudicem arbitrari debere beneficium non fore decimabile propter paupertatem. Hinc & beneficium habens, sed nullos fructus percipiens propter assidua bella, inundationes aquarum, vel ob alium fortuitum casum, nullo iure cogitur ad huiusmodi subsidium Episcopo præstandum. Remig. de Gonn. quæst. 37. num. 5. & quæst. 40. & 41. Moneta d. quæst. 9. num. 21. Bellencin. quæst. 34. cum sequent. Azor. d. quæst. 6. vers. Clericus, qui etiam tenent tale subsidium exigere posse ab eo, qui est beneficij possessor, siue bona, siue mala fide: item resoluunt, si duo litigent de beneficio, quorum uterque contendit ad se beneficium pertinere, tunc liberum esse Episcopo subsidium exigere ab eo, quem maluerit, at si is, qui subsidium soluerit, victus in lite fuerit ab aduersario, ius habet repetendi tantundem, quantum soluit, alioquin iure compensationis uti potest. Minus possunt grauari huiusmodi subsidij, & decimis etiam Papalibus Moniales Pauperes, quarum redditus, & proventus sunt adeo tenues & exiles, quod de illis sustentari nequeant, sed pro uitæ suæ sustentatione coguntur publicè mendicare, vel artificio manuum suarum, vel ex sustentatione parentum victum procurare. Gemin. d. consil. 85. num. 25. usque ad finem, quem sequitur Rebuff. consil. 124. col. 2. vers. item Bonifacius P. 111. Bellet. d. §. 12. num. 23. ubi num. 24. ex Constit. Pij IV. tener ad huiusmodi subsidium non teneri Moniales non habentes redditus ultra summam quatuordecim ducatorum auri de Camera pro victu cuiuslibet Monialis alios redditus non habentis.

Rector Ecclesiam habens in vna diœcesi, in alia uero prædia, & possessiones, ex quibus fructus beneficij percipit, debet soluere subsidium Episcopo, in cuius diœcesi est Ecclesia, quia tale onus sustinet beneficij, ratione Ecclesiarum, quas habent, ita Bellencin. quæst. 35. Azor. d. quæst. 6. vers. quid dicendum.

Pensionarius clericus, & Rector beneficij pro ratione tenentur ad subsidium, Bellencin. q. 37. Gratian. c. Archiepisc. decif. 20. num. 1. Azor. d. q. 6. vers. si querat, Gig. de pension. quæst. 28. n. 19. Flamin. de confident. quæst. 23. num. 7. Bellet. d. §. 12. num. 32. [Caccialup. de pension. q. 17. Rebuff. consil. 125. & plures citati à Nicol. Garc. de benefic. p. 1. c. 5. n. 171.]

Sed re vera Curia Romanæ stylus habet, ut pensio auctoritate Papæ assignata alicui, sit immunitas & libera ab omni onere, etiam subsidij charitatis, & idem quando Papa clerico pensionem assignat liberam ab omni subsidio charitatis, Rector beneficij debet ex toto illud solvere. [Ita Gig. Ioan. Garc. Nauar. & Marchesan. quos refert & sequitur Nicol. Garc. dict. par. 1. cap. 5. num. 172. vbi num. 173. post Rot. decis. 161. par. 2. diuers. tenet huiusmodi exemptionem in subsidio & excusato solum durare in Regnis Hispaniarum vbi illud soluitur, pro illo quinquennio, nam in sequenti solet derogari huiusmodi exemptionibus, & clausulis in concordia, quæ sumitur inter Regem, & statum Ecclesiasticum, & confirmatione illius.]

§ 3 Ecclesia in confinio duarum diocesium sit, ambo Episcopi se concordare debent, ut alternis vicibus subsidium exigant, argum. Clement. plures, de inuentione. quod si conuenire reuuant, tunc iure poterit Archiepiscopus præcipere, ut conueniant, eo quod talis eorum discordia est Ecclesiæ damnoſa; ita Bellencin. quest. 52. Azor. dict. quest. 6. vers. quid dicitur.

§ 4 Successor in beneficio solvere subsidium cogitur, quod antecessor beneficiarius non soluit, argum. l. Imperatores, ff. de impensib. & l. hactenus, ff. de usufructu, Bellencin. quest. 51. Azor. d. quest. 6. in fine, vbi resoluit posse Episcopum conuenire successorem, vel antecessorem, si adhuc viuus sit, ut maluerit, & subsidium petere.

§ 5 Hospitalia causa communis pietatis extracta, quando titulum beneficij habent, obligantur ad subsidium, Bellencin. quest. 38. Azor. dict. quest. 6. vers. si roges. qui etiam resolunt, quod si huiusmodi hospitalia auctoritate Episcopi fundata non sint, grauari nequeunt onere subsidij, quia religiosa, & sacra loca non sunt, & possunt ad prophanos vsus redire priuata fundatoris auctoritate; secus tamen si Episcopi auctoritate fundentur, cum ab illis sicut ab Ecclesiis suæ diocesis exigere subsidium charitatis, & alia iura Episcopalia Episcopus possit. Quomodo vero Episcopi auctoritate fundata dici possint, vide quæ diximus in allegat. 75. num. 5. cum sequentibus.

[Circa subsidij Hispanici Regi Catholico concessi contributionem solet ab aliquibus dubitari, an sit soluendum deductis oneribus? Pro parte negatiua faciunt sequentia. Primum quod decimæ prædiales soluendæ sunt non deductis expensis, cap. tua nobis, cap. pastoralis, cap. non est in potestate, cap. cum homines, de decim. Monet. eod. tract. cap. 6. quest. 4. à num. 28. Secundum, quia idem sit in gabellis. Gutier. de gabell. lib. 7. quest. 32. & 53. per tot. Tertium, quia in subsidio id ipsum cum multis tenet. Monet. dict. tract. cap. 9. quest. 2. à num. 52. & quest. 4. à num. 174. & colligitur ex Extrauag. vnic. vers. ratione autem, de decim.

Sed his, & aliis minimè obstantibus, contrarium, videlicet subsidium huiusmodi deductis oneribus esse soluendum, verius est. Nam certum & indubitatum iuris existit huiusmodi subsidij impositionem faciendam super fructibus & redditibus Ecclesiarum intra Hispaniæ fines existentium, cum non sit onus Ecclesiasticis personis impositum, ut aperte colligitur ex prima con-

cessione Pij IV. cuius mentionem feci, ibi, *super omnium, & singularum Cathedralium, & Metropolitanarum fructibus, redditibus, & prouentibus, oblationibus, emolumentis, &c.* & in specie resolunt Lafare cap. 19. num. 34. & 35. ibi, *Planissima sane est, & verissima resolutio si animaduertas quod charitativum subsidium est onus iniunctum non quidem Ecclesiasticis personis, sed redditibus potius, & prouentibus totius Ecclesiæ in his Regnis, &c.* Fr. Emmanuel quest. Regul. tom. 3. quest. 74. art. 6. in principi, *Quia charitativum subsidium impositum est, non quidem personis Ecclesiasticis, sed redditibus, potius, & prouentibus totius Ecclesiæ, &c.* licet autem à personis Ecclesiasticis exigatur, nihilominus tamen id minime sit ratio alicuius personalis obligationis, sed quatuor fructus Ecclesiasticos percipiunt, & sic tantum tenentur ratione reddituum fructuum Ecclesiasticorum, ut in specie concessionis subsidij factæ Principi tenent Ferrer. conf. 138. num. 11. Ioan. Andr. in cap. 1. de immunit. Eccles. lib. 6. num. 6. & ibi Domin. numero 7. Card. in Clem. 11. §. sane num. 5. de inuentione. Federic. de Senis conf. 151. per tot. præcipue à num. 5. & alij, quos refert & sequitur Bellencin. de charit. subsid. quest. 35. Vnde omnes conueniunt subsidium huiusmodi potius æquiparari collectæ quàm tributo; nam collecta proprie dicitur, quæ imponitur personis pro rebus, ut in dict. cap. 1. de immunit. Eccles. lib. 6. & ibi Gemin. num. 3. & ideo est variabilis secundum casus & occurrentes necessitates, ut tradit Paul. in l. Imperatores num. 3. de publican. & comprobat Franc. de Claper. cent. causarum causa 42. quest. 1. num. 8. & idem tenet Bald. in l. neminem num. 3. C. de sacrosanct. Ecclesiis. Cassan. in consuetud. Burgund. §. 4. vers. extraordinarium num. 43. Berach. in tractat. de gabell. in pral. num. 16. Hug. Cels. conf. 34. num. 22. Vincent. de Franchis decis. 107. numero 4. Tributum verò è contra, quia est reale, perpetuum, uniforme, inuariabile, & ordinarium. l. 1. C. de vacat. publ. num. 1. 2. C. de indist. lib. 30. l. omnes C. sine consensu, Abb. in cap. fin. num. 12. de vita, & honest. cler. Franc. de Claper. d. loco num. 8.

Cum ergo subsidium huiusmodi exigatur ratione honorum & fructuum; personarum & Vniuersitarum Ecclesiasticarum tanquam subsidium ex causa à Pontifice impositum, Rebuff. de decim. quest. 3. numero 3. Franc. Monald. conf. 107. num. 1. libr. 2. & tanquam onus variabile. Bellencin. dict. tract. quest. 69. num. 2. cum sequentibus, bene sequitur ad eius augmentum, vel diminutionem, iuxta eorundem fructuum accretionem & imminutionem, ut in collecta dicit text. in l. cum §. inopis ff. de numer. & honorib. l. forma, vbi Bart. ff. de censib. l. his oneribus, §. acutis, ff. de vacat. man. Franc. de Claper. dict. loco num. 8. Purpur. consil. 356. libr. 1. In decima Papali Rebuff. conf. 125. num. 11. Iuat quod valor fructuum Ecclesiarum, & beneficiorum consideratur, quatenus ex illis superest deductis oneribus, cap. presenti, de offic. ordinar. lib. 6. ibi, *hoc de illis bonis solum debet intelligi solutis debitis, &c.* Rot. decis. 60. in antiq. de concess. prebend. Felin. in cap. ad aures num. 15. vers. duodecima conclusio, de rescript. &

& in probando vero valore beneficij quod debet probatio concludere quæ onera super eo sint imposita, ut eis deductis verus valor remaneat, per text. in l. fructus, ff. soluto matr. tradunt Ioan. Ferrer. conf. 354. num. 15. Crescent. titul. de probat. decis. 2. & post plures Nicolaus Garcia de benefic. par. 5. cap. 3. num. 164. vbi quod debent deduci onera, & quod aliis articulis super valore est ineptus, quia debet dicere quod valet tantum oneribus deductis. Et quod fructus & redditus beneficiorum tantum estimari debeant, quantum valeant deductis oneribus, tradit Bald. in l. 1. num. 1. versic. sed pone, impetravi à Papa C. de fruct. & lit. expens. Gutier. canon. lib. 1. quest. 1. num. 126. cum sequentibus, Ioan. Bapt. Ferrer. conf. 256. num. 8. Rimin. iun. conf. 717. num. 45. & seq. lib. 6. Caualean. decis. 37. par. 2. sub num. 39. vbi quod fructus beneficiorum sunt qui superant deductis oneribus, & impensis, & quod si beneficium esset ita tenue quod onera absorberent totos fructus, & tunc ille, qui ex privilegio Papæ debet percipere, vel detrahere, nihil habebit, quia propter onera fructus non percipiuntur, & non entis nullæ sunt qualitates, & quia ex nihilo nihil fit, & nemo dat quod non habet, idem tradit decis. 27. num. 15. & 16. par. 3. Quod procedit, licet fiat mentio de integris fructibus, quia nihilominus intelligitur deductis oneribus. Dom. Barbof. in d. l. fructus num. 7. ff. soluto matrim. cum dictione vniuersales, omnes, integrè, & similes restringantur ad ea, quæ veniunt ex natura sermonis, ut optime probat, & declarat Caualean. dict. decis. 27. num. 15. par. 3. & notatur à Carolo Ruino conf. 62. num. 7. vers. nam aliquando vol. 1. dicente quod quando res, de qua agitur, diminuitur verè, vel interpretatiuè, mediante aliqua detractione, tunc dispositio simpliciter loquens de re, vel de integra, siue de tota re, verificatur in eo, quod superest dicta diminutione, quia totalitas & integritas ipsius rei remanet in eo, quod superest, & ad illud restringitur. Facit etiam notabilis & singularis decisio Mastrilli 112. vbi relicto debito fisco Regio soluendo per heredem in casu successioneis feudi, quod releuium consistit in medietate fructuum illius anni, in quo hæres successit, fuit resolutum fisco esse soluendum ex medietate fructuum deductis oneribus

Similiter censuaria onera super bonis imposita sunt detrahenda, quæ quidem in solutione collectæ quæ imponitur personis pro rebus, etiam deducuntur, ut in simili probat d. cap. 1. de immunit. Eccles. in 6. Ifern. tit. que sint Regalia §. & plaustrovium num. 56. & ibi Afflic. num. 14. Luc. de Peña in l. fin. C. de fundis lim. num. 6. lib. 11. & in l. 1. num. 7. C. de impon. lucr. descript. Valasc. de iure emphyt. quest. 17. num. 9. Purpurat. conf. 356. lib. 1. per tot. Ludou. Sacca conf. 14. cum seqq. Ioan. Garc. de expens. cap. 11. num. 57. Vincent. de Franchis decis. 107. num. 4. Caualean. decis. 22. num. 10. par. 2. Flores de Mena var. lib. 2. quest. 21. num. 62. Iniquum enim esset quod qui non percipit omnes fructus beneficij, pro omnibus, ac si omnes percipisset, contribuatur, ut tradit Philip. Dec. conf. 156. quem refert Cas. de Vrsill. ad Afflic. decis. 242. num. 7. Et hac de causa omnibus solutionibus semper onera expensæ deducuntur,

l. non amplius, ff. de legat. 1. cum multis relatis à Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 29. num. 10. cum seqq. Non obstat quod census huiusmodi super bonis alicuius collegij Ecclesiastici impositi, antequam deducantur illorum redditus, sunt Ecclesiastici, ac proinde necessarium videbatur quod ex illis subsidium solueretur, ad d. Extrauag. vnic. de decim. ibi, *Ratione autem aris alieni, quo persona solvens decimam, obligata consistit, nihil de decima minuitur, etiamsi certa res Ecclesiastica propter hoc fuerit à quoquam obligata, &c.* Quia responderetur censum esse quoddam ius reale ad percipiendum annum redditum, quod inheret rei super qua imponitur, Couar. lib. 3. var. cap. 7. num. 2. & 6. Aluar. Valasc. de iure emphyt. quest. 32. num. 13. adeò ut sine re constitui non possit, ut est verior, & communior opinio etiam iure communi, quam late plures referens confirmat Brunor à Sole in suis quest. q. 4. Ioan. Franc. Milanen. Sicilia decis. 2. num. 115. cum seqq. lib. 2. Surd. conf. 318. num. 2. lib. 3. quod hodie est sine dubio stante Motu proprio Pij V. in quo expresse disponitur, ut aduertit Surd. d. num. 12. facit Nauar. in comment. de usur. n. 79. dum ait requiri ad iustitiam census, ut ex fundo, vel re, super quo imponitur, percipiatur fructus, qui pensioni commensurentur, sequitur Menoch. conf. 445. num. 11. ad fin. vers. tertio admissio, & num. 12. lib. 5. Et licet redditus in pecunia, non verò in fructibus soluantur, hoc nihil inconuenit, quia redditus soluntur loco fructuum, ut tradit Menoch. vbi supra num. 13. & ante eum melius dixit Bald. in l. etiam num. 8. C. de execut. rei iud. tradens quod huiusmodi obligatio, seu pensio annua succedit loco naturalis perceptionis fructuum, & in nostra specie considerat Rebuff. alios referens conf. 125. num. 18. Prout videmus in decima Papali, quæ licet imponatur pro fructibus, adhuc soluitur in pecunia, ut est notum, & probatur in Extrauag. vnic. de decim. ibi, *Eiet autem solutio decima non ex ipsis rebus, quæ percipiuntur de prouentibus, sed in pecunia numerata, &c.* Vnde tantum minus ex fructibus dicitur percipi, quantum soluendum est pro ipsis in pecunia, quia valor fructuum extenuatur deductis oneribus. Bald. in l. sed & si hoc §. 1. per illum tex. de condit. & demonstr. & in l. 1. num. 8. C. de fructib. & lit. expens. late Tiraq. de retractu lig. §. 15. glos. 1. num. 6. & consequenter tanto minus debet pro subsidio imponi dictis fructibus, ut in specie argumentatur Rebuff. dict. conf. 125. num. 11. & 13. & in terminis quod deducendum est ad solutionem decimæ Papalis illud quod soluitur ex censu, tradit

Bellencin. d. tract. de charitativis subsidio quest. 37.

* * *

DE SVBSIDIO HISPANICO, excusato subsidio, Millionibus, & tertiis decimarum Regi Catholico persolvendis.

Subsidium Hispanicum quid, & quando solvendum?

56 Subsidijs Hispanicis prima concessio à Pio IV. in sua Constit. incip. Ad Romani Pontificis indefessam, sexto Nonas Martij 1561. de trecentis millibus ducatis auri annuis vsque ad quinquennium proxime futuri computandum, & deinde vsque ad aliud quinquennium Sedis Apostol. arbitrio, super omnium & singularum Cathedralium, & Metropolitanarum, Collegiarum, & aliarum Ecclesiarum, Monasteriorum, Prioratuum & beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura & sine cura, secularium & Regularium, Canoniarum & dignitatum etiam post Pontificales maiorum, & Capitularium, Conventualium, & aliarum Ecclesiarum fructibus, redditibus, & proventibus, iuribus, obventionibus, & emolumentis, &c. ipsius S. Romanae Ecclesie Cardinalibus; qui pro vniuersali Ecclesia ingiter Nobiscum laborat, & Militibus Hierosolymitanis dumtaxat exceptis.

57 Secunda concessio facta fuit à Pio V. in sua Constit. incip. Cum sicut accepimus, sub die 16. Martij 1566.

Tertia concessio ab eodem Pio V. in sua Constit. Cum sicut accepimus, sub die 21. Maij 1571. Idem Pius V. in alia sua Constit. incip. Decet Romanus, sub die 7. Martij 1572. exactionem huius subsidij à Capitulis & Collegijs Prouincie, seu Episcopatus suscipi mandat.

58 Gregorius XIII. in sua Constit. incip. Concessit alius, sub die 11. Februarij 1573. declarat Adiutores sancti Iacobi de Sparta (excepta tamen Magistrati mensa) necnon quatuor Mendicantium Ordinum Fratres bonae immobilia, seu quae immobilium loco habentur, possidentes ad subsidiorum habentium non solutorum solutionem teneri, &c.

59 Paulus V. in sua constit. incip. Pro nostro munere, sub die 31. Octobris 1624. confirmauit concordiam subsidij inter vniuersum Clerum Regnorum Castella & Regem Catholicum inita, &c.

Excusatum subsidium quando inceperit, & quomodo hodie soluat?

60 Papa Pius V. per suam Constit. incip. Circa pastoralis, die 15. Iulij 1567. concessit Regi Catholico plenam, liberam, & omnimodam facultatem petendi, exigendi, & leuandi, ac recuperandi decimas tritici, hordei, vini, aquarum, lanae, olei, casei, & aliorum quorumcumque fructuum, & rerum, ex quibus decime tam de iure, quam de consuetudine, & privilegio solui, & dari consueuerunt, ex una domo illiusque

Domino post duas, quae uberioribus, & opulentiore decimas habuerint, quam maluerint in qualibet Parochia tam seculari, quam cuiusvis Ordinis Regulari ex vniuersis Parochijs in Regnis, & Dominis Hispaniarum, & insulis eiusdem Regnis adiacentibus: nec non decimas huiusmodi ab illis, qui habentibus ipsius perceperunt, exegerunt, & leuauerunt, abdicat, & separat, illisque eidem Philippo Regi per Nuntium, seu personas Ecclesiasticas ab eo deputandas, exigendas, leuandas, & recuperandas ipsi Philippo Regi, seu eius pro tempore ad hoc deputatis ministris cum effectu tradendas, & consignandas applicat, &c. Voluit tamen concessionem, ac donationem huiusmodi à Kalendis Ianuarij proxime futuri anni 1568. incipere, & ad quinquennium ex tunc proxime futurum durare, &c.

Idem Pius V. per aliam suam Constit. incip. Sanè alius, sub die 21. Maij 1571. illam concessionem ad aliud quinquennium extendit. Nec non per aliam Constit. incip. Apostolica Sedis, sub die 24. Martij 1572. declarauit sub concessione huiusmodi comprehendi omnes, & singulas decimas ex Parochialibus promouentes ex quibus primitia percipi, vel subsidia Ecclesiastica solui solent, & quae ex indulto Apostolico laicis tam separatim, quam etiam quae eis & quibuscumque personis, & locis Ecclesiasticis mixtim, seu etiam per distinctas partes quomodolibet soluntur, etiam si ille in terris olim à Mauris, & Sarraenis in bellica recuperata consistant, &c.

62 Gregorius XIII. in sua Constit. Aliis felicis, sub die 13. Maij 1575. prorogauit huiusmodi excusatum vsque ad aliud quinquennium. Idem Gregor. per aliam suam Constit. incip. Romani Pontificis, sub die 25. Nouemb. 1578. declarauit ad huiusmodi concessionem Excusati teneri etiam sancti Hieronymi, & Cisterciensis Ordinum Religiosos, monachos, fratres, & moniales, nec non quascumque seculares, ac quorumvis Ordinum Regulares personas, Militias, ordinesque Militares, domus, vniuersitates, Collegia, & alia pia loca, &c. & in alia sua Constit. incip. Decet Romanum, sub die 4. Ianuar. 1573. confirmat concordiam initam inter Clerum Regnorum Corona Castella, & Legionis cum Catholico, ut scilicet pro & loco huiusmodi Concessionis status Ecclesiasticus dicta Corona soluat sua Maiestati, & illi, qui suo nomine illud habere deberet, videlicet ducentos quinquaginta mille ducatos annuos in duabus solutionibus pro medietate, diuidendos pro certis quantitatibus ciuilibus Diocesis dictae Corona, prout diuiduntur: dummodo tamen extra hanc concordiam & diuisionem remaneant Regna Aragonia, Cathalonia, & Valentia, & Insulae illis adherentes. Confirmationem eandem fecit Paulus V. in sua constit. incip. Pro nostro, sub Dat. die 28. Iulij 1620.

63 Clemens VIII. in sua Constit. incip. Personarum Ecclesiasticarum, sub die 11. Februarij 1594. Motu proprio & ex certa scientia statuit, & declarat, ut in posterum omnes, ac tota illa rata ad quam Cardinales ratione quarumvis pensionum, quas in Regnis Hispaniarum quomodolibet percipiunt, & percipient futurum, si ab eadem contributione exempti non essent, solvere tenerentur, & quae illos, ac pensiones ipsas quomodolibet tangeret, per eos, qui dictas pensiones nunc, & quandocumque in futurum solvere debent, & debeant, quauis dignitate, etiam si Patriarchali, &

metropolitana praesulgeant, ac etiam si S. R. E. Cardinales, beneficia tamen & Ecclesias huiusmodi pensionum onere grauatas obtinentes existant, persolui debeat, &c. Idem Clemens VIII. in alia Constit. incip. Propensa nostra, die 12. Aprilis 1601. absoluit & plenissime liberat Regem Catholicum, eique remittit, & condonat notabilem ac etiam notabilissimam summam subsidij, & excusati per illum in alios vsus conuersam, quam in illos ad quos fuit destinata, videlicet ad sustentandum sexaginta triremis, &c.

64 S. D. N. Urbanus VIII. in sua Constit. incip. Apostolatus officium, die 9. Martij 1634. committit & mandat Laurentio Episcopo Senogallien. Sedis Apostol. in Hispaniarum Regnis Nuntio ut significet Commissario Cruciate ne post elapsam Concordiae, & Confirmationis Apostol. tempus nihil à Clero exigat ratione subsidij, & excusati, donec alia cum eisdem Clero concordia desuper inita, & Apostolica auctoritate confirmata fuerit. Necnon eundem Commissarium mouere mandat ne Notariatus, & officia Cruciate, subsidij, & primae decimae excusati, cum Ecclesiasticis officia sua, à ministris Regijs vendi, seu alienari quouis modo permittat, minus cogat clerum ad solutionem aliquam faciendam eis, qui officia huiusmodi, siue aliterum eorum ement, seu iam forsitan de facto emerint, &c.

Milliones quomodo inceperint, & quomodo hodie imponantur, & persoluantur.

65 Gregorius XIII. in sua Constit. incip. Ad auxilium, die 16. Augusti 1591. Motu proprio statuit, & concedit, Regi Catholico certa superaditionalia seu subsidia, ad sexennium duratura super videlicet in Regnis Corona Castella vendendis, aut alijs in Regnis huiusmodi consumendis, seu super militaria fumentis & aliarum frugum, declaratque omnes & singulas Ecclesiasticas personas seculares, & cuiusvis etiam exemptiois, & Apostolica Sedis immediatè subiectos Ordines Regulares, monasteria vtriusque sexus, Conuentus, & collegia, ac Ecclesiarum Capitula Regnorum praefatorum in eisdem Regnis commorantes, & consistentes, ad conferendum, & contribuendum proportionabiliter prout laicos in dictis superaditionibus seruitijs & subsidij durante sexennio dumtaxat, teneri, & obligatos esse, &c.

66 Clemens VIII. in sua Constit. incip. Eximius, die 23. Iunij 1601. concedit ut ad instar laicorum durante sexennio, Ecclesiastica persona de quibus supra, teneantur solvere superaditionalia seu subsidia, seu subsidia, seu sissam super vino, & oleo in predictis Regnis colligendis, & consumendis inuolutam, &c. Idem Clemens alia sua Constit. incip. Alias per nos die 11. Augusti 1603. statuit, ut huiusmodi gabella, seu sissa ad carnes in eisdem Regnis vendendis extendatur & ex tribus rerum speciebus, videlicet olei, & carnis summa tantum decem & octo decies cetera millium nummorum aureorum fiat, & non ultra, &c. [declaratque sua intentionis esse ut exactores eorum locorum Ordinarijs Ecclesiasticis recusantes solvere compellant.] Idem Clemens in alia sua Constit. incip. Alias cum accepissimus, die 17. Decembris 1605. declarauit ut praedicta gabella seu sissa vini, & oleo contribuere deberent non solum ementes, & vendentes, sed hi etiam, qui illa perciperent ex proprijs terrenis, aut ex affluibus, aut emerent ex vitijs, & oliuis, seu colligentes pro decimis, aut etiam dona acciperent, vel alius ex quouis alio reddito, & introitu haberent, & consistenter in proprijs domibus, & pro eorum & Barbael. de Episcopo, Pars III.

familiarum suarum vsibus, & similiter quod non solum de vino, sed etiam de musto aquato & aceto intelligeretur, & ulterius quod eadem gabella seu sissa vsque ad integram exactionem dicta summa decem & octo decies centenorum nullium nummorum aureorum durare deberet, &c. & declarat Ecclesiasticas personas seculares, & Regulares, monasteria, Collegia, Conuentus & Capitula supradicta ad solvendum gabellam, seu sissam praefatam iuxta declarationem praedictam quoad rerum species (non tamen quoad ea pro eorum proprijs & familiarum suarum vsibus consumunt, uant pro illorum & suarum familiarum vsibus praedictis sine omnino immunes, & exempti) ad instar laicorum. Praeterea declarat tempus dicti sexennij ad aliud triennium à fine huius sexennij computandum, quo tantum durante si praedicta summa congesta non fuerit, adhuc gabellas, seu sissas huiusmodi persolvere teneantur. Voluit item ut exactores dictae gabelle, seu sissae non per se ipsos, seu per alios ministros seculares, sed auidita locorum Ordinariorum auctoritate, & coram illis tantum Ecclesiasticos solvere recusantes compellere valeant, &c.

67 S. D. N. Urbanus VIII. in sua Constit. incip. Orthodoxae fidei, die 23. Nouembris 1625. motu proprio & ex certa scientia statuit omnes & singulas Ecclesiasticas personas tam seculares, quam cuiusvis Ordinis, &c. Regnorum Castella teneri contribuere proportionabiliter sicut laicos gabellam sissam nuncupatam super sale, charta, iam impressa, quam non impressa cuiuslibet generis, in Regnis praedictis introducendis, seu confectis, vel productis, & vendendis, necnon vnijs pro centenarij aliarum rerum mobilium, & se mouentium, ac stabilium patrimonialium tantum, non autem Ecclesiarum, nec super alijs rerum speciebus, super quibus olim gabella, seu sissa decem & octo millium nummorum aureorum imposta fuit, quae in totum summam duodecim millionum unumorum similiter aureorum sex annorum spatio, duorum scilicet pro quolibet anno persolueudorum, co-ficere debeant, itaut si ante sexennij huiusmodi finem praefata summa duodecim millionum confecta fuerit, Ecclesiastici praedicti amplius contribuere, & dictam gabellam, seu sissam soluere non debeant.

Idem S. D. N. Urbanus VIII. alia Constit. incip. Alias à nobis die 31. Maij 1628. declarauit motu proprio, certaque scientia gabellam, seu sissam praedictam vnijs pro centenarij per quoscumque exigi non potuisse nec posse, respectu honorum stabilium, mobilium, & se mouentium, siue fructuum, reddituum, proventuum & emolumentorum quorumcumque, Ecclesiarum, Capitularum, monasteriorum beneficiorum, & aliorum locorum, piorum quorumcumque quae in Regnis Castella, & Legionis ab ipsis Ecclesijs, seu Ecclesiasticis, vel alijs personis uimine ad fauorem, & commoium Ecclesiarum, Capitularum, Monasteriorum, beneficiorum, & aliorum piorum locorum, seu etiam praesentia super hoc opportuna licentia, in euidentem ipsarum Ecclesiarum utilitatem, vel alius quouis modo cuius, permutari, & respediue acquiri contigerit, &c.

Idem S. D. N. Urbanus VIII. alia sua constit. incip. Romanus Pontifex, die 29. Maij 1629. Motu proprio & ex certa scientia statuit ut omnes & singulae

gule Ecclesiastica persona tam secularis quam cuiusvis Ordinis etiam exempti & Apostolica Sede immediate subiecti Regulares, necnon monasteria utriusque sexus, Conventus, & Collegia, ac Capitula Ecclesiarum Regnorum Castellae, & Legionis, ac in eisdem Regnis commorantes, & consistentes teneantur ad conferendum & contribuendum proportionabiliter, & non aliter prout laici, in subsidio ad summam decem & octo millionum numerorum aureorum, mediante solutione gabellarum seu sissarum super vino, aceto, oleo, & carne in dictis Regnis colligendis & consignendis imponendarum seu sissarum impostarum, & durante novennio proximo demittant, & non ultra, non tamen quoad predictas rerum species, quas ex propriis terrenis, seu decimis, aut aliis quibuscumque redditibus propriis per se vel alios, assiduarios suos, vel etiam ex elemosinis percipiunt, & pro divino cultu, seu propriis familiarum suarum vestibus consumunt, quibus omnino immunes & exemptos esse declarant, itaut elapso predicto novennio, statim praesens gratia expiret, & exactio nullatenus quovis pretextu, vel causa continuari possit, nisi integra summa praedictorum decem & octo millionum adhuc non fuerit exacta. Cum declaratio quod dicta persura ex nunc de cetero ad aliorum duodecim millionum constituta supra dicta impostarum nullo modo contribuere debeant, & quoad reliquam sissam vini pro centenario pro solutione eisdem duodecim millionum quod durare debeat tempore praefixo, & non ultra, &c. Et in alia seu Constitut. incip. super a nobis die 5. Martij 1633. remittit & condonat Regi Catholico eiusque ministris penas, ac pecunias ad quancumque summam ascendentes ex gabellis, seu sissis huiusmodi per officium ministrorum, seu officiales ab Ecclesiasticis exactas, & quas a quoscumque Ecclesiasticis sententis, censuris & poenis absoluit; declaraque non intendere ex hac absolutione, & condonatione indulgentiam cessari, seu induci posse futuris temporibus aliquam etiam tacitam facultatem, vel approbationem gabellarum indebiti exactarum, vel exigendarum per quoscumque ab Ecclesiasticis, vel Ecclesiasticis praedictis, &c.

69 Idem S. D. N. Urbanus VIII. in alia sua Constitut. incip. Ad universalem Ecclesiam regimen 5. Martij 1633. eo quod cessavit & subsidium decem & octo millionum numerorum aureorum ad novem annos sub die 29. Maij 1629. impositum, ob nonnullasque causas effectum ex tunc de cetero sortiri non potuit, Mota proprio & ex certa scientia statuit ut omnes & singula Ecclesiastica persona tam secularis, quam cuiusvis Ordinis, &c. Regnorum Castellae & Legionis, ac in eisdem commorantes & consistentes conferre & contribuere prout laici teneantur in subsidio decem & novem millionum numerorum aureorum cum dimidio alterius millionis huiusmodi, mediante solutione praefatarum gabellarum, seu sissarum super vino, aceto, oleo, & carne in dictis Regnis colligendis & consignendis imponendarum durante sexennio proximo a die prima Augusti. 1632. non tamen quoad praefatas quatuor rerum species quas ex propriis terrenis, seu decimis, aut aliis quibuscumque redditibus propriis per se vel alios etiam assiduarios suos, vel etiam elemosinis percipiunt, & pro divino cultu, seu propriis, vel familiarum suarum vestibus consumunt, pro quibus omnino immunes & exempti sunt, & quod elapso praefato sexennio exactio respectu Ecclesiasticorum esset, &

nullatenus quovis pretextu, vel causa continuari possit, etiam si integra summa adhuc non fuisset exacta, &c. Voluit autem quod istud subsidium decem & novem millionum cum dimidio, alterius millionis, succedat loco quoruncumque aliorum subsidiorum super millionibus per se habitentibus approbatorum, & concessorum, ita quod illorum vigore nihil amplius a quoquam exigi possit, quodque pecunia ex praefatis subsidiis, gabellis, seu sissis ut promittitur a dictis Ecclesiasticis exigent, in alios usus, quam Catholicae Religionis, ac bello um contra hereticos, reliquosque Catholicae Fidei hostes, ac obedientiam erga S. R. E. conservationis, convertantur, &c.

Tertia decimarum Regibus Catholica concessarum quando eis solvi inceperint, & quomodo hodie persolvantur.

70 Honorius in sua Bulla, incip. Ex parte tua sub dat. 17. Kalend. Aprilis Pontificatus sui anno 3. refert Archiepiscopum Toletanum sibi exposuisse tertius decimarum illius provinciae ornamentis Ecclesiarum & fabricis deputatas a quibusdam laicis teneri, qui eas in proprios usus pro magna convertere, conceditque ei ut ad triennium nullius contradictione, seu appellatione obstante medietatem dictarum tertiarum inter Cruce signatos, quos huiusmodi subventionem videri indigere, secundum providentiam sua arbitrium dividat. Praefixo, ut si alicuius Ecclesiae fabricam reparatione sic indigere videat ita ut reliqua medietas ad eam non sufficiat reparandam, illi nihil subtrahat de tertia memorata.

Gregorius in sua Bulla, incip. Quanto charissimi 71 muni 16. Kalend. Maij Pontificatus sui anno 1. refert quod Ferdinandus Rex Castellae occupavit decimarum tertias Ecclesiarum fabricis deputatas, easque cum offensione divina suis vobis applicabat, ideo mandat omnibus Episcopis Castellae quatenus ipsum Regem ut ab huiusmodi usurpatione desistat, moneant prudenter, & efficaciter inducant ipsarum Ecclesiarum Rectores districtius inhibentes ne Bailiis Regis ipsas praesentis tertias exhibere, reperitur in archivio S. Ecclesiae Toletanae taxa 32.

Clemens per suam Constitut. incip. Olim clara 72 memoria Ferdinandus sub dat. apud Castrum Nov. Avenionen. diocesis 4. Non. Novembris, Pontificatus sui anno octavo, concessit Alphonso Regi Castellae, ut due partes tertiae portione decimarum Ecclesiarum tertie sibi subiectae, in quibus huiusmodi portio soluebatur ipsarum Ecclesiarum fabricis usque ad triennium libere percipere possit pro reparandis castris, & terris Regni sui, quae per Sarracenos exciterant occupata, suaque terra ab ipsorum Sarracenorum incursum defendenda, ita tamen quod si Rex praefatus elapso triennio supra dicto per se, vel per alium, seu alios quocumque exigere, vel reciperet de duabus partibus supra dictis, eo ipso sententiam excommunicationis incurreret, suaque terra Ecclesiastico interdicio subiaceret.

Alexander VI. in sua Constitut. incip. Dum indefessis 73 s. sub dat. Idib. Februarij ann. Incarnationis Domini 1494. Ferdinando Regi, & Elisabethae Reginae Castellae & Legionis ex certa scientia concessit ut perpetuis futuris temporibus tertias decimarum in Regnis praedictis & Granatae percipere, & levare licite, & libere valerent, &c.

Paulus III. in sua Constitut. incip. Exponi nobis, sub 74 die 22. Julij 1541. refert Innocentium VIII. eisdem Ferdinando & Elisabethae Regibus concessisse omnes,

& singulos fructus, redditus, & proventus decimales in toto Regno Granataensi pro tempore provenientibus, ea tamen conditione quod ipse Ferdinandus, & Elisabetha Reges, ex exactis fructibus competentem dotem, & portionem cum Archiepiscopo Granataensi, & praefatis Regni Episcopis, ac Cathedralium, & Collegiarum Ecclesiarum huiusmodi Capitulis, necnon beneficiatis, & hospitalibus, ipsorumque hospitalium, & dictarum Ecclesiarum fabricis assignare deberent, & tenerentur. Et deinde declarat monasteria, domus, & ordines, eorumque Praelatos, Conventus, Fratres, & personas ad decimarum huiusmodi solutionem iuxta dispositionem & formam, ac tenorem Iuris communis, quibuscumque privilegijs non obstantibus teneri, & efficaciter obligata ac obligatos exciteri, &c.

75 De his tertijs decimarum Regibus Hispaniae concessarum agunt Put. decis. 19. lib. 3. & decis. 332. eodem lib. Mench. controuers. illustr. lib. 2. cap. 89. num. 6. Aucudan. de exequendis mand. part. 2. cap. 4. num. 21. Perez l. 1. col. 7. versic. unde provenit, tit. 5. lib. 1. Ordin. pag. 120. Azened. l. 1. num. 1. tit. 21. lib. 9. noue Recopil. Lazarte de decima vendit. cap. 19. num. 28. cum segg. D. Barbosa in l. Tertia 35. ff. soluto matrim. & num. 41. Gutier. pract. lib. 1. quest. 14. & 15. & lib. 3. quest. 26. & de gabell. quest. 5. num. 16. cum segg. Bobadill. in sua politica lib. 2. cap. 18. num. 146. Molin. de iustit. tom. 3. disp. 663. num. 9. & 10. Ceuall. commun. contra commun. tom. 3. quest. 822. ex num. 71. & tom. 4. quest. 897. ex num. 636. & de cognition. per viam violent. quest. 5. per tot. Ioseph. Sesse Aragon. decis. 113. & 162. Francisc. Alfaro de officio fiscalis gloss. 20. de Regio patrum. §. 12. num. 469. Ioan. Francisc. Leo Valent. decis. 3. Azor. institut. moral. part. 1. lib. 7. cap. 36. quest. 13. Petr. Calixto Ramirez de lege Regia §. 31. num. 2. & 3. Hieron. Zurita in annalib. Aragon. lib. 1. cap. 32. col. 7. & cap. 39. & lib. 2. cap. 50. Valdef. de dignitate Regum, Regnorumque Hispaniae cap. 20. num. 25. cum sequentibus Illecas in historia Pontificali lib. 5. in vita Petri primi Aragoniae Regis fol. 275. Mariana lib. 1. §. cap. 22. col. 4. & lib. 1. §. cap. 6. & 9. & cap. 15. ad fin. & lib. 18. cap. 13. col. 2. & lib. 26. cap. 6. nouissime Ioan. del Castillo Soromaor tractatum edidit de tertijs debitis Catholicis, & inuicissimis Regibus Hispaniae, ex fructibus, & rebus omnibus, quae decimantur.]

ALLEGATIO LXXXVIII.

Episcopus quodnam Indulgentia genus conferre valeat?

S V M M A R I V M.

- 1 Indulgentia est remissio poenae temporalis debita pro peccatis actualibus iam dimissis, concessa homini existenti in gratia a Praelato per applicationem thesauri Ecclesiastici.
- 2 Plenaria Indulgentia est illa, qua remittitur tota poena.
- 3 Indulgentia temporalis dicitur illa, qua non remittitur tota poena, sed eius tantum pars relaxatur.
- 4 Indulgentia carena, quadragesima, & septima quae sunt, ostenduntur.
- 5 Papa tantum plenaria potest indulgentias concedere, Episcopi vero temporales, limitatas seu parciales.

Barbos. de Episcopo. Pars III.

- 6 Indulgentias concedendi potestas est iurisdictionis, & non Ordinis.
- 7 Indulgentias temporales potest concedere Episcopus etiam non consecratus, aut ordinatus, dummodo sit electus, & confirmatus.
- 8 Indulgentias concedendi potestas penes Papam est iure divino a Deo proxime accepta, penes Episcopos vero est iure communi, & Ordinario.
- 9 Indulgentias plenarias concedendi potestas a Papa est delegabilis.
- 10 Indulgentias temporales concedendi potestatem Episcopus non solum suo Vicario, verum etiam Clerico demandare potest.
- 11 Laico non potest demandari ab Episcopo potestas concedendae Indulgentias.
- 12 Indulgentias non potest concedere Episcopus excommunicatus, denunciatus, seu vitandus.
- 13 Indulgentias valide, ac sine peccato secundo scandalo non praesens, concedit Episcopus dum in mort. peccato existit.
- 14 Indulgentia temporalis, quae Episcopus concedere potest, quae sunt, ostenduntur.
- 15 Archiepiscopus habet facultatem concedendi indulgentias per vocem suam provinciam, & Archiepiscopatum, etiam si non sit in actu visitationis.
- 16 Indulgentias concedere est voluntaria iurisdictionis.
- 17 Indulgentias iure proprio nullus inferior Episcopo potest concedere.
- 18 Indulgentias concedit Episcopo inferior ex consuetudine, etiam si non sit Presbyter.
- 19 Praelatus religionis quamvis habeat quasi Episcopalem auctoritatem, in Regularibus sibi subditos, iure ipso non potest Indulgentias concedere.
- 20 Parochus Indulgentias concedere non potest.
- 21 Capitulum Sede vacante, an valeat Indulgentias concedere, ostenditur.
- 22 Indulgentia concessa ab Episcopo, vel Archiepiscopo si excesserint numerum taxatum in capitulo ex eo, de poenitent. an valeant, ostenditur.
- 23 Indulgentias Episcopus concedere tantum potest subditis suis.
- 24 Indulgentias pro mortuis non potest Episcopus concedere.
- 25 Indulgentias ab alio Episcopo concessas lucrantur exteri de proprijs licentia.
- 26 Exemptis an possit Episcopus Indulgentias concedere, ostenditur.
- 27 Exempti habentur instar extraneorum.
- 28 Indulgentias, quae alij concessae, frui & gaudere potest Episcopus.

INDULGENTIA est remissio poenae temporalis debita pro peccatis actualibus iam dimissis, concessa homini existenti in gratia a Praelato per applicationem thesauri Ecclesiastici, Cordub. de indulgent. quest. 1. Nauart. in comment. de indulgent. & lib. 1. not. 20. num. 1. cum sequentibus, Alphons. Alvarez Guetero in speculo Iuris Pontificij cap. 28. in princip. Valent. tom. 4. disp. 7. quest. 20. p. 101. v. 101. nos autem, Henriquez in summ. lib. 7. de indulgent. cap. 1. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici part. 1. cap. 7. num. 2. & ceteri in discursu citandi [nouissime Torreblanca in pract. Iuris spirit. lib. 14. cap. 13. num. 5.]

2 Alia est plenaria, alia temporalis. Plenaria est illa qua remittitur tota poena simpliciter, & ex communi est remissio totius poenae temporalis, quae nimirum post peccata remissa expianda remansit, siue in hac vita, siue in purgatorio; cui plenariae indulgentiae interdum addi solet particula, & remissio omnium peccatorum, quae secundum omnes est potius declaratiua effectus indulgentiae plenariae. 3 Indulgentia vero temporalis dicitur illa, qua non remittitur tota poena, sed eius tantum pars relaxatur, & sub duplici praesertim forma tribui solet. Aliquando enim dantur indulgentiae tot dierum, vel annorum, & est remissio tantae poenae, quanta solui in hac vita debuisset per poenitentiam tot dierum, vel annorum, vel quanta in purgatorio lucenda foret, si hic peccata non fuisset. 4 Et haec diuidi potest in carenam, & quadragenam, & septenariam. Carena dicitur a carendo, & est quasi ciborum carentia, qua remittuntur tot poenae, quot fuissent remissae peragendo poenitentiam in pane, & aqua, quadraginta diebus cum septem annis. Quadragena est relaxatio tantae poenae, quanta redempta fuisset per poenitentiam quadraginta dierum. Septena est remissio tantae poenae, quanta redempta fuisset per poenitentiam septem annorum, seu quanta respondet poenitentiae septem annorum. Quandoque dantur Indulgentiae respiciendo ad certam partem peccatorum, ut cum datur remissio tertiae, vel quartae partis peccatorum, est enim remissio tantae poenae, quanta persolui debuisset hic, vel in purgatorio pro tertia illa, vel quarta parte peccatorum iam remissorum. colliges haec ex Valentia *dist. quest. 20. Tolet. in summ. lib. 6. cap. 24. Soar. tom. 4. disp. 50. sect. 4. & 5. Card. Bellarm. tom. 3. lib. 1. de Indulg. cap. 9. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 7. n. 94. cum sequentibus. Balduin. iun. super opera controuers. Bellarm. part. 1. lib. 6. de Indulg. Aegid. de Coninch de Sacramentis, & censuris tom. 2. disp. 12. Aloyf. Ricc. in praxi auct. resolut. 306. Francif. Leo *dist. cap. 7. ann. 3. Bonacina de Sacrament. disp. 6. quest. 1. punct. 2. noue Jul. Laur. de Indulg. part. 2. cap. 10. [nouissimè Torreblanca *dist. lib. 14. cap. 14. a princip. vbi de diuisione Indulgentiae, in plenariam, plenioram, plenissimam, & Iubilaeum.]***

5 Solum Papa primario potest Indulgentias concedere, solusque plenarias concedit, & perpetuas, Fulch. de visitat. lib. 1. cap. 1. n. 2. Card. Tol. in instrum. Sacerd. lib. 6. cap. 25. [Boët. Epo. de iure Iubil. & Indulg. num. 148. dum quaerit cur cum solus sponsus Ecclesiae suae sit Episcopus, plenas illic Indulgentias dare nequeat? & respondet, quia non in plenitudinem potestatis vocatus est Episcopus à Pontifice, cap. multum 3. quest. 6. (qui solus hac plenitudine potestatis ex verbo Christi gaudet, Ioan. ultim. cap. cum ex eo, in fine, de Poen.) sed in partem sollicitudinis, deinde singularum dicecesum thesaurus Indulgentiarum generali thesauro commixtus non ita locuples est foras, ut inde plena possit remissio concedi: solo thesauro generali, qui Pontifici in vniuersum committitur, nunquam deficiente; quinimo quo plus inde hauritur, eo plus accipit incrementi, instar fontis, vel putei semper uberius, abundantiusque scaturientis, propter operum piorum, quae temporibus Indulgentiarum fiunt, abundantiam;] Laur. *dist. part. 2. cap. 11. num. 10. vbi num. 11. aliter quod Papa potest dare sibi ipsi Indulgentias, quia recipit ut Ecclesiae membrum, ut vero caput concedit Episcopi, vero temporales, limitatas, seu partiales iure communi Canonico, & ab ipso Summo Pontifice dependenti tantum concedunt. Ratio est,*

quia huiusmodi potestas est iurisdictionis, non 6 Ordinis, c. quoad autem, de poenit. & remiss. quatenus ibi dicitur Indulgentiae concessionem esse actum absoluenti, & iudiciale, S. Thom. in 4. dist. 20. quest. 3. art. 3. Gambar. de officio legat. de latere rubr. 8. tit. quid possit legatus circa indulgentias num. 1. Azor. in iur. mor. part. 2. lib. 3. cap. 54. quest. 2. Vgol. de potestate Episcopi cap. 41. in princip. Aloyf. Ricc. *dist. resolut. 306. num. 4. & resolut. 222. num. 1. [Boët. Epo. de iure Iubil. & Indulg. num. 145. vbi resolut potestatem dandarum Indulgentiarum non esse annexam Clauibus Ordinis, vel sacramento Poenitentiae, sed Clauibus iurisdictionis externae etiam extra Sacramenta, & n. 186. pulchrè quaerit quomodo simul haec duo consistant Indulgentias esse iurisdictionis externae, & nihilominus pertinere ad forum internum, siue conscientiae, siue animarum; & respondet haec pulchrè simul consistere, quia quoad potestatem dandi Indulgentias requiritur externa iurisdictione, cum nemo possit hunc Ecclesiae thesaurum dispensare, seu erogare, nisi qui eidem Ecclesiae per externam iurisdictionem praest, verum quoad fructum percipiendarum Indulgentiarum is in percipiendis non est alius, quam ut in locum satisfactionis poenitentialis (absque tertij cuiusquam tamen iniuriam) succedat, & num. 187. quaerit deinde quomodo thesaurus Indulgentiarum extra sacramentum possit communicari, cum ex Clauibus Ordinis, quae sacramentis allegantur, prima facie videatur dependere?]*

7 Et ob id Episcopus etiam non ordinatus, aut non consecratus eas potest conferre, dummodo sit electus, & confirmatus [quia actus iurisdictionis est,] per gloss. communiter receptam in cap. transmissa, de election. tenent D. Thom. *dist. dist. 20. quest. 1. art. 4. quest. 3. vers. secunda conclusio. Alphons. Alvarez Guerrero *dist. loc. Aloyf. Ricc. *dist. resolut. 306. num. 4. Azor. *dist. cap. 55. quest. 1. in fine, & cap. 29. quest. 8. Augustin. de Acona de potestate Ecclesiae, quest. 29. Campan. in diuersorio Iuris Canonici in proemio num. 2. Jul. Laur. *dist. part. 2. cap. 21. num. 18. & 33. Sanctarel. de Iubileo anni sancti c. 3. dub. 2. [Boët. Epo. de iure Iubil. & Indulg. num. 146. Vgol. *dist. part. 2. cap. 41. num. 1. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. Indulgentia, num. 1. Suar. de legib. lib. 4. cap. 4. num. 9. me citato in hoc loco Alzedo *dist. part. 2. c. 3. num. 15.]* Hinc ergo haec sit iurisdictionis potestas, & non Ordinis, rectè infertur illam, licet penes Papam sit iure diuino à Deo proximè accepta, penes Episcopos vero esse iure communi, & ordinario, at per consequens proximè acceptam à Papa, iuxta resoluta per me parte 1. huius tract. tit. 1. cap. 1. [Torreblanca *dist. lib. 14. cap. 13. num. 36. vbi quod Episcopi non habent immediatè à Christo, sed per Papam iure communi participant facultatem aperienti thesaurum, & dandi Indulgentias;] quicquid aliqui teneant Episcopos posse iure diuino Indulgentias conferre, quos citant, improbantque Bonacina *dist. disp. 6. quest. 1. punct. 3. num. 1. Sanctarel. *dist. dub. 2. lit. B. Azor. *dist. cap. 54. quest. 2. Henriquez d. lib. 7. cap. 31. §. 3. Laur. *dist. part. 2. cap. 11. num. 45. cum seqq. vbi refert metipsum in hoc loco. Hinc etiam cum ea, quae iurisdictionis sunt, mandari, ac delegari possint de iure Pontificio, ut habetur in c. aqua, & ibi glossa ac Doctores, de consecrat. Ecclesia, & in c. quod sedes, de officio Ordinis, ideo huiusmodi potestas à Papa est delegabilis qui potest Episcopo indulgere potestatem concedendi etiam plenarias Indulgentias, ut resolut Aloyf. Ricc. *dist. resolut. 306. n. 2.************

8 Et ipse Episcopus facultatè concedendi tempora-

les, non solum suo Vicario, verum etiam Clerico demandare potest. Emmanuel Sa *verb. indulgentia, num. 16. Valent. *dist. quest. 20. puncto 3. Soar. *dist. 55. sect. 6. num. 6. Reginald. lib. 7. num. 116. Bellarm. de indulgent. lib. 1. cap. 11. Laur. *dist. cap. 11. num. 48. Nugn. quest. 28. art. 2. ad finem, Vgol. *dist. cap. 41. in princip. Bonacina *dist. quest. 1. puncto 3. num. 1. Azor. *dist. lib. 3. cap. 43. quest. 13. & d. cap. 55. q. 5. [me citato in hoc loco Alzedo *dist. part. 2. cap. 3. num. 25. Torreblanca d. lib. 14. cap. 13. n. 37.]* Nam praetextu generalis commissionis Vicarius Indulgentias concedere non potest, ut dixi alleg. 54. n. 90.*******

11 Haec tamen potestas non potest ab Episcopo concedi laico, cum laicus iure humano remouatur à muneribus Ecclesiasticis, ut post Iacob. de Graff. Soar. & Reginald. resolut Bonac. *d. loco n. 12. Laur. *dist. c. 11. num. 49.**

12 Hinc denique fit Episcopus excommunicatus, denunciatus, seu vitandus non posse indulgentias concedere, quia excommunicatus vitandus carere usu iurisdictionis, & consequenter inualida sunt ipsius acta ad iurisdictionem pertinentia, cap. tanta, de excess. prelat. cap. quia, de excess. in 6. cum citatis à Bonacina de censuris, disp. 2. q. 2. puncto 7. & resolut in terminis Azor. *dist. cap. 55. q. 7. [me citato in hoc loco Alzedo d. par. 2. cap. 3. num. 22. & me etiam] citato in hoc loco Laur. *dist. part. 2. cap. 12. num. 8. & 21. vbi num. 9. quaerit an saltem sic censura innodatus possit delegare vices suas alteri Episcopo ut concedat Indulgentias. Virum autem Praelatus putatiuus, seu praesumptus possit concedere indulgentias, vide Felin. de indulg. in fine, Burgal. de irreg. tit. 8. de indulg. Episcopi n. 4. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 22. num. 54. Laur. d. p. 2. c. 12. n. 12.**

13 Ex quo patet à fortiori Episcopum, qui concedit Indulgentias, dum in peccato mortali existit, valide concedere, nec peccare secluso scandalo non praesens, quia peccatum mortale praesens non tollit iurisdictionem, Henric. d. lib. 7. cap. 32. §. 4. Valent. loco citato puncto 3. vers. tertio asserimus, Reginald. lib. 7. n. 118. Nugn. in addit. q. 27. art. 9. concl. 1. post Graff. Soar. & Cord. sequitur Bonacina d. disp. 6. de indulg. q. 1. puncto 3. num. 9. Vnde etiam fit Episcopus, seu Archiepiscopus non posse in loco exempto concedere Indulgentias, cum sit potestas dignitatis, & iurisdictionis Episcopalis, ut post Zabara. Anch. & Vital. resolut Quarant. verb. Archiepiscopi auctoritas, aut, 31. in fine, Laur. d. c. 11. n. 30.

14 Indulgentiae temporales, quas Episcopus concedere valet, ipso iure communi praescriptae sunt. In dedicatione enim Ecclesiae vnius anni indulgentiam tantum concedere potest, vel ab vno tantum Episcopo, vel à pluribus deditur, & in anniversario dedicationis, vel alias concedit solum Indulgentiam quadraginta dierum, cap. cum ex eo, vers. ad haec, de poenit. ibi, Decernimus, ut dum dedicatur Basilica, non extendatur Indulgentia extra terminum, siue ab vno solum Episcopo, à pluribus deditur, atque in vniuersali dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis poenitentibus Indulgentia remissio non excedat, ita Vgol. d. cap. 41. §. 1. in principio, Henric. d. cap. 32. §. 1. Azor. d. cap. 55. q. 6. Bonacina d. q. 1. puncto 3. num. 2. Franc. Leo d. cap. 7. num. 18. Laur. d. par. 2. cap. 11. num. 18. Sanctarel. d. cap. 3. dub. 2. lit. C. [Boët. Epo. de iure Iubil. & Indulg. num. 119. vbi num. 121. ait indulgentiam tot dierum nihil aliud significare, quam remissionem tantae poenae, quantum poenitens in hoc saeculo per dies tot poenitendo delere potuisset, & n. 125. differit an ij dies continui sint, an viles, & n. 131. quaerit, cur quadraginta praesens dies Indulgentiae Episcopali-

bus plerumque praescribantur? Torreblanca d. c. 13. num. 36. Aegid. de Coninch de sacram. disp. 12. dub. 1. num. 3. Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. Indulgentia num. 1. me citato in hoc loco Alzedo de praecell. Episc. dignit. p. 2. c. 3. num. 7. vbi cum Vgol. d. §. 1. num. 2. resolut quod si in dedicatione plures assistant Episcopi, & quilibet annum Indulgentiae concedat, valebit tantum concessio illius Episcopi, cui illa Ecclesia subiecta est.] Ratio autem quare Episcopi limitata extitit potestas in concedendis Indulgentiis, ea fuit, ne in tanta Episcoporum multitudine hac potestate abutentes superfluas, & indifferetas concederent Indulgentias, quod annuit Alex. III. in cap. quod quidem, & Innoc. III. in Concil. generali Lateranen. in *dist. cap. cum ex eo, Cordub. q. 12. Triumph. q. 29. art. 6. Soar. tom. 4. disp. 55. sect. 3. num. 5. Laur. d. cap. 11. num. 21. vbi num. 2. cum Soar. citato loco, aduertit & ponderat rationem, quare quando datur facultas dandi Indulgentias in dedicatione Ecclesiae, non additur particula illa, de iniunctis poenitentibus, prout addi solet in Indulgentia quadraginta dierum, & ponit aliqua discrimina inter dictas duas Indulgentias. [Boët. Epo. de iure Iubil. & Indulg. num. 133. vbi obseruat Indulgentias haec Episcopales non alio quam ad poenitentias per Sacerdotem Confessarium iniunctas pertinere *dist. cap. cum ex eo, cum tamen Indulgentiae Pontificiae, non solum poenitentias à Confessariis iniunctas auferant, verum etiam poenitentias quascunque ex ipsa Iustitia diuina; vel (si sic loqui malueris) ipsi Iustitiae diuinae quomodocunque debitas: nisi Pontifex nominatim suas Indulgentias ad solas poenitentias iniunctas restrinxerit; subditque hinc prouenire ut his temporibus Episcopales Indulgentiae raro sint viles, cum poenitentiae nunc per Confessarios, vtp plurimum, valde leues iniungantur, propter prauas delicatorem hominum consuetudines atque molliorem, graues illas poenitentias peccatis debitas, quae olim solebant infligi, refugientium.]**

15 Archiepiscopo datur facultas concedendi Indulgentias per totam suam prouinciam, & Archiepiscopatum, etiam si non sit in actu visitationis, dummodo statutum generalis Concilij non excedat, cap. nostro, de poenit. Cord. quest. 14. Nugn. q. 26. art. 1. vers. difficultas tamen, Stephan. Quarant. verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 31. vbi limitat in loco exempto, Bonacina d. q. 1. punct. 3. num. 2. vers. obserua, Franc. Leo d. cap. 7. num. 18. Laur. d. p. 2. cap. 11. num. 28. Henric. d. cap. 32. §. 1. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. c. 70. num. 15. [Coninch de sacram. disp. 12. num. 8. Vgol. d. c. 14. §. 2. num. 2. me citato in hoc loco Alzed. d. p. 2. c. 3. n. 29. vbi n. 30. hoc priuilegium illis ademptum dicit per Concil. Trid.]

16 Nam licet Archiepiscopus non sit iudex Ordinarius omnium de prouincia, c. Pastoralis, de officio Ord. nec extra suam dicecesim habeat contentiosam iurisdictionem, cum tamen Indulgentias concedere sit voluntaria iurisdictionis, Soar. *dist. 49. sect. 3. num. 9. Aloyf. Ricc. d. resolut. 306. num. 5. [Vgol. d. p. 2. c. 41. n. 1. Franc. Leo d. p. 1. c. 7. n. 18. me citato in hoc loco Alzedo d. p. 2. c. 3. n. 49.]* Illas concedere potest, ut per gloss. in d. c. nostro. Sed aduertendum cum Henric. loco proximè citato, quod si concessit quadraginta dies in perpetuum, nihil amplius potest successor eius pro eadem causa concedere, quia reputantur vnus Praelatus; sed superueniens Archiepiscopus ex commissione Pontificis potest dum visitat dicecesim suffraganei concedere 80. dies praeter 40. datos ab Episcopo; rotidem enim potest Archiepiscopus dare in sua dicecesi: de quo etiam Azor. d. cap. 55. q. 6. [& C C c 3 me

non citato in hoc loco Alzedo d. par. 2. c. 3. num. 23.]
 Concilium generale legitime congregatum etiam plenissimas Indulgentias, sicut summum Pontif. concedere posse tenent Felin. de indulg. num. 44. Blaur. in simili tract. notab. 31. num. 2. Henriq. lib. 7. cap. 31. §. 3. Benzou. lib. 2. cap. 30. vers. quod autem, in fine. Sed merito negant Soar. tom. 4. disp. 56. sect. 1. & Laur. dist. par. 2. cap. 11. num. 14. dicentes in Concil. Basiliens. sess. 24. ubi Legati aderant nomine Pont. concessas fuisse, prout asserunt respondendum, si aliquando factum reperitur, Cardinales si non sunt Episcopi de iure communi Indulgentias concedere non posse, nisi ex privilegio, vel communiione generalis, aut consuetudine qua dat iurisdictionem. Hier. de verbo in comp. verb. indulgentia §. secundum notab. fol. 15. Nauar. d. not. 31. num. 17. [Andr. Duall. in par. 2. D. Thomae tract. de Indulg. q. unica art. 9. concl. 4. G. Pachia. in sum. Theolog. tom. 2. disp. de Indulg. cap. 8. refert nouissimè Diana moral. resolut. par. 5. tract. 2. de dispens. & priuileg. S. R. E. Cardinalium resolut. 6.] & tunc conceduntur centum dies. Panor. in cap. accedentibus, de excess. Prelat. Laur. d. par. 2. cap. 11. num. 15. etiam quod non sint Sacerdotes. Pauin. de potestate Capituli Sede vacante par. 1. princ. q. 4. num. 4. Iacob. de Graff. de arceis decis. in append. lib. 2. cap. 2. num. 3. Laur. loco proxime citato.
 Legati Papæ possunt etiam concedere Indulgentias in terminis suæ legationis ex commissione specialis, vel generali. cap. fin. de officio leg. ubi glof. Anton. 3. par. tit. 1. o. Syluest. verb. indulgentia num. 4. Laur. d. cap. 11. num. 16. & ex consuetudine concedunt centum dies, Gambar. de officio legati lib. 8. tit. quid possunt legati circa indulgentias, num. 8. ubi num. 20. ait quod finita legatione finiuntur Indulgentias, refert Laur. d. num. 16. vers. ratio. Summus Pœnitentiarius dat indulgentias centum dierum, non quod adsit aliquod ius, sed ex viuæ vodis oraculo, aut consuetudine Papa sciente, & tolerante, Azor. d. c. 5. vers. sexto quaritur, Nauar. not. 31. n. 17. Laur. d. c. 11. num. 17.
 Neminem Episcopo inferiorem iure proprio Indulgentias posse concedere communiter traditum est in cap. accedentibus, de excess. Prelat. & in d. cap. nostro, Nauar. tract. de indulg. not. 31. Bellarm. de Indulg. lib. 1. cap. 11. q. 3. Cochier de iurisd. Ordin. in exemptos, p. 4. q. 54. Bonacina q. 1. puncto 3. num. 18. Franc. Leo d. c. 1. cap. 7. num. 19. Sanctarel. de Iubileo anni, Sanch. cap. 3. dub. 2. litt. D. Azor. d. cap. 5. q. 3. Laur. d. cap. 11. num. 55. [Boët. Epo d. tract. de Iur. Iubil. & indulg. n. 146.]
 quomodo sit Cardinalis, & nisi ex consuetudine, & praxi concedere soleat. Henriq. d. cap. 21. §. 4. quia tunc etiam non fit Presbyter eas dare poterit. Aug. de Ancona in tract. de Ecclesie potest. q. 2. 9. art. 8. Pauin. de potestate Capituli Sede vacante in 4. quest. princ. in princip. Gambar. d. tit. quid possit legatus circa indulgentias, n. 2. Torreblanca d. c. 13. n. 44.
 Vnde ipso iure non potest Indulgentias concedere Prælati Religiosis, vt Prouincialis, aut Generalis, quamuis habeat quasi Episcopalem auctoritatem in Regularibus sibi subditos, Soar. disp. 55. sect. 5. num. 1. Laur. d. cap. 11. num. 56. Sanctarel. d. cap. 3. dub. 2. litter. L. ubi citat metipsum in hoc loco, Henriq. d. lib. 7. c. 21. §. 5. Bonac. d. n. 18. [Torreblanca d. c. 13. num. 46.]
 Nec etiam Parochus, est enim inferior Episcopo. Laur. d. c. 11. num. 65. Henriq. eod. cap. 21. §. 8. Bonac. d. puncto 3. num. 25. [Vgolin. d. c. 14. §. 1. num. 2. Alzedo d. par. 2. cap. 3. num. 28. & 41. Coninch d. disp. 12. dub. 1. n. 8. Franc. Leo d. p. 1. c. 7. n. 19. Boët. Epo d. tract. n. 14.]
 Nec denique Capitulum Sede vacante, quia non

succedit Episcopo in potestate iurisdictionis extraordinariæ, saltem in iis, quæ sunt reserua dignitati Episcopali. [Nau. d. not. 31. num. 6. & 7. Selu. de benefice. par. 2. q. 11. num. 4. Sor. Cordub. & Ledesma, quos refert & sequitur Torreblanca d. c. 13. num. 42. ubi declarat nisi habeat ex consuetudine.] Henriq. d. cap. 31. §. 4. post Graff. Soar. Reginald. & alios, sequitur Bonacina d. puncto 3. num. 23. Laur. d. cap. 11. num. 52. Sanctarel. dist. dub. 2. litt. F. [me citato in hoc loco Alzedo d. par. 2. cap. 3. num. 59.] Contra quos tenent Syluest. verb. Capitulum, num. 10. Lazar. verb. Indulgentia, num. 47. Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. Indulgentia, num. 2. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 222. Azor. d. c. 5. quest. 4. & d. lib. 3. c. 37. q. 9. Quare tutius esse, vt Capitulum hoc committeret alicui Episcopo, qui suo nomine faceret, teneret Quaranta in summa Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, vers. undecimo quæro.
 Sed dubitari potest an valeant Indulgentia concessa ab Episcopo, vel Archiepiscopo, si excesserint numerum taxatum in d. cap. cum ex eo. In quo dubio respondendum est negative, quoad eam tamen partem, quæ numerum præscriptum non excedit valere concludendum est, quia est res separabilis, & in separabilibus vtile per inutile non vitatur. vtile ff. de regulis iuris l. 1. §. Trebatius, ff. de aqua quædam & aestina. Quare ita resoluit per text. in cap. Indulgentia, de pœnitent. in 6. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecol. decis. 117. num. 5. in 1. edit. & resolut. 102. num. 5. in 2. edit. Soar. disput. 55. sect. 3. num. 11. Nauar. de indulgent. notab. 31. num. 16. [Petr. Sor. in lect. 2. de Indulg.] Reginald. dist. loco num. 120. Vgolin. d. cap. 14. §. 1. num. 2. Sanctarel. d. dub. 2. litt. G. Azor. d. cap. 5. quest. 6. Bonacina d. disp. 6. q. 1. puncto 3. num. 3. & 4. Laur. d. cap. 11. num. 39. & 40. [me citato in hoc loco Alzedo dist. par. 2. cap. 3. num. 18. Torreblanca dist. cap. 13. num. 38. Boët. Epo dist. tract. de iur. Iubil. & indulg. num. 128.]
 Subditis suis Episcopus Indulgentias concedere tantum potest, nam sicut ab ipso tantum ligari possunt, ita & ab eodem absolui, probat text. in cap. quod autem, de pœnitent. Nauar. consil. 18. num. 12. vers. decimo sexto, de pœnitent. Vgolin. d. cap. 4. §. 2. num. 1. [me citato in hoc loco Alzedo d. par. 2. cap. 3. num. 26.] Henriq. d. cap. 32. §. 2. ubi tenet cum Nauar. quem refert in commento, quod quando Episcopus concedit Indulgentiam loco intra diocesim sito, prodest etiam externis ibidem moram facientibus, quasi ratione habitatoris diuitina contrahant forum, & subditi efficiantur, refert Sanctarel. dist. dub. 2. litter. H. & I.
 Non potest tamen Indulgentiam concedere pro mortuis; tum quia ipsorum facultas videtur à Sede Apost. restricta ad eorum subditos degentes in hac vita, Nauar. de indulg. notab. 22. num. 4. Bellarm. de indulg. lib. 1. c. 11. Emman. Sâ verb. indulg. num. 18. Reginald. lib. 7. num. 114. & 193. Sanctarel. d. cap. 3. num. 2. in fine, Soar. disput. 55. sect. 3. num. 23. Laur. d. cap. 11. num. 43. [me citato in hoc loco Alzedo d. par. 2. c. 3. num. 21.]
 Si verò Episcopi speciatim suis subditis concederent, vt Indulgentias ab alio Episcopo concessas acciperent, tunc eas lucrarentur, vt probat text. in d. cap. quod autem, ubi Abb. num. 7. vers. ultimo noto, ait tutissimum esse, & valde expedientes volenti peregrinari, & loca pia visitare, ipsam licentiam ab Episcopo proprio habere capiendi alienas Indulgentias, id est, indulgentias datas ab alijs, & dicit Nauar. de Indulg. notab. 31. & 41. num. 13. vers. exceptis secundum, quod hæc licentia habita, non subditi possunt acquirere Indulgentias ab alio Episcopo concessas Ludou.

Ludou. Bolognin. tract. de indulgent. num. 60. Cochier dist. par. 4. quest. 58. num. 4. Laur. dist. cap. 11. num. 36. [me citato in hoc loco Alzedo dist. par. 2. cap. 3. num. 27.]
 Exemptis Episcopum Indulgentias concedere non posse, ex quo iurisdictionis nihil in eos vendicet, sed Pontifici immediatè subiciantur, veluti proprio ac immediato diocesano, tenent Anton. de Rol. tract. de indulgent. num. 321. Vgolin. dist. §. 2. num. 2. vers. secundo, tum quia etiam exempti habentur instar extraneorum, locaque exempta parificantur locis extraneis, cap. luminoso 18. quest. 2. cap. 1. de statu Regul. in 6. Rol. ubi supra num. 323. Nihilominus contrarium est resoluendum, videlicet Episcopales Indulgentias prodesse exemptis, quia inducitur in fauorem exemptorum non debent conuerti in eorum læsionem, iunctaque in augmentum non debent parere diminutionem. quod fauore C. de legibus, cap. quod ob gratiam, de regul. iuris in 6. l. legata in nullius, ff. de legatis 1. cum citatis in libello de principiis vtriusque iuris lit. A, num. 249. Quare hanc sententiam tenent Ludou. Bologn. d. loco n. 63. Bellarm. d. lib. 1. cap. 11. quest. 3. vers. quare cum iam, Nauar. notab. 31. num. 12. vers. addo septimo, Sanctarel. dist. dub. 2. litt. K. Cochier d. par. 4. quest. 58. num. 5. [Alzedo dist. par. 2. cap. 3. num. 31. cum seqq.] Hinc etiam resoluendum Episcopum posse Religiosis Indulgentias concedere iuxta suam facultatem, Palud. in 4. dist. 20. quest. 4. art. 4. Reginald. lib. 7. num. 119. quos refert & sequitur Bonacina d. puncto 3. num. 15. Sanctarel. d. lib. K. Laur. d. par. 2. cap. 12. num. 4. [Vnde colligitur posse Episcopum extra diocesim existentem Indulgentias concedere suis subditis pro opere intra diocesim propriam faciendo, ita Nau. in comment. de Iubileo notab. 31. num. 13. Alzedo d. p. 2. cap. 3. num. 45. ubi num. 47. resolutum esse etiam Episcopum Indulgentiam concedere suis subditis, etiam si ille extra diocesim existat, pro opere quod extra diocesim fit, sine licentia Ordinarij illius loci.]
 Hinc denique non abs re dubitari potest vtrum Episcopus gaudere & frui possit Indulgentiis, quas alijs concessit? Ratio dubitanti est, quia nemo potest vt iurisdictione in se ipsum. Respondendum est tamen affirmatiuè, quia Episcopus non debet esse deterioris conditionis alijs, ita D. Thom. in add. quest. 27. art. 4. & ibid. Nugn. Sor. in 4. dist. 21. quest. 1. art. 4. sub fin. Nauar. notab. 20. num. 91. Reginald. lib. 7. num. 199. Azor. d. cap. 5. quest. ult. [Coninch d. disp. 12. dub. 2. num. 11. vers. obicitur tertio, Suar. de legibus lib. 6. cap. 11. num. 8. & 11. me citato in hoc loco Alzed. d. par. 2. c. 3. num. 44.] post Cordub. & Emman. Sâ, sequitur Bonacina d. puncto 3. num. 16. [Et sic Prælati concedens indulgentiam auctoritate iurisdictionis, & administrationis generalis toti Communitati Fidelium, illa potest frui quatenus est pars communitatis, ita S. Thom. in addit. ad 3. p. q. 27. art. 4. Iacob. de Graff. in aur. de iur. lib. 2. append. cap. 3. num. 23. & 24. Henriq. in sum. lib. 7. c. 32. num. 3. Fr. Emman. in Bull. Cruc. §. 8. num. 11. Benzou. lib. 5. cap. 15. lib. 12. Azor. d. p. 2. lib. 3. c. 5. q. 8. Z. c. 10. de Iubileo lib. 1. c. 15. dub. 55. & c. 16. dub. 15. Fabrin. eod. tract. c. ult. Sanctarel. in simili tract. c. 15. dub. 6. Ioan. Valor. de differenc. inter vtrumque forum, verb. iurisdictione differ. 11. n. 3. Filliuc. tom. 1. tract. 8. num. 131. Paul. Layman lib. 1. tract. 4. cap. 2. num. 31. vers. fin. verò hæc responsio; & non tenent pro loco Indulgentiam adimplere in propria forma opus communitate iniunctum, sed potest seculum dispensare, & in aliud opus pium commutare. Fr. Emman. Benzou. & Fabrin. dist. locis, Gregor. Po-

lacchius in Bull. Tribuni VIII. sess. 41. num. 9. Laur. de Iubil. p. 2. cap. 14. num. 3. optime Boët. Epo d. tract. de iure Iubil. & Indulg. d. num. 151. cum seqq. ex curatione, quia quemadmodum (loquendo de Pontifice) se potest, & quidem debet, si salutis suæ voluerit consultum, subicere Confessario cuiquam tantquam priuatis peccator, ita nihil est cause cur Indulgentiarum iam omnibus per ipsum patefactarum, non possit ipse tantquam priuatus fieri parriceps, quandoquidem non est hæc opus alia iurisdictione, quam in aperiendo Thesaurum hunc Ecclesiæ, concedendoque, seu dispensando, seu distribuendo quibuslibet hoc beneficio volentibus, quod consequuntur dum faciunt, & explent præscripta per litteras Indulgentiales: neque enim requiritur ad Indulgentias habendas alia sententia, seu peculiatis absolutorio, siue per manuum impositionem, siue per aliam aliquam solemnem declarationem, sed instar legis, vel priuilegij potius habet sese Indulgentiarum datio; quo fit vt non minus ipsi danti quam subditis ex æquo feruati.]

ALLEGATIO LXXIX.
 Episcopus an possit aliquos eximere in sua potestate?

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopum posse eximere à sua potestate, quæ tenent referuntur.
- 2 Episcopus non potest in totum à sua potestate eximere
- 3 Exemptio Ecclesiarum pleno iure à potestate Episcoporum concedi non potest ab Episcopis, & Prælati inferioribus, sed solum à Romano Pont.
- 4 Pleno iure dicuntur Ecclesie ad aliquem pertinere, quando vtroque iure eidem subiecta sunt.
- 5 Sententia supra relata ad concordiam reducuntur.
- 6 Exemptio exemptione data ab Episcopo ad ius reuerentiale illi tenentur, secus si Pontifex exemerit ab Ordinario.
- 7 Eximi, & ad Religiosos transferri potest Ecclesia à potestate Episcopi per prescriptionem.
- 8 Cap. cum non liceat, de præscript. declaratur.
- 9 Cap. cum venerabilis, de censibus, declaratur.
- 10 Exemptiones à se concessas non potest Episcopus reuocare in illis casibus, in quibus valde subditos à sua iurisdictione eximere.
- 11 Priuilegium à se concessi renouatio de plenitudine potestatis solum Principis est.

EPISCOPIVM posse eximere à sua potestate tenuit glof. in sum. 25. quest. 2. & late tenentur Calderin. cons. 5. de rebus Ecclesie non alienandis, Oldrad. cons. 172. col. 3. num. 8. & cons. 254. col. 2. Decian. cons. 152. num. 3. vers. non obstat ergo, & in cap. cum & plantare, §. in Ecclesiis, n. 13. non seq. de priuilegijs, interueniente scilicet consensu Capituli collegialiter & legitime congregati supra Rot. coram Card. Caualerio, impressa per Pauin. decis. 377. num. 3. part. 2. recet. que quidem principalis resolutio hæc potissimum ratione nititur, quod præscriptio necesse sententia Episcopali Iuri præiudicatur, ac aduersus illud his titulis exemptio acquiritur, cap. ad diuis, de præscript. cap. cum inter, de re iudicand. & in retentione semper iure obedientiali videtur penitus

sum Episcopo eximere in sui præiudicium, vt docet gloss. *verb. tradit in cap. vifis litteris* 16. *quæst. 2. modo accedat consensus Capituli. Rot. decis. 383. num. 3. p. 2. recent.* cuius meminit Lotter. *de re benef. lib. 1. quæst. 23. n. 32.* quo accedente possit Episcopus etiam in præiudicium successorum eximere aliquam Ecclesiam ab omni iurisdictione, & conferre iurisdictionem in aliena eiusdem Ecclesie Prælatura, tradit Cald. *diñt. conf. 5. per totum, qui sub num. 1. videtur firmare hoc casu tractari de leui præiudicio Episcopi, quia nihilominus apud eam remaneat omnis potestas, & iurisdictione Episcopalis in aliis Ecclesiis & personis suæ ciuitatis, & diocesis, sequitur Dec. *conf. 152. sub num. 3. vers. non obstat, & sub hac eadem distinctione videtur transire Rot. decis. 447. num. 1. p. 1. recent. & decis. 382. sub num. 3. part. 2. etiam recent.**

2 Non possit tamen in totum eximere tenet gloss. *verb. à quocumque, in cap. consilium, de relig. dom. gloss. per. in cap. pastoralis, de donat. gloss. in cap. 1. in princip. de privileg. lib. sexto, vbi Franch. num. 4. vers. in gloss. 2. plures refert, & sequitur Rendina in prompuario recept. *tit. 38. num. 9. Gamb. de officio & potest. Legati de Latere lib. 2. tit. de variis Ordinariorum nominib. num. 180. Abb. in cap. cum venerabilis, num. 4. de censib. Sbroz de officio Vicarij lib. 1. quæst. 51. n. 2. Mandol. de signatura Gratia §. exemptiones ab Episcopis col. 1. vers. eximere propriè, Erasim. à Cochier de iuris. Ordinarij in exemptis part. 1. quæst. 3. num. 13. late & eleganter Lotter. in tract. de re benef. lib. 1. quæst. 13. à num. 34. Ratio autem est, quia iurisdictione, totique ipsam ius Episcopale pertinet ad Ecclesiam, non autem ad personam Episcopi, proindeque neque ipse potest dare, vel remittere id quod suum non est. Ioan. Andr. in diñt. cap. cum venerabilis sub num. 7. vers. item absurdum est, de censibus, & cum iurisdictiones sint iuris publici, Bald. in cap. vnic. §. ex eadem lege num. 2. de lege Conu. rali, in vñibus feudorum, impossibile est vt hæc facultas sit in alio, quam in Papa, ita vt neque eius Legato de latere id permittatur, vt docuit Abb. in cap. ult. num. 1. de confirm. vtili, quem referunt & sequuntur Gamb. de officio legati lib. 2. in princ. num. 80. & Lotter. diñt. quæst. 23. num. 37. Vnde hinc etiam tenuerunt Domin. in cap. 1. num. 5. vers. & procedunt prædict. de capellis nonachorum lib. sexto, atque etiam Federic. de Senis *conf. 247. & alij quos refert Dec. l. conf. 152. num. 1. Fusc. de vifit. lib. 2. c. 20. num. 5. & exemptionum pleno iure Ecclesiarum à potestate Episcoporum concedi non posse Religiosis ab Episcopis, & Prælatibus inferioribus: sed solum à Romano Pontifice, quia inquirunt, non posse Episcopos totam suam iurisdictionem in aliquam Ecclesiam, & visitationem, ac reliqua omnia pastoralia iura ab se abdicare ex ratione text. in cap. cum non liceat, in princip. de præscript. inuncta decisione text. in cap. cum venerabilis, de censibus. [Aduertit ex Jacob. de Grassis in decis. aut. p. 2. lib. 4. cap. 28. num. 66. nouissimè Stephan. Daluin de pot. state Episcoporum cap. 21. num. 28. Episcopum posse concedere alicui Abbati Ecclesiã aliquã pleno iure, & tamè per talè exemptionem non abdicare à se de facto, immo nec abdicare posse omnem iurisdictionem, quam habet in illa, etiam si accesserit sui Capituli consensus, idque quoad octo, Visitacionem, Correctionem, Procuracionem, Cathedralicũ, Charitatum subsidium, Honorem, & reuerentiam, Institutionem autorizabilem, quæ nihil aliud est quam dare curam animarum, Administrationem denique Ordinis Episcopalis: excipit tamen cum eodem Jacob. de Grassis vbi sup. num. 68. in aliquibus casibus. Primò si Episcopus eximit, & concedit plenum ius, & consumatur exemptio talis per sum-***

um Pont. aliàs non. Secundò si exemptio plena transierit in rem iudicatum aliquando, & à sententia lata non fuerit appellatum. Tertiò si accesserit Abbatibus legitima præscriptio plena exemptionis quadraginta, vel quasi quadraginta annorum.] *† Pleno iure dicuntur Ecclesiæ ad aliquem pertinere, quando vtroque iure, idest, in spiritualibus, & temporalibus eidem subiectæ sunt. cap. quoniam 21. de princ. gloss. in d. §. in Ecclesiis, vbi Anton. num. 26. Card. num. 1. Dec. num. 12. & 16. Rebuff. in concord. tit. forma mandati, verb. plenum, Card. Tusch. pract. concl. tom. 6. lit. P. concl. 364. n. 3. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 6. n. 12. Steph. Daluin d. c. 21. n. 5.*

Verum prædictæ pugnantes sententiæ ad concordiam reduci possunt in hunc modum, vt scilicet prior affirmatiua procedat episcopo huiusmodi exemptionem cum Capitulo & iusta causa concedente, posterior verò his non interuenientibus, iuxta regulam text. in cap. sine exceptione 12. *quæst. 2. & in cap. illi, & per totum, de r. bus Ecclesie non alien. & quæ late vltia ordinarios ibi explicant Rebuff. in compendio d'auarion. m. num. 9. & 11. cum seqq. Couar. lib. 2. var. cap. 17. à princ. Molin. de iuris. tract. 1. diñt. 465. & 468. & magis in terminis argum. text. in cap. Pastoralis, de donat. post Abb. notat idem Rebuff. in tract. de congrua portione num. 38. Roch. de inrepatronatus verb. pro eo quod de diocesis num. 20. Lambert. eodem tract. q. 1. §. prima quæstionis principalis p. lib. 11. n. 32. Et sic exemptione data ab Episcopo ad eius reuerentia illi tenentur, secus si Pontifex emerit ab Ordinario, quia tunc quoque reuerentiali iure exemptio concessa esse censetur, ita Pute. *decis. 115. par. 3. quem referunt & sequuntur Fusch. d. cap. 20. num. 22. Cochier de iuris. in exemptis par. 4. qu. 34. Quintil. Mandol. in tract. de signatura gratia, verb. exemptionis ab Episcopis, vers. an autem exemptio, Ft. Eminent. quæst. Regul. tom. 2. qu. 63. art. 9. Afcan. Tamburin. de iure Abb. 17. & Prælatorum tam regularium, quam secularium Episcopis inferiorum tom. 1. diñt. 16. quæst. 7. in fine, & sic intelligendus Flamin. de resignat. lib. 3. quæst. 11. num. 4. [Stephan. Daluin de potest. Episcoporum c. 21. num. 29. vbi quod potest quis iura Episcopalia plene & vniuersaliter præscribere contra Episcopum in Ecclesia alioqui Episcopo subiecta, latius infra alleg. 127.]**

A potestate Episcopi potest etiam Ecclesia eximere, & ad Religiosos transferri per præscriptionem, vt probant text. in cap. cum olim, vers. quia, & in cap. auaritia, cum multis aliis, de præscript. & in cap. cum olim, 14. ad finem vers. quia verò, de privileg. & in cap. cum persona, vers. si autem, eodem tit. lib. sexto, quibus locis ita obseruant Doctores communiter, & late Balb. de præscript. par. 1. §. principalis quæst. 11. à num. 3. Cochier de iuris. Ordinarij in exemptis par. 1. q. 3. num. 7.

Non obstat text. in diñt. cap. cum non liceat, omissis enim aliorum intellectibus, de quibus Paris. ibi num. 42. facile respondetur text. illum solum negare præscriptionem per quam omninò extinguitur obedientia Episcopo à subditis debita: non autem eam per quam talis obedientia aliis acquiritur, hanc enim expressè admittit text. in d. cap. cum olim, cum similibus, de quibus Bald. vbi supra quæst. 12. & in præscriptione probat text. in cap. cum ex officio, de præscript. & vltra Bald. diñt. loco q. 16. notat Bernard. Diaz. reg. 604. limit. 3. Card. Tusch. pract. concl. tom. 5. lit. L. concl. 241. & lit. O. concl. 5.

Minus obstat d. c. cum venerabilis, nõ enim potestatis quæstio ibi erat, sed voluntatis, de quibus, scilicet, iuribus Episcopus fecit remissionem, & ideo in sum-

sumario habetur, quod remittens seruitia, non intelligitur procuracionem, ratione visitationis remississe, & vltra ordinarios ibi notat Felin. in d. cum ex officio, n. 18. vers. & nota.

- 10 Quæret aliquis an in illis casibus, in quibus Episcopus potest subditos à sua iurisdictione eximere, possit exemptiones à se concessas reuocare: in qua quæstione habetur communiter, quod reuocare non potest, Franc. in c. decet, n. 4. vers. quid autem sit, de reg. iuris in 6. Restaur. in tract. de Imperat. q. 14. n. 4. Felin. in c. nouit n. 11. de iud. Abb. in cap. & si clerici §. de adu. rarijs, col. 4. eodem tit. per gloss. in cap. cum ex eo, verb. septennio, vbi Ioan. Andr. de elect. in 6. addit. ad Rom. post Oldrad. *conf. 201. præcipuè cum exemptio plene suum sortita fuit effectum, seu cum res integra esse desit, tunc enim regulariter pœnitentia locus esse non solet, quod semel, de regul. iuris in 6. Restaur. diñt. n. 14. me citato in hoc loco Afcan. Tamburin. de iure Abbatum, & Prælatorum tam Regularium, quam secularium Episcopis inferiorum tom. 1. diñt. 16. q. 10. in fine, nam ¶ est de plenitudine potestatis solius Principis reuocatio priuilegij à se concessi, vt post multos notauit Bald. l. 2. col. 8. C. de seruit. & aqua, & Felin. in d. c. nouit, n. 11. & seq.*

ALLEGATIO XC.

Episcopus an possit licentiam concedere legendi libros prohibitos, & imprimendos approbare?

SUMMARIUM.

- 1 Librorum sana doctrina ad virtutem homines trahit, & à vitijs eos abducit.
- 2 Libri improbi, religionique noxij sunt apti ad dissensiones & tumultus excitandos.
- 3 Hæreticorum librorum peruersa dogmata melius est ignorare, quam per experientiam in aliquem laqueum erroris incurere.
- 4 Hæreticorum libri tanquam aspidum oua sunt fugiendi.
- 5 Libros prohibitos habentes non satisfaciunt illos comburendo, sed necessario eos deferre debent Superiori.
- 6 Reuerendissimus Sacri Palatii Magister viri doctri. ac morum honestate pollentibus dare solet in Romana Curia licentiam legendi libros prohibitos.
- 7 Episcopi locorum Ordinarij hodie non possunt dare licentiam legendi libris prohibitos, cum hoc tantum tribuatur Illustr. Cardinalibus Inquis. in plena Congreg.
- 8 Inquisitores ipsi non possunt libros damnatos legere, nisi eis ab Apost. Sede, vel per Sacram Congr. Inquisitionis fiat facultas.
- 9 Libri in Vrbe imprimi non possunt absque examine, & approbatione in scriptis Vicarij, & Palatii Apostol. magni Magistrj.
- 10 Episcopi, & Inquisitores hæreticæ prauitatis examen, & approbatio librorum imprimendorum extra Vrbeni requirunt.
- 11 Pœna imposta contra imprimendos libros absque requisita licentia, quæ sit, ostenditur.
- 12 Libros vendere, aut apud se tenere sub excommunicationis, & pœnitentiæ pœnis, nullus valet, nisi prius approbatj & examinati fuerint ab Ordinario. Barbof. de Episcopo. Pars III.

- 13 Excommunicatio imposta à Concilio contra vendentes, aut apud se retinentes libros sine Episcopi licentia, illi est reseruat, nisi tales libri essent hæreticorum.
- 14 Regulares volentes libros imprimere, extra Episcopi, & Inquisitoris examinationem, & approbationem, licentiam quoque à suis Superioribus impetrare tenentur.



TER salubres admonitiones, quas Imperator Basilius filio suo Leoni dedit, sequens circa librorum lectionem non est contemnenda. Per historias veteres ire ne recuses, ibi reperies sine labore, quæ alij cum labore collegerunt; atque illinc hauries, & bonorum virtutes, & improborum vitia: vitæ humanæ varias mutationes, & rerum in ca conuersiones, mundi huius instabilitatem, & multorum præcipientes casus; & vt verbo complectar, malorum facinorum pœnas, & bonorum præmia, quorum illa fugies, ne in diuinæ iustitiæ manus incidas: hæc amplecteris, vt præmijs, quæ illa consequuntur, potiarius. Ex qua admonitione colliges quantum sana librorum doctrina ad virtutem homines trahit, & à vitijs abducit, sicut & contra prauorum lectio legentium aures corrumpit, hæc penitus respuenda, quia plus est nocitura insipientibus, quam profutura sapientibus, vt dicit Sulpit. in dialogo 1. §. 1. & Vlpian. in l. 4. §. tantundem, ff. familie heredit. apertissimis verbis asserit libros improbatæ lectionis protinus esse corrumpendos, ibique eos assimilat malis medicamentis, pro quibus iudex officium suum interponere non debet.

Rempubl. si expedit malis hominibus expurgari, vt illa pace, & tranquillitate lætetur, l. congruit, ff. de officio Præsidis, eo magis expedit expurgari improbis libris, religionique noxijs, qui sunt magis apti ad dissensiones, & tumultus excitandos. Hinc Plato lib. 7. de legibus, Poëtarum libros, qui de Dijs suis parum religiosè loqui videbantur, repudiandos, & extirpandos censuit. Et Valer. Max. lib. 1. c. 1. scribit, quod cum Romæ reperti fuissent libri quidam, non nihil videbantur soluere religionem, Prætor Vrbanus ex auctoritate Senatus in conspectu populi cremauit. Et Tullius lib. 1. de natura Deorum refert Prothagoram Alderitem, quod libros noxios religioni scripsisset, Atheniensium iussu Vrbe, atque agro exterminatum, librosque eius in concione combustos.

Si Ethnici suæ falsæ religionis amatores, quicquid illi obnoxium scriptum reperiebant, igne concremabant, radicitalque euellabant, quanto fortius nos, qui Christianam, Catholicam, & veram religionem amplexi sumus, hæreticorum libros, qui illam euertere impie student, profus supprimere, & abolere debemus, non solum propter falsam doctrinam, quæ in eis continetur, sed etiam ne remaneant facinorosa peruersitatis vestigia, sed flammis combusta depercant, l. damnato, §. nec vero, C. de hæret. l. quicumque, §. omnes verò, C. eodem tit. & de hæreticorum libris scribens S. Hieron. in reg. c. 8. asserit melius esse eorum peruersa dogmata ignorare, quam per experientiam in aliquem laqueum erroris incurere; & ¶ perdendos esse hæreticorum libros tanquam aspidum oua scribit S. Greg. Nazianz. oratione 2. de fide, quia, vt ille inquit, nata sunt ad aspides, & basiliscos procreandos. Quare Concil. Trid. sess. 3. indicem librorum fieri iussit, vt omnes scirent, qui libri caueti essent, & qui tradendi. Omnes enim sine falsam, vel erroneam contineant doctrinam aduersus DDd Religio

Religionem, & Catholicam Fidem, siue contra bonos mores, abolendi penitus sunt; nam istos etiam e Republica esse eliminandos, docet Arist. lib. 7. Politic. c. 1. Unde idem in poet. lib. 1. tacite reprehendit Heremogenem, & Nicocharem, propterea quod hominum corruptos mores crimine expressissent. Postea Concilij Trid. Patres in indice librorum prohibitorum summa prudentia, & maturitate ita statuerunt. *Libri, qui res lasciuas, & obscenas ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solum Fidei, sed etiam morum, qui huiusmodi lectione corrumpi solent, ratio habenda sit, omnino prohibentur, & eos qui habuerint, seuere ab Episcopis puniantur. Antiqui vero ab Ethnicis conscripti propter sermonis elegantiam, & proprietatem permissantur, nulla tamen ratione pueris prelegendi sunt, &c.* [Concilio I I I. Tolerant in Hispania Episcopi Catholici duodecimo Leouigildi Regis anno libellum a Gothis Arrianis editum detestabantur, ut refert Ioan. Filescus de sacra Episc. auctoritate c. 1. §. 7. vers. Euzcheis, ubi ex Seuero Sulpicio Dial. 1. c. 2. ait Episcopos frequentibus decreuisse Synodis ne quis Origenis libros legeret, aut haberet; probatque a principio illius §. librorum improbatam lectionis, & qui seculum aliquod dogma contineant, ut loquuntur Imperatores, damnandorum ius ad Episcopos semper spectasse.]

Prohibitos libros habentes, non satisfaciunt illos comburendo, sed necessariò eos deferre debent Inquisitoribus, ut resoluunt Pena in add. ad Emeric. p. 2. tom. 3. vers. propterea. Martin. Delr. disquis. magic. lib. 5. sect. 17. vers. sunt autem tales libri, Sanch. in precepta Decalogi lib. 2. c. 10. n. 56. Azor. inst. mor. par. 1. lib. 8. c. 16. quæst. 11. [Ricci. dec. 253. n. 4. & dec. 260. n. 7. p. 4.] Fatinac. de heresi. q. 180. n. 40. [Soufa in Bullam Cæna c. 2. disp. 15. concl. 3. n. 4. Duard. in eandem Bullam lib. 1. can. 1. q. 52. n. 1. Homobon. de exam. eccles. p. 2. tract. 11. c. 7. q. 15. resol. 2. me citato in hoc loco Diana moral. resol. p. 1. tract. 11. resol. 37.] quicquid contrarium sentire videatur Zanch. de heret. cap. 7. sub n. 1. Vel licentiam legendi obtinere, quam in hac Curia concedere consuevit Reuerendissimus Sacri Palatii Magister, qui eam non nisi viris doctriæ, ac morum honestate pollentibus dare solet. Verum extra Curiam, quicquid antiquitus esset constitutum, negotium hodie est absolutum ex Constitutione Pij IV. quæ incip. *Quia inter crimina*, post quam huiusmodi facultas tribuitur tantum Illustrissimis Cardinalibus Inquisitoribus in plena Congregatione [strictius hoc procedit, quascunque enim licentias legendi & habendi libros prohibitos reuocauit Urbanus VIII. in sua constit. incip. *Apostolatus officium*, sub Dat. Romæ 2. Aprilis 1631. ibi, *Motu proprio, &c. omnes & singulas licentias legendi, & habendi libros quoscunque ob heresim, vel falsi dogmatis suspicionem, semper constitutiones Apost. etiam ratione Astrologia iudicariæ, vel alias quomodolibet prohibitos, quibuscumque personis laicis, & ecclesiasticis tam secularibus, quam Regularibus cuiuscunque Ordinis, Societatis, & instituti existentibus, ac quacunque dignitate etiam ecclesiastica fulgentibus, cuiuscunque status, gradus, conditionis, qualitatis, & præminentia etiam speciali nota & mentione dignis, ac per litteras Apost. ad tempus, seu ad vitam, & aliter quomodocunque, & ex quacunque causa tam in forma Breuis, quam aliter quomodocunque a prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, seu a quibuscumque aliis a Nobis, vel ab eis factam, & auctoritatem habentibus, non tamen a nobis ipsis per litteras Apost. etiam in forma Breuis, seu chirographum manu nostra signatum concessas eorum tenores præmissis pro expressis, & scriptis habentes, hac nostra perpetuo valida Constitutio-*

reuoquamur, cassamus, & annullamus, &c. refert nouissimè Laurer. de Franchis in controuers. inter Episcopum, & Regulares pag. 298. cum seqq.]

Vnde Episcopos loci Ordinarios hodie non possessecum dispensare circa lectionem librorum prohibitorum, nec dare licentiam legendi libros prohibitos, resoluunt Petr. Binsfel. in l. culpa, c. de malefic. & mathem. versic. nec etiam Episcopi, Nauar. conf. 1. quæst. 36. sub tit. de constitution. Martin. Delr. dist. 5. c. 17. versic. solum Pontificalibus, Azor. dist. cap. 16. quæst. 7. Sanch. disto cap. 10. num. 43. [nouissimè me citato in hoc loco Alzedo de præcellent. Episc. dign. p. 2. c. 6. n. 75.]

Immo nec ipsi Inquisitores possunt libros damnatos legere, nisi eis ab Apostolica Sede, seu per Sacram Congregationem Inquisitionis fiat facultas, stante Constitut. Iulij III. incip. *Cum meditatio cordis*, quæ expressè reuocat omnes, & quascunque facultates legendi libros damnatos, concessas quibuscumque personis cuiuscunque status, ordinis, & conditionis, etiam si Episcopali, vel Archiepiscopali, vel alia maiori dignitate Ecclesiastica, seu seculari præminentia fulgeant, cum qua concordat Constit. 49. Pauli V. quæ incip. *Quia in futurorum enemi-* bus, & alia eiusdem Constitut. 119. quæ incip. *Cum pro munere, quod sustinemus*, [& Urbani VIII. de qua supra. Ita Suar. de Fide disput. 20. sect. 2. num. 28. Sanch. in præcepta Decal. lib. 2. cap. 10. num. 46. Anton. Ricciul. de iure person. lib. 5. cap. 25. num. 4. quicquid contradicant Fatinac. de heresi. quæst. 180. num. 43. Bonacin. in Bull. Cæna tom. 3. disp. 1. q. 2. puncto 4. n. 10. Diana p. 4. tract. 8. resol. 46.

Episcopi absque Inquisitore possunt cognoscere, decidere, deferre, & terminare causas illorum, apud quos reperiuntur libri prohibiti non sapientes manifestam heresim. cap. accusatus, de heret. Eymer. in diuers. Inquis. q. 42. n. 2. Laurer. de Franchis ubi supra, pag. 298. vers. ad 8. & censuit Sacra generalis Congregatio S. Rom. & vniuersalis Inquisitionis, sub die 2. Decemb. 1611.]

Ne libri imprimerentur aliquid continentem religioni, aut bonis moribus contrarium, Sumus Pont. Leo X. constit. 12. incip. *Inter sollicitudines, de anno 1515* libros, & alias scripturas in Vrbe imprimi vetat absque examine, & approbatione in scriptis sui Vicarij, & Sacris Palatii Apostolici Magistrj, §. 1. & 2. Et in aliis diocesibus Episcopi, & Inquisitoris heretica prauitatis, dist. §. 2. Contrarium præsumentes libros amittunt, publicè libri comburuntur, ducatos centum fabricæ S. Petri de Vrbe persoluit, per annu ab exercitio imprimendi suspenduntur, & excommunicationis sententiam incurrunt, §. 3. Et crescente eorum contumacia supradicti Papa Vicarius, in Vrbe, & Episcopi alibi pœnas augeant, §. 4.

[Extat in Concilio Lateranensi sub eodem Leone X. sess. 10. his verbis: *Statuimus, & ordinamus quod de cetero perpetuis futuris temporibus nullus librum aliquem, seu aliam quamcumque scripturam tam in Vrbe nostra, quam alibi quibusuis ciuitatibus, & diocesis imprimere, seu imprimi facere præsumat nisi prius in Vrbe per Vicarium nostrum, & sacri Palatii magistrum, in aliis vero ciuitatibus, & diocesis per Episcopum vel alium habentem peritiam scientia libri, seu scriptura huiusmodi imprimenda, ab eodem Episcopo ad id deputat. ac Inquisitorem heretica prauitatis ciuitatis, seu diocesis, in quibus librorum impressio huiusmodi fieret, diligenter examinetur, & per eorum manu propria subscriptionem sub excommunicationis sententia gratis, & sine dilatione imponendam, approbentur. Quis autem scius præsumperint, ultra librorum impressionem amissionem, & illorum publicam combustionem, &*

pœnam pecuniariam, & anno continuo exercitio impressio- nis suspensionem, excommunicationis sententia inmodatè existat. Idem fere habetur in Indice librorum prohibitorum reg. 10. ubi decretum præfatum Concilij Lateranensis confirmatum, seu innouatum fuit.]

Postea Concil. Trident. d. sess. 4. in decreto de editione, & usu sacrorum librorum, sub prædictis anathematis, & pecuniæ pœnis decreuit, ne aliquis in futurum vendere, aut etiam apud se retinere libros valeat, nisi primum examinati, probatique fuerint ab Ordinario, eò maxime si de rebus sacris tractent. [Pro intellectu, & totius materia cognitione vide] Castro lib. 1. de potest. legis panalis cap. 8. vers. est etiam quedam lex, Couar. lib. 4. var. cap. 17. n. 1. vers. in hisce calamitatis temporibus, Felician. de consens. tit. de excommunicatione, c. 24. vers. qui librum; Andr. Gambar. de officio legati de latere lib. 2. num. 430. Fulch. de visitat. lib. 2. cap. 31. num. 9. Azor. inst. moral. p. 1. lib. 8. cap. 17. quæst. 1. Campan. in diuersorio iuris Canonici rubr. 12. cap. 13. n. 1. Valer. Regim. in praxi fore pœnitent. lib. 19. cap. 13. sectione 4. num. 256. Bonacin. ad Decretal. collect. 8. num. 7. Cherubin post hæc scripta visus, in compendio Bullarij in scholis ad prædicandum Leonis Decimi constitutionem. Piafec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 3. n. 41. vers. & primo. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 7. cap. 2. quæst. 9. in princip. [me citato in hoc loco Alzedo d. p. 2. cap. 6. num. 76. late Bonacin. de censur. extra Bullam disput. 2. q. 2. puncto 16. Alter. in expos. Bullæ lib. 5. disp. 2. c. 8. quæst. 2.] Quæ quidem licentia in scriptis est habenda, ut in dist. Constit. & Concilio Tridentino, locis proximè citatis. Excommunicatio vero supradicta est reseruata Episcopo, nisi tales libri essent hereticorum, quia tunc Summo Pontifici reseruaretur; ita ex Catech. Neapol. resoluit Iacob. de Graffis in dec. aures p. 1. lib. 4. c. 24. n. 9.

Subiicit Concilium Trid. loco citato, quod si volentes imprimere Regulares fuerint, ultra prædictam examinationem, & approbationem, licentiam quoque a suis Superioribus impetrare tententur, recognitis per eos libris iuxta formam suarum ordinationum. Sub qua Concilij decisione continentur lectiones, annotationes, disputationes, conciones, & alia similia; necnon tractatus permanentes, tum ad deuotionem, tum ad quietationem conscientiarum, stimulationes Fratrum, & cetera huiusmodi, quæ sibi inuicem communicant Fratres, modo communicant ad effectum imprimendi, vt declarauit Sacra Congregatio, prout referunt Capucin. in compendio priuilegiorum Mendicantium, verb. imprimere, Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 104. art. 1. in fine. Galet. in margarita casuum conscient. verb. legere, Cherub. loco supra citato, & ex hoc loco post primam impressionem me non citato plura mutuatus est Aloyf. Ricci. Neapol. dec. 260. n. 6. p. 4. [Noar. in sum. Bullarij tit. de librorum impressione n. 2. me citato in hoc loco alter Nouar. frater in lucerna Religiosorum verb. impressio librorum, a princ.

Vnde Suar. de censur. disp. 23. sect. 7. n. 2. Azor. d. q. 2. Alter. d. c. 8. quæst. 2. Filiuc. tract. 14. c. 6. qu. 6. num. 83. resoluunt si manuscripta, quæ aliis communicantur, tractant de rebus sacris, incurrunt excommunicatione Conc. Trid. de sess. 4. ad fin. subdit verò Bonacin. d. disp. 2. q. 2. puncto 16. n. 1. 2. vers. hoc tamen, hoc debere intelligi modo huiusmodi manuscripta dici possunt liberi, quia in Tridentino mentio fit de libris. Ex quo sequitur, ait Bonacina, communicantè alteri conciones, scripta Theologica, priuatas orationes, prælectiones, annotationes, obseruationes de rebus sacris nõ examinatas, & approbatas iuxta supra scripta solemnitate non incidere in excommunicatione Barbos. de Episcopo. Pars II l.

nam, quia Conciliū loquitur de libris, qui scribuntur, vel eduntur, vt aliis communicentur, & diuulgentur, huiusmodi autem manuscripta non fuerunt scripta vt diuulgentur per modum librorum, sed ad priuatum vsum, & commodum, ita Suar. loco citato num. 3. Azor. q. 4. Filiuc. loco citato n. 83. & Alter. d. q. 6.

Verum in edendis conclusionibus, informationibus, poematibus, aut orationibus in alicuius laudè compositis, quamuis non fiant in modum libri, seruanda est prædicta solemnitas iuxta dispositionem dicti Concilij Lateranens. ibi, *quicumque liber, aut quacunque alia scriptura, &c.* & iuxta d. reg. 10. In actis, ibi, *in librorum, aliarumve scripturarum impressione, &c.* Azor. d. q. 2. Alter. d. q. 1. Filiuc. d. q. 6. n. 83. Bonac. d. puncto 16. n. 11. ubi ait Mediolani vsu receptum esse, vt consultationes, & alia scriptura, quibus litigantes in foro contentioso vtiuntur, absque præuio Superiorum examine & approbatione imprimantur: quam consuetudinem receptam videri asserit scientibus, & fortè amuentibus locorum Ordinariis, & Inquisitoribus, quia non vacat tēpus ad hæc omnia examinanda, & periculum saepe est in mora, ex qua litigantes non leue damnum paterentur: idem vide obleruari in Curia Marticensi, dum ibi nonnullas informationes Iuris typis darent.]

ALLEGATIO XCI.
Episcopus circa Medicos quam habeat auctoritatem

SUMMARIUM.

- 1 Medici quoties ad gradus Doctoratus sunt promouendi, ultra Fidei professionem sunt obligati intrare in manibus Episcopi, vel Rectoris obseruare statutum factum per Pium V.
- 2 Medici ultra tertiu diem egroti non visitent, nisi per Cōfessarij scriptis ipsis de infirmi Cōfessione fides fiat.
- 3 Medici non seruiant Innoc. III. & Pij V. constitutiones, quas pœnas incurrant, ostenditur.
- 4 Constitutiones Innoc. III. & Pij V. quibus habetur, vt cum Medici infirmum visitant, cum faciant confiteri, intelliguntur de quacunque infirmitate, qua ex se lectum petat.
- 5 Medici an sint nobiles? ostenditur, & n. 6.
- 6 L. vlt. ff. de iure immun. declaratur.
- 7 Medicus Regis magnam consequatur dignitatem.
- 8 Laudantur D. Antonius Barbosa, patris Auctoris annunculus magnus, & D. Baltas. Dazaredo eius conciuis, Regni Portugaliæ Protomedic.
- 10 Medicina præstantia, etque dignitas è Sacris litteris colligitur.
- 11 Christus Dominus Saluator noster à sacris Scripturis illarū medicus saepe silet appellari.
- 12 Medici tanquam Dei ministri accessendi, & ad eos diuino primum freri auxilio confugere debemus.
- 13 Asu Rex, quoniam se totum humanis applicare remedijs, nulla Dei habita cognitione, mortuus est.
- 14 Christus Dominus cur luctum posuit oculis cæci, cum eum sanauit, ostenditur.
- 15 Parochi sicut ad animarū curadas fuerunt instituti, vt illarū salui inuigilant, sic medici ad curanda corpora constituti obstringuntur industria, consilio, & labore morbo laborantibus opem ferre.
- 16 Medici sicut solēt egrotos admonere, vt à noxijs abstineant, ne morbum contrahant, ita oportune eosdem debent instruere, vt animi morbos, ac vitia declinent, ex quibus corporis egritudines multoties subsequuntur.

VOTIES medici ad gradus Doctoratus sunt promovendi ultra Fidei professionem per ipsos faciendam, sunt obligati iurare in manibus Episcopi, vel rectoris observare statutum facium per Pium V. Pont. Max. in sua consuetudine. incip. *Sup. r. regem Dominicum, Dat. sub die 8. Marij 1566. ann. primo sui Pontificatus*, in confirmationem antiquæ & salutaris Decretalis Innoc. III. in Concilio generali, incip. *Cum infirmitas, de pœnit. & remiss.* ut cum ad infirmum vocantur, primum eum moneant, & inducant ad procurandam salutem animæ, vocando medicum spiritualem; hoc addito noviter ipsi Decretali, quod medici ultra tertium diem agrotum ne visitent, nisi per Confessarij scriptum ipsis de infirmi Confessione fides fiat, vel nisi Confessarius ex iusta causa longius tempus infirmo concedendum iudicet, præcipit igitur Vniuersitatibus & Collegiis, ut cum licentiâ medicum alicui concesserint, aut ad Doctoris gradum eum promouerint, exigant ab eo iuramentum hæc seruandi, referunt *Quaranta in summa Bullarij, verb. medicus, Nauar. in man. cap. 25. num. 60. vers. tertio, Fulch. de Vfiar. lib. 2. c. 30. a num. 3. Cened. ad Decretal. collect. 107. num. 6. & collect. 166. num. 5. Fr. Ludou. Beja respons. casuum conscientie par. 1. casu 11. Attendar. in addit. ad recopil. legum Nauaræ lib. 2. tit. 23. l. 3. de medicis*, latissime Sanch. in præcepta Decalogi lib. 3. cap. 16. num. 2. cum multis seqq. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 399. [latè Diana mor. resol. p. 3. r. 4. resol. 93. vbi in fine vers. dico quomodo post Scott. & Sanch. tenet iuramentum à medicis præstitum exequendi decreti, solum intelligi in quantum dicta constitutio Pij V. vsu recepta est, Zambran. de casibus in artic. mortis cap. 4. in princip. num. 1.]

Medici non seruantes in visitatione infirmorum ad lectos iacentium prædictas Innoc. III. & Pij V. constitutiones, sunt arcendi ab ingressu Ecclesiæ, item & perituri, ac priuandi gradu, per d. consuetud. Pij V. & incurunt excommunicationem ipso facto per constitutionem Synodalem Papiæ cap. 36. p. 3. quam refert Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 112. alias vlt. casu 30. & per consuetud. Synod. Segobien. lib. 1. tit. 4. cap. 12. quam refert Aloyf. Ricc. a. resolut. 399. num. 2. & per Concil. 1 V. Bracharen. ad. 5. cap. 31. in hæc verba. *Præcipit sancta Synodus singulis huius prouincie medicis sub excommunicationis pœna, ut quo primum de agrotis decumbentes inuisitatos de saluari saltem Confessione faciendâ admovent. Alioquin si eum illos reuisent, & præmissum fuisse compererint, de mo admovent, addita comminatione, qua testentur se amplius non reuersuros, nec decumbentium curam habituros, si cum tertio redierint saltem saltem ab egruis Confessionem non reperierint. Quod nisi re ipsi medici compleant, prædictam excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, & indicta ab Ordinariis multa pijs vrbibus applicanda puniantur.*

Quidam prædictas Innoc. & Pij V. constitut. intelligunt de infirmis à morbis vitæ periculum asserentibus, quasi secus sit quando constat morbum periculo carere. Ita Nauar. d. cap. 25. num. 61. Vega in sum. tom. 2. cap. 35. casu 3. Iacob. de Graffis in aureis decif. par. 1. lib. 3. cap. 14. num. 7. Fr. Emman. in sum. tom. 1. cap. 246. in fine. [& quæst. Regul. tom. 1. qu. 47. art. 3. Scott. in Bullas Pontificas. 89. Theorim. 215. Hornob. de statib. p. 2. c. 5. Diana citato loco, Zambran. d. cap. 4. in princ. n. 11. Mar. Ant. d. c. fu 30. vers. ceterum, vbi addit tenendi sæper pro tutiori via infirmitatem omnè esse periculosam, si infirmus iacet in lecto, cum in temporis momento infirmus repente infirmitate

aggrauetur, prout præ oculis quotidie habetur mors. Verùm alij melius prædictas constit. intelligunt non de solo morbo periculoso, sed de quocunque, qui non ex deliciis, nec ex solo podagra impedimento, sed ex se lectum perat, ita Soar. tom. 4. disp. 75. sect. 3. num. 4. & 5. Aloyf. Ricc. d. resolut. 399. num. 2. Sanch. d. c. 16. n. 7.

[Verùm si æger in probabili mortis periculo constituitur, non est deserendus à medico, etiam si pernix sit in renuenda Confessione, immo idem dicendum est quoties medici absentia esset grauius ægro nocitura, & quod plus, quando creditur certo monitionem nihil profuturam ob ægri obstinationem, nec medicus tenetur eum admonere, nec eum deserere; ita Sanch. d. c. 16. n. 10. 11. & 16. Vilalob. in sum. tom. 1. tract. 9. diffic. 27. num. 5. Diana d. resol. 93. vers. dico tertio, vbi in vers. dico quarto, subdit non esse necessarium quod medicus exigat fidem Sacerdotis in scriptis, sed sufficit testimonium illorum, qui eius curam gerunt, si sint fide digni, & in vers. dico secundo, tenet prædictam monitionem satis esse ut medicus faciat per alio.]

Illud hic non ingraturū erit differere, an medici nobiles sint? Pro parte negatiua facit text. in l. vlt. de iure immuni. vbi inter alios vilem, & mechanicam artem exercentes iureconsultus eos recenset, facit etiam text. in l. ambrosiana, ibi, ob liberalem artem, vel medicinam, ff. de decretis ab ordine faciendis, cum aliis, quibus probari videtur medicinam liberalem artem non esse, ut contendit Ioann. Garc. de nobilit. glof. 48. §. 4. n. 12. iunctis multis, quæ in illius vtilissima, & necessariæ artis inuidiam, atque odium scribunt plures citati per Tiraquell. de nobil. cap. 44. ferè per totum, Callan. in catalogo gloria mundi p. 10. consid. 26. Gamar. de excellentia legalis scientia, ad finem, & alij disputantes quaest. illam, an Medici Iurisperitis sint præferendi.

Verùm, quia sapiens bonam eorum operam sum expertus, honore dignos semper profitebor, ut monet Sacra pagina, honora medicum propter necessitatem; & quia scio leges docentibus æquiparari in l. medicos, C. de professor. & medicis lib. 10. & optimam ratione colliges ex l. 1. §. medicorum, ff. de varijs, & extraord. cognit. dum ait eandem esse causam medicorum, & professorum iuris iunctis multis, quæ de eiusdem artis excellentia, & prærogatiua latè prosequuntur Tiraq. d. c. 31. à n. 339. Pineda in vita S. Ioannis Baptistæ lib. 2. art. 3. cap. 3. pag. 284. Callan. d. p. 10. consid. 43. Vnde autem primum cæperint medicum nobilitari, explicat Brisson. selet. lib. 2. c. 3.

Non obstat d. l. vltim. ff. de iure immuni. cum similibus, quia responderet cum Tiraq. d. c. 31. n. 523. distinguendo partes medicinæ: alia enim speculatiua sunt, & ex iis artem esse liberalem fateri oportet: alia chirurgiæ, & hanc illiberalem, seu mechanicam esse fatentur, etiam si ipsi medici, quia scilicet chirurgi manu operantur: quia autem medici olim chirurgicum simul exercebant, ut ex l. qua actione, §. vltimo, ff. ad legem Aquil. & pluribus aliis ex iure nostro, atque bonis auctoribus comprobatur Brisson. d. lib. 2. c. 4. non immeritò hæc ex parte medicis inter mechanicam artem exercentes recensentur in d. l. vltim. quâvis propter alias partes, quæ speculatiuam respiciunt inter Philosophos, Rectores, & Grammaticos ponuntur ab Vlpiano in l. sed & in princ. ff. de excusat. iur.

Medicus Regis magnam consequitur dignitatem. 8 Callan. in Catalogo gloria mundi, par. 5. considerat. 24. vers. 127. & par. 6. consider. 12. Tiraquell. d. cap. 30. num. 11. Boër. decif. 222. n. 11. † In nostro igitur Portugaliæ Regno magnis afficitur honoribus, quod

latis nostris probant dominus meus Doctor Antonius Barbosa, magnus parentis mei auunculus, qui Proromedicus Portugaliæ extitit, ac intus infantis Cardinalis Henrici, postea vltimi Lusitanie Regis Cubicularius, quem nobilitas luget. Et hæc nostra tēpestate insignis Doctor Balthasar Dazeredo conciliis meus, nunc meritiſſimus illius Regni Proromedicus, & Conimbricensis Academiae Medicinæ primarius professor emeritus, vir generosus, & Christi Cruce insignitus, qui Regis nostri Philippi III. munificentia beneficiis auctus, Lusitanicæ gentis decus est, & ornamentum.

De medicinæ præstantia, atque dignitate in Sacris litteris præclara testimonia relicta legimus, veluti in Eccles. cap. 30. cum dicitur, honora medicum propter necessitatem, etenim creauit illum Altissimus; & deinde, à Deo est omnis medela; & pauld post: Altissimus creauit de terra medicinam; & vir prudens non abhorrebit illam; & pauld post: Fili in infirmitate tua da locum medico, etenim illum Dominus creauit, & non discedat à te, quia opera eius sunt necessaria. Et apud Hierem. cap. 8. nunquid Regina non est in Galaad? aut medicum non est ibi? Sed & in Euangelio Matth. 9. Marc. 2. & Luc. 5. dicitur, non opus est bene valentibus medico, sed male habentibus, & non egent qui sani sunt medico. Immo † Saluator noster Christus Dominus à sacris Scripturis medicus sæpe solet appellari, Cyrill. lib. 7. contra Iulianum, tom. 2. S. Augustin. in Psalm. 58. & 103. S. Ambros. sermon. 28. de Quadragesima. Quapropter huiusmodi † medici sunt accersendi tanquam Dei ministri ad quos diuino primum freti auxilio confugere debemus, non sicut † Asa Rex, qui in infirmitate sua non quaesuit Dominum, sed magis in Medicorum arte confusus est, 2. Paralipom. cap. 16. Hic enim Rex, quoniam abusus est potius hoc præsidio, nec ut Dei beneficium agnouit: sed totum se humanis applicuit remedijs, nulla Dei habita cogitatione, Deus illum. neglexit, & mortuus est. At verò Naaman Cyrus curatus fuit à lepra lotionis aquæ, 4. Regum 5. Et Ezechie vlcus sanatum est superimposito ficuum cataplasmate, 4. Reg. cap. 20. Et diuus Ioannes Euangelista vsus dicitur balneo abluitionis gratia, quod ad sanitatem aliqui referunt, Eusebius lib. 3. cap. 24. Immo † Christus Dominus Ioan. cap. 9. lutum imposuit oculis cæci, ut collatum, & instrumentum sanitatis, quamuis ipse eo non indigeret, qui mirabiliter sanabat: vti tamen voluit, tum vt ait Franciscus Valeſius de sacra philosophia cap. 39. ad indicandum medicinæ vsum: tum ad maiorem suæ virtutis declarationem, qui medicamento potius rei naturæ contrario sanitatem inducebat.

Sicut Parochi ad animas curandas fuerunt instituti, assidueque illarum saluti inuigilare debent, nec quicquam prætermittere, quo possit illorum incolumitas adiuuari, cum tamen sciant rectè viuendi, atque in virtutibus proficiendi subsidium, à Dei prouidentia, ac misericordia imprimitis pendere. Sic Medicos ad curanda corpora constitutos obstringi quacunque possint industria, ratione, ac etiam consilio morbo laborantibus opem ferre, sibi nihilominus persuadentes, illorum sanitatem, aut interitum à Dei beneplacito pendere, qui dixit per Prophetam suum Deuterom. 31. Ego occidam, & viuere faciam, ego percussurum, & ego sanabo, & non est qui de manu mea possit eruere.

Sicut etiam solent Medici verè amantes & studiosi aliorum sanitatis, eos etiam dum bene valent, ad nonere vt à nimio Solis aestu à vino vehementiori, ab acerbioribus pomis, atque edullis noxijs absti-

neant, ne morbum contrahant: sic opportunè eodem debent instruere, vt animi morbos, ac vitia declinent, ex quibus corporis ægritudines multoties subsequuntur, & ex sacro Euangelio Ioan. 5. dicitur, Ecce sanus factus es, ex quo euidentis est ob peccata, & Dei offensiones, infirmitates, ac languores, quandoque generant, vt exorditur Innoc. in dist. cap. cum infirmitas.

ALLEGATIO XCII.

Episcopi illis casibus, in quibus tanquam Sedis Apostol. delegati procedunt, an delegati, vel Ordinarij iudices sint censendi?

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopis quibus in locis tam iuris communis, quam Concilij Trident. facultas concedatur, vt tanquam delegati Sedis Apost. procedant, remissive ostenditur.
- 2 Delegatio quoties sit ab ipsa lege non delegatam, sed potius Ordinariam iurisdictionem tribuit.
- 3 Episcopi cum tanquam delegati Sedis Apostolice cognoscunt, quod Ordinariam iurisdictionem habeant, adducuntur aliqua fundamenta, sed contrarium verius.
- 4 Respondetur fundamentis prima opinionis.
- 5 Delegatio quando sit à Canone, seu lege per modum commissionis specialis, & non sub ratione officij, delegatam, & non Ordinariam iurisdictionem tribuere censetur.
- 6 Delegatus iudex dicitur ille, cui sine magistratu, officio, aut non habita ratione ad illud, iurisdictione mandata est.
- 7 L. & quia, ff. de iurisdic. omnium iudic. declaratur.
- 8 Iurisdictione quando iudici Ordinario à lege, seu Principe committitur, quæ aliàs, semota commissione ei competebat, adiecta clausula, auctoritate nostra, vel tanquam delegatus à nobis, & similiter, sit delegata.
- 9 Delegata causæ iudici Ordinario quando illum in eis procedentem delegatum, quando vero Ordinarium iudicem constituant, ostenditur.
- 10 Iurisdictione, quæ absolute conceditur per illa verba, auctoritate Apost. seu tanquam Sedis Apost. delegatus, est delegata, licet fiat circa illa, ad quæ aliàs Episcopus iurisdictionem habebat.
- 11 Iurisdictione cum conceditur adiecta particula, etiam, veluti cum dicitur, etiam tanquam Sedis Apost. delegatus, vel etiam auctoritate nostra, Ordinaria, & delegata est.
- 12 Distio, etiam, vnum casum exprimit, & alium includit.
- 13 Appellatio interponitur ad Metropolitanam ex sententia prolata ab Episcopo in casu, in quo processit, etiam tanquam Sedis Apost. delegatus.
- 14 Appellatio quo ad effectum deuoluitur ab Episcopo visitante etiam tanquam Sedis Apostol. delegato interponitur ad Metropolitanam.
- 15 Iurisdictione quando Episcopo conceditur cum remotione obstaculi exemptionis, aut priuilegiarum Ordinaria restituta censetur.
- 16 Iurisdictione Episcopis specialiter concessa, simpliciter

tamen nulla adiecta clausula, si non persona, sed muneri, aut dignitati perpetua detur, ordinaria est.

17 Capitulum Sedo vacante an possit succedere in illis casibus, in quibus facultas Episcopo conceditur ut procedat tanquam delegatus Sedis Apostolice ostenditur.



VESTIO hæc ad multa deseruiens utilis est, nam passim in Iure communi Episcopis facultas concessa reperitur, ut procedant tanquam Sedis Apostolice delegati, vel alia simili verborum forma, ut in cap. a. l. abulendam, in fine, de heret. cap. irrefragabili, §. ceterum, de officio Ordin. cap. 1. §. ultim. de statu Regul. lib. 6. Clem. 2. de statu monach. Clement. 1. de suppl. neglig. Pralat. Clement. quia contingit in sine prin. cap. de relig. domibus, & sæpe alibi; sic etiam per sac. Concil. Trident. sub eadem verborum forma eisdem iurisdictioni passim conceditur, ut in c. 2. sess. 5. de reform. & c. 6. de res. mar. c. 2. §. 4. & c. 7. sess. 7. c. 6. §. 14. & c. 14. & c. 4. & c. 5. & c. 7. & c. 8. & c. 10. & c. 11. & c. 14. & c. 15. & c. 16. & c. 17. & c. 18. & c. 19. que habentur in Indice Concilii verb. Episcopi quibus in ca. 15. & congerunt Azor. instit. mor. p. 2. lib. 3. c. 5. Franc. Leo in th. sacro sacri Ecclesiastici p. 2. c. 2. a. §. 9. cum multis sequentibus, Aloy. Ricc. in praxi auct. resol. 449. idem non abs re dubitari potest, verum huiusmodi iurisdictioni competens Episcopis virtute dictæ clausulæ delegata, an Ordinaria sit censenda?

18 Aliqui hanc iurisdictionem Ordinariam esse contendunt. Primo, quia quoties delegatio fit a ipsa lege, non delegata, sed potius ordinariam iurisdictionem tribui, videtur probare text. in l. & quia, ibi, nec ipsa lex deservit, per argumentum a contrario ff. de iurisdictione omnium iudic. & in specie notavit gloss. 2. in d. cap. irrefragabili, §. ceterum, quam ibidem sequuntur multi, Berol. multis confirmans in rubrica de officio deleg. num. 57. Ortan. in l. cum, 7. 1. & ibi dem latè Jacob de Nigris num. 37. cum duobus sequentibus, ff. de officio eius. [Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 25. num. 92. vbi tenet quod cum hæc omnia mandentur Episcopo, non ex delegatione aliqua particulari ad hanc, vel illam causam, neque tanquam iudici, sed tanquam Episcopo, nihil est quin omni casu censetur illi excicitata ordinaria, etiam si Concilium adiciat delegatam, plures citati a Cened. can. lib. 1. quest. 34. num. 3. & a Salgado in nou. ff. tract. de supplicat. a 1 Sanctissim. p. 2. c. 2. §. 2. §. 5. num. 15. qui per totum illud cap. nos in hoc loco sæpe sapius citat, & cum nostra distinctione licet inuitus remanet.] Secundo, quia si causa illa, etiam post commissionem Episcopo competebant, iurisdictionem non alterari, sed adhuc post commissionem manere Ordinariam, probat expressè text. in cap. licet, de officio Ordin. vbi omnes notant. Tertio, quia etiam si causa illa semota commissione Episcopo non competere, adhuc post commissionem manere Ordinariam, manifestè deducitur ex decisione text. in cap. cum aliquibus, vers. si vero, ibi, non Apostolica, sed recipientium censetur auctoritate receptus, iuncto principio, ibi, non obstantibus, & c. de res. lib. 6. dum probat, quod vbi habenti alias potestatem de iure communi ad aliquid faciendum, quæ tamen per priuilegia, seu exemptiones impedita erat, eadem iterum potestas conceditur, Ordinaria manet; constat autem, quod in specie prædictorum iurium, & similibus, si non darentur exemptiones, priuilegia, seu reservationes, Episcopi de iure communi iurisdictionem habebunt ad illa omnia exercenda, de quibus in eisdem agitur, iuxta reg. text. in cap. cum

V. l. quondam supra alleg. 133. n. 11. de leg. quam de iurisdictione in rebus de anno 1563. cap. 1. §. 10.

Episcopus, 7. de offic. Ordinari. in 6. c. omnes Basiliæ 16. quest. 7. & quæ passim tradunt Doctores tam nostri, quam Theologi, asserentes Episcopos in suis diocesisibus omnia de iure facere posse, quæ Summus Pontifex in toto orbe, nisi specialiter exempta, seu reseruata reperiantur, facitque regul. text. in cap. nuper, 29. vers. in seculo, ibi, quia tamen, & c. de sent. excomm. Henric. in summ. lib. 2. cap. 3 §. 2. iuncta lit. D. cum aliis citatis supra alleg. 33. num. 16.

His tamen non obstantibus alij melius tenent, in omnibus casibus, in quibus per Ius commune, aut Concil. Trident. Episcopis facultas conceditur, ut procedant tanquam Sedis Apostolice delegati, non Ordinarios; sed delegatos Iudices esse censendos, cum enim in his terminis non iure officij sui, nec habita ratione ad illud, sed magis ex speciali delegatione eisdem iurisdictioni committatur, ut patet, consequens sit illos delegatos, non vero Ordinarios constitui, tradunt in specie post gloss. ult. in d. c. ad abulendam, de heret. gloss. 2. in c. per hoc, eodem tit. lib. 6. gloss. verb. auctoritate, in cap. 1. de officio agra. & vtrouque Doctores, Abb. num. 15. & ibidem Marian. num. 14. & a num. 37. in d. c. ad abulendam, Dec. in rubr. n. 6. de officio deleg. Cosin. in pragmat. lit. de collation. §. item circa, verb. legatum, Pauin. de potestate Capituli, part. 1. quest. 1. o. num. 3. & 4. Sanch. de matrim. lib. 8. disp. 2. num. 10. Aloy. Ricc. d. resol. 449.

Qua opinione reuera non obstant, quæ in contrarium pro prima supra adduxi, nam ad primum respondetur, quod si licet delegatio a Canone, seu lege fiat, si tamen sit per modum commissionis specialis, & non sub ratione officij, delegata, non vero Ordinariam iurisdictionem tributam censeri, ut probat text. in l. 1. vers. & ideo, ibi, lege, vel Senatus consulto delegatam, & in §. qui mandatum, ibi, sed in rem imperium, quod lege datur, & c. ff. de offic. eius, & ita in terminis resolvunt supra citati, deinde hoc ipsum deducitur ex veriori iudicis delegati definitione, quæ habet si illum verè dici iudicem delegatum, cui sine magistratu, officiove, aut non habita ratione ad illud, iurisdictioni mandata est, secundum Molin. de iustitia tom. 6. disp. 14. n. 1. Morlam in emporio iuris. tit. 2. in præd. num. 88. in fine, D. Barbofa in l. cum prator, §. 1. num. 21. & 22. & a n. 24. cum sequentibus, ff. de iudic. nam idem ibi dicitur, iurisdictioni mandata est, quia nihil refert an ab homine, vel lege mandetur, si per modum specialis commissionis delegatur. Nec refragatur text. in d. l. & quia, ibi, nec ipsa lex deservit, quia responderet aliud esse legè deferre iurisdictionem, de quo text. ille loquitur, quod quidem solum Magistratibus Ordinariis lex facit, dum tales creantur: alij verò delegare, de quo agimus, vnde licet verum sit illos, quibus lex iurisdictionem defert per modum Ordinarij magistratus, Ordinarios esse (quod text. ille tantum concludit) non tamen inde sequitur illos, quibus delegat per modum specialis commissionis, etiam Ordinarios manere, neque text. hoc significat quod vero iurisdictioni non expiret, etiam si re integra Legislator moriatur, ut omnes agnoscunt, & verum est, non prouenit ex eo, quod talis iurisdictioni Ordinaria sit, sed quia lex delegans nunquam moritur, vulgata l. Arriari, C. de heret. facitque bonus text. in c. si gratiosè, vers. secus auem, de res. lib. 6.

Ad secundum respondetur, verius esse quando iudici alias Ordinatio, a lege, seu Principe iurisdictioni committitur, circa illa tamen, quæ semota commissione ad illius spectabant potestatem, non delegatam iurisdictionem de nouo tribui, sed Ordinariam, quam iam habebat, excitari, ut in specie probat text. in d. cap. licet, ibi, suæ iurisdictioni subiectos, & per totum

Sp. eval. tom. 1. de iur. §. 2. in de probat. §. 1. Actum dicitur iurisdictionem, utam, sine speciali mandato exere. Vere non potest. Præter. in d. l. quo in d. de offi. 5. Delag.

totum text. vbi post gloss. penult. omnes ibi notant, Iaf. in l. ius Civile num. 2. ff. de iur. & iure, Cened. ad Decretal. collect. 157. n. 1. Menoch. de pres. lib. 2. quest. 16. num. 24. Attamen hoc non procedit quoties in commissione adiecta fuerit clausula, Auctoritate nostra, vel tanquam delegatus a nobis, aut similitur, quia tunc iuxta reg. text. in l. 1. §. si quis simpliciter, vers. cum adijciatur, ff. de verb. obligat. videtur Superior iurisdictionem Ordinariam inferioris, mutare in delegatam, dum vult ut ipse non iam suo nomine, sed delegantis cognoscat, quod proprium est delegatorum, succeditque regul. l. 1. vers. omnia enim, C. de veteri iure enuch. iuncta l. 1. §. qui mandatum, & l. 3. ff. de officio eius, probat in specie text. in d. c. cum aliquibus, vers. nisi, de rescript. lib. 6. ex quo ita in terminis post Bart. & alios, quos citant, tradunt Menoch. de arbit. lib. 1. quest. 1. 2. a num. 4. Azueud. in rub. tit. 9. num. 17. & 18. lib. 3. noua recop. Molina tom. 6. tract. 5. disp. 1. 4. num. 15. vers. quando verò.

Ad tertium responderetur etiam verum esse, quando alicui iudici Ordinario cause aliqua committuntur, ad quas citra commissionem, potestatem non habebat, illum non Ordinarium, sed delegatum iudicem esse censendum, si quidem non sub ratione officij, aut magistratus, sed ex speciali commissione eidem competunt, facit bonus text. in l. 3. ibi, & si Prator sit is, & c. ff. de officio eius, d. cap. cum aliquibus, vers. si canonicorum, de rescript. in 6. & est doctrina Bart. in l. more maiorum, num. 8. ff. de iurisdictione omnium iud. & in l. ambitiosa, num. 34. ff. de decretis ab ordine faciendis, quam sequitur D. Barbofa in l. cum Prator, §. 1. a num. 72. ff. de iudic. cum latè traditis per Menoch. de presump. lib. 2. quest. 16. num. 25. cum duobus sequentibus Molina d. tom. 6. disp. 14. n. 1. vers. quando autem. Limitando, nisi in his terminis commissio fiat habita reuelatione ad officium, seu magistratum, veluti si dicatur, ad officium talis iudicis, vel ad tale iudicem pertineat, & c. tunc enim non iurisdictioni noua delegata: sed magis antiqua Ordinaria protogata, seu extensa censetur, sicque notabiliter in his terminis ampliabitur decisio text. in d. c. cap. licet, de officio Ordinari. tradunt Balb. in d. l. more maiorum colum. 2. Menoch. num. 25. D. Barbofa n. 30. cum seq. proximè citatis locis. Per contrarium tamen si causa, quæ committitur, eius sunt natura, quod secundum iuris regulas ad cognitionem iudicis ratione sui officij pertineant, cum per priuilegia, seu aliter ab ipsius potestate essent exemptæ, iterum simpliciter ei committuntur, non obstantibus illis priuilegiis, seu exemptionibus, tunc respectu illarum iudex censetur Ordinarius, non delegatus; bonus textus sic intelligendus in d. c. cum aliquibus, vers. si verò, quod ex eo probatur, quia tunc cognitio, seu potestas iam competit iure proprii officij, quod est iudicis Ordinarij proprium, nec ex commissione recipitur, ut in delegatis contingit: nam licet verum sit, quod per illam commissionem remouetur impedimenta, seu exemptiones, per quas talis cognitio, alias iure communi competens suspensa erat, & interdicta, nullatenus tamen ipsam potestatem cognoscendi de nouo recipitur, sed tantum impedimentis sublatis ad suam antiquam naturam redit, ac proinde ordinaria manet, iuxta regul. text. in l. si vnus, 27. §. patris, in fine, iuncta gloss. verb. red. litur, ff. de patris, cap. ab exordio, distinct. 35. & optimo exemplo cernere licet in illo, qui ligatus censura aliqua Sacramenta recipere, aut coasferre non poterat, dum enim postea absolutus illa recipit, aut confert, non dicitur recipere, seu conferre ex auctoritate eius, qui absolutus, sed ma-

gis ex pristina facultate, seu potestate, quam habebat, tradunt bene explicantes, Anchar. & alij in d. c. cum aliquibus, Iacob. de Nigris in d. c. l. 1. num. 39. ff. de officio eius, Iaf. in d. c. l. 1. §. si quis simpliciter num. 5. & ibi Crot. num. 10. ff. de verb. obligat. Felin. in d. c. cum ex officio, num. 32. vers. & quia, de prescript. Sed hæc omnia intelligenda sunt, vbi cause hæc sublatis impedimentis simpliciter committuntur, secus, si adijciatur clausula illa, auctoritate nostra, vel similis, tunc enim iudex non Ordinarius, sed delegatus manebit, d. c. cum aliquibus, vers. nisi, D. Barbofa in l. cum Prator, §. 1. a num. 32. ff. de iudic. iunctis resolutis supra n. 8.

Ex quibus, ut omnis æquiuocationis occasio tollatur, obseruandum est cum Nicol. Garcia de benef. part. 5. cap. 7. a num. 48. quod iurisdictioni absolute conceditur, per illa verba, auctoritate Apostolica, seu tanquam Apostolica Sedis delegatus, ut in pluribus decretis Concilij Trident. & iuris communis, in d. c. ad abulendam, & in d. c. irrefragabili, §. ceterum, adductis in princip. huius allegat. tunc licet concessio fiat circa illa, ad quæ alias Episcopus iurisdictionem habebat, sine dubio delegatus censetur, ex regul. d. cap. cum aliquibus, vers. nisi, quicquid aliud indistinctè dicitur Cened. ad Decretal. collect. 157. n. 1. Vel tursus in tali concessione adijciatur particula, etiam, veluti cum dicitur, etiam tamen Apostolice Sedis delegatus, vel, etiam auctoritate nostra, ut sess. 6. de reformat. cap. 6. sess. 22. de reformat. cap. 10. tunc t. vtramque potestatem, Ordinariam scilicet, & delegatam Episcopus habere dicitur, iuxta naturam dictionis, etiam, quæ vnum salum exprimit, & alium includit, gloss. verb. Ecclesie, iuncto textu in Clem. 2. de heret. cum citatis à me ipso [in tract. de claus. s. v. s. f. reg. claus. 1. 12. quamuis enim videatur hoc non posse subsistere cum duæ iurisdictiones Ordinaria & delegata non sint comparabiles, neque concurrant in vna, eademque persona, ut censuit Butt. in cap. cum ex officio, sub num. 8. vers. non puto, de prescript. tamen contraria sententia Innocentij ibidem sub num. 2. est verior & magis communis, ut testatur ex multis Lotter. d. quest. 25. n. 93.] & sic licebit Episcopi vtraque potestate procedere, ut bene docent Innoc. in cap. cum ex officio num. 3. de prescript. vbi Abb. a num. 18. & Felin. num. 22. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 74. & 75. Sanchez in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 29. num. 181. ibi etiam ait quod poterit eligere alterutra potestate procedere. [Nec propterea cogi poterit Episcopus ad declarandum qua potestate velit procedere, Innoc. in d. c. cum ex officio num. 3. Anchar. num. 12. Felin. n. 23. ad fin. & Abb. sub num. 18. vers. ex hoc, Lotter. d. g. 25. num. 94. hanc distinctionem me in hoc loco citato, refert & sequitur Salgado d. c. p. 2. cap. 25. num. 16. cum seqq.]

Vnde si ab eodem Episcopo in hoc casu appelletur, non ad Summum Pontificem, sed ad Metropolitanum Ordinarium erit appellandum. Scacc. de appellat. quest. 8. num. 87. vers. extende 2. [Cened. ad Decretal. collect. 157. sub num. 1. post med. nouissimè Salgado d. p. part. 2. cap. 25. num. 21.] Quarant. in summ. Bull. verb. Archiepiscopi auctoritas num. 8. vers. item si Papa. [nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iud. cap. 21. n. 39.] si enim in visitatione appellari contigerit ab Episcopo suffraganeo etiam tanquam Sedis Apostolice delegato, prout in sacro Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 10. debet appellari ad Metropolitanum, quoad deuolutiuum effectum, non quoad suspensiuum, prout in sess. 22. de reformat. cap. 1. ita decisum referunt Zerol. in praxi Episcop. part. 2. verb. visitatio, §. 3. Aloy. Ricc. d. c. resolut. 449. num. 2. prope fin. Villadicgo

Villadiogo in speculo visitatorum, fol. 35. num. 31. Cochier de iurisdic. Ordinar. in exemptos, part. 2. quest. 14. num. 5.

14 Si verò non constet qua potestate procedat, aliqui censent, prout sunt Federic. & Bobadill, citati à Sanchez loco citato, præsumi potestate Ordinaria procedere, quia Ordinaria iurisdic. est fauorabilior, delegata autem odiosa. Sed multò verius est censeri potestate delegata procedere, ex his, quæ Molin. de primogen. lib. 2. cap. 2. num. 15. & alter Molin. de iust. tract. 2. tom. 3. disp. 582. num. 2. & in propriis terminis Sanchez d. num. 181. prout etiam delegata iurisdic. procedere censetur, ac proinde ab eius sententia indistinctè ad delegantem appellandum est, quando vtraque procedit auctoritate, ordinaria scilicet, & delegata, asserit Scacc. de appellat. quest. 8. num. 89. [& nouissimè Salgado d. part. 2. cap. 25. n. 27. reprobara opinione Cened. dicit. quest. 34. num. 8. & 7. in fine, Erasim. à Cochier de iurisdic. Ordinar. in exemptos, part. 2. quest. 14. num. 4. & aliorum.]

15 Vel ¶ in concessione solum remouentur obstacula exemptionis, aut priuilegiatorum, dicendo, Non obstantibus priuilegiis, seu exemptionibus, &c. vt in sess. 5. de reformat. cap. 2. in fine vers. quætores, & sess. 7. cap. 5. & 7. cum aliis: & de iure communi in Clem. 1. de testam. & in Clem. 1. de spulatur. & sæpe alibi, & in his terminis, quicquid Anchar. & alij existimant in c. hi qui, de probendis, lib. 6. Felin. in d. cap. licet, de offic. Ord. in princip. Alciat. in l. 1. §. si quis simpliciter, n. 12. ff. de verborum oblig. asserentes iudicem Ordinarium constitui delegatum, cum eidem potestas conceditur contra exemptos: verius tamen est, cum hoc casu solum fiat reductio ad Ius commune, solum potestatem ordinariam restitutam censeri, iuxta dicit. cap. cum aliquibus, vers. si vero. Vel denique ¶ aliqua potestas eidem Episcopis specialiter conceditur, simpliciter tamen, nulla adiecta clausula, vt sess. 24. cap. 6. de reformat. cum similibus, & tunc si non persona, sed muneri, seu dignitati perpetuo datur, licet specialiter detur, Ordinaria dicitur, competēs iure speciali Ordinario, iuxta doctrinam gloss. 1. in c. vltim. de officio Ordin. quam cum infinitis à se relatis sequitur Sanchez de marr. lib. 1. disp. 40. num. 14. & lib. 8. disp. 2. num. 10. Soar. de legibus lib. 6. cap. 15. num. 1. nouissimè me citato in hoc loco Fr. Bartholom. de Vecchis in praxi obferuanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp. 7. dub. 1. num. 2. Quas omnes distinctiones mente tenēbis, quia ex illis tum appellationes, tum ad alia directi in iure nostro resultant effectus (& non sine admiratione notari Salgad. d. part. 2. c. 25. n. 47. dixidē me in duobus numeris præcedentibus erudire quidem huius difficultatis veritatem fuisse asserentem, cum pluribus in locis eiusdem sui tractatus solum studuerit in nostris euerendis opinionibus.

16 Hinc etiam colligi potest resolutio ad illam quæstionem. Vtrum scilicet Capitulum Sede vacante, succedat in illis casibus, in quibus à iure communi, vel facto Concil. Trident. datur facultas Episcopo, quod procedat tanquam delegatus Sedis Apostolicæ: in qua dicendum est Capitulum Sede vacante, in hac facultate succedere non posse, nam vt supra resoluimus in verticulo præcedenti, iurisdic. concessa prædicto modo delegata est, at qui in iurisdic. Episcopo delegata non succedit Capitulum Sede vacante Rot. decis. 6. de offic. delegat. in amiq. Felin. in c. cum se num. 17. de rescript. Azueved. ad curiam Pisan. lib. 1. cap. 8. num. 12. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici part. 1. cap. 16. num. 8. vers. Capitulum enim, [nouissimè me citato in hoc loco D. Felic. de Vega in

relect. c. ac si clerici §. de adulterijs, n. 50. cum seq. de iud.] Stephan. Quarant. in summa Bullarij, verb. Capitulum Sede vacante, in principio, Sbroz de Vicario Episcopi, lib. 1. quest. 16. num. 1. & lib. 2. quest. 135. num. 4. Nicol. Garcia de benefic. part. 5. cap. 7. num. 22. Azor. in iust. moral. part. 2. lib. 3. cap. 39. quest. 4. Aloyf. Ricc. in praxi aucta resolut. 118. totam, vbi num. 2. ampliatur procedere, etiam si post præsentationem mandati fuisset mortuus Episcopus: ergo non succedit Capitulum in hac facultate Episcopo prædicta clausula delegata; quare ita rdoluunt Nicol. Garcia dicit. cap. 7. num. 47. Sanchez d. disp. 2. num. 10. quicquid distinguit Molina dicit. tom. 6. disp. 11. num. 8. In aliis vero casibus supra relatis, in quibus Episcopi etiam ex potestate ordinaria possunt procedere, succedit Capitulum Sede vacante, vt aduertit Nicol. Garcia vbi proximè.

ALLEGATIO XCIII.

Episcopus quando & qualiter Synodum diocesanam congregare teneatur?

S V M M A R I V M.

- 1 Synodus est triplex, generalis, scilicet, provincialis, & diocesana.
- 2 Synodum semel in anno in sua diocesi quilibet Episcopus conuocare potest, vel sæpius, vbi necessitas postularit.
- 3 Synodum per alium potest Episcopus iusto aliquo impedimento detenentur congregare.
- 4 Vicarius generalis Episcopi Synodum diocesanam congregare potest specialim Episcopo id ei mandante.
- 5 Sacerdotes omnes, qui animarum curam habent, tenentur ad diocesanam Synodum venire.
- 6 Rectores parochialium nullius diocesis tenentur accedere ad Synodum viciniorum.
- 7 Monachi & Prælati mendicantes, quorum Ecclesiæ cura animarum non est annexa, venire non tenentur ad Synodum diocesanam.
- 8 Exempti omnes, qui alias cessante exemptione Synodo interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, ad eam accedere tenentur.
- 9 Abbates exempti, & qui interesse debent Synodo, quo amictus, & ornamentis vti debeant, remissiuè.
- 10 Libertas non veniendi ad Synodum an præscribi possit, remissiuè.
- 11 Capitulum Ecclesiæ Cathedralis de necessitate debet inuitari ad Synodum, cuius pars tantum debet venire, alia vero remanere in seruitio Ecclesiæ.
- 12 Capitula Collegiatarum quasi Episcopalem iurisdictionem habentia ad Synodum sunt vocanda.
- 13 Synodus diocæsa in intimanda est in tempore quo ieiunij, & deuotionibus, seu celebrationi præcipuarum solemnitarum non vocatur, neque graui hyeme & temporibus ad itinerandum periculosis.
- 14 Electio consultorum Theologorum, & in vtroque iure Doctorum, promotoris, & notarij, siue secretarij Synodi imprimis est facienda.
- 15 Notarius Synodi omnium Synodo interesse obligatorum nomina legit.
- 16 Præminencia in sedendo in Synodo diocæsa nullum præiudicium in futurum sedentibus operatur.
- 17 Professio Fidei, & decreta Concilij Triad. de residentia intelligibili voce leguntur in Synodo diocæsa.

- 18 Examinatores ad minus sex eliguntur in Synodo diocæsa, tam per vota secreta, quam aperta, qui promouendas ad beneficia curata examinent.
- 19 Assignantur in Synodo diocæsa persone apte, ad minus quatuor, quibus cause in partibus delegata committuntur, quorum si aliquis decesserit, Episcopus de consensu Capituli in locum ipsius, alium substituere potest vsque ad futuram Synodum.
- 20 Conservatores iudices pro quibuscumque Conuentibus in Synodo diocæsa nominandi.
- 21 Missarum celebrandarum, vbi tam magnus numerus defunctorum dispositionibus impeditus fuerit, prouideatur in Synodo diocæsa.
- 22 Seminarij redituum rationes in Synodo diocæsa audienda.
- 23 Statuta, seu ordinationes aliquas licitum est Episcopo in diocæsa Synodo condere.
- 24 Ordinationes factæ in diocæsa Synodo sunt perpetue.
- 25 Scire quando possit Episcopus cum consensu Capituli, vel sine illo, ostenditur.
- 26 Constitutiones Synodales ante publicationem ad Urbem mittere non obligatur Episcopus.
- 27 Episcopus, qui in suis constitutionibus, vel per editum publicavit excommunicationem lata sententia ipso iure incurrendam contra clericos omnes, tam ludentes, quam ludum spectantes, an incidat in eam ipsemet, & qui cum eo aliqua die reuocationis casus iusserit, ostenditur.
- 28 Episcopus, qui commisit contra præceptum in diocæsa alterius Episcopi sub pœna excommunicationis, non incidit in illam.
- 29 Statuta, quæ condit Episcopus, non debent contraire sacris Canonibus.
- 30 Ratio ostenditur quare Prælati inferiores Summo Pontifici possint incurrere excommunicationem contra Ius Canonicum, & non possint contra illud stare.
- 31 Episcopus quibus casibus possit statuere contra Canones, & Constitutiones Summorum Pontificum? ostenditur.



IRCA diuisionem Conciliorum non satis constat inter scribentes. In duplicem enim speciem partitur text. in cap. regulæ, §. perro 3. dist. in generalia scilicet, & provincialia. gloss. verò in cap. conuentibus, verb. vniuersalis 1. quest. 7. ex text. ibi colligit diuisionem Synodi, seu Concilij esse quod aliud sit vniuersale, aliud locale, sed reprobat quod communiter addunt enim DD. tertiam speciem sic diuidēt, quod aliud sit vniuersale, seu generale, i. est, omnium Prælatorum Orbis sub Romano Pontif. de quo Gratian. per totam 16. & 17. dist. Aliud provinciale, id est, Episcoporum alicuius provincie sub suo Metropolitanò, de quo Gratian. per totam 18. dist. aliud Episcopale, id est, clericorum vnius diocesis sub suo Episcopo, de quo agit text. in cap. 2. & vlt. 18. dist. & in cap. quod super his, de maior. it. & obed. & istud secundum communem loquendi vsum dicitur Synodus, vt in cap. sicut olim, in princip. ibi, provincialia non omittant Concilij, in iusto sine, ibi, in Episcopalis Synodis, de access. atque ita hanc trimembrem distinctionem tradit gloss. in sum. 17. recepta ex multis, de quibus Henric. Botta. in tr. de Synodo 1. p. n. 4. Turrec. lib. 3. cap. 3. Addunt alij quartum genus, scilicet Conuentuale, seu Monachale, quod proprie dicitur Capitulum, de quo in cap. in singulis, & in cap. e. que, de statu monach. Quinam etiam genus alij addunt, scilicet nationale, in quibus scilicet et conueniunt omnes Episcopi vnius nationis, seu Regni Bar. de Episcopo. Part. 111.

presidente Primato, seu Patriarcha: vide in hæc quatuor membra, scilicet vniuersalia, nationalia, Prouincialia, & Episcopalia diuidit omnia Concilia Cardin. Bellarmin. de Concilij lib. 4. c. 4. Circa quam diuisionem quid securius tenendum, dicam alibi commodius, interim tamen vide Vgolin. de officio Episcopi, cap. 48. a princip. Azor. in iust. moral. p. 2. lib. 3. cap. 47. quest. 1. quest. 8. num. 100. versic. Concilium, Piassec. in praxi Episcopi, part. 2. cap. 2. pag. 109. [In Concilio vniuersali, seu generali congregantur totius Ecclesiæ Episcopi, & omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & etiam S. R. E. Cardinales, Abbates, Ordinum generales, Auditores Rotæ, Principum secularium Legati, oratores, & alij, de quibus Hieron. Roman. in Republ. Christ. lib. 5. cap. 2. vers. & primo notu; nec excluduntur titulares, & illi, qui renuntiarunt loco, non autem dignitati, quia sicut alij Episcopi debent vocari ad Synodum, Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 291. num. 6. nec contrarium insinuauit supra part. 1. tit. 1. cap. 6. vum. 20. vt perperam & malè dixit Alzedo de præcellent. Episcopi, dignit. part. 2. c. 1. n. 5. & quando Episcopi in Concilio congregantur, debent ingredi cum sacris, & Pontificalibus ornamentis, & cum Mitris albis, ac planis, sine Baculo, & Pallio, Petr. de Monte de Monarchia Concilior. tit. de Conciliorum præambulis sum. 3. Hieron. Veneto de examine Episcopi, tit. de Conciliorum congregat. num. 3. & 4. Hæc satis de Concilio generali.] De Synodo verò Episcopali, seu diocæsa, de quo noster est sermo, tractatus integros edidit Henric Botta. Michael Thomasius, & nouissimè Ioan. Anton. Massobrius, secundum Romanam impress.

Ad occurrendum igitur Ecclesiarum incommodis in dies nascentibus, & ad mores Clerici reformandos, controuersias componendas, salubriter ordinarunt sacri Canones, vt quilibet Episcopus in sua diocesi semel in anno Synodum conuocet. cap. quoniam, 18. dist. Concil. Trident. sess. 24. de ref. cap. 2. [Sebast. Medic. de legib. part. 1. quest. 14. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 3. quest. 47. fol. 227. Mour. in examini. theolog. moral. part. 4. cap. 7. §. 1. me citato in hoc loco Alzed. d. part. 2. cap. 1. num. 25.] nisi habita sit provincialis Synodus, quia tunc diocæsa esset celebranda intra sex menses. Massobr. de Synodo Episcopi cap. 2. dub. 5. vbi cum Botta. in simili tr. et part. 1. quest. 8. obferuat huiusmodi Synodum debere celebrari extra tempora abstinentiæ & dies festos, nec in hyeme, aut tempore collectionis fructuum, & idem Massobr. d. dub. 5. in fine ait huiusmodi sex menses non incipere currere statim post celebratum & dissolutum Concilium provinciale, sed de his detrahendum esse tempus, quo Episcopus redire potuit ex Concilio, quia interim censetur impeditus. Vbi verò necessitas postularet sæpius in anno celebrari, posse per c. de Concilij 18. dist. tenet Vgolin. vbi proximè. Si ¶ ipse Episcopus iusto aliquo impedimento detineatur, congregare Synodum per alium poterit, id quod Concil. Trident. innuit d. cap. 2. dum inquit, Synodi diocæsa quotannis celebrantur; indeterminate enim loquitur, & non specialim mandat Episcopis, vt ipsimet Synodum congregent. ergo per alios possunt; ita Piassec. d. cap. 2. num. 1. & refert sic sacram Congreg. censuiss. Vgolin. loco citato. Ideo ¶ Vicarius generalis Episcopi Synodum diocæsam congregare poterit, specialim Episcopo id ei mandante, vt resoluimus supra alleg. 54. n. 103. [Archiepiscopus electus confirmatus, & consecratus, sed nondum palliatus, Synodum congregare nequit, quod sicut, & super eo, vbi Panor. n. 4. de elect. Petr. Greg. Syntag. Iuri. p. 2. lib. 1. c. 1. n. 6. quos refert Alzed. d. p. 2. c. 1. n. 26.]

Potest quoque electus, & confirmatus in Episcopatum, nondum tamen consecratus, Synodum congregare, ut post Innoc. in cap. transmissam, in sine, versic. sequitur, de elect. resoluunt Bortæ. de Synodo part. 1. quest. 6. & Mallobr. in simili tract. cap. 2. dub. 1. Episcopum verò nominatum à Rege ante prouisionem Papæ non posse Synodum congregare; concludunt Bortæ. di. 1. part. 1. quest. 6. num. 36. & Mallobr. di. 2. dub. 2. resoluentes idem in electo non confirmato, dummodo non sit exemptus, & immediatè subiectus Papæ, quia tunc potest administrare, per cap. nihil, §. in de elect. An autem Episcopus electus, confirmatus, & consecratus, qui nondum tamen est adeptus possessionem, possit Synodum congregare? vide Bortæ. di. 1. part. 1. quest. 6. n. 39. & Mallobr. d. cap. 2. dub. 3. Capitulum Sede vacante potest, immo debet, singulis annis Synodum congregare, ut per Pauin. de potestate Capituli Sede vacante part. 1. quest. 7. versic. ex præmissis, & quest. 10. Bortæ. part. 1. quest. 6. n. 40. Mallobr. di. 2. dub. 4.

Per edictum generale, vel etiam speciales litteras congregandam esse Synodum probat Mallobr. di. 2. dub. 7. In propria scilicet diocesi, vel extra illam, de licentia tamen Ordinarij loci iusta existente causa, Bortæ. d. p. 1. quest. 9. n. 57. Mallobr. d. cap. 2. dub. 8. Consuevit autem celebrari in Ecclesia; sed potest etiam extra, & in loco priuato, idem Bortæ. d. p. 1. q. 9. num. 56. Mallobr. d. c. 2. dub. 9.

Tenantur autem ad diocesanam Synodum de Iure venire omnes Sacerdotes, qui animarum curam habeant. cap. q. od. f. per his iuncta gloss. de maiorit. & obed. Concil. Trid. d. cap. 2. ibi, ratione tamen parochialium, aut alia. um secularium, etiam annexarum, debeat ij, qui illarum curam gerunt quicumque illi sint, Synodo interesse; Franc. Leo d. cap. 9. num. 13. Laurent. de Perinis in exposit. const. t. 2. l. 1. pro suo Ordine Min. mor. n. 64. tom. 1. [me citato in hoc loco Alzedo d. p. 2. cap. 1. n. 28.] Afcan. Tamburin. in tract. de Iur. Abbatum, & Prelatorum tam Regularium, quam secularium tom. 1. diff. 29. quest. 5. n. 4. c. 2. n. 2. Vgolin. d. cap. 48. §. 1. non. 1. vbi etiam tenet locum habere non solum vbi secularis clericus sunt, verum etiam vbi Monachi, vel Regulares; de quo vide supra alleg. 74. n. 15. & quod ¶ Rectores Parochialium nullius diocesis teneantur accedere ad Synodum viciniorem dicit per Sacr. Congr. decretum Franc. Leo loco proxime citato, & tenet Sayr. in floribus decisit. de officio Ordinar. decis. 11. quem citat Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 4. collect. 1153. Piafec. di. 2. cap. 2. num. 2. vers. & non solum, Vgolin. di. 2. §. 1. vers. quarto. Laur. de Perinis citato loco num. 65. Afcan. Tambur. di. 2. quest. 5. num. 4. ¶ Alij autem Monachi, & Prelati Mendicantes, quorum Ecclesijs cura animarum non est annexa, venire non tenentur, Felin. in cap. quod super, de maior. & obed. num. 1. Piafec. in praxi noua Episcop. di. 2. cap. 2. num. 2.

Exempti omnes, qui alias cessante exemptione, Synodo interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, ad eam accedere tenentur, ut habetur in Concil. Trid. di. 2. cap. 2. Vgolin. di. 2. §. 2. num. 1. Cochier de iurisdic. Ordinarij in exemptos part. 4. q. 19. Mallobr. di. 2. dub. 2. num. 2. ¶ Quo autem ornatus, & amictu in dicta Synodo uti debeant, habetur expressè in c. v. Apostolica, de priuileg. lib. 6. in quo statuitur, ut Abbates, quibus ex priuilegio concessum est, ut Mitra, & alia Pontificalibus uti possint, in Concilijs scilicet prouincialibus, & Synodis diocesanas, Mitras auri, phrygiatas, non tamen aureas, vel argenteas laminas habentes, gestare poterunt; quod

si exempti non sint, simplicibus albis planis vtantur; tradunt Specular. lib. 4. part. 4. rubr. de priuileg. & excess. priuileg. num. 6. Card. Iacobat. de Concil. lib. 1. rubr. de loco sedium in Concilio vers. post præmissos solum Abbates, Boër. de auctorit. magni Concilij part. 1. num. 15. [Alzedo d. part. 2. cap. 1. num. 31. & 32.] Afcan. Tamburin. in tract. de iure Abbatum, & Prelatorum tam Regularium, quam secularium Episcopis inferiorum tom. 1. diff. 19. quest. 5. in sine.

[Et quando Abbas teneatur accedere ad Synodum, tradit Bortæ. de Synodo ex num. 4. Tamburin. d. tom. 1. diff. 24. quest. 4. Mich. Ferrus de præcedent. Eccl. quest. 1. num. 2. Seraphin. dec. 10. vbi distinguit. Si Abbas est exemptus, & habet curam animarum quam per Vicarium perpetuum exercet, non tenetur per se accedere, sed sufficit quod Vicarius perpetuus accedat, penes quem actu residet cura; secus verò si per se, vel per capellanos ad nutum amouibiles curam exerceat, cum hoc casu cura resideat penes ipsum Abbatem, cuius ratione tenetur. Et de præcedentia, & loco, seu sessione Abbatum in Synodo post Episcopum, agit latè Mich. Ferrus de præcedent. Eccl. quest. 1. num. 3. intellige quando ipse Episcopus personaliter assistat in Synodo; si verò per procuratorem assistat, tunc talem procuratorem esse postponendum Abbatibus in Concilio tradunt Franc. Leo in thesauro fori Eccl. part. 1. cap. 9. num. 4. vers. Abbatum, Mich. Ferrus d. quest. 1. num. 27.]

Vtrum præscribi possit libertas non veniendi ad Synodum? vide Henric. Bott. part. 2. num. 40. cum sequentibus.

Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, de necessitate debet inuitari, cap. ult. de his, que sunt à Pralat. vbi Abb. num. 4. [me citato in hoc loco Alzedo d. part. 2. cap. 1. num. 29.] & potest comparere per nuntios, seu aliquos deputatos ex gremio Capituli, non autem omnes ex Capitulo venire debent, sed pars in seruitio Ecclesiæ manere, ut declarauit sacra Congregatio Episcopi Vicario Vercellen. 10. Aprilis 1594. prout refert Piafec. di. 2. cap. 2. num. 2. vers. seculares, vbi etiam decisum refert ¶ Capitula Collegiatarum, quasi Episcopalem iurisdictionem habentia, ad Synodum esse vocanda. Vicarius Episcopi an sit de illis, qui interesse debeant in Synodo? Negat Marefcot. varior. resol. lib. 1. cap. 69. num. 3. contra quem tenet Mallobr. cap. 3. dub. 4.

Postquam prædicti omnes moniti fuerint, qui Synodo interesse tenentur, vnica tantum monitione, ut dicit gloss. in cap. Episcopus, 18. dist. 1. circumlato processu intimatorio Synodi, & loci, ac temporis ipsius celebrandæ, cap. propter 18. dist. cap. ult. de his, que sunt à Prelatis, dummodo non intimeretur in tempus, quo ieiunijs, & deuotionibus, seu celebrationi præcipuarum solemnitarum est vacandum, neque graui hyeme, & temporibus ad itinerandum periculosis. Die præfixa ad celebrationem Synodi adueniente, è domo sua clero comitante campanis, & organis sonantibus in Ecclesiam descendit Episcopus, ibique de Spiritu sancto Missa peracta, & orationibus, ut in Pontificali ordinatur, recitatis, ad vigilandum circa cultum diuinum, Synodumque cum fructu & vtilitate celebrandum clerum exhortatur, & sequentia suo ordine in ipsa Synodo sunt exequenda.

Primo fieri debet electio consultorum Theologorum, & in vtroque iure Doctorum, Promotoris, & notarij, siue secretarij ipsius Synodi, ¶ qui notarius omnium Synodo interesse obligatorum nomina legit, qui singuli vocati respondentes, Adfirm. accedere debent ad osculum manus Episcopi in signum obedi-

obedientiæ, quam ipsi reddere tenentur. di. cap. quod super, de maiorit. & obedient. & contra absentes, nec legitimas excusationes adducere curantes, veluti contumaces procedi debet, ut debita pœna mulctentur.

16 Quo peracto debet fieri, & promulgari decretum, quod si contigerit quem in scidendo, loco sibi debito non stetit, seu vocatum fuisse, aliudve egisse, quod nullum circa præcedentiam patiarur præiudicium; & apponenda est pœna, ne quis nisi tota Synodalis sessionis actione completa, ac benedictione obtenta discedere præsumat, & ad hoc solent eligi punctatores, aliaque agi, quæ Episcopo expedire videbuntur. Item idoneos viros deligere, ac eos iuratiurando sibi obligare, ut ad ipsum, vel alium à se missum referant quicquid in locis suæ conditionis fieri cognouerint contra Ecclesiasticos Canones, & iura, si delictum ad forum Ecclesiasticum attineat, cap. Episcopus in Synodo, 35. quest. 6. Azor. in sist. moral. p. 2. lib. 3. c. 32. quest. 9.

17 Postea alta, & intelligibili voce legi debet professio Fidei, iuxta formam præscriptam in Bulla Pij IV. incip. Inimittum. Deinde leguntur decreta Concilij Tridentini de residentia, quæ habentur cap. 1. sess. 6. de reformat. & sess. 23. de reformat. cap. 1. idque sit, ut magis memoriæ commendentur ad animarum salutem. ¶ Eliguntur subleuenter ad minus sex examinatores, qui promouendos ad beneficia curata examinent, sui que officij rationem in Synodo de præterito reddant, & ibidem puniantur, si deprehendantur deliquisse circa huiusmodi officia. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. 18. Hac autem approbatio tam per vota secreta, quam aperta fieri potest ab ipsa Synodo, ut respondit sacra Congregatio Patriarchæ Venetiarum, die 11. Iulij 1592. sicut referunt Stephan. Quaranta in summa Bullarj, verb. Synodus diocesana, Piafec. d. c. 2. n. 4. Vgolin. d. cap. 48. §. 3. num. 1.

19 Assignantur & personæ ad id aptæ ad minus quatuor, quibus causæ in partibus delegandæ committantur, quorum si aliquis deceaserit, Episcopus de consilio Capituli in locum ipsius alium substituere potest vsque ad futuram Synodum Concilij Trident. sess. 25. de reformat. cap. 10. ¶ Alij etiam nominantur, ut in Iudices conseruatores pro quibuscumque Conuentibus, Capitulis, &c. eligi valeant, iuxta constitutionem Gregor. X V. incip. S. in iij. nus, sub die 20. mensis Septemb. anno 1621. vbi sic habetur, In futurum vero S. in iij. sua hac generali, & perpetua valitura constitutione statuere, & decreuimus, ut Iudices conseruatores huiusmodi, siue principales, siue subrogati, eligi, nominari, aut deputari non possint, nisi non solum habuerint qualitates requisitas, & descriptas in constitutione similis recordationis Bonificij Papa VIII. etiam prædecessoris sui, que incip. Statuum, ita ut vel dignitate Ecclesiastica præditi, vel personatum obtinentes, vel Ecclesiasticam Cathedram Canonici existant, sed etiam in Concilijs prouincialibus, aut diocesanis iuxta decretum Concilij prædicti, Iudices electi, seu designati sint.

20 Prouidere etiam debent pro sua conscientia iis Ecclesijs, in quibus vel tam magnus celebrandarum Missarum numerus defunctorum dispositionibus impositus fuerit, ut illi oneri singulis diebus satisfieri nequeat, Conc. Trident. sess. 25. de reformat. c. 4. de quo latè alleg. 29.

22 Rationes reddituum seminarij in Synodo audiendæ sunt per quatuor deputatos, quorum duo ex Capitulo, vnus electus à Capitulo, alter ab Episcopo, duo alteri ex Clero, similiter vnus electus ab ipso Barbof. de Episcopo. Pars I. l. 1.

clero, alter ab Episcopo esse debet. Defectus etiam seminarij corrigendi sunt: vbi vero erectum non fuerat, vel non sit sufficienter prouisum, elaborandum est Episcopo quomodo erigatur, vel detur; alioquin à Synodo prouinciali iuris remedijs ad hoc compelli posset, Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 18.

23 Ad retinendum in disciplina Clero, vel abusus tollendos licitum est Episcopo in sua diocesana Synodo condere statuta, seu ordinationes aliquas, prout ei visum fuerit expedire, cap. 1. iuncta gloss. verb. generaliter, de consec. dist. 3. c. 2. de maior. & obed. c. vt animarum, de constit. in 6. Duenh. reg. 245. [Alex. de Neuo conf. 60. num. 16. vbi quoddam potest Episcopus statuta præceptoria, prohibitoria, & pœnalia condere. Mar. Alter. de censur. tom. 1. lib. 5. diff. 12. cap. 2. col. 5. lit. D. Sebast. Medic. de legib. part. 1. quest. 14. Suarez in simili tract. lib. 4. per tot.] Azor. d. cap. 47. quest. ult. Bortæ. de Synodo Episcopi part. 3. act. 18. num. 104. Mallobr. in simili tract. cap. 4. dub. 41. Put. decis. 353. lib. 1. in correctis. [me citato in hoc loco Ciarlin. conuouers. forens. lib. 1. cap. 61. num. 8. & etiam me citato Alzedo d. part. 2. cap. 1. num. 40. Alia verò ab Episcopo condita extra Synodum, temporanea sunt, illiusque obitu expirant, ut per Bald. & Doctores in l. 5. ff. de verb. signif. Bertachin. in tract. de Episcopo p. 2. lib. 4. q. 15. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Neapol. decis. 149. num. 1. part. 1. & pro certo supponitur à Rota dec. 79. num. 6. p. 1. recentior. & hanc partem sequitur prædictos referens nouissimè Sperell. in decis. fori Eccl. dist. 14. num. 21. contra Marc. Anton. Genuens. in pract. Archiepiscop. Neapolit. cap. 1. sub num. 18. vnde infert Sperell. citato loco num. 22. quoddam casus ab Episcopo reseruati per eius obitum expirant, nisi in Synodo facta fuerit reseruatio, & num. 23. quoddam exilium alicui ab Episcopo iniunctum per illius mortem expirat.]

24 Et huiusmodi edicta, seu ordinationes factæ in Synodo diocesana sunt perpetuæ, & non expirant morte conditoris, gloss. verb. statuto in di. 2. cap. vt animarum Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. edicta, §. 3. Alzedo d. cap. 1. num. 41. quæ quidem statuta Episcopus cum consilio Capituli sui facere tenetur, cap. Episcopus 24. dist. 1. [videtur enim res ardua, licet illud sequi non teneatur, & satis erit consilium perquisiuisse, licet postea dissentiant, Quarant. in summa Bullar. verb. Synodus vers. in priuatis, Piafec. di. 2. part. 2. cap. 2. num. 8. Franc. Leo in thesauro fori Eccl. part. 1. cap. 9. num. 5. me citato in hoc loco Ciarlin. conuouers. forens. lib. 1. cap. 61. num. 11. Bonacin. de legib. dist. 1. quest. 1. punct. 3. num. 24. Homobon. de exam. Eccl. part. 3. tract. 15. cap. 7. quest. 20. resol. 5. vers. vnde. Et addit Ciarlin. vbi supra num. 12. esse intelligenda de statuto Synodali, non tamen de edictis, vel bannimentis, & gridis Episcoporum, quæ sunt extra Synodum pro bono regimine diocesis, in quibus non requiritur consilium Capituli asserit.] nam super statu Ecclesiæ non potest Episcopus sine Capitulo aliquid statuire, cap. quanto, de his que sunt à Pral. sine consensu Capituli, Ioan. Andr. in cap. vnic. num. 1. de cleric. non resid. in 6. vbi Franch. §. si vnuimus, num. 2. Gemin. num. 4. Felin. in cap. cum omnes, num. 9. de constit. vbi Dec. num. 7. in 2. dist. Abb. in c. ad audientiam, de cleric. non resid. Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 21. à num. 97. hoc ipsum limitantes in casu, quo Episcopo tollere vellet consuetudinem super non residentia Canonico-rum, nam si Ecclesia valde indigeret ministris, posset solus Episcopus per statutum tollere huiusmodi consuetudinem: non tenebitur tamen ipse Episcopus

vbi sine Capitulo aliquid statuere non potest, eius consilium sequi, vt scripsit sacra Congregatio Patriarchæ Venticarum die 27. Aprilis 1592. & refert Piafec. dist. cap. 2. n. 8. & infra latè probabimus.

Nec item obligatur ante Synodi publicationem ea mittere, vt Prouincialia, sic enim eadem Sacra Congregatio rescripsit Episcopo Ostiensis, teste Quaranta dist. verb. Synodus diocesana, in fine. Capitula verò quauis possunt de Iure statuta concedere in iis, quæ vniuersalem statum suæ Ecclesiæ, vel interesse Episcopi minime concernunt, etiam sine Episcopi consensu. gloss. verb. statutum in cap. 2. de verb. signif. lib. 6. Calder. conf. 2. num. 2. de consuet. vbi tenetur exigi vult consensum Episcopi, quatenus expresse requiritur, Butr. in cap. constitutus num. 25. de rescript. qui tamen facit differentiam inter Capitulum Cathedralis & alia Capitula Collegiatarum inferiorum, Abb. in cap. cum accessissent num. 4. & ibi Dec. n. 8. de consuet. Ferrer. conf. 286. num. 1. veluti in ordinatione chori, vt fuit decissum in Illerden. statuti 19. Martij 1577. coram Corduba, & vbi accedit Episcopi consensu, potest statuere etiam circa ardua, & concertantia, vniuersalem statum Ecclesiæ. Capr. reg. 9. n. 1. Scraph. dec. 1447. n. 1. & 2. & fuit dictum in Paduana sedillum 18. Maij 1618. coram Card. Sacrato, vbi etiam fuit animaduersum consensum Episcopi hoc casu colligi ex scientia, & ipsius tolerantia, refert Lotter. de re benef. lib. 1. q. 14. n. 88. cum seqq.

Sed nūquid Episcopus suis cōstitutionibus teneatur, in eisque dispētare valeat? tractati supra alleg. 34.

Hic tamen aduertendum duxi difficile esse questionem illam an prælatus, qui in suis constitutionibus, vel per edictum publicauit in tota sua diocesi, excommunicationem latæ sententiæ ipso iure incurrendam contra clericos omnes, tam ludentes, quam ludum spectantes, incidat in eam ipsemet, & qui cum eo aliqua die recreationis gratia iulerit? In qua tenet vna sententiā ipsū Episcopum non esse excommunicatum, quia sermo generalis non comprehendit personam loquentis. Linguistio, C. de solutionibus, cap. petitio, vbi bona gloss. de iureiurand. Guid. Papæ singul. 479. ludentes tamen cum ipso remanere vinculo excommunicationis obstrictos, vt resoluit Ioann. Ancharan. in repet. cap. canonum statuta, num. 183. de consuet. vbi ostendit non esse absurdum, quod in actu inseparabili vnus peccet, alter minime; vnus puniatur, alter non, ex cap. proposito 32. quest. 5. sequitur Mar. Alter. de censuris, tom. 1. disp. 10. de causa excommunicat. lib. 3. cap. 5. littera E. Sed salua eius pace mihi vltimum non placet, quia Episcopus auctor edicti ludendo cum eo censetur dispensasse, vt communiter notant Doctores in cap. at si clerici, §. 1. de ind. tum quia exemptio vni concessa extenditur ad socium, cap. licet, de priuileg. in 6. tum quia quando quis eximitur ab interdico, intelligitur exemptus cum socio, cap. quod in te, de penit. & remiss. tum denique, quia actus ludendi est indiuiduus, quoniam non potest exerceri, nisi cum alio, sed in indiuiduis victoria vnus prodest alteri, 2. & 3. C. si vnus ex pluribus. Ideo merito hanc sententiam amplectitur [Alzed. d. part. 1. cap. 5. num. 21. &] Aloyf. Ricc. in praxi aureare solut. 162. qui resoluit. 21. tenet t Episcopum, qui commisit contra præceptum in diocesi alterius Episcopi sub pœna excommunicationis, non incidere in illam.

[Episcopale statutum extra territorium suum delinquentem non ligat, Rota decif. 165. num. 3. & 4. in nouiss. lib. 4. iuris.]

Statuta, quæ condit Episcopus non debent contrariare sacris Canonibus, cap. institutionis, 25. quest. 2.

Clement. ne Romani, de elect. cum similibus, Abb. in cap. fin. de consuetud. num. 7. & 8. & ibi Roch. de Curte sect. 3. num. 7. 9. & 11. Henric. Bott. de Synodo Episcopi part. 3. art. 1. conclus. 8. a num. 36. Alber. de Rolatis in tract. de statutis, part. 1. quest. 7. versic. sed quid si statutum, Piafec. in praxi noua Episcop. dist. cap. 2. num. 7. [Fr. Emman. in summ. tom. 4. cap. 67. num. 23. Anguian. de legibus lib. 2. controuers. 2. & 3. me citato in hoc loco Alzed. dist. part. 2. cap. 1. num. 42.] Loter. d. lib. 1. q. 21. num. 100. [me citato in hoc loco Sperell. decif. 66. n. 4. Vgolin. de officio Episcopi cap. 48. num. 4. Bonacin. de leg. v. disp. 1. quest. 1. punct. 3. num. 33. Marta de iurisdict. part. 2. cap. 38. num. 19. & 19. Stephan. Gratian. decept. forens. cap. 894. n. 14. & 15. me citato in hoc loco Ciarlin. dist. lib. 1. cap. 61. num. 17. Certum est enim Episcopum, & quemlibet Ordinarium posse facere statuta etiam pœnalia, & ipso iure pœnam infingentia, iuri tamen Canonico non aduertantia, cap. vt animarum, vbi gloss. de consuet. in 6. Carpan. ad statuta Mediol. in prel. num. 39. Fulch. de visit. lib. 1. cap. 33. num. 3. Vgolin. de offic. Episcopi cap. 47. num. 2. Piafec. dist. p. 2. c. 2. num. 7. [Bonacin. d. punct. 3. num. 21. Ciarlin. d. c. 61. num. 1. quorum aliqui multum insudant] in reddenda ratione quare Prælati inferiores Summo Pontifice possint inducere consuetudinem contra ius Canonicum, seu contra Canones, iuxta dist. cap. fin. & non possint contra eas statuere: ex aliis illa optima est, quam indicant Abb. in dist. cap. fin. num. 8. in fin. & Felin. in dist. cap. quod super his, num. 3. quod consuetudo contra Canones non tam assumit vires ex tacito consensu virorum Ecclesiasticorum, eorumque potestate, quam ex auctoritate Summi Pontificis permittentis, & concedentis induci consuetudinem contra Canones in dicto cap. fin. cum tamen id non permiserit in statutis, immo expresse prohibuerit. Clement. in c. Romani, & aliis iuribus supra allegatis. Sicut Episcopus contra ius statueret non potest, ita etiam nec contra consuetudinem rationabilem, & legitime præscriptam, ex eo, quia consuetudo parca vim habet cum lege l. de quibus, ff. de legibus, §. ex non scripto, Instir. de iure natur. cap. consuetudo, dist. 1. Guid. sing. 803. Bernard. Græuæ. ad præct. Camere Imperial. lib. 1. conclus. 36. & venit appellatione iuris. Mench. frequent. cap. 3. num. 2. tum quia si Episcopus potest statuere contra ius conformando se cum consuetudine contra illud inducta, vt resoluunt citati num. seq. versic. quinto; ergo nullo modo poterit statuendo conformare se cum iure, contra quod inducta est consuetudo illud abrogans, contraria enim simul esse non possunt, l. minus, ff. pro socio, l. 1. de furis, quia tunc ad positionem vnus sequitur remotio alterius, l. inter, ff. de except. rei iudic. Surd. dec. 24. n. 10. & conf. 211. n. 16.

Amplia vt etiam nulla Regio concedere possit statutum contra Ius commune Canonicum, nisi specialia priuilegio hanc ei facultatem concedente decoretur, vt aperte sumitur ex cap. quod super his, de maiorit. & obedi. tradunt Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 10. art. 3. & tom. 3. quest. 11. art. 1. circa med. Miranda in man. Prælat. tom. 1. quest. 19. art. 7. vers. secundo præmitto, Soar. de legib. lib. 6. c. 26. num. 7. Duard. in Bullam Cana lib. 1. cap. 1. quest. 1. num. 7. Gregor. decif. 267. num. 7. & 8. Et tunc statutum dicitur contra ius Canonicum, quando aliquid contra aliquem Canonem, vel legem Pontificiam disponit, vt censuit Rot. decif. 297. num. 1. part. 1. recent. exempli gratia, statutum excludens à beneficiis certum genus personarum, dicitur contra Ius, vt fuit dictum in Rota decif. 65. num. 7. part. 1. recent. quia est contra cap. ad decorem, de instir.

Verum

Verum licet Episcopus ex supradictis non possit statuta concedere contra Ius, bene tamen potest præter Ius, cap. fin. vbi gloss. & Doctores hoc notant de consuet. Bald. in cap. cum dilectus num. 13. de consuet. Calderin. conf. 5. num. 2. de consuet. prout eos refert Rot. in Burgen. de Velorado 9. Iuij 1599. coram D. Litta, impressa per Farin. decif. 15. num. 2. par. 2. recent. Obseruandum est quod statutum factum à Capitulo citra rem licitam & confirmatam ab Episcopo, est validum, cap. 2. §. ceterum, & ibi gloss. verb. statutum, de verbor. signif. in 6. Oldrad. conf. 259. num. 4. in fine, Federic. de Senis conf. 100. num. 2. quos refert, & sequitur Rot. in Verselen. optionis 28. Maij 1612. coram D. Pirovano, impressa per Farin. dec. 398. n. 1. p. 2. recent.

Vtrum in decernendo & statuendo quæ visa fuerint opportuna in Synodo teneatur Episcopus sequi consilium Capituli; quæstio est dubia, in qua videtur negatiuè respondendum ex eo, quia facultas condendi huiusmodi statuta dicitur esse meri imperij maximi, vt docet Barr. in l. imperium n. 8. ff. de iuris. omnium iud. quam exornat Soar. de legibus lib. 1. c. 8. à n. 6. iustum autem merum imperium est in Episcopo, vt per Bald. in rub. sub n. 7. ad finem, vers. vel dic quod Episcopus, de Constit. Imola in cap. cum contingat n. 2. per eum text. de foro comp. ac proinde prædicta potestas pendet à iure monarchico constituto in ipso Episcopo, & in consequens incommunicabili Capitulo, aut cuius alteri, quod vltra text. & in illius rationem in l. 1. de officio eius, cui est mandata iurisdictio, in terminis his nostris optimè firmat Soar. in d. tract. de legibus lib. 4. cap. 5. in 2. dub. Vt propterea quod scriptum legitur in cap. noui, & cap. quanto, de his que sunt à Prælati sine consensu Cap. circa consilium requirendum per Episcopum, veniat restringendum ad statuta super alienationibus bonorum Ecclesiæ, vt aduertit Soar. loco præcitato, vel ad iudicia, & sic ad iurisdictionalia, non autem ad ea, quæ pendent à mero imperio, & ipso iure monarchico, & nihilominus etiam in illis casibus, quamuis aliqui voluerint consilium in dictis Decretalibus sumi pro consensu, quæ fuit opinio Vincentij, & Goffredi: contraria tamen sententiā verior est, videlicet nec in his Capitulum aliud habeat, quam simplex consilium absque vlla necessitate Episcopi illud sequendi, vt in eo cap. quanto, præ cæteris docet Host. sub n. 1. vers. vel dic quod cogitur, Abb. in 4. & sub n. 5. vers. & est mihi indubitabile, plures citat Mandos. de inhibiti. q. 192. n. 2. & hanc esse communem sententiam agnoscit Rot. apud Achillem decif. 57. alias 2. de offic. Ord. in sub n. 7. vers. communis tamen, vbi num. 3. ait non reperiri textum aliquem per quem probetur exigi consensum, & singulas rationes, & auctoritates in contrarium discuit Put. decif. 92. à n. 3. lib. 3.

In casibus tamen, qui sequuntur, potest Episcopus statuere contra Canones, & Constitutiones Summorum Pontificum.

Primo ex causa vrgenti non cogitata per Canonem, si nimirum Superior de facili consuli non possit, modo in huiusmodi statuto contra Canones ex vrgenti causa condito, ipsa causa exprimat, propter quam conditur statutum, ita Abb. in d. cap. fin. n. 10. & ibi Cur. d. sect. 3. n. 12. & 13. Felin. in d. c. quod super his, n. 4. & in c. 1. n. 49. de consuet. Piafec. d. c. 2. n. 7. vers. primo.

Secundo, si aliquid statuatur antequam Canon promulgetur, tenebit enim suum statutum, licet contrarietur Canon, text. est in c. 1. de consuet. in 6. annotantur Felin. in d. cap. quod super his, n. 7. vers. fallit quinto, Curte d. section. 3. n. 19. Piafec. in praxi noua Episc. d. n. 7. vers. tertio.

Tertio, si statueret contra Ius solum in suum præiudicium, respectu iuris quærendi, sibi, seuve Ecclesiæ, sicut dilectus, in n. 4. gloss. verb. constitutum, & consuetud. Felin. in d. c. quod super his, n. 4. Piafec. d. n. 7. vers. quarto, nam in quærendis valet statutum in præiudicium Ecclesiæ, quando non odio, sed bono zelo factum est, Couar. in reg. possess. p. 2. §. 4. n. 9. vers. tertio, Mench. vsifreq. c. 9. Menoch. conf. 350. n. 6. Cald. Pereira de empt. c. 8. n. 33. & 37. & conf. 48. n. 22. Cened. practidarum questionum lib. 1. q. 35. n. 19. & 20. Verum ab hac resolutione merito discedit Curt. d. sect. 3. n. 14. ex eo, quia huiusmodi statutum generale præiudicans Ecclesiæ esset irrationabile, ideoque non valeret, c. 1. cum ibi not. de consuet. in 6. cap. vbi autem lex, dist. 4. Non obstat tamen d. cap. cum dilectus, quia procedit eo quod patronus id petiit tempore foundationis, & constructionis nouarum Ecclesiarum, per ea, quæ resoluunt Rebuff. in tract. de pacificis possess. n. 111. Perez l. 1. versic. ex quibus in foro, tit. 6. lib. 1. Ord. pag. 147. Nec etiam obstat illa Doctorum resolutio, quod in quærendis valet statutum in præiudicium Ecclesiæ, quia procedit in casibus particularibus, in quibus nulla sit prohibitio à iure, & possunt Prælati desistere à tali præiudicio; nos verò loquimur vbi fieret statutum generale pro aliqua Ecclesia, diocesi, vel prouincia, per quod fieret præiudicium irreparabile, & illud quidem in omnibus casibus contingentibus.

Quarto, quando Episcopus statueret contra Canones, qui conditi sunt principaliter in fauorem clericorum, & illud statutum à subditis clericis acceptaretur, dummodo principaliter conditi non fuissent in fauorem publicum, vel Ecclesiæ, Curte d. sect. 3. n. 18. quia fauori suo quilibet potest renunciare, c. ad Apostolicam, de regular. si quis in conscribendo, C. de pactis, & ius publicum pactis priuatorum tolli, vel mutari non potest, l. ius publicum, ff. de pactis, c. si diligenti, de foro compet.

Quinto, quando statutum Episcopi contra Ius esset conforme consuetudini, quæ contra Ius in illa Ecclesia inducta est, Felin. in d. c. quod super his, n. 10. in fine, Butr. in d. c. dilectus, col. 10. versic. ex quo inferitur, Curte d. sect. 3. n. 24. Piafec. d. n. 7. in fine.

Sexto, quando Episcopus statueret circa aliquod dubium Iuris, quia tunc super hoc dubio eius statutum disponens in alteram partem valeret. Phil. Prob. in c. vnic. n. 48. & seq. de clericis non resident. in 6. Felin. in d. c. quod super his, n. 9. circa fin. Hojed. de incompatib. benef. p. 1. cap. 17. n. 12. Curt. d. sect. 3. n. 23. Piafec. d. n. 7. vers. septimo.

Septimo, quando statutum adderet Iuri communi imponendam nouam pœnam, gloss. in Clement. ne Romani, verb. tolli, de elect. Curt. d. sect. 3. num. 22. Duenn. regul. 251. Henric. Bott. p. 3. art. 1. conclus. 13. qua lex superioris per pœna adiectionem potest inuati ab inferiore, Perez l. 1. tit. 1. lib. 5. Ord. pag. 23. Gutier. præct. lib. 2. q. 1. n. 14. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 47. n. 12. Fr. Molin. de ritu nupt. lib. 2. differ. 7. n. 63.

Octavo, quando Episcopus statueret contra Canones in casibus, in quibus de Iure potest dispensare, Curte dist. sect. 5. num. 21. Qui autem sint casus, in quibus potest Episcopus dispensare contra Ius commune? ad-

duco ego ipse alleg. 35.

ALLEGATIO XCIV.

Episcopus an teneatur stare locatiōi prædecessoris?

SUMMARIUM.

- 1 Episcopi successor non teneatur stare locatiōi prædecessoris, nisi iuribus concurrentibus, primo, quod locatiō fuerit facta nomine Ecclesiæ; secundo, quod sit facta pro utilitate Ecclesiæ; tertio, quod pecunia sit conuersa in utilitatem Ecclesiæ.
- 2 Successor in beneficio teneatur stare locatiōi, quando Summus Pontifex concederet licentiam locandi ad tot annos, eo adiecto, ut illis durantiū conductor à nemine molestareretur.
- 3 Successor in beneficio teneatur stare locatiōi pro anno incepto.
- 4 Successor in beneficio teneatur stare colono existente loci consuetudine.
- 5 Prælatus, ubi teneatur stare locatiōi prædecessoris, potest de nouo exigere à conductore pensionem prædecessoris anticipatè solutam.
- 6 Prælatus sciens se repudiaturum prælaturam, non obligat successorem, etiam si faciat locatiōem nomine Ecclesiæ.
- 7 Conductor anticipatè pensionem soluens, si à successore pro ea de nouo obligetur, habet recursum contra heredes locatoris, si soluendo fuerint.
- 8 Successor in beneficio recipiendo pensionem, videtur consentire locatiōi pro anno, pro quo illam recipit.
- 9 Scholarius si locauerit fructus sui beneficii, ut posset in litterarum studio viuere, vel illic gradum sumere, si intra locatiōis tempus decedat, successor in illa beneficio tenebitur stare locatiōi.
- 10 Canonici Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatae locantes fructus suarum præbendarum, nullo casu huiusmodi locatiōibus successores obstringunt.
- 11 Heredes, vel fideiussores Prælati, qui fecit locatiōem, si ipse decedat ante illius impletum tempus, non teneatur de euictione, neque conductor ab eis petere potest quantum sua interest locatiōem impleri.
- 12 Prælatus, siue Rector si ex causa renunciatiōis, vel permutatiōis libere dimittat suum beneficium, eius heredes, & fideiussores in locatiōe de eo facta teneantur de euictione locatiōibus.
- 13 Prælatus quando bono sui beneficii locat tanquam libera, tunc eius heredes, & fideiussores de euictione teneantur.
- 14 Locator beneficii, seu maioratus, quando pro securitate vite sue, & validitate totius temporis contractus locatiōis bona sua generaliter, siue specialiter obligauerit, vel fideiussores dederit pro solutionibus anticipatis, tunc eius fideiussores teneantur stare locatiōi.
- 15 Conductor poterit recedere à locatiōe in illis casibus, in quibus mortuo locatore successor non teneatur illi stare.

REGULARITER Prælatus successor, aut quilibet beneficiarius, non teneatur stare locatiōi, vel conductiōi prædecessoris, si nomine proprio locauit fructus, & redditus Episcopatus, vel beneficii in suam utilitatem, ad tempus iure, vel

Synodali constitutione permissum, ipseque ante tempus locatiōis expletum decedat. Quando verò Prælatus administrationem habens, non nomine proprio, sed ut Rector, & nomine Ecclesiæ, debita iuris solemnitate seruata, locatiōemque ad tempus iure permissum facta, contraxit, ac locauit, eius successor teneatur stare locatiōi. Dixi, debita iuris solemnitate seruata, quia quatuor concurrentibus illam seruari in hac materia est obseruandum: primo, quod locatiō fuerit facta nomine Ecclesiæ; secundo, quod sit facta pro utilitate Ecclesiæ; tertio, quod pecunia sit conuersa in Ecclesiæ utilitatem; quarto, quod interueniat auctoritas Superioris; colliges hæc ex glof. verb. terminum in cap. vltim. ne Prælatus vires suas, Couar. variar. lib. 2. cap. 15. num. 6. Molina de primogen. lib. 1. c. 2. §. 1. à principio, Carot. de locato par. 3. tit. de rebus Ecclesiæ locandis, §. 1. cum sequentibus, Michaël Grass. tom. 2. commun. opinion. lib. 4. tit. 43. n. 40. pag. 667. vbi Vici. n. 123. pag. 661. Spin. in speculo testament. glf. 19. v. princip. n. 41. Cardos. in praxi iudicum, & aduoca. v. num. verb. fructus, num. 23. & verb. locatiō, n. 6. Marc. Anton. Genueus. in praxi curie Archiepiscopi. Neapolit. cap. 97. Caualean. decis. 44. num. 4. p. 1. & in decis. 25. a. num. 1. par. 5. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 36. & remissive de iudic. par. 2. cap. 20. num. 10. Cardin. Puteus decis. 176. §. 181. par. 1. Aloyf. Ricc. in collect. decis. par. 4. collect. 1007. & collect. 1055. in fine, & in praxi fori Ecclesiæ. decis. 112. in prima edit. & resolut. 97. in secunda edit. Flamin. de resignat. lib. 1. quest. 16. num. 47. Surd. decis. 33. num. 7. & decis. 40. num. 7. & decis. 172. num. 1. Steph. Gratian. disceptat. forens. cap. 37. a. num. 18. & cap. 606. num. 1. cum seqq. Bonac. de contrah. disp. 3. quest. 7. puncto vlt. num. 10. vers. respondeo secundo, nouissime me citato in hoc loco Ciardin. controu. forens. lib. 1. c. 93. num. 1. 2. cum seqq.] Morl. in emporio iuris par. 1. tit. 10. quest. 2. num. 20. Doct. Barb. in l. si filio familias, §. vltim. a. num. 17. ff. solutio matrim. Marta de iuris. d. par. 4. casu 98. num. 8. & in vltis nouissimarum decisionum, voto 180. Cardinal. Tufchus prædicar. conclus. verb. locatiō, conclus. 419. Steph. Quarant. in summa Bullar. verb. alienatio, num. 19. Molin. de Iustitia tract. 2. disp. 492. vers. quod denique, Mar. Anton. var. resolut. lib. 1. resolut. 45. num. 1. Ioan. Baptista Ferrer. consil. 17. volum. 2. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 25. cap. 43. num. 528. cum sequentibus. Azor. in finit. moral. par. 3. lib. 8. de locato, & conducto, cap. 6. q. 7. Rebel. de obligat. iustit. par. 2. lib. 14. quest. 11. num. 17. Cald. Pereira quest. forens. lib. 2. quest. 32. & de emp. c. 26. num. 5. Card. Mant. de iacitis, & ambiguis conuent. lib. 5. tit. 13. n. 21. Martin. Bonacin. de contractibus, disp. 3. quest. 7. puncto vlt. in. num. 10. Marc. Anton. Genueus. in practica. Eccl. si ist. quest. 137. plures alios ex antiquioribus refert Cened. ad decretal. collect. 76. n. 5.

Primo limita, quando Summus Pontifex concederet licentiā locandi ad tot annos, & ut dicto tempore durante conductor à nemine, nec à successoribus in beneficio molestari possit, Mandos. de Signatura gratia. tit. de indulto locandi, vers. supponamus. Quaranta dicto verb. alienatio rerum Ecclesiæ, n. 19. vers. quando, Aloyf. Ricc. dicta resolut. 97. n. 4.

Secundo limita, quando inchoatus esset annus, vel laborerit, & res non esset amplius integra, [& præsertim si recollectio fructuum esset de proximo, quo casu] pro anno incepto successor in beneficio teneatur stare locatiōi, Franc. Marc. Delphin. decis. 196. colum. fin. par. 2. Marc. Anton. Genueus. in praxi dict. cap. 97. num. 2. Caualean. decis. 44. num. 3. 2. par. 1. Quaranta ubi proximè, Piafec. in praxi noua Episcopi. par. 2. cap. 5. num. 32. vers. tertius casus, Mar. Anton. d. resolut. 45. n. 3. [Olsac. decis. 82. num. 10. Bonacin. d. q. 7. p. vlt. n. 10. vers.

vers. hæc doctrina, Gratian. d. cap. 606. num. 9. me citato in hoc loco Ciardin. d. cap. 93. num. 15.] Aloyf. Ricc. dict. resolut. 97. num. 5. qui hoc ad ipsum conductorem extendunt, scilicet, ut pro anno cæpto non possit recedere à locatiōe, ut quia fortè videret parum utilitatis consequaturam, [de quo etiam Quarant. dict. verb. alienatio, num. 19. vers. & hic casus, Bonacin. d. n. 10. vers. hæc doctrina, Gratian. d. cap. 606. num. 16. me citato in hoc loco Ciardin. d. cap. 93. n. 17.]

4 Tertiò limita existente consuetudine loci, quæ obseruet, ut successor in beneficio teneatur stare colono, Franc. Marc. decis. 144. p. 1. Quaranta d. n. 19. in fine, Aloyf. Ricc. d. resolut. 97. n. 8.

5 Aduertendum in hac materia est, quod ubi Prælatus teneatur stare locatiōi prædecessoris, potest de nouo exigere à conductore pensionem prædecessori anticipatè solutam, Gig. de pensio. quest. 88. a. num. 1. Card. Tufch. dict. conclus. 419. num. 15. Surd. decis. 326. num. 79. vbi num. 80. resolut quod Prælatus sciens se repudiaturum Prælaturam, non obligat successorem, etiam si faciat locatiōem nomine Ecclesiæ. [Bonacin. d. num. 10. vers. tertio, Gratian. d. cap. 606. num. 11. Barthol. Scapuc. de sing. success. ampl. 16. num. 5. & 6. me citato in hoc loco Ciardin. d. cap. 93. num. 16.] Hæcabit tamen conductor recursum contra heredes locatoris, si soluendo fuerint, secundum reg. l. pro hereditariis, C. de hered. D. Barbosa in l. si filiofamil. §. fin. n. 21. ff. solutio matrim. Surd. d. decis. 326. n. 47. Cald. Pereira de emption. c. 25. n. 6.

6 Successor in beneficio recipiendo pensionem, videtur consentire locatiōi pro anno, pro quo illam recipit, Caualean. d. decis. 25. num. 3. Mar. Anton. dict. resolut. 45. num. 4. Surd. decis. 33. num. 1. & decis. 164. num. 13. & decis. 265. num. 15. Put. decis. 180. par. 1. quia quando locatiō non obligat successorem, tunc Prælatus recipiendo pensionem, non censetur illam confirmare ultra tempus perceptæ pensionis, Surd. decis. 33. n. 9.

7 Singulare est, quod Scholarius si locauerit fructus sui beneficii per triennium, vel aliud minus tempus, & pecunias illius temporis receperit, ut posset in litterarum studio viuere, vel illic gradum sumere, si intra hoc tempus decedat, successor in illo beneficio, quamuis nullum ius à prædecessore habeat, tenebitur stare illi locatiōi, quia censetur facta in utilitatem Ecclesiæ. Rebel. de privilegiis scholarium, prinul. 26.

8 Canonici Ecclesiæ Cathedralis, vel Collegiatae, locantes fructus suarum præbendarum nullo casu huiusmodi locatiōibus successores obstringunt, quia fructus huiusmodi semper ad eorum pertinent utilitatem, Abb. in cap. ex litteris, num. 7. & ibi Dec. n. 9. de prohibition. D. Barbosa. l. §. fin. n. 27. ad finem, Card. Tufch. d. concl. 419. n. 16. 14. & 25. vbi etiam extendit ad omnem simplicem beneficiatum, qui non habet administrationem.

9 Quæres opportune, an heredes, vel fideiussores Prælati, qui fecit locatiōem, si ipse decedat ante impletum tempus illius locatiōis, in casu, quo eius successor illi non teneatur stare, teneantur de euictione, ita ut conductor aduersus eos possit habere recursum, & ab eis petere quanta sua interest locatiōem impleri intra tempus præfinitum; in qua questione dicendum puto, prædictos heredes, vel fideiussores ad nihil teneri, ut resoluunt Anton. in c. ultimo, num. 9. ne Prælatus vires suas, & ibi Innocent. Gutier. canon. lib. 1. cap. 36. num. 23. sequitur D. Barbosa in d. §. fin. num. 21. ad finem. Pro quibus illud facit, quod talis locatiō finita fuit morte locantis, ac si res ipsa locata periret, vel aliàs inquit Iurif. consult.

in d. l. si quis domum, §. 1. ff. hoc tit. ac proinde heredes, siue fideiussores locantis non teneantur, quia cogitare debebat conductor euenire posse ante declaratum tempus locatiōis locatorem posse decedere, cuius morte locatiō extingueretur, vbi §. 1. quo fundamento in heredibus possessoris maioratus idem amplexus est Molina de primogen. lib. 1. cap. 21. num. 8. & 9. Per quod fundamentum idem dicendum est, etiam si conductor in re locata plures expensas fecerit, quasi toto tempore locatiōis fructurus, nec enim eas ab heredibus locatoris consequetur, tradit Valasc. de iure emphyt. quest. 25. num. 3. sequitur Molina dicto num. 9. licet contrarium in praxi seruati dicat ipse Valasc. ne quis cum alterius iactura locupletur, contra regulam locupletari, de reg. iuris in 6. & propter æquitatem. l. si me, & Titium, & l. si cum seru. num. ff. si certum per.

12 Declarabis tamen primo suprapositam resolutionem, ut non habeat locum eo casu, quo Prælatus, siue Rector ex causa renunciatiōis, vel permutatiōis, vel ex alia causa liberè dimittat suum beneficium, quia tunc heredes, & fideiussores ipsius de euictione teneantur: ratio est, quia propter factum voluntarium conductor non potuit frui re conducta intra tempus in locatiōe declaratum, in qua specie procedere potest l. qui fundum, 32. ff. de locato, multum enim refert an Prælatus moriatur, an vero voluntarie dimittat beneficium, hoc enim voluntate, siue factu partis contingit: illud vero voluntate Dei, quam declarationem tenent Gutier. dict. cap. 36. n. 25. cum sequentibus, D. Barbosa dict. §. fin. num. 22.

13 Secundo declarabis non procedere quando Prælatus bona sui beneficii locat tanquam libera, quia tunc heredes, & fideiussores de euictione teneantur, quod probari potest ex doctrina l. si quis domum, §. fin. vers. quid tamen, ff. locati, per quæ idem in possessore maioratus locante bona maioratus tanquam libera tenuit Molina d. c. 21. n. 11. & in nostra specie probant Gutier. d. c. 6. n. 19.

14 Tertiò declarabis non procedere quando locator beneficii, seu maioratus pro securitate vite sue, & validatione totius temporis contractus locatiōis bona sua generaliter, siue specialiter obligauerit, vel fideiussores dederit pro solutionibus anticipatis, vel pro interesse locatiōis totius temporis conuenti, nam tunc conuentio seruanda erit ex c. l. §. conuentus, ff. de pign. i. & l. semper in stipulationibus, ff. de regulis iur. cum similibus. Extra tamen hos casus obligatio generalis, vel specialis bonorum, vel fideiussores præstiti simpliciter pro securitate locatiōis, nihil quoad euictionem operabuntur: ratio est, quia sunt accessoria contractus, quo extincto ex natura ipsius accessoria ut extinguantur, necesse est, iuxta vulgaria iura, & l. si homo mortuus, ff. de re, bonum obligation. ut ex Ancharan. tenet Gutier. d. cap. 36. n. 20. cum seq. Vnde erat optima cautela, ut aduertit Gutier. ibi d. n. 29. quod si clerici in prædictis casibus velint sibi prouidere, quando locant fructus suorum beneficiorum in triennium, iuxta d. Extraneas, Ambrosius, pactum illud in locatiōibus adiciant, ut si ante tempus in locatiōe declaratum decederint, aut promori fuerint ad aliud beneficium, aut Prælaturam, siue alio quocunque modo contingat beneficia illa detinere, & possidere, quod ad nihil teneantur ratione euictionis, siue interesse, immo potius ipsi, bona sua, heredes, & fideiussores liberi remaneant.

15 Primo aduertendum duxi, quod in illis casibus, in quibus Prælatus successor non teneatur stare locatiō-

ni per prædecessorem facta, ita similiter nec conductor; quinimo poterit ab ea recedere, etiam inuito successore, ut a qualitas inter eos seruetur, & ne contractus claudicare videatur, Julianus, §. si à pupillo, ff. de actionib. empti. notant Molina d. cap. 21. n. 4. Gutier. d. cap. 36. n. 12. refert plures D. Barbosa d. §. sim. num. 20. An autem & quando successor in Episcopatu teneatur ad pensiones decursas tempore prædecessoris, vide infra alleg. 120.

ALLEGATIO XCV.

Episcopus rerum Ecclesie alienationem quibus casibus facere possit?

S V M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur de bonorum Ecclesiasticorum alienatione tractantes.
2 Alienandi omnis modus etiam in casu licito, & servatis iuris solemnitatibus inconsulto Romano Pontifice hodie regulariter prohibetur.
3 Ecclesiarum res ultra triennium locari, aut alienari non possunt.
4 Triennium infra quod permittitur Ecclesiarum res locari, est computandum ex tribus fructuum collectionibus.
5 Locatio rerum Ecclesie facta ultra triennium in totum vitatur, nec quoad triennium sustineri potest.
6 Dicitur, omnino, omni ex parte alienationem comprehendit.
7 Negativa cum adiungitur dictioni, aliquid, etiam in qualibet minima parte verificatur.
8 Locationem rerum Ecclesie factam ad plures annos validam manere, quoad dictum triennium, qui tenuerint, ostenditur.
9 Emphyteusis concessa in quartam, vel quintam generationem, quoad tertiam permissam valida est.
10 Donatio facta absque infirmatione ultra quingentos aureos in excessu solum vitatur, & firma remanet in summa, a iure permissa.
11 Concordantur prædictæ opiniones sub distinctione.
12 Tempus inuito ab vitio insuperabile dicitur, quando constituti contractus ad minus tempus non esse contracturos.
13 Locatio rerum Ecclesie in totum corruit, si ultra triennium fiat, quando tunc datur vnicuique pretium, seu merces.
14 Alienare prohibetur si locet ad longum tempus, locatio in totum vitatur.
15 Tempus licentia ab illicito separari dicitur, si ex constituti appareat contrabentes etiam pro tempore licito contracturos.
16 Extrau. Ambitiosa, ubi nullius momenti, de rebus Ecclesie non alien. declaratur.
17 Locatio rerum Ecclesie si fiat ad duo triennia, eo adiecto pacto, ut post primum triennium incipit servandum, omnino invalida est.
18 Triennium, infra quod Ecclesiarum res possunt alienari, ad unum, vel duas annos per statuta Episcoporum limitari valet.
19 Finitus Ecclesiarum an ultra triennium, intra tamen modicum tempus, alienari possint, ostenditur, & n. 20. & 21.
20 Ecclesia res inconsulto Romano Pontifici in emphyteu-

- sim dari possunt in casibus à iure permissis, & de bonis solius ab antiquo dari in emphyteusis & cum evidenti Ecclesie utilitate.
23 Alienari possunt Ecclesiarum res causa necessitatis ipsarum Ecclesiarum, ut si debitum urgeat ab ipsis Ecclesiis contractum, vel causa pietatis, aut pro redemptione captivorum, aut alimonia pauperum, vel quando res essent inutiles, aut incommodæ ipsis Ecclesiis.
24 Ecclesiarum res ex causa maioris utilitatis alienari possunt.
25 Contractus si sint utiles Ecclesie, etiam si fiant sine solemnitate, sunt validi.
26 Emphyteusis perpetua bonorum Ecclesie concedi potest de rebus incultis parum utilibus Ecclesie.
27 Contractus ut videatur vitium sit vitiosus, vel damnosus Ecclesie, inspicitur debet tempus celebrationis ipsius contractus.
28 Emphyteusis fieri non potest de marso, seu passalibus Ecclesie, nec prescriptio, aut prescriptus titulus admittitur.
29 Ecclesia res solita concedi in emphyteusim cum beneplacito Apostolico semel impetrato, si ad Ecclesiam revertantur, possunt iterum emphyteuticari absque solemnitate requisita in alienatione rerum Ecclesiasticarum.
30 Iuramentum de non alienando sine Papa licentia non continet solita alienari.
31 Bona si sine solita veni- & in divisionem, sufficit, ut in futurum etiam dividi debeant.
32 Res semel effecta alienabilis cum solemnitate, efficitur perpetuo alienabilis absque solemnitate, dummodo solitum non alteretur.
33 Res Ecclesie semel alienabilis si cessavit prima causa concessionis, iterum alienari non potest.
34 Vitiosas Ecclesie evidens tempore ultima concessionis debet adesse in nova concessionem rei emphyteuticæ, & non sufficit adesse in antiqua.
35 Præctica ponitur, qua vitur Episcopi in præstando assensu super re solita alienari.
36 Solita concedi in emphyteusim, ut bona dicantur sufficit unica concessio, & esse elapsos quadraginta annos.
37 Res Ecclesie, qua servando servari non potest inconsulto Romano Pontifice alienari permittitur.
38 Res Ecclesie, qua servando servari non potest, dicitur mobilis, quæ non durat triennio, vel usu consumitur, & non fructificat.
39 Pretiosæ res mobiles, cum immobilibus equiparentur, sine causa, & solemnitate alienari non possunt.
40 Pecunia regulariter est de rebus, quæ servando servari non possunt, quia retenta nihil operatur.
41 Pecunia, quæ est destinata ad emptionem stabilium, censuum, vel mobilium pretiosorum connumeratur inter immobilia, vel mobilia pretiosa, & tunc non potest alienari sine solemnitate.
42 Pecunia minoris comparandorum prediorum causa destinata absque decreto alienari non potest.
43 Pecunia magne quantitas, quæ est in Ecclesia proprietate, non in fructu, absque assensu Apostolico alienari non potest.
44 Pecunia in bancis camporum posita censetur iure rerum immobilium.
45 Pecunia, quæ servatur pro aliqua futura necessitate, vel pro conservando magis patrimonio, aut pro locatione ad pompam, censetur iure rerum immobilium.

- 46 Relius omni inter immobilia connumerantur, & iure sine causa alienari non possunt, idem de iuribus, & actionibus ad immobilia.
47 Poena contra alienantes Ecclesia bona absque solemnitatibus requisitis quæ sunt in Extravagant. Ambitiosa, de rebus Ecclesie, constituta, ostenditur.
48 Extravag. Ambitiosa, de rebus Ecclesie non alienandis, an fuerit ubique recepta, ostenditur, & num. 49.
50 Ecclesia res immobilis parva cum consensu Episcopi absque solemnitatibus alienari potest.
51 Res exigua, seu modici valoris, quæ dicantur, arbitrio iudicis relinquuntur.
52 Repudiare legatum, vel hereditatem, aut rem Ecclesie non incorporatam potest Prælati absque solemnitatibus.
53 Statutum in præiudicium Ecclesie valet in quærendis, quando laici non odio Ecclesie, sed bono zelo faciunt.
54 Ecclesiarum res non solum acquisita, sed etiam acquirenda non possunt absque solemnitatibus alienari.
55 Permutatio inter Rectores Ecclesiarum de bonis Ecclesiasticis licite fieri potest.
56 Assensus Apostolicus non requiritur in alienatione ab una Ecclesia alteri Ecclesie facta.
57 Cap. casellas 10. q. 2. & c. sine exceptione 12. q. 2. declarantur.
58 Ecclesiarum res sine solemnitatibus alienari possunt, quando summa alienandi necessitas instaret, & Papa de facili adiri non posset.
59 Bona relicta, & donata Ecclesie, quæ est in pace retinenda etiam in communi, possunt alienari sine solemnitatibus, & pretium converti in Ecclesie necessitatem.
60 Regulares ipsorum bona alienare possunt ex pluribus prius egitis sibi concessis.
[Regulares indigentes, actus, nec reperientes, qui creditis illis tribuunt, nec possint consensum expectare summi Pontificis, ut absque dicto consensu, & absque iurata confirmatione, & pretiosas in pinguis tradere, si periculis ad combinum sumant, si aliter non reperiuntur.]
61 Ecclesiarum bona reformationi subiecta absque solemnitatibus reformationi possunt.
62 Alienari possunt Ecclesie a iure res ob reformationem meritorem.
63 Transmissio potest absque solemnitatibus fieri super aliqua re Ecclesie, cuius possessio non sit penes ipsam.
64 Caducitatis remissionem emphyteuticæ Ecclesie potest solus Prælati sui Rector absque solemnitatibus facere.
65 Emphyteusis excusat à commisso si Prælati etiam solus absque Capitulo recipiat pensiones post commissum decursas.
66 Ecclesie res, quæ inconsulto Romano Pontifice alienari non possunt, remittuntur.
67 Bona mensa Episcopalis sunt, quæ principaliter ad illius sustentationem sunt deputata, & nullum alium Rectorem habent præter ipsam Episcopum.
68 Bona de mensa Ecclesie dicuntur ea, quæ perpetuo unita fuerint Ecclesie, atque ita, quæ nunquam alteri ab Ecclesia populi se quæstionem dominium, concessa fuerint.
69 Alienare, aut in perpetuum emphyteusim concedere non potest Prælati ea, quæ sunt de mensa Ecclesie.
70 Capituli assensus contra Apostolicum requiritur in Barbof. de Episcopo, Pars III.

alienatione bonorum mensa Episcopalis separata à mensa Capitulari.

- 71 Assensus Apostolicus super alienatione rerum Ecclesie de stylo Curie Romanae quando concedatur, & quibus personis, ostenditur.
72 Assensus Apostolicus ex lapsu triginta, vel quadraginta annorum cum possessione præsumitur.
73 Solemniter omnia intervenisse præsumuntur ex longissimo temporis cursu, nisi ex inspectioe instrumenti appareat solemnitatem non intervenisse.



De bonorum Ecclesiasticorum alienatione tractant Redoan. in speciali tract. de rebus Ecclesie non alienand. Peretti. in commentar. ad Extravag. Ambitiosa, illa tit. Navar. de alienat. rerum Ecclesie. Vilalob. tom. 1. communium opinion. lib. 1. tit. 1. num. 35. cum sequentibus, pag. 149. ubi Bonacof. & Soar. à num. 51. Valdef. ad Xuar. parte 2. pag. 97. Menoch. de arbitrar. casu 172. Rebuff. in compendio alienat. Mascard. de probat. conclus. 75. Peretz 1. 10. tit. 2. lib. 1. Ordin. pag. 51. Quaranta in summa Bullarum, verb. alienatio rerum Ecclesie, Azor. institut. moral. par. 2. lib. 9. cap. 1. cum sequenti. Camill. Borell. in summa omnium decis. tit. 15. de rebus Ecclesie non alienand. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiæ. decis. 1. cum multis sequentibus, in utraque edit. [Mar. Anton. var. res. lib. 1. resolat. 21.] Franc. Leo in thesuro fori Ecclesiæ. par. 1. cap. 15. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 30. tract. 3. num. 61. cum sequentibus. Vgolin. de potestate Episcopi cap. 14. §. 4. cum sequentibus, Molin. de iustit. tractat. 2. disp. 465. cum seqq. Gutier. de iurament. confirmat. par. 1. cap. 52. & practica. lib. 1. quest. 8. nouissimè Bonac. tract. 2. de alienat. bonorum Ecclesiæ. [nouissimè me pluries citato in hac alleg. Ciatlin. cont. onof. forens. lib. 1. cap. 105. per tot. nouissimè etiam Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori ecclesie. cap. 6. per tot. Lezana in sm. quest. Regul. cap. 10. Amat. conf. 63. & seq. Anton. Navar. alleg. 30. cum seq. Ioan. Baptista Thoro in compendio decis. Neapolit. verb. Alienatio rei Ecclesie. Intrig. decis. 44. Camill. de Laratha conf. 37. Theaur. quest. forens. lib. 3. q. 37. Fachin. lib. 1. conf. 71. & lib. 3. conf. 24. & 45. Valenzuel. conf. 3. par. 1. nouissimè me pluries citato in hac alleg. Castr. Palao in opere morali tom. 2. tr. 8. 12. quest. unica. punto 14. & 15.]

Nullus olim poterat res, aut bona Ecclesie inconsulto Episcopo alienare. cap. Abbates, & cap. placuit 12. q. 2. Episcopus verò eas tantum res Ecclesie suæ alienare, aut subditis alienandi facultatem concedere, quæ Ecclesie plus incommodi, quam utilitatis afferrent, & ea de causa ut meliora prospiceret, cap. sine exceptione, cum seqq. cap. non liceat Papa, ead. causa & quest. aut si de propriis rebus tantum Ecclesie contulisset, quantum alienare voluerat. cap. si quis qualibet, ead. causa & quest. sed neque id poterat Episcopus facere absque consensu Capituli. dicit. cap. placuit; eadem quoque lex Romano Pontifici circa res Apostol. Ecclesie ponitur, teste Symmacho Papa in d. c. non liceat Papa. Sed quoniam non recto iudicio plerumque bona Ecclesiarum in graue earum damnum etiam ab Episcopis alienabantur, & propter alienationes huiusmodi graua detrimenta patebantur, & plerique ambitiosa cupiditate detenti immobilia & pretiosa mobilia Deo dicata, ex quibus Ecclesie, monasteria, & pia loca reguntur, atque illustrantur, & eorum ministri aluntur, profanus vitiis applicarent, atque cum maximo illorum ac diuini cultus detrimento exquisitis medijs vsurpare, aut alienare nõ vererentur, propterea Rom. Pont. Paul. II.

in Extravag. Ambitiosa, de rebus Ecclesia non alien. expresse prohibuit omnium rerum, & bonorum Ecclesiasticorum alienationem, aut omne pactum per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypothecam, locationem, & conductionem ultra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteuticum, nisi in casibus in ea expressis: [vt probat Molin. *diel. tract. 2. dist. 468. num. 1.* Et etiam alienare, ac in feudum, vel emphyteusum quocumque pretextu, vel causa quacumque bona ad Ecclesias inferiores, & quavis loca pia nunc, vel deinceps spectantia concedere, vel ultra triennium locare, & concessionem huiusmodi reuocare, vel prorogare cum pluribus penarum impositione, prohibet Urbanus VIII. *constitutio. 5. 1. incipit. Humana. Calendar. Novembris 1625.* horum primus est locationis, & conductionis infra triennium, cum res Ecclesiarum ultra triennium non possint quoquo modo locari, aut alienari, Couar. *variur. lib. 2. cap. 16. num. 4. Malc. de probat. consil. 603. num. 28. Kientiq. in summa lib. 13. cap. 40. §. 1. Auend. de exequis mand. par. 1. cap. 4. num. 37. Perez tit. 7. lib. 5. Ordin. pag. 202. Vgolin. diel. cap. 14. §. 7. num. 5. vers. quartus. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 10. quaf. 3. & par. 3. lib. 8. cap. 3. quaf. 3. Azueed. l. 33. tit. 3. lib. 1. noue recopilat. Cald. Pereira de resolut. emphyt. cap. 2. num. 28. plures refert Gened. ad Decretal. collecl. 76. num. 1. Caroc. de locato par. 3. sub tit. de rebus Ecclesia locandis concl. 5. 6. & 9. Card. Tusch. tom. 5. conclus. 406. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 24. dub. 1. num. 68. Scott. in selectis constitut. theorem. 117. [Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 435. num. 1. Fachin. consil. 71. num. 7. & 10. lib. 1. Maltrill. decis. 77. num. 8. Cardin. Mantica de tacit. & ambig. conuen. lib. 4. tit. 8. num. 53. Camill. de Lanatha consil. 37. num. 1. Jacob. Anton. de Mauro alleg. 31. & 50. in addit. Marcell. Mauro alleg. 89. num. 5.] nouissimè Bonacin. diel. tract. 2. quaf. unica punto 2. num. 24. [& Marcel. Vulpe diel. cap. 6. à num. 17. Rota apud Marches. de commission. par. 1. pag. 106.] Nisi in contrarium esset consuetudo. Paris. consil. 98. lib. 4. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decis. 113. num. 5. in prima edit. & resol. 98. n. 5. in 2. edit.*

Et huiusmodi triennium infra quod permittitur, per diel. Extravag. Ecclesiarum res locari, est computandum ex tribus fructuum collectionibus, ita vt si ex quolibet triennio vnus tantum fructus percipiatur, tunc triennium pro vno anno computari debet, & locatio fieri potest vsque ad nouennium. Ita Couar. diel. cap. 16. num. 6. Gutier. canon. lib. 1. cap. 8. num. 12. Azor. diel. par. 2. lib. 7. cap. 10. quaf. 8. & lib. 9. cap. 2. quaf. 2. Cardin. Mantica de tacitis, & ambiguis conuentionibus tom. 1. lib. 5. tit. 3. num. 22. Quaranta d. verb. alienatio remon Ecclesia num. 18. Cald. Pereira diel. cap. 2. num. 31. Nauar. de alien. rerum Eccles. num. 21. Marc. Anton. Genuent. in praxi Curia Archiep. Neapol. cap. 60. num. 10. Valqu. de redditib. cap. 2. §. 2. dub. 6. num. 30. Filliuc. tract. 44. cap. 2. quaf. 3. Bonacin. diel. punct. 2. num. 24. vers. aduertendum tacit.

Quaestio est dubia, an locatio facta ultra triennium in totum vitietur, aut quoad triennium sustineatur? In qua Doctores varias proferunt sententias, in primis Bart. in authent. qui rem, num. 7. & sibi lason num. 21. de sacrosanct. Ecclesis tenet hanc locationem in totum nullam esse, nec quoad triennium sustineri, sequuntur [Matth. de Afflict. decis. 107. num. 2. Purpur. consil. 340. num. 7.] Pinel. in l. 1. par. 3. num. 75. in fine, C. de bonis matern. Gutier. in l. nemo potest, mem. 53. ff. de legat. 1. Valasc. de iur. emphyt.

quaf. 29. num. 15. Cardinal. Mantica diel. lib. 5. tit. 5. in princ. Azor. diel. par. 2. lib. 7. cap. 10. quaf. 4. & lib. 9. cap. 2. quaf. 4. Cald. Pereira de resolut. emphyt. cap. 2. num. 30. & de emp. cap. 32. num. 32. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 162. num. 22. Camill. Borell. in sum. omnium decision. tom. 1. tit. 19. num. 5. [me citato pro contraria parte hanc dicit sibi videri probabiliorē Castr. Palao diel. puncto 14. num. 7.] & tenuit Rota apud Farinac. decis. 30. par. 1. & apud Marches. [de commission. par. 1. pag. 108. vbi ponit decisionem in Brixien. locationis 5. Octobris 1594. coram Pena, quae disputat in vtramque partem, & tandem cum hac remanet.] Et hanc sententiam primò probant ex d. Extravag. Ambitiosa, sibi, nullius omnino sit roboris, & momenti; vbi t dictio illa, omnino, indistinctè tenes annos comprehendit, ac omni ex parte locationem annullat, iuxta notata per me in Remiss. de distinctionibus, & clausulis, diel. 206. Secundo ex Clement. 1. de Rebus Ecclesia non alien. vbi dicitur, quod t nec recipienti ius aliquod acquiratur, quia quando negatiua adiungitur cum dictione, aliquid, etiam in qualibet minima parte verificatur. glos. verb. au earum in Clement. 1. de foro competent. vbi Cardin. notat Tiraquell. in l. si vnquam, verb. omnia, num. 5. & n. 14. & faciunt quae adduco ego ipse diel. 14. num. 6. Tertio adducitur text. in authent. de non alienandis, §. emphyteusim, sibi, neque quod sit habere aliquod penitus roboris finimus. Tandem facit, quod in his, quae pendunt à voluntate duorum, & agitur de obligatione contrahenda, si contractus non valet, vt fit, nec valebit vt valere potest, notat Bart. communiter receptus in l. 1. §. si quaesita, ff. de verborum oblig.

Contrariam opinionem, scilicet locationem rerum Ecclesiae factam ad plures annos validam manere quoad dictum triennium, tenuit Bald. in authent. si quis ruinas, C. de sacrosanct. Eccles. sequuntur Paul. in authent. qui rem C. eodem tit. num. 7. vbi Decian. num. 23. [Curt. iun. vbi de feudis par. 2. q. 6. Couar. diel. cap. 16. num. 5. Syluest. Aldobrandin. consil. 79. num. 3. lib. 1. Tiraq. de retrad. lig. §. 2. §. 1. num. 12.] Clar. in §. emphyteusis, quaf. 6. & in §. feudum, quaf. 13. & in §. donatio, quaf. 17. num. 2. Molina de primog. lib. 1. c. 21. n. 28. vers. contrarium, alter Molina de iustitia tract. 2. disp. 467. colum. 2. Rebello de obligat. Instit. p. 2. lib. 14. q. 6. Gama decis. 390. Cardin. Tusch. verb. locatio, concl. 406. in princ. Perez l. 1. tit. 7. libr. 5. Ordin. pag. 203. col. 1. Stephan. Quaranta diel. verb. alienatio rerum Ecclesia, num. 18. Vgolin. diel. cap. 14. §. 7. num. 5. vers. quaro.

Sic etiam emphyteusis concessa in quartam, vel quintam generationem, quoad tertiam permissam, valida est, authent. de non alienandis, §. quoad autem, collat. 2. Couar. d. cap. 16. n. 5. ad finem, Molina d. cap. 21. n. 34. Gam. decis. 72. n. 2. Cald. Pereira diel. cap. 3. n. 33. & de nomin. quaf. 19. n. 81. Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 117. n. 2. in prima edit. & resol. 102. num. 2. in secunda edit.

Sic etiam donatio facta absque insinuatione ultra quingentos aureos, in excessu solum vitietur, & summa remanet in summa à iure permilla, vt docet expresse text. in l. sancimus, in principio, vers. si quid autem, C. de donat. Ord. Regia Lusitan. lib. 4. tit. 62. in principio, resoluunt Clar. in §. donatio, q. 17. n. 2. Molin. diel. tract. 2. disp. 278. in principio, Aloyf. Ricc. diel. resol. 102. n. 3. Ceual. commun. cor. in a commun. q. 222. n. 3. Rebel. d. p. 2. lib. 18. q. 6. num. 6. Cardin. Mantica d. tit. 5. num. 23.

Ego verò praedictas opiniones inter se discordantes adhibita distinctione ad concordatiam reducendas esse arbitror, & vt generaliter materia percipi possit, distin

distinguendum est, quod aut tempus licitum in his contractibus ab illicito separari non potest, aut potest: priori casu dicendum est contractum, non solum pro tempore prohibito, sed neque etiam pro tempore permisso valere, immo in totum vitietur, & in hoc casu procedit prior sententia Bart. & sequacium, de qua supra; cum enim ratio totalis Doctorum, qui secundam opinionem sunt sequuti, in eo consistat, quod in his contractibus possit vtile ab inutili separari; cum tunc pars inutilis non tollat consensum à parte vtili, rectè fit, vt non procedat in his casibus, quibus tempus vtile ab inutili separari non potest, vt optime notat Molin. diel. cap. 21. num. 28. vers. vt autem. Per contrarium verò quando tempus potest ab inutili separari, cum tunc pars inutilis non tollat consensum à parte vtili, rectè fit, vt contractus pro tempore permisso, & ita vtili sustineatur, & solum vitietur respectu temporis prohibiti, & hic est posterior casus, secundum, quem potest procedere opinio Baldi, & sequacium, quos supra post ipsum citauit: regula enim, vtile per inutile non vitietur, intelligitur in his quae sunt diuisibilia, prout pluribus citatis Doctoribus habetur in libello de principiis vtriusque iuris luteri V. num. 78.

Dicetur autem tempus vtile ab inutili inseparabile, quando confiterit contrahentes ad minus tempus non esse contracturos, verbi gratia, si alicui considerabiliter interfit contractum pro omni tempore, quod conuentum fuit, & non pro minori durare, quo casu contractus indiuiduus, & inseparabilis ex praesumpta partium voluntate censendus erit, resoluunt Felin. in cap. cum super colum. 2. de officio delegat. Tiraquell. de retrad. lig. §. 2. §. 1. num. 28. optime Molina diel. num. 28. vers. quid intelligendum. Vnde, t quando pro multis annis datur vnicum pretium, seu merces, locatio in totum corrumpit, nec intra tempus permillum valet; non quidem ex eo, quod vnica tantum sentiantur locatio, qua ratione mouetur Couar. diel. cap. 16. num. 5. vers. eadem ratione, sed ex eo, quia ex illa vnica pretij, seu mercedis assignatione pro omnibus annis satis videtur constare contrahentes pro paucioribus annis non contracturos, Molina d. d. num. 28. vers. ex quibus.

Hinc fit, quod si prohibitas alienare locet ad longum tempus, verbi gratia ad decennium, ad vitam, vel similitur, talis locatio in totum vitietur, ita vt nec pro tempore permisso, & ita infra decennium sustineatur: ratio est, quia in hac specie constat contrahentes ad minus tempus non esse contracturos, cum illo tempore multum interfit contractum decennale, vel ad vitam pro omni tempore durare, quia praedicta locatio alienationem vtilis dominij inducit; vt cum multis quos refert, & sequitur, resoluunt Molin. diel. cap. 21. num. 17. per text. ibi in l. 1. §. quid autem ff. de superi. oiebus, contra Conan. comment. lib. 7. cap. 12. fol. 535. & Pinel. in l. 3. par. 1. num. 66. C. de bonis matern. ac subinde cum ex locatione ad modicum tempus dentur multa incommoda partium, quae non dantur ex locatione ad longum tempus propter dictam vtilis dominij translationem, rectè praesumitur, quod si partes, quibus alias interdicatur alienatio, locent ad longum tempus, non fuisse contracturos pro minori tempore, & ita in totum corrumpat locatio, vt eleganter circa locationem de rebus Ecclesiae, seu maioratus factam ad longum tempus, vt in totum vitietur, praesumit Molina diel. num. 28. vers. illud tamen, facit ad hoc propositum text. opt. in l. Barbof. de Episcopo. Pars III.

cum eiusdem, 34. vers. interdum, ff. de edil. edictis, faciunt item quae in simili Cabed. Lusitan. decis. 84. num. 7. & 15. p. 2. circa intellectum text. in cap. Masfana, 46. ibi, nullam, &c. de elect. & in hunc sensum potest intelligi d. Clem. 1. ibi, nec recipienti, &c. intelligendo verba illa, ad certum tempus, scilicet decem annorum ad minus, per quod spatium inducitur alienatio, quemadmodum per locationem ad vitam, de qua ibi fit mentio.

Per contrarium vero dicitur tempus licitum ab illicito separabile, si ex coniecturis appareat contrahentes etiam pro tempore licito contracturos, & non dari notabile illorum interesse, etiam si contractus non duret pro omni tempore. Hinc fit, quod locatio rerum Ecclesiae facta ultra triennium sustineri debet intra tempus licitum, & ita vsque ad triennium, quia non resultat considerabile interesse, ex eo quod locatio ad triennium solum, vel ultra valeat (dummodo tamen ad decennium fiat iuxta supradicta) cum sit eadem locationis species, ac subinde cum respectu temporis vtilis detur praesumptiuè consensus partium, nil mirum si respectu ipsius locatio sustineatur, & solum vitietur respectu temporis prohibiti (quomodo autem hodie res Ecclesiae locari possint, vide Concil. Trid. sess. 25. de reformat. cap. 11.) & id ipsum dicendum est in emphyteusi concessa ultra tres generationes, vt scilicet valeat quoad tempus à lege permillum, iuxta diel. authent. de non alien. in §. quod autem, in fine, & ita tenent Molin. diel. num. 28. vers. in 2. specio, & vers. quid intelligendum, Bald. in diel. authent. si quas ruinas, C. de sacros. Eccles. & ceteri omnes supra citati.

Non obstat text. in diel. Extravag. Ambitiosa, 16. ibi, nullius momenti, quia intelligitur respectu temporis illiciti, non verolici: leges enim generaliter loquentes non censentur improbare id quod aliis legibus erat permillum. l. sciendum 15. in princ. ff. qui sat. d. cog. Ita Molina vbi supra vers. cum opinio ni, vbi eodem modo responder ad diel. authent. de non alien. in §. emphyteusim, col. 2. ibi, nec quod fit, &c. vt scilicet praedicta emphyteusis concessio non teneat respectu temporis illiciti; quod si replicetur d. text. in authent. vers. si vero, quo mouetur Couar. ad contrariam sententiam amplectendam diel. num. 5. vers. tandem vt liberè, respondebitur quod immo text. ille pro nostra opinione facit: cum enim ibi emphyteuta priuatur iure suo, scilicet emphyteusi pro tempore legitimo per viam poenae ab ea lege appositae, plane apparet de iure non ex eo esse nullam emphyteusim pro annis praecedentibus, quod ultra tempus legitimum fuerit concessa, & ita non probat ille text. praedictam concessionem esse de iure in totum inualidam, vt Couar. arbitrat.

Quares opportunè si locatio in specie diel. Extravag. Ambitiosa, fiat ad duo triennia, eo adiecto pacto, vt post primum incipiat secundum, an valeat? Bald. in cap. 1. §. si libellario, quibus modis feud. amitt. & in l. voluntas, C. de fideicom. in ea fuit opinio, vt existimaret talem locationem validam esse, etiam quoad secundum triennium, vel tertiam. Contrarium; immo talem locationem ultra triennium non tenere, amplectuntur Lapp. alleg. 12. Alexand. consil. 165. per totum, lib. 2. & consil. 164. num. 6. lib. 3. Ruin. consil. 57. num. 13. libr. 1. plures alij, quos refert, & sequitur Valasc. de iure emphyt. quaf. 29. num. 15. eandem etiam amplectuntur plures, quos refert, & sequitur Couar. diel. cap. 16. num. 14. Molin. diel. tract. 2. disp. 466. col. fin. Azor. d. lib. 9. c. 2. q. 3. [Valq. in opus. de reddit. c. 2. §. 2. n. 25. me citato in

hoc loco Castr. Palao d. punct. 14. num. 3. Lezana d. cap. 10. n. 4. prope fin. vers. non possunt, & sic censuit Rota in Comen. locationis 20. Martij 1600. coram Cardin. Pamphilio sen. apud Marches. de commiss. par. 1. pag. 107. vbi expresse habetur locationem fructuum ecclesiasticorum de triennio in triennium vsque ad nouem annos esse nullam. quae opinio probatur ex d. aubert. de non alien. §. quod autem, prope fin. collat. 2. vbi cum prohibuitur esset concedi emphyteusium rerum ecclesiae, nisi in vitam accipientis, & duas alias vitas, seu generationes, dicitur nullum esse pactum, quod quidem adiciebant, nempe quod finitis illis duabus aliis generationibus, tenerentur ecclesiae ministri iterum concedere in emphyteusium eandem rem sequenti successoribus, eumque praferrent ceteris, inquit text. in haec verba, in hoc enim nihil aliud est quam per reuolutionem & machinationem perpetuas eis emphyteusis, magis autem priuationes ecclesiarum agi rerum, sed & si quid factum est, talem nullam necessitatem esse Reuerendissimis Oeconomis duobus hereditas cessantibus ceteris tradere. quibus verbis satis ostenditur, praedictum pactum esse reuolutionem, & machinationem à iure reprobata, quia in fraudem legis sunt, ob quam etiam rationem non valebit pactum, quo permittitur transactio priori triennio fieri, reuolutionem in aliud triennium, vt per Valac. & supra citatos Doctores, & colligitur ex his quae tradunt D. Barbosa in l. si filii. §. 26. §. fin. num. 26. ff. solutio mat. Crot. in l. 1. §. sed si mihi Pamphilius. num. 15. ff. de verb. signif.

18 Deinde si quaeres an triennium, de quo in d. Extravaug. Ambitiosa, possit per statuta Episcoporum limitari ad vnum, vel duos annos? Affirmatiue respondetur, cum Alexand. cap. 160. à num. 6. vol. 6. Cardin. libi. contrarij in cap. vlt. num. 2. ne Praelati vires suas, & est de mente Anch. conf. 116. num. 5. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 14. num. 10.] Nec obstat d. Extravaug. Ambitiosa, quia respondetur illam non iubere locationes fieri vsque ad illud tempus, sed ne ultra fiant prohibet, & sicuti priuatum locando ad vnum, vel duos annos contra praedicta Extravaug. nihil facit, sic Episcopus illud statuendo, arg. glo. in rub. C. de decretis decur. lib. 1. c. recepta ex Gom. l. 22. Tauri. num. 20. Quo fit valida esse statuta, quibus ordinatur ne aliter locatio valeat quam si fuerit à Praelato confirmata, prout fertur seruari in digesti Bracharen. ex Anchar. d. conf. 111. probat Iaf. in l. 1. §. fin. quae sum. ff. ad Trebel.

19 Dubium est in praesenti materia non contentendum, an praedicta Extravaug. habeat locum in fructibus, siue redditibus rerum ecclesiarum? In quo vna sententia tenet, quod licet bona ecclesiae Archiepiscopalis, Cathedralis, vel Collegiatae, aut cuiuscunque alterius ecclesiae inferioris post triennium locari non possint per Praelatos, siue eorumdem beneficiarios, vt habetur in d. Extravaug. fructus tamen ipsarum bene possunt etiam ultra triennium, intra tamen modicum tempus, per eosdem locari, ita quidem Senatorum Regis apud Gam. Lusitav. decis. 390. num. 4. Cohar. d. cap. 16. num. 6. ad fin. Auend. de exequendis mand. par. 1. cap. 4. num. 32. ad finem, Cardin. Mantica de tacitis & ambig. conuent. tom. 1. lib. 5. tit. 3. num. 21. Gregor. l. 9. verb. arrendar. tit. 7. par. 1. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. alienatio, §. 3. pag. 12. Cened. ad Decretal. collectan. 76. n. 3. & collect. 152. n. 3. & ad Sextum collect. 32. n. 2. Valq. de reddit. cap. 1. §. 2. num. 34. Filliuc. tract. 44. cap. 4. quae. 1. Scort. in scilicet constitut. theor. 1. §. 5. Pro qua opinione imprimis adducuntur verba dict. Extravaug. ibi, bonorum ecclesiasticorum, & ibi, ecclesiarum em-

deni utilitate; quae verba videntur tantum comprehendere bona ecclesiae, non autem fructus beneficiorum; deinde pro eadem parte adduci possunt verba eiusdem Extravaug. ibi, praeterquam in casibus à iure permisis, tunc sic attento iure antiquo permissum erat fructus ecclesiae ad modicum tempus, & ita etiam post triennium locare, iuxta text. in cap. per vestras, de locato, & quae Abb. ibi num. 4. & Card. in Clem. 1. §. fin. q. 4. de reb. ecclesiae non alien. Dec. conf. 204. vol. 1.

Verum contrariam opinionem tenet Gam. d. d. 20. decis. 390. num. 6. & secundum eam magis communiter iudicari affirmat ibi, & decis. 156. num. 2. sequuntur Eminen. Sa verb. conclusio num. 13. Boer. decis. 224. num. 2. & plures, quos refert Bonacin. d. d. puncto 2. num. 2. §. vers. sed oppositum; [me citato in hoc loco Castr. Palao d. puncto 14. num. 12. Bonacin. de contract. dispur. 1. quae. 8. puncto 4. num. 32. vers. falsum vero.] neruose defendit Gutier. canon. lib. 1. cap. 8. num. 14. [& censuit Rot. apud Marches. de commiss. par. 1. pag. 107.] Ex eo luaderet, quia d. Extravaug. in praefatione agit de bonis immobilibus, & pretiosis mobilibus Deo dicatis, ex quibus ecclesiae monasteria, & pia loca reguntur, illustranturque, ac eorum ministri sibi alimoniam vendicant; deinde in decisione prohibet omnium rerum & bonorum ecclesiasticorum alienationem, locationem, & conductionem ultra triennium; quibus verbis non solum bona propria ipsarum ecclesiarum, quarum fructus in utilitatem ipsarum conuertuntur, ultra triennium prohibentur locari, sed etiam illa ex quibus ecclesiae ipsae, & pia loca illustrantur, & earum ministri sibi alimoniam vendicant, & ita fructus beneficiorum videntur comprehendere, omnia enim bona illa sunt ecclesiastica: & vnde merito Extravaug. vta est praedictis verbis, omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum, & c. vt vtraque bona comprehenderet. Deinde ex verbis dict. Extravaug. in 2. except. quam facit, ibi, ac de fructibus, & bonis, quae seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia, & c. manifestè videtur probari, quod si fructus, & bona ultra triennium seruari possunt, post triennium locari non valent, vt ita exceptio fit regulam in contrarium, iuxta reg. l. nam, quod liquido, ff. de penu leg. cum citatis in libello de principiis vtriusque iuris, liter. C. num. 5. Cum igitur fructus beneficiorum, qui post triennium nascuntur, seruando seruari possint, quinimò cum tunc nulla deest temporis exigentia, vt alienentur, si quidem adhuc nati non sunt, manifestè ex praed. Extravaug. concluditur fructus beneficiorum ultra triennium nec alienari, nec locari, posse. Cuius resolutionis illa vnica potest assignari ratio, vt occurreret facilitati clericorum, qui praesentem pro pluribus annis recipientes futuris fraudarentur alimentis, ad quae sunt deputati redditus ecclesiarum, cap. 2. de praebend. Et ecclesiae seruitia, in quo conductores totum acquirunt; & ipsi nihil percipiunt, negligerentur, iuxta cap. si quis obiecerit l. quae. 3. deinde cum in magnis successorum praed. iudicium redundaret in huiusmodi locationes reprensentata petunia factae, ideo eas inualidas pronuntiat quocumque indulto, vel privilegio non obstanti, Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 11. & faciunt quae ad illius intellectum adducunt Rebello de obligat. in praxi fori pontem. lib. 2. §. cap. 43. n. 539. Reginald. in praxi fori pontem. lib. 2. §. cap. 43. n. 539. Marc. Anton. Genuent. in praxi Curiae Archiepiscop. Neapol. cap. 89. num. 3. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. punct. 15. §. 2. num. 6. in princip.] Aduertentur

Secundus casus ex tribus, quibus inuicissimè Romano

mano Pontifice res ecclesiae alienari permittuntur in d. Extravaug. Ambitiosa, est emphyteusis habens tres condiciones, scilicet in casibus à iure permisis, & de bonis solitis ab antiquo dari in emphyteusim, & cum euidens ecclesiae utilitate. & Calus hi à iure permisi quatuor sunt principales. Primus est causa necessitatis ecclesiae, vt si debitum vergeat ab ipsa ecclesia contractum, aubert. sancimus. C. de sacrosanct. eccles. Marc. Anton. Genuent. in praxi. Eccles. quest. 459. num. 2. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. punct. 15. §. 2. num. 5.] Secundus est causa pietatis, gloss. in c. 1. 12. quae. 1. Franc. Leo in thesauro fori ecclesiastici par. 1. cap. 15. num. 9. Veluti pro redemptione captiuorum, §. sacre. Infirmi. de rerum diuis. vel pro alimonia pauperum, ne fame, & frigore pereant, l. si ximus, C. de sacrosanct. eccles. aurum habet ecclesia. 12. q. 1. Tertius est causa in commoditatis, vt quando res est ecclesiae incommoda, de quo est text. in cap. territorial. 12. quae. 2. veluti si aliqua res ecclesiae potius afferret incommoditatem, quam utilitatem, vt quia nullus, seu modicus ex ea percipiuntur fructus, & quando expenderetur plusquam redderet, potest alienari, seruata forma tradita in d. c. sine exceptione, ita Marcel. d. c. 6. n. 33. Quartus est vt res esset inutilis, tunc Praelatus illum alienare potest, cap. sine exceptione, 11. quae. 2. cap. non liceat. 12. quae. 2. d. d. cap. territorial. Clemens. 1. de reb. eccles. non alien. l. inebemus, C. de sacrosanct. eccles. vbi si sumus in refectione domus, in qua maior sit impensa, quam utilitas ecclesiae, praestat quidem domum potius alienari, aubert. si quis, C. illo tit. Sicut enim permittitur alienatio, vt res plus commodi tribuat, d. c. sine exceptione 12. quae. 2. Sic permilla est alienatio, vbi plus expenditur pro reparatione, quam deducatur, sed an vtroque, §. 1. ff. de negot. gestis, quia res ecclesiae ex causa maioris utilitatis alienari possunt, si quippe ecclesia ipsa reciperet alteram rem meliorem, & vt super, §. de reb. eccles. non alien. Vrij. tom. 1. comm. opin. tit. 1. num. 36. vers. nono, pag. 150. Vnde contractus si sint viles ecclesiae, etiam si fiant sine solemnitate, sunt validi, Anton. Gabr. commun. tit. de reb. eccles. non alien. sub num. 17. Mascard. de probat. conclus. 75. Rebuff. in compend. alien. num. 34. Fr. Emm. quae. Regal. tom. 1. quae. 27. art. 9. Quarant. d. verb. alienatio rerum ecclesiae, num. 34.

26 Hinc emphyteusis perpetua bonorum ecclesiae concedi potest de reb. incultis, parum vtilibus ecclesiae, vt per Gam. decis. 323. incip. Monasterium, num. 1. Capyc. decis. 105. Petr. Rebuff. respons. 111. & 112. Cened. ad Sextum, collect. 32. num. 4. Quarant. d. d. verb. alienatio rerum ecclesiae, num. 41. Camill. Borrell. in f. summa omnium decision. tit. 33. num. 128. Cald. Pereira de romanat. emphyte. quae. 23. à num. 55. vbi num. 56. resoluit posse Praelatum si velit de iure communi emphyteusim perpetuam concedere, & num. 57. tenet, quod res sterilis pro hereditibus & successoribus concessa ad extraneos transit, & num. 59. quod perpetua concessio est obseruanda sine augmento penhobis, & num. 60. quod concessio temporalis rei sterilis finita debet reformari, etiam in fauorem extraneorum, de quo etiam idem Cald. Pereira de romanat. emphyte. quae. 12. num. 2. Et vt contractus videatur an sit vilis, vel dampnosus ecclesiae, inspicere debet tempus celebrationis ipsius contractus, Rebuff. in compendio alienat. num. 73. in fine, Surd. de aliment. tit. §. praedileg. §. 6. n. 78. & tit. 9. quae. 11. num. 10. Marq. Anton. Genuent. in praxi Curiae Archiepiscop. Neapol. cap. 89. num. 3. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. punct. 15. §. 2. num. 6. in princip.] Aduertentur

dum tamen est, quod de f. manso, seu passalibus ecclesiae emphyteusis fieri non potest, nec praescriptio, aut praesumptus titulus admittitur, vt optime resoluit Cald. Pereira de romanat. emphyte. quae. 15. num. 15. Menoch. de praesumpt. lib. 3. q. 108. n. 9. & faciunt quae idem Menoch. conf. 143. n. 22. Mascard. de probat. conclus. 1371. num. 108.

Res ecclesiae solite concedi in emphyteusim cum beneplacito Apostol. semel impetrato, si ad ecclesiam reuertantur, possunt iterum emphyteuticari absque solemnitate requisita in alienatione rerum ecclesiasticarum, Extravaug. Ambitiosa, ibi, ab antiquo concedi solitis, [l. 3. vers. orofy tit. 26. par. 4. ibi, aquellas cosas que los antecessores costumbraron a dar. Clar. §. emphyteus. quae. 6. n. 1. & q. 28. num. 7. & verb. feudum quae. 1. 3. à princ.] Menoch. de arbit. n. casu 81. à num. 5. & conf. 66. num. 31. & conf. 79. num. 1. cum sequentibus, & conf. 90. num. 2. & de praescrip. 6. praef. 63. à num. 19. Gam. decis. 24. & decis. 6. num. 6. & decis. 344. num. 4. Steph. Quaranta in summa Bullar. verb. alienatio rerum ecclesiae, n. 39 & 40. Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. alienatio rerum ecclesiae, §. 3. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiastic. decis. 126. in 1. edit. resol. 110. in 2. edit. Melch. Phcebos Lusitan. decis. 82. num. 34. tom. 1. Vgolin. d. d. §. 7. num. 5. vers. quinto, Camill. Borrell. in f. sum. omnium decis. tom. 1. tit. 33. à num. 129. Cald. Pereira de romanat. emphyte. quae. 16. num. 71. alios Doctores citat Cened. ad Sextum collect. 32. num. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 6. num. 194. Rot. Bonon. decis. 13. num. 7. & 8. Ceual. communium contra comm. tom. 4. quae. 897. à num. 899. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. punct. 15. §. 4. num. 3. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 1. num. 32. Andr. Gail lib. 2. obseru. vltim. n. 3. & 4. Nicol. Intrigl. de feudis quae. 53. num. 27. & à num. 37. Hentic. Rosenth. cod. rrat. cap. 4. conclus. 21. per tot. Guilielm. Rodoan. de reb. eccles. quae. 51. cap. 6. per tot. & quae. 60. per totam, me citato in hoc loco nouissimè Ioseph. de Vela Iuris controuersi in Hispanen. Senatu lib. 1. d. d. 15. num. 76. Quod procedit etiam accedente iuramento de non insecudando, vel emphyteuticando Romano Pontifice inconsulto, nam etiam in his terminis Praelatus praefato iuramento non adstringitur quoad bona in emphyteusim ab antiquo concedi solita, gloss. verb. non novum, vers. vnde si Episcopus in cap. praecipis 12. dist. gloss. vlt. vers. & est hic argumentum in cap. 1. 24. quae. 1. & gloss. verb. rem nouam in cap. non satis 34. quae. 1. Guil. Rodoan. d. quae. 60. num. 8. Hentic. Rosenth. d. cap. 4. conclus. 22. iuncta concl. 33. & 34. vbi rectè cum communi limitat in reb. iterum mensae ecclesiae incorporatis, Seraphin. de priu. iuram. priu. l. 5. 2. n. vlt. vers. vlt. & ad eum Martin. Beneschendorf. plures congens num. 43. me citato nouissimè Ioseph. Vela d. d. d. 15. num. 79.] Vnde f. iuramentum de non alienando sine Papae licentia, non continet solum alienari, cap. ex parte, de feudis, Gutier. de iuramento confirm. part. 1. cap. 5. n. 4. Nauarr. in tract. de alienat. rerum eccles. num. 11. Cald. Pereira de romanat. emphyte. q. 11. n. 30.

Hinc etiam sufficit, quod bona sint solita venire in diuisionem, vt in futurum etiam diuidi debeant, Palat. in repet. cap. §. 18. num. 37. Molin. de primogen. lib. 2. c. 6. num. 26. Pelaez de maioratib. part. 4. quae. 20. num. vlt.

27 Ecclesiae res semel effecta alienabilis cum solemnitate, efficitur perpetuo alienabilis absque solemnitate, Alex. conf. 189. col. 6. vol. 2. Francisc. Leo d. d. cap. 15. num. 3. Gonzal. gloss. 6. num. 124. Dec. conf. 88. volum. 1. Casur. de Grass. decis. 3. num. 14. de reb. ecclesiae non alien. Seraph. Rota Romanae decis. 490. Aloys. Ricc. in praxi rerum fori ecclesiastic. decis. 26.

in utraque edit. Rot. in vna Romana domus 27. No- uembrii 1583. coram Blanchetto, & iterum in vna Imolen. bonorum, 21. Maij 1593. coram Pamphilio. Dummodo solidum non alteretur, Clar. in §. seu- dum quest. 13. Rota in dist. Imolen. bonorum, Mar. An- ton. Genuens. dist. cap. 60. num. 6. vers. sextus, Aloyf. Ricc. d. decis. 26. n. 2. Et dummodo solidum aliunde quam ex partium assertione probetur. Rota in vna Aversana tenimenti, 24. Nouembrii 1581. coram Cantuccio, vt patet in decis. 160. num. 4. part. 2. diuers. ¶ Si vero cessat prima causa concessionis, vt si fuit datum pradium sterile, vt ad culturam re- duceretur, si illa res postea ad Ecclesiam reuertatur prima causa concessionis cessante, pradium de- uolutum sine noua causa alienari non potest, Abb. in cap. vi super eo, num. 11. de rebus Ecclesia non alie- nand. Redoan. in quest. 12. num. 57. & 58. Francisc. Leo dist. cap. 15. num. 3. vers. si vero, Marc. An- ton. Genuens. dist. cap. 60. num. 6. vers. primus, Piasce. in praxi noua Episcop. dist. cap. 5. num. 32. vers. secundus, §. vbi autem [me citato in hoc loco Castr. Palao dist. punct. 15. §. 4. num. 7. vers. se- cunda.] Quia ¶ in noua concessione rei emphy- teuticæ debet adesse evidens Ecclesiæ vtilitas tempore vltimæ concessionis, seu nouæ, & non fufficit adfuisse in antiqua, Casar de Crassis decis. 4. de locato, Aloyf. Ricc. in dist. praxi decis. 5. in vtraque edition. & fuit dictum in causa nullius Ca- stri, 9. Martij 1580. coram Brauo, & Romano domus, 19. Nouembrii 1587. coram Card. Blanchetto] intel- lige supradicta procedere quando non adest proxi- mior vltimi inuenti, quia finita emphyteusi debet Ecclesia illum alij cuiuscumque præferre, Ale- xand. consil. 80. num. 11. lib. 1. Dec. consil. 131. num. 2. Rot. decis. 251. num. 12. in fine part. 2. diuers. & co- ram Mantic decis. 10. num. 6. & coram Durand. de- cis. 251. num. 2. part. 2. nisi emphyteusis deuoluatur ob delictum, vel culpam inuenti, seu vocati, quia tunc potest Ecclesia, relicto proximior, alium in- uentire, etiam quod nolit pro se retinere, Marefc. v. n. lib. 1. cap. 3. num. 10. Phceb. l. vlt. decis. 30. num. 4. lib. 1. Rota coram Durand. decis. 251. n. 3.]

35 In præstando assensu ab Episcopo super re solita alienari ita prædicatur, primo datur memoriale, vel libellus, seu peritio Episcopo, quo petitur præla- ri ab ipso assensum; secundo Episcopus decernit capi informationem, qua capta, & viso quod tendit in euidentem Ecclesiæ vtilitatem, interponit decre- tum, & præstat assensum, ita Aloyf. Ricc. in praxi re- rum fori Ecclesiast. decis. 94. in 1. edit. & resolut. 80. in 2. edit.

36 Vt autem bona in emphyteusum concedi solita dicantur, fufficit vnica concessio, & esse elapsum spatium temporis iure requisiti ad præscribendas res Ecclesiasticas, nempe 40. annorum, iuxta c. illud 8. de presc. 4. 1. vide] Iul. cons. 155. colum. 2. lib. 2. Dec. con- sil. 142. num. 4. Balb. de prescript. 1. part. 5. principalis, quest. 20. Afflicti. decis. 305. num. 10. Clar. §. feudum, quest. 13. num. 4. Ruin. cons. 35. num. 30. lib. 1. Cephal. cons. 55. num. 30. lib. 2. Rebuff. de rebus Ecclesia non alienand. num. 33. Gama decis. 342. num. 4. Borrell. dist. tit. 33. num. 136. remissiuè Cened. dist. collect. 32. n. 3. & Quarant. dist. verb. alienatio rerum Eccles. num. 40. Aloyf. Ricc. dist. decis. 26. n. 3. Marc. Anton. Castr. Palao d. cap. 60. num. 5. Piasce. in praxi noua Episcop. d. cap. 5. n. 32. vers. secundus. sicut ex supradictis Iaf. Dec. Balb. Afflicti. Ruin. Clar. Canale. & Quarant. necnon vltra citatos Nicol. Intrigl. de f. udis quest. 53. num. 42. in un- do num. 52. Ouid. de Amicis de iure emphyt. q. 62. num. 1. & citati à Rosenth. dist. cap. 4. concl. 29. num. 7.

lit. G. existimauerint bonum actum intra spatium illud quadraginta annorum desiderari.]

37 Tertius casus ex tribus, quibus inconsulto Roma- no Pontifice res Ecclesiæ alienari permittuntur in d. Extrauag. Ambitiose, est alienationis rerum, quæ seruando seruari non possunt: nouissimè Bonacina var. tract. 2. quest. vnic. punct. 2. n. 3. [quas quidem res si Ecclesiæ, piii que operibus vtile visum fuerit, pote- rit alienare ille, cui est rerum Ecclesiæ integra ad- ministratio commissa, gloss. verb. tractatu, in causa, de his, que sunt à prælat. sine consensu, Vazquez in opus. de redimib. c. 2. §. 2. dub. 13. in princ. n. 44. Molin. disput. 468. concl. 1. Castr. Palao d. punct. 15. §. 2. n. 8.] quæ ¶ autem sint illæ, vix ab aliquo rectè definitur, posse autem definiti esse res mobiles, quæ non durant triennio, vel vsu consumantur, & non fructificant, argum. l. que lex, §. vltim. C. de administrat. tutorum, & c. vestra, de locato, tenet Nauarr. de alienat. rerum Ec- clesiast. n. 4. Rebuff. in compendio alien. num. 25. Redoan. quest. 6. n. 29. Quarant. vbi supra n. 38. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 62. in 1. edit. & resolut. 59. in 2. edit. Marc. Anton. Genuens. cap. 60. num. 7. Surd. de aliment. tit. 8. priuileg. 45. n. vlt. Castr. Palao d. punct. 15. §. 1. num. 7.

38 Vnde sequitur validà esse alienationem vini, olei, frumenti, ouium, caprarum, & cæterorum factam sine solemnitate, quia huiusmodi bona non censentur pretiosa, quæ seruando seruari possunt, ita Molin. de Iustit. disp. 468. Bonacin. d. punct. 2. n. 4.

39 Pretiosa tamen res mobiles, cum æquiparentur immobilibus, & pari passu ambulent in hac materia dist. l. que tuores, l. sancimus, C. de sacrosanct. Eccles. sine causa, & solemnitate alienari non possunt, ita Quarant. dist. verb. alienatio rerum Ecclesie, num. 24. vbi nomine bonorum mobilium pretiosorum, quæ seruando seruari possunt, intelliguntur vasa aurea, argentea, vestes pretiosæ, quæ longè ab interitu distant, & cætera, quæ seruari possunt, gemmæ, & his similia. [Azor. instit. moral. part. 2. lib. 9. c. 1. q. 5. & 7. me citato in hoc loco Castr. Palao d. disp. vnic. punct. 15. §. 1. num. 2. vbi num. 7. resoluti arbores ita prædio necessa- rias, vt illis sublati prædium grauius redderetur deterius, inter bona mobilia pretiosa, quæ confer- uando seruari possunt, debere computari, & num. 8. subdit Reliquias Sanctorum insignes sint, sub bonis mobilibus pretiosis alienationi non subiectis comprehendendi, quia esto pretio non æquantur, sunt supra omne pretium, referat Lezana d. cap. 10. num. 4. in princip. vbi idem censet de copiosa bibliotheca li- brorum.]

40 Item grex ouium, armentum bouum, præsepium equorum, secus dic de eorum fructibus, ita Molin. disp. 464. Filiuc. tom. 3. r. 4. cap. 4. quest. 19. num. 24. Bonacin. dist. punct. 1. num. 2. vers. aduertendum est se- cundo. [Lezana vbi proxime, me citato in hoc loco Ca- stro Palao d. disp. vnic. punct. 15. §. 1. num. 3.]

41 Pecunia licet regulariter sit de rebus, quæ seruando seruari non possunt, qua retenta nil operatur, gloss. l. 1. §. questum ff. ad Trebellian. cap. cõpõiens, dist. 88. praxi noua Episcop. dist. cap. 5. n. 32. vers. primus, Aloyf. Ricc. dist. resolut. 59. num. 3. & resolut. 56. num. 1. [tum quia pecunia vsui quotidiana deseruit, & ad illum est de- stinata, neque seruata vllum fructum parit, Azor. d. p. 2. lib. 9. cap. 1. q. 5. Molin. d. disp. 465. circa fin. Castr. Palao d. punct. 15. §. 1. num. 4.] tamen illa, quæ est de- stinata ad emptionem stabilium, censuum, vel mobi- lium pretiosorum, vel ad occurrentes Ecclesiæ necessi- tates seruata in arca, considerando pecuniam quoad fructuosam conseruationem, connumeratur inter immobilia, vel mobilia pretiosa, Alex. Iaf. & Ripa

in dist. §. questum, Ioseph. Ludou. tom. 4. commun. opin. conclus. c. de verborum significatione, ampliat. 3. pag. 541. Viui. tom. 2. comm. opin. lib. 7. tit. 1. num. 278. vers. necnon pecunia destinata, Ceuall. communium contra communes, quest. 312. Bernard. Graua. ad pra- cticam Camera Imperial. lib. 2. conclus. 10. considerat. 2. Cald. Pereira de emptio. cap. 13. num. 32. praxis noua vbi proxime, contra Menoch. de presump. lib. 4. quest. 138. num. 5. Pinel. in l. 1. C. de bonis mat. part. 2. num. 42. Thesaur. Pedem. decis. 160. num. 6. Aloyf. Ricc. d. resolut. 59. in fin. Marc. Anton. Genuens. d. c. 60. n. 9. & idèd non posse alienari sine solemnitate, & causa tenent Quarant. d. verb. alienatio rerum Eccles. n. 25. Filiuc. tom. 3. tract. 44. cap. 4. quest. 19. num. 25. & 26. Bonacin. dist. punct. 2. num. 5. [Azor. dist. part. 2. lib. 9. c. 1. quest. 5. vbi subdit quodd dicitur destinata pecunia quando auctoritate Prælati ad Ecclesiam, seu mona- sterium administrantur destinata est, Castr. Palao in opere moralitum. 2. tract. 12. disp. vnica punct. 15. §. 1. n. 5. vbi intelligit hanc resolutionem quando destinatio pecuniæ ortum haberet ex eo quod sic à testatore ad illum effectum relicta fuit, vel facta fuit ex re ali- qua immobili, vel pretiosa ipsius Ecclesiæ, quæ vt renouaretur vendita fuit, vel tradita fuit montalibus in dotem, quia ex voluntate donantium censetur data monasterio vt perferretur pro monialis sustentatione; allèrens alias destinationes omnino videri ac- cidentarias, neque conditionem pecuniæ mutare.]

42 Hinc ¶ pecunia minoris comparandorum prædiorum causa destinata, nequitiam absque decreto alienari posse, tenent Ioseph. Ludouic. Perus. dec. 48. n. 35. cum sequentibus, Simoncell. de decretis, lib. 3. tit. 8. in p. 5. n. 12. vers. tertius casus est, Nicol. Reuiner. lib. 2. decis. 13. sub tit. 22. Menoch. cons. 114. num. 32. Ioan. Aquilin. de monetis cap. 6. coroll. 2. Ita ¶ etiam magna quantitas pecuniæ, quæ est in Ecclesiæ proprietate, non in fructu absque assensu Apostoli alienari mini- mè potest, vt fuit resolutum in Rota Romana in vna Venetiarum nullitate contractus, 13. Nouembrii 1602. coram Pamphilio, vbi fuit quoque dictum hoc procedere, licet præfata pecunia veniret conuertenda in vtilitatem dictæ Ecclesiæ, referunt Aloyf. Ricc. d. resolut. 59. n. 5. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. Neapol. c. 75. aliàs 60. in annot. num. 14.

43 Sic etiam pecunia in banchis camporum posita censetur iure rerum immobilium, Tiraquell. de reuad. lign. §. 1. gloss. 7. num. 114. Ioseph. Ludou. conclus. 48. num. 42. Baiard. ad Clar. §. in quest. 78. num. 151. Si- moncell. lib. 3. cap. 8. sub num. 118. Rein. Budel. de mo- netis lib. 1. cap. 25. num. 16. Marc. Anton. Genuens. dist. cap. 60. num. 9. in fine. Stephan. Gratian. Marchie de- cis. 95. num. 90. [Castr. Palao d. punct. 15. §. 1. num. 6.] licet contrarium tueantur Mantic. & Pinel. quos re- fert, & sequitur Thesaur. d. decis. 160. Paul. Montan. de tutel. cap. 33. num. 180. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 70. in 1. edit. & resolut. 56. in 2. edit. Idem iuris est de pecunia, quæ seruatur pro aliqua futura necessitate, vel pro conseruando magis patri- monio, l. si Caius, §. 1. ff. de legatis 3. Iaf. in d. §. questum, num. 38. vel vt deseruiret pro locatione ad pom- pam. l. 3. in fine cum sequenti. ff. commodati, Quarant. d. verb. alienatio rerum Eccles. n. 25.

44 Vnde etiam annui redditus, qui cum inter immo- bilia connumerentur, Tiraquell. d. §. 1. gloss. 6. n. 4. Me- noch. remed. 1. recip. n. 45. Martens l. 7. gloss. 1. à n. 18. tit. 5. noua recopil. Thesaur. Pedem. decis. 160. Boer. de- cis. 209. Coler. Germ. decis. 59. Solis de censib. lib. 1. c. 7. n. 2. & lib. 2. cap. 3. à num. 32. & tom. 2. lib. 1. cap. 1. n. 3. Fatin. Rot. decis. 286. n. 7. in nouiss. Aloyf. Ricc. in collect. decis. p. 3. collect. 668. & in praxi rerum fori Ecclesiast. de-

dist. 44. in 1. edit. & resolut. 41. n. 2. in 2. edit. Gasp. Ro- deric. de annuis redditibus lib. 1. q. 3. n. 8. & q. 1. 4. Bernard. Graua. d. concl. 10. in princ. Nicol. Garcia de benef. p. 2. c. 5. n. 95. idèd alienari sine causa non possunt. Re- buff. in compend. alienat. n. 54. Quarant. vbi supra n. 26. Aloyf. Ricc. d. dec. 44. per totam, aliàs resolut. 40. ¶ Idem de iuribus, & actionibus ad immobilia tenent Viui. Neapol. decis. 138. à num. 46. Marth. Coler. de processib. execut. p. 1. c. 3. à n. 36. Menoch. consil. 300. n. 41. & lib. 4. de presump. q. 142. à num. 10. Valasc. cons. 77. in prin- cip. Cald. Pereira de resolut. emphyt. c. 12. n. 9. & 10. & de empt. c. 13. n. 11.

45 Hi sunt casus, in quibus permittitur alienatio re- rum Ecclesiasticarum per d. Extrauag. Ambitiose, vbi Paul. II. grauissimè, subque magnis pœnis statuit dis- iunctiuè contra eos, qui alienarent contra illam suam constitutionem, aut inconsulto Romano Pontifice, scilicet quod alienatio esset inualida, & accipiens esset excommunicatus, & alienans incurteret graues pœnas ibi contentas, & consequenter ad eas incur- rendas sufficit, quod alienatio fieret contra tenorem illius Constitutionis, vel inconsulto Romano Pon- tifice, cum ad veritatem disiunctiuæ, siue alternati- uæ sufficiat alteram esse veram, regul. in alter- natiuis, de regulis iuris in 6. cui consequens est, quod tam alienans inconsulto Romano Pontifice, quam qui alienat contra præfaram constitutionem, peccat, & incurrit pœnas prædictas, ita Nau. de alienat. rerum Ecclesiast. n. 13. [Et ipsemet Prælati, qui malè bona Ecclesiæ alienauit, potest nomine ipsius Ecclesiæ agere interdicto retinendæ, Caslad. dec. 7. n. 13. de can- sa possess. Beltramin. ad Gregor. XV. decis. 116. n. 5. Se- raph. decis. 147. n. 7. Rota apud Post. post tract. de ma- nu. dec. 339. n. 27.]

46 Quæstio est controuersa an prædicta Extraua- gans fuerit recepta necne? In qua Bertachin. in tract. de Episcopis 4. part. 4. lib. quest. 36. num. 110. testatur illam vbiq; esse receptam, Syluest. verò in sum. verb. alienatio, num. 15. fatetur non esse moribus vtriuera receptam, idem affirmat in verb. excommunicatio, 7. num. 83. Sed Caietan. in summ. num. 75. de excomm. ad finem, inquit esse vbiq; receptam, & quod alicubi videtur recepta non in totum, sed quoad aliquid, & idèd cautum debere esse Confessorem, vt sciat con- suetudinem patriæ: quoad hoc sequitur Nauarr. in man. cap. 27. num. 150. addens quod idem per eandem rationem debet pendere iudex fori exterioris, & quod credidit nullibi esse omnino receptam, & quod in Lusitania non videtur recepta quoad loca- tionem in solos tres annos, quia passim sunt loca- tionem in quatuor annos; & quod Salmanticæ iam tulit sententiam, qua iudicauit nullam fuisse quan- dam locationem factam in plures, quam in tres an- nos; clericum autem, qui eam fecit, non debuisset iudicari excommunicatum, iuxta cap. 1. ne Prælati vices suas, vnde inquit se credere in paucis locis esse receptam quoad pœnas extrinsecas, quamquam in multis sit recepta quoad dispositionem principa- lem, & pœnam intrinsecam nullitatis alienationis, & locationis factæ in plures, quam tres annos, idem testantur Sarm. de redditibus Eccles. part. 1. c. 2. num. 20. Tolet. in summ. lib. 5. cap. 91. vers. tertio de hac Paulina. Quarant. d. verb. alienatio rerum Eccles. num. 48. Sal- zed. ad Bernard. in pract. cap. 71. aliàs 74. in nouiss. edit. vers. Circa quam Constituit. Cened. ad Sextum collect. 32. num. 1. Molina. de iustit. tract. 2. disp. 466. num. 10. Sayr. in clau. Regia lib. 3. cap. 5. num. 25. Rebell. de obligat. in- sit. part. 2. lib. 14. quest. 5. Azor. d. part. 2. lib. 9. cap. 2. q. 1. vers. quod atinet.

47 Verùm prædictam Extrauag. esse vsu receptam,

Et ita praesumi attestantur Balb. *decif. 91.* quem refert, & sequitur Aloyf. Ricc. *in collect. decif. part. 5. collect. 267. in princip. & in praxi rerum fori Ecclesiastici decif. 95. in prima edit. & resol. 81. in secunda edit. [& tom. 2. fol. 372. num. 1. ad fin. Redoan. de rebus Eccles. q. 58. num. 25. Fachin. controuers. lib. 10. cap. 99. in princip. & consil. 24. num. 2. lib. 3. Fab. de Anna consil. 28. n. 1. Borquin. decif. 43. a. num. 71. Mastrill. decif. 77. n. 8. Camill. Botrell. in sum. decif. part. 1. sit. 15. num. 51. & tit. 16. num. 24. & seq.] Henric. in sum. lib. 13. c. 56. §. 3. litt. T. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. punct. 14. num. 2. Mar. Antonin. variorum resolut. lib. 1. resol. 21. num. 15. & resol. 38. num. 10. & resol. 50. n. 28. Filliuc. tract. 44. cap. 1. num. 8. [Gutier. canon. lib. 1. cap. 8. Garc. de benef. part. 2. cap. 1. n. 41. & 42. me citato in hoc loco Ciarlin. di. cap. 105. n. 111.] quia cum sit inserta in corpore Iuris, ius commune facere dicitur. Fab. dec. 262. num. 6. part. 3. diuers. lib. 3. & ita in terminis fuit resolutum per eandem Rot. Rom. in vna Brixien. locatio. nis. 5. Decembris 1594. coram Pegna, impressa apud Farinac. decif. 30. num. 5. part. 1. recent. in qua fuit dictum Rotam non seruare decif. Mohedan. S. de locato dicentem probandum esse vltim dict. Extrauag. quod etiam tantum fuit in vna Melijen. Abbatia. 24. Ianu. 1590. coram Orano, & in vna Laud. bonorum 6. Ianu. 1588. coram Giphio, & vnde receptam esse, & obseruari in ciuitate, & diocesi Napolitana attestatur Marc. Anton. Genuens. di. cap. 60. num. 1. & in Hispania asserit Melch. Phœbos. Lusi. decif. 38. num. 18. quatenus Couar. di. cap. 16. num. 6. asserat dubium esse apud Hispanos an praedicta Extrauag. sit in vtu, quia vidit eam adduci multoties in controuersiam. Quod quicquid sit non nisi ex Pontificis conuentionia fieri certum est, cuius leges semel latae priuata auctoritate praeteriri non possunt. In nostro Lusitania Regno esse receptam, & secundum eam controuersias decidi affirmant Gam. dep. 390. num. 2. Molin. d. di. 466. colum. 7. alias num. 10. vbi addit se credere id verum esse quoad nullitatem contractus, non verò quoad poenas excommunicationis & alias intrinsecas. Homobon. de excommunicat. Eccl. di. tract. 9. cap. 22. quest. 66. ante resol.*

Vltra praedictos tres casus in d. Extrauag. Ambitiose expressos, alij sunt, quibus eius dispositio non habet locum, ac in eis res Ecclesiae alienari incon-sulto Romano Pontifice possunt, quos percurrere mihi non inutile visum est, & sunt qui sequuntur.

Quartus casus praedictis subsiquens est rei immobilis paruae, quae potest alienari cum consensu Episcopi absque solemnitatibus, cap. terrulas. 12. quest. 2. & tunc tria copulatiue requiruntur, vt res sit exigua, & modica, quod non sit Ecclesiae utilis: & necessitas, Rebuff. in compend. alienat. n. 122. Redoan. de rebus Ecclesiae non alienant. quest. 13. num. 19. & 9. 51. cap. 8. & 20. num. 6. Hippol. consil. 107. num. 23. & 24. plures refert Doct. Aloyf. Ricc. in praxi rerum Ecclesiasticarum decif. 39. in 1. edit. & resol. 36. in 2. edit. & in praxi aurea resol. 383. Gutier. consil. 15. num. 7. cum sequentibus. Cald. Pereira in l. si curatorem, verb. contractum, n. 15. Seraph. decif. 401. Mascard. de probation. conclus. 277. num. 12. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. alienatio, pag. 13. Francisc. Leo in Thesuro fori Ecclesiastici part. 1. cap. 15. num. 6. Marc. Anton. Genuens. di. cap. 60. num. 3. [Marcel. Vulpe d. cap. 6. num. 32. Lezana di. cap. 10. num. 4. verb. primus.] Bernard. Graua. in practic. Camera Imperial. lib. 2. conclus. 4. considerat. 1. Pialec. in praxi Episcop. di. cap. 5. num. 32. versic. vltra praedictos, Vgolin. de potestate Episcopi, cap. 15. §. 7. num. 4. [me citato in hoc loco Castr. Palao d. punct. 16. §. 2. num. 8. & nouissime Diana moral. resol. lib. 2. tract. 5.

resol. 57.] Quarant. d. verb. alienatio rerum Ecclesiasticarum n. 41. vbi addit per sacram Congregationem fuisse decimum neque Constitutionem Pauli II. neque Concilij Tridentini decretum derogasse dispositioni di. cap. terrulas. [de qua declaratione attestatur etiam Marcel. Vulpe di. c. 6. num. 26.] Et Iudicis arbitrio esse remittendum, quae dicantur terrulae, & res exigui, seu modici valoris, ex Quarant. Redoan. & alijs dicit Aloyf. Ricc. di. resol. 36. in fine. Marc. Anton. Genuens. vbi proxime, & Pialec. in d. praxi noua Episcop. di. cap. vltra praedictos. [Vnde modicum potest esse vltque ad quinquaginta aureos, alibi vltque ad viginti, & alibi vltque ad decem siue minus, siue plus respectu qualitatum, & conditionum locorum, seu personarum, Mascard. de probat. conclus. 75. num. 27. Marcel. Vulpe d. c. 6. num. 32.] Et procedere etiam in locatione vltra triennium exigui valoris, ex alijs refert Aloyf. Ricc. in praxi rerum Ecclesiasticarum decif. 113. num. 5. in prima editione, & resol. 98. num. 5. in secunda edit.

Quintus casus est repudiationis, seu remissionis legati, vel hereditatis, aut rei Ecclesiae non incorporatae, cum Praelatis, seu beneficiarijs possit prauiudicare Ecclesiae in acquirendis. Iaf. & Ripa in l. legatum, ff. de legatis 1. Rebuff. in compend. alienat. sub n. 30. Syluester verb. alienatio, num. 18. Put. decif. 519. lib. 2. Riminald. consil. 315. num. 15. vol. 2. Rot. Roman. diuers. decif. 30. lib. 2. part. 3. & decif. 233. num. 6. & decif. 284. num. 9. part. 3. lib. 3. Homobon. d. tract. 9. c. 21. quest. 67. in fine, & propterea cum hereditas delata, nondum tamen Ecclesiae incorporata, dicatur ius querendum, idem posse Praelatum absque assensu Apostol. repudiare tenet Aloyf. Ricc. in praxi rerum Ecclesiasticarum decif. 96. in 1. edit. & resol. 82. in 2. edit. Scot. in selectis consil. capit. 1. theorem. 2. nouissime Bonacin. var. tr. 2. quest. quica. punct. 2. num. 3. versic. sed mihi. [Sanch. de matrim. lib. 7. di. 4. num. 12. & in praepcepta Decal. tom. 2. lib. 7. cap. 6. num. 4. Castr. Palao d. punct. 15. §. 1. n. 11.] huic etiam adiungitur, quod repudiatio non est alienatio, l. alienationis, ff. de verborum significacione, quemadmodum non acquirendum, non dicitur quis alienare in fraudem creditorum, l. qui auerem, ff. de his, quae in fraudem cred. nisi legatum communiter seruaret Episcopo, & Capitulo, quia tunc Episcopus renuntiare illi non possit in prauiudicium Capituli, Rebuff. n. 30. Quarant. n. 43. praxi noua Episcop. di. cap. 5. prope fin. di. loci. Sic etiam valet statutum in prauiudicium Ecclesiae, quando laici non odio Ecclesiae, sed bono zelo, & pro familiarum conseruatione faciunt, Dec. in authent. cassi, num. 7. C. de sacrosact. Eccl. Cur. seu. consil. 27. num. 28. Couar. in regul. possessor. part. 2. §. 4. num. 9. versic. tertium, Mench. vsufrauent. cap. 9. Menoch. consil. 350. num. 6. Cald. Pereira de emptio. cap. 8. num. 33. & 37. & consil. 48. num. 22. Cened. practic. & canon. quest. lib. 1. quest. 35. num. 19. & 20. secundam quod potest intelligi Ordin. Regia Lusitan. lib. 2. tit. 18. in princip.

Verum in puncto Iuris defenderem alienationem rerum Ecclesiasticarum, non solum acquirentium, sed etiam acquirentiarum prohiberi, ex eo quia huiusmodi res transeunt in Ecclesiam ipso iure, & possessio absque traditione in eam transfertur, l. fin. C. de sacros. Ecclesia, nam quia illis cedere non potest Praelatus, nisi prius saltem ordine intellectus intelligatur aditus, & ita potius est in acquirento, quam in acquirendo. Quare hanc opinionem tenent Lambert. de iur. patron. lib. 3. quest. 9. art. 1. n. 31. Filliuc. part. 3. tract. 4. cap. 9. num. 34. Molina d. n. 2. di. 468. n. 11. Quarant. d. verb. alienatio rerum Ecclesiae n. 23. Nald. verb. alienatio.

Sextus

Sextus casus est permutationis inter Rectores Ecclesiarum de bonis Ecclesiasticis, quae licite fieri potest, iuxta textum expressum in cap. hoc ius porrexitum §. sibi inuicem 10. quest. 2. cap. 1. de rebus Ecclesiae non alienand. cap. ad questionem, de rerum perm. & idem auctoritate Ordinaria possunt absque Sedis Apostol. beneplacito, & consensu permutare, vt resolut Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiasticarum decif. 74. in 1. edit. & resol. 60. in 2. edit. [Permutatio bonorum Ecclesiae an & quando valeat sine beneplacito Sedis Apostol. vide Rot. decif. 70. part. 1. recentior. me citato in hoc loco Castr. Palao di. punct. 15. §. 3. num. 7.] Sic etiam assensum Apostol. non requiri in alienatione ab vna Ecclesia alteri Ecclesiae facta, tenent, Truiusan. decif. 56. part. 2. Aloyf. Ricc. di. praxi decif. 38. in 1. edit. & resol. 35. in 2. edit. Nec oblat textus in cap. castellas 10. quest. 2. & in cap. sine exceptione 12. quest. 2. & in di. Extrauagant. Ambitiose, quia procedunt tantum in permutationibus faciendis cum secularibus, ne bona Ecclesiae profanis vltibus applicentur, & ita probat expresse textus in di. Extrauagant. Ambitiose ibi, profanis vltibus applicare, aut cum maximo illorum, aut diuini cultus detrimento exquisitis medijs vsurpare praesumunt, quae verba cum sint proccimialia, causam finalem dispositionis indicant. l. fin. & ibi Bart. num. 3. ff. de heredib. institut. cum citaris in libello de principijs vtriusque iuris lit. P. num. 56. & cum in permutationibus, quae inter Rectores Ecclesiae fiunt, non transferuntur dominium ad profanos vsus, cessat causa prohibitionis, & cessante causa prohibitionis, cessat & prohibitio, iuxta regul. cap. cum cessante, de appellat. & quae Tiraquell. in vlt. cessante casu part. 1. limitat. 23. num. 1. In praxi verò seruari contrarium, cum in permutatione quoque requiritur Apostol. assensus, dicit Aloyf. Ricc. di. resol. 60. in fine, & di. resol. 35. in fine. [me citato in hoc loco Castr. Palao di. punct. 15. §. 3. n. 7. in fine.]

Septimus casus est, quando summa alienandi necessitas instaret, & Papa de facili adiri non posset, & esset periculum in mora, vt pro alimonia pauperum, urgente necessitate, pro redemptione captiuorum, cap. gloria Episcopi. 12. quest. 2. Abb. in cap. fin. num. 8. de Ecclesiastic. adf. Rebuff. d. compendio alienat. num. 35. Redoan. quest. 13. num. 13. cum sequentibus, & quest. 9. num. 51. & quest. 35. num. 7. & 9. Pialec. in di. praxi noua Episcop. di. cap. 5. num. 32. versic. est etiam. Quarant. di. verb. alienatio rerum Ecclesiasticarum num. 42. Vgolin. de potestate Episcopi cap. 14. §. 7. num. 5. versic. tertia. [Giouag. consil. 27. num. 19. lib. 2. Bonacin. de contract. di. 3. quest. 8. punct. 4. num. 5. versic. prima est. Filliuc. moral. quest. part. 3. quest. 44. cap. 5. num. 11. me citato in hoc loco Ciarlin. controuers. forens. lib. 1. cap. 105. num. 55.]

Octauus casus est de bonis relictis, & donatis Ecclesiae, quae est incapax retinendi etiam in communi, vt sunt Fratres S. Francisci, & Capuccini, de quibus mentionem facit Concil. Trident. sess. 25. de Regularibus cap. 3. quae quidem bona possunt alienari sine solemnitatibus, & pretium conuerti in Ecclesiae necessitatem, Socin. regul. 110. num. 3. Dec. in cap. in praesentia, nam. 69. de probat. Quarant. di. verb. alienatio rerum Ecclesiasticarum num. 41. versic. sexto, Pialec. in praxi noua Episcop. di. c. 5. num. 33. in fine versic. relictis, Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiasticarum decif. 56. in 1. edit. & resol. 53. in 2. edit. [me citato in hoc loco Castr. Palao di. punct. 15. §. 1. num. 12.] Ratio est, quia bona ista non sunt Ecclesiae incorporata, iuxta text. in Clement. exiui, de verb. signific. & in rebus Ecclesiae nondum incorporatis non requiritur assensus in eorum alienationibus. Franch. in c. 2. in fin. de rebus Ecclesiae non alien. in 6. Rebuff. in d. comp. alien. n. 21. Rot. consil. 15. vol. 1. Limita in rebus pretiosis mobilibus, prout sunt vestes, Calices, & his similia, quia sunt Ecclesiae incorporata. P. Emman. Sa. d. verb. alienatio, in fine, Aloyf. Ricc. d. resol. 53. num. 5.

Regulares ipsorum bona alienare possunt ex pluribus priuilegijs sibi concessis, [vt per Leonem X. in eius Bulla Roma die 27. Nouembr. 1519. & per Clement VII. die 25. Febr. 1531. & per Gregor. XIII. die 7. Sept. 1572. refert Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 27.] Confecti in sua recollet. priuilegiorum Mendicantium, & specialiter Gregor. XIII. in sua constit. incip. Apostolicae Sedis, de ann. 1576. die 18. Decembris indultit Patribus Societatis Iesv, vt bona locorum eiusdem Societatis alienari possint arbitrio ipsorum Praepositi Generalis, nulla super hoc alia petita licentia à Sede Apostol. vel à loci Ordinario, referunt Fr. Emman. in collect. priuileg. pag. 459. Aloyf. Ricc. di. resol. 53. num. 3. & 4. Pialec. in praxi noua Episcop. vbi proxime. [nouissime Marcel. Vulpe d. cap. 6. n. 27. vbi refert huiusmodi alienationes & permutationes de bonis Regularium esse faciendas cum infra scriptis conditionibus. Primò vt ad sit legitima causa alienandi, vt si est emergens necessitas, vel euidens utilitas Ecclesiae, vel causa soluendi debita monasterij, vel si fratres non possunt se sustentare. Secundò vt precedat tractatus inter Fratres, vel moniales, & inter se discutatur an magis expediat alienare vnam rem, quam aliam, vel si possent subuenire eorum necessitatibus, vel utilitatibus absque bonorum alienatione, iuxta cap. nuper de ijs quae sunt à maiore parte Cap. & c. dudum, de rebus Ecclesiae non alien. Tertio, vt concurrat consensus duarum partium ex tribus partibus fratrum, seu monialium illius monasterij, domus, vel loci, cuius bona alienanda sunt, & non sufficit maior pars eorum. Quarto, vt dicta alienatio à Generali, vel Prouinciali Ordinum Regularium diligenter examinaretur per duos, vel tres probos viros, & non per ipsos fratres examinatos, &c.]

Verum S. Concil. Trid. Cong. sub die 7. Septembr. 1624. iussu summi Pontif. Urbani VIII. Religiosis cuiuscunque Ordinis, & Religionis, etiam si alias ex peculiari priuilegio, & consuetudine facultatem alienandi haberent, perpetuo interdicit omnium rerum, & bonorum immobilium, ac pretiosorum mobilium alienationem, neque pactum per quod ipsorum dominium transferretur, census perpetuos, seu vitalitios, hypothecam, locationem, & conductionem vltra triennium, concessionem in feudum, vel emphyteusum, praeterquam in casibus à iure permisis: pena autem alienantis praefata bona absque licentia in scriptis ipsius S. Congreg. gratis concedenda, est priuatio ipso facto vocis actiue & passiuae, perpetua inhabilitas ad illa in posterum obtinenda, sublata etiam Generali, & Protectori illam moderandi, aut relaxandi facultate, & permanentibus in suo robore penes Constitutionum Apostol. & praesertim felici record. Pauli II. quae incip. Ambitiose. [Quare hic opportunè potest, an Regulares indigentes victu, nec reperientes, qui creditò illis tribuat, nec possint consensum expectare Romani Pontif. possint absque dicto consensu, & absque incurfu censurarum res pretiosas in pignus tradere, seu pecunias ad cambium sumere, si aliter non reperiant? Affirmatiuè respondent Megal. 2. part. var. resol. 113. num. 3. Fr. Laurentius de Peirinis in formular. Regular. lit. A. cap. 11. num. 3. vbi fundamenta referunt, vide apud illos] G G g Aliena

alienationis vero & pacta, census, hypothecae, locatio...

62 Novus casus est, ubi rem restitutioni subiectam...

63 Proventus casus est pro remuneracione meritorum...

64 Duodecimus casus est in revocacione caducitatis...

65 Et ideo si Prælati, etiam solus, absque...

66 Pro regula in hac materia habebimus, sine licentia...

in dict. prax. decis. 1. cum multis sequentibus, ac ceteros...

Bona mensa Episcopalis sunt, quæ principaliter...

De stylo, & observantia Curia Romanæ concessio...

Quæritur modò an prædictus assensus Apostolici...

Quæritur modò an prædictus assensus Apostolici...

67

68

69

70

71

72

Aldobrand. postea Clemente VII. & in causa Mes...

ALLEGATIO XCVI.

Episcopus monitoria pro rebus deperditis inveniendis...

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatione magna circumspectione vitandum.
2 Excommunicationes diebus festis, exceptis insignioribus...

- 11 Legatus à latere, & Nuncius Apostolicus excommunicationes pro rebus deperditis concedere possunt.
12 Inferiores Ordinarii etiam exempti, & immediatè Sedis...

- 40 Monitoria quomodo concedenda, & qua praeuenire debent, ostenditur.
- 41 Episcopus tanquam delegatus Sedis Apostol. procedit in monitorijs vigore significauit expeditis à Summo Pont.
- 42 Executor monitorialium Papalium an possit absolueri ab excommunicatione postquam paruit is, qui in eam incidit, ostenditur.
- 44 Denuntiare aut restituere vi monitorij, qui non curant, possunt declarari ob contumaciam, in excommunicationem incurrisse.
- 45 Monitorij vi nemo tenetur seipsum patefacere aut denuntiare.
- 46 Infamare se nemo debet.
- 47 Restituere non tenetur vi monitorij, qui effectus est impotens ad restituendum.
- 48 Restituere non possit commodè dicitur ille, ubi restituendo damnum altioris ordinis subiret vel uitae, vel fame.
- 49 Restituere rem vi monitorij non tenetur ille, qui eam retinet in compensationem instam; quod quomodo intelligi debeat, ibi declaratur.
- 50 Scripturas habens an vi monitorij teneatur illas exhibere, vel reuelare, quoties exhibendo, vel reuelando damnum pateretur, ostenditur.
- 51 Reuelare non tenentur vi monitorij scientes, quando id quod sciunt saltem uno teste probare non possunt, quod qualiter intelligi debeat, declaratur ibi.
- 52 Reuelare vi monitorij non tenentur, qui de iure compelli non possunt ad restituendum.
- 53 Parentes non possunt esse testes in causis filiorum, de quibus filiis intelligatur, ibi declaratur.
- 54 Filij spirituales ex vi monitorij tenentur denuntiare patrem spiritualem.
- 55 Filij possunt esse testes contra patres spirituales.
- 56 Haereticum patrem reuelare tenentur filij.
- 57 Patrem lese manifestatis crimine committentem tenentur filij denuntiare.
- 58 Blasphemum patrem tenentur filij denuntiare.
- 59 Uxor non tenetur maritum vi monitorij denuntiare.
- 60 Sacer an possit esse testis in causa generi, vel è contra, ostenditur.
- 61 Frater pro fratre testis esse non potest.
- 62 Inhabiles ad testimonium ferendum vi monitorij tenentur reuelare.
- 63 Reuelare vi edicti nemo cogi potest id quod nouit sub secreto naturali.
- 64 Confessarius vi monitorij non tenetur reuelare, ea qua in confessione audiuit.
- 65 Reuelare vi monitorij non obligantur medici, procuratores, vel aduocati secreta infirmorum, clientum, &c.
- 66 Denuntiare nemo tenetur, quae non uerè & realiter scit.
- 67 Reuelare nemo tenetur uidebiti, quae audiuit à personis ignotis, vel à persona nihil certum sciente.
- 68 Denuntiare an teneatur, qui audiuit delictum ab eo, qui iam denuntiavit, ostenditur.
- 69 Denuntiare nullus tenetur emendatum uel emendandum ante correctionem si aeternam, quod qualiter intelligi debeat, ibi declaratur.
- 70 Denuntiare nemo tenetur quando probabiliter timet ex reuelatione sibi graue damnum imminere.
- 71 Denuntiare nullus tenetur nisi quos pars vel index intendit ligare.

- 72 Denuntiare quando quis teneatur instum compensatorem, ostenditur.
- 73 Denuntiare ratione monitorij nullus tenetur quando tempore publicationis debebat extra territorium Episcopi denuntians.
- 74 Superior non potest suis censuris subditos extra diocesim existentes ligare.
- 75 Terminus in edicto propositus ad denuntiandum, non apponitur ad suuendam obligationem denuntians, sed ad eam sollicitandam.
- 76 Non denuntians intra tempus prescriptum in edicto, tenetur elapso eo tempore denuntiare.
- 77 Terminus in monitorio praefixus an prorogari possit?
- 78 Monitoria haec non dicuntur statuta, sed mandata generalia.
- 79 Impotentes ad restituendum non tenentur denuntiare.
- 80 Monachi, & Fratres Regulares scientes rem de qua in monitorio, si non reuelant, non sunt excommunicati.
- 81 Denuntiare non tenetur, qui rem habet sibi debitam cum sint creditores ipsi amentiores.
- 82 Denuntiare non tenetur vi monitorij, qui rite rem prescripsit.
- 83 Denuntiare non tenetur, qui bona fide rem alienam peritio numerato emis à latrone, negata, aut non sperata refusione.
- 84 Admonitio una monitoria pro rebus deperditis.
- 85 Doctores referuntur, qui de monitorijs Ecclesiasticis agunt.



VONTIAM Ecclesia Catholica Ecclesiasticas censuras, non ad animarum interitum, sed ad medicinam adiuuenit, & exercet, & omnibus patet excommunicationis gladium neruum esse Ecclesiastica disciplina; ideo huiusmodi gladio non nisi in grauissimis causis utendum, sobrièque, & magna circumspectione adhibita exercendum est, cum experientia doceat eam, si temere, aut leuibus ex causis, & rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere, quam salutem, Concil. Trident. sess. 25. de reform. cap. 3. in princip. referunt Azor. instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 18. q. 60. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. dec. 464. in 1. edit. & resol. 438. n. 1. in 2. edit. Couarr. in initio c. alma, sub n. 10. de sententia excomm. lib. 6. Quaranta in summa bullary, verb. Concilium provinciale, versio. trigesimo sexto, in fine. Nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudiciali fori Eccles. cap. 2. num. 1. Quamuis enim Ecclesia uoluerit, sententiam excommunicationis etiam iniustam esse timendam, ut homo cresceret per obedientiam meritum, parendo iniustae sententiae; vel ea ratione ut Clauis Ecclesiae in maiori obedientia habeatur, dum tenent Fideles etiam iniustas sententias; nihilominus non debent Indices sententiam excommunicationis sine natiuitate proferre, alias ultra condemnationem, ad damna & expensas, & suspensionem sint grauerè puniendi, ut poena docente discant quam graue sit sententias excommunicationum sine maturitate proferre, ut notabiliter dicit tex. in cap. 1. in fine, de sent. excomm. lib. 6. nouissimè Lauret. de Franchis de controu. inter Episcopos & Regulares q. 10. pag. 323.

Monitoria huiusmodi licet diebus festis concedi, & publicari possint, in certis tamen insignioribus diebus, scilicet Natiuitatis Domini, Paschatis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, & sanctissimi Corporis Christi, proferri non debet, his enim, teste Laz-

zario

zario de nouit. sect. prima, q. 9. n. 4. neque monitiones ipsae fieri, neque excommunicatio promulgari debet; [sic citato in hoc loco nouissime Theophil. Raynaudus de monitorijs ecclesiast. ad exor. iudicium restituendum, an reuelationem, par. 1. cap. 1. questio 13. ante fin.] quamuis Sayr. de censuris lib. 1. cap. 14. num. 10. existimet excommunicationem, quin & denunciationem illis diebus fieri posse, ubi causa cognitio non est necessaria, & uide latius n. 43.

Excommunicationes illae, quae monitionibus praemissis ad finem reuelationis, aut pro deperditis, seu subtractis rebus fieri solent, à nemine prorsus concedi possunt, praeterquam ab Episcopo, & tunc non alias, quam ex re non vulgari, causaque diligenter, ac magna maturitate per ipsum Episcopum examinata, Concil. Trident. cap. 3. referunt Sbroz de Vicario Episcopi par. 2. quest. 171. num. 1. Vgolin. de potestate Episcopi, cap. 45. in princip. num. 1. Campan. in diuersis Canonibus rubr. 1. cap. 15. num. 103. & 104. Quaranta in summa Bullary, verb. excommunicatio, ad form. uolunt. in princip. Marc. Anton. Genuens. in praxi. Archiepiscopi. Neapol. cap. 1. num. 3. [nouissimè Theoph. Raynaud. diuers. de monitor. eccles. par. 1. c. 1. quest. 3. & 4. ubi quae ceteri debeant res non vulgari] habetur in Bulla Pij Quinti in haec uerba: Sanctissimus in Christo Pater, & D. N. Pius diuina prouidentia PP. P. uolens super expeditione mandatorum, quae sunt in forma significauit, pro rerum subtra. clarum, aut deperditarum restitutione, seu illarum, & alias subtra. huiusmodi reuelatione modum, & formam statuere (manente in alijs reformatione officij. Correctoris litterarum contra litterarum à S. m. t. te sua edita) praesenti, quod perpetuo obseruari uult, scripto ordinat, ut mandata pro restitutione, seu reuelatione huiusmodi dentur (modo supra illis supplicationibus in praesentia Sua S. m. t. uis significata fuerint) ad eorum dumtaxat instantiam, quorum ciuilitate interest. Quae supplicationes rem ipsam, de qua agitur, reique ualorem nominatim specie exprimat, nisi forte sint pro Ecclesia, locis pijs, Communitatibus, Uniuersitatibus, Collegijs, aut uniuersalibus successibus, & quos uersimile est certam rerum ueritatem non habere, tunc etenim h. c. ipsa personarum qualitate expressa, ita demum ferri poterit quaedam in genere designatio rerum, si designatio neque nimis uaga, & incerta, atque adeo inuenerisimilis sit, & tamen ostendat res ipsas (id quod praecipue in omnibus attendendum est) minime uulgare existere. Committantur autem Episcopo Ordinario loci, uel eius Vicario in spiritualibus generali sub hac forma uerborum, quae est ex Concilio Tridentino, uidelicet, si causa diligenter, & magna maturitate examinata per ipsum, pro re, loci, temporis, & persone quilibet sibi pro sua conscientia uidebitur expedire, decernens irritum, &c. Haec ibi Pius V. Ex quibus etiam probatur Episcopos delegatos esse pro executione litterarum monitorialium auctoritate Apostolica concessarum, quae executioni mandati non debent, nisi prius Episcopus uel Apost. Sedis delegatus summam cognoscat an subreptitiae, obreptitiae sint; Concil. Trident. sess. 22. de reform. cap. 5. [Verum ille, qui monitorio fertur, debeat esse subditus Episcopi monitorium ferentis; uide Theophil. Raynaud. d. p. 1. c. 1. q. 9.]

Si Episcopus huiusmodi monitiones excommunicationum, quae sunt ad finem reuelationis, denegerit, licitum est parti appellare ad Metropolitanum, quamuis residat in eius arbitrio illas concedere, per Concil. Trident. d. cap. 3. & ita praedicti athenic Prosper de Augustino in addit. ad Quarantam in summa Bullary, verb. Archiepiscopi auctoritas, auctor. 19. in fine, [Raynaud. d. d. par. 1. cap. 1. quest. 9. in

praxi.] à commissis enim arbitrio iudicis si partem laedit, aut grauat, appellari potest, glos. in cap. super his, de accusat. & in Romana, §. quod si obiciantur, uel b. minus legitima, de appellat. in 6. Quaranta d. d. verb. Archiepiscopi auctoritas, auctor. 18. sub num. 18. versio. item si Papa. Et etiam lite pendente litterae monitoriales absque uitio attentatorum concedi possunt ab Episcopo, nisi sit inhibitor, Mar. Anton. uariarum resol. lib. 1. resol. fin. casu 36.

Verumne Vicarius praefatas monitiones ad finem reuelationis dare possit, non exiguum uideatur dubium, in quo ego negatiuam partem libenter amplector, praetextu enim generalis commissionis, & alicui speciali facultate, seu licentia Episcopi eas non potest Vicarius decernere, & ita tenent Vgolin. d. d. cap. 45. in princip. versio. secundo, Campan. d. d. cap. 15. num. 105. Narbona de appellat. à Vicario ad Episcopum, par. 1. num. 205. [nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudiciali fori eccles. cap. 2. num. 4. Sayr. in clauis Regia lib. 9. cap. 15. num. 21. me citato in hoc loco nouissime Theoph. Raynaud. d. d. par. 1. cap. 1. questio 10. versio. huc cum rata,] & constat ex Concil. Trident. d. d. c. 1. ubi à nemine praeterquam ab Episcopo decernenda statuit; & quia uerba illa taxatiua Concilij (à nemine prorsus, praeterquam ab Episcopo decernantur) excludere uidebantur alium non Episcopum, ideo Sacra Congreg. nostram quaestionem, & hoc dubium resoluens, in haec uerba censuit. Vicarius generalis, & ad id facultatem habens ab Episcopo, potest sine prauia cognitione facta ab ipomet Episcopo excommunicationes ad finem reuelationis pro rebus deperditis decernere, dum tamen ipse Vicarius causa cognitionem adhibeat. Sed alij dubitabant ex illis uerbis, à nemine prorsus, praeterquam ab Episcopo, quia taxatiua alios excludunt. Congregatio iterum sub die 25. Februarij 1583. primam firmavit resolutionem. Item in d. c. 3. Declaratio ait, praeterquam ab Episcopo, uel Vicario ex speciali mandato, & non alias, per eadem uerba Narbona d. d. loco.

Affirmatiuam nihilominus opinionem, immo Vicarium ex generali commissione huiusmodi excommunicationes, seu monitoriales litteras decernere posse docuerunt, stante Concilio, Frechil. de excommunic. part. 2. num. 5. Fr. Emman. in summa. tom. 1. cap. 79. num. 1. Henriq. in summa. libr. 13. cap. 17. §. 4. Sbroz de Vicario Episcopi lib. 2. quest. 171. num. 2. Gutier. canon. lib. 1. cap. 11. num. 8. Zerola in praxi Episcopi. par. 1. verb. Vicarius, num. 17. Soar. tom. 5. disput. 20. sect. 1. num. 2. Sayr. sibi contrarius de censuris lib. 1. cap. 9. num. 33. versio. primum est, Auil. eodem tractat. par. 2. cap. 5. disput. 2. dub. 3. Cur. Philip. par. 3. §. 2. num. 29. Stephan. Gratian. decis. 97. à num. 14. Iacob. de Grassis tom. 1. cons. 6. de sentent. excommuni. Sanch. de matrimo. libr. 3. disput. 29. quest. 2. num. 16. Lazar. de nouit. sect. 1. quest. 6. à num. 1. Francisc. Leó in thesuro fori Eccles. par. 3. cap. 7. num. 17. Costa de nulli scientia, & ignorantia cent. 2. d. d. 55. num. 1. tom. 1. Filliuc. tom. 1. tractat. 14. cap. 1. num. 2. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici dec. 270. in prima edit. & resolut. 235. num. 4. in secunda edit. [nouissimè Doctor Ioannes Machado indefessi studij uir, de secreto Conf. for. & Cura de Almas lib. 1. par. 3. tract. 7. docum. 2. num. 1. in fine.] Nicol. Garcia de benefice. par. 5. cap. 8. num. 94. qui alios citat, & in eius confirmationem adducit triplicem Sacrae Congregat. Cardinalium declarationem super d. d. cap. 3. Concilij Trid. quarum prima haec uerba continet: Vicarius Episcopi potest concedere litteras monitoriales, de quibus in praesenti decreto. Secunda uero sic ait: Vicarius generalis Epi-

scopi potest has excommunicationes decernere adhibita causa cognitione, neq. indiget speciali mandato Episcopi. Tertio quidem hæc series est: Si ante hæc declaratione querebatur an eadem potestas competat Vicario Capituli Sede vacante? Congregat. censuit affirmative, quia ad Capitulum transeunt ea, que sunt iurisdictionis necessaria, ut est excommunicatio, &c. Nuntur præcitati Doctores in respondendo supradictis declarationibus pro negatiua opinione adductis, & Gutier. dicto loco verba illa primæ declarat. & ad id facultatem habens ab Episcopo, referendam esse dicit ad potestatem generalem Vicarij: sed huiusmodi interpretatio nequaquam sustineri potest, nam illud satis explicitum erat illis verbis, Vicarium generalem, cum non alias generalis nuncupari possit, quam si potestatem generalem haberet: ergo credendum non est potestatem quam Vicarium habere Concilij Congregat. requirit, generalem esse, sed peculiarem potius, & specialem. Aliter tamen responderet Auila dicto loco prædicta declarationis verba ad distinctam personam, quam Vicarium generalem spectare, quasi sensus sit, ut alius quam Vicarius generalis monitoriales litteras absque speciali Episcopi facultate haudquaquam decernere possit, nam alioquin coniunctio illa, & esset superflua, nisi diuersas personas coniungeret, cum illius ea sit natura, ut diuersitatem copulatorum demonstraret, ego ipse in meis Remiss. de dicton. dict. 93. num. 2. Diuersimodè tamen Garc. dicto loco num. 98. prædicta verba interpretatur, siquidem existimat posita fuisse ad excludendum Vicarium generalem habentem in hoc facultatem limitatam, seu ablatam ab Episcopo, qui non potest has excommunicationes decernere, qui etiam secundæ declarationi, que vigere videtur, nihil responderet, sed tantum num. sequenti certam non esse affirmat.

Quare prima opinio ab aliorum cauillationibus liberata bono nititur fundamento, & prædictis declarationibus sic defensis in medium prodit, quia tamen alia extant pro secunda, propter quas quid certum in lectari debeat arduum est inuestigare, si minus credidi, alia noua declaratione indigere, que inter prædictas falcem mitteret. [Interim tamen minime nos deterrit magna Doctorum copia, quos pro secunda sententia supra citauimus, quia cum glossæ & Doctorum opiniones debeant intelligi & limitari secundum iura per eos allegata, Mandos. ad reg. 5. Cancell. quest. 5. num. 7. Roland. à Valle conf. 34. num. 21. lib. 4. Aascar. de probat. conclus. 488. per tot. Valenzuel. tom. 1. consil. 18. num. 52. Tiber. Decian. resp. 6. num. 33. & resp. 41. num. 83. vol. 1. & resp. 32. num. 99. vol. 3. Salgad. de potest. Regia par. 1. cap. 1. præcl. 5. a num. 271. & que ad num. 276. si ea non bene adaptantur ad casum, vel non probant intentum, nihil refert quod innituntur Doctorum sententia, tunc enim opinione laboramus, non re, ut inquit Seneca quem citat Roder. Xuar. allegat. 35. num. 6. Vnde opinio probabilior dicitur, que fortioribus fundamentis innititur, ut tenet Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 1. cap. 9. num. 5. qui ad propositum ibidem num. 9. ait quod non dicitur communis Auctorum numero, qui priorum vestigia instar auium sequentes nulla discussione præmissa eam affirmant, sed communis dicitur si pauciores Doctores habeat, qui vtriusque partis rationibus discussis, & perpenitis illam affirmant, idem affirmat de matrim. lib. 3. disput. quest. 44. num. 2. citans Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 71. n. 39. nam aliquando Doctores sequuntur alium tanquam aues, & oues. Dec. consil. 481. in fine, Menoch. consil. 37. num. 171.

lib. 1. Fab. Turret. in tractat. de effect. lib. clausul. codicil. quest. 4. effect. 4. vers. hac opinio, Ioan. Maria Corac. in tract. de commun. Doctorum opinione in præfat. num. 4. optimè Seneca in cap. 1. de vita beata sic ait. Nihil enim magis præstandum est quam ne, pecorum ritu, sequamur antecedentium gregem, pergentes non qua eundem est, sed qua itur; at qui nulla res nos maioribus malis implicat, quæ quod ad rumorem componimur, optima rati ea, que magno assensu recepta sunt, quorumque exempla nobis multa sunt, nec ad rationem, sed ad similitudinem viuimus. Inde ista tanta coæruatio aliorum supra alios ruere. Quod in strege hominum magna enonit cum ipse se populus premittit, nemo ita cadit, ut non alium in se attrahat; primi exitio sequentibus sunt: hoc in omni vita accideret, videas licet; nemo sibi tantum errat, sed alij erroris causa & auctor est. Nocet enim applicari antecedentibus & dum unusquisque manu credere, quam iudicare, nunquam de vita iudicatur, semper creditur: versa que nos, & præcipit traditus, per manus error, alienis que perimus exemplis.]

Vicarium forancum huiusmodi monitoria concedere non posse resoluunt Lazzar. dict. tractat. de monitor. sect. 2. quest. 5. num. 9. Vgolin. dict. cap. 45. in principio, vers. excipiuntur, Ricc. resolut. 235. in fine. Possè tamen ei delegari ab Episcopo specialiter & expressè, & non nisi circumspèctis viris, dicit decesum Galett. in margarita casuum conscientie, verb. littera, 2.

Vicarius verò generalis à Capitulo electus Sede vacante eadem concedere non impeditur, quia ad Capitulum transeunt omnia, que sunt iurisdictionis necessaria, ut est excommunicationis promulganda facultas, Marra de iurisd. parte 3. cap. 4. num. 53. Franc. Leo dict. cap. 7. num. 18. Ricc. resolut. 235. num. 5. Campanil. dict. cap. 15. num. 106. Vgolin. dict. cap. 45. in principio, vers. tertio, Pauin. de potestate Capituli Sede vacante, quest. 1. par. 1. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 9. num. 33. Lazzar. sect. 1. quest. 7. [nouissimè Marcel. Vulpe dict. cap. 2. num. 6. Theoph. Raynaud. dict. p. 1. cap. 1. quest. 10. Machado dict. docum. 2. num. 6. in fine.] Et declarauit S. Congregat. die 26. Octobris 1590. præfata monitoria etiam Vicario Apostol. licere concedere, præuia causa cognitione. [Theophil. Raynaud. d. quest. 10. vers. omnia.]

Legatus etiam à latere, & Nuncius Apostolicus huiusmodi monitoria possunt concedere, ut resoluunt Lazz. dict. q. 5. Gutier. dicto cap. 11. a num. 5. Vgolin. ubi proxime, Aloyf. Ricc. dict. resolut. 235. num. 2. [me citato in hoc loco Theoph. Raynaud. d. p. 1. c. 1. q. 10. in princ.]

Inferiores autem Ordinarij, etiam exempti, & immediate Sedi Apostolica subiecti, ac nullius diocesis, nequeunt ea dare, etenim subditos illorum oportet ipsam Sedem pro his excommunicationibus in forma Significauit obtinendis, adire, referat decesum Vgol. d. c. 45. in principio vers. excipiuntur, Fr. Leo in thesauro furi Eccl. p. 3. c. 7. n. 18. & 19. Campan. d. c. 15. n. 107. [Marcel. Vulpe d. c. 2. n. 5. Theoph. Raynaud. d. quest. 10. vers. itaque, dicit probabilem Machado d. lib. 1. p. 3. tract. 7. docum.]

Prælatos Regulares in subditos huiusmodi monitoria dirigere non posse tenet Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. q. 59. art. 4.

In concedendis huiusmodi monitoriis, que sint consideranda?

Primo considerandum est, quod dentur huiusmodi monitoria in subsidium, idest, deficiente alia proba

probatione, & quando veritas alio modo haberi non potest, sentit Concil. Trident. dict. cap. 3. & tenent Neulan. in syna nupt. lib. 3. in verb. monitoria, num. 48. Nauar. in cap. inter verba, col. 66. 1. 1. quest. 3. Lazzar. de monitor. sect. 1. q. 15. num. 3. Mar. Anton. variarum resolut. lib. 1. resolut. ultima, casu 75. vers. cum quia ad excommunicationem, Marc. Anton. Genuens. in pract. Archiep. & Capol. cap. 1. num. 4. in impr. Roma 1613. Vgolin. de potestate Episcopi, cap. 45. §. 3. vers. quare, Campanil. in diuers. iuris Canonici, mb. 11. a. 15. n. 89. & 119. Sayr. in floribus decisionum, decif. 4. de censuris, Aloyf. Ricc. in decif. 4. Curia Archiep. Neap. p. 1. decif. 219. p. 4. decif. 101. me citato in hoc loco Homob. de examina Ecclesiastica tract. 11. c. 8. q. 19. supposit. 1. in princip.

Concedenda enim non sunt quoties quis coram competenti iudice ob indicia, que sunt contra reum, procedere potest, vel haber testes, vel instrumenta, ut tradunt Sor. Lib. 4. sentent. dist. 22. quest. 1. art. 2. Neuz. dict. lib. 3. num. 48. Francisc. Marc. decif. 803. par. 3. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 11. num. 59. Fr. Emman. in summa par. 1. cap. 70. num. 5. Henriq. lib. 1. cap. 17. num. 4. littera B. Lazzar. sect. 1. quest. 15. Francisc. Leo dict. cap. 7. num. 1. quos refert, & sequitur Ricc. dict. resolut. 235. num. 2. idque eadem verum est, ut si extra iudicium constaret cætera remedia deficere, ad ipsam promulgandam censuram haud esse properandum, quippe quod ex actis patere debet executionem realem, aut personalem fieri non posse, ut tunc censura feratur in subsidium, ita censuit Sacra Congregatio, teste Campanil. vbi supra, & tenuit Marc. Anton. Genuens. in pract. Eccl. quest. 780. num. 3. Idque tanta etiam veritate fulcitur, ut si duo in solidum obligentur in contractu, & contra alterum procedi possit realiter, & personaliter, contra alterum vero non, tunc ita non possit excommunicari, referunt decesum Galett. in margarita casuum conscientie, verb. censuræ, 2. Farinac. inter decif. Rota ab ipso congestas centur. 1. decif. 97. Quare si ille, qui rem habet, comparat in termino, & asserat se paratum respondere, cessant huiusmodi monitoria, Lazzar. sect. 1. quest. 10. num. 6. & sect. 4. q. 1. num. 1. quem refert Vgolin. dict. §. 2. in fine. Ex dictis Marc. Anton. Genuens. dict. c. 1. num. 4. colligit practica multa Curia Archiepiscop. Neapot. in hac materia vtilissima, dixitque ibi inolare praxim, quod quando peder lis, & est datus terminus in causa, si non sunt citati testes, concedunt monitoria generalia contra testes, quia adhuc possunt ignorari, verum si sunt citati, non conceduntur.

Præsertim verò, quod præfata monitoria concedi possunt contra testes alicuius negotij veritatem scientes, eosque pars altera ignoret illud scire, aut si sciat, quia renunt veritatis testimonium ferre, probant Abb. in c. ad nostram d. 2. n. 2. de iur. iur. Oliua super ritu 3. Archiep. Curia Neap. post n. 10. quos refert, & sequitur Campan. d. c. 15. n. 93.

Deinde refert practitari idem Genuens. quod quando testes sunt citati, solet Vicarius concedere monitoria cum clausula, dummodo non recipiantur reuelationes testium citatorum, vel testes citati non comprehendantur in monitorio: sed quando testes fuerunt citati in numero copioso, puta triginta, vel quadraginta, solet Vicarius in totum denegare monitoria, quia non est verosimile, quod à tot testibus pars non possit habere veritatem negotij, item seruari testatur idem Marc. Anton. quod post conclusum in causa non conceduntur monitoria, præterquam Ecclesiis, mulieribus, & aliis personis priuilegiatis, cæterisque quando eis conceditur restitu-

tio in integrum aduersus omillas probationes, vide Aloyf. Ricc. dict. praxi resolut. 237. Vterius in praxi esse consuetum asserit idem Marc. Anton. quod quando hæres petit monitoria contra scientes bona hereditaria, & pars opponit de inuentario, & propterea dicit non esse concedenda, quia veritas alio modo haberi potest, solet Vicarius concedere monitoria contra scientes bona hereditaria, & pars opponit de inuentario. Denique dicit super facto proprio non concedi monitoria, cum in eo non præsumatur ignorantia, nisi factum esset adeo antiquum, ut in eo præsumeretur obliuio, de quo latè Ricc. in d. praxi resolutione 143.

Secundo considerandum est monitoria hæc instante parte, & officium iudicis implorante concedi, ut sentit Concil. dict. cap. 3. & tenent Neulan. d. verb. monitoria, num. 28. Mandos. in tract. de monitor. quest. 47. num. 4. cum seq. quos refert, & sequitur Vgolin. dict. cap. 45. §. 1. in princip. [nouissimè Theophil. Raynaud. de monit. ecclesiast. par. 1. lib. 1. quest. 12.] Idem modo non sit excommunicatus, vel notorius peccator, qui instat, ut per gloss. Abb. & alios in cap. nouit, de indic. resolut. Marc. Anton. Genuens. dict. cap. 1. num. 9. Si verò Episcopus à parte requisitus, ut decernat ista monitoria, sine causa denegat illa, potest appellari, ut supra dixi num. 5. & firmat Marc. Anton. dict. cap. 1. num. 13. vbi etiam cum Nauar. conf. 11. de offic. Ordin. teneri posse etiam appellari, si detur breuis terminus ad reuelandum. Instante iudice laico monitorium hoc concedi potest, modo id imploret à iudice Ecclesiastico, non enim iubere id potest, sentit Concil. d. c. 3. & tenet Nauar. conf. 4. de sent. excom. quem refert Vgolin. d. §. 1. prope finem.

Ad obtinendum ista monitoria requiritur speciale mandatum, ex Marc. Anton. Genuens. d. c. 1. num. 12. Aloyf. Ricc. d. resolut. 236. n. 4. & Vgol. d. §. 1. in medio. Ex officio etiam, idest, nemine petente, iudex Ecclesiasticus monitoria hæc promulgare potest, ut pote contra detinentes res Ecclesie, si eas non restituant, vel contra non denunciantes eos, quos nouerunt eas detinere, ut habetur in Extranag. vnic. Ioan. XXI. de furtis, Vgol. d. §. 1. in fine.

Tertio considerandum huiusmodi monitoria esse concedenda illi, cuius interest, non aliis, ut constituit Pius V. d. constitutione, vbi ordinant, quod mandata in forma Significauit pro rerum substractarum, aut deperditarum restitutione, seu reuelatione, expeditantur ad eorum dumtaxat instantiam, quorum ciuilitate interest, Vgolin. dict. §. 1. in med. Lazzar. de monit. sect. 1. quest. 9. num. 3. & sect. 4. quest. 1. num. 21. cum seq. Marc. Anton. Genuens. dict. cap. 1. num. 12. Aloyf. Ricc. in praxi rerum fori Ecclesiast. c. decif. 272. in 1. d. & resolut. 236. in 2. editione. Si verò absque petentis inter esse fuerint concessa, sunt reuocanda. Franc. Leo dict. cap. 7. num. 28. Lazzar. sect. 1. q. 9. quos refert, & sequitur Aloyf. Ricc. d. resolut. 236. n. 4. vbi etiam asserit posse concedi huiusmodi monitoria pro habendis testibus, & notitia bonorum, quamuis interest non sit eorum, sed speratur in euentu litis, que vertitur coram iudice laico, & timor est ne bona dilapidentur.

Quarto considerandum monitoria minime esse concedenda, quando certæ sunt personæ, quia tunc ordinariè est agendum, ut deducitur ex Concil. Trid. d. cap. 3. & tenent Franc. Leo dict. cap. 7. num. 21. Giurba Sicilia decif. 94. Costa de facti sciunt. & ignor. cont. 2. dist. 55. num. 1. Lazzar. sect. 1. q. 10. num. 6. & sect. 4. quest. 1. num. 3. Aloyf. Ricc. d. praxi resolut. 235. num. 1. post Marc. de iurisd. par. 3. cap. 5. num. 1. Campan. dict. cap. 15.

cap. 15. num. 113. [me citato in hoc loco nouissime Theophil. Raynaud. d. par. 1. cap. 1. quæst. 8. in princ.] quia excommunicatio non comprehendit atque ligat eos, qui sunt certi, Rota decisio. 383. part. 1. Sola ad decreta Sabaudia in tit. ut nemo iniurus, gloss. 1. n. 7. Cardinal. Tusch. liter. F. concl. 441. n. 3.

Quinto considerandum, ne huiusmodi monitoria pro qualibet parua re decernantur, vt probat Concil. Trident. d. cap. 3. ibi, ex re non vulgari, & constat ex dict. constit. Pij V. ibi, id quod precipue attendendum est, minime vulgares res existere; ita Vgolin. dict. cap. 45. §. 3. in princip. Marc. Anton. Genuen. dict. cap. 1. num. 3. Aloyf. Ricc. dict. praxi resolut. 238. num. 1. Henriq. lib. 1. 3. de excommunic. cap. 17. §. 4. littera B.

Et ideo q̄ in istis monitoriis est exprimenda res, de qua agitur, & eius valor, nisi fiant pro Ecclesiis, locis pijs, communitatibus, vniuersitatibus, collegiis, ac vniuersalibus successoribus, & tunc debet fieri in genere quædam designatio rerum, quæ non debet esse vaga, incerta, & inuicibilis, vt colligitur ex d. Constit. Pij V. & referunt Mar. Anton. Genu. d. c. 1. n. 5. Vgol. d. §. 3. n. 1.

Excommunicatio enim pro furto, seu rebus subtractis non ligat communiter nisi illos, qui mortaliter furtum fecerunt, optimè Henriq. dict. §. 4. li. P. Marc. Anton. Genuen. dict. cap. 1. num. 3. Mar. Anton. dict. resolut. fin. casu 75. vers. ad quod facit. ¶ Si verò plures graue damnum intulerint, licet non simul, sed separatim, & singuli parum acceperunt non continens peccatum mortale, vt si plures vineæ deprædatis sint, singuli tenentur suas partes restituere, vt dominus reddatur illæsus, & hoc casu potest concedi excommunicatio, & ea ligantur accipientes, Soar. tom. 5. dist. 20. sect. 2. num. 3. Lazz. sect. 3. q. 2. Bonac. de cens. dist. 2. q. 9. punt. 1. n. 33. in fin. Henriq. & Marc. Anton. Genuen. dict. locis, hic ibi asserit q̄ in Curia Neapol. monitoria non concedi pro minori summa, quam quinquaginta ducatorum, considerata tamen paupertate petentis aliquando decerni in minori, in summa decem, viginti, vel triginta ducatorum pro Episcopi arbitrio. At vero stylus Curia Romanæ optime obseruat monitoria non esse concedenda, nisi ipsum subtractarum valor summam saltem quinquaginta aureorum attingat, licet sint separatim subtracti, vt per Aloyf. Ricc. d. resolut. 238. in fin.

Vnum adderem in hac materia vtile, videlicet, huiusmodi monitoria non esse concedenda contra habentem pro se rem iudicatam, & si fuerint concessi, veniunt reuocanda, ita post Bart. Alex. Menoch. & alios Mar. Ant. d. casu 75. ver. 2. qui ergo re detinet ratione rei iudicatæ, vel iuris iurandi litis decisiuæ, vel transactionis, vel pacti iurati cum parte eo monitorio non obligatur; ita post Lazz. sect. 4. q. 1. n. 12. cum seqq. Vgol. d. c. 45. §. 4. vers. tertio, vbi etiam cum Ripa de peste, asserit huiusmodi edicta generalia, in quibus mandatur vt restituant detinentes bona aliena, & vt reuelent, qui sciunt ea detinere, intelligenda sunt de iis, qui indebitè ea detinent, & de iis, qui sciunt ea indebitè tenere, vt furto, non autem de eo, qui iuste detinet. Ideo, qui eam vicipeit tãquam iuste detinens se patefacere non debet. Nau. conf. 35. n. 8. vers. 8. de sen. excom. Lazz. d. q. 1. n. 15. cum seqq.

Sexto considerandum huiusmodi monitoria in criminalibus non concedi; ita Aloyf. Ricc. d. praxi decis. 278. in 1. edit. & resolut. 240. in 2. edit. Marc. Ant. Genuen. d. c. 1. n. 7. Lazz. sect. 1. q. 10. ex ea ratione, quia infamiam notam afferunt, tum etiam ad euitandam irregularitatem. Vnde ex stylo Curia Romanæ, & in generali declarationum vltu in ipsis monitoriis

ponitur clausula, *Nolumus autem, quod ex reuelatione huiusmodi, si eam fieri contingat, nisi pro civili interesse & ciuilitate tantum agi possit, alius reuelatio ipsa, neque in iudicio, neque extra iudicium faciat*, ita quoque statuit Pius V. in d. sua constit. notat Franc. Leo d. p. 3. c. 38. n. 21. quæ refert Aloyf. Ricc. vbi proxime n. 4. Et ideo in Curia Neapol. quando reuelationum datur copia, in eius calce decretum interponitur, præcipiens sub pena excommunicationis lata sententiæ ne aliquis præsumat quoquo modo prædictis reuelationibus vt, aut earum vigore procedere in alia causa, quam ciuili, refert Campan. d. c. 45. n. 120. [quamuis inspecta sola rei natura non fore illicitum concedere monitorium etiam in criminali causa existimauerit nouissime Theoph. Raynaud. de monit. eccles. p. 1. c. 1. q. 6.]

Septimo considerandum ne concedantur, si sunt infamatoria alicuius particularis personæ, vt post Sylu. Nupt. & Prob. resolut. Marc. Ant. Genu. d. c. 2. n. 6. vbi asserit in praxi nunquam nominari personam, quæ præsumitur rem detinere, Lazz. d. sect. 1. q. 10. n. 7. Bap. Costa d. dist. 55. n. 7. tom. 1. post Iacob. de Graffis, Fr. Marc. Menoch. Tepar. & alios vtriusque firmat Aloyf. Ricc. d. praxi decis. 280. in 1. edit. & resolut. 242. in 2. edit. & post Bern. Diaz dicit Camp. d. c. 15. n. 114. [latè Theoph. Raynaud. d. irat. de mon. eccl. p. 1. c. 1. q. 8.]

Octauo considerandum, quod ista monitoria non compellunt deponere cum iuramento, vt tenet Mar. Ant. Genu. d. c. 1. n. 16. [me citato in hoc loco Raynaud. d. p. 1. c. 3. q. 15. vers. vtro, in fine.] Testes enim, qui eisdem monitoriis impulsu veniunt testimonium veritatis dicturi, minime iurant, sed sequentibus verbis solent eorum reuelationes exordiri. *N. atatis annorum viginti, vt dicitis, res veniens ad reuelationem prædictæ excommunicationis dixit, & reuelauit hoc tantum scire, &c.* nisi tamen in monitoriis sanciretur, vt propalationes fierent cum iuramento, quod quippe & præcipi iuste posse, & tunc non nisi præcedente iuramento admitti testes ad reuelandū affirmant Mand. de Alba conf. 15. sub n. 6. prope fin. vol. 1. Laz. sect. 4. q. 9. n. 15. ex quibus omnibus illud potissimum desumitur assumptum, q̄ teneri reuelantem in scriptis reuelare, ac propalare quicquid scit, atque ideo nõ satisfacere eiusmodi monitoriis, qui Episcopo ore tenus illud manifestaret, quod cum Nauar. conf. 5. de furtis, scribit Mar. Ant. Genu. d. c. 1. num. 19. Restringo tamen in loco, quæ memorat Hier. à Laur. Anton. decis. 136. vbi non esse opus facti narratione, scriptis, aut verbis ait, sed sufficere, si dicat iudici, vel parti, scio aliquid de contentis in tuo monitorio, & quando ero vocatus à iudice offero me paratū testificari, & tunc sit ille exemptus, sed coram iudice laico teneatur deinde veritatem dicere, cum de eius mandato citabitur. Sic etiam si alter compareat, & dicat bona ipsa penes se esse, ac tuta conscientia retinere; se probaturum promittat coram iudice competenti, vltèrius tunc non esse procedendum restantur Gut. lib. 1. canon. cap. 11. n. 82. Mar. Anton. d. resolut. vlt. casu 75. vers. verum, post Bern. Ant. à Sola, & Fr. Em. man. firmat Camp. d. c. 15. n. 15. post Silu. Nupt. Card. & Nauar. tenet Mar. Ant. Genu. d. c. 1. n. 11. in fine. Ex eo quia q̄ huiusmodi testibus fides non adhibetur in his, quæ excitati litteris monitorialibus Episcoporum deposuerunt in Curia Ecclesiastica, vt inquit Bertrand. conf. 112. sub num. 1. 4. volum. 6. Rauden. Pisana dec. 21. n. 11. & 12. quos refert Campan. d. cap. 15. n. 121. vbi n. 122. admonet, quod si in eorum repetitione facta coram iudice seculari testes ipsi se remitterent ad propalationes per eosdem propter monitorias prædictas coram Ecclesiastico iudice factas, eiusmodi

eorum

coram attestatio prorsus corrueret, fuffultus doctrina Cacher. decis. 128. num. 13. Cauale. de testib. par. 3. n. 204. in addit. margar. Lazzar. sect. 4. quæst. 9. n. 3.

Nono considerandum, in his monitoriis partis citationem non requiri; & ita seruari in Curia Neapolitana testatur Marc. Anton. d. cap. 1. n. 11.

Decimo considerandum est hæc monitoria posse concedi tam ante captionem litem, vt per Lazzar. sect. 1. quæst. 18. sub num. 9. Campan. dict. cap. 15. num. 116. quam ea pendente, dum probationum terminus non elabitur. Petr. Gregor. syntagm. iuris par. 3. lib. 48. cap. 13. num. 21. Francisc. Marc. Delphin. decis. 656. incip. *Quæritur an pro testimonio sub num. 3. par. 2.* Mandell. de Alba conf. 15. num. 6. volum. 1. quos refert idem Campanil. d. cap. 15. num. 116. vbi num. 117. docet illa posse concedi in eadem causa, quoties & testes produci, & consequenter vbiunque in aliqua causa iura permittantur iterum, atque pluries in eadem instantia posse examinari testes, articulosque produci, etiam in terminis restitutionis in integrum, & aliis casibus, in quibus tunc possunt testes produci de iure, vel etiam in causa appellationis, de quo Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. *excommunicationis causa materialis*, §. 2. Lazzar. sect. 1. quæst. 18. num. 11. & sect. 4. quæst. 1. num. 23. Mandell. de Alba d. conf. 15. n. 6. [Marcel. Vulpe d. cap. 2. num. 6. Et quod possunt concedi ab Ordinario etiam pendente lite in Rota ante inhibitionem Iudicis intimatam, resolut. Mar. Anton. var. resolut. 112. casu 36.]

Undecimo aduertendum prædictas considerationes supra relatas non esse de forma huiusmodi monitorialium, nec Concil. Trident. d. cap. 3. vers. *In causis verò iudicialibus*, imponere formam, sed tantum tradere instructionem; ita tenet Mar. Anton. d. casu 75. vers. *in super dicitur*, Campan. d. cap. 15. num. 90. & eo potissimum fouentur assumpto, quod text. in d. l. à diuo Pio, §. *in venditione*, ff. de re iudic. statuens modum tenendum in quavis executione faciendi, hanc pariter admitti interpretationem, vt exequutio aliter facta non subiaceat nullitati, vt probant Bart. in dict. §. *in venditione*, num. 8. Viui. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 26. num. 82. pag. 621. Bellacomb. tom. 2. lib. 7. tit. 15. num. 64. vbi Mich. Graff. num. 114. pag. 282. Gam. decis. 199. num. 6. Azeued. ad l. fin. num. 40. tit. 21. lib. 4. nona recopil. Parlad. lib. 2. rerum quorid. cap. fin. par. 5. §. 3. num. 4. Gutier. pract. lib. 1. quæst. 131. Sured. decis. 170. num. 3. & conf. 39. num. 22. Stephan. Gratian. discipulat. forens. cap. 7. num. 25. Alexand. Trentacinq. var. resolut. lib. 2. tit. de expensis, resolut. 2. à n. 3. Vnde bene Nicol. Garc. in addit. ad tract. de benefic. par. 1. cap. 5. num. 587. in fine, dicit declaratoriam concessam prædictis diligentis prætermisissis non esse nullam, sed iniustam, quia Concil. Trident. d. cap. 3. non annullat excommunicationem sine illis latam, ac proinde illam esse validam, & qui tali excommunicat. legatus existit, indigere absolutione. Quamuis Sacrum Concilium dicto loco salutiferam in his monitoriis formam seruandam præscribere teneant Francisc. Leo dict. par. 3. cap. 38. n. 2. Gutier. d. cap. 11. num. 89. Sayr. de censur. lib. 1. cap. 9. num. 33. Lazzar. sect. 4. quæst. 8. num. 7. Quando vero in literis Apostol. datur facultas excommunicandi morosum in solutione pensionis non teneri exequotorem in ferenda sententia excommunic. seruare formam Concilij in d. c. 3. nec huiusmodi facultatem ceteri datam in subsidium refert decisum Nicol. Garc. de benefic. par. 1. cap. 5. num. 587.

Episcopus igitur, seu eius Vicarius, iuxta supra re-

latus de Episcopo Pars III.

soluta, semper præ oculis habere debet decretum prædictum Concilij Trident. considerando illa verba, *ex re non vulgari, causisque diligenter, ac magna maturitate examinatis, pro re, loco, persona, ac tempore, & alia secundum iuris dispositionem recollecta; quare tutius faciet, si prius cum iuramento interroget principalem de rei valore, eius interesse, & vt competat actio, an habeat testes, certas scripturas, vel alias probationes, & sic de cæteris, quæ adducit Quaranta d. verb. excommunicatio, ad suam reuelat. vers. pro tutiori*, quibus præmissis monitorium est concedendum, cuius formam ponit idem Quaranta d. loco, vers. que clausula.

In illis verò monitoriis vigore Significauit expeditis à Summo Pontifice procedit Episcopus tanquam delegatus, & ideo non possunt partes ad cuius instantiam fuerunt expedita, formare alia capita ultra expressa in illis, nisi ad sit clausula, *latius arbitrio tuo, quæ si desit, publicanda sunt de verbo ad verbum, non alterando sensum, sermonem, nec eorum verba; sed pro idioris potest publicari materna lingua, seu vulgari, & ita rescriptis Sacram Congregationem Archiepiscopo Neapolitano, referunt Quaranta d. loco, vers. notando, Campan. d. cap. 15. num. 125. & 121. vbi num. 114. resolut. quod habito hoc monitorij rescripto à Summo Pontifice, ab eodem deinde, vel altero Episcopo tanquam Ordinario, aliud in eadem causa non est dandum, suffultus Rota decis. 383. incip. *Resoluerunt*, num. 10. par. 1. diuer. & auctoritate Moderni de iurisd. par. 3. cap. 4. sub num. 57.*

Quæstio est non contemnenda, an vigore monitorialium Papalium possit earum executor ab ea absolueri postquam paruit, qui earum vigore in eam inciderat? Affirmatiuè resolutum fuisse asserunt [Raynaud. d. par. 1. cap. 4. quæst. 1. vers. sic Episcopus, vbi citat metipsum in hoc loco] Mar. Anton. variat. resolut. lib. 1. resolut. vlt. casu 37. vbi complures adducit rationes, & eam præsertim, quod dicta sententia excommunicationis est generalis, prout ex verbis huiusmodi monitorialium aperte constat, dum dicitur, *generalem excommunicationis sententiam proferas*, ex qua altera suboritur conclusio, vt à sententia generali excommunicationis lata ab homine, absolueri valeat, qui à censura à Iure lata, & nemini reseruata posset, Doct. in cap. graue, de præbend. Nauar. in man. cap. 27. num. 44. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 12. num. 4. Tolet. in summ. lib. 1. cap. 10. num. 9. Sayr. de censur. lib. 2. cap. 19. num. 5. & cap. 20. num. 2. Non obstat doctrina gloss. verb. ligare, in cap. cum inferior, de maiorit. & obediens. recepta per citatos à Rendina in promptuar. receptarum sentent. tit. 41. sub num. 2. dum in eius calce tenet non ei licere absolueri, cui tanquam exequutori commissus fuerit certus articulus excommunicandi; quia respondetur ex verbis, quibus Papa solet vti litteris *Significauit*, apparet illum, cui delegatur potestas excommunicandi, non esse merum exequotorem, sed potius delegatum cum iurisdictione excommunicandi, per illa præsertim verba, *si cum diligenter & magna maturitate per vos examinata parte, loci, temporis, & personarum qualitatibus, vobis pro vestra conscientia videbitur expedire*, &c. Item per illa verba, *daxeritis*, &c. & per alia ibi, quando & quoties opus fuerit, & videbitur expedire, vsque ad satisfactionem condignam, & reuelationem debitam solemniter publicare, &c. formam autem sub qua solent huiusmodi monitoria expediti, ponunt Quaranta dict. verb. *excommunicatio*.

Hhh ad

ad finem reuelation. in princ. Campan. d. cap. 15. numero 126.

43 Monitiones pro excommunicationibus ferendis concedi, & publicari possunt festiuis diebus, quin & excommunicatio profertur [Marcell. Vulpe d. cap. 2. num. 23.] præterquã in certis insignioribus diebus, scilicet Natiuitatis Domini, Paschatis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, & Sanctissimi Corporis Christi: his enim teste Lazzar. sect. 1. g. 19. num. 4. neque monitiones ipsæ fieri, neque excommunicatio promulgari debet. Verum Sayr. de censur. lib. 1. cap. 14. n. 10. opinatur excommunicatione, quin & denunciationem illis diebus fieri posse, vbi causæ cognitio non est necessaria, refert Mar. Anton. dicto casu 37. vers. & dum.

Denunciare vi monitorij qui non teneantur?

44 Denunciare, aut restituere vi monitorij, qui non curarunt, possunt declarari ob contumaciam, & inobedientiam in generaliter latam censuram incurrisse, & insuper cogi ad purgandam conscientiam, ita quod absolui non debeant, nisi prius restituerint rem, quam occupasse, & indebite detinere conuinceretur. Ita tenet Campan. dicto cap. 15. num. 134. per decis. Rotæ 383. Resoluerunt, sub num. 5. par. 1. diuersor. [resoluit Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. 112. casu 75. vers. contigit, vbi reprobat Franc. Leon. in thesauro par. 3. cap. 38. n. 22.] Vt autem ab omnibus sciri possit quando ex vi monitorij restituere, aut denunciare teneantur, & per consequens an lata excommunicatio eos comprehendat, operæpretium duxi aliqua in medium adducere in hac materia haud inutilia.

45 Primò, qui rem ipsam detinet, vi monitorij, non tenetur ad se patefaciendum, vel denunciandum, & tenet Vgolin. de potestate Episcopi cap. 45. §. 4. n. 1. [Nald. in sum. verb. excommunicatio n. 8. nouissimè Raynaud. d. p. 1. cap. 3. quæst. 10. vbi quæst. 11. resoluit non aliter ferè complice obligari ad prodendum complice criminis, quàm ad prodendum se ipsum. Henric. in sum. lib. 13. cap. 18. §. 2. Mar. Anton. d. casu 75. vers. primò, nouissimè Machado del perfeto Confessor y Cura de Almas lib. 1. par. 4. trat. 7. docum. 4. num. 1.] ex eo, quia ÷ nemo se infamare debet, cap. quis aliquando, de penit. distinet. 1. tum quia accusatus de delicto, non tenetur illud confiteri, nisi fides ei fiat semiplenè illud esse probatum, vt dicunt Sot. de ratione tegendi, memb. 2. Nauar. in man. cap. 2. num. 36. intelligit locum habere si contra scientes, vt reuelent, fuerint data monitoria, Campan. in ritu 3. Curia Archiepiscop. Neapolit. n. 18. & in diuersor. iuris Canonici, rub. 11. cap. 15. num. 134. Possuin. de Officio Curati, cap. 12. num. 46. vers. principalis. Sed hoc etiam procedere, quamuis speciatim per monitorium caueatur, vt reus se patefaceret, tenet Vgolinus d. §. 4. vers. id quod. Hinc in Curia Archiepisc. Neapolit. monitorium huiusmodi non datur contra detinentes non se patefacientes, sed tantum contra principales non restituentes, & contra scientes, qui rem detinent, si eos non patefaciant, referunt Mar. Anton. Genuen. in praxi Archiepisc. Neapolit. cap. 2. n. 1. Vgolin. vbi proximè.

46 Aliquibus in casibus principalis vi huiusmodi monitorialium non tenetur restituere, quando scilicet effectus est impotens ad soluendum, modo restituendi animum habeat, vt primum possit, ex regula l. impossibilium. ff. de regulis iuris, cum citatis in libello de principiis vtriusque iuris littera l. num. 12. me citato in hoc loco Homobon. de Examine Eccles. tract. 1. cap. 7. quæst. 13. supp. 3. in fine, & tenet Marcell.

47 Aliquibus in casibus principalis vi huiusmodi monitorialium non tenetur restituere, quando scilicet effectus est impotens ad soluendum, modo restituendi animum habeat, vt primum possit, ex regula l. impossibilium. ff. de regulis iuris, cum citatis in libello de principiis vtriusque iuris littera l. num. 12. me citato in hoc loco Homobon. de Examine Eccles. tract. 1. cap. 7. quæst. 13. supp. 3. in fine, & tenet Marcell.

Genuef. d. cap. 2. num. 1. post med. Vgolin. d. §. 4. vers. octauo. vbi etiam, quod restituere non posse dicitur, non solum, qui omnino non potest, verum etiam & qui non commodè, l. nepos Proculo, ff. de verborum signific. ÷ Non commodè autem dicitur posse, vbi restituendo damnnum altioris scilicet subiret, vel vitæ, vel famæ, Lazzar. sect. 4. quæst. 4. num. 1. Vel ÷ quando retinet in compensationem iustam, & tenet Silu. Nupt. d. lib. 3. num. 43. Emmanuel. in sum. par. 1. cap. 79. num. 11. Cardin. Tolet. in sum. lib. 5. cap. 27. num. 10. vers. secundo, Marcell. Anton. Genuef. d. cap. 2. num. 1. propè finem, Valq. in opusculo de restitut. cap. 1. §. 1. dub. 9. num. 51. Lazzar. sect. 2. quæst. 8. & 9. Soar. tom. 5. disp. 20. sect. 3. num. 15. Bonacina de censur. disp. 2. quæst. 6. puncto 1. num. 25. & nouissimè var. tract. 6. puncto 1. §. 6. num. 1. Filliuc. tract. 14. cap. 1. num. 18. Alter. dict. lib. 3. disp. 1. cap. 7. col. 3. dub. 2. [nouissimè Raynaud. d. p. 1. cap. 2. quæst. 4. in princ. vbi intelligit dùmmodo debitum fuerit liquidum, & certum nec qui se compensauit plus accepit quàm liquido deberetur, & rem acceperit, quæ vere esset debitoris] quia excommunicatio cadit supra iniustum dectentorem, non vero supra compensantem, qui talis non est: ille enim, qui nulla iuris via post se rem propriam ab aliquo repetere ob defectum probationum, tunc sanè propria auctoritate sine peccato percipere poterit, vt per Menoch. remed. 1. recuper. num. 313. & remed. 9. num. 191. Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. compensatio, Brunor. à Sole in locis communib. verb. furcumb. 1. Cald. Percipia de emptio. cap. 24. num. 63. quinimò non solum eandem, sed aliã quamcunque rem, eiusdem tamen valoris, ex Burr. in cap. cum olim, il. 1. post num. 22. vers. quinimò dicunt, de restitut. spoliat. Couar. lib. 3. variarum cap. 2. num. 15. vers. quarto eodem iure, Clar. §. furuum, n. 21. Aduertit Bonacin. dict. num. 25. quod licet compensans forte peccauerit accipiendo, si potuit rem sibi debitam recuperare alia via, aut sine periculo scandalij, &c. non tamen peccat retinendo, modò debitum sit liquidum, nec plus retineat, quam sibi debeatur, additque compensantem non ligari excommunicatione, quamuis in sententia excommunicationis exprimat iusta compensatio, quia huiusmodi sententia continet errorem intolerabilem: tum quia excommunicatio non incurritur, nisi ob peccatum mortale contra inobedientiam, compensans autem retinendo rem acceptam in compensationem, non peccat mortaliter contra inobedientiam censuræ. [Si compensans iustè habeat apud se rem debitoris iure depositi, eum ligari monitorio restitutionem mandante, existimant Petr. à Nauarra de restit. lib. 3. cap. 1. dub. 8. num. 406. Auila de censur. p. 2. cap. 5. disp. 5. dub. 1. corol. 2. Comitul. resp. moral. lib. 3. quæst. 39. quia ex re apud debitorem deposita non licet se compensare, in hac enim fieri compensationem vetat l. ult. C. de compensat. Verum licet pro foro externo hoc conducat, in conscientia autem non obligat, vt rectè ait post Less. Diana moral. resolut. par. 3. tract. 5. resol. 10. Quod adèd verum est, vt si iudex monitorium concedens ea quoque restitui veller, quæ per compensationem vndeconque iustam fuisse accepta, monitorium esset nullum, quia contineret errorem intolerabilem, Medin. quæst. 11. de restit. Gutier. lib. 1. canon. cap. 11. num. 67. Molina. de Insti. tract. 2. disp. 692. Nauar. in man. cap. 17. num. 114. cum seqq. Bonacin. var. tract. 6. par. 1. §. 6. num. 1.]

Secundò, habens scripturas vi monitoriorum non tenetur illas exhibere, vel reuelare, secundum aliquos,

quos, quoties exhibendo, vel reuelando damnnum pateretur. Ita Henric. in summa lib. 13. de excomm. c. 18. §. 2. Marc. Ant. Genuef. d. c. 2. n. 1. ad finem, Lazzar. sect. 3. g. 1. Soar. d. sect. 3. regul. 1. n. 2. & 3. Azor. insti. moral. par. 3. lib. 1. c. 15. Bonacin. dict. puncto 1. n. 33. & d. tract. 6. puncto 1. §. 6. num. 8. Mar. Anton. d. resolut. ult. casu ult. vers. primo, [nouissimè Machado d. lib. 1. par. 3. tract. 7. docum. 3. num. 3. vbi extendit quando ex tali exhibitione damnnum redundaret consanguineis proximioribus, veluti parentibus, filiis, vxori, fratribus, & similibus.] me citato in hoc loco Homobon. dict. quæst. 19. resolut. 3. in fine, [Nauar. conf. 16. de Penit. & remiss. & conf. 35. de sent. excom. & etiam Raynaud. par. 1. cap. 2. quæst. 15. Cancr. var. tom. 2. cap. 10. num. 39. vbi cum Nauar. scriptis locis, ait monitorium de colendo aliquam scripturam non ligare partem aduersam, neque eius patronos, scilicet aduocatos & procuratores.] Sayr. de censur. lib. 1. cap. 9. num. 30. vbi resoluit certum non teneri illum eas exhibere, si ex eis poster ius alterius confirmari, ipsius autem exhibentis ius posset aliqua ratione exinde infirmari, quia edere actori instrumentum, vel libellos reus non tenetur, cum nullus contra feillos edere obligetur, cap. 1. de probat. Kirchou. Villab. & alij tom. 1. commun. opin. lib. 2. tit. 1. à num. 2. pag. 279. Menoch. de arbit. casu 499. Valac. de iure emphy. quæst. 8. num. 1. Ioan. Garc. de nobilitate, glos. 2. §. 1. num. 12. cum sequentibus. Mar. Anton. Genuef. in practicabil. Eccles. quæst. 174. à princip. vbi latè probat, quòd in fauorem Ecclesiæ tenetur. Verum doctiss. Campan. d. cap. 15. num. 95. asserit se hanc sententiam non audere approbare, tenetque quando profertur, sub censura, vt quicumque haberet aliquas scripturas, debeat illas producere, cogi illas exhibere, nec posse illa excusatione se tueri, quod inde pertimescit vexationem, nisi manifestissimum omninò esset illas taliter ad eius ius conducere, vt nullatenus ad alterius ius confirmandum spectent. Quæ quidem opinio certè tior, licet prior ab iis, qui facile sibi dispensant, in praxi receptior, præcipuè, si ex illarum exhibitione graue damnus reuelanti possit oriri, iuxta supra citata. Illud tamen cum eodem Campan. d. cap. 5. num. 96. notabile, nec prætereundum iudicauit, quod non dato damnno, non omnes scripturas ad ius alterius attinentes tenetur exhibere, vel propalare detinens, sed publicas dumtaxat, non verò priuatas, per Nauar. consil. 3. incip. Inter Seium, n. 4. de censur. in antiq. siue 35. de sentent. excom. in nonis, quia nemo compelli debet, vt suas proprias rationes, ac priuatas scripturas edat, ex l. 1. C. de edendo, notat Dec. in cap. 1. de probation.

Vnde habentem scripturam transmissam ex vi monitorij procedere non adstringit, cum ille in iudicio fidem non faciant, resoluunt Bonac. de censur. disp. 2. quæst. 6. puncto 1. n. 32. Filliuc. in sum. tract. 14. cap. 2. num. 40. Soar. tom. 5. disp. 20. sect. 3. n. 13. quos refert, & sequitur Homobon. d. resol. 3. in fine. [Machado d. lib. 1. par. 3. tract. 7.]

Tertiò scientes non tenentur reuelare, quando id, quod sciunt, saltem vno teste probare non possunt, glos. 1. in cap. Sacerdos, de penit. distinet. 6. Nauar. in man. cap. 171. num. 134. & cap. 25. num. 33. & conf. 2. de testibus cog. in nouis, Laz. de monit. sect. 3. quæst. 12. num. 1. Auila de censuris, par. 1. cap. 5. disp. 5. dub. 4. concl. 11. Henric. d. cap. 18. §. 3. lit. B, Valq. de restitut. cap. 9. §. 3. num. 4. Gutier. de matrimon. cap. 59. num. 2. Sayr. in clau. Regia lib. 12. cap. 14. num. 32. Marc. Anton. Genuef. d. cap. 2. n. 2. [Marcell. Vulpe d. cap. 2. num. 18. Raynaud. d. p. 1. Barbos. de Episcopo Pars III.

cap. 3. quæst. 3.] Bonacin. dict. puncto 3. num. 9. & nouissimè var. tract. 6. puncto 1. §. 4. num. 1. Vgolin. d. cap. 45. §. 5. vers. sexto, vbi extendit etiam ad participantes in furto, qui ad denunciandum non tenentur, si futurum probari non possit, quamuis iudex id iubeat. [Machado d. lib. 1. par. 3. tract. 7. docum. 5. num. 1.] Vnde sequitur eum qui furtum commissum audiuit, aut vidit committi ab ipso fure nemine præfente, non teneri illum denunciare, quia probare non potest, secus si habeat vnum testem omnini exceptione maiorem, nam ipse denuncians in hac materia valet pro teste, ita Nauar. d. cap. 25. num. 3. Henric. lib. 13. cap. 18. Lazzar. de blasphem. quæst. 12. num. 55. Valq. de restit. cap. 9. §. 3. num. 4. Alter. de censur. lib. 3. disp. 1. cap. 8. col. 5. Filliuc. tract. 14. cap. 2. num. 39. Auil. par. 2. cap. 5. disp. 5. dub. 4. concl. 11. Gutier. de matrim. cap. 59. num. 2. nouissimè Bonacin. var. tract. 6. puncto 1. §. 4. num. 4. vers. tertio. Excipiuntur tamen aliqui casus. Primus est, quando in edicto non præcipitur denunciatio, sed testificatio, tunc enim tenemur testari, & deponere tanquam testes, si iuridice interrogemur, etiam si delinquens sit emendatus, Lazzar. sect. 1. g. 10. num. 10. Auila d. dub. 4. concl. 10. Sayr. d. cap. 14. n. 33. Bonacina d. num. 9. vers. primus, & d. tract. 6. puncto 1. §. 4. num. 5. Marc. Anton. Genuef. d. cap. 2. num. 2. vbi dicit in Curia Neapolitana quemlibet teneri reuelare, id quod probari non potest virtute monitorialium, cum ea concedantur in causis civilibus, additque teneri etiam procedere occultam, quando Superiores præcipiunt illa ipsi reuelari tanquam partibus, & personis, quæ possunt obesse, & non prodesse. Secundus est, quando præcipitur denunciari delictum respiciens fidem, & Christianam religionem, vt est hæresis, vel blasphemia hæreticalis: in his enim denunciator habetur pro teste, & in illis vni testi creditur, cap. in omni negotio, de testibus, ita Ban. 2. 2. quæst. 68. art. 1. Lazzar. de blasphemia, quæst. 12. n. 55. [Scac. de iudic. caus. civil. lib. 1. c. 56. n. 4. me citato in hoc loco Diana moral. resol. p. 1. tr. 4. resol. 1. vers. At his.] Marcell. Anton. Genuef. d. praxi c. 2. num. 2. & cap. 18. n. 5. Bonac. d. n. 9. vers. 2. & nouissimè var. tract. 6. puncto 1. §. 4. n. 5. vers. 2. Farinac. in tract. de heresi g. 197. §. 2. Filliuc. dict. cap. 2. n. 31. & 39. [Hæresim enim tapetis occultam ex obligatione detegendam resoluunt Suar. de Fide disp. 20. sect. 4. num. 7. Auila de censur. par. 2. cap. 5. disp. 4. dub. 3. Bonacin. dict. tract. 6. puncto 1. n. 2. Sanctarel. de heresi cap. 9. n. 2. Raynaud. d. p. 1. cap. 3. quæst. 2. vers. semper dico.] Tertius casus est in matrimonio, in quo, qui aliquod impedimentum nouit, tenetur illud denunciare, quamuis probare nõ possit, ita [Gutier. canon. lib. 11. a num. 18. Raynaud. d. par. 1. cap. 3. g. 3. vers. aiebam.] Marcell. Anton. Genuef. cap. 2. n. 2. vers. 3. Bonacin. d. n. 9. vers. 4. & d. tract. 6. puncto 1. §. 4. n. 5. vers. 4. vnus enim testis sufficit ad impediendam matrimoniũ, cap. praterca, de sponsal. Cardolo in praxi iudicij, & aduocat. verb. testis, n. 43. Farinac. in praxi crimin. g. 63. n. 48.

Quartò, non tenentur reuelare, qui de iure compellunt non possunt ad testificandum, ita Marcell. Anton. Genuef. d. cap. 2. num. 3. Vgolin. d. cap. 45. §. 7. vers. sexto. Bonac. d. puncto 1. à num. 4. [Raynaud. d. p. 1. c. 3. quæst. 20.] Hinc fit filium non teneri ex vi monitorij, vel edicti denunciare furtum, vel aliud delictum patris, nec patrem teneri denunciare delictum filij, Auila d. disp. 5. dub. 2. Lazz. sect. 3. quæst. 11. Vgolin. d. vers. sexto, & cap. 46. §. 5. Possuin. d. n. 41. vers. 5. nouissimè Bonacin. var. tract. 6. puncto 1. §. 3. n. 5. [Marcell. Vulpe d. cap. 2. num. 16.]

Et si pater, vel mater interrogentur contra filium, vel vxor contra virum, si petiuri fuerint, de peritio puniri non possunt, Ludou. Rodolph. var. concl. 5, à num. 3. Ex eo, quia damnum patris redundat in filium, & è contra: nemo enim tenetur denunciare, quando ex denunciatione impendet magnum periculum denunciati: tum quia parentes non possunt esse testes in causis filiorum, vt probat l. parentes, C. de testib. & disponit Ordin. Regia Lusitan. lib. 3. tit. 56. §. 1. & apud Hispanos l. 14. tit. 16. part. 3. & tenent Mascard. de probation. concl. 1148. & concl. 1357. num. 43. & plures quos refert, & sequitur Fatinac. in praxi crimin. par. 2. de oppositi. contra personas testium quest. 54. num. 145. cum seqq. quibus adde Motlam in emporio iuris p. 1. tit. 11. in preclud. num. 40. Fr. Ludouic. Miranda de ordine iudic. quest. 22. art. 4. conclus. 2. Amat. Roder. in pract. de modo, & forma videndi, seu examinandi processum, cap. 7. num. 47. Cur. Philip. par. 1. §. 17. num. 15. in fine, Cardolo in praxi iudicum, verb. testis, num. 9. Procedit in filiis legitimis, naturalibus, spuris, & arque incestuosis, in eorum enim cau sis parentes testes esse non possunt, Mascard. d. conclus. 1148. num. 8. Molin. de instit. tract. 2. disp. 170. vers. in reliquis, Fatinac. d. quest. 54. à num. 157. Et si in adoptiuus si sint in potestate patris, Mascard. conclus. 1148. num. 18. Fatinac. d. quest. 54. n. 160. Et in emancipatis, Gabr. de testib. conclus. 17. num. 7. Mascard. concl. 1148. num. 5. Farin. d. quest. 54. n. 154.

54 ¶ Filij tamen spirituales ex vi monitorij tenentur denunciare patrem spiritualem, firmant Marc. Anton. Genuen. d. cap. 2. num. 3. in fine, Lazzar. sect. 3. quest. 21. ad finem, Bonacina d. puncto 1. num. 6. & var. tract. 6. puncto 1. §. 3. num. 7. [me citato in hoc loco Raynaud. d. par. 1. cap. 3. quest. 17. vers. neque igitur, & Diana moral. resolut. par. 5. tract. 13. resolut. 67. Machado d. lib. 1. par. 3. tract. 7. docum. 4. n. 2.] quia ¶ possunt esse testes contra patres spirituales, vt tenent supra proximè citati, de quo vide Tiraquell. in l. si vniquam, verb. susceperit, num. 38. Menoch. de arbit. casu 100. num. 1. & 2. Mascard. conclus. 1357. num. 50. Farinac. d. quest. 54. num. 198. Cardolo d. verb. testis, n. 24. Stephan. Gratian. discipulat. forens. cap. 100. num. 19. cum sequentibus, Aloyl. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decis. 376. num. 3. in 1. editione, & resolut. 318. n. 5. in secunda edit. plures ex antiquioribus refert Cened. ad Decretum collect. 38. n. 1.

56 Excipiuntur tamen ab hac doctrina aliqui casus, in quibus parentes contra filios, & è contra, testes esse possunt, ac per consequens reuelare tenentur, veluti in crimine hæresis, cum illud vergat in detrimentum commune, & sciat vi cancer, Simanch. de carbol. institut. cap. 64. num. 47. Mascard. d. concl. 857. à num. 18. [Comit. resp. moral. lib. 4. q. 8. n. 3. Auila par. 2. cap. 5. disp. 5. dub. 2. Raynaud. d. quest. 12. vers. aiebam.] Fatinac. d. quest. 54. num. 174. & de heresi quest. 197. num. 40. Fr. Ludouic. Miranda d. art. 4. concl. 2. Soar. de Fide disp. 20. sect. 4. num. 21. [Diana moral. par. 1. tract. 4. resolut. 4.] nouissimè Bonacin. var. tract. 6. puncto 1. §. 3. num. 6. [me citato in hoc loco Castr. Palao de heresi tract. 4. disp. 3. puncto 4. num. 10. & nouissimè Trulench in expos. sit. decalog. lib. 1. cap. 2. dub. 6. num. 17. Sanctarell. de heresi. cap. 9. num. 15.] ¶ Item in crimine læsæ maiestatis, Mascard. concl. 561. num. 9. & concl. 857. num. 20. & 23. [Azor. instit. moral. par. 2. lib. 2. cap. 2. quest. 12. & 13. me citato in hoc loco Raynaud. d. p. 1. cap. 3. quest. 12. vers. aiebam.] Farin. d. quest. 64. n. 173. Denique ¶ in crimine blasphemiar, eo quod

honor, & gloria Dei præferri debeat reuerentia parentum, Lazzar. de blasphemia quest. 12. n. 57. Paul. Comit. resp. moral. lib. 4. quest. 8. quos refert, & sequitur Bonac. d. puncto 1. num. 5. vers. tertio, & nouissimè var. tract. 6. puncto 1. §. 3. num. 6. vers. tertio.

Vxor non tenetur maritum denunciare, quia censetur vnus & idem cum suo marito, sunt enim duo in carne vna. Ita Peña ad direct. Inquisit. par. 2. commento 78. Lazzar. de monit. sect. 3. quest. 11. & de blasphemia quest. 12. num. 67. quos refert, & sequitur Bonac. d. puncto 1. num. 4. quibus adde eundem Bonacin. var. tract. 6. puncto 1. §. 3. num. 4. Filliuc. tract. 14. cap. 1. quest. 7. Vgolin. cap. 46. §. 5. vers. non etiã, ¶ & de focero an possit esse testis in causa generi & è contra, vide Menoch. de arbit. casu 348. num. 14. & conf. 22. num. 3. Mex. in tract. tasse panis concl. 2. num. 31. Mascard. concl. 1318. num. 52. Surd. de alim. tit. 1. quest. 39. num. fin. Fatin. d. quest. 54. num. 11. Dom. Christoph. de Paz in scholiis ad leges styli l. 245. à num. 1. D. Barbofa in l. maritum, num. 60. ff. soluto matr. attentata regni Portugalie praxi non potest testificari, quia bona communicantur in eo inter maritum, & vxorem, & licet maritus agat, vel conueniatur, est tamen vxor pro dimidia particeps lucri, vel damni, & ita decum refert Cabedo p. 2. Aresto 9. ¶ Frater pro fratre testis esse non potest, vt probat gl. ult. vers. sed de fratre quæro, in d. l. parentes, Rebuff. de reprob. testium, num. 218. Mascard. concl. 811. Menoch. casu 104. & alij plures per Farin. d. quest. 54. num. 85. cum sequentibus, quibus adde Veziin. tom. 1. commun. opin. lib. 4. tit. 10. num. 235. Pinel. in l. 1. in princip. num. 16. C. de bonis mat. Cardolo d. verb. testis, num. 23. ¶ Qui autem inhabiles sunt ad testimonium ferendum, vt pote quoniam infames, & huiusmodi, tenentur reuelare, quia eorum testimonium non omninò inualidum est, nam et si non probent, faciunt tamen presumptionem, glol. verb. ad testimonium, in cap. 1. de testib. lib. 6. cum citatis à Farin. par. 2. quest. 62. num. 264. quo fundamento tenet Marc. Anton. Genuen. d. cap. 2. num. 10. & deficientibus alijs probationibus, vel illorum testimonij non exceptis, fatetur Vgolin. d. cap. 45. §. 7. in fine.

Quintò, nemo potest vi edicti cogi ad reuelandum id, quod nouit sub secreto naturali, veluti per solam consultationem præstandam, vel ad remedium adhibendum pro salute animæ, aut corporis, aut honoris, aut pro defensione honorum externorum, & similibus: is enim, cui commissum est secretum, non potest loqui de illis, quæ sibi sub secreto concredita, & communicata sunt, sed solum potest de iis loqui, quatenus ea nouit alia via, quam sub secreto, nisi immineret graue damnum futurum in perniciem Reip. aut proximj, vt sunt hæreses, prodiciones, machinationes, latrocinia, homicidia occulte grassantia, & falsificationes monete, & similia. Ita Nauar. in man. cap. 18. num. 12. Salon. 2. 2. quest. 71. art. 3. conclus. vltim. vbi Aragon. Sayr. in clauis Regia lib. 12. cap. 14. num. 20. Carasco d. cap. 4. num. 10. Alter. de censur. lib. 3. disp. 1. cap. 8. col. 5. vers. 3. Filliuc. tract. 14. cap. 2. quest. 8. num. 39. nouissimè Bonacin. var. tract. 6. puncto 1. §. 5. Azor. institut. moral. par. 3. lib. 13. cap. 28. Henric. d. cap. 18. §. 3. vers. quarto, Auila disp. 5. dub. 2. concl. 3. Soar. tom. 5. disp. 20. sect. 3. num. 11. Lazzar. sect. 2. quest. 16. num. 1. & quest. 17. num. 17. [Tull. Crispolt. de casib. militarib. in 23. me citato in hoc loco Raynaud. d. par. 1. cap. 3. quest. 4. Vnde maiori cum ratione ¶ nullo modo tenebitur Sacerdos auricularius

propalare, si rem illam, quam detegendam esse moueat Superior ipse Ecclesiasticus, in Confessione Sacramentali sciuit, non etenim ipsum obligat excommunicatio, gloss. 1. c. Sacerdos, de penit. dist. 6. vbi Nauar. num. 166. Vgolin. d. l. §. 7. vers. excipitur. latè Campan. d. cap. 15. num. 101. vbi n. 102. cum Nauar. vbi proximè, num. 130. dicit hoc verum, quamuis Papa eidem Sacerdoti auriculario præciperet, aut secum dispenseret, vt alterius detegeret Confessionem, quia tunc ei parere non debet. Hinc enim ¶ reuelare non compellitur Medicus, procurator, aduocatus, vel tabellio secreta infirmorum, clientum, vel aliorum, & Iacob. de Grassis in aurois decis. lib. 4. cap. 8. num. 23. Campan. d. cap. 15. num. 102. Henric. d. §. 3. vers. quarto. [Marcel. Vulpe d. cap. 2. n. 15.] Etenim, quæ aduocatus, aut alter quicumque sciuit ab alio ipsum consulente, ne dum compelli minimè potest ad propalandum, verum celare, obnoxius est, vt inquit Vincent. de Franch. decis. 222. n. 12. Afflict. in constit. Advocatus, post n. 6. Campan. vbi proximè, Carasco d. cap. 3. num. 9.

66 Sextò, nullus tenetur denunciare, quæ non vere & realiter scit, aut accepit ab illis, quibus nulla esset fides adhibenda, quia edicta loquuntur de scientibus, qui vere, & realiter sciunt, cum scire propriè sit veritatem visu, vel alio corporis sensu perceptam mente retinere: tum quia alioquin exponeremus nos ipsos periculo leuitatis, & Reum damno, quod fortasè iniuste reciperet reuelando ea, quæ non scimus vere, & realiter, ita Fr. Emmanuel in sum. par. 1. cap. 79. num. 7. Sayr. d. cap. 14. n. 33. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 24. num. 63. Lazzar. sect. 2. quest. 12. num. 2. Bonacina d. puncto 1. n. 12. Campan. d. cap. 15. num. 100. vers. alios, Vgolin. d. cap. 48. §. 5. vers. verum, in fine, me citato in hoc loco Homobon. d. quest. 19. suppos. 3. Aduertendum verò est, ¶ edicta non obligant ad denuncianda ea, quæ quis audiuit, vel quæ audiuit à personis ignotis, vel à persona nihil certum sciente. Nauar. in cap. in rebus, num. 291. Fr. Emmanuel par. 1. sum. cap. 217. n. 9. Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 13. n. 7. Valer. Reginald. d. num. 33. quos refert, & sequitur Bonacin. d. puncto 1. num. 14.

68 Septimò, non tenetur denunciare, qui audiuit delictum ab eo, qui iam denunciavit, nam ex quo iudex factus est certus, certior fieri non potest, cap. cum qui, de regul. iuris in 6. Ita Nauar. in cap. inter verba, num. 292. Iacob. de Grassis in aurois decis. lib. 4. cap. 8. num. 3. Fr. Emmanuel d. par. 1. cap. 79. num. 7. Auila d. disp. 5. concl. 6. Sayr. de censuris lib. 1. cap. 9. num. 34. Lazzar. sect. 2. quest. 12. num. 9. nouissimè Bonacin. var. tract. 6. puncto 1. §. 4. num. 2. Verum contrarium sequitur Campan. d. cap. 15. num. 100. vers. alios, præsertim ex eo, quod licet vnus denuntiatione sciuerit iudex veritatem, non tamen de ea ita certus est, vt possit furem, aut alium delinquentem, siue detentorem rei punire, vel condemnare, seu cogere ad rem ipsam restituendam, intellexerem eo tantum casu procedere, quoties audiuit ab altero, & non ab illo, qui prius denunciavit: verum enim est reuelatione illius, qui audiuit à primo denunciante non fieri iudicem magis instructum, nec contra delinquentem maiorem dari probationem, me citato in hoc loco Homobon. d. quest. 19. resolut. 3.

69 Octauò, nemo tenetur denunciare emendatum ante correctionem fraternam, et si iudex id præcipiat, nisi quando fraternæ correctio non est necessaria, & in crimine hæresis, prodicionis, & aliorum, in perniciem Reip. vergentium, vel quando non speratur

emendatio, quia superior non præsumitur velle sibi fieri denuntiationem, cum iam sufficienter sit ipsius intentioni satisfactum: tum quia non possumus proximum infamare, nisi ad sit aliqua necessitas, & rationabilis causa: tum quia Christus Dominus iussit, vt tunc Ecclesiæ diceretur, vbi peccator admonitus se non corrigeret. Ita Petr. Nauar. de restitut. lib. 2. cap. 4. num. 247. Nauar. in man. cap. 25. num. 40. Sor. de iustitia lib. 5. art. 1. quest. 5. Syluestr. verb. denuntiatio, quest. 4. Henric. d. §. 3. littera C. [Gu-tier. canon. lib. 1. cap. 11. num. 73.] Valer. Reginald. d. lib. 24. num. 60. Sayr. d. cap. 14. num. 27. Marc. Anton. Genuen. d. cap. 2. num. 5. Valq. de restit. cap. 9. §. 3. num. 4. Vgolin. d. cap. 46. §. 4. vers. postremo. Soar. d. disp. 20. sect. 3. num. 4. Auila par. 2. disp. 5. cap. 5. num. 4. concl. 1. Lazzar. sect. 2. q. 7. Filliuc. tract. 14. cap. 2. quest. 1. nouissimè Bonacin. var. tract. 6. puncto 1. §. 8. num. 1. [Sanch. in Decalog. lib. 6. cap. 18. num. 49. & lib. 6. consil. c. 2. dub. 5. num. 2. Raynaud. d. par. 1. cap. 3. quest. 9.] Intellige, modò iudex intendat solum emendationem, vel satisfactionem, quia secus si præter emendationem intendat etiam punitionem in sua inquisitione, nam tunc excommunicatio incurreret non denunciando delinquentem iam emendatum, modo delictum sit publicum, & quando dubitatur an Superior intendat correctionem, aut satisfactionem partis, aut punitionem, præsumi intendere punitionem, dicunt Valer. Reginald. d. lib. 24. numero 51. & 61. Sed melius cum [Bonacin. d. tract. 6. puncto 1. §. 3. num. 3. Raynaud. d. par. 1. cap. 3. quest. 9. vers. si addebam, propè fin.] existimo Prælatos Ecclesiasticos in edictis generalibus magis prætere emendationem, quam punitionem delinquentis. [Illo tamen casu reus quantumcùnque emendatus venit vi monitorij denunciandus, videlicet si sit periculum relapsus, & damni grauis inde securi communitati, aut etiam priuatae personæ, vt in hæretico, qui licet emendato ad votum redibit in tempore & occasione, exemplificat Farin. de heresi q. 197. §. 2. n. 52. Suar. de Fide disp. 20. sect. 4. n. 13.]

Nonò, nemo tenetur denunciare, nec testificari, quando probabiliter timet sibi aliquod graue damnum spirituale, vel temporale, siue inimicitiam capitalem euenturam ex reuelatione: ita [Nau. in man. cap. 25. num. 50. Neuzian. d. lib. 3. num. 47. Sor. de secreto memb. 2. q. 6. dub. 5. Ludou. Vitalis de reis & testib. per censum cogen. num. 37. Raynaud. cap. 3. quest. 17.] Marc. Anton. Genuen. d. cap. 2. num. 6. Vgolin. d. cap. 46. §. 5. vers. postremo, Possuini. d. cap. 12. num. 46. vers. quarto, Iacob. de Grassis in aurois decis. par. 1. lib. 4. cap. 8. num. 3. Soar. de censur. disputat. 20. sect. 3. reg. 3. num. 9. vers. secundum exemplum, Auil. in simili tract. p. 2. cap. 5. disp. 5. dub. 2. Filliuc. tract. 14. c. 2. quest. 5. & 6. Lazzar. d. sect. 2. quest. 14. num. 1. Bonacin. var. tract. 6. puncto 1. §. 3. num. 1. [Marcel. Vulpe d. cap. 2. num. 11.]

Decimò, nullus tenetur denunciare, nisi quos pars, vel iudex intendit ligare, nam excommunicatio vim habet ab eorum voluntate, ita Sor. de iustit. lib. 5. q. 3. art. 1. Petr. Nauar. de restitut. lib. 3. c. 2. q. 2. dub. 5. Nauar. in man. cap. 27. num. 14. Salon 2. 2. q. 66. art. 3. Lazzar. sect. 2. num. 3. & sect. 3. q. 8. Molina de Instit. tract. 2. disput. 686. num. 2. Sayr. d. cap. 14. num. 69. Marc. Anton. Genuen. d. cap. 2. num. 8. Rebello de obligat. Instit. p. 1. lib. 2. q. 15. sect. 7. num. 15. Valq. in opusc. cap. 5. §. 1. dub. 7. n. 37. Filliuc. tract. 14. cap. 1. questio 7. num.

num. 18. & cap. 2. *questio* 7. num. 38. Mar. Alter. *de cens. lib. 3. cap. 8. col. 5. vers. primo excusatur*, nouissimè Bonacin. *var. tract. 6. puncto* 1. §. 1. [Raynaud. *dist. par. 1. cap. 3. quas. 13. & 14. vbi metipsum citat.*] qui hinc inferunt patrem non præsumi, quod velit filium, qui eius bona surripuit, excommunicari, nec maritum uxorem, & similes.

72 Undecimò nemo tenetur denunciare iustum compensatorem, in casibus, quibus ipse compensans vi monitorij non tenetur ad se patefaciendum, vt supra dixi num. 49. etiam si excommunicatio specialiter lata sit contra scientes, & non manifestantes, quia quando principalis non ligatur, etiam minus principalis non ligatur: tum quia nemo tenetur se, aut alterum innocentem prodere; ita Salon. 2. 2. *quest. 66. artic. 5. controuerf. 2. Arag. 2. 2. question. 62. art. 2. Lessi. de iustitia lib. 2. cap. 12. dub. 10. numero 6. Sayr. dist. cap. 14. num. 30.* [Ioan. Neuzan. *in sylua nupt. verb. monitoria, numero 43. Nauar. in man. cap. 25. num. 46. Clar. in practic. verb. furtum, numero 21. nouissimè Marcel. Vulpe dist. cap. 2. num. 10.*] Lazzar. *sect. 2. question. 8. & 9.* [& inde supra num. 49.] In tantum quod conficius iusta compensationis libere non potest iurare se nihil habere, intelligendo intra se, vt teneatur manifestare, habet enim iustam tergiversandi causam, Nau. *in man. cap. 13. num. 166. Aragon. 2. 2. question. 69. par. 2. ad finem, & ibi Ban. ac Salon. controu. 11. Valent. tom. 3. disput. 5. quest. 13. puncto 2. Molina disp. 692. ad finem.* Si verò de iustitia compensationis, vel de impotentia restituendi dubitet, tenetur denunciare, nisi rationabiliter deponat dubium, vt post Petr. Nauar. Lazzar. Henriq. Fr. Emmanuel & Azor, firmat Bonacin. *d. puncto 1. num. 30.* vbi hoc verum esse dicit, etiam si ille, qui rem accepit, asserat se illam in compensationem accepisse, nisi forte esset vir tantæ fidei, vt illi merito præstanda sit fides, & n. 31. resoluit eos, qui occultant bona ob res alienum, vel ob delictum commissum, ne à fisco, vel à creditoribus capiantur, teneri vi monitorij ad illa manifestanda: similiter etiam dicit, quod impetrantibus creditoribus excommunicationem contra retinentes bona Titij, & contra nō manifestantes, tenetur Caius denunciare Titium, qui sibi vendidit possessionem in confidentia. ne creditores illam caperent; si facta correctione Titius non vult satisfacere creditoribus. Quando autem possit concedi monitorium contra donatarios, vel legatarios, qui fidem præstiterunt testatori, de restituendo bona filiis spuris testatoris, vel donatoris, tradit latè Lazzar. *de monitor. sect. 3. q. 5.*

73 Duodecimò, nullus tenetur denunciare ratione monitorij, quando tempore publicationis, & excommunicationis degebat extra territorium Episcopi excommunicantis; secus verò, si nondum elapso termino in monitorio concessio, se trāsferat ad aliam dioccesim, intentione ibi manendi maiore anni parte, vel ibi perpetuò habitandi; ita Henriq. *d. cap. 18. §. 4. littera F.* Marc. Anton. Genuen. *dist. cap. 2. num. 7.* Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 7. num. 19.* Lazzar. *sect. 4. quest. 17. num. 2.* [Marcel. Vulpe *dist. cap. 2. num. 13.*] tum quia ꝑ Superior non potest suis censuris ligare existentes in alieno territorio. *cap. 2. cum ibi notatis, de constit. & resolutis per Bonacina de censuris, disp. 1. quest. 1. puncto 11. à num. 6.* tum quia ꝑ excommunicatio lata sub conditione, vt satisfaciatur infra certum tempus, ligat si pendente conditione efficiatur alterius facti, *glor. verb. impedire,*

74 in cap. prætera, il 2. de appellat. recepta per Innoc. & Abb. ibi. Obligatio in monitorijs constituta ad reuelandum incipit à die, & hora, qua publicatur monitorium, excepto primo die, modò eodem die monitorij notitia habeatur, tempus enim constitutum in monitorijs incipit currere à die scientiæ. Henriq. *dist. cap. 18. §. 6.* Soar. *tom. 5. disput. 20. sect. 3. num. 13.* [Bonacin. *in var. tractat. tract. 6. par. 1. §. 7. num. 2. Diana p. 3. tract. 5. resolut. 95.* Raynaud. *dist. p. 1. cap. 1. quas. 14.*] Lazzar. *sect. 2. question. 1. num. 2.* vbi num. 4. tenet in monitorio lato ad denunciandum iniustum rei alienæ detentorem intra quindecim dies, non comprehendi primum diem, nisi forte dicatur, hinc ad quindecim dies, hac enim forma loquendi videtur terminus statim inchoari.

76 Qui non denuntiat intra tempus præscriptum in edicto, tenetur elapso eo tempore denunciare, quamprimum commode potest, quia terminus non apponitur ad finiendam obligationem denunciandi, sed ad eam sollicitandum. Nauar. *cap. 25. num. 46.* Soar. *dist. sect. 3. num. 13.* Fr. Emman. *in summ. par. 1. cap. 79. num. 18.* Valer. Reginald. *dist. lib. 2. n. 63.* Lazzar. *dist. quest. 1. num. 7.* [Diana *resol. moral. p. 3. tract. 5. resolut. 95.* me citato *in hoc loco* Raynaud. *d. p. 1. cap. 1. quas. 14. vers. difficultat. secundo,* vbi in contrarium citat Philiarich. Vgolin. & Naldum.] quia elapso termino semper tenetur sub excommunicatione denunciare. Grassis *in decis. aureis par. 1. lib. 4. cap. 18. num. 10.* Lazzar. *sect. 2. quest. 4. num. 8.* nisi impotentia, vel alia iusta causa teneatur, qua sublata sub eadem excommunicationis obligatione denunciare obligatur, ex Soar. ac Fr. Emman. *dist. locis,* & Lazzar. *dist. quest. 4. num. 5.* & tunc non denuntiando toties incurrit excommunicationem, quoties commode potest denunciare, quia tot sunt censuræ, quot sunt moraliter, & formaliter actus contra receptum, seu quot sunt transgressiones formaliter, & moraliter, iuxta resoluta per Bonacin. *d. quest. 1. puncto 5. à num. 2.* Sed acquirit videtur opinio, quam Nauar. Lazzar. & alij sequuntur, dum videntur supponere, quod iste talis maneat in eadem excommunicatione non denunciando intra triennium, & aliam nouam non incurrat. [refert & sequitur me citato *in hoc loco* Theophil. Raynaud. *d. p. 1. cap. 1. quas. 14. vers. mouetur quarto,* & probabilem iudicat Diana *dist. par. 3. tract. 5. resolut. 95.*

77 Sedan terminus in monitorio præfixus prorogari possit ex sola voluntate partis, ad cuius instantiam concessum est monitorium, Iudice interim proxius incio, ac ne tacitè quidem consentiente in prorogationem post habitam eius notitiam? Quidam existimant terminum huiusmodi prorogari posse, quia monitorium in gratiam partis est concessum, vt ab iniuria indemnis fiat; si ergo pars vltra cedat iuri suo, & sicut potest obligationem proxius remittere, ita eam proroget vltra terminum præfixum à Iudice, nihil obstabit quominus liceat frui beneficio partis, cui Præsul monitorium concedens veltificari voluit. Ita Neuiz. *d. lib. 3. num. 55.* Tolet. *in instrum. lib. 1. cap. 9. num. 5.* Suar. *de censur. tom. 5. disp. 3. sect. 6. num. 9.* Hurtado etiam *de censur. in communi diffic. 26. num. 113.* Alij verò contrarium sustinent eo moti fundamento, quia excommunicatio non potest suspendi, nec impediiri quominus suo tempore effectum habeat, nisi sit in suspendente iurisdictione; hæc autem non est in parte, ad cuius instantiam concessum est monitorium: igitur non potest vim eius suspendere, quod faceret si elapso ter-

mino à Iudice præfixo, posset inducias elargiri ei, quem monitorium vrgit ad nunc exequendum, ex horum numero sunt Syluest. *in sum. verb. excommunicatio 2. notab. 1. casu 13.* Nau. *in man. cap. 27. num. 15.* Nald. *in sum. verb. excommunicatio num. 23.* Sayr. *de censur. lib. 1. cap. 12. num. 20.* Inter vtramque opinionem mediam viam assumit Raynaud. *d. par. 1. cap. 1. quas. 14. vers. est quarta difficultas,* dum ait ante factum tenendam esse secundam sententiam, quippe securiorem, sed post factam primam sententiam esse satis securam, posseque approbari absque scrupulo.]

78 Monitoria hæc non dicuntur statuta, sed mandata generalia, vel specialia, lata ab homine, quæ morte, aut remotione concedentis ab officio, expirant, antequam incurrat in excommunicationem, Nauar. *in man. cap. 27. num. 2.* Marc. Anton. Genuen. *in praxi cap. 1. num. 18.* Henriq. *dist. cap. 1. §. 4. in princip.* vbi etiam quod dum edicta per modum visitationis promulgantur, expirant, non quidem statim post sex dies, inter quos iubet denunciare, sed finito visitationis tempore, aut paulo post, quamuis publicentur per parochias vrbis, vbi residere solet Episcopus.

79 [Decimotertiò, impotentes ad restituendum non tenentur denunciare, vt per citatos supra num. 47. quibus addo Marcel. Vulpe *dist. cap. 2. num. 12.* vbi subdit quòd esse dicitur non posse restituere non solum qui in extrema necessitate, sed etiam qui commode non potest sine probabili damno bonorum suorum altioris ordinis, qualia sunt vitæ, salutis, honoris & famæ, nisi ille, cui faciendæ est restitutio, non sit in eadem, & equali necessitate, vt quia oportet eum viuere indecenter, nisi restituantur ei sua bona ablata, vel iniuste detenta, latè Raynaud. *dist. par. 1. cap. 2. questio 3.*

80 Decimoquartiò Monachi, & Fratres Regulares scientes rem, de qua in monitorio, si non reuelant, non sunt excommunicati, quia sunt exempti à iurisdictione Ordinariorum, qui decernunt huiusmodi monitoria. Marcel. Vulpe *d. cap. 2. n. 14.*

81 Decimoquintiò, non tenetur denunciare, qui rem habet sibi debitam, cum sunt creditores ipso anteriores, quia Iudex Ecclesiasticus intendit tantum obligare ad restitutionem id, quod non potest retineri absque peccato, iste autem benè potest rem huiusmodi sibi debitam retinere, ita Comitul. *resp. moral. lib. 3. q. 39.* Ferdinand. *p. 4. exam. cap. 5. n. 13.* Dian. *resp. moral. p. 3. tract. 5. resolut. 10.* quos refert & sequitur Raynaud. *d. p. 1. cap. 2. quas. 6.*

82 Decimosextiò, non tenetur etiam denunciare vi monitorij ad finem restitutionis, qui rite rem præscriptis; quia per vsucapionem & præscriptionem res fit propria vsucipientis, & præscribentis. Ita Nau. *conf. 35. n. 8. de sent. excom.* Auila *de censur. p. 2. c. 5. disp. 5. dub. 1. illat. 3.* Raynaud. *d. par. 4. c. 2. quas. 7.*

83 Decimosseptimò non tenetur etiam denunciare, qui bona fide rem alienam pretio numerato emit à latrone, negata, aut non sperata refusione pretij. Ita Rebell. *de obligat. iustit. p. 1. lib. 2. q. 9. n. 6.* Sanch. *de matrim. lib. 2. disp. 41. à num. 27.* Sayr. *in clau. Reg. lib. 10. tract. 2. c. 3. n. 5.* Raynaud. *d. p. 1. cap. 2. quas. 10.* vbi subdit quòd bona fide emisse si dicitur, qui inuincibiliter ignorans rem fuisse furto subductam, aut esse alienam, appendit pro ea pretium: vel qui conficius rem fuisse furto subductam, tamen eam à latrone numerato pretio accipit eo animo vt domino restituat, si contingat illum comparere, alioquin eam sibi retenturus. Qui enim à latrone bona fide emit, quamuis iuxta opinionem Couar.

Medinæ, Molinæ, & aliorum teneatur rem à furto emptam domino comperto reddere, etiam cum pretij dispendio si dominus nolit illud refundere, nec possit rescindendo contractum rem latroni reddere, vt pretium à se datum recuperet; attamen iuxta sententiam valde probabilem potest contractum rescindere, & pretium suum quod aliter perderet, recuperare, ita Nau. *in man. c. 17. n. 12.* Philiarich. *de officio Sacerd. p. 2. lib. 6. cap. 18.* Valent. 2. 2. *disput. 5. q. 6. puncto 4.* Lessi. *de iustit. lib. 2. cap. 14. num. 14.* Rebell. *de obligat. iustit. p. 1. lib. 2. q. 9. n. 3.* Torres *tom. 2. disp. 13. dub. 2.* Bonacin. *de contract. disput. 1. de restit. q. 4. puncto 2.*

Decimoctauò, reuelare ad Episcopi monitorium nullo modo tenetur, vbi quis rem suam detentam ab aliquo propria auctoritate, sine scandalo tamen, accepisset, eo quòd via iudiciaria ei succurri non possit; ita Franc. Viuian. *decis. 223. num. 4. & 5. lib. 2.* Gurtier. *canon. lib. 1. cap. 11. n. 67.* Padil. *in l. cum quis num. 17. C. de iuris & facti ignor.* quos & alios refert Cancr. *var. resolut. tom. 2. c. 10. n. 39.* licet enim ex interuallo tempore meam occupate, quoties Iudicis auctoritate succurri non possit, itaut per viam iuris & iustitiæ non possem consequi ius meum, Nau. *in man. c. 17. n. 112. & conf. 1. n. 9. de iniur. & damno dato,* plures per Cancr. *d. c. 10. n. 35.*

84 Aduertendum tamen duxi, quod cum huiusmodi monitoria sint remedium subsidiarium, & concedi non solitum, nisi cum probationes alia haberi non possunt, reuelandi obligatio extendi videtur ad omnes quiqui sint, quomodocunque; & qualitercunque sciuerint, quare licet supradictæ exceptiones adducerem, quia ab aliis positas reperio, præmoneri tamen volui, ne qui ita illis ex se fidat, vt statim ex iis secum iudicet, nam si indistinctè, & incautè hoc faciat, frustratoria remanent monitoria, quod in præiudicium non solum ea petentium, vel etiam animarum eorum, qui aliquid sciunt, vergere potest; cautela igitur præcipua erit, qui aliqua prædictarum exceptionum vt possit censuerit, non sibi videre, sed peritum consulere, & idoneum Confessarium, qui rei veritate perpensa posset sibi dicere teneatur ne, an non teneatur reuelare. [Illud demum te scire volo quòd qui cum tenetur denunciare furem, non denuntiat, non solum incurrit excommunicationem, sed insuper tenetur restituere damnificato. Ita Aragon. 2. 2. q. 70. art. 1. Auila *de censur. par. 2. cap. 5. disput. 4. dub. 3. concl. 8.* licet in rigore contrarium sit verius, prout sustinet Theophil. Raynaud. *de monit. par. 1. cap. 3. quas. 24.* & nouissimè Diana *moral. resolut. par. 5. tract. 13. resolut. 68.*]

85 Cætera ad materiam litterarum monitorialium ad finem reuelationis, sub excommunicationis pœna pertinentia, luculentissimè scripsit Petr. Anton. Lazzarius *in suo tractatu de monitorijs,* & tradunt Ioan. de Neuiz. *in sua sylua nupt. lib. 3. verb. monitoria,* Nauar. *in repetit. cap. inter verba 11. quest. 3. concl. 6. coroll. 66.* Franc. Marc. Delphin. *decis. 850. & 82. cum sequenti,* Achill. de Grassis *decis. 6. de sententia excommunicat.* Zerola *in praxi Episcopali. par. 1. verb. excommunicatio, pag. 134.* Gurtier. *canonic. libr. 1. cap. 11.* Quaranta *in summa Bullarj, verb. excommunicationes, ad finem reuelationis,* Henriq. *in summ. lib. 3. cap. 18.* Francisc. Leo *in thesauro fori Ecclesiastici part. 3. cap. 7. num. 13. cum sequentibus,* Campan. *in dixerf. juris Canonici rubr. 11. cap. 15. à num. 83.* Aloyf. Ricc. *in praxi verum fori Ecclesiastici decis. 267. cum sequentibus in prima edit. & resolut. 233. cum multis sequentibus in secunda editio-*

ne, Vgolin. de potestate Episcopi cap. 45. & 46. nouissimè Carralco in aliquas leges noua recop. cap. 4. de censuris monitorialibus, [Marcel. Vulpe in praxi iudiciali fori Ecclesiast. cap. 2.]

ALLEGATIO XCVII.

Episcopus an possit noua miracula approbare, & Sanctorum reliquias publicè venerandas exponere?

S V M M A R I V M

- 1 Episcopus quod non habeat potestatem, & iurisdictionem examinandi, & approbandi noua miracula, que suadeant fundamenta, ostenditur.
2 Conrarium verius.
3 Concil. Trident. sess. 25. de inuocat. & venerat. Sanct. declaratur.
4 Cap. 1. de Reliq. & veneration. Sanct. declaratur.
5 Canonizatio Sanctorum solo Romano Pontif. est reservata.
6 Testes diligenter examinandi super miraculis Sanctorum, & de singulis circumstantiis respondere debent, & rationem reddere tenentur, & non sufficiunt singulares.
7 Miraculum dicitur mirum factum.
8 Miraculum vt proprie dicatur qua requirantur, ostenditur.
9 Miracula examinandi potestas solo Episcopo, non tamen alio inferiori competit.
10 Reliquias Sancti etiam antiqui nondum canonizati, non licet Episcopo approbare.
11 Reliquia inuenta alicuius Sancti in Sanctorum numerum iam diu relati, cognoscendo, & approbante Episcopo, etiam publicè coli possunt.
12 Solemnes preces & publicas fundere non licet de sancto non canonizato.
13 Nemini licet publico, aut solemnè casu absque Sedis Apostol. auctoritate personam non canonizatum venerari, & num. 14.
15 Reliquias Sancti ab Ecclesia canonizati competit Episcopo in sua diocesi approbare.
16 Episcopus extra suam diocesim existens, potest facultatem concedere, vt in ea publicè reliquia alicuius Sancti canonizati collocentur veneranda.
17 Reliquias nouiter inuenta approbandi an sint Sanctorum iam canonizatorum, refertur modus.
18 Reliquiarum Sancti canonizati qua certitudo veritatis requiratur, vt huiusmodi reliquia venerari possint, ostenditur.
19 Decretum nouissimum S. Congreg. refertur.

RO parte negatiua, quod scilicet Episcopus non habet potestatem, vel iurisdictionem ad prædicta miracula examinanda, facit ratio text. in cap. audiuimus in 1. de reliq. & vener. Sanct. vbi reprobat Romanus Pontifex, & reprehendit quosdam venerantes quendam, qui fuit occisus, & concludit his verbis, cum etiam si per eum miracula fierent, non liceret vobis ipsum pro Sancto absque auctoritate Romana Ecclesie venerari. Facit etiam text. in cap. venerabili, de testib. vbi summus Ponti-

fex improbat probationes quasdam factas ab Abate quodam Cisterciensi de vita cuiusdam Religiosi, & eas committit faciendas quibusdam delegatis. Facit denique Bulla Leonis X. lecta, & publicata in Concil. Lateranen. eiusdem Pontif. tempore congregati, vbi inhihentur Sacri verbi Concionatores noui, & conficta miracula prædicare, & reuelationes, nisi à Romano Pontif. fuerint approbata: quibus forsitan fundamentis in hanc partem inclinare videntur Dominus meus Felix Contelor. in addit. ad Iacob. Castell. de canonizat. Sanctorum quest. 3. art. 1. Philoth. de officio Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 3. cap. 9. vers. quinto, Ioan. Baptista Sign. de reliquijs & venerat. Sanct. cap. 3. in princ. Dom inic. in foss. de sacrarum reliq. cultu §. 22. n. 42.

His tamen non obstantibus affirmatiua pars verior est, quam probat Concil. Trident. sess. 25. de inuocat. & venerat. Sanct. ibi, Nulla etiam admittenda esse noua miracula, nec nouas reliquias recipiendas, nisi eodem cognoscendo, & approbante Episcopo, qui simul atque de his aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & alijs pijs viris ca faciet, que veritati, & pietati consentanea iudicauerit, referunt [Mar. Antonin. var. resol. libr. 1. resol. 112. casu 42.] Pialec. in praxi Episc. par. 2. cap. 3. num. 18. vers. miracula, Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 1. num. 21. me citato in hoc loco Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico tractat. 12. cap. 3. quest. 15. supp. 2. [nouissimè Lauret. de Franchis in controuers. inter Episcopum & Regulares pag. 252. vers. ad 11.]

Non obstat si quis dixerit verba illa Concilij Trident. esse tantum intelligenda de miraculis Sanctorum Canonizatorum, quia respondetur eius verba, nulla etiam admittenda noua miracula, esse vniuersalia, & comprehendere omnia miracula facta per Sanctos ante, & post Canonizationem, iuxta resol. 1. §. generaliter, ff. de legatis præst. & l. pretio, ff. de publico. in rem actione, cum similibus. & ita censuit Sacra Congregat. Concilij de mense Ianuarij 1626. nam mihi instanti & querenti, an dispositio Concilij citato loco intelligenda esset de miraculis persona etiam non canonizata, an vero de miraculis Sanctorum canonizatorum? respondit de omnibus esse intelligendum, prout habetur in originali responsione apud me asseruata, de qua memini in collect. ad cap. vlt. num. 3. de reliquijs & vener. Sanct. [Francisc. Carrasc. ad leges noua recopil. cap. 5. quicquid respondere conetur D. meus Felix Contelor. d. cap. 5. num. 14. vers. & ex his.]

Nec etiam obstant quæ supra pro parte negatiua expendebamus, nam ad cap. audiuimus respondetur, quòd ideo ibi reprehensu fuerunt quidam homines eò quod diabolica fraude decepti quendam in ebrietate occisum venerarentur, & decitio illius text. est non licere venerari, seu colere quemquam, etiam si miracula fecerit, nisi auctoritas Romani Pontif. interueniat; vnde colligitur in eo text. Episcopo non adimi facultatem faciendi informationes miraculorum: [nam licet Episcopi canonizare non possint, possunt tamen capere informationes de vita, & moribus, & miraculis illius, qui beatificari & canonizari petitur, Dom. Contelor. d. tractat. de canonizat. Sanct. cap. 4. num. 20.] in actu enim de quo agimus, tria diuisa considerari debent, videlicet examen miraculorum, quod Episcopus facere potest, iuxta supradicta. Et beatificatio, per quam Beatus declaratur Ciuis, non tamen dies mortis, nec officium in eius memoriam celebratur, nec etiam illi Ecclesia dedicari potest, Malucet. de canoniz. San-

torum dub. 1. n. 20. [Beatificatis enim adhuc non Canonizatis deferri solum potest is cultus, & veneratione, quam Summus Pont. in eius beatificatione præscripsit, D. Contelor. d. tract. de Canonizat. Sanct. cap. 22. num. 25.] Et denique Canonizatio, quæ solo Romano Pont. Ecclesie Capiti, & Christi Vicario in hac Militanti Ecclesia est reseruata, vt resoluunt plures per me citati allegat. 50. n. 43. [Intellige quantum ad ipsius canonizationis decretum, & iudicium, non autem respectu ceterorum actuum, siue iudicialium, siue extraiudicialium præcedentium ipsam Canonizationem, quales sunt inquisitiones de moribus canonizandi, peruestigationes de forma Sanctitatis, examina testium super probitate, vitæ humilitate, patientia, castitate, constantia Fidei, & charitate erga Deum, & proximum, ista enim, & similia cum non reperiantur soli Romano Pontif. & Sedi Apost. reseruata tanquam relicta dispositioni Iuris communis, ab Episcopis, & eorum legitimis Vicariis fieri possunt, vt optime resoluit D. Contelor. d. tract. cap. 4. num. 21. subdens infirmationes & processus huiusmodi factos per Episcopos aut eorum vicarios, vel ab eis deputatos, seruatis de iure seruandis, legitimis esse, & validos, eisque plenam fidem adhibendam, aduertit tamen n. 22. quod non conuenit, licet possit Sedes Apostolica procedere ad alicuius canonizationem ex solis processibus factis auctoritate ordinaria, sed vterius requirit processum factos auctoritate Apostolica. Et n. 24. asserit superiores Religionum, seu earum Prælatos nullam habere iurisdictionem, vel auctoritatem in fabricando processu super sanctitate vitæ, & miraculis alicuius Religiosi, qui subiectus sit, nec aliquâ fidè illis dari si processum fabricauerint: & multo minus inferiorè Episcopo, vel habentè quasi Episcopale iurisdictione posse manus operare. Vnde Molles. conf. 46. n. 21. cum segg. quem refert D. Contelor. d. tract. c. 5. n. 23. tenet quod licet hæc procedat de stylo, de Iure tamè ex solis processibus ab ordinario rite, & rectè fabricatis posse Papam ad canonizationem procedere.]

Ad text. verò in d. c. venerabili, respondetur, ideo Summum Pont. ibi commisisse Corisopiten. & Trecor. Episcopis, vt sigillatim examineret testes producidos super vita, & miraculis piæ memoriæ M. Abbatis Cisterc. quos Abbas, & Monachi eiusdè Ordinis iam examinauerat, quia eos sine debita diligentiâ & minus iudicialiter, prout oportebat, examini supposuerunt.

Nam super miraculis, quæ omnimode ad canonizationem alicuius requirantur, [cum sint signa sanctitatis propter influentiam virtutis in facientem miracula, seu in impetrantem, Triumph. de potest. Eccles. q. 15. art. 4. vers. 2. Molles. conf. 46. n. 42. & 43. D. Contelor. d. tract. c. 14. n. 16.] testes diligentissime sunt examinandi, nec sufficit aliquem deponere de vno miraculo, & alterum de altero, sed requiritur, vt frequentia miraculorum probetur à pluribus testibus, Malcard. de probat. concl. 262. n. 39. cum segg. [cuius tamen opinionem reprobat D. Contelor. d. tract. de canoniz. Sanct. c. 18. n. 10. cum segg. asserens si eadem locus foret, impossibile esse aliquem Sanctum canonizare, nisi ipse de cuius canonizatione agitur, eisdem testes semper secum duceret, qui viderent ipsum facientem miracula, & postea de miraculis testificarentur, & ideo melius n. 3. cum segg. tenet ad indirectam miraculi probationem, seu ad probandum miraculum duos testes contestes, & idoneos, regulariter loquendo, sufficere, etiam si sint domestici, vbi agitur de probando aliquo facto domestico, vel eius Religionis in qua vixit, & decessit ille Sanctus de cuius canonizatione agitur, & n. 17. cum Barbof. de Episcopo Pars III.]

segg. concludit miraculum aliquando probari per vnicum testem fide dignum, quando scilicet ex natura miraculi illud non potest probari nisi per vnicum testem, vt euenit in reuelationibus, & apparitionibus illius, de cuius canonizatione agitur, & similibus; & quando ipse testis deponit de miraculo in sua persona perpetrato, quando aliter probari non potest; vel quando cum dicto vnus testis concurrunt indicia & adminicula, ex quibus Iudex potest animu suum informare quod testi sit credendum, vtputa si cum dicto testis vnus de visu concurrat publica vox & fama probata saltem per duos testes. Et non probant, nisi etiam rationem reddant, quia hæc transcendunt naturam. Rebuff. de reprob. testium n. 460. Marc. Ant. Genuens. in praxi Archiep. Neap. cap. 49. n. 3. in vltima impress. vbi etiam cum Abb. in d. c. venerabili, resoluit quòd testes diligenter examinari, & de singulis circumstantiis respondere debent, quod etiã tenet Pialec. in praxi noua Episc. d. c. 3. n. 8. vers. nec credendum. [Lauret. de Franchis d. tract. pag. 249. vers. 6. & in vers. ad 7. monet huiusmodi miracula summa diligentia examinada esse ob plurimas, quæ desuper exoriri solent, difficultates, vt discernantur vera à iudicatoriis, & ideo Concil. Trid. in admissione nouorū miraculorū, Episcoporū, Theologorū, & aliorum priorum virorum operam requirit, & pag. 252. vers. ad 10. refert quòd quado miracula fieri dicuntur in aliqua Ecclesia seculari, siue Regulari virtute sacrarum imaginum, statim Episcopi mandant operiri imagines, ianuas Ecclesie claudi, & impediunt concursum hominū ne miracula publicentur, nisi prius per testes legitimos fuerint sufficienter probata, & processus, siue aliquid huiusmodi mittatur ad Papā, & in vers. ad 12. tenet quod tam seculares quam Regulares admittentes noua miracula puniri possint ab Episcopo. Et hac de re plura aduertit D. Contelor. d. tract. c. 25. n. 62. cum segg. quòd scilicet debent iurare de veritate dicenda, & sigillatim examinari, & causam sui dicti etiam non interrogati reddere, & n. 77. cum segg. disputat an debeat examinari super interrogatoriis, si fuerint inserta in Remissoria.]

Miraculum enim dicitur, mirum factum, vel quasi admiratione plenum, & probari potest, quando probatur aliquid quod vires naturæ superat, Malcard. concl. 1066 à n. 1. [Castell. de canoniz. Sanctorum q. 6. vers. quæro quid sit miraculum, Viguier. in insti. Theolog. c. 9. §. 2. vers. 1. iur. de miracul. definit. & essent. fol. 103. plures relati per D. meum Contelor. d. tract. de canon. Sanct. c. 16. à princ.] quòd vt proprie dicatur, quatuor concurrere debent. Primo, vt supra dicebamus, quod sit supra naturam, sicut de virga Moy- sis mutata in colubrum, & de asina loquente ad Balaã, ex c. cum ex imitudo, de heret. in 6. [Troil. Malucet. de canoniz. Sanct. dub. 3. n. 4. Castell. eod. tract. q. 6. D. Contel. in simili tract. c. 17. n. 2.] Nam illud quod per causas naturales fieri potest, non est miraculum. Bart. in tract. de testib. n. 57. Secundo, quod appareat illud ex Deo, non ex arte contingere, neque ex Diabolo: nam miracula quandoque fiunt per malos. cap. teneamus, c. prophetaur. 1. q. 1. [Sic Balaam sceleratus auiolus Spiritu Dei prophetauit Numer. cap. 22. Saul deprauatus Rex simile donum à Deo obtinuit Reg. 1. c. 10. Caiphas pessimus Pontifex, & Christi hostis acerrimus per eius mortem humano generi redemptione esse paratam diuino Spiritu annunciauit. Ioan. c. 21. Iudas proditor gratiam habuit miraculorum, Anath. in quest. sacre Scripture q. 32. Couartuias de vera prophetia lib. 1. cap. 16. Et alijs etiam gentilibus, & infidelibus datam esse miraculorum gratiam referunt S. Thom. 2. 2. q. 172. Suar. part. 3. q. 14. tom. 2. 111 Maiol.]

Maiol. *dierum canicularum tom. 2. colloq. 2.* Perez in *laurea Salmatina certam. 1. de Deo primo, & vno. dub. 1. c. 1. n. 33. & dub. 2. c. 1. & certam. 4. c. 3.* quos refert nouissimè Torreblanca in *practicab. Iuris spiritualis lib. 1. c. 11. ex n. 14. & n. 2.* Raph. de la Torre *tom. 2. q. 90. art. 2. disp. 8. n. 8.* Cassan. in *catalog. glorie mundi p. 3. confid. 49. vers. primo quod ex Deo.* Castellan. *d. q. 6. in princ.* Torreblanca *de iure spirit. lib. 1. c. 9. à princ.* D. Contelor. *d. tract. c. 17. n. 1.* Et quod miracula per malos edi possunt, expresse fatentur Thom. Waldens. in *opere Sacram. tom. 1. tit. 2. 4. c. 168. ex num. 1.* Raphael de la Torre *tom. 2. de vit. oppos. Relig. q. 90. art. 2. disp. 8. n. 8.* Perez in *laurea Salmatina cert. 1. dub. 1. c. 1. ex n. 32. & cert. 4. dub. 1. c. 3.* Malucda *de Archicristo lib. 6. c. 1. & lib. 7. c. 15.* Tertio, quod effectus fiat præter solitum, & consuetum modum causandi, [Ioan. cap. 9. *de ceco nato*, ubi fecit lutum, quod non solum non est illuminatiuum, sed obsecratiu.] & sic iustificatio impij non est opus miraculosum, nam consuetus cursus iustificatiōnis est, vt Deus moueat animam, & homo conuertatur. D. Thom. 1. 2. q. 113. art. 10. Quarto quod sit ad corroborationem Fidei, & idco ea, quæ sunt ministerio hominum, & non tendunt ad constituendam Fidem, non sunt dicenda miracula. Mascard. *concl. 64. num. 9.* [Quinto vt fiat ad bonum finem, vt patet in languido Ioan. cap. 5. *Vade, & noli amplius peccare*, & de paralytico, seu hydroptico Lucæ cap. 13. August. *tract. 24. in Ioan.* ubi ait quotidiana viluerunt, *glor. verb. paucitate in cap. legitimus 93. dist. Multa ad rem nouissimè Lauret. de Franchis in controuers. inter Episcopum, & Regulares pag. 246. vers. ad 2. resp. ubi in vers. ad 3. resp.* plura cumulat ad quæ sunt miracula. Nam miraculorum potestas est vnum ex præcipuis signis, quibus Deus vsus est ad stabiliendam fidem, Cardin. Bellarm. *tom. 1. lib. 4. de nobis Eccles. c. 14. & tom. 2. lib. 2. de Sacram. confirm. cap. 2.* Thom. Bossi. *de signis Eccles. lib. 3. c. 6. pag. 107. & lib. 5. c. 1. & lib. 20. c. 1. fol. 310.* Lotin. in *actis Apostol. c. 2. n. 44.* Anton. Posseuin. in *bibliothec. tom. 1. lib. 2. c. 37.* Bernard. Aldrete *de antiquis. Hispan. lib. 2. c. 15.* Torreblanca *d. c. 11. num. 9.* Maluet. *de canoniz. Sancto. dub. 3. n. 41. vers. 4. & vltimo.* Castell. *eod. tract. q. 6. in princ.* At D. Contelor. *d. c. 17. n. 6.* & Molfes. *conf. 46. n. 45.* tenent quod non est necesse vt miraculum fiat ad fidei corroborationem. De probatione miraculorum latè D. Contelor. *d. tract. c. 18.* Et an sint necessaria miracula ad canonizationem c. 19. & quid in vita & post mortem c. 20.]

Ex quibus primò colligitur, huiusmodi potestatem examinandi miracula solo Episcopo, non tamen alij inferiori etiam quasi Episcopalem iurisdictionem habenti competere, vt probare videtur Concil. Trid. *d. loco in illis verbis, Nemini licere, nisi recognoscete, & approbante Episcopo,* & c. ponderando dictionem illam, nisi, quæ vim habet taxatiuæ dictionis, vt resoluunt per me citati *tract. de dictionib. & claus. dist. 184.* Ponderando etiam verbum illud, nemini, quod importat omnimodam exclusionem, ego ipse *dist. 179.* Facit deniq; quia ibi fit mentio Episcopi, vnde excluditur inferior. Tirag. *de retract. cōuent. glof. 9. n. 9.* Ex quibus ita in terminis concludunt Mar. Anton. *var. resol. lib. 1. resol. ult. casu 42.* Homobon. *de Bonis de exam. Eccles. tract. 12. c. 3. q. 15. suppos. 2.* Aloyf. Ricc. in *praxi fori Eccl. decif. 563. in 1. edit. alijs resol. 485. in 2. edit. & in decif. Curia Archiep. Neapol. decif. 397. n. 1. 4.* [nouissimè me citato in hoc loco D. meus Felix Contelor. *dist. tract. de canonizat. Sancto. cap. 4. num. 24.*]

Secundò colligitur, nullo modo licere Episcopo approbare reliquias personarum nondum canonizatæ, ac

eas publicè venerandas exponere, vt probat text. in *c. fin. de reliq. & venerat. Sancti.* quatenus habet reliquias denuò inuentas publicè absque Summi Pont. licentia non esse adorandas, cui decisioni, cum sit desumpta ex Concilio generali Lateianensi, non est derogatum per Concil. Trid. *d. loco,* cum oporteret specificam fieri de ea mentionem, cum clausula derogatoria, iuxta per me resoluta *alleg. 33. n. 24.* Quare ita tenent Soar. *tom. 1. in 3. p. quest. 25. art. disp. 55. sect. 2. vers. sed queret aliquis,* Sayr. in *Clauis Regia lib. 4. cap. 7. num. 3. vers. & qui,* Valer. Reginald. in *praxi fori paenit. lib. 19. n. 6. in fine,* Azor. *instit. moral. p. 1. lib. 9. c. 8. quest. 8. & p. 2. lib. 1. c. 26. quest. 4. & lib. 5. c. 6. quest. 1.* Sanch. in *precepta Decalogi, tom. 1. lib. 2. c. 43. n. 10.* Fr. Emmann. *quest. Reg. tom. 3. q. 55. art. 1. in fine,* Emmann. do Valle *de Mouira de ensalmis, & incantat. sect. 2. c. 3. n. 34.* [me citato in hoc loco Diana *moral. resol. p. 2. tract. 1. miscel. resol. 51. vers. quaritur secundo,* Trulench *nouissimè in expos. Decalogi lib. 1. c. 9. dub. 6. n. 22. vers. inferitur teriò,* ubi in fine huius n. cum Castro Palao *tom. 2. tract. 8. disp. 1. puncto 3. n. 8.* tenet probabilius & tutius esse imagines & Reliquias viutorum non canonizatorum etiam in Altari priuato collocari non posse.] ¶ nisi essent alicuius Sancti antiqui, nam Sacra Congreg. censuit illas quæ fuerint antiquæ, habendas esse in illa ueneratione, qua hactenus fuerunt. [refert Bonac. in *primis Decalogi præceptis, disp. 3. q. 1. puncto 4. n. 4. vers. dixi,* ubi cum Sanch. & Suar. idem dicit de reliquijs, quæ per antiquam Ecclesie traditionem, aut vniuersalem Ecclesie consensum approbatæ sunt, quia huiusmodi approbatio æquippollere videtur canonizationi, cum præsens canonizationis forma antiquitus nõ esset in vsu, & eodem n. 4. vers. an autem, resoluunt posse Episcopum non solum in diocesi, verum etiam extra diocesim Reliquias approbare, & licentiam concedere vt publice imponantur. Antiquas Reliquias vocat Baptista Signius *de Reliq. & venerat. SS. c. 3. in princ.* illas, quæ sunt exploratæ virtutis, nouas, quorum corpora nõ est adhuc declaratum an sint nec ne Sanctorum vera, & propria, & subdit Conc. Later. in *d. c. fin. loqui de Reliquijs non canonizati, seu Sancti non cogniti, Conc. verò Trid. de SS. canonizatis, & Azor. d. c. 8. q. 9. similiter intelligit loqui Conc. Lateran. de nouis Reliquijs, Conc. Trid. de antiquis SS. Reliquijs, sequitur Domin. Anfossi. de sacrarum Reliquiarum cultu §. 2. n. 42. addens Concil. Trid. loquens de Reliquijs nouiter inuentis, intelligi de Reliquijs nouiter repertis, super quibus nulla oritur dubitatio, nam si aliqua suboriretur dubitatio, vult prius esse recurrendum ad Sedem Apost. Bertrad. *conf. 285. n. 8. vol. 3. p. 2.* ubi tenet Reliquias inuentas habendas esse ac venerandas pro Reliquijs illius Sancti, nominati in scriptura publica cũ illis reperta, secus si esset priuata, Iac. de Grass. *lib. 5. de sentent. excom. conf. 17. n. 26. 27. & 28.* ubi quòd Concil. Lateran. loquitur de Reliquijs nouis, Concil. Trid. de Reliquijs SS. numero aggregatis, refert hæc & alia D. meus Felix Contelor. *d. cap. 5. num. 14.*]*

Illud tamen aduertendum duxi, quod si reliquiæ fuerint denuò inuentæ alicuius, qui iam pridè fuerat in Sanctorum numerum relatus, coli possunt etiã publicè, prius tamen eas cognoscere, & approbante Episcopo, vt resoluunt Azor. *dist. quest. 8.*

Neminem publico aut solemnè cultu absque Sedis Apost. auctoritate debere personam non canonizatã venerari probat text. in *c. vlt. de reliq. & venerat. sancti,* secus autem si priuatis precibus, vt per *glof. verb. Sedis Apost. in cap. vltimo eod. tit. lib. 6. Innoc. in c. 1. in fine, Host. num. 1. illo tit. in antiq. Zabarel. in d. c. vlt. num. 2. vers. quarto, & Anchar. num. 2.* [nouissimè Trulench

Trulench in *expos. Decalogi lib. 1. c. 9. dub. 6. per tot.* Jacob. Castell. *de canoniz. Sancto. quest. 9. art. 1. ubi D. Contelor. num. 23.* Cardinal. Tusch. *verb. canonizatio conclus. 1.* [Ideo licere in secreto alicui defuncto, quem Sanctum credit, preces porrigere, vt pro se apud Deum intercedat, tenent plures, quos refert & sequitur D. Contelor. in *d. tract. de canonizat. Sancto. cap. 22. num. 6.* Pro solemnè autem, & publico cultu intelligendus est ille cultus, qui fit publicis ratione loci, vt puta si fiat in loco publico, seu coram alijs, vt obseruat D. Contelor. *dist. tract. cap. 22. num. 7.* ubi num. 9. aduertit in *d. cap. 2. de reliq. & vener. Sancto. verb. publicè,* secundum veram significationem, & ex subiecta materia importare idem ac palam, & prohibere cultum in loco publico; & reprobatur illorum opinionem, qui volunt in *d. cap. 2.* prohiberi publicum cultum, id est, cultum, qui fit à persona publica nomine Ecclesie, vt puta Sacerdote, vel alio Ecclesie ministro.] Vnde ex *d. cap. vlt. directè iam colliges non licere solemnes preces, aut publicas fundere defuncto non canonizato, seu beatificato, vt vltra Innoc. & Abbat. citatis locis, tenent S. Anton. in *summ. par. 3. rit. 12. cap. 8. §. 1.* Carbo in *summa summorum tom. 3. lib. 1. cap. 17. vers. tertium dictum,* Bertrad. *conf. 285. vol. 5. par. 2. seu vol. 6. &* nec licere festum celebrare, nec nomen eius in litanijs nominare, nec imaginem cum diademate, nec templum, aut altaria erigere, nec eius imaginem in templo, oratorio, sacristia, vel alio loco affigere, & venerari, obseruant Cardinal. Bellarm. *de sanctorum beatitudine controu. 7. generali lib. 1. cap. 10. num. 1.* Luyf. Turrian. in *2. 2. S. Thome disputat. 17. dub. 11.* Philiarcb. *d. tom. 1. p. 1. lib. 3. cap. 9. vers. teriò* [Quando quis beatificatus est, & concessa fuit facultas vt Sacerdotes certæ Religionis possint de illo Missam celebrare, an in tali casu omnes alij Sacerdotes seculares possint celebrare Missam de eo Beato in Ecclesia assignata in decreto Beatificationis Negatiuam partem sustinent Aloyf. Turrian. & Molfes. quos refert & sequitur Diana *dist. par. 2. tract. 1. miscel. resol. 55.* ubi multis comprobatur. nouissimè D. Contelor. *d. tract. de canonizat. Sancto. cap. 22. num. 2.* ubi sic ait. *Hinc fit non licere solemnes, aut publicas preces porrigere, aut in litanijs, vel Martyrologio describere, aut canere Missam. Nec Tempia, aut Altaria erigere, aut sepulchra extruere cum Angelorum comitatu, miraculorum delineatione, vel simili signo. Nec ornare Ecclesias, & ad eas inuitare fideles: aut defuncti sepulchrum visitantibus quadam signa plumbæ tradere, sicut cum ibus ad sepulchra Sanctorum. Nec cercos, aut lampades ad eius corpus accendere. Nec in die obitus in diuinis Officijs solemniter esse. Nec pingere imaginem cum miraculis, seu reuelationibus, vel cum diademate sine radijs, & Laureola, seu cum claritate, vel lumine veniente desuper: cum hac claritas videatur apponi ad significandum, quod ille, qui est depictus cum tali lumine, sit in gloria, vel ad denotandum peculiare aliquod signum, quo Deus ostenderit defuncti sanctitatem. Aut in Templis, Oratorijs, Sacristia, vel aliquo loco publico affigere imaginem. Nec defuncti vestes, carnes aut capillos in frustra publicè scindere, vel tanquam Reliquias asseruare, vel eas applicare ad depellendas infirmitates. Nec publicè tangere Coronis, siue Religiosis corpus defuncti, quia huiusmodi cultus est ordinatus ex consuetudine Ecclesie in honorem Sanctorum approbatorum. Nec in iuniu in vniuersitate, collegio, monasterio, vel Conuentu in defuncti memoriam indicere. Vel in die obitus pulsare campanas. Vel festum celebrare ab operibus manualibus abstinendo: quicquid in eius memoria Barbof. de Episcopo Pars III.**

riam Deo vacare, & peculiariter latari licitum esse asserunt Bellarm. *dist. cap. 10. de Sanctorum beatitudine,* & Carbo in *sum. tom. 3. lib. 1. vers. octauum, Sanch. in Decalogo lib. 2. cap. 43. n. 8.* & c. & idem D. Contelor. *d. c. 22. n. 5.* ubi, licet cessante scandaio defuncti manus osculari, quia osculatio manus est actus indifferens, nec directe arguit cultum, aut uenerationem, vel Sanctitatem cum fieri possit propter amorem: quod si osculario fieret, vel fieri crederetur ad Sanctitatem denotandam, crederem non licere pedes ad manus defuncti publice osculari, nisi defunctus esset Summus Pontifex, & c.]

Virum autem possint in loco ubi corpus defuncti sepultum est, affigi votiuæ tabellæ, & alia huiusmodi in signum gratiæ receptæ? Affirmant Viguer. in *instit. Theolog. tit. de virtute Fidei cap. 10. §. 1.* Andr. Molfes. *conf. 45. num. 33.* [Luyf. Turrian. *de Fide, Spe & charitat. disp. 27. dub. 10. in fine,* Trulench *d. dub. 6. num. 7.* [Contrarium tamen merito tenet D. Contelor. in *addit. ad Iacob. Castell. quest. 9. art. 1. num. 29.* quia non licet aliquem pro Sancto absque auctoritate Sedis Apost. publicè uenerari, vt habetur in *d. cap. 1.* hæc autem tabellæ, & huiusmodi similia affiguntur in testimonium sanctitatis, & est quadam publica ueneratio, quod & nouissimè censuit Sacra Congregat. generalis & vniuersalis inquisitionis eius in litanijs nominare, nec imaginem cum diademate, nec templum, aut altaria erigere, nec eius imaginem in templo, oratorio, sacristia, vel alio loco affigere, & venerari, obseruant Cardinal. Bellarm. *de sanctorum beatitudine controu. 7. generali lib. 1. cap. 10. num. 1.* Luyf. Turrian. in *2. 2. S. Thome disputat. 17. dub. 11.* Philiarcb. *d. tom. 1. p. 1. lib. 3. cap. 9. vers. teriò* [Quando quis beatificatus est, & concessa fuit facultas vt Sacerdotes certæ Religionis possint de illo Missam celebrare, an in tali casu omnes alij Sacerdotes seculares possint celebrare Missam de eo Beato in Ecclesia assignata in decreto Beatificationis Negatiuam partem sustinent Aloyf. Turrian. & Molfes. quos refert & sequitur Diana *dist. par. 2. tract. 1. miscel. resol. 55.* ubi multis comprobatur. nouissimè D. Contelor. *d. tract. de canonizat. Sancto. cap. 22. num. 2.* ubi sic ait. *Hinc fit non licere solemnes, aut publicas preces porrigere, aut in litanijs, vel Martyrologio describere, aut canere Missam. Nec Tempia, aut Altaria erigere, aut sepulchra extruere cum Angelorum comitatu, miraculorum delineatione, vel simili signo. Nec ornare Ecclesias, & ad eas inuitare fideles: aut defuncti sepulchrum visitantibus quadam signa plumbæ tradere, sicut cum ibus ad sepulchra Sanctorum. Nec cercos, aut lampades ad eius corpus accendere. Nec in die obitus in diuinis Officijs solemniter esse. Nec pingere imaginem cum miraculis, seu reuelationibus, vel cum diademate sine radijs, & Laureola, seu cum claritate, vel lumine veniente desuper: cum hac claritas videatur apponi ad significandum, quod ille, qui est depictus cum tali lumine, sit in gloria, vel ad denotandum peculiare aliquod signum, quo Deus ostenderit defuncti sanctitatem. Aut in Templis, Oratorijs, Sacristia, vel aliquo loco publico affigere imaginem. Nec defuncti vestes, carnes aut capillos in frustra publicè scindere, vel tanquam Reliquias asseruare, vel eas applicare ad depellendas infirmitates. Nec publicè tangere Coronis, siue Religiosis corpus defuncti, quia huiusmodi cultus est ordinatus ex consuetudine Ecclesie in honorem Sanctorum approbatorum. Nec in iuniu in vniuersitate, collegio, monasterio, vel Conuentu in defuncti memoriam indicere. Vel in die obitus pulsare campanas. Vel festum celebrare ab operibus manualibus abstinendo: quicquid in eius memoria*

Teriò colligitur Episcopo competere in sua diocesi approbare reliquias Sancti ab Ecclesia canonizati, & illo approbante tanquam veras, & ad illum Sanctum pertinentes posse absolurè venerari, vt colligitur ex Concil. Trident. *dicto loco.* [nouissimè me citato in hoc loco Nouar. in *Lucerna Regular. verb. Reliquiæ pag. 226.*] Cui resolutioni non obstat *dist. cap. fin.* quia loquitur de Sancto non canonizato, Concilium verò de reliquijs Sancti canonizati: quare ita resoluunt Philiarcb. *de offic. Sacerd. p. 1. lib. 3. cap. 9. ad finem.* Soar. *d. disp. 55. sect. 2. vers. quaritur aliquis,* Azor. *d. q. 8. Fagund. in quinque Ecclesie precepta lib. 1. c. 4. n. 3.* Sanch. *d. c. 43. n. 14.* ubi etiam tenet & posse Episcopum extra suam diocesim existentem, absque aliqua Episcopi diocesis licentia eam approbationem facere, & facultatem concedere, vt in sua diocesi publicè reliquiæ collocentur venerandæ, quia cum iurisdicatio hæc non sit inter partes exercenda, non est contentiosa, sed voluntaria, iuxta tradita per eund. Sanch. *de Matrim. lib. 3. disp. 19. n. 7.* Quare hanc eandem amplectitur Fagund. *d. c. 4. n. 8. vers. non potest.* [me citato in hoc loco Diana *moral. resol. p. 2. tract. 1. miscel. resol. 51. vers. quaritur quinto,* Nouar. *diel. verb. Reliquiæ num. 2. & 3.*]

Modus autem quem proponit Concil. Trid. citato loco approbandi reliquias nouiter inuentas, & indicandian sunt Sanctorum iam canonizatorum, vt publicè ad uenerationem proponantur, hic est, simul atque repertæ fuerint, Episcopus adhibitis in Consilium Theologis, & alijs viris pijs ea faciet, quæ pietati, & veritati consentanea iudicauerit: quòd si aliqua grauior questio super his orta fuerit, totum negotium referuabit ad Concilium Prouinciale Metropolitani antequam illud dirimat, cuius sententiam expectet: hæc in Concilio Trident. cuius auctoritate obseruat Sanch. *d. c. 43. n. 15.* teneri Episcopum ad hanc reliquiarum approbationem faciendam Theologos consulere, & aliquos viros pios, ac doctos, illorum tamen sententia audita solius Episcopi

esse decidere, quia Concil. Trid. tantum petit ut eos cōsulat, non ut suffragium ferant, sequitur Fagund. d. cap. 4. num. 4. [Bonacin. de legibus disput. 3. q. 1. puncto 4. num. 5. Diana d. tract. 1. miscel. resol. 51. vers. quaritur tertio, ubi resoluunt vota Theologorum ita esse consultiva, ut Episcopus possit decernere aduersus eorum placita, me citato in hoc loco Nouat. d. verb. Reliquia num. 5.] quicquid dicat Azor. dict. cap. 8. quæst. 8. aduertit tamen Fagundez eod. cap. 4. num. 5. quod si grauis aliqua quæstio suboriatur, ita ut res deducenda sit ad Concilium Prouinciale, eiusque sententia expectanda, tunc decisio non erit Episcopi, sed Concilij Prouincialis, quia Trid. Concilium non petit consiliū prædicti Concilij Prouincialis, sicut petit Theologorum, sed sententiam: & quod tunc non satis erit si Metropolitanus, & omnes in Concilio cōgregati sententiam suā seorsim dicant, sed opus esse ut Patres collegialiter sint congregati.

18 Dubitari non abs re poterit, quæ certitudo veritatis reliquiarum Sancti canonizati requiratur, ut huiusmodi reliquiæ venerari possint. [Respondet Diana moral. resoluit. p. 2. tract. 1. miscel. resol. 51. vers. quaritur primo, esse necessariam certitudinem moralem deductam ex probabilibus argumentis, non autem euidenciam, & argumenta infallibiliter concludentia, & citat Ambros. de Morales in 2. p. historia generalis Hispania lib. 17. cap. 5. in fine, narrantem inuentionem Sanctorum corporum, quæ Cordubæ inuenta sunt anno 1575. & lib. 13. cap. 37. loquentem de Cruce ab Angelis fabricata tempore Regis Alphonii cognominati el casto. Sub distinctione autem melius resoluitur quæstio, aut loquimur de cultu priuato, & tunc satis esse,] si vir pius & fidelis reliquias tradiderit, resoluit Azor. d. cap. 8. quæst. 8. quem videtur sequi Fagundez d. cap. 4. num. 6 & vltius satis esse priuatum testimonium viri pij fide digni, vel aliam rationem & coniecturam ita probabilem, ut prudenter iudicentur illæ reliquiæ esse Sancti canonizati, vel per vniuersum consensum & traditionem Ecclesiæ, vel per canonizationes summi Pontificis, tradunt Vasquez de adoratione imaginum lib. 3. disp. 3. cap. 8. num. 114. Sanch. dict. cap. 43. num. 13. Si verò loquamur de cultu publico, absque dubio dicendum est, Episcopis singulis in suis diocæsis competere approbationem reliquiarum sancti canonizati, & post eam approbationem, & testimonium, quo iudicant illas esse inualiter veras, & ad illum Sanctum pertinere, publicè venerari possunt, ut docent citati supra n. 3. quibus adde Fagundez d. c. 4. n. 7. ubi num. 8. cum Sanch. d. cap. 43. num. 18. resoluit quod quando reliquiæ sunt approbatæ per Bullam Apostol. aut testimonium Episcopi Diocæsis, à qua translata fuerunt, non potest Episcopus diocæsis, ad quam transferuntur, earum veritatem iterum examinare, an sint ex reliquiis, quæ in tali approbatione continentur, ut sic licentiam præstet ut collocentur in sua diocæsi publicè venerandæ, & num. 10. obferuat cum Soar. tom. 1. in 3. par. S. Thomæ quæst. 25. art. 6. disp. 55. sect. 2. vers. at verò, & Sanch. d. cap. 43. num. 19. quod si debita præmissa diligentia res maneat anceps, ac dubia, an ex reliquiis sint alicuius Sancti canonizati, vel per vniuersum consensum Ecclesiæ ac traditionem, vel per publicum Sedis Apostol. testimonium, abstinentium est à cultu illarum: non tamen sunt contemnedæ, sed seruandæ separatim in loco decenti quoad vsque de veritate conflit. & num. 12. cum Sanch. d. cap. 43. num. 12. tenet quod si reliquiæ Sancti canonizati permixtae sint cum alijs personarum nondum canonizatarum, ita ut discerni, ac dignosci non possint, non potest Epi-

scopus eas tunc approbare, ac publicè venerandas proponere.

Feria V. die 2. Octobris MDCXXV.

In Generali Congregatione S. Romane, & Vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram S. D. N. D. Urbano Diuina prouidentia Papa Octauo, ac Illustrissimis & Reuerendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus, aduersus hereticam prauitatem Inquisitionibus generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.



V M Sanctiss. in Christo Pater, & D. N. D. Urbanus, diuina prouidentia Papa VIII. die 13. Martij 1625. decretum ediderit infra scripti tenoris, videlicet:

Sanctiss. D. N. sollicitè animaduertens abusus, qui irrepserunt, & quotidie irrepere non cessant in colendis quibusdam cum sanctitatis, aut martyrij fama, vel opinione defunctis, qui, etsi neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti sint ab Apostolica Sede, eorum tamen Imagines in Oratorijs, atque Ecclesijs, alijsque locis publicis, ac etiam priuatis, cum laureolis, aut radijs, seu splendoribus proponuntur, miracula, & reuelationes, aliaque beneficia à Deo per eorum intercessionem accepta, in libris rerum ab ipsis gestarum enarrantur, & ad illorum sepulchra, Tabellas, Imagines, & res alia ad beneficia accepta restitucanda, & lampades, & alia lumina apponuntur. Volensque proinde huiusmodi abusus pro debito officij pastoralis occurrere, re etiam cum Illustriss. & Reuerendiss. DD. Cardinalibus contra hereticam prauitatem in vniuersa Republica Christiana Generalibus Inquisitionibus, communicata, & mature considerata, ac discussa, declarauit, statuit, & decreuit, ne quorumvis hominum, cum sanctitatis, seu martyrij fama (quamcumque illa sit) defunctorum Imagines, aliaque prædicta, & quodcumque aliud, venerationem, & cultum præ se ferens, & indicans, in Oratorijs, aut locis publicis, seu priuatis, vel Ecclesijs tam secularibus, quam Regularibus, cuiuscumque Religionis, Ordinis, Institutij, Congregationis, aut Societatis apponantur, antequam ab Apostolica Sede canonizentur, aut Beati declarentur, & (si que apposta sunt) amoueantur, prout statim amoueri mandauit.

Ac pariter imprimi de cetero inhiuit liberos eorumdem hominum, qui sanctitatis, seu martyrij fama, vel opinione (ut præfertur) celebres è vita migrauerint, gesta, miracula, vel reuelationes, seu quacumque beneficia tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta continentes, sine recognitione, atque approbatione Ordinarij, qui in iis recognoscendis, Theologos aliosque pios, ac doctos viros in consilijs adhibeat, & ne deinde frans, aut error, aut aliquid nouum, ac inordinatum in re iam graui committatur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittat, eiusque responsum expectet. Reuelationes verò, & miracula, aliaque beneficia prædicta, que in libris horum hominum vitam, & gesta continentibus, hactenus sine recognitione, atque approbatione huiusmodi impressa sunt, nullo modo approbata censei vult, mandaque. Sua Sanctitas

Ad horum hominum sepulchra vetuit etiam, ac inhiuit, tabellas, atque imagines ex cera, aut argento, seu ex alia quacumque materia, tam pictas, quam sculptas, atque exculptas, appendi, seu affigi, & lampades, sine alia quacumque lumina accendi sine recognitione ab Ordinario omnino, prout supra faciendæ, Sedique Apostolice referendæ, ac probandæ.

Decla

Declarans, quod per superscripta prædicare in aliquo non vult, neque intendit is, qui aut per commune Ecclesiæ consensum, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolica, vel Ordinarij, coluntur.

Et autem præmissa diligentius obseruentur, Vniuersis & singulis, tam Ordinarijs, quam hereticæ prauitatis Inquisitionibus districtè præcipit, ut in sua quicunque Diocæsi, vel Prouincia sedula perueniat, ne sine approbationibus prædictis, Imagines cum memoratis signis exponantur, aut miracula, reuelationes, ac beneficia prædicta publicentur, aliaque contra superius disposita, sicut: transgressores verò, si regulares fuerint, priuationis suorum officiorum, ac vocis altius, & passius, necnon & suspensionis à diuinis, si verò Clerici seculares, priuationis pariter suorum officiorum, suspensionis à diuinis, & ab administratione Sacramentorum executioneque suorum Ordinum respectiue, alijsque arbitrio prædictorum Ordinariorum, seu Inquisitionum pro modo culpe instigendis penis plectentur. Qui autem libros impresserint, aut Imagines pinxerint, sculpsierint, seu quomodo affixerint, vel seruauerint, caterique artifices circa præmissa qualitercumque delinquentes, prædicta omnia admittant, & insuper pecuniarijs, alijsque etiam corporalibus penis, iuxta criminis grauitatem eorumdem Ordinariorum, seu Inquisitionum arbitrio afficiantur. Contrarijs quibuscumque non obstantibus.

Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo præteriti, voluit, ut Decretum huiusmodi, seu illius exemplum ad Valvas Basilicæ Principis Apostolorum Urbis, ac in Aciæ Campi Floræ assisum omnes proinde arctet, atque afficiat, ac si vnicuique personaliter intimatum fuisset, quodque præteritum transumptis, etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius persone in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides habeatur, que presentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Postmodum verò idem Sanctiss. D. N. à quibusdam reuocari in dubium accepit, an Tabellas, & Imagines, quas in posterum offerri contigerit, recipere, & antea oblatas conservare liceret, Sanctitas Sna, que tantummodo voluit, occurrere abusus, qui irrepere videbantur, certiore parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam diuina Clementia placuit admirandis operibus illustrare, & re prius cum Illustriss. & Reuerendiss. DD. Cardinalibus contra hereticam prauitatem generalibus Inquisitionibus communicata, presenti Decreto declarauit; Quod sicut nunquam prohibuit, nec sue intentionis fuit prohibere oblationem, receptionemque Tabellarum, & Imaginum huiusmodi, ita, ut nulli deinceps hesitationi locus relinquatur, statuit ut presentiarum, & deinceps, ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum secularem, seu regularem Tabellas, & Imagines, aliudve simile quispian detulerit, ac intercessionem hominum inter Sanctos, vel Beatos, non ascriptorum, quamuis cum martyrij, vel sanctitatis fama demeruerint, optata, se imperauisse dixerit, liceat Ecclesiasticis personis, Ecclesiarum, locorumque prædictorum curæ Præpositis, Tabellas, & Imagines, sine pictas, sine ex quavis materia factas, atque aliqua quæcumque collata gratie fidem facientia simul cum deferentis, aliorumque qui consensu fuerint attestantibus recipere, atque approbandis Ordinarijs, ad quos referre statim omnia teneantur, in secreto aliquo, seorsum ab Ecclesia, loco custodire, ibidemque iam amota collocare, & asseruare, ut si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris deorare volue-

rit, extant huiusmodi sanctitatis qualescumque probationes Apostolicæ Sedis iudicio tunc examinanda, Contrarijs quibuscumque non obstantibus.

Ioan. Antonius Thomastus S. Rom. & vniuers. Inquisitionis Not.

Anno millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Indictione octaua, Pontificatus S. D. N. D. Urbani diuina prouidentia Papæ octauæ, die verò 30. mensis Octobris, suprascriptæ Literæ, siue Decretum affixum, & publicatum fuit ad Valvas Principis Apostolorum Urbis, ac in Aciæ Campi Floræ, ut moris est, per me Brandimartem Latinum, prælibati Sanctiss. D. N. PP. Curforem.

ROMÆ, Ex Typographia Reu. Cam. Apostol. 1625.

[Refert nouissimè post aliquas huius tract. impressiones Lauret. de Franchis in controuers. inter Episcopum, & Regular. pag. 242. cum seqq.]

Decretum S. Cong. Rituum super immemorabili.

Sacra Rituum Congreg. S. D. N. decreuit immemorabilem probatam super cultu, & veneratione alicuius Sancti non canonizati, nec beatificati, non suffragari ad effectum quod de illo possit concedi Missa, vel officium, sed in specie, & in illo loco esse probandam immemorabilem quoad cultum cum Missa & officio, & ita in posterum seruari mandauit die 20. Nouem. 1628.

Decretum eiusdem S. Congreg. seruandum in recipiendis informationibus pro causis beatificationum, & canonizationum Seruorum Dei.

Sacra Rituum Congreg. prohibet omnibus & singulis personis Ecclesiasticis tam secularibus, quam Regularibus, etiam S. Ioannis Hierosolymitanæ, & Societatis Iesv, vel aliorum quorumvis specialis nota dignorum, ne audeant ipsi se, aut per alios casere informationes super Sanctitate, aut miraculis alicuius Sancti, neque vilo modo exquirere atque obtinere ad hunc effectum extraiudiciales testificationes, aut subscriptiones sub penis arbitrio Sacre Congreg. instigendis. Quod si superiori, sacrista, seu alteri officiali illius Ecclesiæ, in qua requiescit corpus ipsius defuncti, vel alterius etiam Ecclesiæ, fuerint reuelata aliqua miracula, siue prophetiæ dona, possint ea recipere sub sigillo secreti ab ipsis tantum reuocantibus, in quorum gratiam contigisse narrabitur: teneantur tamen quamprimum commode poterint eadem deferre, vel obsequata transmittere Episcopo loci cum expressa declaratione quod reuelationes, sic ut supra receptæ, non fuerint aliquem probationis gradum etiam cuiusvis longissimi temporis cursu. Quod decretum cum fuerit ad notitiam S. D. N. Urbani VIII. deductum, Sanctiss. sua illud apprehendit, ac imprimi, & ubique publicari mandauit die 12. Martij 1621.

E. Episcopus Portuenfis Card. Pius.
T. Tegimius Episc. Assisien.
Secret.

Ita & alia S. Congregationis & S. D. N. Urbani VIII. decreta referunt post primam huius tract. impressionem D. Felix Conrclor. d. tract. de Canoniz. Sanctior. cap. 22. n. 19. & nouissimè Trulench in expost. Decalogi lib. 1. c. 9. dub. 6. n. 26. cum seqq.]

III 3 ALLE

ALLEGATIO XCVIII.

Episcopus an possit numerum Religiosorum, vel Monialium in quolibet monasterio statuere?

S V M M A R I V M.

- 1 Religiosorum, & mulierum numerus in quolibet monasterio is tantum constitui debet, qui ex propriis monasteriorum redditibus, vel consuetis elemosynis sustentari possit.
- 2 Concil. Trident. sess. 15. de Regularib. cap. 3. declaratur.
- 3 Ordinarij in monasteriis sibi subiectis, & etiam exemptis numerum Monialium statuere debent in quolibet monasterio, qua commode ibi sustentari possint ex Bulla Gregor. XIII.
- 4 Decisio Sacra Congreg. refertur.
- 5 Quae Paulus V. & S. Congreg. Gregorio XV. & S. D. N. Urbano VIII. approbantibus circa certum numerum Religiosorum unicuique monasterio praefigendo ediderint, ostenditur, a num. 6. 7. 8. & 9.
- 10 Puella causa educationis in monasteriis monialium, an & quando recipi possint, ostenditur ex S. Congregationis decisione.

IN Monasterio, & domibus tam virorum, quam mulierum, is tantum Religiosorum numerus constituatur, ac in posterum conferretur, qui ex propriis monasteriorum redditibus, vel ex consuetis elemosynis pro modo, & facultate loci commode sustentari possint, ut habetur in Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 3. quod antea dispositum erat in cap. vni. §. sane, de statu Regular. lib. 6. per quae iura ita tenent Nauar. in trat. de reddit. Eccles. quest. 1. moniu. 62. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. moniales. §. 6. pag. 256. Stephan. Quaranta in summa Bullarum verb. monasteria monialium pag. 359. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 48. art. 1. Azot. instit. moralium par. 1. lib. 13. cap. 9. quest. 1. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 202. Campanil. in diuersorio Iuris Canon. rub. 12. cap. 16. num. 7. & 14.

Inter ius antiquum in d. cap. vni. & nouum Concilij Trident. in d. cap. 3. ea reperitur differentia, quia illud loquebatur tantum de monialibus ordinum non Mendicantium, praecipiens ne recipientur, nisi quot possint de ipsorum monasteriorum bonis, seu prouentibus absque penuria sustentari, hoc uero postmodum extendit ad omnes Regulares tam masculos, quam feminas, atque etiam Mendicantes, in quibus licet numerus statui non possit pro facultate bonorum, vel introituum, eo quod is carere debent, nihilominus statuendus est habita consideratione ad consuetas elemosynas, quibus valeant commode sustentari. Deinde ad ipsum posterioribus summorum Pontificum constitutionibus consuetas elemosynas commode possit sustentari, ita quoque Sacra Congregatio sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, quae negotiis, ac consultationibus Episcoporum, & Regularium praesit, cui antiquis nihil est, quam salutaria huiusmodi decreta debite executioni demandari curare, scilicet locorum Ordinariis

niales in earum monasteriis recipiantur, & admittantur, sine recipi, & admitti permittantur, quam ex propriis redditibus ipsorum monasteriorum, vel consuetis elemosynis commode sustentari possint. Denique Gregor. XIII. constit. sua incip. Deo sacris, ann. 1573. iniunxit Ordinariis, ut praefati statuatur numerum in monasteriis sibi subiectis, & etiam in exemptis, sequentibus uerbis: Elemosynarum uero praedictarum contributionem, & applicationem dirure, & ualere decernimus, ac suos effectus ad plenum sortiri debere, donec numerus monialium, etiam Tertiariarum huiusmodi (quem per ipsos locorum Ordinarios, etiam in monasteriis ab eorum cura, & regimine quomodocumque exemptis cum illarum superiori interuentu, stabiliri, & ordinari, neque supra illum numerum alias recipi possit etiam de consensu suorum Superiorum, volumus, & mandamus) ita immutatus fuerit, ut reliqua moniales, & Tertiariae ex propriis redditibus monasteriorum ipsorum, vel consuetis elemosynis, se commode sustentari queant, &c. refert Piaflec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 3. num. 55. in fine, ex quibus uerbis colligit Nauar. in cap. statumus, num. 57. vers. tercio nota, 19. quest. 3. & me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiastico tract. 12. cap. 3. quest. 15. resol. 3. pag. 455. ubi citat Sanch. in praec. lib. 7. cap. 23. num. 3. Ordinarios locorum sub pena peccati mort. ad id faciendum obligari, fulcius uerbis in dict. Constit. appositis, ibi, super quo Ordinariorum conscientiam oneramus. [me citato addit Tamburin. d. quest. 1. num. 4. quod huiusmodi numerus monialium ab Ordinario praefigendus est in monasteriis sibi subiectis, in aliis uero, quae Regularibus subiecta sunt, ab Ordinario cum interuentu tamen Superioris Regularis praefixio fieri debet. Pro monasteriis monialium Regni Portugaliae quomodo praefixio huiusmodi facienda esset, rescripsit Sacra Congregatio, cuius decisionem retali de Iure Ecclesiastico. uniuerso lib. 1. cap. 44. num. 29. & illius meminit Tamburin. d. quest. 1. num. ult. vers. pro monasteriis.]

Clemens XIII. in Decretis de reformat. Regular. incip. Nullus omnino, sub die 25. Iulij 1599. apud Quarant. uerb. monasteria, & Conuentus §. 14. sic ait: In unoquoque Conuentu Fratrum is tantum deinceps constituatur, & imposterum retineatur numerus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum elemosynis, aliisque quibuscunque obventionibus in conuenio, ut praefertur, conferendis commode possit sustentari; redditus uero & supra dicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter afferantur.

De recipiendis autem ultra numerum praefixum modo praedicto edidit Sacra Congregatio Regularium ordinationem, quam repetiit apud Impresores Camerales atheni Piaflec. dict. cap. 3. num. 55. in fine, & uidisse subcriptam manu Illustrissimi Cardinalis Florentiae refert Campan. d. cap. 16. num. 14. eiusque uerba annexo.

Quemadmodum sacri olim Canonum, & nouissime sacrum generale Concilium Tridentinum summa ratione decreuit, ut in monasteriis, & domibus tam uirorum, quam mulierum bona immobilia possidentibus, uel non possidentibus, is tantum numerus constituatur, ac in posterum conseruetur, qui ex redditibus propriis monasteriorum, uel consuetis elemosynis commode possit sustentari, ita quoque Sacra Congregatio sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium, quae negotiis, ac consultationibus Episcoporum, & Regularium praesit, cui antiquis nihil est, quam salutaria huiusmodi decreta debite executioni demandari curare, scilicet locorum Ordinariis

diuarius rescripsit, ut certum numerum in singulis monasteriis monialium, etiam cura Regularium, seu Militiarum subiectis, iuxta cuiusque monasterij facultates praescriberent; & si quae supra statutum numerum reciperentur, duplicem elemosynam afferre, & supranumerarium locum tenere deberent. Verum quia in dubium plerumque uenit, num supranumerarie praedicta aliquibus ex numero in quolibet monasterio definito, decedentibus in eorum locorum subrogari possent, aut deberent, eadem Sacra Congregatio, quae peculiariter super ea re saepenumero rescripsit, prouidere uolens, ne quis deinceps dubitationis locus relinquatur, huius generis decreti tenore statuit, & declarat, moniales, quae supra numerum in quolibet monasterio constitutum recipiantur, in locum monialium decedentium intra numerum nequaquam subrogari, neque impedimento esse, quin aliae in locum eandem ex numero demortuorum recipi eo modo ualeant quo in singulis monasteriis moniales intra numerum possint admitti, quominus eadem sic supra numerum receptas supranumerarias semper quoad hoc remanere, etiam si in ceteris, uel aliis nihil differant, sed illis omnibus pares, & aequales iuxta cuiusque monasterij institutum esse debeant. Declarat insuper eadem Sacra Congregatio, duplicem elemosynam nomine intelligi semper debere duplicatam summam eius, quae in receptione cuiusque monialis intra numerum in quolibet monasterio constitutum erogari pro tempore consueuerit: ita tamen, ut ubi summa, quae confertur, minor est sanctis ducentis, ibi saltem ratione duplicata elemosyna soluenda sint scuta quadringenta, & non minus.

Eadem quoque Sacra Congregatio districte prohibet ne loca per obitum monialium intra numerum decedentium pro tempore uacatura cuiquam puella ad habitum Regularium recipiende concedantur, neque permittantur, nisi sequuta uera, & reali illorum uacatione, atque ita demum, & non antea de eis disponi, ac in monialis demortuae locum, promissionem, aut receptionem in Capitulo, seu quouis alio modo fieri iubet, dummodo tunc temporis puella ipsa recipienda, & etatem habeat idoneam, & ceteras qualitates requisitas, quibus eius praedicta esse debere uult eas puellas, quae supra numerum recipiende sunt, iam tunc, cum eis loca, uel promittuntur, uel dantur. Si quid uero contra a quoquam fieri contigerit, irritum, & inane, ac nullius roboris, & momenti fore & esse decernit. Ac nihilominus Abbatissas, Priorissas, & alios quoscuque monasteriorum superiores, qui cuiusvis puella receptioni, uel admissioni, aut locorum uacaturorum promissioni, seu concessioni aduersus praesentis decreti dispositionem consenserint, privationi uocis actiuae, & passivae, aliisque arbitrio eiusdem Congregationis infligendis poenis obstrictos, & obnoxios fore declarat, saluis etiam semper, & in suo robore permanentibus aliis quibuscunque ipsius Congregationis decretis aliis latis, praesentis decreto non contrariis, praesertim circa monialium admissionem, & receptionem, ad habitum, & professionem, & circa elemosynarum dispositionem, solutionem, & erogationem in loca stabilia, quibus nullatenus derogare uult, & intendit. Roma die 6. Septembr. 1604. Alexand. Card. Florent.

Paulus V. in decreto de certo Religiosorum numero cuiusque monasterio, Conuentui, ac domui Regulari praefigendo incip. Sanctissimus sub 4. Decembris 1605. quod refertur Quaranta d. uerb. monasteria, & Conuentus pag. 432. & Castellin. de elect. in addit. pag. 502. decreuit, & praecipit, ut in quolibet prouincia quorumcunque, tam Monachorum, quam Mendicantium, & non Mendicantium Regularium intra fines Italiae, & Insularum adiacentium, Generales,

seu prouinciales, Praesidentes, &c. adhibitis duobus, aut tribus Monachis, Fratribusue sui Ordinis, uel Congregationis probatoribus, & rerum usu peritioribus, bona immobilia, census, redditus, & prouentus omnes, consuetas item elemosynas, & obventiones tam communes Monasteriorum, Conuentuum, & domorum eiusdem Prouincia, quam etiam singularibus personis Religiosis assignatas, seu permissas, in comunem usum deinceps conferendas, decem annorum diuersorum habita ratione diligenter, maturaque recognoscant, iis omnibus detractis quae reparaciones, praestationes, grandines, & sterilitates consueuerunt absorbere; eaque omnia scripto fideliter exarata idem Superior, cuius interest, in primo Capitulo, seu Congregatione Prouinciali coram tribus Iudicibus ab ipso meto Capitulo, uel Congregatione deligendis proponat, qui computatis huiusmodi redditibus, elemosynis, & obventionibus uniuersis, ac oneribus, ut superius detractis, sedulo examinent quot Religiosi homines in unoquoque Monasterio, Conuentu, domo Regulari iuxta regionis, & proprii instituti morem, uictum, & uestitum in communi habentes, competenter ualeant sustentari: tum eorundem bonorum reddituum, elemosynarum, & onerum praesentem notam ipsius Congregationi, Capitulloque prouinciali exhibeant, ut in illo diligenter omnibus discussis cuiusque familiae, Conuentus, Monasterij, & domus Regularis quouis nomine nuncupata in singula quoque prouincia certus earum tantum personarum numerus communi Patrum capitularium uero praefigatur, quae redditibus, elemosynis, obventionibus, ut superius, sufficienter alii possint. Ne uero Superiores, qui id praestare debent, seruis, aut remissis, quam par est muneris suo satisfaciant, mandauit, ac mandat Sanctitas sua, ut infra annum a die dati praesentis Decreti computandum, omnia hoc de genere capitulariter gesta in authenticam formam redacta, ad Congregationem Reformationis Apostol. singuli mittant, &c.

Gregorio XV. approbante Sacra Congreg. Illustrissimorum D. D. Cardinalium negotiis Episcoporum, & Regularium praepositorum sub die 17. Augusti 1621. reuocat licentias a Paulo V. concessas erigendi nouos Conuentus, uolens quod de cetero non erigantur, nisi in quolibet eorum saltem duodecim Fratres, ac Monachi, seu Religiosi habitare, atque ex redditibus, &c. refert Castellin. de elect. cap. 15. in fine.

S. D. N. Urbano VIII. approbante Sacra Congregatio Concilij Trident. in Decretis de celebrat. Missarum sub die 21. Iunij 1625. post ordinationem datam ad sciendum quot redditus & elemosynas Monasteria habere debeant, ut ex illis Regulares ea habitantes sustentari ualeant, in haec uerba prorupit. Deinceps uero Monasterium, Conuentus, domus, uel Societas Religiosorum, seu Regularium, nulli recipiatur, nisi, praeter alia ad id requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltem Fratres, aut Monachi, seu Religiosi degere, & ex redditibus, & consuetudinibus elemosynis, detractis omnibus, ut supra detrabendis, competenter sustentari ualeant ad praescriptum Decreti Gregorij XV. hac de re editi. Alioquin monasteria, & loca huiusmodi posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, ut supra sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint. Ordinarij loci uisitationi, correctioni, atque omnimoda iurisdictioni subiecta esse intelligantur.

Postea eadem S. Congregatio ipsomet S. D. N. Urbano VIII. approbante inter aliquas declarationes quas super praedictis decretis de celebratione Missarum in lucem edidit de anno praeterito 1626. quoad

quoad hoc propositum declaravit, vt hæc numeri præfinitio facta non fuit in vim similis decreti sanctæ mem. Pauli V. absque tamen computatione reddituum cuiusque Religiosi, esse iterum faciendam seruata forma vltimi decreti hac de re editi : insuper declaravit nouitios posse admitti ad professionem in monasteriis, in quibus habita vt supra præfixione numeri commodè ali non possunt, si alias habiles existant, ac deinde in aliquo alio Monasterio eiusdem religionis collocandos esse, ubi commodè ali possint. Denique censuit supraddictum decretum, ubi canetur, vt nulli recipiantur Conuentus Regularium, nisi præter alia ad id requisita duodecim saltem fratres in eis degere, & competenter sustentari valeant, itaut alioquin subsint iurisdictioni ordinariæ comprehendere eas. Religionis, quæ non consueuerunt onera Missarum recipere, vt sunt Religiosi Capuccinorum, ac Societatis IESV, pariterque illud habere locum tam in Italia, ad quam est restrictum, quam extra Italiam. Quæ quidem decreta, & declarationes desuper factas originales præ manibus habui, & impressas vidi in typographia R. Camera Apostolicæ.

9 Cum expletus est numerus personarum Religiosarum, quæ ali possunt ex annuis redditibus Monasterij, an possit aliqua sufficienter dotata cum sua dote supra illum numerum admitti dubitari solet; in quo dubio assumatiuam partem tuncur Nauar. de reddit. quæst. 1. monitu 62. Soar. de Relig. tract. 3. lib. 4. cap. 9. num. 17. Valer. Reginald. in praxi fori pænit. lib. 23. num. 194. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 7. cap. 23. num. 1. vers. tertia, aduertentes decretum Concilij d. cap. 3. prohibere, ne, quando Monasterium plures feminas alere non potest quam in eo iam sint, admittantur alie sine dote expensis Monasterij alendæ, & notat Sanch. d. num. 4. vers. secunda conclusio, quod quamuis attento iure antiquo cap. vnic. §. sanè, de statu Regul. in 6. professio Monialis receptæ in monasterio non Mendicantium vltra numerum earum quæ ex redditibus Monasterij, & conductis elemosynis absque penuria sustentari valeant, esset irrita : hodie tamen locum non habet, quia consuetudine abrogatum est, cum compertum sit plures sæpè admitti, nec vnquam nostris temporibus auditum sit in controuersiam verti valorem professionis, ne dum illam irritari.

10 Puellas etiam causa educationis in Monasteriis monialium recipi posse, nec oblatæ decretum prædictum de numeri monialium determinatione rescipit Sacra Congregatio Concilij Episcopo Hieracen. quod rescriptum refert Quarant. cit. vers. monasteria monialium, tenoris sequentis :

11 Reuerendiss. Domine. Ex Sacra Congregatione Cardinalium Tridentini Concilij Interpretum, Amplitudinis tue nomine quesitum est, an puella in monasteriis monialium educationis causa permanere possint. Ij verò sic censuerunt ad te scribendum, iam dudum ab eadem Congregatione statutum esse, nullo Concilij decreto prohiberi, quominus puella in monasteriis monialium educetur; si tamen eadem monasteria ante Concilium consueuerint huiusmodi puellas recipere, sicque à Superioribus monasteriorum scriptam licentiam impetrarim, atque Abbatissa, & reliquarum monialium consensus accesserit : tunc verò hæc ipsa puella eo vestitu in monasteria intromittantur, qui virginali pudori, ac modestie conueniat, nullamque secum famulam adducant, nec manere in eis possint, nisi vsque ad ætatis sue annum vigesimumquintum, atque in eis dum erunt, eandem seruent clausuræ legem, quam moniales ipse, & si semel exierint, nullam habeant ad eam reuertendi facultatem. Proinde Congregatio his litteris imperuen-

dam tibi hanc facultatem duxit, vt quotiescunque in ista tua Ciuitate, & diocesi Hieracensi id expediri Amplitudo tua iudicauerit, possit permittere puellas, in monialium monasteria, in quibus piè, & honeste instruantur, introduci, adhibitis tamen conditionibus scriptis, & bene in Domino valebit. Roma die vlt. Augusti 1575.

Amplitudinis tuæ vti frater,

Philippus Boncompagnus Card. S. Sixti.

ALLEGATIO XCIX.

Episcopi, seu eius vicarij licentia quando sit necessaria in dispositionibus bonorum temporalium à nouitiis faciendis?

S V M M A R I V M.

- 1 Dispositio bonorum temporalium fieri non potest à nouitiis, cum primum recipiunt habitum, sed intra duos menses ante professionem, cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij.
- 2 Doctores referuntur, qui tractant de materia Concilij sess. 25. de Regular. cap. 16.
- 3 Episcopus confirmatus, licet non consecratus, potest concedere licentiam, vt à nouitio possit fieri dispositio bonorum temporalium.
- 4 Archiepiscopus consecratus, etiam si nondum pallium receperit, potest licentiam impertiri in dispositionibus faciendis per nouitios de bonis temporalibus.
- 5 Capitulum Sede vacante potest licentiam concedere, vt nouitij disponant de bonis temporalibus.
- 6 Abbates, & alij Prelati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, nullique Episcopo subiecti possunt in suis diocesis licentiam concedere nouitiis ad disponendum de suis bonis temporalibus.
- 7 Prelati Regulares in monasteriis exemptis, & sibi subiectis non possunt facultatem concedere nouitiis disponendi de suis bonis temporalibus.
- 8 Vicarius Episcopi, vel quorumcumque Prelatorum iurisdictionem Episcopalem habentium in sua diocesi, ac etiam à Capitulo Sede vacante constitutus, potest facultatem concedere nouitio disponendi de suis bonis temporalibus.
- 9 Licentiam, quam Episcopi, vel eorum Vicarij concedunt nouitiis disponendi de suis bonis temporalibus, possunt alteri delegare.
- 10 Licentia, quam Episcopi, & habentes Episcopalem iurisdictionem, eorumque Vicarij concedere possunt nouitiis faciendis dispositionibus bonorum temporalium, non exigitur quod sit in scriptis, nec satis est petita, sed debet esse obiecta.
- 11 Menses duo professioni proximi, intra quos renuntiatio, & obligatio fieri potest de licentia Episcopi à nouitio, computantur secundum quod occurrit in Calendario, & ibi vide alia vtilia super hac re.
- 12 Concilium Trident. sess. de Regularibus cap. 16. non habet locum in testamentis, donatione causa mortis, & codicillis.
- 13 Testamentum an ante professionem factum subsequenti professione rumpatur, & an ante professionem possit expressè reuocari, ostenditur.

- 14 Professus Religiosus non potest testamentum ante professionem reuocare.
- 15 Monachus etiam ad dignitatem Episcopalem promotus non potest testamentum ante professionem factum reuocare.
- 16 Renunciatio seu donatio bonorum facta ab existente adhuc in seculo prætecto & intuitu ingressus religionis stante Concilij Trident. dispositione sess. 25. de Regular. cap. 16. an valida sit non obseruata illius forma, ostenditur, & n. 17.
- 18 Concilium Trident. d. cap. 16. an procedat in maiori viginti quinque annis renunciantem, ostenditur.
- 19 Concilij d. cap. 16. dispositio non habet locum in resignatione beneficij.
- 20 Renunciatio beneficij, cuius titulo quis est ordinatus ante susceptionem habitus, est omnino inualida.
- 21 Beneficij renunciatio an infra duos menses ante professionem possit à nouitio fieri, ostenditur.
- 22 Donationes inter viuos comprehendit decretum Concilij dicto loco.
- 23 Renunciationem officiorum publicorum temporalium comprehendit decretum Concilij dicto loco.
- 24 Fideiussionem comprehendit Concil. dicto loco.
- 25 Liberationem qua nouitius tutorem, seu curatorem suum à reddendis ratiocinijs liberat, comprehendit Conc. citato loco.
- 26 Elemosynas per nouitios factas non comprehendit Concil. vbi supra.
- 27 Donationem Deo, seu B. Mariæ, vel Sancti oblatam non comprehendit Concil. vbi supra.
- 28 Vestium ac vestitum, quem pro se tribuit nouitius monasterio, non comprehendit Concil. citato loco.
- 29 Donationes, oblationesve factæ monasterio ab alijs quam à nouitiis non comprehenduntur sub dicto Concilij decreto.
- 30 Contractus quos non includat dispositio Concilij citato loco, ostenditur.
- 31 Nouitius Canonicus necessario vocandus non est ad electionem Episcopi, quamuis iure eligendi potestate minime priuatus sit.
- 32 Concil. Trident. sess. 25. de regularib. cap. 16. non habet locum in nouitiis Societatis IESV.

Dispositio bonorum temporalium fieri non potest à nouitiis, cum primum recipiunt habitum, sed intra duos menses ante professionem, cum licentia Episcopi, vel eius Vicarij, vt habetur expressè in Concil. Trident. sess. 25. de Regularib. cap. 16. in hæc verba : Nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta etiam cum iuramento, vel in fauorem cuiuscunque cause piæ valeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, & non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione : aliter verò facta, etiam si cum huius fauoris expressa renunciantione, etiam iurata sit, sit irrita, & nullius effectus, de cuius materia tractarunt Aloyf. Ricc. in collectan. decif. par. 2. collect. 454. Cnull. comm. contra comm. quæst. 806. num. 3. cum seqq. Piafec. in praxi noua Episcopali par. 2. c. 3. n. 50. vers. renunciatio, Fr. Emman. quæst. Regularium tom. 2. quæst. 47. art. 8. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 2. cap. 1. num. 38. cum seqq. & Stephan. Gratian. Marchia decif. 37. Azor. inst. mor. d. par. 1. lib. 12. c. 2. col. 169. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 139. vers. antea. Barbos. de Episcopo Pars III.

quam, Leonard. Lessius cod. iust. lib. 2. cap. 41. dub. 4. num. 40. Valer. Reginald. in praxi fori pænit. lib. 18. n. 397. Marius Anton. var. res. lib. 1. resolut. vlt. casu 62. Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 12. cap. 3. à num. 10. & cap. 4. n. 1. Franc. Molin. de ritu imp. lib. 3. quæst. 99. alias vltim. num. 18. cum multis sequentibus. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauaræ lib. 2. tit. 18. l. 7. de relig. n. 18. cū seq. Lusitanus Benedictus Ægid. in repet. l. unica C. de sacrosanct. Eccles. p. 4. §. 2. per rot. latè Aluar. Valasc. de partitionib. c. 16. n. 2. cū seqq. latissimè Fr. Ludou. Mirandain manuali Prelator. Regularium quæst. 33. tom. 1. Nicol. Garc. de benefico. par. 11. cap. 9. à n. 10. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 5. nouissimè Fr. Bartholom. de Vecchis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp. 8. dub. 7. cum multis seqq. D. Hieron. Venero, & Leyua in examine Episcop. lib. 6. cap. 15. num. 17. cum seqq. Vgolin. de officio Episcopi cap. 20. §. 7. Barthol. à S. Fausto in thesauro Relig. lib. 5. à quæst. 178. vsque ad 200. Portel. in dubijs Regularib. verb. nouitij à num. 73. [nouissimè me citato in hoc loco Alzed. de præcellent. Episcop. dign. par. 2. cap. 8. num. 44. Hier. Roder. in compendio quæst. Regul. resol. 53. ex num. 10. & resol. 101. n. 48. cum seqq. Laur. de Peirinis in constit. sue Relig. Adimor. constit. 2. Sixti IV. à num. 72. Peregr. in constit. cleric. Regul. par. 2. cap. 1. lit. G, pag. 152. cum seqq. nouissimè Lauret. de Franchis in controuers. inter Episcopos & Regulares quæst. 42. cum seqq. pag. 357. Lezana in sum. quæst. Regul. cap. 24. num. 32. cum seqq. nouissimè Tamburin. de iure Abbatissar. disp. 4. quæst. 10. cum seqq. me citato in hoc loco nouissimè Nouat. in lucerna Regular. verb. dispositio bonorum.]

Ad excludendas fraudes, metum, preces importunas, merito exigit Concil. in præcatis verbis in bonorum temporalium dispositione à nouitio faciendâ, vt licentia Episcopi, aut eius Vicarij præueniat, & sufficit, si obtineatur ab Episcopo confirmato, quamuis nondum consecrato, ex eo, quia illis à tempore confirmationis competunt ea omnia, quæ sunt iurisdictionis, quale est hoc, vt in terminis resoluit Sanch. d. cap. 5. num. 65. & num. 66. asserit Archiepiscopum consecratum, qui nondum pallium recepit, posse huiusmodi licentiam in sua diocesi impertiri, quippe quod illi tantum interdicitur ante receptum pallium cogere Concilium, & ea, quæ ad ordinem Episcopalem pertinent, exercere, non vero quæ sunt iurisdictionis, quæ facta confirmatione ante receptum pallium exercere potest, de quo etiam Barth. à S. Fausto d. lib. 5. quæst. 196. [tam in monasteriis sibi subiectis, quam in exemptis semper exigitur licentia Episcopi, vel eius Vicarij, nec est necessaria, nec sufficit licentia Prelati Regularis, quia decretum Concil. Trid. in d. cap. 16. virtute cuius huiusmodi licentia ad hanc renunciationem posita est, solam Episcopi, aut eius Vicarij licentiam petit, quando autem aliud voluit id expressè, quare ita resoluunt Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 47. art. 14. Lauret. de Franchis vbi supra quæst. 43.]

Capitulum Sede vacante, quia succedit in omnem Ordinariam iurisdictionem Episcopis competentem, vt probauit alleg. 39. num. 9. potest huiusmodi licentiam concedere, vt resoluunt in terminis Sanch. d. cap. 5. num. 67. Barth. à S. Fausto d. lib. 5. quæst. 195. Fr. Barth. de Vecchis d. disp. 8. dub. 9. num. 2. [Perreg. d. cap. 1. lit. C, §. 267. nouissimè Tamburin. d. disput. 4. q. 10. num. 3.]

- 6 Abbates, & alij Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem, nullique Episcopo subiecti in suis diocæsisbus possunt huiusmodi licentiam concedere, vt per Fr. Barthol. de Vechis *d. disp. 8. dub. 9. num. 2.* Sanch. *d. cap. 5. num. 68.* vbi etiam tenet Archiepiscopum in diocæsi suffraganei non habere potestatem concedendi huiusmodi licentiam, nisi Episcopo eam denegante deuolueretur per appellationem causa ad ipsum. Prælati Regulares eam facultatem concedere non possunt in monasteriis exemptis, & sibi subiectis, quia Decretum Concil. in *d. cap. 16.* solum Episcopi licentiam ad hanc renunciationem petit. Quare ita tenent Fr. Emman. *quest. Regular. tom. 2. quest. 47. art. 14.* Sanch. *d. cap. 5. num. 74.* vbi *num. 75.* cum eodem Fr. Emman. in *summa tom. 2. cap. 7. num. 1. in fine.* & Veg. *tom. 2. Sum. cap. 50. casu 3.* asserit in aliquibus Religionibus in dissuetudinem abiisse hanc petere licentiam ab Episcopo, quod ille approbat, si consuetudo fuerit legitime præscripta, vt contra prædictum Trident. decretum vires obtineat.
- 7 Vicarius Episcopi, vt dicit idem Tridentini Decretum, potest hanc licentiam largiri, idem etiam potest Vicarius à Capitulo Sede vacante, quia quamuis in Concilio expressa fiat mentio Vicarij Episcopi, qualis non dicitur Vicarius Capituli Sede vacante, tamen verius est nomine Vicarij Episcopi intelligi Vicarium habentem iurisdictionem Episcopalem, qualis est Vicarius huius Capituli. Quare ita in terminis firmiter Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. quest. 198.* [Tambur. *d. quest. 10. n. 16.*] Sanch. *d. cap. 5. num. 69.* vbi *num. 70.* idem dicendum putat de Vicariis quorumcunque Prælatorum iurisdictione Episcopali in sua diocæsi gaudentium, quia censentur Vicarij Episcopi, id est, habentium iurisdictionem quasi Episcopalem, & *num. 72.* asserit non esse integrum Vicariis foraneis hanc licentiam concedere absque expressa commissione sibi facta, & *num. 73.* tenet, quod possunt facultatè huius licentiæ concedendæ delegare tam Episcopi, & habentes iurisdictionem Episcopalem, quam eorum Vicarij, quia cum hæc iurisdictione sit in iure communi per Tridentinum constituto annexa perpetuè non personæ, sed dignitati, & officio, est Ordinaria, & consequenter delegabilis, iuxta ea quæ diximus *allegat. 54. num. 92.*
- 10 Licentia, quam Episcopi, & habentes Episcopalem iurisdictionem, eorumque Vicarij concedere possunt nouitijs faciendi dispositiones bonorum temporalium, non exigitur, quod sit in scriptis, cum Tridentinum *dicto loco* nullam scripturæ mentionem fecerit, prout fecit hæc eadem *sess. 25. de Regul. cap. 5.* nec satis est petita, sed debet esse obrenta, & quamuis præcedere debeat, satis tamen est eam esse tacitè habitam ex ratihabitione de presenti, vt sigillatim in terminis tradit Sanch. *d. cap. 5. num. 76. cum tribus sequentibus.* Fr. Barthol. de Vechis in *praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitijs disp. 8. dub. 9. num. 3. & 4.* [nouissimè Laurent. de Franchis in *controu. inter Episcopos & Regul. q. 42. pag. 357.*]
- 11 Circa tamen aliam eiusdem Concilij in *d. cap. 16.* solemnitate petitam, nempe vt renunciatio, & obligatio fiant intra duos menses professioni proximis, obseruat Sanch. *d. cap. 5. num. 80.* non exigi, vt hæc fiant integro bimestri ante professionem, sed satis esse toto eo bimestri fieri, quamuis immediatè ante professionem ex dictione *intra*, qua vititur Concil. *dicto loco.* Et hoc casu nullam esse renunciationem si fiat absque dictis solemnitatibus re-

soluit Sperell. *d. decis. 16. num. 54.* quamuis Nouar. *quest. forens. par. 1. quest. 78.* existimauerint huiusmodi renunciationse si fiant per paucos dies ante professionem validas esse absque dictis solemnitatibus, Pereg. *d. cap. 1. lit. G. §. 20.* Tamburin. *d. q. 10. n. 4.* & idem Sanch. *num. 81.* existimat computandos esse prædictos duos menses de momento ad momentum, & secundum quod occurrit mensis in Calendario, Fr. Barth. de Vechis *d. dub. 9. num. 5.* [Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. quest. 193.* Pereg. *d. cap. 1. lit. G. §. 20. vers. probatur quia.* Laurent. de Franchis *d. loco quest. 44.* Tamburin. *d. disp. 4. q. 10. num. 10.* vbi subdit fuisse à sacra Congreg. Concilij decimum renunciatorem factam à Moniale per diem ante dictos duos menses non valere.] & idem Sanch. *sæpè citato cap. 5. num. 82.* asserit nihil referre facta semel renunciatore bimestri illo ante professionem legitime faciendam, vt quia transacta bimestri est completa ætas, & annus nouitiatus, differre professionem ex quacumque causa dilatio contingat, refert decimum Armendariz in *addit. ad recopilat. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. num. 18.* & *num. 27.* asserit Concilij verba, *intra duos menses*, verificari, etiam si ultra plures menses anni probationis professio fiat, & *num. 22.* asserit quoque decimum tenere renunciatorem, quam aliquis fecerit ante professionem per duos menses, licet ante expletum 16. annum. Item idem Sanch. *loco proxime citato. num. 83.* verius credit stante dispensatione Pontificia, vel nouitijs nono mense profectus sit, vt minor 16. annis, non posse renuntiare bimestri illo ante professionem, sed renunciatorem debere fieri proxime professioni, vt eodè die, vel præcedenti, & *n. 84.* id obseruandum dicit, quod si nouitijs ante finem anni professionem deserat siue tacita, siue non facta renunciatore, atque iterum penitentia ductus redeat, renunciatorem illam, quæ eo egressu irrita facta fuerat, minime conualefcere. Huiusmodi autem renunciatore, seu obligatio memoratis solemnitatibus facta adeo est valida, vt ab ipso nouitio renunciatore non possit illo bimestri perseuerare in Religione amplius infirmari, vt resoluit Sanch. *d. cap. 5. à num. 57.* Fr. Barthol. de Vechis *d. disp. 8. dub. 9. num. 6.*

Si verò nouitijs professionem non emitteret, rediretque ad seculum, tunc perspicuum esset renunciatorem reuocari, vt per Menoch. *de arbit. casu 5. num. 7.* Honded. *conf. 73. à num. 16. vol. 2.* Fr. Barthol. de Vechis *d. disp. 8. dub. 8. num. 3.* [nam non nisi realiter sequuta professione non sortuntur effectum donationes, seu renunciationse huiusmodi factæ à nouitijs cum solemnitate petita à Concilio, ita Lezana in *sum. quest. Regul. cap. 24. num. 36.*]

An renunciatore, & donatio nouitij facta cum solemnitate Concilij in *dict. cap. 16.* corruat morte nouitij in religione tanquam non sequuta professione? latissimè differit Sanch. *dict. libr. 7. cap. 5. à num. 48.* vbi affirmatiuam sustinet opinionem, cuius quidem sententiæ sectatores sunt Fr. Emman. in *summa tom. 2. cap. 90. num. 6. & tom. 3. quest. Regul. quest. 47. articl. 12.* Passarel. in *privil. Minor. cap. 30.* Molin. *tom. 1. disp. 140. colum. 1.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. quest. 186.* vbi *quest. 187.* resoluit vt donatio nouitij facta cum solemnitate huius decreti sit firma, requirit vt postscriptio sit valida. [de quo etiam Laurent. de Peirinis *confit. 2. Sixti IV. num. 78.* Sanch. *d. lib. 7. cap. 5. num. 55.* Lezana *d. cap. 24. n. 36.* Tamburin. *d. disp. 4. quest. 12. num. 1.*] Ratificata verò professione

ne

ne censeri quoque renunciatorem ratificatam & validam, resoluit [Tamburin. *dict. disp. 12. num. 2.*] Aloyf. Ricc. in *decis. Curie Archiepiscop. Neapolitan. decis. 146. par. 4.* Pro ornatu presentis materiæ, sunt à me certa dubia discutenda, & ideo

- 12 Quæro primò, an prædicta conciliaris dispositio locum habeat in testamentis, donatione causa mortis, & codicillis? In qua quæstione incautè admodum Spino in *speculo testamentorum glos. 12. num. 50.* scribit *d. cap. 16.* Concil. Trident. probari nullam renunciatorem, donationem, aut testamentum valere eius, qui monasterium ingreditur, nisi seruata illius capituli forma. Sed verius est contrarium, immo non procedere in vltimis voluntatibus prædictam conciliaris dispositionem, quoniam sacrum Concil. libertati prospiciens eorum, qui religionem ingressuri sunt profectendo, statuit in ea, quæ superioribus verbis recensui; at ratio huiusmodi in testamento necessaria non est, quia potest liberè reuocari, & quæ antea libertas nouitio concedebatur, eadem ipsa ante professionem viger. Quamuis autem Gutier. in *cap. quamuis pactum, de pactis lib. 6. verb. dum nuptii tradebatur, num. 4.* ausus non fuerit hanc terminare quæstionem, idem tamen lib. 2. *Canon. quest. cap. 1. num. 26. cum sequentibus.* hanc sequitur opinio, quam etiam amplectuntur Garcian. *regula 456. num. 7.* Nauar. *comment. 2. de Regular. num. 50. & conf. 83. num. 2. & 3. sub tit. de Regular. in nouis.* Henriq. *decis. 21. Tabia in authent. ingressi, verb. ideoque nec de his, cap. 1. num. 15. in fine.* Humada *l. 7. glos. 3. à num. 4. tit. 7. par. 1. Causal. Fiuizana decis. 10. num. 113. par. 3. sub tit. de vltimis voluntatibus.* Menoch. in *addition. ad lib. 2. de arbit. casu 436. num. 16.* Molina *dict. disp. 139. vers. ambiget fortasse.* Azor. *d. par. 1. lib. 12. cap. 2. quest. 14. in fine.* & lib. 23. *cap. 9. quest. 2.* Veg. in *sum. tom. 1. cap. 91. casu 4. & tom. 2. cap. 50. casu 3.* Aloyf. Ricc. in *colleat. decisum. collect. 584.* Fr. Emman. *quest. Regular. tom. 3. quest. 16. art. 1. & tom. 2. quest. 47. artic. 10. & in summa tom. 1. cap. 90. num. 5. & tom. 2. cap. 7. num. 81. & 9.* Leonard. Lessius *d. cap. 41. num. 40.* Aluarus Valasc. *d. cap. 16. à num. 13.* Ceuall. *commun. contra commun. quest. 63. num. 7. & quest. 121. à num. 4.* Cencd. *ad Decretum collect. 50. in fine.* Nicol. Garcia *de benef. par. 11. cap. 9. num. 17.* Emman. *Sà in summa. verb. Religio num. 5.* Zech. *de Republ. Ecclæs. tit. de Regular. cap. 3. num. 10.* nouissimè Sanch. *dict. cap. 5. num. 13.* Lusitanus noster Benedictus Ægidius *dict. §. 2. num. 21. cum sequentibus.* Fr. Ludouic. Miranda *d. quest. 23. art. 4.* optimè Campanil. *dict. rubr. 12. cap. 13. 2. 12.* Monet. *de commutat. vltim. volunt. cap. 5. num. 11.* Barthol. à S. Fausto *d. lib. 5. quest. 189.* [Laurent. de Peirinis in *confit. sui Ordinis Minor. conf. 2. Sixti IV. num. 74.* Pereg. *d. cap. 1. lit. G. §. 4.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 587. num. 30.* Moneta *de commut. vlt. volunt. cap. 5. n. 11.* Barth. de Vechis *d. disp. 8. dub. 10. num. 3.* Hieronym. Roder. in *compendio quest. Regul. resol. 53. num. 10.* Lezana in *sum. quest. Regul. cap. 24. num. 35.* Melch. Phæbos *Lusit. decis. 137. num. 6. cum seqq. par. 2.* nouissimè Tamburin. *d. disp. 4. quest. 10. num. 12.*] & decimum fuisse referunt Franc. Molin. *d. quest. 99. num. 26.* & Armend. *d. loco num. 21.* Per huiusmodi enim Concilij decretum nouitij non carent facultate condendi testamentum ante, vel post Religionis ingressum, vt per Læf. Zech. *de Republ. Ecclæs. tit. de Regular. cap. 3. n. 10.* Stephan. Gratian. *discept. forens. tom. 5. cap. 587. n. 30.* nouissimè Fr. Barthol. de Episcopo Pars III.

lom. de Vechis *d. disp. 8. dub. 10. num. 3.*

Et cum dixerim prædictam conciliaris Constitutionem non habere locum in vltimis voluntatibus, imò licere testari cuiuscumque volenti ingredi religionem, aut etiam ingressu, dum annus probationis excucurrit, non exilis inde dubitatio exoritur, testamentum istud rumpatur ne subsequenti professione, & ante professionem, possit expressè reuocari? In qua quæstione verior est opinio, quod monachus, dum in nouitiatu agit, potest reuocare testamentum factum ante ingressum religionis, & durante eodem nouitiatu aliud condere, cum Laicus reputetur, & quia in illius enodatione aliquas admittit distinctiones, longaque resolutiones vtriusque Iuris Doctores, apud illos latius veritatem inquirere poteris, & videto Bart. in *authent. ingressi num. 1. de sacrosanctis Ecclesijs*, vbi ceteri ordinarij, Anton. Butr. in *cap. in presentia num. 34. de probat. vbi Canonistæ omnes*, Couar. in *cap. 2. num. 4. de testamentis*, Iulium Clarum in *§. 10. Testamentum quest. 28.* Crass. *cod. verb. quest. 34. num. 2.* Gutier. *Canon. lib. 2. cap. 1. & in cap. quamuis pactum, verb. dum nuptii tradebatur num. 4.* Molinam *de primogenit. lib. 2. cap. 9. à num. 38.* Gomez *l. 3. Tauri num. 23.* vbi Corneio, Fachin. *lib. 6. controu. cap. 14. & 15.* Carol. Tappiam *ad dict. authent. ingressi, verb. ideoque nec de his, à num. 46.* Carol. de Graffis *de effectibus clerical. effectu 4. num. 31. & 32.* Mench. *de successorum creatione lib. 2. §. 20. num. 19.* & *de successorum progressu lib. 1. §. 1. num. 52.* Matien. *l. 1. glos. 3. num. 4. tit. 4. lib. 5. noua recopilat.* Fr. Emman. *quest. Regularium tom. 3. quest. 3. art. 8.* Ceuall. *commun. contra commun. quest. 61. & quest. 221.* Azor. *institur. moralium part. 1. lib. 12. cap. 2. in fine, & cap. 6. quest. 5.* Nauar. *commento 2. de Regularibus num. 49.* Thesaur. *lib. 2. quest. forens. quest. 56. num. 2.* Cæsar. Manet. *conf. 58.* Giouagnon. *resp. 85. num. 7. lib. 1.* Fr. Ludouic. Miranda *dict. quest. 23. art. 8.* Gama *Lusitania decis. 316. num. 5. & 6. & decis. 375. num. 5.* Costain *cap. si pater, verb. testatorem, num. 8. & 10. de testamentis lib. 6.* Caldas Pereira in *l. si curatorem, verb. siue curatore, num. 59. & de nominat. emphyt. quest. 6. num. 5. cum sequentibus.* & *de potest. eligendi cap. 3. num. 17.* Valer. Reginald. in *praxi fori penitent. lib. 18. num. 397.* Aluar. Valasc. *d. cap. 16. num. 14.* Franc. Molin. *dict. quest. 99. num. 23. & 24.* Castill. *quotidianarum quest. lib. 1. de usufructu cap. 65. num. 6. & lib. 3. cap. 12. num. 3.* Molin. *dict. tract. 2. disputat. 139. dub. vltim. & disp. 64. num. 3.* latè Säch. *d. tom. 2. lib. 7. cap. 3. num. 24. cum multis sequentibus.* Marc. Anton. Genuens. in *practicabilibus. Ecclæs. quest. 332.* nouissimè Fr. Bartholom. de Vechis in *praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitijs disput. 8. dub. 10. num. 1.* [Hieron. Roder. *d. resol. 101. num. 49.* nouissimè Tamburin. *de iure Abbatis. disp. 4. quest. 13.*]

Est etiam alia quæstio in hoc proposito pariter controuersa, an scilicet profectio integrum sit testamentum ante professionem factum reuocare? In qua vna sententia tenet absolutè posse reuocare, quam sequuntur Doctores in *l. 1. de testament. vbi Bart. num. 7.* Cumau. *5.* & ceteri scribentes, Xuar. *alleg. 20. num. 25. cum sequentibus.* Tell. *l. 17. Tauri num. 6.* Decian. *conf. 21. lib. 3.* Burg. de Paz *l. 3. Tauri num. 688.* Matienso *l. 1. glos. 3. num. 4. tit. 6. lib. 5. noua recopilat.* Cald. Pereira *de nominat. emphyt. cap. 3. num. 17.* Altera verò & communior, ac receptior tenet integrum non esse profectio

testamentum reuocare, quia per professionem ita moritur mundo Religiosus, vt nihil proprium habere possit, nec deinceps de bonis antehabitis quicquam disponere, *auth. ingressi, C. de sacrosanct. Eccles.* & ideo hanc tuerentur Abb. *in cap. in presentia, num. 61. de probation. Imol. l. 1. n. 13. ff. de testament. Nauar. com. 2. de Regularib. num. 53. Couar. in c. 2. num. 9. de testament. Gutier. canon. lib. 2. cap. 1. à n. 37. Tapi. in dict. *auth. ingressi, verb. idoque nec de his, cap. 1. num. 67. Spino glos. 6. rub. in fine, [Thad. Pilo lib. 1. var. cap. 8. num. ult. & Hieron. Roder. resol. 135. num. 3.] Fachin. controu. juris lib. 6. cap. 15. vers. ego sententiam, Angul. de melioration. l. 1. glos. 3. num. 12. Fr. Emman. in summ. tom. 2. cap. 32. num. 2. & quæst. Regular. tom. 3. quæst. 16. art. 3. & quæst. 69. art. 3. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 6. quæst. 5. [Ceual. commun. contra commun. q. 806. per tot. Pereg. d. cap. 1. lit. G. §. 35.] Valalc. de partition. cap. 16. num. 18. Molina d. tract. 2. disp. 140. vers. vitium verò Religiosus, Bened. Egid. in repet. d. l. 1. par. 4. §. 2. num. 6. in fine. Miranda in manu. Prælat. tom. 1. quæst. 24. art. 10. Regin. in praxi fori penitent. lib. 18. cap. 27. num. 397. Thesaur. dict. quæst. 56. num. 1. Fr. Barthol. de Vechis dict. disp. 8. dub. 11. num. 2. D. Hieron. Venero d. cap. 15. num. 20.**

15. Quod adeo verum est, vt nec Monachus etiam ad dignitatem Episcopalem prouectus possit testamentum ante professionem factum reuocare, vt docent Tapi. d. c. 1. n. 67. [Ceual. d. q. 806. n. 19. Mar. Cutcl. de donat. tom. 1. tract. 1. disc. 2. par. 3. num. 145. Sanch. d. lib. 7. c. 11. n. 6. Alzed. d. p. 1. cap. 14. n. 21.] Quicquid contrarium velint lat. in d. *auth. ingressi num. 17. & ibi Petr. de Vergunia in addit. ad Buri-gar. limit. 6. [Marc. Anton. Genueul. in practicab. Eccles. quæst. 263. num. 4. Molfes. conf. 1. post vol. 1. comment. ad consuet. Neapol. num. 21. vbi velle & nolle recuperare dicit, & num. 22. cum duobus seqq. id confirmat exemplo mortui reuientis, & omnia sua recuperantis. Vtrum legitimæ renuntiatio ante professionem, & iuxta Concilij Trident. normam facta monacho, ad Episcopatus culmen euecto, sit impedimento, vt ad illam non habeat regressum? Andr. Molfes. conf. 1. post vol. 1. comment. ad consuet. Neapol. & conf. 39. post vol. 2. constanter affirmat Monachum in Episcopum promotum posse legitimæ renuntiationem ante professionem factam reuocare, legitimamque vendicare; eiusdem sunt sententia Philip. Pascal. de viribus parvis potest. par. 1. cap. 3. num. 98. Aloyf. Ricc. in sua praxi par. 1. resol. 152. Marc. Anton. Genueul. in practicab. Eccles. q. 263. Contrarium verò sustinent Fab. de Anna conf. 45. per tot. vol. 2. Mar. Cutell. de donat. contemplatione Maurimonij tom. 1. tract. 1. disc. 2. par. 3. ex num. 132. Et hæc de re extat Eminentissimorum Patrum Concilij Trident. interpretum declaratio, vt sequitur. Die 11. Ianuarij 1631. proposito in sacra Congregatione Concilij Trid. dubio ad instantiam N. Regularis professi, & ad Episcopatum promoti, Eminentissimi Patres censuerunt dictam orationem recuperare ius succedendi etiam in bonis ab eo renuntiat, dummodo non sint alteri quæsit. Nouissimè post hæc scripta reperi ita tenuisse Laurer. de Franchis in controu. inter Episcopum & Regularis q. 118. vbi multis fundamentis hanc partem sustinet.] Vtrum autem liceat Religioso suum testamentum ante professionem confectum declarare? Quæstio est dubia, in qua Gasp. Thesaur. d. quæst. 56. num. 3. & Miranda d. tom. 1. quæst. 23. art. 10. tenent adeo efficaciter valere pristinum Monachi testamentum,*

vt non admittatur post professionem declaratio ab eodem Monacho faciendâ circa verba testamenti ambigua. Verum contrarium est omnino tenendum, dummodo testamentum dubia vel obscure voluntatis interpretatione indigeat, & religiosus declarationem verbis congruam proferat. Ita Gozadin. conf. 41. num. 15. 16. & 17. Fr. Emman. tom. 3. quæst. 69. art. 3. Valer. Regin. d. lib. 18. cap. 27. num. 397. Sanch. d. lib. 7. cap. 11. num. 16. Moner. de commut. ult. volunt. cap. 5. quæst. 1. num. 14. Fr. Barth. de Vechis d. disp. 8. dub. 12. [Diana moral. resol. par. 3. tit. 2. resol. 75.]

Secundo quero, an renunciatio, seu donatio bonorum facta ab existente adhuc in seculo, prætextu, & intuitu ingressus religionis, stante prædicta conciliari dispositione valida sit, non obseruata illius forma; in qua quæstione æquior opinionem tenere huiusmodi renuntiationem nullam, & inualidam esse affirmant Nauar. conf. 7. & 8. de donat. in ant. & conf. 81. de regul. in nouis. Molin. de iust. tract. 2. disp. 139. & vers. ambiget, & disp. 149. vers. quoad Ecclesiam, & disp. 604. num. 2. Cancer. var. lib. 2. cap. 8. num. 81. Flamin. de resign. lib. 3. quæst. 13. num. 9. Ceual. quæst. 121. num. 4. & 5. Fr. Lud. Miranda d. quæst. 23. art. 2. & 3. & multis rationibus contrariis respondent confirmat Mar. Anton. var. resol. lib. 1. resol. ult. casu 42. sequuntur Lefsius de instit. lib. 2. cap. 41. num. 39. & 40. Rojas in epir. success. cap. 7. num. 30. & 32. Fulc. de Vitis. lib. 2. cap. 18. num. 37. Spin. in speculo test. glos. 12. princ. num. 5. Menoch. conf. 388. num. 7. Emman. Sâ verb. religio, num. 5. Ceual. commun. contra commun. quæst. 115. in fine, Gutier. in cap. quamuis pactum, de pactis, in 6. §. dum nupti tradebatur, in fine, Azor. instit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 9. quæst. 2. multis suffulti rationibus. Principalior est, quoniam nisi ita dicere-mus, fieret omnino, vt dispositio, vt d. cap. 16. redderetur elusoria, frustrareturque, eo quod curarent parentes, vel consanguinei, vt ante ingressum filia renuntiant, vt deinde post ingressum possent retrocedere, vel si discedere vellent, non facilis erit recuperatio bonorum, & multa paterentur litium incommoda; mens autem Concilij fuit providere ne restringeretur libertas animi donantis in discedendo, vel emitendo professionem, vt ex ipomet colligitur in d. cap. 16. in finalibus verbis, dum vult monasterio ante duos menses ante professionem donari, aut renuntiare non posse per ipsum ingredientem, aut ingressum, quia si velit penitere, & egredi, non ita liber erit animus, cum monasterium, aut alius bona donata possideat. Deinde Cancer *suprà citato loco*, se idem consuluisset refert, & ea ratione quoniam interpretes legitæ ingressum in monasteria, & non ingressum, volentem tamen ingredi, æquiparant in d. *auth. ingressi*, Canonistæ in cap. in presentia, de probat.

Verum contrariam opinionem, immo prædictam Conciliarem constitutionem intelligi de renuntiationibus tantum factis post ingressum religionis, non autem de factis ante ingressum, tenent multi alij non minoris auctoritatis, & opinionis viri, quoniam text. apertissimè de ingresso, siue ingressa religionem loquitur, à cuius verbis, & dispositione recedendum non est, l. non aliter, cum vulgaribus, ff. de legato 3. 8. ita resolunt M. andol. conf. 22. a num. 8. vol. 1. V. g. tom. 1. sum. cap. 91. casu 4. & tom. 1. cap. 50. casu 3. Zanard. in direct. Theolog. par. 1. cap. 17. vers. primo si facta, Thesaur. quæst. foros. lib. 2. quæst. 56. num. 8. & 9. Megag. 1. 2. lib. 2. cap. 27. num. 25. & 26. Field.

verb. Religiosus num. 1. Fr. Barthol. de Vechis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis dist. 8. dub. 8. num. 4. Stephan. Quaranta in summa Bullarij, verb. monasteria, & conuentus, vers. dubium illud, [Ceual. d. quæst. 806. num. 14.] Aluar. Valasc. dict. cap. 16. num. 22. cum sequent. Stephan. Gratian. Archiep. decis. 37. par. 1. Benedic. Egid. in repet. d. l. 1. par. 4. §. 2. num. 22. ad finem, Francisc. Molin. de ritu nupt. dist. quæst. 99. num. 30. Castil. controuerf. lib. 1. de usufruct. cap. 65. num. 7. Menoch. in addit. ad libr. 2. de arbit. casu 436. à num. 3. Camp. d. rubr. 12. cap. 3. num. 17. [Alexand. Pereg. in comment. ad constit. cleric. Regular. par. 2. cap. 1. litter. C. §. 2. Lezana in sum. quæst. Regul. cap. 24. num. 34. Melch. Phœbos Lusitan. decis. 137. num. 12. par. 2. me citato in hoc loco Tamburin. de iure Abbatissar. disp. 4. quæst. 10. n. 1. [latè Sanch. in præcepta Decal. tom. 2. lib. 7. c. 5. num. 4. cum sequentibus, Barth. à S. Fausto d. l. 4. quæst. 183. [Cauag. Mediolan. decis. 17. num. 71. cum sequentibus, Galerat. de renunt. lib. 3. cap. 7. num. 7. pag. 217. Cutell. de donat. tom. 1. tract. 1. discursu 2. part. 3. num. 152. & 153. nouissimè Petr. Diaz Noguero. in allegationibus iuris allegat. 7. num. 24.] me citato Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepiscop. Neapolitan. decis. 295. ad finem par. 1. & decisum fuisse testantur Pasarell. in suo tractatu priuilegiorum, in priuileg. Minorum, fol. 200. num. 37. Sorbus in suis additionibus ad compendium Mendicant. verb. nouitius, vers. sed hic sunt aliqua aduertenda, Fr. Emman. tom. 2. quæst. 47. art. 8. Nicol. Garcia de beneficio, p. 11. c. 9. num. 15. Galer. in margarita casuum conscientia verb. religiosus, pag. 226. col. 1. & verb. Nouitius, l. Ioan. Baptist. Confess. in summa priuileg. Mendicant. tit. 13. cap. 13. pag. 325. [Barth. de Vechis d. disp. 8. dub. 8. num. 4. nouissimè Egoipse in votis decis. Canon. lib. 1. voto 6. à princip. Melch. Phœbos d. decis. 137. num. 13.] Vgolin. de potestate Episcopi cap. 20. §. 7. num. 3. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarrae lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religionibus, num. 20. & 25. [Rota in Parmen. in ussationis 20. Decembris 1627. coram Reuerendissimo Patre Domino Duran. & in Romana donationis de Mongellinis 14. Ianuarij 1636. coram Reuerendissimo Patre Domino Carillo impressa per Tamburin. post dict. tractat. decis. 8. num. 13. nouissimè me citato in hoc loco isto Nouar. in lucerna Regular. verb. Renunciatio bonorum à num. 9. pag. 228. Et ratio est, quia sicut Concilium reprobaui donationes factas tempore nouitatus, nisi intra duos menses proximos ante professionem, ex eo quod donatis bonis non remanebat nouitiis libertas egrediendi propter timorem, non recuperandi bona donata; ita etiam eadem ratione censetur Concilium reprobaui donationes factas ante ingressum Religionis, intuitu tamen ipsius ingressus, cum per illas auferatur ingredi volentibus libera facultas ingrediendi, nam cum se videant spoliatos bonis donatis, cogi videntur ad ingrediendum ipsam Religionem. Ita ponderat Rota in d. Romana donationis apud Tamburin. d. decis. 8. num. 14.] Hæc opinio sic sumpta, & decisiones, quibus fulcitur, recipere tantum eo casu, quo talis donatio, seu renunciatio facta fuit sine dolo fraudandi prædictam conciliarem dispositionem, dato ab ipso renuntiant, vel ab alio illum inducente, tali enim dolo commisso in ipso ingressu credo donationem factam esse nullam, & in hoc euentu, potest procedere prima sententia, & declaratio, quam pro sua opinione adducunt Doctores ibi citati, & refert Armend. d. lo-

co n. 23. nam potest euenire, quod eadem facilitate, qua non ingressurus religionem induceretur ad donandum, posset etiam induci ad donandum intentione ingressus; & hoc casu cessat dolo fraudandi tam conciliarem dispositionem, quam ipsum renuntiantem; vt per se patet, & hoc modo conciliare poteris plura, quæ Doctores supra citati adducunt in varias diuisi sententias, responsiones, & distinctiones. Non placet igitur, quod docent Nauar. conf. 82. de Regularib. & Molina dict. loco, ac Fr. Ludou. Miranda dicta q. 23. art. 1. asserentes esse inualidas donationes, seu renuntiationes bonorum temporalium factas ab aliquo volenti intrare religionem, suscipiat habitum, cum pacto, & quod in quocumque euentu, quo prædictus est monasterio exeat, dicta donatio non sit valda, prout tenet Nicol. Garc. d. c. 9. n. 19. vbi n. 21. etiam resoluit non valere donationem factam à nouito, cum pacto, & modo vt eo non proficiente sit nulla, ob non seruata formam decreti d. cap. 16. [Hinc etiam prouentus resolutio, quam cum Rota defendimus in votis decisivis Canon. d. par. 1. voto 6. num. 3. quod si statutum seculare requirit in omni donatione, seu renuntiatione cum decreto irritante vt contrahentes expresse iurcurando protestentur, & affirmet donationes non esse fictas, aut simulatas, seu doloas, sed esse veras, & fieri bona fide, donans absque illius solemnitate etiam prætextu ingressus in Religionem, dummodo eo tempore adhuc esset in seculo, inualide donat, de quo etiam Tamburin. d. disp. 4. q. 11. num. 2.]

Tertio quero, an prædicta conciliaris dispositio procedat in maiori 20. annis renuntiantis? Et videbatur dicendum, quod non, ex verbis dicti cap. 16. coniunctis cum aliis præcedentis cap. in quo decernitur inualida professio emissa ante 16. annum perfectum, & ante annum professionis, vt copulatiuè requirere videatur, scilicet quod prolapsus sit annus 16. & annus professionis, quare dum postmodum subiungit cap. 16. nulla quoque renunciatio, aut obligatio antea facta, &c. propter distinctionem illam, quæque, & distinctionem, antea, dicatur dispositionem illius Canonis cum qualitatibus positis in canone antecedenti, vt scilicet donatio vel renunciatio facta à minore 16. annorum, & ante professionem non valere, nisi infra vltimos duos menses, & consequenter emissa à maiori valeat: vnde Menoch. de arbit. casu 436. num. 8. subtiliter arbitratur formam, & solemnitate dict. cap. 16. in ea vel eo locum non habere, qui, vel quæ ætatis annum 16. excedit; enim, inquit, libere potest se obligare & bonis renuntiare absque Ordinarij Episcopi, vel Vicarij presentia, cum cesset minor illa ætas 16. annorum considerata à Sacro Concilio, quam ad hoc aptam non credit ad emittendam professionem, neque se obligandum, vel renuntiantum iuxta dictam Concilij dispositionem, & sequitur Thesaur. lib. 2. quæst. forens. quæst. 56. man. 7.

Contrarium tamen tenent Gutier. Canon. lib. 2. cap. 1. num. 34. Cened. ad Decretum collect. §. 10. n. 5. Morquech de diuis. bonorum lib. 4. cap. 5. à num. 34. Peguera decis. 252. Campanili dict. cap. 3. num. 18. Franc. Molin. dict. quæst. 99. num. 43. Valasc. de partit. cap. 16. num. 2. [Molfes. ad consuet. Neapol. rit. de renunt. quæst. 16. num. 31. cum seqq. qui testatur in Sacram Congregat. declarasse nouissimè Sperel. in decis. fori Ecclesiast. decis. 16. num. 48.] & nouissimè Fr. Barthol. de Vechis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp. 8. dub. 8. num. 1. vbi refert ita declarasse Sacram

Congregat. die 15. Ianuarij 1601. Fr. Emmanuel tom. 2. quest. 4. art. 13. [Lezana dict. cap. 24. num. 34. vers. intelligitur tamen, Sanch. dict. cap. 5. n. 7. & Armentar. dict. loco num. 36. ubi refert decifum dict. cap. 16. vendicare sibi locum etiam in his, qui excedunt annum 16. & illa verba, antea facta, non referri ad ætatem renunciantis, sed ad duos menses proximos ante professionem: ex ea ratione, quia dispositio conciliatis prohibentis dictas renunciaciones fuit facta ad evitandas fraudes, quæ in dies committebantur per parentes, consanguineos, vel alias personas, & quandoque per eosdem Monachos, ut rectè aduertit Nauar. dict. conf. 8. sub tit. de donat. atqui fraus huiusmodi sic committi potest per prædictas personas nouitiæ, vel nouitio ætatis 17. vel 20. annorum, sicut in eo, qui 16. tantum annum habet, & ideo cum in vtroque eadem militet ratio, debet etiam eadem vigere dispositio, iuxta vulgaria iura. Deinde forma illa renuntiandi præscripta à Sacro Concilio, est de solemnitate renunciationis, quia ea omiffa vult renunciationem nullam, & inualidam iudicandam, forma autem, & solemnitas eadem vbique esse debent, non diuersa, & cum Concilium generice formam dederit in nouitiis, variare ex multiplicitate annorum non potest.

19 *Quarto* quæro, an prædicta Conciliaris dispositio locum sibi vendicat in resignatione beneficii? Affirmatiuè resoluunt Azor. institut. moral. parte 2. lib. 7. cap. 20. quest. 6. Yeg. tom. 2. summ. cap. 10. casu 3. Fr. Ludou. Miranda in man. Prælat. tom. 1. quest. 23. art. 5. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 7. cap. 5. num. 38. [Sperell. dict. decis. 16. num. 49.] Soar. tom. 3. de religion. libr. 5. cap. 16. num. 12. nouissimè Fr. Barthol. de Vechis in præci obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp. 8. dub. 7. num. 4. D. Hieron. Venero d. cap. 15. n. 23. & ita etiam plures decifum fuisse referunt Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 6. post num. 1. Barthol. à S. Fausto dict. lib. 5. quest. 181. Molfel. tom. 1. ad consuetud. Neapolitan. par. 4. tit. de renunciat. quest. 16. n. 34. & 35. & in summa Moral. Theolog. tractat. 6. cap. 12. num. 18. in fine, ubi duobus numeris sequentibus contrariis responderet, [nouissimè me citato in hoc loco Nouar. dict. verb. Renunciatio bonorum num. 8.] Ceual. quest. 121. num. 4. & 5. Fr. Ludou. Miranda in manuali Prælat. tom. 1. quest. 23. art. 5. Mar. Anton. variar. resolut. lib. 1. resolut. 112. casu 62. Flamin. de resignat. lib. 3. quest. 13. à num. 4. quia ex ea ratione id admittit, ne temere quis renuntiet dum est nouitius, & postea contingat carere beneficio, & monachatu, si fortè non admittatur ad professionem, vel ipse nolit postea professionem emittere, & refert etiam decifum Episcopum non debere conferre illa beneficia, nisi facta professione, asseritque habere locum supradictam sententiam affirmatiuam, etiam quando quis renuntiat ante ingressum intuitu ingressus religionis, cum videatur facta in fraudem, præcipuè quando non habet aliunde, ex quo viuere possit, vel est ordinatus ad titulum illius beneficii; nam his casibus resignatio non debet admitti, nisi habeatur certitudo de professione, & hæc veritate niti asseruit Campan. d. rubr. 12. cap. 3. num. 10. Contrarium tamen, immo dictam conciliarem dispositionem non habere locum in renunciatione beneficii cum solum loquatur de renunciatione, & obligatione bonorum, tenet Nicol. Garcia de benefic. parte 11. cap. 9. num. 12. & num. 13. cum duobus sequentibus responderet fundamentis Flamin. dicto loco, cuius Garcia opinioni libenter assentior.

Renunciationem verò beneficii Ecclesiastici, cuius titulo quisquam est ordinatus ante susceptionem habitus esse omnino inualidam non est dubium, non ex decisione conciliaris constitutionis dicto loco, sed ex alio capite, ex prohibitione scilicet Concilij Tridentini sess. 21. de reformat. cap. 2. & idem procedit in renunciatione patrimonij, cui titulo quisquam ordinatus est, nisi simul habeat alia bona, de quibus à religione egressus se sustentare, & viuere possit, ita Fr. Ludou. Miranda dict. quest. 23. art. 5. Sanch. dict. cap. 5. num. 40. & 41. Fr. Barthol. de Vechis dict. disp. 8. dub. 7. num. 6. Vnde nullatenus recipere resolutionem Fr. Emmanuel quest. Regular. tom. 1. quest. 37. art. 2. asserentis beneficium neque infra duos menses ante professionem posse à nouitio renuntiare, etiam cum solemnitate in dicto Concilio dispositio statuta, quam quidem sententiam duabus comprobat rationibus: prima quia est simoniaca renunctio hæc, cum illi insit tacitum pactum, quod in quocunque euentu, quo renuntians non proficatur, aut religionem egredietur, ille in cuius fauorem fuit facta, reddit ei iterum præfatum beneficium, quæ omnia procul dubio esse simoniaca asserit Fr. Ludou. Miranda d. loco. Secunda deinde ratio ab eorelata est, quod scilicet præfata renunctio ex alio capite non valeret, quamuis simoniaca minime esset, atque quod qui beneficium recipit non à renuntiante, sed à collatore recipit, atque insuper certum esse beneficii collationem debere esse perpetuam, non autem temporalem, neque aliquam expressam addi posse conditionem, aut tacitam subintelligi, quare addit impossibile videri, quod valeat nouitius infra duos menses à Concilio statutos ante professionem renuntiare, cum hoc euentu temporalis sit collatio, & conditionalis, videlicet, si subsequatur professio: & sic subiungit resignationem etiam infra duos menses ante professionem fieri non posse, sed etiam infra paucas horas ante illam, cum scilicet ad eam properat, estque receptus à Monachis, suntque omnia parata, ita quod moraliter loquendo ipsa professio subsequi indubitanter debeat.

Sed his non obstantibus à resolutione Garcia dicto loco non recederem, & rationibus, quas adducit Fr. Emmanuel dict. loco facilis patet responsio. Ad primam igitur dico, non considerari illic simoniam, quia nulla emendi, vel vendendi voluntas adest, nullaque conuentio, siue pactio de emendo, vel vendendo: neque præterea simonia confidentialis potest aliquo modo in illo casu considerari, ex alia eiusdem confidentiæ definitione relata per Flamin. de confident. quest. 1. num. 19. maximè quod tacitum illud pactum cum recipiente, quod à Fr. Emman. præsupponitur inesse, reuera non inest; tum quia ipse renuntians libere, atque absolute renuntiauit, tum quia licet professionem postea non emittat, non propterea dici potest beneficium regredi, atque iterum deuolui ad ipsum renuntiantem, cum ab ipso abdicatum nunquam fuerit: ita disponente Concilio, quod effectum ipsius renunciationis suspendit ad tempus emissæ professionis, ac prohibet renunciationis admissionem, & beneficii collationem. Ad secundam vero Fr. Emmanuel rationem responderi potest, considerando differentiam inter renunciationem, & collationem; prohibet enim Concilium renunciationem fieri, nisi infra duos menses ante professionem, & huius effectum suspendit vsquequo sit emissæ professio, ipsius verò beneficii renuncti collationem vetat, nisi professio antecedar, ex supra adductis, ac ita perpetuo dura

durabit, & cessabit Fr. Emmanuel. dubitatio, quomodo possit infra duos menses antea renuntiare, & collatio esset temporalis vsque ad professionem contra iuris dispositionem, namque ita renunctio erit valida, & collatio non temporanea, sed perpetua, quia facta tempore, quo vacabat beneficium; sic eleganter respondet Campan. d. c. 3. n. 11. cuius verba hic transcribere propter eius singularem doctrinam operæpretium duxi.

22 *Sexto* quæro, an supradicta Conciliaris dispositio comprehendat donationes inter viuos? Resp. quodd sic, cum Nau. conf. 81. & 82. de Regularib. in nouis, & comment. de Regular. num. 5. in fine, Menoch. de arbit. casu 436. num. 8. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 139. col. 9. vers. ambiget præterea, Barth. à S. Fausto lib. 5. quest. 180. Fr. Emman. in sum. par. 2. cap. 7. num. 8. [Sanch. d. lib. 7. cap. 5. num. 20. Peregr. dict. cap. 1. litt. G, S. 6. nouissimè Tamburin. dict. disput. 4. quest. 10. num. 8. in princip.] Ratio est, quia donatio & renunctio pari passu ambulat, & quod de vna dicitur, in alia etiam procedit, vt docent Bald. in l. illud num. 7. de sacrosanct. Eccles. Menoch. conf. 990. num. 11. Honded. conf. 66. num. 79. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 409. num. 18. & 19. nouissimè Merlin. de legitimis lib. 1. tit. 2. question. 11. num. 3. & 4. [me citato in hoc loco Nouar. in luoerna Regular. verb. dispositio bonorum num. 2.]

23 *Septimo* quæro an habeat locum in renunciatione officiorum publicorum temporalium, vt si nouitius esset tabellio, vel aliud huiusmodi officium haberet? Resp. affirmatiuè, si hæc renunctio officij quatenus statim transferatur in eum, in cuius fauorem fit renunctio. Ita Sanch. d. cap. 5. num. 43. Fr. Barthol. de Vechis d. disp. 8. dub. 7. num. 7. [Tamburin. dict. disputat. 4. question. 10. num. 8. vers. idem.]

24 *Octavo* quæro an comprehendat fideiussionem? Resp. affirmatiuè, vt bene docent Sanch. dict. cap. 5. num. 34. Fr. Barthol. de Vechis dict. disp. 8. dub. 7. num. 8. [Tamburin. d. quest. 10. num. 8. vers. fideiussionem.]

25 *Nono* quæro an habeat locum in liberatione, qua nouitius tutorem, seu curatorem suum à reddendis rationibus liberat? Affirmatiuè resp. cum Nauar. conf. 83. de Regular. & Fr. Barthol. de Vechis d. disp. 8. dub. 7. num. 9. ubi subdunt secus esse si hæc liberatio facta sit à nouitio in testamento non alterando naturam testamenti. [Tamburin. d. q. 10. n. 8. vers. comprehenditur.]

26 *Decimo* quæro, an sint aliquæ donationes, & contractus, in quibus præfata Concil. Trident. dispositio locum non habeat? Resp. nonnullas extare. Primo non comprehendere eleemosynas per nouitios factas tradunt Garc. d. cap. 9. n. 17. Azor. instit. moral. p. 1. lib. 13. c. 9. q. 2. Fr. Barthol. de Vechis d. dub. 7. num. 11. vers. ex dictis, ubi intelligit de eleemosynis paruis, vel moderatis, [idem dicit Lezana d. cap. 24. num. 35. vers. Possunt. Tamburin. d. quest. 10. num. 9.]

27 *Secundo* non comprehendere donationem Deo, seu B. Mariæ, vel Sanctis oblatam, tenent Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. q. 47. art. 5. quem sequitur Sanch. d. cap. 5. num. 28. [Tamburin. d. q. 10. num. 9.] quamuis Fr. Barthol. de Vechis d. dub. 7. num. 11. in princ. contrarium teneat, dummodo attentis facultatibus nouitij sit alicuius momenti. Tertiò non comprehendere viduum, & vestitum quem pro se tribuit nouitius monasterio, vt expressè habetur in dicto decreto, asserunt Fr. Barthol. de Vechis d. dub. 7. num. 12. [Lezana d. c. 24. num. 35. vers. Idem

29 dico.] Quarto non includi sub illo decreto quod tribuitur monasterio, vel monialibus in ipsa professione, non pro ipsa, sed pro sustentatione nouitiæ, & monialium, & pro solemnitate, & festiuitate professionis, iuxta consuetum morem, resoluunt Soar. tom. 5. disp. 22. sect. 5. num. 15. & idem credit Sanch. d. cap. 5. num. 21. de conuuiuo facto in ingressu in nouitatum, & de consuetis tunc dari monialibus. [Tamburin. d. q. 10. n. 9. in fine.] Quintò non comprehendit sub dicto decreto donationes, oblationes, & factas monasterio, seu Religiosis, à tutoribus, curatoribus, ac consanguineis nouitiorum ex propriis bonis, non ex bonis nouitiorum, bene notant Soar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 9. num. 16. Fr. Barthol. de Vechis d. dub. 7. num. 14. Idem dicendum de donatione facta à parentibus nouitij ex propriis ipsorum parentum bonis, non in doctem nouitij, obseruat Sanch. d. cap. 5. num. 23. Sextò non includere contractus emptionis, venditionis, permutationis, locationis, & alios huiusmodi, quia in iis tantum dem recipit nouitius quantum dar, ac proinde non efficitur pauperior, idem dicendum de contractibus in quibus exponitur nouitius periculo lucri & iacturæ, quales sunt contractus societatis, eò quod non veniunt sub nomine renunciationis, vel obligationis, resoluunt Sanch. d. cap. 5. n. 33. Fr. Barthol. de Vechis d. dub. 7. num. 15. [Lezana d. cap. 24. num. 35. vers. idem etiam dico. Tamburin. d. disput. 4. quest. 10. num. 11.]

30 *Undecimo* quæro, an nouitius Canonicus vocandus necessariò sit ad electionem Episcopi, aut alicuius beneficii Canonici competentem? In qua quest. ex eo quod vere Canonicus sit, illum vocandum esse tenent Archid. in cap. beneficium, num. 1. verb. assensus, de Regular. in 6. Cardin. in Clem. fin. num. 8. q. 10. eod. tit. Bettrachin. de gabellis p. 7. princ. num. 56. Mandol. in casibus annalibus num. 66. casu 197. Verius tamen existimo non esse vocandum, quamuis iure eligendi priuatus minimè sit, legitima namque religionis causa rite, & legitime abesse censetur. gl'f. verb. conferendum in dict. cap. beneficium, ubi Monach. num. 2. & ceteri scribentes, Tap. in auth. ingressi, verb. sua cap. 2. n. 8. C. de sacros. Eccles. Læi. Zech. de Republ. Eccles. tit. de Regularib. cap. 3. num. 10. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 3. quest. 1. ubi etiam addit prædictum nouitium non posse procuratorem constituere ad eligendum, vt pote qui necessariò ad electionem vocandus non est.

[Duodecimo] quæro an donatio facta ob ingressum Religionis cum pacto de non reuocando, & cum iuramento reuocari possit? In qua Rota in d. Romana donationis de Mongellis 14. Ianuar. 1636. coram R. P. D. Carrillo, affirmatiuè responderet, ex eo quia cum facta fuerit ob ingressum Religionis, dicitur donatio causa mortis, cum eius effectus pendeat à professione, quæ dicitur mors ciuilis, & sic rectè potest reuocari, non obstante pacto de non reuocando, cum illud non operetur irreuocabilitatem, quouscuque contractus seu donatio irreuocabilitatem non patitur, prout in hoc casu, additque iuramentum ceteri appositum iuxta naturam donationis, quæ cum sit reuocabilis, iuramentum patitur reuocabile ceteri debet.]

31 Pro complemento huius Alleg. aduertendum duxi, prædictum Concilij Trident. decretum non habere locum in nouitiis Societatis I. E. S. V., qui possunt renuntiare bonis in fauorem Societatis, vel cuiuscunque, non seruata ea forma, nec expectato bimestri ante professionem, vel ante vota biennij, ex

constit. eiusdem Societatis, quæ omnino per decretum Concilij in d. cap. 16. *vers. per hæc*, ac Summos Pontifices Pium V. Gregor. XIII. & sequentes approbantur. Quare ita sustinent Fr. Emman. tom. 2. *quest. 47. art. ultim.* Emman. Sà *verb. religio num. 5.* Molina *de iustit. d. tract. 2. disput. 139. vers. antequam*, Lessi. *d. lib. 2. cap. 41. dub. 4. num. 41.* quos refert & sequitur Sanch. *d. cap. 5. num. 9.* [me citato in hoc loco Alzedo d. p. 2. cap. 8. n. 45. Nouar. *d. verb. Renunciatio bonorum num. 13.*]

ALLEGATIO C.

Episcopus quando voluntatem Virginum Deo dicandarum explorare debeat?

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus, vel illo impedito eius Vicarius, aut ab eis deputati quomodo voluntatem virginum Deo dicandarum explorare teneantur, ostenditur.
- 2 Doctores referuntur materiam tractantes Concilij Trident. sess. 25. de Regular. cap. 17.
- 3 Puellis quæ sumptum Sacrum habitum in aliquo Monialium monasterio, debet ab Ordinario certis dierum numerus prescribi, intra quem deberent declarare utrum velint professionem emittere, vel non.
- 4 Voluntas puellæ Deo dicanda exploranda est per Episcopum tam ante susceptum habitum, quam postea ante professionis emissionem, tam in monasterio sibi subiectis, quam in aliis ab eius iurisdictione exemptis.
- 5 Ordinarius non debet explorare voluntatem puellæ, quæ habitum recipit in monasterio, ad petitionem illius, qui vult illam in uxorem ducere, sed expectandum tempus faciendæ professionis.
- 6 Episcopus non ingreditur clausuram, sed stat ante fenestellam cancellorum, cum explorat puellæ voluntatem.
- 7 Puella inclusa per vim in monasterio, debet inde educi, si tamen monialis effici velit, de sacerdotij sui compos esse faciendæ, licet eius pater contradicat.
- 8 Vicarius generalis voluntatis virginis explorationem facere non potest, nisi Episcopo impedito.
- 9 Exploratio predictarum si neutra fiat, non est professio nulla.
- 10 Episcopus potest animaduertere contra Abbatissas, aliasque superiores habitum Sacrum dantes, vel patientes proficere Moniales absque dicta exploratione.
- 11 Doctores de materia & intellectu Concilij Trident. sess. 25. de Regular. cap. 7. agentes, referuntur.
- 12 Abbatissa debet eligi non minor annis 40. & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit.
- 13 Illegitima absque dispensatione Papa, non potest de iure in Abbatissam eligi.
- 14 Abbatissa, seu Priorissa officium habere non possunt illæ quæ Virgines non sunt.
- 15 Bigama Monialis absque Apostol. dispensatione in Abbatissam eligi non potest.

- 16 Infamis non potest in Abbatissam eligi.
- 17 Abbatissa debet eligi per vota secreta.
- 18 Abbatissarum in electione possunt vota per Episcopum una cum Vicario, vel alio iure assumpto, retentus accipi.
- 19 Schedules pura & simplex ostensio secretò facta ab aliquo ex electoribus non tollit, quin electio subsequens immediatè sit secreta.
- 20 Electio reputatur secreta, & canonica, si electi fuerint à superioribus aliqui, qui vota omnium eligentium recipiant.
- 21 Eligentes per schedulam aliquo patenti signo signatam faciunt electionem non secretam, & peccant mortaliter.
- 22 Electio quando sit nulla, ostenditur in casu occurrenti, & num. 23.
- 24 Abbatissa in electione ex tripartito numero Monialium duas partes concurrere debent.
- 25 Electio officialium, qui administraturi sunt monasteriorum bona ad monasterij spectat superiores.

RERTINET ad Episcopum, vel eo impedito ad eius Vicarium, aut aliquem eorum sumptibus ab eis deputatum, explorare virginis voluntatem diligenter, an coacta, an seducta sit, an scit quid agat: & si voluntas eius pia, ac libera cognita fuerit, haberitque conditiones requiritas iuxta monasterij illius, & Ordinis regulam, necnon monasterium fuerit idoneum, libere ei proficere liceat; & presecta monasterij nomine antè de huiusmodi professione significare debet Episcopo, aliquem possit suspendi ab officio ad libitum Episcopi, vt disponit Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 17. & de cuius materia vide Zerol. in praxi Episcop. par. 1. *verb. moniales pag. 232. & pag. 258. vers. ad 14.* Fusch. *de visitat. libr. 2. cap. 18. num. 40.* Pialec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 3. num. 55. *vers. explorare*, Azor. *instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 1. col. 1160.* Fr. Emman. *quest. Regular. tom. 3. quest. 12. art. 2.* F. Ioan. de Cruz *de statu religionis, lib. 1. cap. 8. in fine*, Fr. Ludouic. Miranda *de sacris monialibus, quest. 8. art. 2.* nouissimè D. Hieron. Venero & Leyua *Archiepiscopus Montis Regalis in examine Episcoporum lib. cap. 25.* Armendar. in addit. ad recop. legum Nauar. lib. 2. tit. 18. l. 7. *de Religionib. num. 37. & 44. cum seqq.* Sanch. in præcepta Decalogi, lib. 4. cap. 18. num. 32. *cum seqq.* Campan. in diuersorio iuris Canon. rubr. 12. cap. 16. à num. 11. [nouissimè me citato in hoc loco Nouar. in Lucerna Regular. *verb. exploratio*. Laurent. de Peirinis in form. Regular. lit. M. cap. 6. num. 2. Hieron. Roder. in compend. *quest. Regular. resol. 101. num. 81. cum sequent.* Gauant. in man. Episcop. *verb. monialium receptio à num. 21.* me citato in hoc loco Lezana in sum. *quest. Regular. cap. 25. num. 12.* Prohibere igitur poterit Episcopus Abbatissis, & aliis superioribus Regularibus monialium ipsi Regularibus subiectarum sub censuris, & aliis pœnis sibi beneuicis ne quæ puella professionem emittat, nisi prius explorata illius voluntate ab Ordinario, ad prescriptum Concil. d. cap. 17. vt censuit Sacra Congreg. Concilij in Burgen. 4. Decemb. 1627. resoluit nouissimè Tamburin. *de iure Abbatissarum disput. 4. quest. 2. num. 8. cum sequentibus*, & hac de re eadem Sacra Congreg. censuit, & Puellis, quæ sumptum Sacrum habitum in aliquo monasterio, debet ab Ordinario certis dierum numerus 15. vel 20. prescribi, intra quem deberent declarare utrum velint

velint professionem emittere, vel non: & si noluerint, remittende sunt ad domos consanguineorum, vel affinium, refert Campanil. *d. cap. 16. num. 16.* postquam Episcopus hac de re certior factus fuerit intra 25. dies, examen hoc perficere tenetur, quibus elapsis amplius de eo se non intromittat, decisum referunt Armendar. *d. loco num. 45.* & Galett. in margarita casuum *conscient. verb. nouitij, ult.* Campan. *d. cap. 16. num. 10.* [Tamburin. *d. quest. 2. num. 10.*]

Voluntas puellæ exploranda est, non solum quando professionem emittere procurat, de quo casu loquuntur supra citati Doctores, sed etiam quando habitum suscipere intendit, itaut spectet ad Episcopum, tam ante susceptum habitum, quam postea ante professionis emissionem dictæ puellæ voluntatem explorare, non obstantè quod monasterium sit Regularibus subiectum, vel aliàs ab eius iurisdictione exemptum, & si prior exploratio non fuerit facta, sufficit quod fiat secunda, & hoc totum fuisse decisum referunt Pialec. *d. loco*, Campan. *d. cap. 16. num. 10. & 11.* Armendar. *dict. loco num. 37. & 46. & 50.* [Dicunt Fr. Emman. *quest. Regul. tom. 3. q. 12. art. 2.* Miranda *de monial. q. 8. art. 4.* Laurent. de Peirinis *d. c. 6. n. 2.* quod vsu iam receptum est, saltem in Hispania, semel tantum, id est, ante professionem dictas puellas examinare, consuetudine enim videtur dictum quod solum semel ante professionem examinentur, Miranda in tract. *de sacris monial. q. 8. art. 4.* Antonin. Diana in *resol. moral. tract. 2. de dub. Regul. resol. 47.* Lezana *d. c. 25. n. 12. vers. consuetudine.*]

Ordinarius non debet explorare voluntatem puellæ, quæ habitum recipit in monasterio ad petitionem illius, qui vult illam in uxorem ducere, sed expectandum tempus faciendæ professionis, & tunc si sit suspicio, quod inuestigatur à monialibus, pro suo officio curabit inde duci ad exteriorem Ecclesiam monasterij, vel in aliam propinquiore, & commodiorem, prout magis conuenire iudicauerit, vbi voluntatem eius exquirere possit. At si nulla sit suspicio, & nullam aliam iustam causam subselle apparebit, tunc non in alio loco quam ad crates ferreas monasterij voluntatem puellæ explorabit: ita decisum referunt Armendar. *dict. loco num. 48.* Campanil. *d. cap. 16. num. 15.*

In hac voluntatis exploratione, seu alio simili actu cum sit in ipso monasterio, Episcopus non ingreditur clausuram, sed stat ante fenestellam cancellorum examinando mentem ipsius puellæ, vt aduertit Fusch. *d. num. 40. in fine*, & refert decisum Campan. *d. num. 5.* [Lezana *d. cap. 25. n. 12. in fine*, Gauant. *verb. monialium professio num. 14. & 15.* me citato in hoc loco Nouar. in Lucerna Regular. *verb. clausura num. 6.*]

Puella inclusa per vim in monasterio, debet inde educi, & si quid damni ob eam causam passa est, curare debet Episcopus, vt indemnitati eius provideatur eorum impensis, qui talem illuc intulerunt, qui debent etiam seuerè castigari, sed puella si monialis effici velit, desiderij sui compos esse faciendæ, licet pater eius contradicat, refert decisum Campan. *dict. cap. 16. n. 12. propè finem*. De pœnis cogentes aliquam virginem, vel viduam, aut aliam mulierem ad ingrediendum monasterium, egi in allegat. 50. num. 247.

Huiusmodi voluntatis explorationem non potest facere Vicarius, nisi Episcopo impedito iuxta Sacri Concilij dispositionem, & notant Sbroz *de officio Vicarij lib. 2. q. 207.* Narbona *de appellat. à Vicario ad Episcopum par. 1. num. 237.*

Barbos. de Episcopo Pars III.

Si verò Antistes alteram, vel neutram predictarum explorationum fecerit, contra Concilium fecisse censuit Sacra Congregatio, addens ab istis Sacris Virginibus, à quibus non solum habitus est susceptus, sed iam professio facta, siue predicto examine; nihil Ordinarium debere sciscitari, sed permittere eas in suo statu permanere. [vnde defectus huius examinis non irritare professionem Monialis, me citato in hoc loco resoluit Lezana *dict. cap. 25. num. 20. in fine*, Tamburin. *de iure Abbatissar. disput. 6. quest. 3. num. 6.*] In Abbatissas tamen animaduertere posse ait, debereque per eandem Ordinarium Moniales, earumque Superiores adinoceri ne Virginibus dent sacrum habitum, nec eas patiantur in religione proficere, nisi prius voluntas earum perspecta sit, & explorata ab eodem Ordinario, & ipsum posse cōtrafacientes coercere non solum pœnis à Concilio Tridentino statutis, & prescriptis, sed etiam Ecclesiasticis censuris, & aliis iuris remediis, non obstantibus quibuscunque privilegiis, refert Campanil. *dict. cap. 16. num. 1.* [Ex Sanch. aduertit Laurent. de Peirinis *d. c. 6. num. 2. vers. & addit.* quod domissio talis examinis est quidem peccatum mortale ex genere suo, tam ex parte puellæ profitentis, quam ex parte Abbatissæ recipientis: nam contrauenite Concilio generali in re graui, qualis censetur à Concilio res ista, vt patet ex appositione pœnæ suspensionis, quæ res grauis est, peccatum mortale est, non tamen professionem irritat, quia Concilium id non dicit, & cum firmus in odiosis, non debet fieri extensio. Lezana *d. sum. cap. 26. n. 17. vers. tenetur.*]

Ad superiores & Prælatos Monialium pertinent earum dotes taxare, vt resoluit Tamburin. *de iure Abbatissar. disp. 5. quest. 5. num. 1.* vsus enim iam obtinuit, vt mulieres, quæ Deo dicantur, suas dotes habeant pro sua sustentatione, & vestitu. Miranda *de sacris monial. quest. 8. n. 8.* Tamburin. *d. disp. 5. q. 2. num. 1.* & sic in pactionibus & conuentionibus super dotibus huiusmodi factis nulla committitur simonia, dummodo sit pro sufficienti, & coguenti earum sustentatione, & non tanquam pretium, vt pariter obseruat communis Ecclesiæ vsus, & consuetudo, Suar. *tom. 1. de Relig. lib. 4. cap. 17. n. 16. & tom. 3. etiam de Relig. lib. 3. cap. 9. num. 15.* Surd. *de aliment. tit. 9. quest. 27. num. 5.* Miranda *d. quest. 8. art. 6. & 7.* Lessi. *de Iustit. lib. 2. cap. 35. dub. 13. num. 15.* Hieron. Roder. in compend. *quest. Regul. resol. 54. n. 1.* Barthol. de Vechis in praxi nouit. *disp. 1. dub. 3. n. 5.* Portel. in addit. ad dubia *Regul. verb. moniales n. 19.* Diana *moral. resol. tract. 2. de dub. Regul. resol. 100.* Ripa *de simon. par. 1. art. 3. n. 17.* Tamburin. *d. disp. 5. quest. 2.* In qua quidem dote constituenda pro monialibus nubentibus sponso cœlesti, seruanda est moderata monasterij consuetudo, & in minori quantitate quàm vbi mulieres nubunt terrestri sponso, Anna *sing. 1. Riminald. conf. 85. n. 22. & conf. 466. num. 2.* Vrsul. *ad Afflict. decis. 136. num. 3.* Vincent. de Franch. *decis. 44. num. 2.* Giurba *ad consuet. Messanen. cap. 3. glos. 3. num. 35.* Franc. Anton. Costa *conf. 25. num. 31.* Rota *decis. 249. num. 5. par. 2. recentior.* ead. Rota in Romana *dotis 14. Martij 1635.* coram R. P. D. Merlino, impressa per Tamburin. *post dict. tract. decis. 11. n. 19.* qui *d. disp. 5. q. 4. n. 6.* aduertit posse superiores Monialium in aliquibus casibus taxam dotium limitare iustis concurrentibus causis, etiam in scijs & contradicentibus Monialibus, dummodo sufficiens semper remaneat quantitas pro sustentanda moniali, n. 7. subdit pro tertia sorore Moniali & pro supernumerariis duplicè elemosynâ, hoc est,

L L I dupli

duplicatam summam eius , quæ in receptione Monialis intra numerum dari consuevit, solui debere, & num. 8. tenet tertiam foream carere suffragio in Capitulo quousque altera ex duabus primis eius sortibus decesserit.]

De ætate & qualitate eligenda in Superiorem.

11 **C**um alleg. 102. num. 46. ex dispositione Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 7. dixerim Episcopum, siue alium superiorem, qui electioni eligenda in superiori Monialium præest, claustra monasterij non ingredi, sed ante cancellorum fenestellam vota singularium audire & recipere debere, nisi prudenter iudicent non posse fieri canonicè dictam electionem ipsi non intrantibus, & nouissimè Gregor. X V. in sua constitut. de priuilegiis exemptorum, incip. Inscrutabili, Nonis Februarii. 1622. decreuit ut possit Episcopus vnà cum superioribus Regularibus electioni quarumcumque Abbatisarum, siue per se, siue per alium interesse. [& in resp. ad dub. 15. super eadem constitut. Sacra Congreg. responderit, teneri Regulares Episcopo significare diem electionis Abbatisarum, eamque vsque ad præfixitum tempus expectare si ante ipse expresse declarauerit se vti ville facultate, sibi hac in parte attributa, Abbatisarumque electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere, & refert nouissime Tamburin. de iure Abbatisar. disp. 28. quest. 6.] Operæ pretium duxi aliqua de ætate & qualitate eligendæ in superiorem breuiter percurrere, vt Episcopus quæ efficere debeat, non ignoret, & in primis commendo dispositionem Concil. Trident. d. cap. 7. hac de re editam, ac Doctores de eius materia agentes, ex quibus videri possunt Fr. Emman. quest. Regular. tom. 1. quest. 15. art. 3. Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. Abbatisar. §. 1. Azor. institut. moral. par. 1. lib. 13. cap. 10. à princip. Zipæ. in analytica postremi iuris Ecclesiast. enarrat. sub tit. de elect. num. 9. Piasc. in praxi Episcop. par. 1. cap. 2. de benedict. Episcop. num. 3. pag. 71. & par. 2. cap. 3. num. 57. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 1. num. 45. cum sequentibus, Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 30. tract. 3. num. 166. in princip. Nicol. Garcia de benef. par. 7. cap. 4. num. 42. & 41. Viuian. in praxi iuris patron. par. 2. lib. 5. cap. 5. num. 7. cum sequentibus. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiepisc. Neapol. par. 4. decis. 281. num. 3. & decis. 309. Campan. in diuers. iuris Canon. rubr. 7. cap. 6. num. 89. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiastico par. 2. tract. 1. 2. cap. 3. quest. 15. supposit. 4. [nouissime Laurent. de Franchis in controu. Episcop. & Regular. pag. 153. cum seq.]

12 **P**rimò circa qualitatem personæ aduerto eligendam esse in Abbatisam, seu Priorissam, Præfectam, aur Præpositam, non minorem annis quadraginta, & quæ octo annis post expressam professionem laudabiliter vixerit, vt disponit Concil. Trident. d. c. 7. in princip. Portel. in dub. Regul. verb. Abbatisa 3. [nouissime me citato Tamburin. de iure Abbatisar. disp. 28. q. 2. n. 4.] Molles. in summ. Theolog. moralis tract. 6. cap. 7. num. 46. [Laurent. de Franchis d. loco pag. 154. in resp. ad 1. Suar. tom. 4. de Relig. tract. 3. lib. 2. cap. 6. à n. 7. Lezana in summ. quest. Regul. c. 26. n. 3. Tamburin. d. q. 2. n. 6.] Circa quam ætatem non posse Episcopum dispensare refert decisum Armenidar. in addit. ad recop. legum Nauarre lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 102. & obseruans Azor. insit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 5. quest. 9. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 62. num. 6. Aloyf. Ricc. dict. Nea-

pol. decis. 309. num. 9. par. 4. Nicol. Garcia d. cap. 4. n. 71. vbi etiam asserit prædictos 40. annos debere esse completos. Quod si his qualitatibus non reperiatur in eodem Monasterio, ex alio eiusdem Ordinis eligi possit. Si hoc etiam incommodum Superiorem, qui electioni præest, videatur, quod ex iis, quæ in eodem monasterio annuum vigintiunum excellerint, & quinque saltem annis post professionem relictè vixerint, Episcopo, vel alio Superiore consentiente eligatur, statuit Concil. Trident. citato loco. [refert Laurent. de Franchis ubi supra pag. 155. in resp. ad 1. vers. nono. Nulla tamen erit Abbatisar. electio, quæ ætatem quadraginta annorum requisitam non habeat, si in monasterio non defint alia moniales quadragenariæ, atque habiles, licet non aded idoneæ, sicut electa. Ita censuit Sacra Congreg. Concilij in Vuerbien. 16. Maij 1623.]

13 **S**ecundò seclusis Religionum priuilegijs illegitimam non posse absque dispensatione Papæ in Abbatisam, vel Priorissam eligi, tenent [glöf. in Clem. attendentes §. statumini, de statu mon. Gironda de priuileg. n. 1502.] Maiol. de irregular. lib. 1. cap. 10. sine. Mandol. de Signatura gratis tit. de dispensat. super defectu natal. in fine, Nauar. in man. cap. 27. num. 201. & commento 2. de Regularib. num. 60. Soar. tom. 5. disp. 50. sect. 5. num. 15. Flamin. de resignat. benefic. lib. 3. quest. 12. num. 11. Sayr. de censur. lib. 6. cap. 11. num. 3. in fine, Bellet. disquisit. clerical. par. 1. tit. de discipl. cleric. §. 3. num. 5. Tambur. d. disp. 18. q. 11. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 19. & 20. Sanctat. var. resolut. quest. 40. num. 7. [Castellin. de elect. cap. 17. num. 5. Homob. de statib. parte 1. cap. 24. Nald. in summ. verb. Abbatisa num. 2. Azued. conf. 24. n. 8.] Ego ipse in collectan. ad cap. 1. n. 7. de filiis Presbyt. contra Fr. Emman. quest. Regular. tom. 1. quest. 13. art. 1. [Portel. in dub. Regul. verb. Abbatisa n. 6. Miranda in tract. de monialib. q. 6. art. 3. Hieron. Roder. in compendio quest. Regul. resolut. 2. n. 21. Lezana d. cap. 26. num. 6. Diana moral. resolut. par. 3. tract. 2. resolut. 101. existimantes monialem illegitimam posse esse absque dispensatione Abbatisam.]

14 **T**ertio non solas illegitimas, sed etiam quascunque, quæ Virgines non sunt, excludi ab Abbatisa, seu Priorissæ officio, per cap. inuenculas 20. quest. 1. & cap. 2. 1. quest. 7. teneur post glossas, & Ordinarios Iuris Canonici, Mandol. de Signatura gratis tit. de dispensat. pro corrupta, latim in princip. & §. seq. & in addit. ad Lap. alleg. 60. lit. N. Selu. de benefic. par. 4. quest. 7. num. 7. Maiol. de irregul. lib. 1. c. 29. num. 13. Viuald. in candel. aureo par. 3. cap. 5. num. 13. in 2. edit. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 54. art. 3. [Tamburin. d. disp. 28. quest. 12. à princip. Homobon. de statib. par. 5. cap. 24. Lauror. lucub. tom. 1. tit. 4. cap. 24. n. 10. Castellin. de elect. cap. 17. num. 5. 14. & 17. Diana d. par. 3. tract. 2. resolut. 99. Laurent. de Franchis ubi supra pag. 158. in resp. ad 6. Lezana dict. cap. 26. num. 5.] Contra Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 5. num. 22. Portel. in dubiis Regularib. verb. Abbatisa post num. 10. existimantes ad Abbatisæ munus non desiderari virginitatem, nisi vbi mos esset impediendi Abbatisar. benedictionem specialem Virginum propriam, seu consecrationem. [Sed an quis habeat in hoc casu facultatem dispensandi, solet ab aliquibus in dubium reuocari; in quo magis communis tenet solum Papam dispensare, vt resoluunt Castellin. in tract. de elect. cap. 17. num. 14. Lamor. var. lucubr. tom. 1. tit. 4. cap. 24. num. 10. Tamburin. dicta disp. 28. q. 12. n. 1. vers. quod

quod intellige, asserentes declarasse Sacram Congregat. Concilij quod si vidua monasticum habitum assumat ad Abbatisæ, aut Priorissæ munus obeundum, absque Sedis Apostol. dispensatione eligi non potest.]

15 **Q**uartò bigamam Monialem absque Apostol. dispensatione in Abbatisam eligi non posse, per cap. 2. 78. dist. asserunt Maiol. d. cap. 19. num. 14. & Viuald. d. cap. 5. num. 8. obseruantes quoad hunc effectum dici etiam bigamam, quæ post castitatis votum præuaricata est, refert Sanch. d. cap. 5. n. 23. [Lezana d. cap. 26. num. 7. me citato Tamburin. d. disp. 28. quest. 13.]

16 **Q**uintò infamem non posse in Abbatisam eligi resoluunt Maiol. d. cap. 29. num. 12. & 13. Viuald. d. cap. 5. num. 11. Sanch. d. cap. 5. num. 24. extendentes, siue infamia sit iuris, siue facti. [Lezana d. c. 26. num. 7. in fine. Portel. in dub. Regul. verb. Abbatisa num. 1.]

17 **P**er vota secreta, itatù singularium eligentium nomina nunquam publicentur, debere eligi huiusmodi Abbatisas, atque alias Præpositas, statuit Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 6. in princip. vbi quauis disponatur quod omnes electiones Regularium debeant fieri per vota secreta, non tamen censetur sublata forma, cap. quia propter, de elect. sed adhuc in suo robore perseuerat; ita sentiunt Fr. Emmanuel in sum. par. 1. cap. 102. num. 2. Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. Abbatisar. §. 6. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 13. c. 10. quest. 2. Fr. Sigism. à Bononia de elect. dub. 27. num. 10. & 11. & tentum fuit in Rota in vna Meien. Monasterij 5. Julij 1621. in fine, vers. denique, coram Reuerent. D. Coccino, & iterum in Treueren. Abbati S. Maximini 20. Novembris 1624. coram eodem apud Massob. in praxi habendi concursus prelat. 8. in princip. n. 68. Quauis contrarium, immo dispositionem text. in d. c. quia propter, modò sublata esse per Concil. d. c. 6. teneat Fr. Ludovic. Miranda in man. Pralat. tom. 2. q. 23. art. 15. conclus. 2. circa med. Electionem Abbatisæ factam per vota non secreta per ignorantiam Decreti Concilij d. cap. 6. non valere, nec Episcopum posse dispensare, vt valeat, refertur Aloyf. Ricc. Neapol. decis. 197. n. 7. par. 4. & Sigism. à Bononia dub. 31. num. 10. [Molles. in summ. Theol. moralis par. 1. tract. 6. cap. 16. num. 156. Nouar. in singul. Canon. conclus. 86. num. 6.]

18 **I**n electione Abbatisarum, vel alterius Superioris posse vota per Episcopum vnà cum Vicario, vel alio iure assumpto oretenus accipi, refertur decisum Galer. in margarita casuum Conscientie, verb. Abbatisa, Nicol. Garc. de benefic. par. 5. cap. 5. num. 189. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. resolut. 637. in 2. edit. Castellin. de elect. cap. 4. num. 4. Fr. Sigism. à Bononia in simili tract. dub. 27. num. 11. [Hieron. Roder. in compendio quest. Regular. resolut. 2. n. 22. nouissimè Tamburin. d. disp. 28. quest. 4.]

19 **P**uram & simplicem ostensionem schedule secreto factam ab aliquo ex electoribus ad effectum, vt videat quem ipse eligat, non tollere quin electio subsequens immediatè sit secreta, tradunt Nauar. conf. 7. in antiq. aliis 4. in nouis, de elect. Fr. Emmanuel in sum. par. 1. cap. 102. de elect. num. 4. Castellin. d. cap. 4. num. 3. obseruantes eo casu electionem esse irritam, & nullam, quando electorum vota culpa, & dolo totius, vel maioris partis Monasterij, seu Capituli publicarentur, vel quando manifestatio vnius, vel plurium votorum est realis causa, vel præsumptiua rationabiliter, quod electio sequatur in hanc, vel illam personam particularem ex vi illius Barbos. de Episcopo Pars III.

ostensionis, quo casu loquitur Rota in d. Treueren. Abbatisa S. Maximini apud Massob. d. pral. cap. 8. in princip. num. 53. & num. 67. resoluens electionem esse nullam, etiam si vnicum tantum suffragium publicetur. Nam ita strictè dispositio Concilij citato loco est intelligenda, vt si post electionem factam in Bullis confirmationis, seu patentibus exprimerentur nomina, eligentium electio esset nulla, vt refert decisum Castellin. d. cap. 4. num. 61.

20 **S**i electi fuerint à Superioribus aliqui, qui vota omnium eligentium recipiant, electionem reputari secretam & canonicam referunt decisum Nicolaus Garcia d. cap. 4. num. 189. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 197. num. 2. par. 4. Castellin. de elect. cap. 4. num. 4. Fr. Sigism. à Bononia in simili tract. dub. 27. num. 11.

21 **E**ligentes per schedulam aliquo parenti signo signatam, vt innotescant scrutatoribus, vel vni ex illis, quod talis elector eligat illum nominatum ex schedula, facere electionem non secretam, & peccare mortaliter, ac proinde sic electum factum de hoc certum teneri resignare Prælaturam, siue officium, vel petere à Summo confirmationem cum dispensatione, refertur decisum Laurent. de Peirin. tom. 1. de Religiofo subdito, & Prælaro, quest. 1. de obedientia cap. 21. Castellin. d. cap. 4. num. 61. & dicit Fr. Emmanuel quest. Regular. tom. 2. quest. 52. art. 9. quod intentio Concilij d. cap. 6. fuit statuere quod monasteria facerent electiones secretas in hoc sensu, id est quod non permitant fieri aliquid ex quo publicari possunt nomina eligentium, & si tale quid factum fuerit, electio non valet, addendo ex doctrina Nauar. conf. 4. in antiq. aliis 9. in nouis, de elect. quod hoc habet locum in Treuerone per scrutinium, non autem in electione per compromissum.

22 **E**lectionem esse nullam, quando aliqui ex electoribus vnica schedulam recipiant vnico nomine scriptam, & nomen electi notum scribatur, vel alteri reponunt in capsula; similiter, qui accipiunt de manu scribatur duas schedulas, & vnam, quam voluerint, reponunt, alteram scindunt, quia scriba potuit reuelare talem, qui non habuit, nisi vniam schedulam, vel talem qui non habuit duas, refertur decisum Nicol. Garcia dict. cap. 4. num. 193. Aloyf. Ricc. d. Neapol. decis. 197. num. 8. par. 4. Castellin. de elect. cap. 5. num. 25. Fr. Sigism. à Bononia in simili tract. dub. 31. num. 6. & tenuit Rota in d. Treueren. S. Maximini apud Massob. d. pralud. 8. num. 69.

23 **V**trum autem in electione Superiorum Regularium præsidens Capitulo possit præcipere scrutatoribus sub præcepto sanctæ obedientiæ, & pœna excommunicationis, lata sententiæ ne recipiant suffragia oretenus tradi solita pro aliquibus ultra certum numerum electioni insufficientem, sed eo completo dicant electoribus ad aures, vt seruari dicitur, vt dent alijs eorum vota, & an electio hoc modo celebrata sit valida? Congregatio Concilij censuit de anno 1625. hanc eligendi rationem, quæ libertati electionis, ac naturali consensui aduersatur, omninò improbari, electionesque hætenus celebratas sic scrutatores præcepto Superioris obtemperantes singularium eligentium vota non receperint, pro canonicis non haberi, refertur Castellin. d. cap. 4. num. 66.

24 **E**x tripartito numero Monialium duas partes concurrere debere in electione Abbatisarum, nisi alia fuerit loci consuetudo, & si fuerint discordes, posse Episcopum nomina e vniam, quam magis idoneam iudicauerit, asserit decisum Piasc. in praxi Episcop. par. 1. cap. 3. num. 57. vers. in monasterijs, quem refert Zipæ. d. n. 9. vers. Abbatisar. in fine. [latè me citate

Tamburin. d. disp. 28. quest. 9. quamvis Miranda de sacris Monial. quest. 7. art. 4. in conclus. teneat quod ad validitatem electionis cuiuslibet in omnibus monasteriis monialium sufficiat habere maiorem suffragiorum numerum, dummodo ipsa sint legitima.]

25 Electio officialium, qui administraturi sint monasteriorum bona, ad monasterij spectat Superiores, & ideo licet Episcopus sit eius superior, ipsi tamen possunt eligere officiales, vt refert decifum Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarre libr. 2. tit. 18. l. 7. de Religioib. numero 5. [& Lauret. de Franchis vbi supra pag. 164. in resp. ad 1.]

ALLEGATIO CI.

Episcopus circa Regularium professionem aliquam habeat cognitionem.

S V M M A R I V M.

- 1 Ordinarius potest professionem ante expletum decimum sextum annum factam nullam declarare.
- 2 Professionis nullitas si proponatur coram Ordinario, & Superiore Regulari, debet intra biennium terminari, quia subintrat dispositio Concilij sess. 24. de reformat. cap. 20.
- 3 Profiteri nullus valet expresse, nec tacite ante decimum sextum annum expletum, & professio antea facta ipso iure est nulla.
- 4 Doctores referuntur agentes de materia Concilij Trident. sess. 25. de Regular. cap. 15.
- 5 Milites Regulares non comprehenduntur decreto Concilij Trident. sess. 25. de Regular. cap. 15.
- 6 Milites S. Stephani non comprehenduntur sub dispositione Concilij sess. 25. de Regularib. cap. 15.
- 7 Fratres tertij Ordinis non ligantur dispositione Concilij sess. 25. de Regular. cap. 15.
- 8 Hierosolymitani Milites ex nouo ipsorum statuto comprehenduntur sub decreto Concilij Trident. sess. 25. de Regular. cap. 15.
- 9 Puella ad professionem ante decimum sextum annum admitti non potest.
- 10 Dispensari non potest, vt puella, que duodecimum annum non compleuit, possit habitum in monasterio suscipere.
- 11 Puella in etate duodecim annorum matrimonio coniuncta si religionem sit ingressa, cogendus sponsus per quatuor annos expectare vsque dum illa profiteatur.
- 12 Professio Monachi facta ante decimum sextum annum est nulla.
- 13 Professionem quorum dierum defectus nullam efficit, ostenditur.
- 14 Professionem ante decimum sextum annum expletum, vel intra annum probationis valide emitte re potest, qui ex voto Religionem ingreditur.
- 15 Professio, qui in quibusdam Religionibus facienda est in decimo octavo etatis anno, si fiat ante illud tempus, post tamen decimum sextum a Concul. Tridentini expressum, valida est.

- 16 Annum probationis ante professionem emittendam debet habere Religiosus, alius professio esset nulla.
- 17 Professio intra annum probationis emissa nullum obligat, nec in specie, nec in genere Religionis, nec etiam in foro conscientie.
- 18 Professio durante anno nonitatus emissa non potest haberi rata, nisi accedat Papa dispensatio de consensu recipientium, & receptorum.
- 19 Annus probationis incipit a die susceptionis habitus, sive ab eo die, quo communis sequitur aliorum Religionum vitam.
- 20 Annus bissexilis an sit integre finiendus ad professionem emittendam, ostenditur.
- 21 Annus 1582. a quo Gregor. XIII. abstulit decem dies, integer reputatur ad sacros Ordines, & ad quacunq; officia, vel beneficia.
- 22 Professio facta in ultimo anni die non est inuvalida.
- 23 Annus probationis debet esse continuus, & non sufficit interpolatus.
- 24 Tempora non continguntur in nouitio pro compleendo anno probationis.
- 25 Absentia trium dierum a Conuentu interruptit annum probationis.
- 26 Professio Monachi ob non seruatum annum probationis intra claustra monasterij, dicitur nulla.
- 27 Anni probationis pars si extra monasterium infra de causa cum habitu de Superioris licentia habeatur, non per hoc dicitur discontinuatus.
- 28 Licentiam ad exeundum in anno nonitatus, vt ille non interrumpatur, concedunt Ministri Prouinciales.
- 29 Habitus Regularis a nouitio deferendus est de essentia, atque substantia anni probationis.
- 30 Probatio debet fieri in habitu monachali.
- 31 Annus probationis potest impleri ab eo, qui nondum expleuerit annum decimum sextum etatis.
- 32 Professio facta ante expletum probationis annum est nulla, neque huiusmodi terminus ex consensu partium potest remitti.
- 33 Nouitij in articulo mortis existentes ante expletum probationis annum habentes legitimam aetatem, possunt profiteri.
- 34 Monasterium viriute professionis facta a nouitio intra annum probationis in mortis articulo non potest succedere in bonis ipsius nouitij in prauidicium suorum heredum.
- 35 Nonitatus intra annum probationis licitum est a monasterio exire.
- 36 Nouitius nolentibus profiteri, sunt omnia bona restituenta, que tempore ingressus detulerunt in monasterium.
- 37 Nouitius egrediendo recuperat omnia bona etiam feudalia, vna cum fructibus inde perceptis, deductis tamen alimentis temporis, quo in monasterio fuit.
- 38 Nouitio egrediendi si non vult monasterium habitum religiosum dare, ei ad minus eius pretium restituere tenetur.
- 39 Dicitio, omnis, est vniuersalis, & qui omne dicit, nihil excludit.
- 40 Nouitius si decesserit intra tempus probationis, & dos soluta sit, est restituenda heredibus, vna cum fructibus, deducto tamen victu, & vestitu.
- 41 Informationes pro nouitiis volentibus profiteri quomodo sint faciende, ostenduntur, & num. 42.
- 42 Professio Monachi erit nulla, quando facta fuit

non seruata Constitut. Sixti V. pro informationibus faciendis edita.

44 Professio nulliter, quia in eorum informatione non fuit seruata forma prescripta a Sixto V. possunt etiam post quinquennium reclamare.

- 1 **R**DINARIUS potest professionem ante expletum 16. etatis annum factam, nullam declarare, vt asserit decifum Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarre lib. 2. tit. 18. l. 7. de religionibus, num. 11. & num. 40. dicit etiam resolutionem in causis nullitatis professionis, quae infra biennium ab Ordinario, & Superiore Regulari non terminantur, esse locum Decreto Concil. cap. 20. sess. 24. de reformat. in princip.
- 2 De iure antiquo ad professionem emittendam decimus quartus annus completus in viro, in foemina vero duodecim annus completus sufficiebat, cap. ad nostram, cap. significatum, de Regularib. cap. 1. eod. tit. lib. 6. Clement. eos, illo tit. glo. in cap. 1. 20. quest. 1. Post Concil. verò Trident. nulli licet profiteri expresse, nec tacite ante 16. annum expletum, & professio antea facta est ipso iure nulla, & irrita, vt in sess. 25. de Regular. cap. 15. vbi sequentia verba habentur: In quacunque religione, tam virorum, quam mulierum professio non fiat ante 16. annum expletum; professio autem antea facta nulla sit, nullamque inducat obligationem, aut alicuius regulae, vel Religionis, vel Ordinis obseruationem, aut ad alios quoscunque effectus; de cuius intellectu vide ff. Nau. conf. 23. de Regularib. in nouis, quod dicit in antiq. Sayr. in floribus decif. sub illo tit. decif. 97. Zerol. in praxi Episcop. par. 1. ver. b. moniales, §. 2. pag. 233. Azor. institut. moral. par. 1. lib. 12. cap. 1. column. 1067. & lib. 13. cap. 9. col. 1316. Sanch. de marim. lib. 2. disp. 24. num. 12. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici par. 2. cap. 1. num. 36. Petr. Ledesm. in summ. par. 2. tractado de los estados de las Religiones ex comun. cap. 7. Fr. Ioan. de la Cruz de statu Religionis, lib. 1. cap. 8. dub. 2. & 4. Campanil. in diuersis iuris Canonici rubr. 12. cap. 11. a num. 1. Armendar. in addit. ad recopil. legum Navarre lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religionibus, num. 41. cum sequentib. Fr. Ludou. Miranda in man. Pralat. tom. 1. quest. 24. art. 2. Rot. apud Farin. decif. 175. num. 6. par. 1. recentior. [& in Aetern. professionis 2. Iunij 1636. coram R. P. D. Carillo impressa per Tamburin. post tract. de iure Abbatiss. decif. 3. n. 18.] nouissimè Sanch. in precepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. a num. 1. [Laurent. de Peirinis de subdito Religioso tom. 1. cap. 20. §. 3. Hieron. Roder. in compendio quest. Regul. resol. 101. num. 30. cum sequentibus, Hieron. Venero in examine Episcop. libr. 6. cap. 15. Lezana in summ. quest. Regul. cap. 2. ex num. 9. me citato in hoc loco Tamburin. de iure Abbatiss. disp. 6. quest. 4. nouissimè me citato in hoc loco Nouar. in lucerna Regular. verb. professio a num. 8. pag. 214.]
- 3 Milites Regulares decreto dicti cap. 15. non comprehenduntur refert decifum Armendar. d. loco num. 7. resoluunt Fr. Ludou. Bejarespons. casuum conscientie par. 4. cap. 28. Gonzal. ad regul. 8. Cancellar. glo. 8. a num. 61. Azor. institut. moral. par. 1. lib. 13. cap. 4. quest. 2. Sanch. de marim. lib. 7. disp. 44. num. 8. & nouissimè d. cap. 4. n. 17. Flamin. de resignat. lib. 6. quest. 2. num. 117. cum seqq. Barthol. à S. Fausto in thesauro Relig. lib. 5. quest. 169. [Seraph. decif. 121. num. 2. quae reperitur etiam impressa par. 1. diuers. 591. Barthol. de Vechis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouit. disp. 11. dub. 2. num. 4. Lezana d. cap. 2. num. 9. versic. decretum.]

Quamuis huiusmodi Milites in emittenda professione comprehendi sub illo decreto asserunt Fr. Emman. in summ. tom. 2. cap. 8. num. 2. concl. 1. Stephan. Gratian. disceptation. forens. cap. 363. num. 27. [Hieron. Venero d. cap. 15. num. 7.]

Vnde in Militibus S. Stephani nuncupatim non procedere decidit Rot. Romana decif. 591. par. 1. diuers. in nouissima edit. quam refert Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decif. 1. in prima edit. & resolut. 617. num. 6. in secunda edit. & Nec comprehendere Fratres tertij Ordinis censuit eadem Rota Romana dicta decif. 591. num. 7. relata per Aloyf. Ricc. d. resol. 617. num. 4. & Milites tamen Hierosolymitanos comprehendi sub illo decreto ex nouo ipsorum statuto illi adherenti referunt decifum Flamin. d. quest. 2. num. 120. Armendar. d. loco num. 16. [Barthol. de Vechis d. dub. 2. num. 4. nouissimè me citato in hoc loco Nouar. in lucerna Regular. verb. Milites num. 10. nam in habitu susceptione emittunt professionem, quae postea per habitus delationem intelligitur post annum ratificata, Nauar. conf. 23. de Regular. Rouit. conf. 96. num. 9. Rota decif. 591. sub num. 9. par. 1. Peregrin. vol. 5. conf. 116. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. par. 2. cap. 16. num. 37. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 4. quest. 2. Et totum orbem habent pro monasterio, vt vbiunque sint censentur esse sub obedientia magni magistri Nauar. conf. 41. num. 2. & 3. de Regular. & in fauorabilibus verè Religiosi dicuntur. Mohed. decif. 10. de causa possess. Nau. conf. 12. num. 1. de Regular. Mench. illustr. controu. lib. 3. cap. 105. n. 49. & 50. Olafch. decif. 27. num. 18. Cauall. crimin. resol. casus 64. num. 2. Anna sing. 207. Menoch. conf. 54. n. 7. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 1. quest. 1. art. 6. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 9. num. 36. Riminald. iun. conf. 527. num. 23. 24. & 27. Azor. dict. par. 1. lib. 12. cap. 12. quest. 5. Molfes. conf. 33. Ponte conf. 14. vol. 1. Villagut decif. 34. num. 1. & 5. Farin. conf. 197. num. 1. & 10. Aloyf. Ricc. collect. 216. Carol. Tapia in amb. ingressi C. de sacrosanct. Eccles. verb. sua cap. 13. num. 19. Cardinal. Tusch. pract. concl. litt. H. concl. 107. num. 1. Nicol. Garcia de benef. par. 1. cap. 4. num. 50. Sanch. in precepta Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 8. num. 36. Gregor. X V. decif. 87. a num. 1. & decif. 109. per tot. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 360. a num. 21. Gabriel Pereira de manu Regia tom. 2. c. 27. n. 20.]

Non admittitur puella ad professionem ante dictum 16. annum, vt asserit decifum Armendar. d. loco n. 41. & Nec est dispensandum, vt puella, quae 12. annum non compleuerit, possit habitum in monasterio suscipere, ex [Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. g. 12. art. 2. Azor. p. 1. lib. 12. cap. 18. g. 55. & 56. Nald. verb. habitus n. 6. & verb. monialis n. 5. Barthol. de Vechis d. praxi disp. 2. dub. 6. n. 16.] Armendar. num. 43. vbi n. 42. asserit à Sacra Congreg. responsum fuisse anno 1580. & quod si puella in 12. etatis anno matrimonio coniuncta, & religionem ingreifa sit, cogendum sponsum per quatuor annos spectare, vsque dum illa profiteatur. [quamuis circa praefatam harum puellarum receptionem nullam limitationem esse constituendam existimauerint Miranda de sacris mon. q. 8. art. 2. in concl. Sanch. in precepta Decalog. lib. 4. cap. 18. num. 33. Suar. tom. 3. de Relig. libr. 5. capit. 1. num. 9.] Vide Laurent. de Peirinis in formul. Regul. lit. M. c. 6. n. 2. in suo.

Professio Monachi facta ante 16. annum expletum est nulla, vt desinit Concil. Trident. d. cap. 15. & censuit Rota Roman. apud Farinac. decif. 173. n. 6. tom. 1. p. 1. itaut si deficient 12. dies ante annum 16. expletum

expletum professio dicatur inualida, prout resoluunt, Galet. in margarita casuum conscient. verb. profiteri penult. Aloy. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 656. in 1. edit. & resolut. 549. in 2. edit. ubi etiam ¶ resoluunt quod si deficiat vnus dies, nulla esset professio, asseritque habere locum in anno bissextili, quia nisi dies vna addetur, non valet professio, cum debeat fieri in vltimo anni instanti, vel post lapsum vnus anni. Ego tamen dicendum puro professionem in suprema die 16. anni emitti posse, etiam post Concil. emittamque subsistere, ex his, quae in similibus adducit Sanch. de Matrimon. lib. 2. disp. 24. num. 22. & in terminis resoluunt Campanil. in diuers. iuris Canon. rub. 7. cap. 6. num. 129. & rubr. 12. cap. 11. num. 1. vide tamen quae infra num. 20.

14 ¶ Qui ex voto religionem ingreditur, potest in ea valide ante 16. annum expletum, vel intra annum probationis professionem emittere; ita decisum fuisse refert Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici par. 2. cap. 1. num. 37. in fine.

15 Dubitari potest an stante statuto ne quis ante 18. aetatis suae annum ad professionem admittatur, prout adest in ordine Minimorum, seu potius Sancti Fracisici de Paula, si professio fiat ante illud tempus ab statuto requisitum, post tamen 16. a Concilio Trident. expressum, valida sit? Ego dicendum credo, validam esse professionem contra prohibitionem praedicti statuti non annullantis, aut irritantis factam, arg. text. in cap. ad Apostolicam, de Regularibus, & ita tenent Ludou. Miranda in manuali Praetorum Regularium par. 1. quest. 24. art. 2. concl. 2. [Peirinis de subdito Relig. tom. 1. cap. 26. §. 3. Hieron. Venero d. cap. 15. num. 10.] & dicit decisum Armend. d. loco num. 14. [In constitutionibus Religionis sanctissimae Trinitatis Redemptionis captiuorum, est institutio confirmata auctoritate Apost. ante & post Concil. quod in Religione aliquis non recipiatur antequam annum 20. videatur expleuisse. Hoc stante quaeritur per Superiores Religionis an pro validitate professionis in dicta Religione sufficiat illam emisisse post 16. annum iuxta dispositionem Concilij. S. Congregatio die 2. Augusti 1631. & 24. Augusti 1632. censuit professiones emissas iuxta dispositionem Concilij esse validas, nouissimè me citato in hoc loco Nouar. d. verb. professio. num. 17. pag. 215.]

16 Cum quis religionem ingressus est, habitumque Regularem suscepit antequam praedictam professionem emitat, annum debet habere, qui probationis dicitur, infra quem asperitates regulae experiri debet, vt eas sufferre assuescat, cognoscatque si propriae complexionis, viribus, & voluntati congruant, quod si professionem eo corrente emittere auderet, nihil ageret, vt definit Concil. Trident. d. cap. 15. de cuius materia, quoad hanc partem, vide Fr. Emman. quest. Regularium tom. 2. quest. 2. artic. 7. & tom. 3. quest. 13. art. 4. & quest. 15. art. 1. 2. 7. & 8. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 4. Valer. Reginald. in praxi fori penult. lib. 18. num. 385. cum seqq. Armendar. d. l. 7. de Religionib. num. 4. cum sequent. Campanil. in diuers. iuris Canon. rub. 12. cap. 3. a princip. Fr. Ludouic. Miranda in man. Praelat. Regularium par. 1. quest. 22. art. 1. cum sequentibus, Sanch. d. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 8. cum seqq. Barthol. a S. Fausto in thesauro Religios. lib. 5. quest. 160. cum seqq. Bonacin. de clausura Religios. quest. 2. puncto 10. diff. 2. §. 2. [Fr. Barthol. de Vechis d. disp. 11. dub. 2. me citato in hoc loco Tamburin. d. disp. 6. quest. 4. num. 2.]

17 Ex professione siue tacite, siue expresse intra an-

num probationis emissis, non obligari aliquem, nec in specie, nec in genere religioni, nec etiam in foro conscientiae, referunt decisum Nicol. Garc. de beneficiis par. 11. cap. 9. num. 6. Armend. d. loco num. 1. & 2. ita ut iam ¶ hodie non possit haberi rata post annum huiusmodi professio, quae illo durante emissis fuit, ex Nauar. conf. 16. incipit Orta sunt, post num. 18. de Regular. praeterquam si Papa accederet dispensatio de consensu recipientium, & receptorum, habendo annum nouitatus pro legitimo completo, & professiones habendo pro ratis, ex eodem Nauar. dict. conf. 26. num. 20. quem sequuntur Iacobus de Grassis in decisionibus aureis lib. 3. cap. 5. num. 23. Campan. d. cap. 3. num. 5.

19 Probationis annus, siue in masculis, siue in foeminis incipit a die susceptionis habitus, siue ab eo die, quo communem sequuntur aliorum religiosorum vitam, & incipiunt experiri religionis asperitates; ita Fr. Ludou. Miranda dicta quest. 22. artic. 3. concl. 1. Barthol. a S. Fausto dict. lib. 5. quest. 160.

20 Ad hanc professionem in religione anno bissextili satis est ad probationem compleuisse dies 365. Ita Syluest. ver. religio, 3. quest. 19. §. 3. Henriq. in sum. lib. 10. cap. 19. litt. K, Aloy. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici post resolutionem 76. in notab. de materia Sacramenti Ordinis vers. quo ad interstitia, Martin. Forn. de Ord. cap. 3. num. 4. Barthol. a S. Fausto d. lib. 5. quest. 161. quamuis contrarium, immo diem bissextili computari debere iuxta ritum, & usum Ecclesiae, asserat Bonacin. de Sacram. disp. 8. quest. vnica, puncto 5. num. 15. & de clausura Religios. quest. 2. puncto 10. diff. 2. §. 3. num. 4. [Lezana d. cap. 2. num. 9. vers. aras.]

21 Nam probationis annus esse debet annus a Republ. taxatus, atque vt aliis declaratus, id quod communiter seruatur in aliis negotiis, atque commerciis humanis. Vnde in nostris temporibus, & nostra aetate anno 1582. quo tempore auctoritate Summi Pont. Gregor. XIII. ab anno dempti sunt decem dies, hoc est, a 5. die Octobris vsque ad 16. ille annus debet integer reputari, nec in seq. expectandi sunt illi decem dies, quamuis enim non fuerit integer naturaliter, & secundum cursum solarem, fuit tamen integer ciuilitate, atque politicè, ita resoluunt Fr. Ludou. Miranda d. art. 3. concl. 2. in fin. & plures Theologi, ac iuris periti apud Henriq. lib. 13. de excom. cap. 40. n. 2. in com. lit. O, quem citant Bonac. d. puncto 5. num. 14. Barth. a S. Fausto d. lib. 5. quest. 162. nouissimè Sanch. d. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 5. vbi extendit ad sacros Ordines, & ad quaecumque officia, & beneficia.

22 Et licet huiusmodi annus probationis debeat esse expletus cursu Solis, lapsuque dierum 365. praetertorum, tamen post factam non est computandus ab vno puncto, & instanti ad idem punctum, & instantem, quia esset assertio nimis rigida, dum in postrema die anni emissam professionem non esse inualidam affirmat Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 413. num. 22. quem refert, & sequitur Campan. d. cap. 13. num. 4. in fin. rub. 12. [nouissimè Diana moral. resol. par. 5. tract. 5. resol. 18.] quamuis vltimam anni diem non sufficere coepisse, sed debere annum integrum de momento ad momentum impleri, teneat post Fr. Emman. Sanch. d. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 31. in fine.

23 Verum in hac tertia impressione re maturè discussa a mea sententia discendere cogor, & ita securè teneo probationis annum de momento ad momentum esse necessariò complendum, primò quia Concil.

Concil. Trident. d. cap. 15. ponit initium computationis anni probationis, id est, a die assumptionis habitus, & vbi cumque lex requirit certum tempus incipiens ab aliqua die determinata, computari debet de momento ad momentum. l. 3. §. minorem ff. de minorib. Secundo quia Concil. Trid. loquitur per verba per annum, quae adiecta implemento temporis significat perfectionem, iuxta per me resoluta in tract. de clausul. & d. dist. 249. num. 3. & 4. Quibus & aliis fundamentis haec opinio tenetur Iacob. de Grass. tom. 1. conf. lib. 3. conf. 6. num. 2. de Regular. Zanard. in direct. Theol. p. 2. cap. 26. num. 12. vers. nota autem, Lessi. de Iust. lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 59. Fr. Ludou. Miranda in man. Prael. tom. 1. quest. 22. art. 3. Soar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 15. num. 1. nouissimè Fr. Barthol. de Vechis in praxi obseruanda in admittendis ad statum Religionis nouitiis disp. 11. dub. 4. a princip. [Nald. in sum. verb. professio num. 6. Villalob. etiam in sum. tom. 2. tract. 35. diff. 15. num. 4. Diana moral. resol. par. 3. tract. 2. resol. 57. Homobon. de Bonis de exam. Eccles. par. 3. tract. 15. cap. 9. quest. 6. in obseru. vers. proinde, me citato in hoc loco Ciardin. d. cap. 108. num. 20. Pereg. in constit. Regularium cleric. par. 2. cap. 1. lit. C. §. 6. Hieron. Roder. d. resol. 101. num. 38. Tambur. de iure Abbatissar. disp. 9. quest. 9. nouissimè me citato Nouar. in lucerna Regul. verb. annus n. 2.]

Vnde pari modo dicendum videtur, quod si nouitius compleat probationis annum die 24. Februarii anno bissextili, non dicitur expletus hic annus, nisi secunda die, quae etiam appellatur 24. id est 25. dies; quare emittere non potest professionem nisi eadem die 25. in puncto diei 24. Februarii praecedentis anni, in quo suscepto habitum, & quia vtraque dies pro vna habetur in Iure l. 3. §. minor ff. de minorib. l. cum bissextilis ff. de verb. signif. c. quae sunt. cod. tit. & hanc opinionem tenent Fr. Emman. d. tom. 3. q. 15. art. 4. & 5. Molin. de Iust. tract. 2. disp. 573. vers. atque vt à minori aetate, Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 24. n. 22. vers. similiter credo, Lessi. d. num. 59. vers. hinc sequitur, Iacob. de Grass. & Fr. Ludou. Miranda citatis locis, Fr. Barthol. de Vechis d. dub. 4. num. 5. nouissimè D. meus sul. Laur. var. lucubrat. tom. 1. tit. de Comitibus c. 6. n. 15. [Pereg. d. lit. C. §. 7. Hieron. Roder. d. resol. 101. num. 39. Tamburin. d. disp. 4. quest. 9. num. 2.] & nouissimè Sac. Congreg. Concil. Trid. in vna Patavina de mense Iunii 1627. censuit non valere professionem respectu anni bissextilis cuiusdam qui ingressus est Religionem 27. Martij & die 26. eiusdem mensis sequentis anni corrente anno bissextili emisit professionem. [Annus enim probationis debet esse completus & integer, vt censuit Sacra Congreg. Concil. die 1. Februarij 1631. Nouar. d. verb. annus n. 4.]

24 Continuus debet necessariò esse huiusmodi probationis annus, neque sufficit, quod sit interpolatus, ita tenet Nauar. conf. 2. num. 2. & conf. 34. num. 2. & conf. 36. num. 1. & conf. 42. num. 2. & 4. sub tit. de Regularibus in antiq. & conf. 9. num. 2. & conf. 32. n. 4. sub eodem tit. in nouis. Sylu. verb. Religio 5. quest. 4. Henriq. in sum. lib. 13. cap. 40. §. 2. in medio, Flamin. de resign. lib. 3. quest. 13. num. 11. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 8. num. 4. & quest. Regul. tom. 3. quest. 15. art. 8. Campan. d. rub. 12. cap. 13. num. 2. Fr. Ludou. Miranda d. quest. 22. art. 4. concl. vnica, Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 2. quest. 8. Sanch. d. lib. 5. cap. 4. num. 31. Iacob. de Grass. in aureis decis. par. 1. lib. 3. cap. 5. num. 15. Sorb. verb. nouitius, vbi de nouitiorum professionis emissionem, vers. secundo est. Lessi. de Iust. lib. 2. cap. 41. dub. 7. n. 59.

Nald. verb. Nouitius num. 4. [nouissimè Diana moral. resol. par. 5. tract. 5. resol. 19.] Steph. Gratian. Arabia decis. 35. num. 3. in addit. Soar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 15. num. 3. [me citato in hoc loco Ciardin. controuers. forens. lib. 1. cap. 108. n. 15. Pereg. d. lit. C. §. 8. Hieron. Roderic. d. resol. 101. num. 42. Tambur. de iure Abbatissar. disp. 4. quest. 8. num. 3.] Fr. Barthol. de Vechis in praxi obseruanda in nouitiis ad Religionis statum admittendis, disp. 11. dub. 3. num. 1. vbi num. 5. ampliat vt haec continuatio non solum esse debeat per annum expletum, sed etiam vsque ad professionem; ita vt completo anno si nouitius egredieretur Monasterium, & postea iterum rediret, professionem emittere non posset virtute praefata vnus anni probationis, sed iterum inchoare deberet nouitium, citans pro se Soar. d. cap. 15. a num. 8. Contra Fran. Angel. & Syluest. qui existimant non esse necessariam continuationem probationis cum professione, & etiam contra Fr. Emman. d. tom. 3. quest. 15. art. 16. vers. aduertendum denique, qui idem censet circa nouitias Monialium. [Vbi cumque enim fit mentio de tempore, quando sumus in dubio, semper intelligitur continuum, nisi aliud specialiter lege cautum reperitur, glof. vers. sed hic notandum, in rub. de diuers. & tempor. preser. Franc. Balb. de prescript. 1. par. 4. princ. quest. 6. & vlt. num. vlt. Ludou. Gom. in reg. de annali posses. quest. 73. post princ. vers. nam lex noluit, Franc. Per. conf. 99. num. 14. Surd. decis. 189. n. 1. quos refert nouissimè Ioseph. Vela iuris controuers. in Hispanensi Senatu lib. 1. dissert. 18. n. 3.]

25 Tempora enim non coniungi in nouitio pro completo anno probationis teneant Abb. & Anchar. in c. ad Apost. de Regul. Syluest. verb. Relig. §. 4. n. 4. Aliàs enim per absentiam trium dierum a conuertu annus dicitur interrumpi, ex Nauar. & Azor. docent Galet. in margarita casuum conscientiae, verb. nouitius, 2. [Pereg. d. lit. C. §. 8. vers. sed quid,] Sanch. d. cap. 4. n. 32. Barth. a S. Fausto d. lib. 5. quest. 164. Contra Lessi. d. lib. 2. cap. 41. dub. 7. existimantem ¶ paucorum dierum interpolationem non impedire, & ita professio Monachi ob non seruatum annum probationis intra claustra monasterij dicitur nulla, vt censuit Rota Rom. apud Fatinae. decis. 173. num. 1. tom. 1. par. 1. recentior. vbi num. 2. quod ¶ in hoc anno nouitatus non debent nouitij extra monasteria vagari. [quia, vt ibi dicitur, cum annus probationis detur in subsidium humanae fragilitatis, & in fauorem tam nouitij, quam monasterij, vt & ille experiat Religiosis asperitates, & cum illis suas vires metiatur, & monasterium eiusdem nouitij animum, & mores inspicere, & cognoscere possit, cap. ad Apostolicam, de regular. manifestum est non satisfieri dispositioni Iuris, quamdiu procul à Regulari disciplina, & à Praelati oculis Nouitius in domo paterna blande & beneuole habetur, & forsan in illis diebus, & noctibus, quibus extra monasterium degit, occurreret in Religione aliqua asperitas quam ferre vel nollet, vel non posset, & propter quam decerneret non profiteri.] ¶ Ille verò qui de licentia sui Superioris, atque Praelati cum habitu aliqua iusta de causa intra annum probationis extra monasterium egreditur, quamuis ibidem per aliquod tempus commoretur, non per hoc discontinuari dicitur annus probationis, immò verò potest licitè profiteri, & professio ab eo facta tenet, Ita Nauar. dict. conf. 82. n. 4. & conf. 41. num. 3. Regul. & conf. 10. n. 3. de Clericis non resid. Iacob. de Grassis in aureis decis. lib. 3. cap. 5. post num. 18. Flamin. d. quest. 13. num. 12. Gonçal. Mendez de Vascoucellos diuers. iuris argu-

mentorum lib. 2. cap. 15. Sayr. decif. 15. de Regul. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. quest. 15. art. 8. Fr. Ludovic. Beja responsor. casuum conscientie p. 4. casu vlt. in fine. Campan. d. rubr. 12. c. 3. n. 3. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decif. 501. in 1. edit. & resol. 392. num. 3. in 2. edit. & Armendar. d. loco num. 13. Stephan. Gratian. in additionib. ad decif. 35. num. 2. & disciprat. forens. cap. 66. num. 14. Soar. tom. 5. de Relig. lib. 5. cap. 15. num. 3. cum seqq. Nald. verb. Novitius num. 4. Fr. Bartholom. de Vechis in praxi obseruanda in nouitiis ad Religionis statum admittendis disp. 11. dub. 3. [Diana moral. resol. par. 3. tract. 2. resol. 84. me citato in hoc loco Ciardin d. cap. 108. n. 24. Bonacin. de clausur. quest. 2. puncto 10. diff. 2. §. 2. num. 6. Hieron. Roder. in compend. quest. Regul. resol. 101. num. 44. Tamburin. de iure Abbatiffar. disp. 4. quest. 8. a num. 1.] Fr. Ludovic. Miranda d. quest. 12. art. 5. conclus. vnica. vbi in fin. resoluit huiusmodi licentiam ad exeundum posse tantum concedere ministros Prouinciales ipsis praesentibus, at vero in ipsorum absentia, & quando facilis ad eosdem non habetur recursus, vrgetque necessitas, id ipsum posse facere Guardianos, & alios Praelatos Conuenticales, nisi aliqua ordinatione generali, seu prouinciali, aut particulari mandato sibi fuerit interdictum. Intellige supraddictam resolutionem quae habet probationis annum, non interrumpi si nouitiis de sui superioris licentia extra monasterium maneat cum habitu, vt procedat etiam si huiusmodi licentia nouitio illicitè, & sine rationabili causa concederetur, vt bene probant Soar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 14. num. 14. post med. Fr. Barthol. de Vechis d. dub. 3. num. 14. Diana d. resol. 84. Contra Nauar. & alios requirentes iustam causam, quia licet superior praestans indebitè licentiam peccet, ob talem tamen culpam non interrumpitur nouitiatus. Probationis anno expleto si nouitiis desereret Religionem, & postea rediret, non egere nouo probationis anno ad profitendum tradunt Syluest. verb. Religio 5. quest. 4. Fr. Emman. tom. 3. quest. 15. art. 10. Bonacin. d. puncto 10. diff. 2. §. 2. num. 4. Barthol. à S. Fausto d. lib. 5. quest. 165. vbi quest. 166. asserit per Concil. Trid. d. cap. 15. reuocatum esse priuilegium Iulij II. concessum Minoribus, vt nouitiatus interruptus possit continuari. Vnde durante probationis anno si nouitia curandæ valetudinis causa de licentia superiorum à monasterio exierit, & post reuertatur, eodem tempore professionem emittere posse, ac si nunquam egressa fuisset, refert decifum Armend. d. loco num. 13.

29 Habitibus Regularis à nouitiis deferendus est de essentia, atque substantia anni probationis, & saltem hoc tempore profiteri nullus poterit, qui existens in probatione non susceperit, & per annum detulerit habitum illius religionis, quam intendit profiteri, vt probatur ex Concilio Tridentino d. cap. 15. in illis verbis, *ibi, minori tempore, quam per annum post susceptum habitum in probatione steterit*, vt optimè ex eo colligitur Azor. d. lib. 12. cap. 2. quest. 9. Fr. Emman. tom. 3. quest. 15. art. 9. Sanch. d. lib. 5. cap. 5. num. 2. 9. Fr. Ludovic. Miranda dicta quest. 22. art. 6. conclus. vnica, Fr. Barthol. de Vechis d. disp. 11. dub. 7. num. 1. [D. Roder. à Cunha ad cap. 1. num. 12. distinct. 53. me citato in hoc loco Tamburin. de iure Abbatiffar. disp. 4. quest. 4. num. 6.] & ante eos tenuit Syluest. verb. Religio 5. quest. 5. per glof. in cap. fin. verb. habitus, 17. quest. 2. & in cap. super eo. de Regul. vbi dixit qd probationem debere fieri in habitu monachali, & citat cap. & statuimus, eod. tit. alioquin, inquit, non possit probare austeritatem

monachalem, quæ magna ex parte in vestibus consistit; non est tamen de substantia anni probationis nouitium induere habitum nouitorium ab habitu professorum distinctum, vt late probant Soar. tom. 3. de Religion. lib. 5. cap. 14. num. 10. Fr. Barthol. de Vechis dict. disput. 7. dub. 7. num. 3. [Nonnullæ tamen Religionis habitum proprium non habent, vt non habet Societas IESV, cuius Religiosi ex vsu religionis, in qua habitant, vestiuntur, Sanch. in præcepta Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 8. num. 70. D. Roder. à Cunha in d. cap. 1. num. 13. dist. 33. Portare enim habitum Religionis, est obligationis signum, S. Thom. 2. 2. quest. 185. art. 8. quem refert & sequitur Suar. de Relig. tom. 4. lib. 3. cap. 17. num. 9. quod ad eod. verum est, vt dicat S. Bonauent. in speculo disciplina ad nouitios par. 1. tom. 7. vsu habitus, prout habitus pro speciali signo Religionis accipitur, continuum esse debere, vt Religiosus Frater non sit, vel modicum, sine ipso, siue necessitas euidens eum cogat, & Syluest. in summ. verb. excommunicatio. 9. num. 52. ait habitum ad eod. esse annexum oribus Monachorum, quod in quocumque loco consistentes, siue in lecto quiescentes, constanter eo vti debent, per c. vidua 20. quest. 1. Vnde Pictor Germ. lib. 2. c. 2. refert mutatione habitus, mutationis morû, & animorum argumentum esse. Habitibus nanque, inquit Conc. Aquilgranense cap. 125. singulorum Ordinum iudicio in Ecclesia Dei discreti sunt, vt his visis, cuius propositi sit gestans, vel in qua professione Domino militet, liquidè cognoscatur, & Card. Zabarel. in Clem. 1. num. 14. & 15. de elect. affirmat Religiones diuersificari ex diuersitate habitus, quod tradit Suar. d. tom. 4. lib. 1. cap. 1. num. 6. & Tamburin. de iure Abbatum tom. 1. disp. 27. quest. 1. qui quidem habitus Religiosi debet esse secundum regulæ suæ statuta. Syluest. verb. habitus num. 1. & 3. Iacob. de Grassis in aureis decif. par. 1. lib. 3. cap. 5. num. 71. & censetur substantialis, quem disponit regula Suar. d. tom. 4. lib. 2. cap. 6. num. 6. Et vbi figura, color, & materia vestium determinata sunt, peccaret mortaliter varians, vel mutans, nisi fieret mutatio parua, quæ non sit notabilis, vt in prolixitate, vel breuitate, in quantum talia non sunt omnino determinata sub præcepto, Alphonf. Tostar. in cap. 1. Matth. quest. 23. nam transmutatio habitus sine iusta causa absque apostasiæ incurfu fieri non potest, Tamburin. d. disp. 27. quest. 1. num. 2. quod prius dixerat Ioan. Andr. de regulis turis reg. 88. num. 3.]

Huiusmodi probationis annus potest impleri ab eo, qui nondum expleuerit annum 16. & vt talis probationis potest probatus admitti ad professionem expleto 16. anno, prout tenent Nauar. conf. 30. de Regularib. num. 1. in 1. edit. & conf. 20. num. 1. in 2. edit. Azor. instr. moral. par. 1. lib. 12. cap. 4. quest. 9. in fin. Henriq. lib. 13. de excommunic. cap. 40. num. 2. in fine, Fr. Emman. tom. 3. quest. 15. art. 9. in fine, Galet. in margarita casuum conscientia. verb. profiteri tertio, Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 18. num. 385. prope finem, Sanch. d. tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 22. in fine. Et ideo ex hac vel alia iusta, seu rationabili causa potest prolongari nouitiatus completo probationis anno. Lessi. lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 59. Soar. tom. 3. de Relig. lib. 5. cap. 13. num. 8. F. Barth. de Vechis d. disp. 11. dub. 5. num. 3. vbi num. 4. post Galuan. conf. 12. à num. 1. subdit differri non posse professionem illorum nouitorium, quos superiores expleto probationis anno habiles inuenerint, quia omnino admitti debent ad professionem.

Post

32 Post Concil. Trident. nullus vnquam potest profiteri, nisi post expletum suæ probationis annum, necj huiusmodi terminus, & probationis tempus, etiam ex consensu partium potest renunciari, aut remitti, quamuis enim hoc ipsum in Concil. Trident. d. cap. 15. non exprimitur, aut expressè sit prohibitum, colligitur tamen ex ipsius verbis, & eorum tenore, maxime ex illis; *professio antea facta, nulla sit, nullamque inducat obligationem, &c.* Ita Nauar. conf. 33. sub tit. de Regularib. Beja dict. casu final. vers. tertio, Stephan. Gratian. disciprat. forensi tom. 5. cap. 850. num. 16. Fr. Bartholom. de Vechis dict. disp. 11. dub. 2. num. 7. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. quest. 15. art. 7. Fr. Ludovic. Miranda dict. quest. 22. art. 7. conclus. vnica. [Pexeg. d. cap. 1. lit. C. §. 12. D. Acunha ad d. cap. 1. num. 22.]

33 Ex priuilegio Pij V. relato in eius constitutione, incip. *Suummi Sacerdotij cura, sub dat. 23. Augusti 1570.* quam refert Fr. Emman. tom. 3. quest. 15. art. 6. [& Tamburin. de iure Abbatiff. disp. 4. quest. 6. in princ.] concessum reperitur Monialibus nouitiis Ordinis S. Dominicij, vt si contigerit tempore nouitiatus aliquam earum ex iudicio Medici, ab hoc sæculo transuram esse, professionem emittere posse nõ expleto probationis anno, in manibus Abbatiffæ seu Prioriffæ, vel alterius superioris nouitiam illius monasterij, dummodo in legitima ætate sit constituta. At quia hoc priuilegium est contra decretum Concilij Trident. dict. cap. 15. controuertitur inter Doctores an sit abrogatum per Gregor. XIII. in quadam sua Bulla, incip. *In tanta rerum, ac negotiorum mole,* relata ab eodem Fr. Emman. in sua collect. priuil. in Bullis Gregor. XIII. Bulla 38. vbi reuocauit omnia concessa per Pium V. Ordinibus Mendicantium contra Concilij Trid. decreta. Quod sit abrogatum praesatum priuilegium sustinent Emman. Sâ verb. Religio num. 56. Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 8. dub. 4. & lib. 2. cap. 3. dub. 6. concl. 3. Fr. Barthol. de Vechis dicto tract. disp. 13. dub. 11. num. 4. Attamen illud non esse abrogatum tenent Fr. Emman. tom. 1. quest. 8. art. 9. & d. tom. 3. quest. 15. art. 6. Henriq. in summ. lib. 13. cap. 40. num. 2. & in commento lit. R. Megagli. 1. 2. lib. 2. cap. 27. num. 50. [Lezana in summ. quest. Regular. cap. 25. num. 39. Diana tom. 3. tract. 2. resol. 17. Peirinis tom. 3. priuilieg. Ordin. Minim. cap. 6. n. 13.] Sanch. in præcepta Decalogi lib. 5. cap. 4. num. 16. Petr. de Ledesma in summa par. 2. tract. de stado de los Religiosos, cap. 7. concl. 2. difficult. 1. Beja dict. casu final. vbi à principio probat professionem Nouitij ante annum probationis factam in mortis articulo esse validam, teneri tamen si conualuerit, & ex ea infirmitate non decesserit, complere postea integrum probationis annum, & professionem de nouo emittere: & huiusmodi concessionem Pij V. asserit Fr. Ludovic. Miranda dicta quest. 22. art. 10. non esse reuocatam per Gregor. XIII. in sua constitut. quæ incip. *In tanta,* quæ reuocauit quicquid concesserat Pius V. super statu & regimine Monachorum & Sanctimonialium contra Ius & contra decreta sancti Concilij Tridentini. Nam potest dici primò quòd non est reuocata quoad forum conscientia: vel secundò, quod Gregor. XIII. non loquitur de iis mortis, & Indulgentiis, & maxime concessis in mortis articulo Monachis & Sanctimonialibus, sed etiam de alijs gratis, & priuilegijs spectantibus ad statum, & regimen eorundem Monachorum, aut ipsarum Monialium. Aduerterque idem Fr. Ludovic. Miranda dicto loco, quòd virtute huius cõcessionis, & professionis sic factæ monasterium non potest succede-

re in bonis nouitiæ, sic professæ in præiudicium suorum hæredum, & aliorum venientium ab intestato. [quicquid tenent Tamburin. d. disp. 4. quest. 6. num. 10. cum seqq.] Conuertitur eo ipso quòd ingrediuntur monasterium possunt emittere professionem, iuxta Bullam Pontificis ante Concilium emanatam, quæ non est sublata per illius decretum sess. 25. de regul. cap. 15. eo quòd infra cap. 18. hac ead. sess. præseruantur earum constitutiones; ergo multo magis hoc priuilegium Pontificis, S. Congreg. Concil. sub die 11. Ianuarij 1620.]

Nouitiis intra annu probationis licitum est è monasterijs exire, vt tenent Syluest. verb. Religio, 5. q. 8. vbi etiam dicit, quod non tenetur soluere expensas factas sibi à monasterio, per cap. non solum, de Regularibus, ibi, *aliquatenus impedire,* & quòd egrediendo etiam sine licentia non incurrit aliquam inhabilitatem ad Ordines, vel ad beneficia Ecclesiastica, iuxta cap. postulasi, de Regularibus, prout ea citat Fr. Ludovic. Miranda dict. q. 22. art. 8. conclus. vnica. ¶ Nouitiis sic nolentibus profiteri, sed à religione volentibus egredi sunt restituenda omnia bona, quæ tempore ingressus derulerunt in monasterium, nec quid minimum ex eis retinere valent religiosi, quòd, vt rectè fiat, Episcopus etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit compellere poterit superiores Regulares; prout statutum est Concil. Trident. sess. 25. de Regularibus cap. 16. in final. verbis, & declarant Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. moniales, §. 3. & par. 2. eodem verb. vers. 11. pag. 73. Paul. Fulf. de visitat. lib. 2. cap. 11. num. 67. vbi etiam, quòd si moriatur ante finitam professionem, remanent bona ipsi monasterio, nisi bona detulerit, vel expressè assignauerit, aliàs tantummodo intrando, quia tunc succedent proximiores.

Egrediendo autem recuperant omnia bona. Nau. 37 conf. 1. de statu monach. in antiq. alijs conf. 9. de success. ab intest. in nouis. Sayr. in floribus decif. sub illo tit. de statu monach. decif. 1. Ioan. Valer. de differens. inter vtrumque forum, verb. Regulares differ. 8. Camp. in diuers. iuris Caxon. rub. 12. cap. 13. à num. 125. Azor. dict. par. 1. lib. 13. cap. 9. quest. 2. Barthol. à S. Fausto d. lib. 5. quest. 190. etiam feudalia, iuxta veriorent seurentiam, quam tenent Thomas de Marino in tractatu de feudis, lib. 1. tit. 2. de fundo ex parte, & providentia, num. 139. Carolus Tapia in reprob. auhent. ingressi, in verb. sua, cap. 14. num. 16. Caldas Pereira in l. si curatorum, verb. implorare, à n. 27. Carol. de Grass. in tract. de effectibus clericalibus, effecti 4. sub num. 15. & debet intelligi vna cum fructibus inde perceptis, deductis tamen alimentis illius temporis, quò in monasterio fuit, ita Azor. instr. moral. p. 1. lib. 13. cap. 9. q. 2. post med. quem refert, & sequitur Galet. in margarita casuum conscientia. verb. Nouitiis, 5. quando scilicet nouitiis tenetur ea soluere alimenta, prout intelligitur à Sanch. d. tom. 2. lib. 7. cap. 5. num. 25. Dubium tamen maximum in hac materia ventilatum vidi in Sacra Illustrissimorum Cardinalium Congreg. Sacri Concilij interpretum sæpe propositum, & an scilicet Nouitio egrediendi habitus religiosus esset restituendus? In qua quaestione iuxta supradicta resoluuerunt omnes nouitijs vestes esse restituedas propter verba illa, omnia restituantur, quibus utitur Concil. Trident. d. cap. 16. in fine. ¶ dictio enim, *omnis*, est vniuersalis, vt citatis iuribus multisque Doctoribus prò ego ipse in meis rcmiffionibus de ditionibus, dict. 207. & qui canne dicit, nihil excludit, prout dictum est in libello de princip. & locis cõmuniibus vtriusque iuris lit. O. n. 4. Verum

Barbof. de Episcopo Pars III.

M M m Sacra

Sacra Congr. censuit habitum religiosum exeunti non esse restituendum, eius tamen pretium ei esse solvendum, [me citato in hoc loco Lezana in sum. quest. Regular. c. 25. n. 38. ver]. pro eisdem, in fine, me etiam citato in hoc loco nouissimè Nouar. in lucerna Religioforum verb. habitus, num. 6.] † Si quis tamen decesserit intra huiusmodi tēpus probationis, & dos soluta sit, est restituenda hæredibus, vna cū fructibus, si quos monasterium percepisset, deducto tamē victu, & vestitu, ita refert decisum Armeni. d. loco num. 30.

41 Circa Nouitiorum informationes faciendas Sixtus V. sua Constit. quæ incip. Sixtus Episcopus, edita 6. Kalend. Decemb. Anno Incarnat. Dominica 1587. statuit, ac precepit, ne illi illegitimi, aut debiti onusti, ratiociniis obligati, & scelerati, criminosi, & facinorosi reciperentur ad Ordines, ac voluit de his omnibus rebus in receptione eorundem Nouitiorum, & antequam reciperentur, seu admitterentur ad habitum fieri inquisitionem, & informationem: fuitque ipsius decretum ita rigidum, siue rigorosum, ut nullius inuenis, seu viri à seculo ad religionem transiens maioris 16. annorum receptio, admissio, & approbatio fieri poterat, nisi in Capitulo generali, seu provinciali, & nisi prius per Praelatos, & Superiores Ordinis facta de eo fuisset informatio de rebus ibidem contentis, & huiusmodi informatio in Capitulo generali, aut provinciali presentata, approbata simul fuisset per Definidores. Postmodum verò videns, quod ex prædicta sua constitutione innumera sequebantur inconuenientia, illam mitigare, atque modificare volens, in alia quadam, quæ incipit, ad Romanum spectat Pontificem, statuit, ut in qualibet Provincia saltem duo, & si commodè fieri posset, tria, aut plura deputarentur monasteria, quorum superiores infra annum saltem congregarentur ad faciendam inquisitionem super nouitiis, & ad ipsos in religiosos suscipiendos iuxta formam suæ præfate Constitutionis, & ad alia peragenda, quæ ibidem continentur. Et addidit, quod si paucitas, aut nimia monasteriorum distantia nec id ipsum facere permitteret, saltem tribus antiquioribus Parribus vnius monasterij, domus, siue Province huiusmodi facultas, & auctoritas per Capitulum generale monachorum, vel Provinciale Mendicantium, & reliquorum Regularium demandaretur, & concederetur, & alia ad hoc proposita statuit, quæ ibidem videri possunt. Sed Gregor. XI V. amplius volens eandem Sixti V. Constitutionem declarare, & ampliari circa Nouitiorum receptionem, nouam quandā fecit constitutionem, quæ incipit, Circumspecta Romani Pontificis prudentia, quem refert Fr. Emman. quest. Regular. tom. 3. quest. 10. art. 1. vbi statuit, ut Superiores monasteriorum de consensu sui Capituli præhabita simul cum his, de quibus in vnaquaque Religione, aut monasterio iuxta eiusdem constitutiones recipiendus interrogari solet, aliqua informatione super his, quæ in dictis constitutionibus continentur ad eorundem Nouitiorum receptionem procedere valerent, dum tamen antequam ad professionem admitterentur plenariam de eis facere inquisitionem, & approbaretur ab illis, à quibus in prædictis monasteriis examinari, & approbari solent, ut refert nouissimè Fr. Barthol. de Vechis in praxi obseruanda in admittendis ad Religionis statum nouitiis disp. 6. dub. 4. num. 2.

42 Iuxta prædictas constitutiones Sixti V. & Gregor. XIV. informationes Nouitiorum debebant fieri modo supradicto, tēpore verò Clementis VIII. sua constituitur, quæ incipit, Altissima paupertatis via, data 14. Aprilis 1592. concessum est Fratribus Minoribus de Observantia in Hispania tantum, quod quocumque tēpore, etiam extra Capitulum possent recipere Nouitios,

& iuuenes ad prædictum ordinem venientes de consensu quatuor Definitorum, vel de consensu quatuor Fratrum ex antiquioribus illius domus in qua iuuenes erant recipiendi. Concessum est etiam, ut coram Notario, vel per Fratres ad hoc muneris deputatos prædictam inquisitionem facere possent, vocando testes, ab ipsis recipiendi iuramentum, de qua vide Fr. Emman. in sum. par. 2. cap. 4. n. 3. & quest. Regul. tom. 3. q. 10. art. 2. & 3.

Vterius idem Clemens VIII. constit. sua quæ incip. In his, de anno 1597. concessit privilegium Conuentui S. Stephani Salmanticensis, ut nouitiorum informationes fieri possint, & debeant, vel coram Iudice, & notario publico, vel coram aliquo alio Fratre ad id muneris deputato, absque omni strepitu iudiciario, sed solummodo simpliciter, & de plano, quod quidem privilegium, licet tantum quoad Conuentum S. Stephani Salmanticensis Ordinis Prædicatorum fuerit concessum, eo proculdubio fruuntur omnes in vniuersum Religiones habentes privilegium communicationis, quale habent omnes Mendicantes, & si quæ sunt alie, quæ similem habeant gratiam, ut refert Fr. Barthol. de Vechis d. disp. 6. dub. 4. num. 3.

43 Professio igitur Monachi dicitur nulla, quando facta fuit non seruata prædicti Sixti V. constitutione, videlicet capta prius diligenti informatione de parentibus, patria, vita, & moribus, eademque informatione relata, & approbata in Capitulo generali, vel provinciali, prout resolutum fuit in Sacra Rota Romana apud Farin. decif. 173. n. 3. 4. & 5. tom. 1. part. 1. [recentior. me citato in hoc loco Ciardin. controu. forens. lib. 1. cap. 108. n. 8. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 440. n. 14. Ego ipse in notis decif. Canon. voto 15. num. 44. cum seqq.] vel etiam facta Nouitiorum informatione, iuxta prædictas Clementis VIII. constitutiones, de quibus supra. Sic etiā nulliter professos, quia in eorum informatione non fuit seruata forma præscripta à Sixto V. posse etiam post quinquennium reclamare, cum eorum professio annulletur propter bonum commune Religionis, declarauit idem Sixtus V. in sua secunda constitutione moderatoria, & declaratoria primæ, his verbis: Sed cum eadem ratio vigeat in tacita professione emittenda, quæ militat in expressa, & statuimus, quod in quibusvis Ordinibus, & Religionibus, nec etiam tacita professio quorumcumque Religioforum induci possit, nec inducta intelligatur, nisi in receptione forma constitutionis seruata fuerit, refert Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici decif. 57. in prima editione, & resolutione 550. in fine, in secunda editione.

ALLEGATIO CII.

Episcopus circa Sanctimonialium clausuram quam habeat potestatem?

S V M M A R I V M.

- 1 Clausura Monialium quibus constitutionibus commendetur, ostenditur, & num. 2.
- 3 Episcopi procurare debent, ut in omnibus monasteriis sibi subiectis ordinaria, in aliis vero Sedis Apostolicæ auctoritate clausura monialium inuolubiliter obseruetur.
- 4 Moniales, quæ privilegio, vel indulto Papa sunt immunes, in his, quæ ad clausuram & spirituum rerum curam pertinent subiacentur Episcopis.
- 5 Moniales exemptæ possunt toties visitari ab Episcopo quoad obseruationem clausuræ, quoties ei videbitur expedire.

6 Moniales

- 6 Moniales in ciuitate degentes, sed alieno Episcopo subiectæ, visitantur ab Episcopo diœcesis, sicut alie Moniales subiectæ Regularibus.
- 7 Clausura si non seruetur in monasteriis Monialium, quæ Regularibus subduntur, videre debet Episcopus, nec ab ipsis Regularibus impediri poterit.
- 8 Episcopus non potest impediri quomodo ingrediatur septa monasterij ipsius Regularibus subiecti ad effectum videndi, si clausura seruata sit, vel non.
- 9 Reprobatur opinio Fr. Ludou. Miranda.
- 10 Clausura mania si sint contracta, & facultates non suppetent, fidelium elemosynis restauranda sunt, vel Monialium consanguinei ad hoc compellendi, & illis deficientibus, tunc compellendus erit is, cuius auctoritate fuit erectum monasterium.
- 11 Monialium clausura custoditur impediendo accessum ad ipsas Moniales, & colloquia cum eisdem.
- 12 Clausura Monialium ut sciatur qualiter sit custodienda, quæ sunt attendenda, ostenditur.
- 13 Monialium exitus à suis monasteriis quibus constitutionibus prohibeatur, ostenditur, & n. 14.
- 15 Moniales an possint à monasteriis egredi ex aliis casibus ultra illos tres relatos in Constit. Pij V. pro parte negativa expenduntur fundamenta, & citantur Doctores.
- 16 Pro affirmatiua fundamenta, & rationes adducuntur.
- 17 Filij licet exheredari possunt à parentibus ex quatuordecim tantum causis expressis, quo non excluduntur similes.
- 18 Donationes factæ ob solas quinque causas iure renouari possunt, quod etiam ad alias similes ex identitate rationis extenditur.
- 19 Dicitur tantum, quamuis excludat ad omnes casus præter expressos, non excludit tamen casus similes.
- 20 Moniales à monasterio egredi possunt aliis infirmitatis casibus similibus illis tribus, de quibus in Constit. Pij V. si infirmitas omnibus præiudicialis sit.
- 21 Conseruatio proprie vitæ est de iure naturali, ubi periculum imminet mortis, non naturalis, sed violente.
- 22 Casus tres, quibus licet Monialibus à monasterio egredi ex similitudine rationis extendi ad casus hostium innudentium, aqueductus, & ruina domus.
- 23 Incendium magnum, quo possunt moniales à monasterio egredi, tale debet esse, ut certum sit, aut saltem probabile, quod nisi moniales omnes statim à monasterio exeant, omnes sint simul mortitura.
- 24 Infirmitas lepre, cuius occasione Moniales possunt à monasterio egredi, potest etiā extendi ad quamuis infirmitatem adeo contagiosam, quid si ipsius radix foris non euiciatur, cito omnes eiusdem monasterij sorores inficiet.
- 25 Moniales ab vno monasterio in aliud possunt transferri causa nouæ foundationis, correctionis, vel reformationis, pro cuius licentia obtinenda ad Sedem Apostol. est recurrendum.
- 26 Moniales quando transferuntur de vno monasterio in aliud permissu Sedis Apost. quomodo, & quando huiusmodi translatio sit faciendæ, ostenditur.
- 27 Moniales excedi à monasteriis iustam causam non habent, ut curam nepotum gerant, Barthol. de Episcopo Pars III.

- etiam si nullum propinquum haberent.
- 28 Moniales volentes exire à monasterio ob aliquem casum necessarium, à quo debeant obtinere licentiam, ostenditur.
- 29 Moniales à suis monasteriis exeutes sunt excommunicate excommunicatione maiori Summo Pontif. reseruata, & in eandem incurrunnt Prælati eisdem egrediendi licentiam quoquo modo concedentes.
- 30 Concomitantes Moniales à suis monasteriis egredientes, & recipientes eas incurrunnt excommunicationem Papa reseruata, nisi compassione quadam naturali in extrema necessitate id faciant.
- 31 Monialium monasteria ingredi prohibentur omnes cuiuscunque sexus viri, ac mulieres habentes usum rationis, & discretionem ad peccandum.
- 32 Infantes discretionem carentes absque peccato mort. admitti possunt ad claustra Monialium.
- 33 Constitutiones Gregor. XIII. quibus renouat omnes facultates ingrediendi monasteria & domus Monialium referuntur, & num. 34.
- 35 Sixtus V. fecit renouationem omnium licentiarum quarumcumque ingrediendi Monialium monasteria.
- 36 Monialium monasteria intrantes sine licentia an incurrannt excommunicationem comminatum contra ingredientes vigore aliquarum facultatum, ostenditur.
- 37 Monasteria Monialium ex presumptione intrantes prætextu aliquarum licentiarum sine ratione, & causa, vel à Summis Pontif. iam renouatarum, incurrunnt excommunicationem comminatum contra ingredientes vigore aliquarum facultatum.
- 38 Monasterij septa non licet ingredi in casibus necessariis sine licentia Episcopi, aut Vicarij generalis speciale mandatum habentes.
- 39 Monialium præfata, si Superior longè absit, in casibus repentinis, sed tamen necessariis, potest licentiam concedere.
- 40 Episcopi consensus absque alia Superioris Regularis voluntate an sufficiat, ut possit aliqui ingredi septa monasterij Monialium exemptarum in casibus necessariis ostenditur.
- 41 Superiores Regulares tantum possunt concedere facultatem intrandi septa monasterij Monialium ipsis subiecta.
- 42 Episcopi ingredientes monasteria Monialium sibi non subiecta sine licentia Superioris in scriptis, includuntur sub decreto Concil. sess. 25. de Regular. cap. 5.
- 43 Episcopi, & Superiores Prælati sicut possunt alij facultatem concedere ingrediendi monasteria Monialium sibi subiecta in casibus necessariis, ita etiam & ipsi visitationis, aut alterius cause necessaria gratia intrare possunt.
- 44 Ministro Generali Fratrum Minorum an hodie, sicut olim, liceat ingredi monasteria Monialium S. Clara, ostenditur.
- 45 Provinciales Ministri, atque visitatores quando possunt intrare monasteria Monialium sibi subditarum, ostenditur.
- 46 Episcopus, vel alius Superior, qui electioni Abbatis præesse potest, claustra Monasterij ingredi non valet, sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audire.
- 47 Vota Monialium earum monasteria ingredientes recipere possunt Prælati, quando prudenter iudicauerint

M M m 2 caucrine

- cauerint non posse fieri canonicam electionem ipsi non intrantibus.
- 48 *Causa ad intrandum Monialium monasteria non requiritur, quod sit strictissima sed sufficit, quod sit necessitas quaedam moralis, rationabilis, & manifesta.*
- 49 *Confessarij quibus in casibus, & pro quo tempore monasteria Monialium septa ingredi valeant, ostenditur.*
- 50 *Monialis liceat Sacerdoti ingredi claustrum, ostenditur.*
- 51 *Sepultura pro Moniali defuncta, an possit aperiri sine peccato ab aliquo, qui ad hoc solum ingreditur, ostenditur.*
- 52 *Medicis causa multum grauis infirmitatis cum necessitate exegerit potest ingredi Monialium monasteria.*
- 53 *Medici, ut possint Monialium monasteria ingredi, non necessario requiritur, quod sint Doctores, aut graduati, sed quod moderi sciant.*
- 54 *Tonsor ad emittendum sanguinem qualiter Monialium monasteria intrare possit ostenditur.*
- 55 *Monialium monasteria officiales intrare possunt pro aliquo opere exercendo, quod commodè extra monasterium fieri non potest.*
- 56 *Sariores Monialium monasteria intrare non possunt.*
- 57 *Licentiam scriptis necessaria non est ad intrandum Monialium monasteria in casibus permisis, qui communiter solent occurrere.*
- 58 *Monialium clausuram intrantes pro aliquo permisso negotio, finito illo, sub peccato mortali tenentur statim exire, quamuis possint per aliquantulum temporis amplius se detinere.*
- 59 *Concessio facta alicui de intrando Monasteria Monialium, intelligitur de prima vice.*
- 60 *Monialium monasteria licitum est intrare mulieribus volentibus uti famulabus domesticis seruitiis incumbere.*
- 61 *Moniales ancillas pro seruitio communi habere non possunt, quibus licitum sit claustra intrare, & exire quando libuerit.*
- 62 *Puella educationis gratia, licet sacro vestitu induta non sint, possunt in monasteriis Monialium retineri cum certis conditionibus.*
- 63 *Conditiones, quibus licitum est retinere puellas educationis gratia in monasteriis Monialium, referuntur.*
- 64 *Puella causa educationis in monasteriis Monialium recipi non possunt minores septennio, & maiores vigesimoquinto.*
- 65 *Puella educationis gratia in monasterio Monialium recepta, si statim postquam prateritum vigesimoquintum annum non egreditur, nec ipsa, nec alia quouis incidit in excommunicationem.*
- 66 *Nupte mulieres quando possint in monasteriis Monialium recipi, ostenditur.*
- 67 *Viduae ex licentia Episcopi non possunt Monialium monasteria ingredi, ut in habitu laicali ibi permancant.*
- 68 *Matribus non potest licentia praestari ingrediendi monasteria Monialium ad impendendas filias morti proximatas.*
- 69 *Monialium monasteria frequentantes qua poena puniantur, ostenditur.*
- 70 *Frequencia alloquendi cum Monialibus, ex quibus vicibus iudicatur, ostenditur.*
- 71 *Causa legitima alloquendi cum Monialibus non est occasio consanguinitatis.*

- 72 *Regulares cuiuscunque ordinis prohibentur accedere ad Monialium monasteria.*
- 73 *Regulares adentes monasteria Monialium, absque Episcopi licentia, an incidant in excommunicationem, quam Episcopus suo edicto proposuit, ostenditur.*
- 74 *Coniura per statutum, aut edictum Episcopale ipso iure aduersus adentes monasteria Monialium, & cum illis alloquentes, an comprehendat accedentes ad exempta Regularibus subdita, ostenditur.*
- 75 *Episcopus imponens poenam eunti ad monasterium suae dioecesis, comprehendit tam subditum, quam non subditum.*
- 76 *Licentia pro accessu ad Monialium monasteria exempta virum petenda sit ab Episcopo, an à Superiore Regulari, ostenditur.*
- 77 *Litterarum seu Epistolarum missio ad Monachas an iure communi reperiatur prohibita, ostenditur.*
- 78 *Litteris scribens Moniali, & mittens, an incidat in censuram comminatum ab Episcopo aduersus euntes in monasteria Monialium, ostenditur.*
- 79 *Per Epistolas cum absentibus, tanquam presentibus loquimur.*
- 80 *Vetitus loqui cum excommunicato, est insuper prohibitus nuntium, vel literas illi mittere.*
- 81 *Mittens literas ad Monialium non incidit in censuram comminatum aduersus alloquentes cum illa.*
- 82 *Excommunicatio est poena, que cum sit lata contra euntes, & loquentes, non comprehendit mittentes.*
- 83 *Cap. clericus 81. dist. declaratur.*
- 84 *Male agens odit lucem.*
- 85 *Femina in virorum monasteria qualiter ingredi prohibeantur, ostenditur, & num. 86.*
- 87 *[Monasterij nomine quid intelligatur.*
- 88 *Horti Religiosorum qui subiecti sint clausura.*
- 89 *Sacristia qua si subiecta sit clausura.*
- 90 *Infirmaria non subicitur clausura.*
- 91 *Mulierem medicam, an liceat introducere in infirmaria pro curatione Religiosi infirmi.*
- 92 *Licentia & indulgentia ingrediendi à mulieribus Religiosorum Conuentus, reuocantur.*
- 93 *Claustra Religiosorum an liceat mulieribus ingredi cum processione, & n. 94.]*
- 95 *Mulierem ingredi possunt Fratrum monasteria, que sunt in fieri, vel in qua dum fabricantur adhuc Conuentus ad ibi morandum non fuerit introductus.*
- 96 *Regina, & fundatrices monasteriorum aliquorum Fratrum possunt ea ingredi absque incurfu alicuius censura.*

Sanctimoniales Deo Opt. Max. sint desponsatae, & non hominibus, omnino studere debent quomodo Deo placere possint. Nam nihil est quod oculos caelestis sponso magis delectet quam videre virgines sibi desponsatas, ornatas iis monilibus, quae tantas Reginae decet, ut merito cum sponso possint dicere, Dilectus mihi, & ego illi. Quare necesse est, ut in caenobiis monialium, quae religiones ingressae diuino se cultui manciparunt, vetus disciplina integra perduret, omni conatu Episcopi debent studere pro pastoralis officio circa illarum clausuram, prout eis praecipit Sacrum Concil. Tridentin. sess. 25. de Regular. cap. 5. his verbis: *Bonifacij VIII. Constitutionem,*

tionem, quae incip. Periculoso, renouans Sancta Synodus vniuersis Episcopis sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis aeternae praecipit, ut in omnibus monasteriis sibi subiectis, ordinaria, in aliis Sedis Apost. auctoritate clausuram Sanctimoniales, ubi violata fuerit, conseruari maxime procurent; inobedientes, atq; contraditores per censuras Ecclesiasticas, aliasque poenas, quacunque appellatione postposita compescerent, innocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Quod auxilium, ut praebeatur, omnes Christianos Principes hortatur Sancta Synodus, & sub excommunicationis poena ipso facto incurrenda, omnibus magistratibus secularibus iniungit. [vide Victor. de origine & clausura monial. §. an Episcopus, pag. 33. nouissime Tamburin. de iure Abbatissarum disp. 17. quest. 3. num. 3 cum seqq.]

Cuius Decreti omnimodam obseruantiam cupiens postea Pius V. Pont. Max. eadem de re Bullam quandam, siue Morum proprium edidit anno Dominica Incarnat. 1566. 4. Kalend. Iunij, Pontificatus sui anno primo, & incip. Circa Pastoralis officij, ubi in fine, ad hoc propositum subdit: *Man-dantes propterea in virtute Sancta obedientie, sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis aeternae, vniuersis Venerabilibus Fratribus, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, quatenus in ciuitatibus, & dioecibus propriis praesentis nostras literas publicare faciant, ac in monasteriis monialium sibi Ordinario subiectis, in iis vero qua ad Romanam mediate, & immediate spectant Ecclesiam, Sedis Apostol. auctoritate, una cum superioribus eorundem monasteriorum, clausuram, ut praemittitur, quam primum poterint, seruari procurent, contraditores atque rebelles per censuram Ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo, innocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Ac ut hoc tam salutare Decretum facilius obseruetur, omnes Principes seculares, & alios Dominos, & Magistratus temporales rogamus, requirimus, obsecramus per viscera Misericordiae Domini nostri Iesu Christi eiusdem in remissionem peccatorum iniungentes, quod in praemissis omnibus eisdem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Monialium Superioribus assistant, ac suum fauorem, & auxilium praestent, & impediennes poenis etiam temporalibus afficiant. Praemissis constitutionibus, & Ordinationibus Apost. statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, etiam per Sedem Apostol. approbatis, & confirmatis, priuilegiis quoque, indultis, litteris Apost. etiam in fundatione, & institutione eisdem Monasteriis, domibus, & Monialibus, sub quibuscunq; verborum formis, & clausulis irritantibus, & aliis Decretis quibuslibet concessis, confirmatis, atque etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiam si pro sufficienti illorum derogatione, de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quouis alia expressio habenda, aut aliqua ex quibus forma ad hoc seruanda foret, tenoribus huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inferebantur, pro sufficienter expressis habentes, quoad effectum validitatis nostra Constituit. tantum, derogamus, contrariis quibuscunq; &c. Hanc Pij V. Constit. etiam confirmauit, & innouauit postmodum Greg. XII. in alia sua Bulla, siue Motu proprio dat. Romae anno Domini 1572. 3. Kalend. Ian. Pontificatus sui etiam ann. 1. qui incip. Deo sacris.*

Ex quibus clarius patet quantum procurare debent Episcopi, ut omnibus in monasteriis, eisdem Episcopis subiectis, ordinatis, in aliis vero Sedis

Apostol. auctoritate, clausura Sanctimoniales, ubi violata fuerit, diligenter restituatur; & ubi iniuolata est, iniuolabiliter conseruetur, Cochier de iurisdic. Ordin. in exemptos par. 2. quest. 45. num. 15. & 81. Campan. in diuers. iuris Canon. rub. 12. cap. 13. num. 83.

Habet enim Episcopus iurisdictionem in moniales, quae priuilegio, vel indulto Papae sunt immunes, in iis, qui ad clausuram, & spiritualium rerum curam pertinent, ut refert decifum Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauarrae lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 95.

Et huiusmodi Moniales exemptae possunt toties visitari ab Episcopo quoad obseruantiam clausurae, quoties ei videbitur expedire, refert decifum Galett. in margarita casuum conscient. verb. moniales 3. & faciunt quae Armendar. in dictis addit. lib. 1. tit. 6. l. 3. de visitat. quoad Canonicos, num. 18.

Et si quae sunt in ciuitate situatae, sed alio Episcopo subiectae, visitantur ab Episcopo dioecesis, sicut aliae Moniales subiectae Regularibus, refert decifum Galett. verb. Moniales 4. Contra Sanchez lib. 6. c. 15. num. 21. & Fr. Ludouicum Mirandam de sacris Monialibus quest. 2. art. 14. num. 3. Bonacin. de clausura Religios. quest. 1. puncto 6. existimantes non posse Episcopum ad clausuram cogere moniales exemptas ab eis, nec illis licere intrare huiusmodi monasteria exempta, Praelatisque Regularibus subiecta, etiam Praetextu videndi an violata ibidem fuerit clausura, nisi solummodo in casu, quo publice constaret illam esse violatam.

Clausura haec si non seruetur in monasteriis monialium, quae Regularibus subduntur, videre debet Episcopus; nec ab ipsis Regularibus impediti poterit, quominus ea visiter, quoties id expedire iudicauerit, refert etiam decifum idem Galett. verb. clausura, 1. resoluit Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Moniales quest. 4. & 8. vers. 3. [me citato in hoc loco Tamburin. de iure Abbatissar. disput. 24. quest. 9. num. 4. me citato in hoc loco Nouar. in Lucerna Regular. verb. clausura num. 4.] ¶ Sicut etiam nec ab ipsis poterit impediti, quominus ingrediatur septa monasterij ipsis Regularibus subiecti ad effectum vendendi si clausura seruata sit, vel non, refert quoque decifum die 28. Aprilis 1584. Armendariz in dictis addit. lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 44. Ex quibus non ita facile admitterem resolutionem Fr. Ludouic. Mirandae in tractat. de sacris Monial. quest. 2. art. 14. num. 3. tenentis ¶ non licere Episcopis intrare Monialium monasteria exempta, Praelatisque Regularibus subiecta etiam praetextu videndi an violata ibidem fuerit clausura, nisi solummodo in casu, quo publice constaret ipsam esse violatam, nec in tali casu, nisi postquam eadem de re semel, & iterum admonuerint ipsarum monialium Praelatos Ordinarios: fallitur enim ex supradictis, & principaliter ex decif. quam refert Armendariz loco ultimo citatus, quicquid etiam nouissimè teneat Sanchez in praepcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 15. num. 21. videlicet non posse Episcopum ad clausuram cogere moniales exemptas ab eis, & subditas alijs Praelatis exemptis aliorum Ordinum. Nam Moniales omnes etiam professa Ordinum Militiarum Sancti Iacobi, Calatravae, & Alcantara clausurae praepcepto astringuntur, ut colligitur ex Concil. Tridentin. sess. 25. de Regularib. cap. 22. vers. haec omnia, & constat ex Motu proprio Pij V. incip. Circa pastoralis, ibi, cuiuscunque Ordinis, vel Militiarum, etiam si Hie-

4
5
6
7
8
9

Sperel. tom. 1. Decif. à n. 15. Cardin. Luca. de Regular. dicit. 26. Pignat. 8 tom. 6. Consult. 85. Plua. de foro Eccl. par. 2. q. 3. d. n. 10.

rosolymitana sint, Portel. in dubiis Regular. verb. clausura, num. 1. Nauar. com. 4. de Regularib. num. 44. artic. 1. & 3. [nouissimè Nauar. de elect. & variat. fori selt. 2. q. 79. num. 26. in ult. impress. Lezana in sum. question. Regular. parte 1. cap. 25. num. 17.]

Item eodem clausuræ præcepto tenentur Moniales illorum monasteriorum, quibus ante Concil. Tridentinum admiffa, aut seruata fuerat. Nauar. dict. comm. 4. num. 45. vers. 8. Azor. institut. moral. par. 1. lib. 13. cap. 8. quæst. 1. vers. ex his planè, Fr. Emman. dict. quæst. 44. art. 2. Item ad eandem tenentur clausuram Moniales conuersæ, & Tertiariæ, siue de penitentia, cuiuscunque Ordinis vel Congregationis sint; si utraq; vere professæ sint, ex dicto Motu proprio Pij V. Nauar. dict. comm. 4. num. 45. Fr. Emman. dict. quæst. 44. art. 4. Lamas in methodo curationis, in append. §. 1. ad finem. Sanch. dict. cap. 15. num. 13. Fr. Ludou. Miranda de sacris monialib. quæst. 1. art. 3. & 5. Soar. de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 8. num. 14. & 17. Bonacin. de clausura Relig. quæst. 1. puncto 2. num. 2. vbi num. 3. cum Soar. dict. cap. 8. num. 16. aduertit nouitas non teneri ad clausuram, & num. 4. tenet illas fœminas, quæ non sunt vere Moniales, non teneri ad clausuram, etiam si aliqua simplicia vota emittant, nouissimè Gregor. XV. in sua Constit. de exemptorum priuilegiis, incip. Inscrutabili, sub Dat. Nonis Februarij 1622. inter alia circa hanc materiam in hæc propi- pit verba: *Ad hæc tam Seculares, quam Regulares huiusmodi nullis priuilegiis, & exemptionibus tueri se possunt, quominus si deliquerint circa personas intra septa degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem monasteriorum monialium etiam Regularibus subiectarum ab Episcopo loci similiter tanquam ad hoc Sedis Apostolicæ delegato quoties, & quando opus fuerit puniri, & corrigi valeant.* Super qua Sacra Illustrissimorum Cardinalium Congregat. Concilij Trident. interpretum postea censuit illam in superscriptis verbis habere locum in omnibus delictis, non autem in notoriis tantum, & cum populi scandalo.

[Quid veniat appellatione clausuræ in hac materia, vide Comitol. resp. moral. lib. 6. quæst. 3. Suar. tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. num. 6. Bonacin. de clausur. q. 1. puncto 1. latè Tamburin. de iure Abbatiss. disp. 18. q. 1. breuiter, sed dilucidè declarat Lezana in sum. quæst. Regular. cap. 25. num. 18. his verbis. Locus clausuræ, ex quo prohibitum est Monialibus egredi, est totus ille ambitus monasterij, qui ianua interiori clausa continetur. Vnde si ultra interiorem ianua exeat ad Ecclesiam, vel ad alia loca vbi seculares intrant, clausuram violant. Ratio est, quia ita habetur in Bulla Gregorij XII. superius adducta, Nau. comment. 4. num. 44. not. 4. de Regular. & lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de Regular. cons. 66. Rodriguez tom. 1. quæst. Regul. q. 44. art. 3. Vnde si monialis ascendat supra recti tegulas supra eam partem, quæ monasterium respicit, aut egrediat- tur ex aliqua domo priuata, in qua siue iuste, siue iniuste è monasterio egressa commoratur, non frangit clausuram; eo quòd hoc non est egredi è monaste- rij ambitu, Nau. ibidem, & Sanch. lib. 6. in Decalog. cap. 15. num. 7. & 9. Ingressi tamen domos monaste- rij contiguas, etiam si in illis solum sint aliqua fœ- minæ seruitio monasterij deputatæ, est clausuram violare; propter contrariam rationem, scilicet, quia hoc est egredi è monasterij ambitu, Nau. de Regu- lar. comment. 4. num. 16. Bonacin. de clausur. q. 1. pun- ct. 1. Idem dico propter eandem causam de ingressu

in Ecclesiam exteriorem, ad quam scilicet secularibus patet accessus, Bonacin. ibidem. Gaucant. in man. Episcop. verb. monialium clausura n. 10. cum seq. Quid porò sentiendum de moniali, quæ se ponit in Rota, & facit illam volui versus partem exteriorem, vbi non est clausura, ipsa tamen non egreditur è Rota? Pro- babile sane non violare clausuram, quia non egre- ditur ex ambitu, sed se habet ac si esset in ipso ostio clausuræ. Diana tract. 2. de dub. Regul. resol. 2. 2. vbi etiam, an in huiusmodi violatione clausuræ pos- sit dari paruitas materia. Hactenus Lezana.]

Operari igitur debent Episcopi, vt clausura ipsa circumscripta sit, & munita altis mœnibus, excel- sisque vndique partibus, claudaturque vna tantum, si fieri potest, porta, eaque clauæ, & ferro munita sit: si verò mœnia clausuræ confacta sint, & Mona- sterij facultates non suppetere, fidelium elemofy- nis restauranda essent, aut monialium consanguinei ad id cogentur, perdurat enim consanguinitatis vinculum, remanetque obligatio illas conseruandi in debita honestate, vt inquit Isidor. Moscon. in suo tract. de militanti Ecclesia par. 4. lib. 1. cap. 4. versic. primo itaque considerandum, & facit text. in c. si quis dereliquerit, 30. distinet. Quod si inopia laborarent consanguinei præfati, illum complendum esse subiungit illic Moscon. cuius auctoritate, vel potius voluntate fuit erectum monasterium, quoniam præ- uidere debebat huiusmodi necessitates futuras, cui resolutioni opitulatur Petr. Gregor. in tract. de benefic. cap. 15. num. 2. & 3. vbi multa vtilissima congerit.

Ad auctoritatem Episcoporum in custodienda monialium clausura pertinet impedire accessum ad ipsas moniales, & colloquia cum eisdem: necnon ingressum intra septa monasterij, & illarum egres- sum è monasterijs, iuxta dispositionem Concil. d. cap. 5. in hæc verba: *Neminem autem Sanctimoniam liceat post professionem exire è monasterio, etiam ad breue tempus, quocunque prætextu, nisi ex aliqua legitima causa ab Episcopo approbanda, indultis quibuscunque, & priuilegiis non obstantibus. Ingressi autem intra septa Monasterij nemini licet cuiuscunque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerit, sine Episcopi, vel Superioris licentia, in scriptis obtenta, sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda. Dare autem tantum Episcopus, vel Superior licentiam debet in casibus necessariis, nec alius vilo modo possit, etiam vigore cuiuscunque facultatis, nec indulti hactenus concessi, vel in posteriorum conce- dendis.*

Præfata autem clausura, vt sciatur qualiter sit custodienda, duo attendenda aduerto, & dilucidè ex- plicanda, primum qualiter ipsarum exitus è suis mo- nasterijs prohibitus, & quibus casibus permiffus; Se- cundum ager de ingressu in ipsarum monasteria pro- hibendo, & quando permitiendo.

Quod attinet ad primum, habemus expressam de hoc prohibitionem Bonifacij VII. in cap. pe- riculoso, de statu Regular. libr. 6. in hæc verba: *Præsenti Constitutione perpetuò irrefragabiliter vali- tura sancimus, vniuersas & singulas moniales, præ- sentes atque futuras, cuiuscunque religionis sint, vel ordinis, in cuiuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua in suis monasterijs debere de cetero perma- nere clausura: ita quòd nulli earum, religionem tacitè, vel expressè professæ, sit esse valeat qua- cunque ratione, vel causa (nisi forte tanto, & tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quòd non posset cum aliis absque graui periculo, seu scandalo commorari) Monasteria ipsa deinceps*

egrediendi facultas, &c. Hæc eadem Boni- facij VII. prohibitio innouatur in Concil. Tri- dentini. dict. cap. 5. verbis proximè citatis num. 1. Pius idem V. dicta sua Constituit. incip. Circa Pa- storalis, de ann. 1566. prædictam Bonifac. VIII. Constitutionem & Concil. Tridentini decre- tum renouat his verbis: *Hæc igitur perpetuò vali- tura Constit. inherentes etiam constitutioni felicis re- cordat. Bonifacij Papa VII. prædecessoris nostri, quæ incip. Periculoso, & decretis Concilij Tri- dentini super clausuram monialium editis, Auctori- tate Apostolica statuimus tenere præsentem, at- que perpetuò decernimus, vniuersas, & singulas Moniales præsentis atque futuras cuiuscunque Re- ligionis, Ordinis, vel Militiarum, etiam si He- rosolymitana sint, quæ vel iam receptæ sint, vel in posterum in quibusuis Monasterijs, siue domibus recipiantur, & tacitè, vel expressè religionem pro- fessæ, etiam si conuersæ, aut quocunque nomine ap- pellentur, etiam si ex institutis, vel fundationibus, earum regule, ad clausuram non teneantur, nec un- quam in earum monasterijs, seu domibus, etiam ab immemorabili tempore ea seruata non fuerit, sub per- petua in suis Monasterijs, seu domibus, de cæ- tero debere permanere clausura, iuxta formam dictæ Constitutionis felicis recordationis Bonifacij Papa VIII. prædecessoris nostri, quæ incip. Periculoso, in Sacro Concilio Tridentino approbata & innouata, quam nos auctoritate prædicta etiam approbamus, & innouamus in omnibus, & per omnia, ac illa distictè obseruari mandamus. Quod si aliqua Moniales for- san reperiantur, quæ consuetudine etiam immemora- bili, aut instituto, vel fundatione regule sue factæ, animo obstinato huic clausura resistant, aut quoquo modo reluctentur, Ordinarij vna cum Superioribus earum, omnibus iuris, & facti remedijs compellant easdem tanquam rebelles, & incorrigibiles, ad præ- cisè subeundam dictam clausuram, & perpetuò obser- uandam. Mulieres quoque, quæ Tertiaria, seu de penitentia dicuntur, cuiuscunque Ordinis fuerint, in Congregatione viuentes, si & ipsæ professæ fuerint, itaut solenne votum emisissent, ad clausuram præcisè, vt premittitur, & ipsæ teneantur. Quod si votum so- lenne non emisissent, Ordinarij vna cum Superioribus earum hortentur, & persuadere studeant, vt illud emi- rant, & proficiantur, ac post emissionem, & professionem eidem clausuræ se subiciant. Quod si reuerserint, & aliqua ex eis inueniatur fuerint scandalosè viuere, seu- rissimè puniantur. Cæteris autem omnibus sic absque emissionem professionis, & clausuræ viuere omnino volen- tibus, interdiximus, & perpetuò prohibemus ne in su- turum ullam aliam prorsus in suum ordinem, religio- nem, congregationem recipiant. Quod si circa huius- modi, ac nostram prohibitionem, & decretum aliqua re- ceperint, eas ad sic viuendum omnino inhabiles reddi- mus, ac illarum quaslibet professiones, ac receptiones ir- ritas decernimus, & nullas prout etiam præsentis decreto irritas facimus, & annullamus.*

Deinde verò anno 1569. idem Pontifex Pius V. aliam edidit Constituit. quæ incip. Decoris, vbi seueri- ritas prohibet exitum monialium è monasterio, his verbis: *Voluimus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliarumve Monialium, etiam Carthusiensium, Cisterciensium, Sancti Benedicti, & Mendicantium, & quorumcunque aliorum Ordinum, etiam Militiarum, & statuum graduum, conditionum, dignitatum, & præeminentiarum, etiam à regia, vel illustri prosapia ortarum, de cetero infirmitatis, seu alio- rum Monasteriorum eis subiectorum, aut domorum, pa- rentum, aliorumve propinquorum visitandorum, aliave*

occasione, & prætextu licere exire, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut Epidimie, quæ ta- men infirmitas præter alios Ordinum Superiores, qui- bus cura monasteriorum incumberet, etiam per Episco- pum, seu alium loci Ordinarium, etiam si prædicta mo- nasteria ab Episcoporum, & Ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expressè in scri- ptis approbata sit, à monasterijs præfatis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa, nisi ad necessarium ten- pus stare licere. Aliter autem, quam, vt præfertur, egre- dientes, seu licentiam exeundi quomodocunque conce- dentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices per- sonas, siue laicas, ac seculares, vel Ecclesiasticas, con- sanguineas, vel non, excommunicationis maioris lata sententia vinculo, statim eo ipso, absque aliqua declara- tione subiaccere. Aqua præterquam à Romano Pont. nisi in mortis articulo, absolui nequeant. Et insuper tam egressas, quam Præsidentes, & alios Superiores prædi- ctos eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus obtentis priuamus, & ad alia in posterum obtinenda inhabiles reddimus. Et dein- de facit quoque irritas licentias, & facultates, & priuile- gia, siue indulta exeundi è monasterijs, & standi ex- tra illa à se, & ab aliis Pontificibus, aut Sedis Apo- stolicæ Nunciis, & Legatis, etiam de Latere, aut Ma- iori Penitentiario, aut Ordinum prædictorum Superio- ribus, alijsve personis concessa, sub quibuscunque teno- ribus, & formis, & quibuscunque clausulis etiam in so- litis, etiam in cuiuscunque persona fauorem etiam Im- peratorum, Regum, Ducum, & aliorum Pontificum, nec- non Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium. Deinde præcipit Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis, vt in suis diocesisibus has litteras quoli- bet anno promulgent, & omnia obseruari faciant, iuxta prædictum Concilij Tridentini decretum, & Consti- tutione Bonif. VII. &c.

Prædicta Bonifacij VII. Constitutio posita in dicto c. periculoso, innouata per Concil. d. c. 5. vnicum tantum excipit casum, siue causam, ob quam licite fieri potest exitus à Monasterijs Monialium, scilicet cum tanto, ac tali morbo euidenter earum aliquam laborare constaret, quòd non posset cum aliis absque graui periculo, seu scandalo commorari. Et Pius V. in dicta sua Constit. de anno 1569. id ipsum, vt vi- detur, aliquantulum ampliauit, permittendo, vt licite inde fieri possit exitus in tribus casibus, vel ob tres causas, nempe, ob incendium, infirmitatem lepræ, at- que infirmitatem epidimie. Ex quibus dubium ma- ximum oritur, an scilicet supradictus casus, de qui- bus loquitur Pius V. in dicta sua Constit. extendan- tur, seu extendi possint, & debeant ad alios similes? In qua quæst. negatiua pars ex eo suadet, quia Pius V. in sua Constit. primo ponit generalem regulam strictè prohibitivam cuiuscunque egressus Monia- lium è suis monasterijs, quam etiam expressè exten- dit ad casum cuiuscunque infirmitatis in illis verbis, *etiam infirmitatis, &c.* & postea excipit tres supradic- tos tantum casus à regula prædicta negatiua, ponit- que excommunicationem ipso facto, aliter quam vt præfertur egredienti, seu licentiam exeundi quoquo modo concedenti, necnon, & quòd amplius est, con- comitantibus ipsas, & priuationem omnium offi- ciorum, administrationum, & dignitatum, &c. prout latius sibi continetur; ergo non est dicendum vilo modo contrarium: quam quidem opinionem tenent Collect. compend. Mendicantium, verb. clausura monialium, num. 5. vers. queritur verum Minister generalis, Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. Monia- les, §. 16. vers. secundo, & par. 2. eodem verb. in fine, vbi dicit sic declarasse Sacram Cardinal. Congreg. quod

quod etiam refert addit. ad Nauar. *consil.* 70. in fine, sub tit. de Regular. Fusch. de *usuat.* libr. 2. cap. 18. num. 17. Cacheran. *consil.* 22. num. 7. & sequentibus. Boll. in *econom.* Canon. classe 3. cap. 4. num. 10. Gutier. *canon.* libr. 1. cap. 14. per totum, Cened. ad *Sextum collectan.* 31. num. 2. Aloyf. Ricc. in *praxi fori Ecclesiast.* decis. 545. in prima editione, & resolut. 541. in secunda editione. sequitur contrariis respondens Fr. Ludovic Miranda in *man. Pralat. tract. de Sacris Monialibus, quast.* 3. art. 4. & ab ea non esse recedendum attempta Pij V. Constitutione dicit Campanil. d. rubr. 12. cap. 10. num. 22.

16 Verum in contrarium, scilicet affirmatiuam potius inclinarem opinionem, ex multis, & validioribus, quibus innititur rationibus, nam si Extrauag. Bonifacii VIII. in dicto cap. periculofo, vnicum dumtaxat excipiebat casum, per predictum Pij V. extensa, atque ampliata est ad tres in eadem sua Constituit. contentos, nempe ad casum magni cuiusdam incendij, vel infirmitatis, leprae, aut epidimiae; quid igitur obstat, quominus eadem omnino profus existente ratione, praedicta Pij V. Extrauagans etiam ampliatur, & extendatur ad alios casus similes? Confirmatur à similibus. Quatuordecim in iure tantummodo exprimuntur, atque enumerantur causae, ex quibus filij licite exhaereditari possunt à parentibus, ut habetur in *authent. non licet, C. de liberis prater. & in authent. ut cum de appellat. cognosc.* §. aliud quoque capitulum, ibi, ut prater ipsas nulli liceat, collat. 8. quas enumerant Cardoso in *praxi iudicium, verb. pater, num.* 8. Molina de *iustit. tractat. 2. disp.* 176. & adhuc nihilominus patres ex aliis similibus causis exhaereditare possunt filios suos, ut in specie tenent Palat. in *repet. rubr.* §. 16. num. 10. & §. 20. num. 15. Couar. in *cap. Rainurius, in princip. num.* 16. Gom. *tom.* 1. *variar. cap.* 11. num. 12. Gregor. l. 8. *verb. otarazon, tit.* 7. par. 6. *Cost. in §. & quid si tantum, par.* 3. num. 173. Menoch. de *arbitr. casu* 130. num. 4. & *casu* 267. num. 5. & *consil.* 150. num. 28. Perez l. 4. tit. 8. lib. 3. pag. 641. & lib. 5. *Ordin. tit.* 2. pag. 70. Molina de *primogen. lib.* 1. cap. 9. num. 33. *Surd. de alimentis, tit.* 1. *quest.* 19. & *quest.* 64. num. 20. & *tit.* 7. *quest.* 1. num. 4. cum sequentibus. Nauar. *commento 4. de Regularib. num.* 48. Cald. Pereira de *empt. cap.* 14. num. 23. Cardof. *dict. verb. pater, num.* 9. Molina *dict. disp.* 176. *vers. dubium deinde est.* Similiter & donationes factae, ob solas quinque causas iure reuocari possunt, iuxta l. fin. C. de reuoc. donat. & tamen gloss. ibi communiter recepta, *verb. volueris*, tenet etiam ob alias similes posse reuocari, ut latissime tradunt Clar. §. *donatio, quest.* 21. num. 2. & 3. Anton. Gom. *variar. tom.* 2. cap. 4. num. 14. Molina d. *tract. 9. num.* 32. *Surd. de alimentis tit.* 1. *quest.* 48. & *tit.* 8. *prinil.* 61. num. 4. Ceual. *communium contra communes quest.* 352. Rebello de *obligat. iustit. par.* 2. libr. 18. *quest.* 9. num. 9. Lessi. de *iustit. libr.* 2. cap. 18. num. 104. Sic denique quamuis dictio, tantum, excludat omnes casus, praeter expressos, & contineat negationem quoad alios, ut per l. qui aliena, §. *liberios*, ff. de *negotiis gestis*, tenent multi quos ego ipse refero in *meis Remiss. de diction. dict.* 349. n. 3. Non excludit tamen casus similes, ut notant gloss. in l. ob es. C. de *prad. minor. & in l. si mora, verb. dumtaxat*, ff. *solutio matrimonij*. & tenent plures citati à Sanch. de *marim. lib.* 7. *disp.* 31. num. 6. & à *meripso d. dict.* 342. num. 5. idem dicendum erit in

18

proposito, nempe quod tres exceptiones supradictae positae à Pio V. in *dict. sua Constituit.* extendi, & ampliari possunt etiam ad alios casus similes; quare merito ita resoluunt Nauar. d. *commento 4. de Regular. n.* 48. & in *cap. statutus, 20. q. 3. num.* 49. Fr. Emmanuel. *tom.* 1. q. 34. art. 3. paulo post princip. & art. 5. Azor. *institut. moral. par.* 1. lib. 12. c. 8. *quest.* 1. *vers.* 3. Ioan. de la Cruz de *statu religionis, lib.* 1. cap. 5. dub. 4. *vers. an verò liceat. Llam. in metodo curat. in append. §.* 10. [Marcel. Vulpe d. cap. 4. num. 11. Lezana d. cap. 25. num. 20. *vers. probabile etiam, Bonacin. de legib. disput.* 1. q. 1. *puncto* 3. num. 19. nouissimè Tamburin. de *iure Abbatissarum disp.* 20. q. 2. Diana *moral. resol. par.* 2. *tract.* 1. *miscel. resolut.* 23. nouissimè hanc partem multis defendere conatur Soto medicus Matritensis in *discursu medicob. & legali, Hispanica lingua conscripto per que causas de infirmitate puden las Monjas saliz. desus Conuenios.*] Sanch. d. lib. 6. cap. 15. num. 37. me citato in hoc loco Bonacin. de *clausura Relig.* q. 1. *puncto* 9. num. 6. [me citato in hoc loco Nouar. in *Lucevna Regular. verb. clausura num.* 12. cum seq.]

20 Quamuis duo praedicti Doctores vltimo loco citati indistinctè teneant licere Monialibus exire propter alias causas iis affines, quas Pius V. expressit, exemplum afferentes, si bellum ingruat, quod Moniales ad exitum compellat, vel si monialis ab alijs eligatur, ut earum cœnobio praesit, aut denique si morbum habeat periculosum, quilibet alijs contagione non obstat, est tamen talis, ut medici iudicent esse aliquoq. morituram, nisi exierit. Ego tamen primum admitterem exemplum, alijs reiectis, quia iuxta praedictae Constituit. verba extendendi sunt tantummodo illi tres casus Moniales omnes tangentes, & concernentes; ita ut nisi è monasterio exeant, statim videantur moriturae, ad alios similes casus eiusdem qualitatis, morbi, & periculi omnibus praediuicialis: non sic autem in occurrentibus casibus particularibus, qui simile periculum, siue contagionem non habent, sed respiciunt particularem vtilitatem alicuius monialis infirmæ, quæ ipsarum cœnobium non transcendit; nam re vera non sunt similes nisi pertineant, & spectent ad bonum, seu potius ad euitandum damnum monasterij, & totius communitatis, & hæc fuit proculdubio praedicti Summi Pontificis mens & intentio, ut attente ipsius verba consideranti facile erit colligere.

21 Nec obstat argumentum adductum à Nauar. *dict.* num. 49. quo probare intendebat sub illis tribus casibus à simili comprehendi morbum monialis periculosum, propter quem medicorum iudicio proculdubio esset moritura, nisi exierit, quamuis alijs contagione non obstat, & sic arguebatur. Conferuatio propriæ vitæ, naturalisque defensio est de iure naturali, neminique videtur tollenda, iuxta *Clemen. pastoralis, §. caterum, de re iudic. & l. vim, ff. de iustit. & iure*; ergo in proposito casu licitum erit Moniali praedictae, de qua est sermo, è monasterio exire, neque in contrarium vlla lege, præcepto, seu statuto potest cogi, aut obligari. Respondetur tamen, si adhiuc verum est, quod conferuatio propriæ vitæ est de iure naturali, naturalisque defensio nemini debeat denegari, procedere vbiicumque periculum imminet mortis non naturalis, sed violentæ; non tamen id vique quaque verum habet, vbi mors violenta non est, sed naturalis, & quæ ortum habet ab ægritudine naturali; nam in tali casu probabilissimum est conferuacionem propriæ vitæ non semper esse

licitam, nec vitam propriam in omnibus casibus adeo esse obseruandam, & maxime à viris religiosi, qui propter Deum suam abnegarunt voluntatem, atque, ut videtur, praedicto iure se priuauerunt. Quare moniali non posse licentiam concedi claustro egrediendi causa medendi morbo ita periculofo, ut desperaretur salus ea non egressa, nisi morbus adeo contagiosus esset, ut in reliquis serperet, tenet Gut. *canon. lib.* 1. c. 14. à num. 7. Cened. ad *Sextum collect.* 21. num. 2. Hieron. Roderic. *resol.* 26. num. 50. Bonacin. d. q. 1. *puncto* 9. num. 18. Zerola in *praxi Episcop. par.* 2. *verb. Moniales, in fine*, Fr. Miranda de *facris Monialibus, quest.* 4. art. 4. Fr. Emmanuel. *tom.* 1. *quest.* 49. art. 3. Sanch. *dict. lib.* 6. cap. 15. num. 39. [me citato in hoc loco Tamburin. *dict. disput.* 20. q. 3. hanc partem probabilior me citato in hoc loco dicit nouissimè Dian. *moral. resol. par.* 5. *tract.* 3. *resolut.* 137.] Contra Nauar. *comment. 4. de Regularibus num.* 49. & 50. Azor. *dict. par.* 1. lib. 13. cap. 8. *quest.* 1. Soar. de *Relig. tom.* 4. lib. 1. cap. 9. num. 9. [Lauret. de Peirinis *tom.* 3. *privileg. in addition. ad Constituit. Pij V. cap.* 6. *not.* 3. existimantes posse moniali licentiam concedi claustro egrediendi causa morbo ita periculofo medendi ut desperaretur salus ea non egressa.] Nec etiam ex simili ratione posse Abbatissam è monasterio exire, ut videret ædificium Ecclesiæ, num sibi placeat, vel ut cœnentiariis significet, qua forma construendum sit, asserunt Banch. d. c. 15. num. 52. Bonacin. d. *quest.* 1. *punct.* 9. num. 3.

22 Quare praedicti tres casus ex similitudine rationis extendi possunt ad casus hostium inuadentium, aqua ductus, aut ruina domus; vel alios similes nociuos communitati monialium, ut bene asserit Fr. Ioan. de la Cruz d. *dub.* 4. *vers. an verò liceat*, & cum alijs resolut. Sanch. *dict. lib.* 6. cap. 15. num. 44. Vnde posse moniales tempore belli è monasterio exire, si esse in locum recipere, dum bellum contra hæreticos, aut infideles geritur, periculumque est, ut nisi moniales monasterio egrediantur graui damno afficiantur resoluunt Azor. d. p. 1. lib. 13. cap. 8. *quest.* 1. ad *med. vers. superio quæres*, Gutier. d. c. 14. num. 9. Nauar. d. *commento 4. n.* 48. Sanch. d. c. 15. n. 44. Bonac. de *clausura Relig.* q. 1. *punct.* 9. n. 7. contra Zerola *verb. Moniales §.* 16. *dub.* 2.

23 Circa explicationem vero illorum trium in dict. Constituit. Pij V. contentorum, sciendum, sub nomine incendij magni, intelligi incendium ita magnum, & euident, ut certum sit, aut saltem probabile, quod nisi Moniales omnes statim à Monasterio exeant, omnes sint simul moriturae, atque consumendae praenimia exustione ignis. Sub nomine vero infirmitatis leprae, intelligi infirmitatem quandam adeo contagiosam, quod si ipsius radix, & origo foras non eiiciatur (hoc est monialis huiusmodi morbo infecta) cito omnes Monasterij eiusdem sortem inficiet, proindeque cunctæ periclitabuntur, & praedictam lepram debere esse notabilem, ac talem, quod si persona esset secularis, iure possit extrahi de populo, & mitti ad domum aliquam in campo separatam. Sub nomine denique infirmitatis epidimiae, quantum ad praesens attinet propositum, intelligi morbum quandam pestiferum, similiter atque eadem ratione contagiosum, cœmunitati praediuicialem, & perniciosum, qui populariter grassetur in populo, maioremque agrotorum partem interimit. Sic explicant Lael. Zech. de *Republ. Eccles. tit. de Regular. cap.* 3. num. 15. *vers.* 9. Nauar. *comm.* 4. de *Regular. num.* 48. *not.* 4. Gutier. *dict. cap.* 14. num. 8. Fr. Emmanuel. *tom.* 1. *quest.* 49. art. 4.

Barbof. de Episcopo. Pars I I I.

24 *vers. ex his*, Sanch. d. c. 15. à num. 33. optime Fr. Ludovic Miranda *dict. quest.* 3. de *clausura Monialium in particulari, artic.* 5. [Lezana *dict. cap.* 25. num. 20. & de hoc refert Dian. d. par. 2. tr. 1. *miscel. resol.* 23. decretum Sacrae Congreg. tenoris sequentis, videlicet, *Sacra Congreg. Cardinalium Concilij Tridenti. interpretum supradicta opinionum varietate, singularumque rationibus diligenter perpensis declinat in sententiam Doctoris Ludouici de la Valle medici Camera Hispaniarum Regis, cuius in responso à se edito zelum & prudentiam in assequenda Sanctae mem. Pij V. mente plurimum in Domino commendauit eiusdem Pij V. constitutionem de clausura monialium loquentem nomine epidimiae eam tantum epidimiam intelligere, quae est vera, & realis pestis, ita ut ob alias infirmitates huic aliquo pacto consimiles, sed tamen benigniores, etiam si epidimiae nuncupentur, nullo pacto monialibus professis ex monasterio exire liceat, atque hoc decretum ab omnibus, ad quos pertinet, inuoluntate obseruari mandauit. Ioan. Garcia Card. Millinus.]*

25 Quæri oportune potest, an Moniales de licentia superioris valeant transire de vno monasterio ad aliud, vel causa nouae foundationis, vel reformationis, vel reformationis, vel praefectionis; ita ut huiusmodi casus comprehendatur sub illis tribus exceptis in dicta Constituit. Pij V. Et videtur dicendum quod sic, iuxta supradicta, nam huiusmodi casus totam concernunt communitatem religionis, & non particularem vtilitatem alicuius Monialis, cum exeant ad plantandum, vel edificandum aliquod monasterium, reformandamque eandem religionem, ob quam causam hanc sententiam tenent Nauar. in d. *clausura num.* 48. & *conf.* 57. n. 6. de *Reg. Fr. Emm. q. reg. tom.* 1. q. 49. ar. 5. nouissimè Sanch. in *precepta Decalog. tom.* 2. lib. 6. c. 15. à n. 46. Portel. in *dubijs Regul. verb. clausura monialium num.* 20. & 21. [Diana *tract. 2. de dub. Reg. resol.* 99. & 127. Castellin. de *elect. c.* 17. n. 6. Gauant. in *man. Episc. verb. clausura n.* 14. Tambur. de *iure Abbatissarum disp.* 21. q. 1. *cu seqq.*] secundum quam plures censuit Sacra Congregat. super negotiis Episcoporum, & Regularium, & signanter in vna *Nanneren.* 16. *Ianuarij* 1615. & in *Redonen.* 31. *Ianuar.* 1617. & in *Messenen.* 9. *Octobris* 1618. quas citat D. Anton. Ricciul. Alma Vr. bis Aduocatus egregius, in *suo tractatu de iure personarum*, extra gremium Ecclesiae existentium lib. 5. cap. 5. Sed ipsa Sacra Congregat. cautius censuit in his recurrendum esse ad Sedem Apostolicam, ut testantur Zerol. in *praxi Episcop. par.* 1. *verb. Monialis, §.* 16. & par. 2. *cod. verb. dub.* 8. & 12. Anton. Ricciul. d. cap. 5. num. 11. Sanch. d. cap. 15. num. 47. Bonacin. d. *puncto* 9. num. 10. [Marcel. Vulpe *dict. cap.* 4. num. 11. in fine, me citato in hoc loco Lezana d. c. 25. num. 20. in fine, nouissimè Tamburin. de *iure Abbatissar. disput.* 21. *quest.* 1.] Ex causa enim ipsa Sedes Apostol. concessit quibusdam Monialibus, ut transirent ad aliud monasterium alterius obedientiae, de consensu tamen Superiorum, ut refert decium Armend. in *add. ad recap. legum Nauarrae l.* 2. tit. 18. lib. 7. de *religion. num.* 101.

26 Et quando ex permissa Sedis Apostol. transferuntur moniales de loco ad locum, translatio debet fieri in aurora, ut à paucis conspici possint, atque à personis grauibus, & honestis, & sanguine eis proximioribus coniunctis deducantur, earumque dotes monasterio, quod relinquetur, remaneant, [refert decium Tamburin. *dict. disput.* 21. *quest.* 10. n. 5.] Armend. *ubi proxime n.* 100. & n. 105. & etiam decium asserit exundi è monasteriis iustam cau-

NN n sam

iam moniales non habere, vt curati nepotum suorum gerant, etiam nullum propinquum haberent, referunt etiam Campan. d. cap. 16. num. 22. prope fin. [Tambur. me citato in hoc loco disp. 19. q. 4. vers. ad 13. etiam nouissimè me citato in hoc loco Nouar. in lucerna Regular. verb. recessus à monasterijs num. 8.] & Bonacina d. q. 1. punct. 9. n. 4. vbi num. 5. pariter dicit monialem egredi non posse ad parentes consanguineos, aut alios infirmitatis causa, seu alio pretextu visitandos. Manifestè tamen erit iusta egressus causa, quando auctoritate Prælati ex causa iusta totus Monasterium. Conuentus locum mutat, iuxta Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 5. Fr. Emman. dict. quest. 49. art. 5. Sanchez dict. cap. 16. num. 53. Fr. Ludouic. Miranda de sacris monial. q. 3. art. 2. vers. sextus. Bonac. d. q. 1. punct. 9. num. 8.

Moniales posse ad aliam Religionem perfectionem transire docent Tap. Zerola Fr. Emman. & alij, quos refert Sanchez d. lib. 6. cap. 7. num. 6. quibus adde Barthol. à S. Fausto in thesauro Religiosor. lib. 5. quest. 327. Anton. Ricc. dict. lib. 5. cap. 5. a princip. vbi à num. 4. probat nec Concil. Trid. nec Constit. Pij V. prohibuisse hanc translationem, metipsum in collect. ad cap. licet 18. num. 3. de Regul. Bonacin. dict. quest. 1. punct. 9. à n. 11. contra Azor. dict. part. 1. lib. 13. c. 18. quest. 1. Monialis licitum esse exitum, quæ dum in proprio monasterio aliqua de causa commodè corrigi non potest, ad aliud monasterium correctionis gratia transferretur, tenent Sanch. dict. lib. 6. cap. 15. num. 47. Fr. Ludouic. Miranda de sacris Monial. quest. 3. art. 2. vers. quatuor casus, & art. 3. Bonacin. dict. quest. 1. puncto 9. num. 13. [Tamburin. dict. tract. disput. 21. quest. 3.] Ego ipse in collect. ad d. cap. vlt. de Regularib. num. 16.

Vtium monialis, quæ adeo incorigibilis est, vt ipsius emendatio, & correctio in nullo monasterio speretur, eiici possit. Negatiuè censuit Rota in Vlixbonen. monasterij 19. Nouembris 1625. coram R. D. meo Coccino, & me citato in collect. ad cap. vlt. docet Bonacin. dict. puncto 9. num. 14. [Gauant. in man. Episcop. verb. Monialium clausura num. 23. Lezana d. cap. 25. num. 17. vers. hinc collige, vbi tenet attenda Ecclesiæ consuetudine, & Sacra Congregr. declaratione incorrigibiles moniales sine Sedis Apostol. consensu eiici non posse, me citato in hoc loco Tamburin. dict. disput. 21. q. 4.] Contra Sanch. dict. lib. 6. cap. 9. num. 6. existimantem talem monialem in rigore eiici posse.

Monialibus conuersis licitum esse exire è monasterio ad petendas elemosinas Conuentui necessarias, dum eas per alios commodè petere non possint, seruatis conditionibus præscriptis in Motu Pij V. incip. Circa pastoralis, & in alio Gregor. XIII. incip. Deo sacris, tenent [Gauant. in manu. Episcop. verb. Monialium clausura, à num. 18. Lezana dict. cap. 25. num. 17. vers. circa conuersas, vbi conditiones has refert, dummodo conuersæ sint ætatis saltem 40. annorum, nec publicæ, nec foris pernoctent, neque plures quam octo destinentur ad quæstum, & quod si deinde non egeant, cessent à quæstu.] Bonacin. d. q. 1. punct. 9. n. 15. vbi n. 16. asserit moniales conuersas posse adhuc ob receptam consuetudinem recipi, & ad professionem admitti, & citat pro se Sanch. d. c. 15. n. 59. Soar. de relig. tom. 4. lib. 1. cap. 8. n. 19. Fr. Emman. tom. 1. q. 4. art. 4. conclus. 3. vers. secunda assertio, contra Mirandam de monialib. q. 1. art. 6. Nauar. & alios.

Deinde dubitari non abs re potest quis in casibus necessariis, & paulo ante relatis, imparietur li-

centiam monialibus volentibus exire è Monasterio? & respondet Concil. dict. cap. 5. ab Episcopo approbandam esse causam, cuius decreti verba intelligenda esse, inquit Nauar. vt approbatio requiratur Episcopalis, quando exire volunt è monasterijs Episcopo subiectis, vel ita exemptis, quod solo Papæ immediate subint, non autem de aliis exemptis, & Regularibus suppositis, in quibus satis sit licentia Superioris Ordinis. Ita ipse Nauar. consil. 6. incip. An generalis, sub num. 6. de si a u monach. Fr. Ludouic. Miranda dict. quest. 3. de monialium clausura art. 6. conclus. 1. Bonacin. dict. quest. 1. puncto 8. num. 1. Ludouic. Miranda de sacris Monial. quest. 3. art. 6. conclus. 1. Soar. de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 9. num. 13. [Lezana dict. cap. 25. num. 21. Tamburin. dict. disput. 20. q. 6.] Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 49. art. 6. vbi inquit, quod Monialis in prædictis casibus in dicta Constitut. exceptis exire potest è monasterio absque vilo conscientie scrupulo cum sola licentia suorum Generalium, aut Prouincialium Prælatorum, quibus fuerit subiecta, sine vlla alia approbatione Episcopi secularis: & in Hispania solum Superiorum licentiam esse necessariam dicunt Fr. Ioan. de la Cruz dict. cap. 5. dub. 3. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. libr. 6. cap. 15. num. 28. Lezana dict. cap. 25. num. 21. Verum ab illorum opinione discedere cogor propter expressa verba prædictæ Constitution. Pij V. de anno 1569. sic disponentis: *Quæ tamen infirmitas, præter alios Ordinum Superiores, quibus cura monasteriorum incumbere, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiam si prædicta monasteria ab Episcoporum, & Ordinarium iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita, & expressè in scriptis approbata sit; ex quibus verbis facile erit colligere quid dicendum, atque respondendum difficultati propositæ. Monialibus enim à Monasterio exire non licet, etiam cum causa probabili, nisi adit communis consensus Superioris Regularis, & Episcopi diocæsani; & si illæ, quæ potestati Regularium subiectæ sunt, sine Bulla, & licentia Ordinarij egressa fuerint, per censuras Ecclesiasticas, & alia iuris remedia debent ipsæ, & earum Superiores, (de quorum licentia è Monasterio fuerint egressæ) ab eodem Ordinario puniri, non obstantibus quibuscumque priuilegijs, ita decimum referunt Campanil. dict. rubr. 12. cap. 16. num. 22. prope finem, Armendariz in addition. ad dict. lib. 2. tit. 18. lib. 7. num. 103. [nouissimè me citato in hoc loco Tamburin. de iure Abbatiss. disput. 20. q. 5. num. 11. Extat hac de re decretum tenoris sequentis, videlicet, Sacra Congreg. negotijs Episcoporum & Regularium præposita sub die 13. Nouembris 1610. facultate sibi à Sanctissimo tributa stauit, & decreuit, vt deinceps intra huiusmodi septa nemini ingredi liceat, nisi licentia in casibus necessariis concedenda nondum à Superioribus Regularibus dictorum monasteriorum, sed etiam à locorum Ordinarijs obtente fuerint, non obstantibus quibuscumque contrarijs legibus, statutis, consuetudinibus etiam immemorabilibus. Postremo axiem ad remouendam omnino difficultatem, quæ ex huiusmodi decreto forsan oriri posset, negotio iterum in S. Cong. proposito, atque S. D. N. relato die 21. Maij 1630. Sanctiss. sua declarauit huiusmodi licentias à Superioribus Regularibus non esse petendas in illis locis, in quibus adesse consuevit ut iste ab Episcopis tantum concedantur; hoc enim casu stauit, & decreuit talem consuetudinem esse obseruandam, & ipsorum Episcoporum tantummodo licentias sufficere etiam priuatim quoad ipsos Regulares. Deinde eadem S. Congr. in Camarinens. 21. Februar. 1617. censuit licentiam eorum,*

eorum, quibus ordinare intra septa monasteriorum monialium Regularibus subiectarum ingredi necesse est, concedendam esse ab Episcopo seu eius Vicario generali, & à Superiore Regulari, cui moniales ipse subiectæ sunt coniunctim, ita ut idem Episcopus, seu eius Vicarius primo loco subiectat, repentinis tamen casibus extremæ exceptis, necessitatis in quibus licentiam alterius subscriptione roborare sufficit.]

Vtrum hæc licentia in scriptis dari debeat, affirmatiuè definitum est in prædicto Motu Pij V. incip. Decori, ibi, ex causa cognita, & expressè in scriptis approbata, & per eum tenent Miranda d. q. 3. art. 6. concl. 2. Soar. de Relig. tom. 4. lib. 1. c. 9. n. 16. [Victorel. loco citando §. an ad euitandam culpam, Tamburin. dict. disput. 20. quest. 6.] Bonacin. dict. punct. 8. num. 4. vbi num. 5. resoluit licentiam non tenere si solo verbo detur.

Hinc nõ abs re dubitari potest, an Vicarius generalis Episcopi absque speciali eius cõmissione hanc egressus monialis è monasterio licentiam concedere possit: In quo dubio cum Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 5. dicat eam licentiam ab Episcopo approbandam, credo nomine Episcopi Vicarium quoque generalem, non uero foraneum comprehendendi, vt in terminis resoluunt Llamas in methodo curationis in appendice §. 5. Sanch. d. cap. 15. num. 30. vbi etiam extendit ad generales Capituli Sede vacante Vicarios. Bonac. d. q. 1. punct. 8. num. 3. [Victorel. de origine & clausura monial. §. an solus Episcopus, Tamb. d. disput. 20. q. 5.]

Si verò extra casus prædictos Moniales è sui monasterijs exierint, ipso iure sunt excommunicatæ excommunicatione maiori latæ sententiæ, summo Pontif. reseruatæ, & in eadem incurruunt Prælati eisdè excendi licentiam quocumque modo concedentes, necnon & ipsas concomitantes, ac personas illarum receptatrices, vt habetur expressè in dicta Constit. Pij V. de anno 1569. [refert me citato in hoc loco Tambur. de iure Abbatiss. disp. 19. q. 1. in fine.] circa quam Constit. notat Nauar. in d. cap. statumimus, n. 51. quem post Fr. Emman. sequuntur Fr. Ludou. Miranda d. quest. 3. de monialium clausura art. 6. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Moniales, §. 16. dub. 1. Azor. par. 1. lib. 13. cap. 8. quest. 1. vers. 3. quæres, Bonacin. d. quest. 1. puncto 8. num. 6. Sanch. d. cap. 15. num. 72. [resoluentes penas supra positas circa recipientes, & concomitantes prædictas Moniales egredientes è suis Monasterijs, non videri comprehendere illos, qui compassione quadam naturali in extrema, vel graui necessitate id faciunt; vt si verbi gratia, aliqua persona cognata, vel amica reciperet, vel comitaretur monialem egressam è suo Monasterio, & aliquot milliariibus progressam noctu, vel diu in loco deserto, cum periculo amittendi vitam, vel famam, ne ipsa Monialis damnum aliquod pateretur, exhortando eam, vt ad suum Monasterium rediret, etiam si ipsa nollet redire. Illud tandem aduertendum duxi ex quodam Motu proprio Gregorij XIII. incip. Deo sacris, de anno 1572. locum clausuræ dici eum, qui ianua clausa continetur, ad quam secularibus nõ patet accessus, refert Sanch. d. lib. 6. c. 1. n. 6. & n. 68. resoluit ad incurrendas supradictas penas solum egressum sufficere ex stricta clausura, non verò ita leuem, vt solam venialem culpam constituat. [In Monialis, quæ se ponit in Rota, & facit illam volui versus partem exterinam, ad quam seculares accedunt, frangit clausuram, & incidant in penas, etiam si non egrediat è Rota? Affirmatiuè respondent Paul. Comit. resp. moral. lib. 6. q. 3. Portel. in dub. Barbos. de Episcopo, Pars I I I.]

Regular. Verbor. clausura monialium num. 24.] Deueniendo igitur ad secundum assumptum, de ingredientibus monialium monasteria, dicendum est omnes cuiuscumque sexus viros, atque mulieres cuiuscumque status, & conditionis extiterint, habentes vsum rationis, & discretionem ad peccandum, vel qui ad peccatum incitare possunt, ingredi prohiberi quancumque monialium monasterijs, vt habetur expressè in Concilio Tridentino d. c. 5. his verbis: *Ingredi autem intra septa Monasterij nemini liceat, cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus, vel ætatis fuerint, sine Episcopi, vel Superioris licentia, in scriptis obtemperata, sub excommunicationis pena ipso facto incurrenda, quibus similia verba sunt in dicto cap. periculoso, ibi, nullique aliquatenus inhoneste personæ, nec etiam honeste (nisi rationabilis, & manifesta causa existat, ac de illius, ad quem pertinet, speciali licentia) ingressus, vel accessus ad easdem (nempe Moniales) pateat, vt sic à publicis, & mundanis conspectibus separata, omnino seruire Deo valeant liberius, & lasciuendi oportunitate sublata, eidem corda sua, & corpora in omnibus sanctimonia diligentius possint custodire; de quorum materia Concil. Brachar. IV. act. 5. c. 5. de monialibus, Aquila ad cap. 1. Prætor. fol. 50. num. 29. Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 18. à num. 24. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiastici part. 2. cap. 1. num. 52. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 8. quest. 3. cum sequentibus, Fr. Emman. tom. 1. quest. 46. art. 1. cum sequentibus, & quest. 47. art. 4. cum sequentibus, Fr. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 2. Campanil. d. rubr. 12. cap. 16. à num. 24. Sanch. dict. lib. 6. cap. 16. Stephan. Quaranta in summa Bullarj, verb. Monasteria Monialium, Armendariz in addition. ad recopilat. legum Nauar. lib. 2. tit. 18. lib. 7. de Religione, à num. 106. Fr. Ludou. Miranda in manual. Prælat. in fine tom. 2. in tract. de Sacris Monialibus, & quest. 2. & 4. Vgol. de officio Episcopi cap. 21. §. 3. Bonacin. de clausura Religio. q. 4.]*

Hinc fit infantes discretionem carentes, seu nondum doli capaces admitti posse ad claustra Monialium, nec illas eos admittentes incurere aliquam excommunicationem, notat nec ipsi ad peccandum incitare possint, ita Gambarupta de casibus reseruat. cap. 15. casu 6. num. 37. fol. 147. Henric. in summa lib. 3. cap. 42. §. 3. in communi. lib. 5. Nauar. comm. 4. de Regul. num. 59. Paul. Comit. respons. moral. lib. 6. quest. 19. ad finem, Azor. dict. lib. 13. cap. 8. quest. 5. Aloy. Ricc. in praxi decif. 648. in 1. edit. & resolut. 544. num. 6. in 2. edit. Soar. de Religione, tom. 2. lib. 6. cap. 16. num. 4. & me citato in hoc loco Bonacin. de clausura quest. 4. puncto 1. num. 5. & 6. Fr. Ludouic. Miranda dict. quest. 2. art. 1. conclus. 1. [Granad. in 1. 2. D. Thomæ controuers. 7. tract. 3. par. 1. disput. 6. sect. 5. Hieron. Roder. in compend. quest. Regul. resolut. 26. num. 7. Diana moral. resolut. par. 3. tract. 2. resolut. 67. vers. nota tertio. Lezana in summa. quest. Regul. tom. 1. cap. 25. num. 24. nouissimè Tamburin. de iure Abbatissarum disput. 22. quest. 4.] Fr. Ioann. De la Cruz dict. cap. 5. dub. 2. conclus. 3. vbi resoluit Concil. excludens omnes cuiuscumque ætatis, loqui de habentibus vsum rationis, & de illis, qui ad peccatum mouere possunt, vt sunt fatui, qui licet intrando non peccent, peccant tamen moniales eos admittentes, & citat Nauar. in dict. cap. statumimus num. 59. [me citato in hoc loco Tamburin. dict. disput. 22. quest. 5.] Quod etiam tenet Sanchez d. lib. 6. cap. 16. à num. 8. quid nomine Monasterij comprehendatur, quando interdicitur hic ingressus, vide Fr. Emman. tom. 1. quest. 46. art. 1. in fine, Coriolan. de casibus reseruat. par. 2. casu 3. quest. 2. num. 29. Sanch. d. lib. 6. cap. 16. num. 11. Soar. de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 11. num. 6. & 7. Bonac. de claus. q. 4.

puncto 1. num. 1. [vide supra ante n. 10. Illud est aduertendum cum Homobon. in consult. moral. tom. 1. par. 4. resp. 61. quod ingressus utroque pede, & toto corpore etiam ad vnum, vel duos tantum palmos ianuam introierit, clausuram perfecte violat. Quod quidem videtur nimis rigidum, & ideo verius est transgrediendum clausuram modico ingressu excusari à culpa lethali, & cenluris; ita Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. c. 16. num. 70. Nald. in summ. verb. clausura num. 1. Lopez de Texeda in controuers. tom. 1. lib. 2. tract. 1. controuers. 1. 4. dub. 1. num. 9. Meroll. tom. 1. disp. 1. cap. 2. diff. 7. num. 502. vbi ait esse modicum ingressum quando per duos solos pedes quis esset intra portæ clausuram, quia licet ille sit verus & perfectus ingressus, tamen est in parua materia, nouissimè Diana moral. resolut. par. 5. tract. 5. resol. 22. vbi subdit dicta de violentibus clausuram monialium modico ingressu extendi ad fœminas ingredientes claustra Religiosorum quando ingressus est modicus.]

32 Vt plenius consuleretur Monialium clausuræ, ne quis intrando eam violaret, Gregor. XIII. Constituit. edidit, incip. *Vbi gratia, Idibus Iunij ann. Incarnat. Domin. 1575. qua reuocat, & abolet omnes licentias, & facultates ingrediendi monasteria, domos, & loca Monialium, atque etiam virorum quorumvis Ordinum, quibusvis etiam Comitibus, Marchionibus, Ducibus, & aliis cuiuscumque status, & conditionis mulieribus, & omnes licentias ingrediendi monasteria, domos, & loca Sanctimonialium, concessas quibuscumque viris eiusdem status, & dignitatis, à quibuscumque Pontificibus, & Sedis Apostol. Legatis, aut alijs ex quibuscumque tenoribus, & clausulis, etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumve Principum, aut eius sub excommunicationis poenâ, factæ contrahenda, æqua nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo, absolutiois beneficium obtineri nequeat. Item præcipit Abbatibus, necnon & Abbatibus, & Conuentibus, & alijs Monasteriorum vniuersæ sexus Superioribus, & personis, quocumque nomine vocentur, sub eadem excommunicationis poena, necnon priuationis dignitatis, beneficiorum, & officiorum suorum, atque inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in monasteria, domos, & loca sua quocumque prætextu huiusmodi facultatem ingredi faciant, vel permittant: & sub eiusdem poenâ ipso facto contrahendis imperat quibuscumque personis Ecclesiasticis & secularibus, & etiam Ordinum quorumcumque, etiam Mendicantium, Regularibus, ne prætextu facultatum ab Episcopis, vel Superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessarijs tantum ex decreto Concilij Tridentini tribuitur, ne monasteria ipsa Monialium pro libito, sed necessarijs vrgentibus dumtaxat ingredi, neve Moniales sub eiusdem poenâ illos aliter admittere præsumant.*

34 Idem Gregorius per aliam suam Constitutionem de anno 1584. die 8. Septembris, Pontificatus sui anno 13. incip. *Quæ Sanctimonialium*, similem aliam generalem prædictarum licentiarum, & quorumcumque priuilegiorum reuocationem fecit, cum quadam modificatione, & limitatione, in hæc verba: *Cum igitur post Concil. Tridentin. Decretum de non ingrediendo Monialium monasteria, & reuocationem à nobis factam omnium, & quarumcumque licentiarum ingrediendi Monialium monasteria, & reuocationem à nobis factam omnium, & quarumcumque licentiarum ingrediendi Monasteria, domos, ac loca Monialium quorumvis Ordinum, quibuscumque, & quorumvis contemplatione, ac quocumque modo concessarum, importunis multorum precibus aliquas huiusmodi licentiarum, præ-*

sertim in Hispaniarum Regis restitimus, alia quoque nouiter concessimus, quarum causa, ut priorum virorum relatione intelleximus, & ex frequentibus secularium mulierum visitationibus, & colloquijs deuotio in dijs Monasterijs, & locis tepescit, debitaque in claustris ministeria paulatim remittuntur. Quare nos iis incommodis prouidere volentes auctoritate presentium reuocamus, & abolemus omnes, & quascumque licentias, facultates, & indulgia ingrediendi Monasteria, domos, & loca in dictis Regnis, & dominijs consistencia, cuiuscumque status, & conditionis mulieribus (præterquam ipsorum Monasteriorum, domorum, & locorum fundatricibus, aut dotatricibus, siue altricibus, necnon Marchionum, Comitum, Ducum, & Superiorum graduum Principum coniugibus, eorumque filiabus) etiam consideratione, intuitu, contemplatione, supplicatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumve Principum, seu etiam Motu proprio, & ex certa scientia concessa, restituta, & innouata, quibuscumque concepta formulis, necnon reuocatis, annullatis, restitutis, mentis atestatis, derogatorijs derogatijs, irritatis, aliisque clausulis, & decretis communita cassamus, & annullamus litteras omnes desuper concessas, &c.

Cui quidem Gregorio XIII. succedens postea 35 Sixtus V. similem aliam etiam generalem reuocationem fecit omnium licentiarum quorumcumque ingrediendi Monasteria, & inibi permanendi, mulieribus secularibus cuiuscumque status & conditionis existentibus, etiam Comitibus, Marchionibus, & Ducibus concessarum, in sua Bulla, quæ incipit *Sanctimonialium, dat. ann. 1589. die quinto Ianuarij Pontific. sui ann. 4. Paulus V. in sua Constit. incip. Monialium statui, sub die] 10. Iulij 1612. similiter reuocauit, & irritas fecit omnes, & singulas licentias ingrediendi monasteria mulieribus cuiuscumque status, gradus, & conditionis existentibus, etiam Marchionibus, & Ducali dignitate fulgentibus, tam à Sanctitate sua, quam à suis prædecessoribus ad tempus, vel in perpetuum concessas, inhibentes mulieribus prædictis licentiam huiusmodi habentibus sub poena excommunicationis lætæ sententiæ, à qua nisi à Romano Pont. præterquam in mortis articulo absolui possint, ne monasteria monialium prætextu licentiarum huiusmodi ingredi audeant, seu præsumant: ipsorum autem monasteriorum Abbatibus, seu Prioribus, ac Superioribus sub eadem poena, ac priuatione suorum officiorum, qua obtinent, & inhabilitatis ad illa imposterum obtinenda ipso facto sine alia declaratione incurrendis poenis, ne eas introducere, seu admittere, vel admittas quoquo modo retinere audeant, refert Marcel. Vulpe d. c. 4. n. 10. meminit Memor. cleric. c. 9. n. 12. Denique S. D. N. Urbanus VIII. in suo Motu proprio, incip. *Sacro sancti Apostolatus ministerium, sub dat. 27. Octobris 1624. [vt habetur tom. 4. Bullarj inrer Bullas Urbani n. 29. declarauit consensum Monialium, qui requiritur ad hoc quod fœminæ seculares ipsarum monasteria ingrediuntur per easdem moniales capitulariter, & per secreta suffragia præstanda esse, alias licentiæ huiusmodi mulieribus, quibus concessæ fuerunt, nulla tenus suffragentur; refert Lezana in sum. quest. Regul. c. 25. n. 33. vbi subdit Pontificem loqui ibi in casu, quo fœminæ intrare velint ex vi licentiarum à Sede Apostolica imperatarum.]**

Cum igitur à prædictis Summis Pontif. reuocata sint omnes, & quacumque licentiæ ab illis, aliisque concessæ intrandi Monasteria, & loca Monialium, & ingredientibus vigore præfatarum facultatum, vel habentes licentias ab Ordinarijs in casibus 36 necel

necessarijs, ac eis ultra prædictos casus vtenes excommunicati pronuntiantur, dubitari potest, an censuram illic communitarum, & reseruatarum incurrat, qui sine licentia intraret? Affirmat Nauarr. asserens sub dicta excommunicatione comprehendi etiam intrantes septa monasterij non habentes licentias ex intentione Pontificis, à quo emanauit vna prædictarum Constitut. & ab vtu sacra Penitentiarie, in commento 4. de Regularibus ad cap. statutus 19. quest. 2. sub num. 62. versic. quarto, & in manual. cap. 27. sub num. 150. vers. adæe his primo, sequuntur Ludou. Beja in resp. casuum conf. par. 1. casu 3. Coriolani de c. sibus reseruatis par. 2. casu 3. num. 40. Prosper de Augustino in addit. ad Quæran. in summa Bullarj, verb. Monialium monasteria, vers. Amplia, pag. 448. in nouiss. impress. vbi dicit præfatas Bullas satis videti illam declarationem, & extensionem recepisse, & asseruisse ex communi obseruantia Prætorij sacra Penitentiarie.

37 Verum virtute Constitutionum prædictarum non comprehendi, nec excommunicari, nisi intrantes ex præsumptione, & qui prætextu dictarum licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus concessarum sine sufficienti ratione, & causa, vel à Summis Pontificiam reuocatarum, intrare præsumperint, probabilius duco: propterea quod prædictæ Constitutiones loquuntur de ingredientibus virtute alicuius licentiæ, nulla facta mentione de intrantibus sine tali facultate, idcirco non extendenda, ex regul. odia, de regulis iuris lib. 6. Ita [Tamburin. d. tract. disp. 2. q. 1. num. 7. & 8.] Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Monialis §. 8. vbi addit intrantes sine tali facultate incurere tantum censuram comminatarum à Concil. Trident. dict. cap. 5. quæ cum non sit reseruata, aboleri valet ab Episcopo, iuxta cap. nuper, de sement. excommuni. sequuntur Hieron. Llamas in append. ad suam summam Confess. §. 13. Soar. de censur. tom. 5. disp. 2. sect. 6. sub num. 1. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 48. art. 2. me citato in hoc loco Bonac. de clausura quest. 4. punct. 5. num. 4. latè Campan. d. rub. 12. cap. 16. num. 24. [Megal. in 3. part. lib. 4. cap. 3. quest. 2. num. 11 me citato in hoc loco Diana moral. r. sol. par. 1. tract. 4. resol. 23. in fine, & par. 2. tract. 2. res. res. §. 2.] Ludou. Miranda dict. quest. 2. de clausura Monial. art. 12. concl. 1. vbi conclus. 2. limitat in ignorantibus prohibitionem factam sub tali censura, dummodo ignorantia non sit affectata, crassa, & supina, & citat pro se Nauar. d. c. 26. num. 109. vbi dicit quod qui intrant monasteria S. Claræ & S. Catharinæ de Senis ducti ignorantia iusta, vel quasi iusta, excommunicationem à Romanis Pont. latam non incurunt, nec etiam, qui sciens ingreditur, sed persuasus causam, ob quam ingreditur, esse iustam. Idem Miranda dict. art. 12. concl. 3. asserit poenas excommunicationis, & inhabilitatum contentas in supradictis Extrauag. Gregor. XIII. & Sixti V. impositas contra Abbatissas, & Abbates Conuentuum, atque alios monasteriorum vtriusque sexus Superiores, Prælatos, & Priores quocumque prætextu prædictarum licentiarum facultatem ingrediendi facientes, vel permittentes, non comprehendere Monachos, siue Moniales ipsas priuatas; ac in particulari prædictas personas ad dicta Monasteria admittentes. Nec prædictis obstat verbum, *Comuentibus*, de quo in supradicta Constitut. Gregor. XIII. de ann. 1575. quo significari videtur quascumque etiam singulares personas, Monialium ipsius Conuentus admittentes aliquem ad clausuram prædictas poenas, & censuras incurere; quia responderet verbum illud, *Comuentibus*, non significare singulares personas de conuentibus,

nec multitudinem Monialium in vnum congregatarum, sed maiores Conuentus, veluti Abbatissas, Abbates, & Superiores. Reseruata excommunicatione non affici illum, qui facultatem ingrediendi haberet, sed non ingreditur prætextu facultatis, perinde se gerens, ac si illam non haberet, resoluunt Nauar. d. com. 4. num. 62. notab. 4. Sanch. d. cap. 16. num. 80. Bonac. d. quest. 4. punct. 5. num. 5. vbi num. 6. tenet ingredientem prætextu facultatis inualidè concessæ non affici reseruata illa excommunicatione Greg. XIII. sed Concil. Tridentini in presenti, & num. 7. addit eum, qui tempore ingressus confingeret se habere aliquam facultatem ingrediendi claustra monialium obtentam post præfaram Gregor. XIII. Motum non affici reseruata illius excommunicatione, sed Concil. Trident.

38 Non licet ingredi septa monasterij in casibus necessarijs sine licentia Episcopi, aut Vicarij generalis, speciale mandatum habentis, vt referunt decisum Bonac. d. q. 4. punct. 2. n. 2. Atmend. in addit. ad recap. legum Nauarra lib. 2. tit. 28. l. 2. de Relig. num. 109. [me citato in hoc loco Tambur. d. disp. 2. q. 1. num. 3. & quest. 2. num. 1. nouissimè me citato in hoc loco Nouar. in Lucerna Regular. verb. licentia num. 3.] Et Prouisorum à Capitulo nominatum esse Superiorem ad licentiam concedendam, dicit Fr. Ioan. de la Cruz dict. v. 5. dub. 2. concl. 3. notab. 1. [me citato in hoc loco Tambur. d. disp. 2. q. 1. quest. 2.] + si verò superior longè absit, in casibus repentinis licentiam concedere potest præfecta. Fr. Emman. d. tom. 1. quest. 46. art. 2. in fine, Campan. d. cap. 16. n. 25.

39 Vnde videtur sufficere solius Episcopi consensus, 40 absque alia Superioris Regularis voluntate, quoniam tum in Constitutione Bonifacij VIII. tum in Concil. Trident. decreto sub disunctione ponitur consensus, siue voluntas, cum dicitur, vel Episcopi, vel superioris, vnde per sacram Congreg. dicit decisum Piasce. in praxi noua Episc. p. 2. c. 3. n. 54. quod ita demum spectat ad Episcopum huiusmodi concessio licentiæ, si fuerit consuetudo loci legitime præscripta, vt licentia huiusmodi vel à solo Episcopo, vel ab Episcopo, & Superioribus Regularibus coniunctim obtineatur: in dubio tamen sub distinctione resolucendum est: aut enim monasterium est Episcopi solius iurisdictioni subiectum, aut exemptum, sed Roman. Pont. proximè subditum: aut subiectum soli Superiori Regulari. Si primò, & secundò, Episcopus solus habet ius concedendi ingressum, auctoritate quidem propria in monasteria sibi subiecta, auctoritate verò delegata, in ijs, quæ Rom. Pont. sunt proximè subiecta. Si verò tertio, solius est Superioris Regularis facultatem ingrediendi concedere: ita Nauar. d. com. 4. de Regul. super c. statutus 19. q. 3. num. 60. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 15. c. 8. q. 7. Hier. Llamas in append. ad suam summam, §. 5. & 7. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 46. art. 2. Fr. Ludou. Miranda d. quest. 2. art. 2. Camp. d. rub. 12. c. 16. num. 31. nouissimè Sanch. d. lib. 6. cap. 16. num. 13. me citato Bonac. d. quest. 4. punct. 2. num. 3. Tambur. d. disp. 2. q. 1.

41 Et facultatè concedere intrandi septa monasterij Monialium Regularibus subiectarum pertinere ad earum superiores Regulares censuit sacra Concilij Trident. Congreg. cuius decretum vidi ego ipse hoc præfenti anno signatum propria manu Illustrissimi Domini mei Card. Millini. [cuius decreti verba me citato in hoc loco refert Tambur. de iure Abbatissarum disp. 2. q. 1. n. 6. Lezan. d. c. 2. y. n. 25. & resoluunt Suar. tom. 4. de Relig. c. 10. n. 12. Camp. d. rub. 12. cap. 16. n. 31. Laurent. de Peirinis in prinil. sui Ordinis Minor. tom. 2. constit. 6. Pij V. n. 29. & in formul. Regul. lit. M.

cap. 3. num. 3. Andr. Victor. de origine, & clausura. Monial. pag. mibi 31.]

42 Unde sub decreto Concil. d. cap. 5. includi Episcopos ingredientes Monialium monasteria sibi non subdita sine licentia Superioris in scriptis resoluunt Nau. d. n. 39. ad med. vers. quartus. Steph. Gratian. dist. c. 93. num. 5. & 20. [me citato in hoc loco Tambur. de iure Abbatissar. disp. 24. q. 9. num. 1. vers. & signanter, ubi refert sic decimum fuisse in sacra Congreg. Concilij in Ianuen. 10. Maij 1631.]

43 Episcopi & superiores Prælati sicut possunt aliis facultatem concedere ingrediendi Monialium monasteria sibi subiecta in casibus necessariis, & pro necessitatibus urgentibus, ita etiam poterunt & ipsi visitationibus gratia, seu alterius rei necessitate, dummodo intrent pro tam urgente necessitate, pro qua ipsi ad intrandum licentiam possint dare aliis. Ita Nauar. conf. 9. incip. an Episcopus, de statu monach. in nouis. Fr. Emman. tom. 1. quest. 46. art. 5. in initio, Azor. lib. 13. cap. 8. quest. 9. Hieron. Glyamas in append. ad sum. summ. §. 7. Campan. d. rub. 12. cap. 16. n. 38. Sanch. d. lib. 6. cap. 16. num. 25. Fr. Ludou. Miranda d. quest. 2. art. 14. concl. 1. & 2. & clarissime disposuit Gregor. XIII. in sua Bulla, quæ incip. Dubiis, quæ emergunt, Dat. 23. Decembris ann. 1581. ubi in hæc verba: *Dubiis, quæ emergunt, declarationis remedium expedit adhibere. Cum igitur super eo quod optima primum ratione Concilium sancti Tridenti deinde in Constit. felicis recordationis Pij Papa V. prædecessoris Nostri Nonis Iulij, Pontificatus sui anno tertio, atque item nostra Idibus Iunij Pontificatus nostri anno quarto editis, fuit prouisum, ne cui in posterum, nisi in casibus necessariis septem monialium Monialium ingrediendi concederetur licentia, à nonnullis fuisse dubitatum sciamus circa personas, quæ aliter ad id licentia non indigent, sed sui auctoritate officij niuntur, an liceat eis pro libito sua voluntatis huiusmodi septem ingredi, vel potius seruare debeant ipsi quoque regulam à Concil. præscriptam: nos omnis hesitationis materiam tollere, & viam scandalis præcludere, ac Sanctimonialium quæri consilium volentes, harum tenore auctoritate Apostol. declaramus, Prælatos omnes tam seculares, quam Regulares, quibus cura, & regimen Monasteriorum Monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi Monasteria prædicta, ita demum uti posse si id faciant in casibus necessariis, & à paucis, iisque senioribus, ac religiosis personis comitati. Quocirca uniuersis, & singulis, Episcopali, seu maioris etiam Cardinalatus dignitate præditos, necnon quorumvis Ordinum Abbates, Præpositos, Priores, Ministros, & alios quosunque Superiores Regulares seruo monemus, ut facultate huiusmodi, qui eam habent, præterquam in casibus, ut præfertur, necessariis, nequaquam utantur: quod si contra fecerint, eadem auctoritate Apostolica statuimus, atque decernimus, qui Pontificali dignitatis fuerint, eos pro prima vice, qua contra fecerint, ingressu Ecclesie interdictos, pro secunda à munere Pontificali, & à diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicatos existere: Regulares vero omni officio, ac ministerio priuatos excommunicationi similiter subiacere, non obstantibus quibuscumque, &c. [De his pœnis, quas incurrunt Prælati monasteria-monialium sine prædictis conditionibus intrantes, vide Sanch. d. lib. 6. cap. 16. à num. 71. Gauant. in man. Episcopor. verb. Monialium clausura à n. 46. Lezana d. cap. 15. num. 27.]*

Si auctoritate Pontificia id monasterium cuidam soli peculiari Prælati Conuentionali subiectum esset, non posse Generalem, aut Prouincialem licentiam ingressus in id monasterium concedere, quod nullam iurisdictionem in illud habeant, ac posse dum

visitant inquirere an Prælati ille iuste usus fuerit hac facultate, tradunt Fr. Emman. tom. 1. q. 47. art. 5. Bonacina de claus. quest. 4. punct. 2. num. 4. Sanchez d. cap. 16. num. 16. ubi ob eandem rationem idem dicendum asserit de Episcopo respectu clerici secularis, cui soli monasterium illud subderetur. Abbatissam non posse facultatem ingrediendi monasterium concedere tenent Nauar. comment. 4. de Regularib. num. 59. vers. tertio, Azor. part. 1. lib. 13. c. 8. quest. 6. Fr. Emman. tom. 1. quest. 46. art. 2. vers. obserua, Sanchez d. lib. 6. cap. 16. num. 22. Bonacin. d. quest. 4. punct. 2. num. 5. Poffe tamen iuste Superiorem concedere generalem Abbatissam licentiam, aut Confessariis concedendæ huius ingressus facultatis in casibus frequenter occurrentibus, ne passim Episcopus, seu Prælati Regularis, qui non tam præ manibus habentur, adiri debeant, docent Fr. Emman. d. q. 46. art. 2. prope finem, plures apud Sanch. d. lib. 6. num. 23. Bonacina d. lib. 6. cap. 16. num. 5. vers. hoc tamen, contra Soar. de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 10. num. 14.

In regula Monialium sanctæ Claræ ordinata per 44 Vrbanum I V. quæ habetur in monumentis Ordinum, de qua in Compendio priuileg. verb. ingredi monasteria Monialium, §. 7. rub. 18. permissum est generali Ministro Ordinis Fratrum Minorum ingredi monasteria Monialium sanctæ Claræ, quando ibidem celebrare voluerit, vel proponere sororibus verbum Dei, cum quatuor, vel quinque Fratribus ipsius Ordinis, si quando ei videbitur expedire, & refert Fr. Ludouic. Miranda d. lib. 6. cap. 16. num. 23. quod ego ita libenter non reciperem propter reuocationem prædictarum licentiarum factam à Summis Pontificibus, de quibus supra, & prohibitionem Gregorij XIII. in sua Bulla num. proxime præcedenti relata, qua sub grauibus pœnis Ministris, aliisque quibuscumque Superioribus Regularibus mandatur, ne facultate ingrediendi dicta Monasteria, si quam habent, præterquam in casibus necessariis utantur, cum derogatione quoruscunque priuilegiorum: cum igitur celebratio, aut prædicatio verbi Dei intra Monasteria fieri non sit necessaria, siquidem per fenestellas Ecclesie videre, & audire possunt ipsæ Moniales, sequitur quod talis ingressus non sit necessaria, immo tali causa ingredientibus incurrere pœnas, de quibus in dicta Constit. Gregor. XIII.

45 Visitacionis tamen gratia Prouinciales Ministri, atque Visitatores poterunt intrare Monasteria Monialium sibi subdita, comitati duobus, aut tribus sociis, non ex concessione Vrbanus I V. ut tenet Fr. Ludouic. Miranda d. lib. 6. cap. 16. num. 23. sed ex eo quod Visitatio est causa necessaria, qua huiusmodi Prælati, & Ministri possunt intrare monasteria prædicta, à paucis, iisque senioribus ac religiosis personis comitati, ut permisit Gregor. d. lib. 6. cap. 16. num. 23. Et hoc intelligerem, ut non solum huiusmodi Prouinciales, & Visitatores ingredi possint dicta Monialium Monasteria, non solum ad tenendum culpam Capitulum, verum etiam ad faciendum Visitæ denunciationem, seu exhortationem, quæ quasi præambula præuia, atque preparatoria sunt eidem visitæ, nempe ad videndum, & prospiciendum prius oculis sint ne omnia conuentus ædificia rectè disposita, & clausura conuenienter, & sufficienter reparata, ad visitandas infirmas, & Monialium dormitoria, an sint conuenienter, & religiose aptata, cæterasque domus, & officinas, ex quibus, ut plurimum, quam plura resultant emendanda, & correctione digna, & summopere necessaria.

Is verò qui electioni præest Episcopus, siue alius Superior, ut verbis utar Concil. Trid. sess. 25. de Reg.

46 cap. 6. in fine, clausura monasterij non ingrediatur, sed ante cancellorum fenestellam vota singularum audiat, vel recipiat, firmant Nauar. in d. cap. statimimus num. 59. Franc. Leo in thesuro fori Eccles. part. 2. cap. 1. num. 46. Ioan. de la Cruz de statu relig. lib. 1. cap. 5. dub. 2. concl. 3. notab. 3. prope finem, Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 46. art. 5. Sanchez d. lib. 6. cap. 16. num. 50. Fr. Ludou. Miranda d. quest. 2. art. 15. concl. 3. [me citato in hoc loco Tamburin. d. lib. 6. cap. 16. num. 2.] quæ vota vna cum Vicario, vel alio vno, assumpta oretenus accipere potest, prout decimum referunt Gallet. in margarita casuum conscient. verb. Abbatissa, Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. resolut. 637. in 2. edit. Si tamen Prælati huiusmodi prædenter iudicent non posse fieri canonicæ electionem ipsi non intrantibus ob iniquitatem monialium, & suspicionem subornationis vororum inter ipsas subortæ, aut ob alias iustas causas à Superioribus prudenter arbitrandas, tunc solum licite poterunt prædicta ingredi monasteria, ibique ipsarum Monialium vota audire, & recipere, vt tenent Franc. Ioan. de la Cruz, & Fr. Ludouic. Miranda d. lib. 6. cap. 16. num. 7. nouissimè S. D. Gregor. XV. felic. record. in sua Constit. de exemptorum priuilegijs, incip. Scrutabili, sub dat. Nonis Februarij 1622. citat hanc materiam electionis Abbatissam, &c. in hæc verba: *Ac similiter possit Episcopus vna cum superioribus Regularibus quoruscunque Abbatissarum, Priorissarum, Præfectarum, vel Propositarum eorundem monasteriorum quocunque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac præsidere, absque vlla tamen ipsorum monasteriorum impensa.* Hæc in dicta Constit. Super qua postea Sac. Congregat. Illustrissimum Cardinalium Concil. Trident. interpretum censuit ius confirmandi Abbatissam minime fuisse Episcopis per eiusmodi Constitutionem attributum; quam quidem declarationem originalem præ manibus habui, & postea in typographia R. C. Apostol. impressam vidi de anno 1624.

48 Causa ad intrandum Monialium Monasteria non requiritur, quod sit strictissima, aut quod dicitur absolute & simpliciter necessaria, sed sufficit quod sit necessitas quidem moralis, rationabilis, & manifesta. Ita Portel. in dubijs Regularib. verb. clausura num. 4. Fr. Emman. d. quest. 46. art. 4. Fr. Ludou. Miranda d. lib. 6. cap. 16. num. 25. Campan. d. rub. 12. cap. 16. n. 25. me citato in hoc loco Bonacina quest. 4. puncto 4. n. 2. obseruantes minorem causam requiri in concedenda licentia fecerim quam viris; matri aut sorori, quam aliis, & minorem causam sufficere ad ingrediendum in loca statim post clausuræ ianuam existentia, quam ad loca interiora. Illi qui licentiam ingrediendi cœnobii monialium obtinuit ex causa, quæ suberat tempore concessionis licentiæ, sed tempore ingressus cessauit, non esse tutum in Conscientia ingrediendi resolut. Bonacin. d. lib. 6. cap. 16. num. 19. ubi num. 20. docet eum, qui licentiam obtinuit ex causa quam falso narravit Superiori, non posse licite ingredi si tempore ingressus iusta causa superueniat, & num. 21. asserit non esse licitum ingressum si Superior conscius erat nullitatis causæ, & nihilominus licentiam concedere voluit.

49 Aliqui sunt speciales casus, in quibus licitus est intra monasteria monialium ingressus absque alia licentia speciali. Primus casus est de Sacerdotibus auriculariis, quibus Monasterij septa ingredi non est denegandum, si tanta corporis infirmitate detenta fuerit monialis, quod venire ad leucorum nequeat, vel saltem commodè accedere non valeat, inhiatque propria peccata confiteri, seu Domini cor-

pus, aut alia recipere Sacramenta, & tunc exhibitur talia Sacramenta, alba, & stola atque manipulo indutus ingrediatur, & solus, ubi ita fieri conuenit, vel cum duobus, aut vno saltem idoneo, & religioso socio: ubi mos est, alba similiter, vel ad minus superpellico indutus, quos ita vestitos oportet semper inibi morari, ita quod audita Confessione, vel alio ministrato Sacramento inde egrediantur, vt ingressi sint vestiri, nec morari inibi faciant longiorem, & caueant ne quando intra Monasterium fuerint, aliquo modo ab iniuicem separantur, quin semper mutuo possint libere se videre, sic etiam se habentes in anima commendatione, ita quidem Vrbanus IV. statuit in reg. quam fecit pro Monialibus S. Claræ, cap. 7. & refertur in comp. verb. ingredi monasteria Monialium, §. 6. referunt etiam Portel. in dubijs Regular. verb. clausura, num. 9. & 10. Fr. Ludouic. Miranda d. quest. 2. art. 7. Campan. d. rub. 12. cap. 16. num. 27. vers. alius præcipuus, [nouissimè Tamburin. de iure Abbatiss. disp. 24. quest. 2.] Quod quidem intelligendum non est solummodo de casu extremae necessitatis, vel de articulo mortis, sed generaliter, atque vniuersaliter, quando Monialis aliqua graui infirmitate laborat, & etiam in casibus, quibus eadem sic existens infirma alia Moniales communicant, seu communicare cõluerunt, ex præcepto suæ regulæ: tunc enim licitum est Vicario, seu Confessori prædictarum Monialium clausuram introire ad communicandas infirmas, quæ commodè ad communem cœtem venire non possunt, ita Fr. Emman. d. tom. 1. quest. 47. art. 4. quem refert & sequitur Fr. Ludouic. Miranda ubi proxime. Sic etiam in illis festiuitatibus, quibus Moniales ex regula tenentur confiteri, & communicare, bene possunt earum Vicarij intrare clausuram ad celebrandum in infirmariis, & communicandas infirmas, quia quoad Communem in casibus de quibus supra, nullus negat, quoad celebrationem verò permittunt, tum quia est maior decentia, & reuerentia Sanctissimi Sacramenti, dum Sacerdos celebrans eodem loco communicat infirmas, quam ex alio desumendo, clausuram, associatus, vt decet, ingreditur; tum quia maxima consolatio, & spirituale gaudium infirmæ Moniales recipient, dum Sacrum audiunt, Missamque vident, cum nullibi reperitur prohibitum ne celebretur, aut Sacrum fiat in infirmaria, in Oratorio, siue altari, vt moris est, approbato, & ad hoc debet disposito, & præordinato, ita Fr. Emman. d. art. 4. primo casu in 2. dub. Fr. Ludouic. Miranda d. q. 2. art. 18. concl. 2. Et seruandam esse huiusmodi Vrbanus IV. regulam pro monialibus sanctæ Claræ factam ab aliis, saluberrima cum habeat documenta, aduertit Campan. ubi proxime. [Et probabile est Confessarium posse intrare clausuram non solum quando regula confiteri præcipit, sed etiam quoties infirma dixerit se indigere Sacramento penitentiae, Portel. in dub. Regul. verb. clausura monialium num. 9. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 35. diff. 47. num. 4. Diana d. lib. 4. tract. 2. res. sol. 67. ve. notandum.]

50 Cum verò Monialis vitam obiit, non ingrediatur Sacerdos claustrum, sed exterius in capella exequatur quicquid ad officium pertinet. Iuxta regulam tamen sanctæ Claræ ad exequias celebrandas debet introire, si Abbatissa, & Conuentus ingressum perierint, & tunc modo supra dicto ingrediendus est, indutus scilicet, & cum duobus sociis, & sepulta mortua cum eis exeat sine mora. Ita [Andr. Victor. de origine & clausura monial. §. an Confessor ad exequias pag. 49. nouissimè Tamburin. de iure Abbatissar. disp. 24. quest. 5. Fr. Ludouic. Miranda d. lib. 6. cap. 16. num. 27. concl.]

conclus. vnic. vers. septimus, ubi aduertit cum Collectan. priuilegialiter ingredientes, vel in maiori numero non euadere excommunicationem Papalem, quod limitat quando Abbatia, & Conuentui visum fuerit in die funeris, quod plures Fratres sint necessarii propter imbecillitatem in Sororum, quia nempe ipsa non sunt apta ad ferendam defunctam, neque ad extrahendam, & collocandam eam in sepultura, neque forte ad id habent animum, quia tunc plures ingredi poterunt, per quos huic necessitati prouideri possit, ut visus recepit. Iuxta praedictam sanctae Clarae regulam d. cap. 7. ad aperendam sepulturam, seu postmodum coaptandam, si Abbatissa, & Conuentui visum fuerit expediens, licitum est Sacerdoti, vel alicui alij ad hoc idoneo, cum vno socio, vel duobus intrare, & eo peracto, etiam sine mora, exire, refert Porret. *in dubijs Regul. verb. clausura n. 12.* Fr. Lud. Mirand. d. *concl. vnic. vers. quartus casus*. Quoad alia alterius Ordinis monasteria certe casus iste inter casus necessitatis connumerandus venit, ideoque Superior omnibus pensatis licentiam largietur, si cognouerit necessarium, scilicet nusquam fuisse a monialibus, & Conuersis monasterij tale ministerium exequutum, vel fuisse haecenus exequutum, & ob earum aduersam valentiam, vel imbecillitatem, siue animi exinanitionem id ipsum tunc expleri non posse, aduertit Campan. *dist. c. 16. num. 27. vers. cum vero*. [Circa huiusmodi sepulturam aduertit Lezana *in summa quaest. Reg. c. 25. n. 43. in fine*, ne in sepultura Monialium, quae intra clausuram, est, sepeliantur extranei, & addit permittendam consuetudinem, sepeliendi Moniales in Ecclesia exteriori.]

Medicus causa multum grauis infirmitatis, cum necessitas exegerit, potest ingredi, qui non absque duobus sociis de familia monasterij introducatur, nec ab inuicem intra monasterium separentur, ut instituit Urbanus IV. *in secunda regula S. Clarae cap. 18.* circa quem casum aduertit Collectan. *privileg. verb. ingredi monasteria, in 1. notab. vers. quintus casus*, quod nunc iam habetur concessio facta per Sixtum IV. ut loco duorum familiarium praedictorum, sufficiat quod Medicus, duabus, vel tribus monialibus antiquis associetur, aduertens etiam procedere, quod quies alia non ita grauis inualitudo vexat aliquam Sanctimoniale, nempe si quartana, aliave similis, subdens quod quando graui impulsus monialis infirmitate monasterium ingreditur Medicus, non potest ingredi cum illo famulus eius, neque practicus, aut alia persona: ob grauem vero illius infirmitatem, praeter Medicum, siue Medicos ordinarios eiusdem Monasterij, possunt & alij Medici conuocari, ut tenet Campan. *l. d. cap. 16. num. 27. vers. & cum in secunda*. [nouissime me citato *in hoc loco Tambur. d. dist. 24. quaest. 6. num. 1. & 2.*] † Et ad hoc, ut medici supra dicti intrare possint Monialium Monasteria non necessariò requiritur, quod sint Doctores, aut graduati, quia Medicus non a dignitate dicitur, sed a mendendo, ut tradit Bart. *in l. sciendum, ff. de adilit. edicto*, quem sequitur Syluester *verb. Medicus, num. 1.* resoluit in terminis Fr. Ludou. Miranda d. *concl. unica, vers. quintus casus*. Tambur. *d. quaest. 6. num. 2.*

Minutor insuper, siue tonsor, ita quoque associatus introducendus est ad emitrendum sanguinem, dum tamen antea medicus sanguinis emissionem determinauerit expedire, & necessarium esse, aut si aliqua Monialis consueuerit se aliquoties minuere, namque permittendum sibi esse cum consilio Praefectae

& Discretarum monasterij, ita idem Collect. *in eod. vers. quintus casus*.

Licitum etiam est introire pro aliquo opere exercendo, quod commodè extra monasterium fieri non potest, potest exemplificari in fabricatoribus, fabris lignariis, molitoribus, puteariis, & putatoribus: nam pergulas persaepe illic habent, arboreaeque, praesertim in hortulis, suntque alij artifices ad res necessarias, Giam *in append. ad suam summam Confess. §. 6.* Campan. *dist. cap. 16. n. 26.* [Tambur. *d. dist. 24. q. 6. n. 6.*] Fr. Lud. Miranda d. *concl. vnic. vers. septimus casus est*, ubi cum Collectan. priuileg. & Cordub. *in addit. ad comp. verb. ingredi monasteria monialium, §. 34. in explicat. septimi casus*, addit quod licet Frater Minor si fuerit artifex operis alciuius, possit ingredi sicut secularis, de decencia, tamen fieri non debet. Illud autem quod gloss. *in cap. vnic. de statu Monach. lib. 6.* opinata est de sartoribus, si intellexit de iis sartoribus, qui Latine ita dicuntur, & a sciendo procedunt, aliòve nomine fossores appellantur, tunc subsistere illius dictum non dubito: quod si de illis sartoribus intellexit, qui a sarcio ita dicti sunt, alio nomine futores, vel sarcinatores vocati, tunc eius resolutionem non admitterem, cum illorum introitus necessarius non sit, quia plerumque mensuram metiri ab extra facile possunt. Quando verò res aliqua nimium ponderosa defertur ad Monasterium, nec possit a Monialibus introduci, seu Conuersis dando illam a foris, neque in partes diuidi, ut sic parua introrittatur, tunc praecedente licentia ingredi possit, qui ad hoc necessarius esset, & cum socio, & sociis, si vnus esset inhabilis, quod idem dicendum non ambigitur, si ex monasterio foret res huiusmodi extrahenda, & colliguntur ex notatis per Collect. *d. verb. ingredi monasteria Monialium in 1. notab. vers. septimus casus*.

Cum igitur praedictis casibus necessitatis communiter occurrentibus, aliisque similibus si qui sint, permittitur sit ingressus supra dictorum, quorum repectina opera passim sunt necessaria, intra septa monasteriorum Monialium, pro illis non est necessaria licentia in scriptis, ut firmat Fr. Ioan. de la Cruz *de statu Relig. lib. 1. cap. 5. dub. 2. concl. 3. notab. 3.* [Hieron. Roder. *in comp. quaest. Regul. resol. 26. num. 8.* Villalob. *in summ. tom. 2. tract. 35. dist. 46. num. 4.*] & taliter ingredientibus solum dum vrget necessitas permanere debent: concessum enim ob necessitatem, dicitur permittitur quousque durat necessitas, ita quod cessante necessitate, debeat pariter cessare quod vrgebat, ad text. *in c. quod pro necessitate, 1. q. 1. Hostiens. in cap. cum in cunctis sub num. 4. vers. necessitate, de elect. Bart. in l. 1. §. nunciatio, num. 28. ff. de noui operis nunciat. Dec. *conf. 403. incip. Quamuis, num. 18.* Tiraq. *cessante causa à num. 184.* [Desideratur autem Episcopi licentia in scriptis extra illos casus necessitatis ex dispositione Concilij Trident. *sess. 25. de Regul. cap. 5.* ibi, sine Episcopo, aut Superioris licentia in scriptis obtenta, Suar. *de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 10. num. 15.* Sanchez *in precepta Decal. tom. 2. lib. 6. c. 16. num. 30.* Diana *moral. resol. p. 3. tract. 2. resol. 129.*]*

Vniuersi igitur, qui in aliquo ex praedictis casibus ingressuri illuc sunt, non ignorent incontinenti, omnique postposita mora debere inde exire, postquam eorum ministerium expleuerunt, & imminenti necessitati satisfecerunt, idque recto itinere exequi eos oportere, ita quod aliò non se diuertant, quin, etiam illic comedere, aut dormire est illis prorsus inhibendum, teste Collectan. *dist. vers. septimus casus*, ibi, *idem Urbanus*. Et quamuis intrantes Monialium clausuram, finitis negotiis statim debeant exire, &

id facere multo sit melius, consultius, ac magis rationi congruum; nihilominus tamen quamuis aliquantulum demorentur, & se detineant ibidem, non corrupta, aut sinistra intentione, sed curiositatis, vel charitatis gratia, nec peccabunt (saltem mortaliter) nec aliquam censuram incurrent. Idemque dicendum est de Monialibus exeuntibus, & egredientibus clausuram in casu sibi permisso, & cum debita licentia, quod non peccabunt etiam si finito negotio, per aliquantulum temporis amplius se detineant, quia cum huiusmodi praecipua sint moralia, moraliter sunt intelligenda, atque interpretanda, & non secundum regulas Metaphysicas, iuxta quas res in puncto consistunt indiuisibili, non sic autem est in rebus moralibus, in quibus quam maxima est latitudo prudentium iudicio, atque arbitrio pendenda, & consideranda; ita Collectan. *privileg. verb. ingredi monasteria Monialium, §. 34.* optime Fr. Ludou. Miranda *dist. 9. 2. art. 10.* [me citato *in hoc loco Tambur. d. dist. 20. q. 7.* Verum si finito ministerio multo spatio ibi morerentur ob malum finem, non solum peccabunt mort, sed etiam incurrent in excommunicationem latam à Gregorio XIII. ut sentiunt Bonacin. *de clausura, q. 4. punct. 4. n. 2.* Merola *in dist. Theolog. moral. tom. 1. dist. 1. dist. 7. n. 498.*]

Concessio facta alicui de intrando ad monasteria Monialium, intelligitur de prima vice, aded quod si semel vigore illius facultatis ingressus fuerit, amplius accedere non possit, ita iudicatum dicit Aloyf. Ricc. *in praxi rerum fori Ecol. dec. 649. in 1. edit. & resol. 545. in 2. edit. Vgol. de offic. Episcopi. 2. 1. §. 3.* [Salas *de legib. dist. 17. sect. 13. n. 62.* Diana *moral. tract. 2. de dub. Regul. resol. 38.* me citato *in hoc loco Tambur. dist. 26. q. 1. n. 2.*] contra Bonac. *q. 3. punct. 3. n. 8.* Et extendi ad socium obtinentis obseruat Galet. *verb. licentia 2.* Fr. Emman. *tom. 3. q. 6. art. 2.* Aloyf. Ricc. *in praxi fori Ecol. dec. 649. in 1. edit. alias resol. 632. in 2. edit.* [Extra casus necessitatis dare licentiam alicui ingrediendi monasteria Monialium ad solum Papam pertinet, ut per Concil. Trid. resoluit Fr. Laurent. de Peitinis *in form. Regul. lit. M. c. 3. n. 4.* Mulieres autem in vim licentiarum huiusmodi ingredientibus quomodo, & cum quibus conditionibus, eis vi possunt, declarauit S. D. N. Urbanus VIII. *in sua constit. incip. Sacrosanctum, 29. in ord. tom. 4. Bullar. his verbis. Mulieres in vim licentiarum obtinentiarum à Romanis Pont. ingrediendi aliquod monasterium Monialium, non nisi de expresso earundem Monialium, & illarum Superiorum consensu illud ingredi possint, aut debeant. Decernimus autem consensum dictarum Monialium de cetero per easdem Moniales capitulariter & per secreta suffragia praestandum esse, & praestari debere, alias licentia huiusmodi mulieribus, quibus concessa fuerint, nullatenus suffragetur, & quae sanctimonialium monasteria vigore licentiarum praedictarum absque consensu capitulariter, ut praefertur, praestari ingredi praesumpserint, sententias, censuras, & poenas contra clausuras monasteriorum monialium violantes inflictas se nouerim incursumas.* Refert Fr. Laurent. de Peitinis *d. c. 3. n. 5.*]

Haecenus de masculis egimus, quibus licentia indulgetur pro necessitatibus occurrentibus Monialium ingredi monasteria, nunc cum faeminae non possint monasteria Monialium sine licentia ingredi, ut ait Bonac. *dist. quaest. 4. punct. 1. num. 3.* locus erit adiungere casus aliquos, in quibus fas erit faeminae ad illa intrare. Et primò licentia indulgetur volentibus intrare, ut famulabus, & causa inseruendi domesticis seruitiis, licitum namque videtur etiam in monasterijs Monialium S. Clarae, & aliarum, quae à sua fundatione clausuram promiserunt, si ibi non sint Moniales laicae, siue conuersae seruentiales, Barbus. *de Episcopo. Pars III.*

habere seculares ancillas de licentia potentis illam dare, quia in Concilio dicto *cap. 5.* conceditur facultas praestandi licentiam ad ingrediendum Monialium monasteria in casibus necessariis Episcopis, aliisque Superioribus Praelatis, & certum est (ut supra dixi) quod praedicta necessitas ad ingrediendam, seu ad existendum ibidem non debet esse simpliciter necessaria necessitate absoluta, Logica, aut Metaphysica, extrema, aut strictissima: sed moralis, & rationalis. Moraliter autem loquendo, quis non videat Moniales praedictas, praesertim ubi ad id non sunt aliae Moniales laicae, quam maxime indigere supradictis secularibus ancillis, ut inseruiant infirmis, & exercentur in aliis infirmis ministerijs coquinae, & aliis, in quibus commodè exerceri non possunt aliae Moniales, quae choro, ac diuinis officiis sunt destinatae, & mancipatae tum etiam, quia post vnam concessionem Pauli III. *de anno 1536.* aliam obtinuit Fr. Ioan. de Aguilera Rom. Curiae Commissarius 27. Septemb. 1569. ut in quolibet Monialium conuentu possint ipsae Moniales habere tres, vel quatuor ancillas pro communi seruitio monasterij, si commodè eas sustentare possent, dummodo sint honestae vitae, & à Conuentu non egrediantur: quare ita tenent Sorb. *in sua annot. ad compend. mendicant. verb. ingredi monasteria, vers. de illis vero*, Nauarr. *ad dist. cap. statuimus, num. 66. latè*, & elegantè Fr. Ludouic. Miranda *dist. quaest. 2. art. 5.* me citato *in hoc loco Bonacin. d. punct. 4. n. 10.* Non poterunt tamen ancillas habere, quibus liberum sit clausura intrare, & exire quando liberit, etiam si adit consuetudo, ut declaratum existit per sacram Congregat. Concilij *in vna Abulensi die 20. Febr.* cui sub his verbis supplicauit Reuerendissimus Episc. Abul. Illustrissimi, & Reuerendissimi Domini. Abbatissa & Moniales monasterij sanctae Annae Ordinis sancti Bernardi prope, & extra muros ciuitatis Abulensis, quae Episcopo Abulensi immediatè subiecta sunt, praetendunt quod intra clausura monasterij pro seruitio Monialium possunt habere, & retinere, quasdam ancillas in habitu, & vna seculari degentes, quibus clausura intrare, & exire etiam quandoque liberit, & alias de nouo posse recipere testantur, quod sit contra Decreta Concilij Trid. & Apostol. Constitutiones; Reuerendiss. Dom. Episcopus Abulens. Monialibus prohibuit, ne intra clausura dicti monasterij praedictas ancillas seculares vltioris de nouo recipere; sed Abbatissa & Moniales praedictae contra praecipuum dicti Episcopi insurgunt, ex eo quod afferunt habere consuetudinem recipiendi, & retinendi dictas ancillas; quare Reuerendissimus Episcopus Abulens. Illustrissimus, & Reuerendiss. Dominatibus vestris supplicat, dignentur illi rescribere, quid in hoc Sacra Congregat. faciendum fore dignum indicabit. In Congregat. autem confirmatum, & approbatum fuit quicquid per Reuerendiss. Dominum Episcopum promissum fuit ut supra, ac executioni demandari, &c: refert Campan. *d. rub. 12. cap. 16. num. 28.* [me citato *in hoc loco Tambur. d. dist. 24. quaest. 16.*]

Secundus casus, quo faeminae permittitur ingressus in monasteria Monialium, est, si causa educationis illuc velint ingredi. Diximus enim de mente Concilij Trident. Episcopos, & Superiores Praelatos facultate posse concedere intrandi, siue existendi in monasterijs Monialium in casibus necessariis: quae cum ita sit, non a ratione videtur alienum dicei institutionem praedictarum puellarum secularium nobilium vnum esse ex casibus necessariis, & nec modicum, quin vero multum toti Reip. Christianae conuenientem, ut ibidem bonis ac sanctis moribus

instructæ, ad religionem efficiantur, atque ad proficendum incitentur, & pramouentur, aut si forsan coniugalem statum voluerint assumere, sancte, & religiose educatæ maiorem proculdubio virtutis curam habebunt, operibusque misericordiae amplius inuigilabunt, quæ omnia moralem quandam constituent necessitatem, ob quam iuxta Concil. licitum esse videatur eisdem licentiam indulgere, vt intra prædictarum Monialium monasteria nutriantur, vnde Sacram Congreg. rescripisse Episcopo Hieracendie vlt. Augusti 1575. puellas educationis gratia, licet sacro vestitu indutæ non sint, non prohiberi in monasteriis Monialium retineri cum certis conditionibus ibi expressis, referunt Zerola in *praxi Episcop. part. 1. verb. Moniales*, §. 10. [Pialec. in simili *praxi*] part. 2. cap. 3. num. 57. Quarant. in *summa Bullarj verb. Monasteria Monialium*, pag. 449. in nouiss. impress. Campanil. *diel. cap. 16. num. 28. vers. secundus*. Fr. Ioan. de la Cruz *d. cap. 5. dub. 2. propè finem*. Fr. Emman. *quest. Regular. tom. 1. quest. 46. art. 10. Fr. Ludouic. Miranda diel. quest. 2. art. 6. Azor. d. lib. 1. 3. cap. 8. quest. 4. Sanchez d. lib. 6. cap. 16. à num. 61. Soar. de Relig. tom. 4. lib. 1. c. 10. num. 21. me citato in hoc loco Bonacina d. punct. 4. p. 15. [nouissimè Marcel. Vulpe in d. *praxi ind. fori Eccl. c. 4. num. 16. Gauant. in man. Episcop. verb. Monialium educatio*. Lezana in *summ. quest. Regular. c. 25. num. 29. Anard. Victor. de origine, & clausur. monial. §. de puellis scul. pag. 42. me citato in hoc loco Tamburin. *diel. 1. q. 1. num. 2. & seqq.*]**

Prima igitur conditio est, quod Monasterium, vbi recipiuntur, non habeat institutum in contrarium, quo id ipsum prohibeatur, nam seruanda sunt cuiuslibet Monasterij instituta, ex declarat. Illustriss. Cardinal. dicit Fr. Ludou. Miranda *diel. art. 6. concl. 2. vers. prima*, & colligitur ex illa Episcopo Hieracens. transmissa, ibi, si tamen eadem monasteria ante Concilium consueverint huiusmodi puellas recipere. Secunda, quod prædictæ puellæ non sint admittendæ, & recipiendæ, nisi de consensu Abbatissæ & monialium, & de consensu, & licentia in scriptis superioris earundem, & constat ex eadem declarat. ibi, sicque à Superioribus monasterium scriptam licentiam impetrauerint, atque Abbatissæ, & reliquarum Monialium consensus accesserit. [Vnde sacra Congreg. super negotiis Episcop. & Regular. præposita in *Amelien. 4. Ianuar. 1608. censuit* Abbatissæ relationi exerceat valendum non esse vt puella recipi possit educationis causa in monasteriis Monialium nisi procedat omnium consensus singulariter præstitus, nouissimè Tamburin. *de iure Abbatissæ. diel. 1. quest. 1. num. 5.*] Tertia, quod debent in monasteriis manere sine ancillis; Tamburin. *d. diel. 1. quest. 2. num. 8. nec inde exire* (nisi non reuerfuræ) possint, & obligatæ sunt ad clausuram, & ad cætera sicut ipsæ moniales, aliter statim excludendæ. Tamburin. *d. diel. 1. quest. 2. n. 14. Quarantia*, quod si semel à monasterio exierint, non sunt amplius ibidem admittendæ, & recipiendæ, nisi illæ, quæ valetudinis gratia, & alicuius infirmitatis grauis curandæ de licentia Superioris in scriptis obrenta ad balnea exierint, dummodo Abbatissæ, ac reliquarum Monialium accedat consensus, quia ob agritudinem curandam de licentia Superioris, & consensu Abbatissæ, ac Monialium exiens cum consensu, & licentia ipsarum potest admitti. Quarta, quod vtantur eo vestimento, quod virginali modestiæ, & pudori conueniat. Tamburin. *d. quest. 2. num. 7. Sexta*, quod in prædictis monasteriis Monialium educationis gratia receptæ, restituantur patribus, seu parentibus quandocumque eas petierint. Septima, quod non sint super numerum præfixum. Tambu-

rin. *diel. diel. 1. quest. 2. num. 6. Oclana*, quod quolibet semestri eis anticipata soluantur portio pro alimentis. Tamburin. *diel. quest. 1. 1. num. 17. Nona*, quod sit locus separatus à loco, vbi degunt alie Moniales professe, & nouitiæ pro dormitione, & laboratio. Tamburin. *diel. diel. 1. quest. 2. num. 12. & 13. Decima*, quod puellæ delectæ ex hospitalibus, & aliis piis locis, donec offeratur occasio, siue facultas ipsas nubendi, quamuis in prædictis Monialium monasteriis recipi possint, vt ibidem inferuant, nulli tamen moniali priuatiu, atque in particulari possint inferuire. Undecima, quod licet puellæ, quæ iam à parentibus suis ad religionem destinatæ fuerint in habitu seculari, septimo, vel octauo ætatis suæ annò in Conuentibus, seu monasteriis Monialium possint recipi, ibique manere vsque ad duodecimum, vel decimumquartum annum, vt sic possint litteras, & cantum addicere, ac bonis moribus imbui, expleto tamen prædicto tempore, si religionem elegerint, habitu regulari induantur, sin autem id tenuerint, liberè in domum parentum suorum mittantur, & amplius monasterium non ingrediantur. [Tamburin. me citato in hoc loco *diel. quest. 2. num. 18.*]

Puellæ huiusmodi causa educationis in monasteriis recipi non possunt minores septennio, & maiores vigesimoquinto, vt decisum à Sacra Congreg. referunt Galet. in *margarita casuum conscientia, verb. monialis*, §. Zerola in *praxi Episcop. part. 1. verb. Moniales*, §. 11. Aloyf. Ricc. in *praxi fori Eccles. resol. 641. in 2. edit. Lezana d. c. 25. n. 29.* Postquam vrò præterit tempus annorum 25, intra quod illic morari conceditur ex causa educationis, si statim puella non egreditur, neque ipsa, neque alia quæuis incidit in excommunicationem, seu censuram, sed potest Episcopus terminum constitutere, intra quem eligat puella, vt utrum velit Monialis fieri, aut è monasterio egredi, iuxta alteram eiusdem Congreg. declarationem, cuius testes sunt Francisc. Leo in *thesauro fori Ecclesiastici part. 2. cap. 16. num. 54. Campan. d. c. 16. num. 29. me citato in hoc loco Bonac. diel. punct. 4. n. 16.* [Tamburin. *d. quest. 2. num. 9. nouissimè me citato in hoc loco Nouar. in lucerna Regular. verb. educatio n. 9.*]

Famulas seculares pro totius monasterij obsequio possunt Moniales habere, quando ibi non sunt conuerse, quæ istud ministerium exerceat valeant, dummodo foras non exeant, & admittantur de licentia Superiorum, Nau. *d. comm. 4. de Regular. n. 66. & 67. Sanch. d. lib. 6. cap. 16. num. 66. Lauret. de Peirinis tom. 2. priuileg. Ad inmor. in constitut. 6. Pij V. n. 31.* Pro priuato autem monasterio alicuius monialis nobilissimæ agræ valetudinis, aut nimie senectutis, existimauit Fr. Emman. *d. tom. 1. q. 46. art. 9.* posse Superiores ancillas concedere, sed id non esse licitum resoluit Miranda *d. tract. de sacris monial. q. 2. art. 9. saltem sine licentia Sedis Apost. Gauant. in man. Episc. verb. monialium receptio n. 14. cum seqq.* Monialibus vrò S. Claræ ancillæ non dantur in communi, ex decisione S. Congr. Concil. in *Tarenin. 12. Aprilis, & in Foglinen. 22. Nouemb. 1619.* nec pro puellis educandis, S. Cong. negotiis Episcop. & Regul. præposita in *Ncapol. 12. Martij 1619.*]

Quoad mulieres vrò nuptas dicendum in monasteriis Monialium recipi non debere, & idèd à Sacra Congreg. reiectam fuisse petitionem cuiusdam Comitissæ, quæ propter quandam infirmitatem à suo marito volebat separari, & cum tribus filiabus ingredi quoddam Monialium monasterium, vt asserit Fr. Ludouic. Miranda *d. quest. 2. art. 6. concl. vnic.* Illæ tamen, quæ sunt in discordia cum matris, & eorum leuitiam

sanctiam timent, si extra culpam sunt quamdiu iustam causam timentè habuerint, debent, si sunt in monasteriis, tollerari, in posterum vero huiusmodi mulieres non possunt recipi, ita referunt decisum Zerola in *praxi Episcop. part. 1. verb. Moniales*, §. 12. Campan. *d. cap. 16. num. 30. me citato in hoc loco Bonacina. de clausur. quest. 4. punct. 3. num. 17.* [& Tamburin. *diel. 2. 4. quest. 14. num. 1.*] Mulier vrò, quæ venit in suspicionem marito, & timet ob id ne ab eo vis aliqua inferatur, debet permitti, vt possit ingredi monasterium monialium, si modo Constitutiones monasterij non repugnant, & accedat consensus Superiorum, Abbatissæ, & Monialium, & causa cessante ingressus, debet inde exire, & si semel exierit, nunquam postea in idem monasterium ingredi poterit, & tenetur ad clausuram, sicut alie Moniales, & stare sine ancillis, & seruate conditiones alias supra positas, referunt quoque decisum, Zerola & Campan. in locis proximè citatis, Fr. Ioan. de la Cruz *d. c. 5. dub. 2. conclus. 3. in fine.* [me citato in hoc loco Tamburin. *d. quest. 14.*]

67 Respectu vrò viduarum scio quoque decisum, quod illæ, quæ viris mortuis honestatis causa se contulerunt in monasterium, modo sint bonæ existimationis, & famæ, legibusque monialium parent, tolerari debent; de cætero tamen nullæ huiusmodi viduæ recipi debent, nisi moniales fieri vellent. Et aduertendum duxi non posse Episcopum dare licentiam viduæ ingredi volenti, atque in habitu laicali permanere, etiam si toto tempore vitæ suæ illic degere, nec amplius inde exire vellent, quia in istis nulla adest causa necessaria, referunt decisum, Fr. Ludou. Miranda *diel. art. 6. conclus. vnic.* Campanil. *diel. c. 16. num. 30. vers. & respectu.* & num. 31. *vers. tandem, me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiast. tract. 9. quest. 11. in fine.* [me citato Lezana *d. cap. 25. num. 28. & 30. & me etiam citato Tamburin. d. q. 1. 4. num. 3. & Nauarr. in lucerna Regular. verb. educatio num. 13.*]

68 Non potest præstari maribus licentia ingrediendi monasteria Monialium etiam ad inuisendas filias mortis proximas, quia huiusmodi marum ingressus non est medium adeo necessarium ad medendum huiusmodi agritudinibus, nec ad tollendas infirmitates, in quibus filie sunt constitutæ, inamo ipsi filias monialibus damnosus, atque nociuus & corpori, & animæ: nam præ nimia amoris teneritudine in præsentia marum affligentur & ipsæ filie, distrahenturque ab intentione charitatis, & amoris, quem (maximè in tali transitu) habere debent erga Deum, quo naturali amore distractæ impediuntur etiam, ne sursum corda sua leuare possunt. Quare sic decisum fuisse per sacram Congregationem referunt Fr. Ludou. Miranda *diel. quest. 2. art. 8. Zerola in praxi Episcop. part. 1. verb. Moniales*, §. 8. *vers. secundo*, Fr. Ioan. de la Cruz *diel. cap. 5. dub. 2. conclus. 3. notab. 3.* Fr. Emman. *tom. 1. quest. 46. art. 11. Quaranta diel. verb. monasteria monialium, vers. sed an liceat, pag. 453. in nouiss. impr.* [Lezana *d. cap. 25. num. 31. me citato in hoc loco Tamburin. diel. 24. quest. 17.*]

69 Pro meliori monialium clausuræ obseruatione, & ne illæ à diuinis aliquatenus hominum colloquijs videantur separari, Alexand. III. in *conuentione*, 8. *de vita & honest. cleric.* constituit, quod frequentans monasteria Monialium, & monitus non desistens, si clericus sit, deponatur, si vrò laicus excommunicetur, ex quo text. gloss. ibi asserit istam frequentiam non in vniuo actu exemplificari, sed plurius, scilicet duobus, sequitur Abb. *num. 5. Barbof. de Episcopo. Pars III.*

frequentia enim ex duabus vicibus inducitur, iuxta resoluta per Mascard. *de probation. concl. 424. num. 16.* & in terminis quod frequentia alloquendi cum Monialibus inducatur ex duabus vicibus, tenent Cosm. in *pragmat. ad cap. frequens*, §. *quapropter, fol. 54.* Stephan. Gratian. *disception. forens. cap. 393. num. 17.* Zerola *diel. verb. Moniales*, §. 7. vbi etiam dicit, quod circa frequentiam locutionum clerici cum Monialibus non est restringendum ad dictum illius glossæ, quia frequentare non intelligitur, etiam qui tribus annis duodecies alloqueretur. Ego tamen credo melius dicendum istius frequentia declarationem, si ea intercedat in hoc casu, remittendam esse iudicis arbitrio, Nauarr. in *diel. cap. statumimus*, num. 61. *vers. quibus addo, & in cap. cum constitueret, vers. multiplici, num. 23. de parit. distinct. 5.* Campan. *diel. cap. 16. num. 40. Sanchez diel. lib. 6. cap. 16. à num. 109.*

Locutio cum Monialibus strictissimè prohibetur in Concilio II. Hispanen. relato ab Ambrosio de Morales *part. 2. chronica Hispania lib. 2. cap. 15. fol. 115.* [& si adit scandalum, praua intentio, occasio peccandi, vel suspicio de fama monasterij, vt fere semper ex frequenti ista allocutione Monialium insurgit, sine dubio est peccatum mort. propter grauitatem materiae. Suar. *de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 1. cap. 10. num. 27. Lezana d. cap. 25. num. 36.*] debet autem adesse legitima causa ob quam permittatur alloquutio cum Monialibus, & accessus ad earum Monasteria, cum non sufficiat occasio consanguinitatis, Zerola *diel. verb. Moniales*, §. 7. *vers. circa secundum*, Stephan. Gratian. *diel. cap. 393. num. 16.* Vnde contra Laicos sine manifesta & notabili causa frequentantes monasteria Monialium fertur excommunicatio comminatoria, quam solo frequenti accessu non incurrunt, nisi ab Episcopo moniti, vt desistant, nolint ab accessu desistere. *diel. cap. monasteria*, ibi, si Laici excommunicationi subdantur, &c. referunt Bonacina *de clausura Relig. q. 3. punct. 4. num. 1.* resoluit Bobad. in *sua politica lib. 2. cap. 17. num. 50.* Contra Clericum vero frequentantem monasteria Monialium si ab Episcopo monitus corrigi noluerit, ferenda est pœna suspensionis, *diel. cap. monasteria*, ibi, si quisquam clericus sine manifesta & notabili causa frequentare presumpserit, per Episcopum arceatur (id est, moneatur, seu monendo corrigatur) & si non desisterit, ab officio Ecclesiastico reddatur immunis (id est, suspendatur ab officio Ecclesiastico,) ita Bonacina *diel. punct. 4. num. 2.* Regulares ab ipsarum Sanctimonialium habitatione, & colloquutione antiquitus arcebantur, atque adeo quod si contigisset videre aliquam propinquam coram Abbatissa, permittitur erat illi confabulari per modica, & compendiofa verba, breueque tempus, iuxta *cap. diffinimus*, 18. q. 2. consimileque decretum prodiit ex *d. Concil. Hispanen.* registrato in *cap. in decima, eadem causa, & quest. præcipiente respectu Monachorum*, vt remoti ab illarum familiaritate degerent, nec vsque ad vestibulum haberent accedendi familiare permittitur, & neque Abbati, vel ei, quæ præstebatur extracam, quæ præerat, loqui Virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem earum pertineret, licuisset, neque cum ea sola, quæ præerat, frequenter eos loqui potuisset, sed sub testimonio duarum, vel trium sororum, ita vt rara esset accessio, & breuis omninò loquutio.

His etiam nostris temporibus per Decretum sacre Congr. *supra Episcopos, & Regulares insu. Sixti V. sub Nonis Maij 1590.* prohibentur iidem Regulares ad Monialium monasteria cuiuscumque Ordinis accedere.

cedere, & auferretur Episcopis, aut aliis Superioribus omnis potestas concedendi illis licentiam illuc eundi, & cum eis alloquendi, sibi que eam facultatem retinuit eadem sacra Congregat. Decretum autem huiusmodi est quod sequitur. *Illustr. & R.R. DD. Cardinales sacra Regularium Congreg. Prefecti ad occurrendum scandalis, que contingere possunt, aliisque iniustis & rationabilibus causis animarum ipsorum pie mouentibus de speciali, & expresso mandato S.D.N. Sixti diuina providentia Pape V. vniuersi vocis oraculo eis facto decreuerunt, & mandauerunt, nulli posthac Religioso cuiuscumque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat (superiore, cui monasterij seu domus cura incumbit, Visitatione, vel Visitatoribus, Confessorioque ordinario, & extraordinario cum ad tempus deputabitur, dumtaxat exceptiis) licere absque licentia expressa eiusdem S. Congreg. accedere ad monasteria, seu domus quarumcumque Monialium, vel Sororum, siue sui, siue alterius. cuiusvis Ordinis colloquendum, siue tractandum cum eis. Quod si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad predicandum verbum Dei & ad celebrandas Missas in ipsorum Monialium, seu locorum Ecclesijs, siue oratorij exterioribus, siue extra claustra existentibus mitti contigerit, prohibuerunt ne dicti Religiosi vilo quasi colore Moniales, Sorores, aut quamlibet aliam personam intra claustrum degentes alloqui possint. Confessorij autem similiter interdixerunt ne in edibus monasterij, seu domus, vel monasterio, seu domus Monialium, Sororum contigujs pernoscant, aut alios pernoscere faciant, vel alias secum retineant; neve extra tempora generalium Confessionum (quibus solum tantum Confessorio refectionem diuinam accipere vix permittitur, & iam demum videlicet cum sua habitatio, aut virorum domus, vel monasterium, in qua degit, à Monialium, seu Sororum monasterio, vel domo nimium distat, nisi tamen & eo casu contrarium specialiter constitutum sit) ibi nullo modo comedant, reficiantur, aut cibum sumant. Quæ omnia, & singula sub penis priuationis officiorum, ac vocis actiua & passiva ipso facto incurrendis, aliisque eiusdem Congregat. arbitrio præcepunt inuoluntate obseruari, iniungentes cunctis R.R. Patribus Generalibus, Prouincialibus, &c. cuius decreti tenorem referunt Sorb. in compendio Mendicantium, verb. ingredi monasteria, Quarant. dict. verb. monasteria Monialium, pag. 451. in nouiss. impress. Campan. dict. cap. 16. num. 43. versic. Illustrissimè, vbi etiam asserit Decretum hoc fuisse extensum ad Regulares sancti Hierosolymitani per sacram Congregat. Vicario Neapol. referentem, & Bonacina de clausura Regul. quest. 2. punct. 4. num. 3. vbi num. 4. tenet hoc decretum obligare sub mortali, & Coriolan. de casibus reuerentis, par. 2. casu 3. num. 42. refert hoc ipsum fuisse decisis in hæc verba: Sacra Congregat. die 1. Iulij 1606. Attentis narratis, ac dubio presato nature dissonso, ac examinato censuit, ac declarauit Regulares accedentes ad monasteria Monialium contra formam decreti, huiusmodi accessus per sacram Congregat. prohibetur, ultra penas priuationis officiorum, ac vocis actiua & passiva incurrere etiam penam peccati mortalis, &c. [de hoc decreto meminerunt Laurent. de Peirinis tom. 2. priuileg. Minimor. in cons. 6. Pij V. num. 36. Lezana in summa quest. Regular. cap. 25. num. 37. versic. quod decretum, ibi, insuper præter prædictas penas peccare, Salas in part. 2. disput. 15. sect. 1. conclus. 2. num. 16. Bonacina de clausura quest. 3. puncto 4. num. 4. Diana moral. resolut. part. 1. tract. 10. resolut. 22. nouissimè Tamburin. de iure Abbat. disp. 25. q. 5.*

Nouissimè à Sacra Cardinalium Congreg. sub 12. Kalend. Decembris 1623. de mandato S.D.N. Vrba-

ni VII. concessum fuit Episcopis, ut licentiam dare valeant Religiosis alloquendi Moniales seruatis certis regulis, & conditionibus, vt patet ex ipso sacra Congregat. decreto, in quo sic habetur, *Et quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quolibet anno cuiusque Regulari vt Moniales sibi in primo, & secundo consanguinitatis gradu conuenienter conuenire, & alloqui possint. Id vero non aliter quam seruata ad vnguem forma infra scripta; Vt id nullo modo liceat diebus festiuis, aut in Aduentu, Quadragesima, feria sexta, sabbato, & vigilijs, prædictaque licentia obtenta ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectet eam concedere, consignetur Confessorio Ordinario monasterij, qui penes se retinere debeat, isque associet, & presens sit, & auscultatrices de more, non autem alia assistant: prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in scriptis concedatur, in libris Cancellaria eiusdem Ordinarj annotetur. Quod si prædicti locorum Ordinarij per plures vices, vel in vltiori gradu conuenienter, aut aliter quam seruata forma supra dicta licentias concesserint, vel permisserint, sciant se intentionis S. D. N. & sacra Congregat. transgressores, iudicium reformidant: Regulares autem in penis in supra dicto decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinissent, eo ipso se noverint esse addictos, & arbitrio sacra Congregat. seuerius puniendos Roma 12. Kalend. Decembr. 1623. refert [Lauret. de Franchis de controuers. inter Episcop. & Regular. pag. 225. Lezana dict. cap. 25. num. 36. versic. quod decretum.] Bonacina dict. punct. 4. num. 4. vbi num. 5. resolut. Religiosum præfatis penis affici vnico accessu, quia decretum loquitur de accedentibus siue licentia sacra Congregationis, non verò de frequentantibus, & n. 6. asserit Religiosum in conscientia teneri has penas sponte subire ante sententiam iudicis delatoriam, si loquatur de priuatione vocis actiua & passiva, & quia ad executionem huius penæ nulla hominis actio requiritur. Coriolan. verò de casibus reuerentis p. 2. casu 2. num. 43. asserit penam illam priuationis vocis actiua & passiva taxatam à Congregat. Illustrissimorum DD. Cardinal. contra Regulares alloquentes cum Monialibus, si delictum est occultum, non teneri quem subire, nec se prodere in foro contentioso, sed procurare rehabilitationem secreto modo; vnde nec statim debet officium suum relinquere cum iactura suæ famæ & honoris, vt tenent Cordub. Nauar. Sor. & alij, licet in foro conscientia secus sentiat Porcel. in dubijs Regularibus verb. electio num. 17. & ex traditis per Soar. de legibus lib. 5. cap. 9. maxime n. 5. & 6.*

[Regularis absque legitima licentia accedens ad monasterium monialium Regularibus subiectarum, ibique in loco colloquij destinato cum moniali colloquens, à dicecesano Episcopo tanquam Sedis Apostol. delegato coerceri & puniri potest. Ita per sacram Congregat. Concilij fuisse decisis referunt Nauar. in summ. verb. clausura & accessus num. 8. Tamburin. d. disp. 25. q. 4. n. fin.]

Dubitari potest an Regulares adeuntes monasteria monialium absque Episcopi licentia incidant in penam excommunicationis, quam Episcopus suo edicto proposuit: Videbatur quod sic, per text. in c. 1. de priuileg. lib. 6. & per ea que resoluunt Iacob. de Graff. in dec. aureis p. 1. lib. 2. c. 49. n. 68. Nau. cons. 2. incip. Regulares, de sentent. excommuni. Campan. dict. cap. 16. num. 42. intendentes respondere textui in Clement. 1. de priuileg. Secus si Regulares habeant ex priuilegio non posse ab Episcopis excommunicari, & ita sacram Congreg. censuisse die 19. April. 1587. ex.

ex Capuce. refert Fr. Emman. tom. 1. quest. 45. art. 2. in fine, referunt etiam Quaranta dict. verb. monasteria Monialium, vers. dubitari, pag. 453. in nouiss. impress. Campanil. dict. num. 42. in fine. [Marcel. Vulpes dict. cap. 4. num. 8. Suar. de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 10. num. 27. Lezana dict. cap. 25. num. 35. Tambur. d. disput. 25. q. 9.] ex eo, quia à non suo iudice nemo potest ligari, sicut nec solui, cap. cum inferior, de maiorit. & obed. tum quia iurisdicção ad quam pertinet potestas ligandi censuris, non conuenit Episcopo in exemptos, Henric. in summ. lib. 7. cap. 25. §. 7. litter. K, tum etiam, quia Episcopus non potest exemptos excommunicare, suspendere, vel interdicare si priuilegium speciale habeant ne possint excommunicari, suspendi, vel interdici, cap. 1. §. in eos autem, de priuileg. lib. 6. Sanch. de Mairimon. lib. 7. disput. 33. num. 25.

74 Prædicta censura per statutum, aut edictum Episcopale ipso iure aduersus adeuntes monasteria Monialium, & cum illis alloquentes, comprehendit etiam accedentes ad monasteria exempta Monialium subdita Regularibus, qui non subdunt iurisdictioni Episcoporum, existentia intra suam dicecesim. Ita cum Gemianin. in cap. 1. §. & quoniam, num. 8. de statu Regular. optime resolut. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 93. num. 23. cum sequent. [& latè per multa fundamenta Lauret. de Franchis vbi supra pag. 228. & seqq. Bonacin. de clausura quest. 3. puncto 4.] dum tamen expressè vetitus fuerit accessus ad monasteria etiam exempta, alioquin generica prohibitio non afficit euntes ad exempta, Syluest. verb. excommunicatio, 2. num. 14. summ. Rosel. eodem verb. 7. sub num. 4. Roland. à Valle consil. 33. incip. Illustris, sub num. 32. volum. 3. quos refert, & sequitur Campanil. dict. cap. 16. num. 45. [me citato in hoc loco Tamburin. d. disput. 25. q. 7. & 9. num. 1. in fine, Nauar. in summ. Bullar. verb. de clausura & accessu n. 15.] Et comprehendere tam subditum, quam non subditum, ex eo quod Episcopus imponens penam eunti ad monasterium, istud ire est delinquere, & sic delictum est factum in loco non exempto, licet sit consummatum in loco exempto, quod Ordinarius poterit punire, resolut. post Roland. dict. consil. 33. num. 16. Stephan. Gratian. vbi proxime, & me citato in hoc loco Bonac. de clausura 3. puncto 4. num. 1. propè fin. Vnde non videtur tuta resolutio Iacob. de Graff. in suis decis. aureis lib. 5. cap. 2. num. 19. dicentis quod si constitutio excommunicaret committentem aliquod facinus, aut aliquid inhonestum exequentem in monasterio quocumque etiam exempto, vel inhonestè profertentem verba Monialibus, non eum ligaret qui illa ageret in monasterio exempto, nisi intelligamus de monasterio exempto sicut etiam in loco exempto; si verò sit in dicecesi alicuius Episcopi, & verba foris profertantur, vel ad illud eatur intentione profertendi illa, credo excommunicationem non cuitare, propter rationem quam asserit Stephan. Gratian. loco citato, & hoc tempore euidenter hoc ipsum colligitur ex Constitut. Gregor. XV. de exemptorum priuilegijs, incip. Inscruiabilis, de qua supra alleg. num. 9. in fine, & ex decreto Sacr. Congreg. approbante S. D. N. Urbano VIII. de anno 1624. vt refert Bonac. dict. q. 2. puncto 4. num. 8. [An Regulares accedentes ad monasteria monialium absque Episcopi licentia incidant in excommunicationem, quam Episcopus proposuit contra tales? Sacra Congregat. affirmatiue respondet, nisi Regulares illi haberent ex priuilegio quod non possint excommunicari, referunt Suar. de Religion. tom. 4. tract. 1. lib. 1. cap. 10. num. 27.

75 Diana moral. resolut. part. 3. tract. 2. resolut. 103.] Quo verò ad licentiam petendam pro accessu ad hæc monasteria exempta, opus est ab Episcopo loci eam obtinere, vltra aliam Superioris Regularis, iuxta supra dicta, quod hodie admittitur si consuetudo suppetat, quia refertur Sacr. Congreg. censuisse facultatem concedendi licentiam adeundi ad colloquium cum Monialibus Regularibus subiectis, spectare ad ipsos Superiores Regulares, nisi esset consuetudo legitime præscripta, vt huiusmodi licentiæ, etiam quoad monasteria, quæ Regularibus subdunt, ab Episcopo tantum, vel ab Episcopo, & Superiore Regulari coniunctiue obtinerentur, tunc enim consuetudinem esse obsetuandam voluit, ita aiunt Quaranta dict. verb. monasteria monialium, vers. hinc tagenda, pag. 453. Campan. dict. cap. 16. num. 45. me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiast. tractat. 11. cap. 29. in fine, [latè me citato in hoc loco Tamburin. de iure Abbatissar. disput. 26. quest. 2. Piascel. in praxi Episcop. par. 2. cap. 3. num. 54. Attendat. in addit. ad recopilat. legum Nauarre lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 99. Et Sacra Congreg. negotijs Episcoporum & Regularium præposita in Carnarimen. 21. Februar. 1617. censuit licentiam alloquendi Moniales Regularibus subiectas concedendam esse ab Episcopo, seu eius Vicario generali, & à Superiore Regulari, cui Moniales ipsæ subiectæ sunt, coniunctiue, ita ut idem Episcopus, seu eius Vicarius primo loco subscribat: Edicta verò, quibus personis secularibus ad earumdem monialium monasteria accessus prohibetur, ab Episcopo dumtaxat subscribenda, & publicanda esse.]

76 Quamuis iure communi reperitur prohibitum Monialium frequentare monasteria, & ad eadem accedere sine iusta, manifesta, & rationabili causa, & Superioris licentia eius, ad quem illam dare spectat, vt supra dixi, non tamen iure reperitur prohibita missio litterarum, seu epistolarum ad monachas ipsas, nisi specialiter edicto fiat: vnde Nauar. in dict. cap. statumimus, num. 61. ait Romæ factum fuisse olim edictum, ne quis vir, vel femina nocte, vel die loquatur, vel scribat alicui Monachæ, vel Prælatæ, vel Zitellæ, siue puellæ in monasterio inclusa quacumque de causa sine licentia Vicarij Pape, vel Protectoris Ordinis, sub pena quingentorum ducatorum, & alia arbitraria, excepto deferente elemosynam, vel opera ab eis facienda, qui solam Abbatissam, vel Vicariam poterit alloqui, & idem Nauar. consil. 60. de sentent. excommuni. refert etiam prohibitionem quandam, quam fecit Gregor. XIII. sub pena excommunicationis lata sententiæ Fratribus cuiusdam Religionis, ne litteras aliquas scriberent ad Moniales sui Ordinis, cuius occasione querit an fuerit excommunicatus quidam Frater, qui epistolam quandam scripsit ad Monialem, sed tamen illa ad eandem non peruenit? In qua partem negatiuam sequitur, nempe quod prædictus Frater non remansit excommunicatus; nec censuram aliquam incurrit, quamuis mortaliter peccauerit, quod ibi multis probat, sequuntur Fr. Emman. tom. 1. quest. 45. art. 3. Sanch. dict. lib. 6. cap. 16. à num. 117. [Bonacin. de clausura q. 3. puncto 2. num. 6. Tamburin. dict. disp. 25. q. 8. vers. ad 6.]

77 Quæstio non est contentenda, an scribens litteras moniali, & mittens, incidat in præfatum censuram comminatum ab Episcopo aduersus euntes in monasteria Monialium? In qua quæstione affirmatiua pars videtur probari, ex text. in cap. clericum, dist. 81. vbi illis penis, quibus prohibetur clericis accessus ad matronarum domicilia, eisdem illis

OOO 3 inter

interdicitur aliquid secreti per domesticos matronæ mandari: tum ꝑ quia per epistolas cum absentibus tanquam presentibus loquimur, Pereg. *conf. 94. incip. Ex facto subiecto, num. 9. & 14.* Vnde Hieron. in epistola ad Nestiam, quid est, ut ita dicam, tam presentem in absentibus, quam per epistolas & alloqui, & audire quod diligas? tum ꝑ quia vetitus loqui cum excommunicato, est insuper prohibitus nuntium, vel litteras illi mittere, iuxta *glos. verb. participatione, in cap. constitutum, 9. de sentent. excomm. lib. 6. & glos. verb. litteris, in Clemens. vlt. eod. tit. Couar. in cap. alma, par. 1. §. 2. num. 1. Soar. tom. 5. de censur. disput. 15. sect. 1. num. 2. Sayr. eod. tract. lib. 2. cap. 13. num. 2. post multos Bonac. eod. tract. q. 2. puncto 6. §. 2. num. 2.*

81 Sed his non obstantibus in contrariam opinionem potius inclinarem, quam sequitur Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 65. per totam, & me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiast. tract. 11. cap. 3. quæst. 3. sup. 2. [Roder. à Cunha ad cap. reatum num. 8. dist. 25. quæst. vlt.] quia prohibito accessu, & loquutione cum monialibus ob id fit, ne illæ ab Officiis diuinis abstrahantur, & in mundanis colloquiis tempus consumant, vel ad peccatum incitentur, quod quidem deest dum litteræ mittuntur; tum quia ꝑ omnis censura est pœna, vt constat ex eius diffinitione, quam adducit Bonacin. de censur. disput. 1. puncto 1. quæst. 1. num. 1. & excommunicatio est censura, vt demonstrat illius definitio, de qua Nauar. Soar. & alij citati ab eodem Bonacin. disput. 2. quæst. 1. puncto 1. num. 2. [me citato in hoc loco Diana moral. resolut. par. 2. tract. 2. miscel. resolut. 32. in fine.] ergo excommunicatio est pœna, quæ cum sit lata contra euntes, & loquentes, non comprehendit mittentes, quia ad alios casus extendi non debet, l. factum cuique, §. in pœnalibus, vbi Dec. ff. de regul. iur. cap. in pœnis, eod. tit. lib. 6. [me citato in hoc loco Diana moral. resolut. par. 1. tract. 4. resolut. 23. vers. adde illud.] etiam si extensio fiat ex similitudine rationis, vt dictum est pluribus citatis Doctoribus in libello de princip. vtriusque iuris lit. P. n. 15.

83 Non obstat igitur text. in dict. cap. clericus, quia responderetur ibi ex eo prohiberi aliquid secreti per domesticos matronæ mandari, quia plerumque fit ad malum finem, occulte enim & clandestinè facta suspitione non carent, c. 1. §. cum enim, & ibi *glos. verb. occulta; vt Eccles. beneficia sine dimin. confer. vbi Iaf. num. 14. ff. de verbor. oblig.* Quare debent Episcopi expressis verbis excommunicare etiam mittentes ad Moniales nuntium, vel epistolas, & suo edicto prohibere fœminis accessum ad monasteria Monialium, non omnibus tamen, sed tantum deferentibus litteras ex parte virorum, vel ambasatas continentibus aliquid turpe, & inhonestum, aut quoquo modo hominis cuiuslibet desiderium explicantibus, aut insinuantibus explicite, vel implicite;

quia internunciæ pœsæpe sunt, atque ad malum hortatrices.

[Loquens cum Moniali audiente, sed non respondente, ligatur excommunicatione lata contra alloquentes moniales, vt resoluit Iacob. de Graff. tom. 1. conf. 22. de sentent. excomm. num. 5. quem refert Tambur. dict. disput. 25. q. 8. vers. ad secundum, vbi aduertit in eandem excommunicationem non incidere Monialem, quæ audit, & tacet, & in vers. ad primum, tenet eam incurtere qui de domo sua prope monasterium cum Monialibus intra clausuram existētibus loquitur, & in vers. ad nonum ex nostra collect. Bullarij refert censuisse Sacram Congreg. Concilij in Perulien. 29. Ianuar. 1633. Moniales Regularibus subiectas alloquentes cum Regularibus etiam eiusdem Ordinis licentiam legitimam non habentibus, incurtere pœnas, & censuras à Concilijs Prouincialibus, vel edictis Episcopalibus in similibus appofitas.]

85 Posthac aduertendum opinor præfatam clausuram, non modo conseruandam esse in monasterijs Monialium, ne quis tam masculus, quam fœmina ingredi in ea audeat, verum etiam in monasterijs ipsis virorum, non tamen, vt ita dicatur prohibitus omnino cuiuscumque sexus intrare in illa, sed mulieres dumtaxat, vt omnis radicibus euellatur occasio violandi votum castitatis, cap. peruenit. 18. quæst. 2. Si verò intrare præsumperint, afficiuntur excommunicatione reseruata, etiam si ingrediuntur absque prætextu facultatum, vt ex declaratione Pij V. quam ex Alexandro Cardin. Cribello refert Quaranta, resoluit Bonacina. de clausura Relig. quæst. 5. punct. 3. & ex praxi factæ Pœnitentiariæ probat Filliuc. tract. 15. cap. 5. quæst. 7. num. 118. licet illi non adhareat Soar. de Relig. tom. 4. lib. 1. cap. 7. num. 8. ꝑ Religiosi verò qui faciunt, aut permittunt fœminas ingredi sua monasteria prætextu facultatum à summo Pont. vel ab alijs concessarum, incurunt excommunicationem Papæ reseruata, & priuationem dignitatum & beneficiorum, inhabilitatem ad illa, & alia in posterum obtinenda, vt expressè patet ex Motu Gregor. X III. incip. Vbi gratia. Alij verò Religiosi, qui fœminas in monasteria intrmittere, vel admittere præsumunt, etiam si fœminæ absque prætextu facultatum ingrediuntur, incurunt ipso facto suspensionem à Diuinis, & præterea priuationem officiorum, & inhabilitatem ad illa, & alia in posterum obtinenda, vt expressè dēcernitur in Constitut. Pij V. incip. Regularium personarum, obseruant, & multipliciter declarant Coriolan. de casibus reseruatis par. 2. casu 3. à num. 36. & Bonacin. dict. punct. 3. num. 2. [Suar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 1. cap. 7. num. 9. Lezana in summ. question. Regul. cap. 10. num. 9. vbi num. 10. subdit permitti posse intrare in monasteria Religiosorum puellas paruulas, Imperatricem, & Reginas, eorumque filias.]

87 Dubitari potest quid intelligatur nomine monasterij, in quod fœminæ intrare non possunt, & intelligi totum illud spatium quod intra monasterij septa continetur, videntur sentire Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. quæst. 46. art. 1. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 17. num. 12. Bonacin. de clausura Religios. q. 5. punct. 1. num. 1. Lezana d. cap. 10. n. 11.

88 Horto Religiosorum contiguos subiectos esse clausuræ, ac proinde in eos non licere mulieres intrudere, asserunt Sorb. verb. ingredi 1. Sanch. d. c. 17. n. 15. Coriol. d. casu 3. n. 30. vers. tertio, Bonac. d. punct. 1. n. 6. vers. quinto, Lezana vbi supra.

89 Sacristiā ad quam non patet aditus nisi per clausuram monasterij, subiecti clausuræ, ac proinde mulieres

lieres nullo modo illuc ingredi posse, contra Sanch. n. 17. dicto loco obseruant Coriol. d. cap. 3. n. 31. vers. quæriur quær. 6. Lezana d. n. 11. vers. Admitti alij, & Bonac. d. punct. 1. n. 4. vbi in vers. si vero, aduertit Sacristiam si duas habeat portas, vnam in Ecclesia existentem, alteram in claustris Religiosorum, comprehendendi nomine monasterij, & in vers. in praxi, cum Sanch. d. n. 17. ad finem, in praxi non esse condēnandos illos Religiosos, apud quos vsu receptum est, vt fœminas in Sacristiam causa Confessionum audientiarum, aut alia de causa admittant, quia non omnino perspicuum est Sacristiam sub monasterij nomine comprehendendi.

90 Infirmarias, seu domos deputatas ad recipiendos infirmos, vel ad excipiendos Religiosos tāquam hospites, non adstringi clausuræ, quia nomine monasterij non comprehenduntur, non enim Conuētum habere & Ecclesiam, referunt Sacram Cong. censuisse Sorb. verb. ingredi n. 11. Sanch. d. c. 17. n. 19. Coriol. d. cap. 3. num. 29. vers. quæriur secundo, in fine, Bonac. d. punct. 1. n. 5.

91 Vtrum autem liceat introducere aliquam mulierem medicam in dormitorium pro curatione alicuius Religiosi infirmi? Respondet Coriol. d. c. 3. n. 32. quando infirmitas non potest aliter curari, nisi ope & arte illius, nec infirmus possit in Ecclesiam, vel aliò extra venire, quod tunc licet mulierem medicam cum honestis personis associatam cum licentia Prouincialis, vel Guardiani in infirmarium vbi Frater infirmus manet, intrudere; asseritque idem dicendum videri, si quis Religiosus absconderet pro aliquo bono sine aliquam mulierem, vtputa dum fugit persequentes, qui ei ad vitam, vel ad honorem inhiat, quia pœnæ assignatæ in decretis summorum Pont. prædictorum imponuntur contra eos, qui temerario ausu, & præsumptione eas introducunt [quoad primam partem sequuntur Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. q. 46. art. 7. Sanch. d. lib. 6. c. 17. n. 30. Lezana d. c. 10. n. 10.]

92 Pius V. in sua Constitut. incip. Regularium personarum, & Greg. XIII. in altera incip. Vbi gratia, reuocantur & annullantur omnes licentias, facultates, & indulta, quibuscumque personis sexus fœminini antea concessas intrandi virorum monasteria, vel domos, etiam si ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumque Principum contemplationem, vel suspensionem concessæ, & confirmatæ fuerint, atque etiā iteratis vicibus renouatæ, prout refert Fr. Ioan. de la Cruz d. c. 5. dub. 1. concl. 1. vbi etiam probat sub illis Constit. non comprehendendi Imperatrices, Reginas, Infantes, & ancillas, quas secum deferunt, & expressè quod præfata Reginæ, Imperatrices, ac ipsarum filia possint monasteria virorum ingredi, etiam si nullum habeant priuilegium, tenent Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 1. q. 48. art. 1. vers. circa quam Decretalem, Sanch. d. c. 17. n. 5. Soar. tom. 4. de Relig. lib. 1. c. 7. n. 5. quos refert & sequitur Bonac. de claus. Relig. q. 5. puncto 2. n. 5.

93 Ex verbis cuiusdam declarationis Pij V. constat omnibus mulieribus licere ingredi cum alijs Catholicis personis claustra, & alia similia loca, præter officinas interiores monasteriorum Regularium ex causa processionis ordinariæ, scilicet, & solita, vel quando in eis Missa, & alia diuina officia celebrantur, & quando fidelium cadauera ibi sepeliuntur, atque etiam pro eis suffragia fiunt: quod insuper fas esse ait, quoties in Ecclesia Fratrum Minorum predicaretur, & præ multitudine intrare alium de nequirent, quam per claustrum, vel alium locum eorumdem Fratrum, dummodo directè ad Ecclesiam

pergant, ita referunt Campan. d. c. 16. n. 37. latè Lezana d. c. 10. n. 12. Fr. Ioan. de la Cruz d. dub. 1. concl. 3. Coriol. de casibus reseruatis p. 2. casu 3. n. 33. vbi n. 34. quærit quid dicendum si Prælati Regularis præciperet, vt fieret aliqua processio extraordinaria, vt illius occasione possent mulieres ad dicta loca intrare, an incurrat in pœnas: & respondet, quod licet Fr. Emman. in explicat. Bullæ Cruciatæ fol. 511. concludat, quod talis Superior non excusatur de peccato & de pœnis taxatis, ipse tamen dicendum putat, quod talis non incurrat pœnas in decretis prædictis taxatas, sed bene meretur puniri & grauiter, à Religione, & n. 35. asserit idem videri dicendum in tempore consecrationis Ecclesiæ, scilicet quod runc mulieres possunt ire ad omnia illa loca, ad quæ Episcopus cum processione; dum tamen eant simul cum processione, non autem si peractum sit officium; quia si amplius non fit processio, non licet mulieribus ingredi claustrum.

[Sed credo quod hodie cessat supradicta declaratio Pij V. ex decreto infra scripto Sacræ Cong. Rit. tenoris sequentis, videlicet. Illustriss. & RR. Domini. Archidiaconi Oriolen. exponit DD. VV. Illustr. & RR. quatuor in ciuitate Oriolen. vsu, seu forsan etiam consuetudine immemorabili introductum est in aliquibus monasterijs Regularium, scientibus & non contradicentibus Episcopis pro tempore, vt annuatim faciant suas processiones tam solemnes Rogationum, Candelarum, Palmarum, de S. Sacramento ac alias, quam priuatas de Cruce tempore Passionis, de Rosario, de carmine, de cingulo S. Francisci, de corrigia S. Augustini, cum similibus, comitantibus vndique deuotionis, & Religionis causa vtriusque sexus Fidelibus, quod cum videatur contrarium Constitutionibus Sanctæ mem. Pij V. & Gregorij XII. quibus præclauditur aditus mulieribus accedendi ad claustra Regularium, ideo orator supplicat declarari an hoc iure liceat? Sacra Rituum Congregatio respondit non licere mulieribus comitari processiones per claustra monasteriorum Regularium, nisi ad sit in hoc expressa licentia Sedis Apost. die 30. Sept. 1628. F. Fuluius Secret. refert Marcel Vulpe in praxi iudiciali fori Eccles. c. 4. n. 7.]

Aduertendum, & notandum est quod Illustrissimus Cardinalis Alexandrinus nomine aliorum Cardinalium Cong. rescriptis Prælati Ordinis Capuccinorum sub hac prohibitione non comprehendendi monasteria, seu loca eorū, quæ sunt in fieri, vel in qua, dum fabricantur, adhuc Conuentus ad ibi morandum non fuerint introductus, sed solū ibi aliqui habitauerint Fratres pro fabrica potius seruitio, quam aliter, & proinde clausuram non esse talem, vt si mulieres intrarent, pœnas propterea in supradictis Constitutionibus cōtinentur incurrerent, [refert Marcel Vulpe d. cap. 4. n. 8.]

Item Greg. XIII. ex sententia Cong. Concil. Trid. 96 quærentibus Fratribus Minorum Sancti Francisci de Paula, an per supradictam Constitutionem Pij V. censere-tur derogatū sua regule, vt singula domina de stirpe Regia procreata, ac etiam omnes illius Ordinis fundatrices, quæ locorum eiusdem Ordinis septa communiore videre postulerint, eadem honestè cum sua comitiua intrare, ac deuotè visitare tolerentur? fuit declaratum non censeri derogatum quoad Reginas & fundatrices dumtaxat, referunt Sorb. in compend. priuileg. verb. ingredi monasteria, Campan. d. cap. 16. n. 37. in fine, Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. resol. 544. n. 8. in secunda edit. [Laurent. de Peitinis ad constit. sui Ordinis Minorum tom. 1. constit. 6. Iulij 11. à n. 6. & in formulario Regul. lit. F. c. 3. n. 3. vbi n. 4. de filiabus & neptibus fundatricum.]

ALLEGATIO CIII.

Episcopus an possit dispensare cum Monialibus sibi subiectis ad reinendum moderatum peculium, seu annuos redditus, vel aliquos census pro suis particularibus necessitatibus?

S Y M M A R I V M.

- 1. Religiosus, aut Religiosa solemniter professa nihil potest habere, quod in rigore vere sit proprium in particulari.
2. Doctores referuntur tractantes de materia Concil. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 2.
3. Regulares utriusque sexus non possunt tenere propria, sed omnia dare debent suis Superioribus, a quibus primo subueniendum est earum necessitatibus.
4. Regularis nullus Superior potest concedere facultatem reinendi aliquid ad usum irrevocabilem.
5. Pralatis Religionum licitum est concedere Religiosis peculium ad nutum eorum revocabile ex causa legitima ad solos usus honestos & pios, quod correctum non est per Concil. Trid. c. 2. ibid. n. 6.
7. Moniali an liceat possidere quod sibi legatur, relinquatur, vel datur?
8. Moniales non possunt possidere tanquam proprium quod suis manibus laborando acquirunt, & quo casu illa sibi comparare possint, ostenditur.
9. Consuetudo aliquarum Religionum licita est, in quibus ex superiorum licentia certi annui redditus cuilibet Religioso assignantur ad victum, & vestitum.
10. Monialis quando possit sibi constituere redditus vitalitios? & num. 11.
12. Monialis non dicitur contravenire professioni & voto paupertatis reinens proprium de licentia superiorum cum certis moderationibus.
13. Regularibus non licet possidere agros, aliaque bona stabilia vel mobilia superflua ex dispositione inferiorum summo Pont.

RELIGIOSVS, aut Religiosa solemniter professa nihil potest habere, quod in rigore vere sit proprium in particulari, ut probant text. in cap. non dicitur, 1. 2. quast. 1. cap. cum ad monasterium, 8. ult. de statu Monach. & strictius Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 2. de cuius materia vide...

ad recopilat. legum Navarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religion. num. 58. & 63. cum sequentibus. me citato in hoc loco Homobon. de examine Ecclesiast. tract. 12. quast. 1. 5. supp. 3. pag. 453. Coriolan. de casibus referuat. par. 2. casu 4. [Laurent. de Peirinis de subdito Religioso tom. 2. quast. 2. de paupert. Hieron. Roderic. in compendio quast. Regul. resolut. 98. num. 7. cum seqq. Homobon. de examine eccles. tract. 12. q. 15. supp. 3.]

Per quae iura censuit Sacra Congregatio Regularis utriusque sexus non posse tenere propria, sed omnia dare debere suis Superioribus, a quibus primo subueniendum est necessitatibus earum, vel eorum, quibus munera destinata fuerunt, reliquam vero conferendum in usum monasterij, referunt Navar. comm. 2. de Regular. num. 18. & in tract. de redditib. Eccles. quast. 1. num. 84. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 9. quast. 2. propè fin. Franc. Leo dict. cap. 1. num. 41. Armendar. in addit. ad recopilat. legum Navarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Religionib. num. 58. Lezana dict. cap. 6. num. 8. Aloyf. Ricc. in decision. Curie Archiep. Neapol. decisi. 340. num. 12. & decisi. 390. a num. 11. par. 4. [nouissimè me citato in hoc loco Nouat. in lucerna Regular. verb. proprietatis num. 1.]

Vnde nullum Superiorem posse concedere Monacho facultatem reinendi, aliquid ad usum irrevocabilem tenent Navar. consil. 47. num. 2. sub tit. de Regular. in antiq. & consil. 15. num. 2. sub tit. de statu monach. in novis, plures, quos refert, & sequitur Sanch. in precepta Decalogi tom. 2. lib. 7. cap. 17. num. 28. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 194. [Marcel. Vulpe in praxi iudiciali fori eccles. cap. 4. num. 15. me citato in hoc loco Tambur. de iure Abbatissar. disput. 8. quast. 2.]

Verum licitum sit Religionum Pralatis concedere Religiosis peculium ad nutum eorum revocabile ad solos usus honestos & pios, idque ex causa legitima? Quastio dubia, in qua licet per cap. cum ad monasterium, vers. prohibemus, de statu monach. negatiuam sententiam tenuerint Felin. in cap. cum M. n. 26. vers. eadem resumpti, de consil. & Carol. Tapia in auct. ingressi. C. de sacros. Eccles. verb. ipso ingressu c. 3. num. 5. 4. Asturmatium tamen (qui tanquam probabiliori adhæreo) communior & receptor est, eamque sequuntur Navar. commentio 2. de Regularib. num. 14. & commentio 3. num. 27. & consil. 30. num. 5. de Regul. in antiq. alias consil. 14. num. 5. de statu monach. in novis, Fr. Emman. quast. Regular. tom. 3. quast. 29. art. 8. & in summ. tom. 2. cap. 31. num. 3. in initio, Beja respons. casuum Conscientie par. 4. casu 17. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 12. quast. 1. Fr. Ludouic. Miranda in manual. Pralat. tom. 1. quast. 28. art. 8. Sanch. dict. lib. 7. c. 22. num. 5. afferentes text. in dict. c. cum ad monasterium, in contrarium allegatum interdiceret regulariter, & vniuersaliter concedi Religiosis peculium propter eorum importunitatem, & leues causas, secus quando ex causis grauib. & iustis.

Sed dubium remanet, an per Concil. Trid. sess. 25. de Regul. c. 2. hoc sit correctum? Duæ sunt opinioniones; prima ait huiusmodi peculium, quod cum comuniori Religioso concedi posse supra annuum, iam non esse licitum, quæ sequuntur Fr. Emm. in sum. tom. 2. c. 31. n. 3. vers. tenero digo, & d. q. 29. art. 12. Val. 2. 2. diff. 1. q. 4. punct. 3. col. 2. corol. 4. Zerolin. in praxi Episc. p. 1. verb. Moniales. §. 2. Tap. in d. auct. ingressi verb. ipso ingressu cap. 3. num. 55. Molin. de Instit. tract. 2. tom. 3. disp. 276. col. pen. vers. certum autem, Lessi. de Instit. lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 30. [Suar. tom. 3. de Religion. lib. 8. cap. 14. num. 18.] Secundo vero, cui tanquam probabiliori adhæreo, tenet non esse correctum per decre-

tum Concilij dicto loco, cum in eo nihil noui Iuris inducatur, sed solum confirmetur statuta Iure antiquo cap. 2. & dict. cap. cum ad monasterium, de statu monach. c. amque tuerit Navar. dict. commentio 2. num. 15. & 18. & dict. consil. 14. n. 6. Iacob. de Graff. in aureis decisi. par. 1. lib. 3. cap. 5. num. 53. Fulu. Pacian. consil. 36. a num. 99. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 3. dub. 2. [Villal. in summ. part. 2. tract. 35. dub. 30. num. 2. Ludouic. Miranda dict. rom. 1. quast. 28. art. 8. Fagundes in quinque Eccles. præc. tract. 2. lib. 8. cap. 6. num. 13. Hieron. Cened. de pauper. Relig. dub. 9. num. 4. & seq. Laur. de Peirinis dict. tract. de subdito Religioso tom. 1. quast. 2. cap. 2. §. 1.] Barthol. à S. Fausto dict. lib. 8. quast. 30. Sanch. dict. lib. 7. cap. 22. num. 11. vbi num. 13. resoluuit hodie licere ex iusta causa concedere cuiunque Religioso, licet non sit officialis Ordinis, administrationem aliquorum bonorum stabiliu nutu Superioris amouibilibium. Quæ, & quorum sunt causa rationabiles, ob quas iustè aliquibus Religiosis peculium concedi possit, ostendunt Barthol. à S. Fausto dict. lib. 8. quast. 32. Sanch. dict. cap. 22. a num. 20. Peculium concessum Religioso debere esse moderatum, & non superfluum, ait Sanch. dict. cap. 22. num. 17. & arbitrio, ac præiudicio Superiorum stare debere Regulares quoad mobilia superfluitatem, vel contentiam, nisi de excessu arbitrij constiterit, habita tamen ratione personæ, officij, & Regularis status paupertatis, quam professi sunt, & cæterarum qualitatum, refert decisiu Armendar. dict. loco num. 84.

[Quæ quidem, & alia inferius dicenda ut magis eluceant placuit declarationem Eminentissimorum D. D. Cardinalium hac de re editas afferre, prout sequuntur. Quæritur primò an ex dispensatione inferiorum à summo Pont. liceat Regularibus possidere, vel tenere agros, annuos redditus, aliaque bona, mobilia videlicet, & mobilia superflua, non obstante decreto Concilij sess. 25. de Regul. cap. 2. Secundo an propter eorum dispensationem, seu scientiam superiorum, possidentes, vel tenentes mobilia, vel mobilia superflua à culpa, vel à pena excusentur? Tertio an superiores afferentibus huiusmodi dispensationem, seu scientiam, possint concedere fides adhibenda sit? Quæritur an superiores arbitrio, & præiudicio stare debeant Regulares quoad mobilia superfluitatem, & contentiam? Quarto, an superiore quatuorvis requisito necessaria suis Regularibus negatè, vel subrahente, liceat ipse clam, vel iniusto eo, illa sibi comparare, seu retinere? Sexto, & quatenus liceat, an idem licet, at cū necessaria ideo negantur vel subrahantur, quia monasterij facultates non suppetunt? Septimò an dicti superiores Regulares dictum cap. 2. declarare & interpretari possint? Ad primum Cong. Concilij respondit non licere. Ad secundum non excusari neque à culpa, neque à pena ipso facto incurrenda. Ad tertium minime adhibendam. Ad quartum nisi de excessu arbitrij constiterit, unius stare debere, habita videlicet ratione personæ, officij, & regula, statusque paupertatis, quam professi sunt, & qualitatum. Ad quintum non licere. Ad sextum licere si præcisè necessitas sit ad indiuidu sustentationem, cæterum communem penuriam ab omnibus percipiendam usque adeo ut si quid priuatiu alicui delatum, vel ab ipso partum fuerit, id omne ad Superiorem rectè deferri oporteat, qui ex eo primum succurrat eius necessitati, cuius intuitu illud obuenerit, si peculiari aliqua necessitate ultra communem prematur, reliquum Conuentui incorporatur, & in communem cedat utilitatem. Ad Septimum non posse, refert Lezana dict. cap. 6. num. 14.]

Ex quibus omnibus inferitur primò Monialibus non licere possidere propria, & si quid legatum, relictu, datum, donatum, ve fuerit, vel earum laboribus, de Episcopo. Pars III.

re, aut industria partum, tradi debere Abbatissa, quæ ex eo primum Monialis ipsius, cuius causa id quaesitum est, necessitati providebit, reliquum conferri debeat in usum monasterij, ita decisiu refert Armendar. dict. l. 7. de Religionib. num. 74. vbi num. 77. pariter resolutum afferit Moniales, & cæteros Regulares, res etiam parui momenti sibi donatas, aut aliàs acquisitas uti proprias retinere non posse. Marcel. Vulpe dict. cap. 4. num. 15.

Secundò inferitur Moniales, nec tanquam proprium posse possidere quod suis manibus laborando acquirunt, vel eis à parentibus donatur, quamuis monasterium esset pauperrimum, ut per Armendar. d. l. 7. de relig. n. 75. vbi tamen num. 82. & 83. obseruat licere ipsis, clam vel Superiore inuito illa sibi comparare, seu retinere ad indiuidu sustentationem, si ille quantumvis requisitus necessaria negauerit, vel subtraxerit.

Tertio inferitur licitam esse aliquarum Religionum consuetudinem, in quibus ex Superiorum licentia certi annui redditus cuilibet Religioso assignantur, & victum, & vestitum, itaut si deest aliquid, ipsi quarant, si autem superest, applicent piis & religiosis vrbis, dummodo Religio non excedat limites licentiæ illis concessæ, & parati sint reformationi legitime faciendæ obtemperare; ita tenent Navar. d. commentio 3. num. 26. 27. & 32. Tap. d. verb. ipso ingressu cap. 3. num. 45. & 59. Sanch. dict. cap. 22. num. 14. vbi respondet ad cap. 1. sess. 25. de Regularib. in Concil. Trident.

Quarto inferitur, licitè posse Monialem, cui externus centum aureos ad suum libitum expendendos concessit, de Superioris licentia alicui seculari eos tradere, ut viginti sibi quotannis soluat, dum vixerit, atque ea defuncta centum illos aureos sibi retineat; si ita Moniali concessi sint illi centum aurei, ut concedens noluerit dominium in monasterium transferri, sed omnino cedere in Monialis usum, & eadem Monialis acceptantis mens fuerit: ita docent Cordub. in tract. casuum Conscientie. quast. 54. dub. ultim. Vega in sum. tom. 2. cap. 32. casu 19. Fr. Emman. dict. quast. 47. art. 15. & tom. 1. summ. cap. 90. num. 8. & 9. concl. 3. & 4. Sanch. dict. lib. 7. cap. 22. num. 16. vbi aduertit quòd quamuis Fr. Emman. dict. cap. 90. num. 9. & Vega citato loco dicant hodie attento Trident. non licere Moniali iis redditibus frui, loquuntur iuxta suam sententiam habentem Ius commune correctum esse per Concilium Trident. dict. cap. 2.

Quinto inferitur Moniales de licentia suorum Superiorum pro suis occurrentibus necessitatibus posse habere aliquos census, siue redditus annuos, cum per hoc non videantur ipse habere proprium, quia ex debita obedientia eos retinent, semper parata illos dimittere ad libitum suorum Superiorum. Ita Ioan. Andr. Panormit. & Dec. quos refert Navar. in repet. cap. nullam, 18. quast. 2. cap. 3. a num. 25. Verum ego verius puto prædictis Monialibus non licere habere census, siue redditus annuos, eo modo, quo aliquibus in partibus, ut dicitur, habentur ab eisdem, non omnino tamen videtur illicitum cum debitis circumstantiis, ac moderationibus, easdem habere quosdam redditus vitalitios, ex quibus possint viuere, ac succurrere, & providere suis particularibus necessitatibus pro victu, & vestitu, & aliis, quæ sibi à monasterijs non suppeditantur, & sic

eos habentes non peccare, nec Concil. Trid. contra- uenire, loquēti de redditibus vt propriis, & irreuoca- bilibus per Prælatos, & sine eorum licentia distrah- endis. Colliges hæc ex Cordub. in tract. casuum con- scient. quest. 54. Nauar. commento 2. de Regularib. num. 14. Azor. instit. moral. part. 1. lib. 12. cap. 9. quæst. 2. Fr. Ioan. de la Cruz dict. cap. 3. dub. 2. Fr. Ludouic. Miranda dict. quest. 9. art. 1. concl. 2. [Galeat. in margarita cas. Conscient. verb. Monialis pen. Suar. tom. 3. de Relig. lib. 8. cap. 14. ex n. 12. Hieron. Roderic. in compendio quest. Regul. resol. 98. num. 7. Roderic. à Cunha in commen- tarij. ad cap. reatum 3. num. 6. dist. 81. Lezana dict. cap. 6. num. 20.]

12 Monialis enim retinens proprium cum supradic- tis moderacionibus de licentia Ordinarij, vel Super- ioris, non dicitur contrauenire professioni, nec voto paupertatis, Rot. Roman. decis. 216. num. 1. 2. part. 2. in nouiss. Galeat. in margarita casuum conscient. verb. Monialis, penult. Et ex eadem resolutione tenendum puto licitum esse Monialibus cum debita moderacione de licentia suorum Prælatorum habe- re aliquod peculium, non tamen illud expendere in quos voluerint vsus, etiam de eorundem licentia, vt tenet Fr. Ludouic. Miranda dict. quest. 9. art. 2. conclus. vnic.

13 Ex dispositione tamen inferiorum Summo Pont. non licere Regularibus possidere, vel tenere agros, aliaque bona stabilia, vel mobilia superflua, ac pro- inde si propter talem licentiam possideant, non excusari à culpa, nec à pœna ipso iure incurrenda refer- fert decifum Armendar. dict. l. 7. de Religione. num. 64. & 65. Etiam si superior licentiam concedat iusta ali- qua de causa magna vtilitatis, vel necessitatis mo- nasterij, seu Ordinis, vt post Quarant. Petr. Nauar. Fr. Emman. & alios resoluit Barthol. à S. Faust. dict. lib. 8. quæst. 31.

14 [In communi Regulares omnes exceptis Capuc- cinis, & Minoribus de Obseruatiâ, possunt retinere & possidere bona immobilia, vt disponit Conc. Tri- dent. sess. 25. de Regularib. cap. 3. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 23. quæst. 8. Ludouic. Miranda in man. Præ- lar. tom. 1. quæst. 11. art. 6. In hac exceptione Fratrum Minorum, de obseruantia non comprehenduntur Moniales S. Claræ, Burlat. conf. 60. num. 21. vol. 1. ex- pressè Canalcan. decis. 18. num. 52. part. 3. Armendariz in addit. ad recopil. legum Nauaræ fol. 158. num. 3.]

15 Verùm Hierosolymitani Fratres & Milites capa- ces sunt quorumcumque bonorum, etiam si lege, vel statuto illa prohibeantur ad Religiosos venire, nam talis lex, vel statutum debet intelligi de his, qui pro- priè & strictè loquendo sunt Religiosi, ex quo tra- ctant de amissione bonorum, & sic materia est odio- sa, in qua Milites & Fratres huiusmodi veri Religio- si dici non possunt, ad not. supra alleg. 101. num. 8. in fine, tum denique quia appellatione Religiosorum non veniunt Claustrales, nisi adiecta aliqua dictione yniuiciale. Quare ita resolunt Bald. in cap. 1. num. 4. de milite vas. qui arma depos. & ibi etiam Aluarot. num. 9. Martin. Laudens. & Afflict. n. 16. idem Afflict. in cap. 1. §. qui clericus num. 22. vers. sed iuxta hoc quero, si de fundo defuncti contentio sit, Curt. iun. in tract. de feudis in 2. part. tertia partis princ. quest. 10. num. 29. vers. septimo videtur limitanda, Iacob. in inuestitura feu- dali in vers. dictique vasalli num. 41. causa 14. Neuzan. conf. 30. num. 1. & 4. vbi dicit quod hæc opinio serua- tur de consuetudine in prouincijs Pedemontij & Montisferrati, Petr. Calefat. in tract. de equestri dignit. n. 33. Curt. sen. conf. 62. num. 63. Rub. conf. 80. num. 1. Henric. à Rosenthal. in tract. de feudis cap. 7. concl. 77. Petr. de Rauenna in cap. 1. de milite vasal. qui arma bel.

dep. Sonsbech. in tract. de feudis part. 2. n. 115. Schrad. eod. tract. part. 7. cap. 5. num. 30. Forest. de succes. ab intest. cap. 23. num. 39. Natt. conf. 507. num. 9. & conf. 508. per tot. præcipue n. 27. vbi resoluit posse huiusmodi Milites Hierosolymitanos parentibus, & eorum agnatis succedere ab intestato, Ozasc. multis allegatis, licet ipse contrarium teneat, decis. 27. num. 17. Duen. reg. 103. limit. 6. Carol. Tapia in aut. ingressi. C. de sacros. Ec- cles. verb. sua cap. 14. num. 19. & 20. vbi dicit quod non dubitat descendere in hanc sententiam, quia in Mi- litibus prædictis cessant omnes consideraciones, qua militant contra Religiosos, Riminald. iun. conf. 27. num. 3. cum multis seqq.]

ALLEGATIO CIV.

Episcopus quando habeat iurisdictionem in Regulares pretendentes se per vim in- gressos religionem.

S Y M M A R I V M.

- 1 Doctores referuntur ageres de materia Concilij Tridentini sess. 27. de Regularib. cap. 18.
- 2 Religionis status, non precibus, vi, aut metu est assu- mendus, sed cum maxima libertate.
- 3 Virginem inducentes monasterium ingredi, non inci- dunt in excommunicationem comminatam à Con- cilio Tridentino sess. 25. de Regularib. cap. 18.
- 4 Heredem mulierem iniueniens ea lege, vt monialis fiat, sin minus ad monasterium bona pertineant, non incidit in excommunicationem latam contra cogen- tes Virginem monasterium ingredi.
- 5 Cogentes feminam ad monasterij ingressum non vt profiteatur, nec vt habitum sumat, sed vt ibi se- culari retento educatur, incidit in excommunica- tionem Concilij Tridentini sess. 25. de Regulari- bus, cap. 18.
- 6 Patres, & fratres, qui filias, sororesque aut habitum religionis suscipere, vel votum, aut professionem emitte cogunt, excommunicationem incurrun- tur.
- 7 Cogens virginem monasterium ingredi, ingressu non sequuto in nullam excommunicationem incidit.
- 8 Regularis pretendens se per vim ingressum Religio- nem, aut nulliter professum fuisse, intra quinquen- nium tantum potest causas nullitatis sua profes- sionis coram Ordinario, & Superiore religionis deducere.
- 9 Doctores referuntur ageres de materia concilij Tridentini sess. 25. de Regularib. cap. 19.
- 10 Milites S. Ioannis Hierosolymitani comprehendun- tur sub decreto Concilij Tridentini sess. 25. de Re- gularib. cap. 19.
- 11 Ordinarius, coram quo, & Superiore Regulari nulli- ter professus potest intra quinquennium causam nullitatis sua professionis deducere, si etiam sit Superior monasterij, sufficit quod solus procedat.
- 12 Regularis deducens intra quinquennium nullitatem professionis, tenetur eam probare conuictum co- ram proprio Superiore Regulari illius monasterij, in quo professionem emisit, & coram Ordinario illius loci, vbi existit monasterium, in quo pro- fessus est.
- 13 Reclamatio de nullitate professionis faciendâ est habi- ta religionis retento.
- 14 Causa nullitatis professionis nulla, ita sunt propo- nenda coram Superiore, & Ordinario copulatiue, vt

vt nullo modo possit Superior per se solum de il- lis cognoscere.

- 15 Regulari pretendenti professionem esse nullam, si licet causas nullitatis coram Superiore suo, & Or- dinario proponere, an ita ipsa Superior coram eodem Ordinario illas deducere possit, vt à mona- sterio religiosam dimittat, illo nihil proponente, remissine.
- 16 Quinquennium intra quod dicit potest professio nul- la, incipit à die, quo quis expressam emisit, in tacita vero à die, quo fecerit actus solummodo professus proprios.
- 17 Quinquennio elapso potest audiri Regularis deducens causam nullitatis sua professionis, si intra illud non potuit reclamare.
- 18 Professio vera assertens fuisse metu factam, & causam metus durasse, etiam post quinquennium, exaudiri poterit per viam restitutionis.
- 19 Professio nulla an ratificetur à persistente in reli- gione, ignoratur tamen nullitatem ostenditur.
- 20 Professio nulliter, quia non fuit in eorum informatio- nibus seruata forma præscripta à Sixto V. postulat etiam post quinquennium reclamare.
- 21 Quinquennium intra quod Regularis potest deducere causas nullitatis sua professionis, an currat minori, ostenditur.

SACROSANCTI Concil. Trident. decreto sess. 25. de Regulari. cap. 18. cau- tum est, neminem debere compellerè suam, vel alienam virginem monaste- rium inuitam ingredi, habitum sulci- pere, & professionem emitte; nec earum sanctam voluntatem ingrediendi impedire, qua libera esse debet sub pœna Anathematis, his verbis: *Anathe- mati sancta Synodus subicit omnes & singulas personas, cuiuscuque qualitatibus, vel conditionibus fuerint, tam cleri- cos, quam laicos, seculares, vel Regulares, atque etiam qualibet dignitate fungentes, si quomodocumque coegerint aliquam virginem, vel viduam, aut aliam quancumque mulierem inuitam, præterquam in casibus à iure expres- sis, ad ingrediendum monasterium, vel ad suscipiendum habitum cuiuscumque religionis, vel ad emitendam pro- fessionem, quique consilium, auxilium, vel fauorem dode- rint, quique scientes eam non sponte ingredi monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emitte quoquo modo eidem actui, vel presentiam, vel consensum, vel au- thoritatem interposuerint. Simili modo anathemati sub- iicit eos, qui sanctam Virginem, vel aliam mulierem voluntatem veli accipiendi, vel voti emitteendi quoquo modo sine iusta causa impederint, &c. de cuius materia, & intellectu agunt ex nouioribus, qui antiquos ci- tant, Fusch. de Vsuat. lib. 2. cap. 15. num. 68. Nauar. conf. 55. & 56. in antiq. de sentent. excomm. alijs conf. 5. 6. & 7. de Regularib. in nauis, Sayr. in floribus decis. sub illo tit. de sentent. excomm. decis. 51. & 52. & in clauis Re- giali. lib. 5. cap. 1. & num. 27. latè Iacob. de Graff. in aureis decis. par. 1. lib. 4. cap. 24. num. 7. Memoriale clericorum cap. 9. num. 60. & 61. Barthol. à S. Faust. in thesaur. Religiosorum lib. 5. quest. 35. cum seqq. Henric. in summ. lib. 11. cap. 19. §. 4. vers. secundo, Soar. de censur. disput. 23. sess. 5. num. 8. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 13. cap. 9. quest. 2. vers. præterea, Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Moniales, §. 22. pag. mibi 261. Petr. de Ledelma in sua summa par. 2. tract. del. estado de los religiosos, cap. 5. conclus. 8. Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 3. quest. 14. art. 3. & quæst. 17. art. 18. Valer. Reginald. in praxi fori ponient. lib. 18. num. 375. Fr. Ludouic. Miranda in man. Prælatorum tom. 1. quest. 17. art. 4. conclus. 2. Fr. Ioan. de la Cruz de statu Religionis lib. 1. cap. 8. dub. 4. Barbof. de Episcopo. Pars I I I.*

vers. nota, latissime Sanch. in præcepta Decalogi lib. 4. cap. 4. Armendar. in addit. ad recopil. legum Nauaræ lib. 2. tit. 18. l. 7. num. 62. Sayr. in clauis Regiæ lib. 5. cap. 1. num. 27. cum sequentibus; Cened. ad Decretum collect. 49. num. 2. & ad Decretal. collect. 165. num. 5. [Bonacini, de censur. disput. 2. q. 6. puncto 3. & de censur. extra Bull. disp. 2. q. 2. puncto 2. & 3. Filliuc. in quæst. moral. tract. 14. cap. 6. quæst. 5. num. 89. Barthol. de Vecchis in præ- xi obseruanda in admittent. ad Religionis statum, noui- tijs, disput. 1. dub. 6. conclus. 4. Hieron. Roderic. in com- pendio quæst. Regul. resol. 101. num. 31. & num. 79. & 80. Portel. in dub. Regul. in addit. verb. Monialis num. 5. cum seqq. Megal. in 3. par. lib. 4. cap. 6. num. 100. nouissi- mè Tamburin. de iure Abbatissar. disput. 1. quæst. 4. & disp. 2. q. 1.]

16 Status Religionis, non precibus, vi, aut metu 2 est assumendus, sed cum maxima libertate, & ideo Concil. Trident. dicto loco ¶ sub anathematis pœna 3 ediceret cogentes Virginem monasterium ingredi, quod quidem cum loquatur per verbum, cogentur, intelligendum est de vi coactiua, non inductiua, prout decifum refert Armendar. d. l. 7. num. 62. & re- soluit [in hoc loco Tamburin. d. tract. disp. 3. quæst. 1. num. 2.] Azor. d. quæst. 2. vers. quæres, vt etiam tenet hanc pœnam non incurere illum, qui hæ- redem instituit mulierem ea lege, vt Monialis fiat, sin minus ad monasterium bona pertineant. Metus igitur reuerentialis non sufficit, vt resoluit Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 708. in 1. edit. & resol. 599. in 2. edit. [nouissimè Tamburin. d. tract. disp. 3. q. 2. num. 2. vbi num. 5. resoluit parentes impotuis precibus suadentes filiabus vt Religionem ingre- diantur, non affici excommunicatione, secus si illis graue minarentur malum, & q. 3. tenet non esse prohibitum puellæ Religionis ingressum persuade- re, vel beneuolentiam muneribus absque vilo pacto captare.]

In prædictam anathematis pœnam incurrun- 5 etiam cogentes feminam ad monasterij ingressum, non vt profiteatur, nec vt habitum sumat, sed vt ibi seculari reueto educatur donec ætatis aptæ matri- monio sit. Ita Nauar. conf. 56. sub iii. de sentent. excommu- nic. in 1. edit. & conf. 6. sub tit. de Regularib. in 2. edit. Soar. d. sess. 5. n. 9. Zerol. d. verb. Moniales, §. 13. pag. 73. Sanch. dict. cap. 4. num. 12. [Filliuc. in quæst. moral. tract. 14. cap. 6. num. 89. Portel. in addit. ad dub. Regul. cap. 9. dub. 4. Diana moral. resol. par. 2. tract. 1. miscel. resol. 56.]

Sic etiam patres, & fratres qui filios, sororesque, 6 aut habitum Religionis suscipere, vel votum, aut pro- fessionem emitte cogunt, excommunicationem incurrun- tur, vt resolunt Nauar. in man. c. 14. n. 17. Fr. Ludou. Miranda d. concl. 2. [Portel. in dub. Regul. verb. clausura monialium n. 9. Tambur. de iure Abbatissarum disp. 2. q. 4.] Azor. d. q. 2. prop. finem, & p. 2. lib. 2. c. 21. q. 15. licet nihil resoluat, tamen cum secunda senten- tia manere credendum est, præcipue cum illam d. q. 2. primum sequutus fuerat. Ingressu non subsequuto coactionem effectum sortiri non dicitur, aliud est enim cogere, aliud verò cogere conari: vnde certum est cogentem cum effectu solummodo esse decreto Concilij dicto loco excommunicatum, non autem eum, qui conatus est cogere, neque consulentes, fauentes, sine auxilium præstantes effectu non sequuto, Nau. in man. cap. 27. num. 51. & conf. 55. de sentent. excommu- nic. Sayr. decis. 51. eod. tit. Fr. Ludou. Miranda d. concl. 2. vbi etiam probat in prædictam non incurere excom- municationem, qui cogit viam, sine pœnam, cum non ibi expressè habeatur, licet peccet mortaliter.

8 Regularis quicumque præcedens per vim, & metum Ingressum esse Religionem, aut etiam dicens ante artem debitam professionem emisit, aut quid simile, velitque habitum dimittere quacunque ex causa, aut cum habitu discere sine licentia Superiorum, non erit audendus, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter, nisi causas, quas præciderit, deduxerit coram Superiore suo & Ordinario, per Concil. Trident. sess. 25. de Regularibus. cap. 19. de cuius materia & intellectu videt Nauar. tom. 4. de Regularibus. num. 73. & 77. Zetola in praxi Episc. part. 2. verb. professio §. 2. vers. verum. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 3. quest. 17. art. 16. & seq. Fr. Ioan. de le Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 8. dub. 4. vers. secunda conclusio. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 1. num. 42. Flamin. de resignat. lib. 13. quest. 5. num. 45. cum seqq. Spin. in speculo iustitiam. glos. 12. princip. num. 62. cum sequentibus. Fr. Ludouic. Beia respons. casuum conscientie, part. 4. casu 18. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 657. in 1. edit. & resol. 550. in 2. edit. & in decis. Curie Archiep. Neapol. decis. 48. part. 4. Ioan. Valer. de differenti. inter utrumque forum. verb. Regularis differ. 2. Sanctarel. var. resol. quest. 48. per totam. Bonacin. de clausura Religios. quest. 2. puncto 10. Campanil. in diversis fori iuris Canon. lib. 12. cap. 13. num. 129. Azor. institut. moral. part. 1. lib. 12. cap. 4. quest. 10. Sanch. de matrimon. lib. 7. disp. 37. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 63. Flores de Mena var. lib. 3. quest. 23. n. 68. Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarra lib. 2. tit. 8. l. 7. de Religionibus. num. 38. & 51. latè Fr. Ludouic. Miranda in man. Pralat. tom. 1. quest. 30. art. 1. cum sequentibus. [Diana moral. resol. part. 3. tract. 2. resol. 62. Villalob. in summ. tom. 1. tract. 35. diff. 25. Valer. in differenti. utriusque fori. verb. Regularis differ. 2. Nouar. in singul. docl. 116. Hieron. Roder. in compend. quest. Regul. resol. 101. num. 68. cum seqq. Lezana in sum. quest. Regul. cap. 2. à num. 7. Rota in Acten. professionis 2. Junij 1636. coram R. P. D. Carillo, impressa per Tambur. post tract. de iure Abbatissar. decis. 3. n. 16. vbi referitur quod S. D. N. Urbanus VIII. ad effrenandam facilitatem conuolandi ad seculum, decreuit sub die 18. Decembris 1635. declarando decreta sanctæ mem. Clementis VIII. vt Regulares contra eorum formam professi allegantes propterea nullitatem professionis, non possint post lapsum quinquennij à die professionis super huiusmodi nullitate audiri.]

9 Et dicto decreto comprehendendi Milites S. Ioan. Hierosolymitani dicitur Armendar. d. loco num. 51.

10 Portò si Ordinarius simul sit Superior, verb. gratia, si Episcopatui monasterium est vnitum, solus Ordinarius de nullitate potest cognoscere, nam Concilium dum vtrumque coniungit, præsupponit vtrumque adesse.

11 Regularis huiusmodi deducens intra quinquennium nullitatem professionis, tenetur eam probare coniunctim coram proprio Superiore Regulari illius monasterij, in quo professionem emisit, & coram Ordinario illius loci, vbi existit monasterium, in quo professus est, ita decisum refert Armendar. d. l. 7. n. 38. [nouissimè me citato in hoc loco Nouar. in lucerna Regular. verb. nullitas 1. pag. 177.] Si verò ante causam cognitionem propria auctoritate habitum dimiserit, nullatenus ad allegandam quacunque causam est admittendus, sed vt ad monasteriū redeat est cogendus, & tanquam apostata puniendus, interim vero nullo privilegio suæ Religionis iuari potest, decisum refert Franc. Leo d. c. 1. n. 42. & tenent Nauar. d. tom. 4. num. 77. & 78. Azor. dicit. q. 10. in fin. Fr. Ludouic.

13 Reclamatio de nullitate professionis faciendâ est cum habitu, arque habitu Religionis retento, aliàs reclamans non exaudietur, [Miranda d. art. 6. concl. 1. Lezana d. c. 2. n. 8.] & hoc esse intelligendum quando habitum temerè absque causa dimisit, & re-assumit, tradunt Azor. dicit. cap. 4. quest. vlt. Sanch. dicit. lib. 7. disp. 37. num. 3. Fr. Emman. tom. 3. quest. 17. circa med. Bonacin. dicit. punct. 10. diff. 3. num. 1. Aloyf. Ric. decis. 48. num. 7. & 8. part. 4. [quod quidem etiam intelligendum est procedere in foro exteriori, non in interiori, si causa subsit aliter faciendâ. Nauar. comment. 4. de Regul. num. 77. Bonacin. dicit. puncto 10. diff. 3. Lezana d. c. 2. n. 8.]

14 Qui verò cessante scandalo, & præiudicio alterius habitum dimittit, & fugit de carceribus ante reclamationem, & antequam deducat causas nullitatis suæ professionis coram Ordinario, & Superiore sciens, aut iuste credens suam professionem non valuisse coram Deo, in foro conscientie non peccat mortaliter, nec etiam quoad forum exterius meretur subire pœnas in prædicto Concilio positas ei, qui interueniente aliqua iusta causa habitum dimiserit, & illo non retento reclamauerit, ille nempe, qui non possit habere licentiam eundi ad reclamandum, neque ire nisi dimisso habitu, aut non sibi permittitur causas nullitatis suæ professionis coram Superiore, & Ordinario proponere, ita Nauar. d. loco vbi inquit se vidisse, in Vrbe, siue Romana Curia multos, qui prius dimisso habitu, ac postea re-assumpto benignè exauditi sunt. [Vnde dimissionem habitus non impedire vt Regularis non audiat super nullitate professionis, si postea eundem habitum re-assumat, resoluunt Campan. in diversis. Iuris Canon. rub. 12. cap. 11. num. 18. Suar. de Relig. tom. 3. lib. 7. cap. 3. num. 14. Portel. in dub. Regul. verb. professionis nullitas n. 45. Gratian. d. c. 41. 3. n. 7. & 8. Villalob. in sum. tom. 2. tract. 35. diff. 25. n. 4. Diana moral. resol. p. 3. tract. 2. resol. 53. in fine.]

15 Illud aduertendū duci causas nullitatis professionis nullæ ita proponendas esse coram Superiore, & Ordinario copulatiuè, prout requirit Concil. dicit. cap. 19. vt si Superior Regularis per se solum professionem nullam declaret, religiosumque è monasterio eiiciat, illum teneatur ad monasterium reuocare, cum prædicti Superioris decretum vti factū contra formam, & dispositionem Concilij, fuerit nullum, sic censuit Sacra Congr. mense Ianuarij 1618. vt refert Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 20. Illud tamen non me latet, an sicut cuiusque Regulari præcedenti professionem suam esse nullam, licet causam nullitatis coram Superiore suo, & Ordinario proponere, vt disponit Concil. possit etiam ipse Superior coram eodem Ordinario illas proponere, vt è monasterio Religiosum dimittat, illo nihil proponente? Adhuc sub iudice lis est, ego dubiam iudico questionem, quam præfenti anno pro vtraque parte in varias diuisi opiniones disputarunt Illustrissimus D. meus Cardinalis Tontus, & D. Felix Contelorius I. V. ac Sacræ Theologiæ Doctor, in hac Romana Curia Aduocatus, qui omnium litterarum scientia egregiè præditus de se multa, & grania in dies pollicetur. [post primam huius tractatus impressionem cum dignissimè in Commissarium Cameræ Apost. & Canonicum Basilicæ SS. Apostolorum, assumptum vidi, ac denique, vt audio, Secretarius sacræ consultiæ creatus est.]

16 Prædictum quinquennium in professione expressa facta incipit à die, quo quis illam emisit, in tacita verò à die quo fecerit actus solummodo professis proprios, quibus inducitur, Franc. Leo d. c. 1. n. 42. Franc.

Franc. Miranda dicit. quest. 30. art. 1. concl. vni. propè finem. Azor. dicit. cap. 4. quest. 10. vers. postremo. Bonacin. dicit. puncto 10. diff. 4. num. 1. vbi num. 2. tenet diem illum computandam esse à die professionis etiam in illo, qui tunc temporis laborabat ignorantia inualiditatis professionis, aut alio impedimento. [nouissimè me citato in hoc loco Nouar. in lucerna Regular. verb. reclamare num. 3. pag. 223.]

17 Non reclamantem intra quinquennium, vel quia fuit impeditus, vel quia ignorauit iusta ignorantia suam professionem esse irritam, posse reclamare etià post quinquennium, & vti remedio extraordinario restitutionis in integrum, vt audiatur, resoluunt Bimi. conf. 57. num. 8. & seq. Fr. Emman. dicit. quest. 17. art. 16. quos refert, & sequitur Aloyf. Ricc. dicit. resol. 550. num. 5. Azor. dicit. quest. 10. vers. postremo, in fine, Aloyf. Ricc. dicit. resol. 550. à num. 2. Fr. Ludouic. Miranda dicit. art. 1. concl. vni. propè finem, Flores de Mena var. resol. quest. 23. num. 68. Sanch. dicit. disp. 37. num. 22. Sanctarel. var. quest. 48. num. 3. Bombin. conf. 22. num. 7. Jacob. de Graffis conf. 1. num. 8. de Regular. tom. 1. [nouissimè me citato in hoc loco Nouar. in lucerna Regular. verb. reclamare num. 4. Lessi. de Iustit. lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 66. Steph. Gratian. discept. forens. tom. 3. cap. 41. 3. num. 9. & cap. 440. num. 25. Diana moral. resol. part. 3. tract. 2. resol. 53. Portel. in dub. Regul. verb. professio num. 45. Hieron. Roderic. dicit. resol. 101. num. 61.] Aduertit Aloyf. Ricc. dicit. resol. 550. num. 6. vers. tandem, huiusmodi restitutionis petitionem debere fieri coram Sanctissimò, & consequenter ex eius speciali rescripto obtineri, cognito metu, & illata vi summo iudicio procedendum est, [Niger Curiae controuers. forens. tom. 2. controu. 371. num. 37. nouissimè Nouar. in lucerna Regular. verb. professio. 11. pag. 216. Et sic quòd hodie vt quis possit audiri post quinquennium debet adire Romæ, sacram Congreg. Concilij Trident. vel alteram Regularium negotijs præpositam, quæ prius cognitis saltem summarie nullitatibus deducendis, & iusto impedimento non reclamandi intra quinquennium, restitutionem concedere solet, vt seruari vidi & insinuat Portel. dicit. num. 45. vers. circa quod, Hieron. Roder. dicit. resol. 101. num. 71.] quamuis contrarium teneant Ceual. commun. quest. 500. in fin. Flamin. de resignat. lib. 13. quest. 5. num. 46. Armendar. in addit. ad recopilat. legum Nauarra lib. 2. tit. 18. l. 7. de Relig. num. 19. Bonacin. dicit. puncto 10. diff. 4. num. 4. existimantes ¶ elapso quinquennio ad reclamandum contra professionem per vim, vel metum factam non competere restitutionem, nec reclamantem exaudiri. Professio enim, quæ à principio fuit irrita, forsitan per vim, & metum etiam paternum, vt censuit Rot. Rom. decis. 175. num. 1. part. 1. recent. non fit aut fieri potest rata, & valida, nisi voluntariè ratificetur: nam Deus, vt dicitur in cap. si quid inuenisti, 14. quest. 5. cor respicit, & non manum, & qui nunquam voluit esse professus, sed semper rem, nunquam erit talis. Vnde quinquennio elapso non esse in foro conscientie verum professum, & Religiosum, qui ob vim, metum, vel aliquid simile professionem emisit, si illam non ratificauit, & solum in foro externo præsumi esse Religiosum docent Nauar. conf. 23. num. 5. & conf. 89. num. 6. & 7. de Regular. Henriq. in summ. lib. 11. cap. 6. in commento, & cap. 8. §. 9. in com. Sanch. dicit. lib. 7. disp. 37. num. 9. Sanctarel. dicit. quest. 48. num. 18. [Fr. Barthol. de Vecchis disp. 14. dub. 3. num. 5. Rota Vlixibonen. professionis 10. Decemb. 1621. coram R. P. D. Merlino. Lezana dicit. cap. 2. n. 7.] Et ita in eodem foro conscientie non teneri etiam post lapsum quinquennij ex vi voti seu

uariè occultè regulas Religionis, nec vota secluso scandalo, tradunt Azor. part. 1. lib. 12. cap. 5. quest. 1. Fr. Emman. in summ. part. 2. cap. 92. conclus. 5. Sanch. dicit. disp. 37. num. 36. Sanctarel. dicit. quest. 48. à num. 24. Bonacin. dicit. puncto 10. diff. 1. num. 1. Imò nec per promotionem ad factos Ordines, si talis metus durabat, præsumendum est quempiam tacite esse professum Fr. Ludouic. Miranda dicit. art. 1. concl. vni. in fine, & dicit Nauar. conf. 6. de his, que vi, quòd professio propter metum patris morrèntis in Religione approbata facta, & in qua per tres annos viuentis patre manens sacris Ordinibus ad titulum Religionis promouetur, per promotionem ad factos Ordines valida non censetur, cum votum quod ab initio ob metum aliquem nullum est solo tractu temporis, neque coram Deo, neque coram hominibus, concurrente etiam gestatione habitus, & per mansione in monasterio, & præstatione suffragij in Capitulo, & alia faciendò, quæ solis professis cõpetunt, conualecitur, cap. non firmatur, de regulis iuris, lib. 6. l. quod ab initio, ff. eodem tit. multoq̃e minus per susceptionem Ordinis, durante iusta causa merus, professionem suam ratificare præsumi debet, quæ est res separata à professione, & à separatis non fit illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minorib. cum aliis citatis in libello de principijs vtriusque iuris, littera I, num. 6.

19 Professio, quæ est ipso iure nulla, non ratificatur ex eo, quod sic professus persistat per longum tempus in Religione, quam professus est, sed oportet vt sciat ipsam fuisse nullam, & animo approbandi, & ratificandi eam in eadem Religione præstitit, quod si non fecerit, intra quinquennium, immo verò, & vltra quinquennium, poterit reclamare, si alleget iustas, atque legitimas causas, ob quas non potuit ante id ipsum facere: solummodo enim quispiam tacite censetur consentire, profiteri, & re vera profiteri, quando sciens professionem fuisse nullam, & inualidam ob aliquam prædictarum causarum ad ratificandam, & approbandam eam, sciens, & prudens in religione persistit per integrum annum continuum, & non interpolatum à tempore, quo sciuit illam esse nullam cum animo, & intentione eam ratificandi, & de nulla faciendâ eam validam, & ab eo tempore incipit esse vere professus, & non aliter, quod si noluerit facere, intra prædictum quinquennium, immo verò & vltra illud, poterit reclamare, vt per Nauar. d. com. 4. num. 71. & conf. 9. de his que vi, & conf. 34. num. 4. & consil. 89. n. 3. de Regular. & in man. cap. 12. num. 71. Ludouic. Miranda d. q. 30. art. 9. concl. vnica. Et in puncto de moniali quod non censetur ratificare professionem sine scientia nullitatis ipsius, tenet Rota decis. 179. num. 7. & decis. 379. num. 5. par. 4. recentior.

Verum in hac nouissima impressione à præfata sententia discedere cogor, & teneo professionem nullam tacite ratificari ex pluribus actibus factis in monasterio, licet professus non habuerit scientiam indiuiduâ nullitates professionis ab eo prius emisæ, auctoritate rex. in cap. 1. de Regul. in 6. in quo non obstante nullitate professionis præcedentis, disponitur induci tacitam professionem, absque eo quod requiratur aliquam scientiam dictæ nullitatis. Et confirmatur sumpto argumento ex matrimonio carnali, in quo ignorantia impedimenti illud dirimentis non inualidat ipsum matrimonium si sequatur actus, ex quo inducatur præsumptio matrimonij, vt tenet Sanch. de matrimon. lib. 2. disp. 26. num. 2. vers. quinto, & num. 9. Quare ita censuit sacra Congreg. in Romana professionis 28. August. 1621. quam declaratio-

nem S. D. N. Urbanus VIII. obseruari mandauit die 1. Februarij 1631. vt testatur Rota in *Meten. professionis* 2. Iunij 1636. coram R. P. D. Carillo impressa per Tambur. post suum tract. de iurè Abbatislat. *decis.* 3. num. 12.

At si Religiosus priorem professionem irritam expresse ratificare velit, fieri quidem verus Religiosus absque eo quod nouitatus annum iteret. Ita Nauarr. *consil.* 27. num. 2. de Regular. Azor. *dict.* lib. 1. 2. cap. 1. *quas.* 6. *versic.* si *queras*. Bonacina *de clausur.* *quas.* 2. part. 1. *difficul.* 1. num. 5. Suar. *tom.* 3. de *Relig.* lib. 7. cap. 1. num. 8. Sanctarel. *dict.* *quas.* 48. num. 33. cum *seqq.* Villalob. *dict.* tract. 33. *difficul.* 24. à num. 5. Hieron. Roder. *dict.* *resol.* 10. num. 76. Barthol. de Vecchis *dict.* *difficul.* 4. dub. 5. à *principi.* & absque nouo consensu & acceptatione Superioris, vt cum multis resoluunt Sanctarel. *dict.* *quas.* 48. num. 3. contra Sanchez *dict.* lib. 7. *difficul.* 37. num. 64. & lib. 2. *difficul.* 35. num. 4. Bonacina *dict.* *punct.* 10. *difficul.* 1. existimantes in hoc casu non satis esse solo interno actu professionem reuocari, sed oportere iterum professionem recipi adu externo, & Superiore monasterij denuo admittente.

Quare merito Sanchez *dict.* *difficul.* 37. num. 19. & Galet. in *margar.* *casuum consuet.* *verb.* *annus* n. 1. tenuere dictum quinquennium ad reclamandum concessum professis Regularibus currere non obstantem ignorantia professionis nullam, aut impedimento facto, que opinio probabilitate non caret, atque priori nostra sententia si precipue eam intelligamus de professione nulla ob defectum etatis, quia tunc ad tacitam professionem excludendam satis non est, vt ignorantiam simpliciter alleget professus, aut Superior religionis, ex eo quia in facto proprio, vel alieno, quod quis scire tenetur, non presumitur ignorantia, sed scientia, cap. *innouit.* vbi gloss. & Doct. de *electio.* Bald. in l. 1. *ff. si quis omisa causa.* gloss. in 6. *presumitur.* de *regulis iuris* in 6. Menoch. de *presumpt.* lib. 6. *quas.* 2. 3. num. 66. Superiores enim religionis tenentur ex officio inquirere etatem nouitij, & nouitius similiter suam, cum ante annum 16. nec ipsi profiteri, nec religio illius professionem admittente possit, ergo quoad hoc non presumitur ignorantia, quinimo non essent audiendi, etiam si vellet probare ignorantiam iuramento, vt colligitur ex *vidua.* de *regularibus*, & ex *resolutis* per Sanchez. *difficul.* 37. num. 27.

In dubio autem an sicte professus videatur suam professionem nullam ratificare, videtur distinguendum inter sicte professum, qui dubitare incepit de ratificatione professionis ante quinquennium elapsum, & inter illum, qui post transactum quinquennium dubitat, an priorem professionem inualidam ratificauerit, itaut in primo casu non teneatur stare priori professioni, quia ante quinquennium non presumit ius ratificationem professionis; secus in secundo casu, cum Cancell. *dict.* cap. 19. presumat professum ratificasse suam professionem si per quinquennium contra eam non reclamauit. Ita Meroll. *tom.* 1. *difficul.* 3. cap. 3. num. 283. Sanctarel. *variar.* *resol.* part. 1. *quas.* 48. num. 46. cum *seqq.* quos refert & sequitur Diana *moral.* *resol.* part. 4. tract. 4. *resol.* 49.

Inhabiles ad profitemdum, puta habentes perpetuum impedimentum, posse reclamare etiam transacto quinquennio, nec Concilium Trident. *difficul.* cap. 19. loqui de huiusmodi personis, obseruant Nauarr. *consil.* 26. num. 12. & *ultim.* de *Regularibus* Sanctarel. *dict.* *quas.* 48. n. 36. Bonac. *d. punct.* 10. *difficul.* 4. n. 7. [Portel. *d. verb.* *professio*, n. 5. Villal. *d. difficul.* 24.

num. 8. Hieron. Roderic. *resol.* tot. num. 74.] Vnde dicunt [Villalob. in *summ.* p. 2. tract. 35. *difficul.* 25. num. 8. Stephan. Gratian. *discept. forensium*, 3. cap. 440. num. 14. Ego ipse in actis decisus Canon. lib. 1. *tot.* 15. n. 44. cum *seqq.* Rota *decis.* 175. num. 3. part. 1. recentior, & apud Nicol. Garc. de *benef.* part. 9. cap. 2. num. 338. Hieron. Roder. *d. resol.* 101. num. 74.] Aloyf. Ricc. *d. resolut.* 550. in *fine*, quod professi nulliter, quia non fuit in eorum informationibus seruata forma & accurata illa, ac diligens perquisitio motum, natalium, parentum profitentis, & aliorum, de quibus in constitutionibus felicis record. Sixti V. prima, edita 6. Kalend. Decembris 1587. & altera 12. Kalend. Novembris 1588. possunt etiam post quinquennium reclamare, cum eorum professio annullatur propter bonum commune Religionis, & sic Sixtus V. in sua secunda Constitutione moderatoria, & declaratoria primæ, ait in hæc verba: *Sed cum eadem ratio vigeat in tacita professione emittenda; quæ militat in expressa, statuimus, quod in quibuslibet Ordinibus & Religionibus, nec etiam tacita professione quorumcumque Religiosorum induci possit, nec inducta intelligatur, nisi in receptione forma Constitutionis seruata fuerit, &c.* Quibus verbis videtur definitum, quod allegatio quinquennij non admittatur, siquidem talis allegatio, saltem in foro exteriori, inducit tacitam professionem. Verum quamuis non ita clare deducatur ex dict. Constitut. adhuc tamen dico, quod supradictorum professiones sunt irritæ, & nullæ, specialiter propter defectum consensus recipientium ipsos ad Ordinem, & propter expressam protestationem, que hæc der e eisdem fit, antequam profiteantur, faciunt que Nauarr. *conf.* 26. à *principio*, & precipue n. 12. de *Regularib.* & *consil.* 87. eodem *tit.* vbi questionem proponit, an qui de genere Iudeorum descendit, & contra statutum Religionis ei nomen factum, cum protestatione, quod nulla esset professio, si de tali genere descenderet, interrogatus negauit se de tali genere descendere, ob quam negationem fuit admissus, si confessus fuisset veritatem, sit verè religiosus? Cui propositæ questionis, atque difficultati responder, quod videtur sibi huiusmodi consulentem coram Deo, & in foro conscientie non esse verè religiosum: tum quia professio fuit nulla, quia contra legem habentem decretum irritans facta fuit, tum etiam, quia professio in effectu est quidam contractus, & actio vitro citroque obligatoria, qua profitem obligat se monasterio, vel Ordini ad seruandum ei, secundum regulam eius, & e contra monasterium ad alendum & tractandum ipsum vt filium, atque ita est necessarius consensus vtriusque partis, tam Conuentus, & Prælati professionem acceptantis, quam ipsius profitentis: & inquit quod in casu proposito defuit consensus Conuentus, atque Prælati, quia fuit præstitus sub tali conditione si non esset de tali genere; atque ita defuit conditio sub qua fuit admissus, ex quo proinde sequitur, quod ipsa admissio nulla fuit, quia dispositio conditionalis nulla est deficiente conditione: nam cessante causa cessat effectus. hætenus Nauarr. quem sequitur Fr. Emman. *quas.* *Regular.* *tom.* 3. *quas.* 11. art. 2. vbi præmissa difficultate, & questione de statuto excellentè à Religione descendentes ab infidelibus prædictis, irruente, & annullante ipsorum professionem, etiam si fiat in Capitulo generali habente licentiam à Sede Apostolica specialiter, vt in eo aliqua statuta edantur, an valeat postquam responder quod non, & quod huiusmodi statutum non esset iustum, quia est contra ius, & contra sacros Canones, postquam etiam dicit, quod sic recepti, & professi non sunt repellendi à Religione, neque eiiciendi, quia contra prædictum statutum, subdit, & addit, quod possunt eiici, atque expelli si non interuenit consensus legitimus ex parte recipientium, & inquit quod licet eis, quoad forum conscientie tantum ab ordine, & Religione exire sine vlla proffus dispensatione, cum quoad illud forum non sint ligati, vt tradunt Doctores in *cap. humana aures*, 22. *quas.* 5. Quoad forum verò exterius sciens suam receptionem ad ordinem & professionem fuisse nullam ob aliquam ex supradictis causis, potest & debet intra quinquennium reclamare, & ipsas coram suo Superiore, & Ordinario allegare, ita Fr. Ludouic. Miranda *dict.* *quas.* 30. art. 4. *concl.* 2.

17 Verum contrarium illius, quod diximus supra in principio numeri anteced. verius & receptius est in professis sine illa perquisitione, ac informatione, & per plures annos cum habitu professorum commorantibus, actualique publicè veram professionem indicantes exercentibus, ex quibus insurgere aliam tacitam professionem per cap. 1. de *Regular.* in 6. tenent Nauarr. in *cap. statuum eod.* *tit.* num. 37. Menoch. de *presumpt.* lib. 6. *pres.* 85. à num. 5. Fr. Emman. *quas.* *Regular.* *tom.* 3. *quas.* 12. art. 1. Hinc autem tacitæ professioni ne dum non obstat Conc. Trid. prout non obstat ex recentissima omnium sententia tradunt Nauarr. *conf.* 35. num. 2. de *Regular.* Sanch. de *matrim.* lib. 7. *difficul.* 37. num. 1. Fr. Emman. *d. quas.* 17. art. 1. *vers.* *nec hæc tacita*, & Fr. Ludouic. Miranda in *man. Prælat.* *tom.* 1. *quas.* 24. art. 12. sed etiam plurimum faciet eum *sess.* 25. cap. 19. de *Regular.* expresse fit sancitum non posse Religiosum post quinquennium contra professionem reclamare, ex lapsu autem ne dum quinquennij, sed plurimum annorum videtur inducta, vel noua professio tacita, secundum Fr. Emman. *dict.* *quas.* 17. art. 1. in *fine*, vel ratificatio antecedentis professionis expressæ, iuxta opinionem Sanch. *d. lib.* 7. *difficul.* 37. n. 6. Nec prædictis videtur obstat, Constitutio illa secunda Sixti, dum in *vers.* *sed cum eadem ratio*, reuocat & infringit quascumque tacitas professiones, nisi & in ipsis fuerit adhibita forma inquisitionis, & informationis ab eo Pont. præscripta, ob quam Constitutionem etiam post quinquennium posse professum reclamare aduersus suam professionem absque dictis informationibus omnissam, & terminum quinquennij à Concilio præfixum tali casu non obstat firmat Fr. Emman. *dict.* *quas.* 17. art. 12. *vers.* *aduertendam*, vbi & à Senatu ita fuisse iudicatum attestatur, & etiam Sanch. *d. difficul.* 37. num. 34. in *princip.* Quia responderetur felic. record. Clem. VIII. in *sua Constit.* edita sub die 2. Aprilis 1602. quæ est in ordine *constit.* 83. eiusdem Pontificis prædictas Sixti V. Constitutiones quoad eam partem in qua professiones non præmissis diligentibus, & informationibus emissas irritabant ad terminos Iuris communis reduxisse, vt in §. 3. in *fine*, & sublato obstaculo Constitutionis Sixti V. nihil est quod tacitam professionem impedire possit, iuxta dispositionem Iuris communis, ad tradita per Cassad. *decis.* 8. num. 6. & Caputaquens. *decis.* 214. num. 5. cum *seqq.* lib. 2. & ita in his propriis terminis dictum fuit in *una Vlixbo-* *nen. professionis* 10. Decembris 1621. coram R. P. D. Merlino.

21 Prædictum quinquennium currere Regulari minori, tenet Aloyf. Ricc. in *praxi fori Ecclesiast.* *decis.* 658. in 1. edit. & *resol.* 551. in 2. edit. vbi citat Fr. Emman. *dict.* art. 17. *vers.* *ex quibus inferitur*. Sed melius Flores de Mena *quas.* 23. num. 68. resoluunt illud non currere tempore inhabili, veluti durante pupillari etate, aut aliqua causa nullitatis irremissibilis ali-

cuius inhabilitatis personalis. Nec obstant verba ipsius Concilij, ibi, *quancumque causam*, quibus significare videtur, quod generaliter debet repelli ab allegandis quibuscumque causis, & quæ litem possunt mouere, quia responderetur verba illa generalia restringi per narrationem prius factam, & per illa verba, *quicumque regularis prætendat se per vim, & meum ingressum esse religionem, aut etiam dicat ante etatem debitam professum fuisse, aut quid simile, &c.* Vnde de his tantummodo causis intelligitur Concilium, non verò de aliis, ob quas forsitan quispiam intra quinquennium non potuit, aut non fuit sibi permissum reclamare, quapropter huiusmodi non obstante, quod elapsum sit quinquennium, reclamare poterit, neque erit repellendus, sed audiendus: ita Aloyf. Ricc. *dict.* *decis.* 650. num. 6. Fr. Ludouic. Miranda *dict.* *quas.* 30. art. 1. *concl.* *vnica in med.* [aditque Lezana *dict.* cap. 2. num. 7. ex Nauarr. *commento* 4. de *Regul.* à num. 71. Concilium esse intelligendum nisi taliter professi allegauerint legitimas causas, ob quas non potuerint intra prædictum tempus reclamare, quia ita piè interpretanda est mens Concilij. Et idem Lezana citato loco, post Laurent. de Peirinis *tom.* 1. de *subdito* *quas.* 1. de *obediens.* cap. 25. §. 4. subdit illo Concilij decreto *dict.* cap. 19. non obstante posse Prælatos Religionis etiam transacto quinquennio eiicere Religiosum, quem nouerint habuisse in professione defectum alicuius conditionis irritantis illam, quia Concilium solum videtur determinare illud quinquennium pro reclamatione professorum.]

ALLEGATIO C V.

Episcopus quibus casibus in Regulares, & exemptos habeat iurisdictionem?

S V M M A R I V M.

- 1 Monachi omnes olim attentio iure communi fuerunt Episcopis subiecti, in quorum diocesis monasteria sita erant.
- 2 Episcopi de iure communi intentionem fundatam habent, tam in civilibus quam in criminalibus contra Abbates, & Regulares.
- 3 Regulares fere omnes sunt hodie exempti ab Ordinariorum potestate ex Summorum Pont. privilegiis.
- 4 Superiores Regularium ob exemptionem ab Ordinariorum potestate, ea omnia exercere possunt in suos, quæ Episcopi in subditos.
- 5 Episcopus hodie nullum potest ad professionem monasticam admittere.
- 6 Dispensare non potest Episcopus cum Religioso, vt ad minus strictam Religionem transeat.
- 7 Licentiam eundem ad studia absque Abbatis consensu, non potest Episcopus Monacho concedere.
- 8 Licentiam non potest Episcopus concedere, vt Religiosus munus executoris testamenti, aut cuiuscumque vltima voluntatis suscipere valeat.
- 9 Aduocati, & procuratoris munus, vt etiam pro se obire possint, non potest Episcopus Religiosis licentiam concedere.
- 10 Abbas potest Monacho licentiam concedere, vt procuratoris munus pro Episcopo obire possit.
- 11 Regularium monasteria à quo tempore fuerint exempta

- 12 Cap. quàm sit necessarium 18. quæst. 2. declaratur subscriptio.
- 13 Regulares an illis casibus, in quibus subsunt Episcopis, valeant ab eis puniri, ac censuris inuolui, ostenditur.
- 14 Regularis etiam intra monasterium degens si delinquerit ab Ordinario loci visitari, puniri, & queri, valet.
- 15 Concilij Trident. dict. dispositio sess. 6. de reform. cap. 5. locum sibi vindicat in Equitibus S. Ioannis Hierosolymitani.
- 16 Regularis qui potest puniri ab Ordinario loci, si extra monasterium degat, intelligitur dum non vinit sub Superiori conuentionali.
- 17 Regularis manens de Superiorum licentia sub Regulari obseruantia in aliquo membro, vel grangia sui monasterij pro religionis seruitio, si delinquat, non ab Ordinario, sed a suo Superiore puniri debet.
- 18 Regularis intra monasterij claustra degens, si extra notorie deliquerit, instancie Episcopo a suo Superiore, vel eo negligente ab eodem Episcopo puniri potest.
- 19 Doctores referuntur, qui tractant de materia Concilij Trident. sessione 25. de Regular. cap. 14.
- 20 Regularis intra claustrum monasterij degens, & extra illud delinquens, an possit antequam remittatur ad suum Superiorem, ad carcerem Episcopi duci, ostenditur.
- 21 Ordinarij tanquam Sedis Apostolice delegati in causis mercedum, & miserabilium personarum Regulares debitores cogere, & compellere ad soluendum debitum possunt.
- 22 Doctores referuntur qui tractant de materia Concilij Trident. sess. 7. de reform. cap. 14.
- 23 Concilium Tridentinum sess. 7. de reform. cap. 14. an derogat textui in cap. 1. de priuilegijs, lib. 6. ostenditur.
- 24 Regulares absque Ordinarij approbatione, ultra licentiam a suis Superioribus impetratam, libros imprimi facere non possunt.
- 25 Regulares sua diocesis cogere potest Episcopus, vti a Sede Apostolica delegatus, vt lectionem Sacrae Scripturae in monasterijs suis habeant, si commode fieri potest.
- 26 Regulares in Ecclesijs, quae sui Ordinis non sunt, praedicare volentes ultra suorum Superiorum licentiam, Episcopi etiam licentiam impetrare coguntur.
- 27 Regulares quauis exempti subiiciuntur Episcopis quoad Ordines suscipiendos.
- 28 Episcopi super Regulares, etiam Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, habent auctoritatem in concernentibus curam animarum, quam ipsi exercent.
- 29 Episcopalis auctoritas in Regulares versatur circa Confessiones audiendas.
- 30 Regulares etiam exempti, si in loco non exempto Ecclesiam edificare voluerint, id facere non possunt sine Episcopi diocesani consensu.
- 31 Monialium claustrum in omnibus monasterijs, etiam exemptis conseruare, & restituere potest Episcopus.
- 32 Regulares omnes, etiam exempti subiiciuntur Episcopis in colendis festis.
- 33 Regulares peccant contra praeceptum obseruationis festorum ab Episcopis praeceptorum.
- 34 Regularium ritus in diebus festis quoad Missas celebrandas, & caetera diuina Officia ab ipsis in eorum Ecclesijs persoluenda, remanere debent.
- 35 Conciones, & lectiones, quas iidem Regulares ad po-

- pulum habuerint, debent desumi ex Euangelijs, & Epistolis, quibus Clerici secularis videntur illis diebus festis.
- 36 Festa sacra in propria diocesi cum Clero, & populo indicere valet Episcopus in honorem alicuius Sancti in Sanctorum numerum adscripti.
- 37 Episcopus habet potestatem abrogandi, vel subrogandi dies festos prout esse magis expedire videbitur.
- 38 Princeps secularis non potest subditis suis indicere, & precipere obseruantiam alicuius festi sine auctoritate Episcopi.
- 39 Festa obseruanda de praecepto potest Episcopus in Synodo absque populi consensu indicere.
- 40 Festis diebus, quibus rebus liceat operam dare, ostenditur.
- 41 Episcopus procedere potest contra laicos non obseruantes festa.
- 42 Laici Superiores pro festorum obseruatione possunt etiam statueri, & poenas violantibus imponere, quod quomodo sit intelligendum, ibi ostenditur.
- 43 Regulares inuadit, & censuras ab Episcopo promulgata in eorum Ecclesijs publicare, ac seruare tenentur.
- 44 Concilium Tridentinum sess. 25. de Regularib. cap. 12. an renouet priuilegia Regularibus concessa ad celebrandum tempore interdicti, & admitrendos laicos ad diuina eodem tempore ostenditur.
- 45 Regulares ad publicas processiones accedere per Episcopos compelli possunt, nisi tantum exempti, qui in strictiori claustra perpetuo viuunt.
- 46 Regulares omnes quoad renunciations faciendas Episcopis subiiciuntur.
- 47 Episcopus per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellere potest Superiores Regulares, vt nouitius nolentibus profiteri, omnia bona restituant, qua tempore ingressus in monasterium deiecerunt.
- 48 Regularis quicumque praetendens per vim, & metum, aut quid simile ingressum esse Religionem, debet intra quinquennium causam nullitatis coram Superiore suo, & Ordinario proponere.
- 49 Regulares de manibus laicorum Ecclesias recipere sine consensu Episcopi non possunt, & quomodo id intelligatur, ibi ostenditur.
- 50 Episcopus potest compellere Regulares, siue Religiosos exemptos ad reddendam coram se gesta testamentorum executionis rationem, ac eos punire, si male gesserint.
- 51 Regulares si extra loca ubi monasteria existunt quaritare voluerint, tenentur suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere.
- 52 Religiosum leuiter percussorem clericum secularem absoluit Episcopus.
- 53 Monachos etiam exemptos se ad iniucem percussiones de aequitate absoluit Episcopus.
- 54 Laicos percussiones Monachos ipse Episcopus absoluit, non vero eorum Superiores.
- 55 Moniales exempti Episcopus absoluit.
- 56 Regulares omnes, etiam exempti, in causis haereticis subiiciuntur Episcopi iudicio.
- 57 Superiores Regulares non possunt hodie indicare suos subditos in causa haereticis, sed tenentur eos denuntiare Inquisitoribus, vel locorum Ordinarijs.
- 58 Episcopi locorum Ordinarij, & haeretica prauitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedere possunt, & seuerè animaduertere in Regulares audentes publice asserere, quod B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali.
- 59 Constitutio nouissima Sanctiss. D. N. Gregorij Decimiquinti super Conceptione Beatissimae Virginis, refertur.

- 60 Ordinarij locorum omnium Regnorum, & omnes haeretica prauitatis Inquisitores possunt procedere, & seuerè animaduertere in Regulares, qui personam a in honesta perpetranda in actu Confessionis Sacramentalis induxerint.
- 61 Monachus monasterij exempti si sine habitu extra monasterium incedat, poterit per Ordinarium puniri, siue si intra.
- 62 Episcopus punit Regulares Mendicantes (exceptis Praedicatoribus) qui, cum debeant esse contenti unica campana plures habent.
- 63 Regulares punit Episcopus, qui sibi Episcopalia arrogant.
- 64 Exempti si fuga sit periculum, potest Episcopus capere, & remittere ad competentem iudicem.
- 65 Exempti subiiciuntur Episcopis, in iis omnibus, quae sunt Ordinis Episcopalis.
- 66 Archiepiscopi, & Episcopi possunt in locis exemptis sua diocesi facere solemnes benedictiones, & diuina officia celebrare.
- 67 Ordinarius audiri potest ex defectu iustitiae in exemptis, vt suppleat.
- 68 Regulares administrant clericis, vel laicis Sacramentis extremae vntionis, Eucharistiae, vel Matrimonij sine licentia Parochi, possunt ab Episcopis excommunicari.
- 69 Regulares sine Ordinarij licentia indulgentias publicantes subijciunt Episcopi iurisdictioni.
- 70 Regulares die Sabbati maioris hebdomadae, antequam campana Cathedralis, vel maioris Ecclesiae pulsatur, campanas in Ecclesijs suis pulsantes, ab Episcopo in poenam centum ducatorum condemnantur.
- 71 Episcopus amota omni appellatione componit controuersias omnes inter Regulares in processibus publicis contingentes.
- 72 Exempti in causis matrimonialibus subduntur Episcopis.
- 73 Exempti subduntur Episcopo ad hoc, vt per eum possint denunciari, & mandari vt euentur, quando essent notorie excommunicati a iure, vel ab homine.



Licet attentio iure communi omnes Monachi fuerint Episcopis subiecti, in quorum diocesis monasteria sita erant, cap. Abbas, cap. monasteria 18. q. 2. Mandol. de signatura gratiae in. de exempt. ab Episcopis, vers. omnes Ecclesiae, Triulan. Venetia decis. 36. n. 2. lib. 1. late Cened. pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 26. num. 1. [Homob. de Bonis de exam. eccles. p. 3. tract. 1. s. cap. 9. suppos. 2. nouissime me citato in hoc loco Ciarlin. forens. controu. lib. 1. cap. 50. n. 16. & me tacito nouissime Marcel. Vulpe in praxi indic. fori eccles. cap. 42. in princ. nouissime Lauretus de Franchis in controuers. tam inter Episcopos & Regulares, quam inter Regulares & Laicos. q. 1. pag. 301.] ita vt Episcopi, veluti Generales Monachorum, quosdam ad professionem admittere, alios repellere potuissent, cap. qui verè, 16. quest. 1. cap. viduitatis, 27. q. 1. cap. Abbas, 18. quest. 2. glof. verb. si Praelati, in cap. quanto, de offic. Ordinar. Abb. & communis in cap. porrectum, de Regular. Syluest. verb. religio 3. s. 4. Nauat. in cap. non dicatis, 12. quest. 2. num. 63. vers. addo secundo, Cated. diuersorum iuris argumentorum lib. 3. cap. 18. in princip. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 63. art. 1. & art. 3. vobique, in princip. Campan. in diuersorio Iuris Canonici libr. 12. cap. 13. num. 1. [Filesc. de sacra Episc. auctor. c. 7. §. 2. cum seqq. Alzed. de precellent. Episcop. diem. p. 1. cap. 11. num. 27.] it qui propterea Raybol. de Episcopo. Pars III.

de ipso iure communi intentionem fundatam, tam in ciuilibus, quam in criminalibus contra Abbatès, & Regulares habent, Ioan. Andr. Butr. & alij, atque Decian. in cap. sua nobis, num. 16. de confirm. vtili, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. glof. 2. in num. 24. Rot. Rom. decis. 78. par. 1. diuers. quos refert Campanil. dist. loco. [nam quod attinet ad iurisdictionem & gubernationem Religiosorum cenobia erant Episcopo subiecta, licet Presbytero Parochiali subessent in Sacramentis suscipiendis, quando Regulares non erant clerici, Abb. in cap. dilectis num. 17. de capell. mon. Lanret. de Franchis d. tract. q. 2. in princ.]
 Hodie tamen attentis Summorum Pont. priuilegijs omnes fere Regulares sunt exempti ab Ordinarij potestate, siue priuilegia directe, siue indirecte per communicationem talem largiantur exemptionem, & consequenter monasteria his temporibus habent iurisdictionem pleno iure quasi Episcopalem, iuxta doctrinam glof. receptae, verb. proprii, in Clement. 1. de rebus Ecclesiae non alien. Nauat. d. n. 63. vers. addo secundo, vbi gloffam illam singularem dicit, Cated. d. lib. 3. cap. 18. in princ. Cochier de iurisdic. Ord. in exemptis, p. 1. q. 17. num. 9. & 25. Sayr. de censur. lib. 4. c. 2. m. 12. Anton. Corn. in tract. de absolutione inu. ram. p. 2. q. 4. num. 28. Fr. Emman. d. q. 63. art. 3. vbi varia refert priuilegia, Campan. d. cap. 13. num. 2. Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 15. ante num. 1. Marc. Anton. Cuch. institut. maior. lib. 2. tit. 6. num. 68. Cened. dist. q. 26. num. 3. [nouissime Marcel. Vulpe in praxi iud. fori eccles. c. 12. num. 1. Lauret. de Franchis d. q. 2. vers. iure tamen nouo] ita quod t eorum Superiores ca omnia exercere possint in snos, quae Episcopi in subditos. Nau. caus. 23. de priuileg. in nouis, Sayr. in floribus decis. sub eodem tit. decis. 25. Cochier d. q. 17. n. 25.
 Vnde cum Episcopus hodie Superior Religiosorum non sit, nullum iam potest ad professionem Monasticam admittere, Abb. in cap. porrectum, n. 12. de Regul. Angel. verb. professio, n. 1. Syluest. verb. Religio, 3. q. 14. Nau. conf. 6. a num. 4. sub tit. de Regul. in aniq. & conf. 40. a n. 1. sub cod. tit. in nouis, Azor. instit. moral. lib. 12. c. 5. q. 4. par. 1. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. q. 17. art. 11. quos refert, & sequitur Sanch. in praecepta Decalogi tom. 2. lib. 5. cap. 4. num. 74. t Nec dispensare cum Religioso, vt ad minus strictam Religionem transeat, Greg. 1. q. 9. verb. mas fuertes, tit. 7. p. 1. Ang. verb. religiosus, n. 34. Sylu. verb. religio, 4. q. 2. Lessi. de iust. lib. 2. c. 4. 1. dub. 13. n. 103. Sanch. d. tom. 2. lib. 6. c. 7. n. 56. & pluribus citatis DD. idè tenet Homob. de Bonis de examine Eccles. tract. 12. cap. 6. q. 12. resolut. 3. t Nec ei dare licentiam eundi ad studia absque Abbatibus consensu, glof. in casus positione in c. 2. ne Clerici, vel Monachi, in 6. vbi Ioan. Andr. n. 1. Archid. n. 3. Anchar. num. 2. notab. 2. Domin. in princ. n. 8. Sayr. de censuris, lib. 3. c. 33. n. 25. Sanch. d. lib. 6. c. 8. n. 86. t Nec potest licentiam concedere, vt religiosus inuicem executoris testamenti, aut cuiuscumque vltima voluntatis suscipere possit, Bald. in rub. de maior. & obed. n. 3. Sanch. d. lib. 6. c. 11. n. 19. vbi n. 20. resolut, quod Superiore Religiosis mortuo, qui hanc facultatem deberet concedere, si iurisdictione Praelati residet in cõuentu, sicut iurisdictione Episcopalis manet eo defuncto in Capitulo, tunc poterit Conuentus hanc licentiam concedere, si autè residet in aliquo priuato, qui plenas Praelati vices obtineat, illius erit dare licentiam, quod si apud nullum ea iurisdictione maneret, quod nunquam cõtingit, spectanda est noui Praelati electio. t Nec etiã potest Episcopus licentiam Religiosis dare, vt possint munus Aduocati, & Procuratoris obire, Sanch. d. lib. 6. cap. 13. num. 9. contra Innoc. in cap. cum la. num. 3. de sent. & re iudic. vbi Host. n. 2. Ioan. Andr. etiam 2. Anton.

Anton. 7. Abb. 29. Henric. 4. quod quidem aded
10 verum est, vt nec etiam Episcopus ad sua negotia
valeat Religioso licentiam concedere procuratoris
munus obeundi, in hoc enim casu licentia Abbatis
requiritur, qui eam concedere valet, nam vtilitas
monasterij est non modica, habere Episcopum, a quo
in multis dependet, propitium, Hostign. in c. *supra*, n.
1. de censibus, vbi Abb. num. 3. Felin. in d. *supra*, n. 12.
Fului. Pacian. conf. 162. num. 190. volum. 1. Sanchi.
di. lib. 6. cap. 13. num. 22. [Quis autem exemptorum
sit Iudex, & de eorum causis cognoscere valeat, & an
possint euocari ad Romanam Curiam, vel de illis
in patriis ligatorum finibus sit cognoscendum?
vide quæ dixi alleg. 81. num. 13. vers. quarto limita in
Conseruatoribus, in fine.]

11 Sunt qui teneant Regularium Monasteria à Greg.
I. fuisse exempta à potestate Episcoporum, in c. *quam*
sit necessarium, 18. quæst. 2. cuius subscriptio concipitur
à Gratiano. Item Gregor. omnibus Episcopis de
libertate Monachorū, cum multo post per eius suc-
cessores hæc exemptio illis fuerit attributa; nam au-
ctoritas illa reperitur originaliter apud registrum D.
Gregor. lib. 7. epistol. 1. & epist. 18. sub longè diuersa
subscriptio, nempe Gregor. Episcopo Rauennati
priuilegium dat monasterio SS. Ioanni & Stephani,
vnde satis constat Gratianum in superscriptione il-
lius text. in tribus peccasse; Primò, dum inquit Epi-
scopum Gregor. ad omnes Episcopos fuisse directam,
cum tamen ex originali constet ad solum Episcopū
Rauennatem missam. Secundo dum subdit de libertate
Monachorum generaliter, cum tamen Gregor. ibi-
dem libertatem, seu priuilegium exemptionis dederit
vni tantum monasterio Sanctorum Ioannis, &
Stephani, vt constat ex verbis, quæ habentur in ori-
ginali, & in tenore ipsius epistolæ, ibi, & ideo quia
monasterium, &c. & ibi, prædicti monasterij. Tertio dum
in plurali retulit in d. c. *quam* sit, verbum, monasterio-
rum, quod tamen in originali reperitur tantum in
numero singulari. Ex quibus & aliis satis constat tex-
tum illum citari nõ posse in eum sensum, quod Gre-
gorius Magnus generaliter exemerit omnes Mona-
chos à iurisdictione Episcoporum, prout eum citare
videtur Ascan. Tamburin. in tract. de iure Abbatum, &
Prelatorum iam Regularium, quæ secularium Episcopis
inferiorum tom. 1. disp. 16. quæst. 1. cum tamen vnicum
solummodo monasterium per priuilegium in non-
nullis liberauerit: patet ibi, nullum igitur ultra audeat
de redditis; de rebus, vel charis prædicti monasterij,
vel de loco aliquo, qui ad eum pertinet, quocumque modo
minuere, &c. itaque text. ille nõ probat monasteria Re-
ligiosorum exempta fuisse à Greg. I. absolute à pote-
state Episcoporum, quod quidem si scire cupias, con-
sule priuilegia exemptionis Religionibus concessa,
de quibus Fr. Emman. d. g. 63. art. 3. [In Gallia longè
diutius Episcoporum potestas in Monachos perdu-
rauit, vt late probat Ioan. Filescus de sacra Episco-
porum auctoritate, cap. 7. §. 3. pag. 70. cum seqq. & §. 8.
pag. 82.]

Vnde non à tempore B. Gregorij, sed potius per
eius successores omnes Monachorum Congregatio-
nes & Religiones ex speciali Sedis Apostol. gratia
& Summorum Pontif. benignitate plenariâ ac om-
nimodam exemptionem obtinuerunt, vt patet ex li-
bris priuilegiorum singulorum Ordinum, ex quibus
sequentes notant. Canonici Regulares præsupponit-
ur à Dicocefano cum imperio soluti in 1. 2. 3. & 4.
priuilegiis Paschalis II. dicto Ordini concessis, relatis
in eius priuilegiorum libro, in princip.

Ordo Cluniacensis exemptus fuit ab Ordinatio-
rum potestate per Clement. IV. anno 1265. die 2. No-

uemb. Pontificatus sui an. 1. vt habetur in eiusdem Pon-
tificis Bulla relata per Rhenat. Chopin. monast. lib. 1.
tit. 2. num. 20.

Cassinen. Abbatia exempta fuit ab omnium Epi-
scoporum & Ordinariorum iurisdictione per priuile-
gia Sedis Apost. ei indultum à Zacharia Papa, qui
Gregorio III. Summo Pont. successerat, refertur in
chronica Cassinen. lib. 1. cap. 4. & apud Rhenat. Cho-
pin. monast. lib. 2. tit. 1. num. 4. in margine. Nam licet
Ordo S. Benedicti exemptionem aliquo modo habe-
re videretur iam à tempore D. Gregorij Magni, vt
colligitur ex c. *quam* sit necessarium, & c. seq. 18. q. 2. tamè
hæc Cassinen. Abbatia omnimodam exemptionem
à Zacharia Papa obtinuit, totam verd congregationem
plenariâ ab Ordinariis & aliorum iurisdic-
tione exemta Eugen. IV. vt patet ex eius Bulla incip.
Regularum vitam, sub dat. Bononia pridie Kalend.
Iulij anno 1436. Pontificatus sui an. 6. & est 9. in Bul-
lario nouo.

Camaldulensis congregatio exemptio adest in
Bullario nouo Constitutione 11. Leonis X. sub dat. Ro-
me apud S. Petrum 4. Non. Iulij 1513. Pontificatus sui
anno 1. de cuius laudibus videatur Arnold. Vuion.
Belg. p. 1. ligni vita lib. 1. c. 22. cum seqq.

Vallumbrosana congregatio licet à Paschali II. &
aliis Summis Pontificibus sub Diui Petri, & Sedis
Apost. protectione recepta fuerit, omnimodam tamè
& plenariam omnium suorum monasteriorum, ac
locorum, & personarum exemptionem ab Ordina-
riorum, & aliorum imperio obtinuit ab Innocentio
IV. incip. Innocentius Episcopus, sub dat. Assisij per
manum Ioannis de Camezan. Auditoris contradi-
ctarum S. R. E. Vicecancellarij Vicegerentis 12. Id.
Iulij Incarnationis Dominicæ anno 1213. de cuius
laudibus vide Eudox. Lucaetel. in vita S. Ioann. Gal-
berti Cassan. in catalog. p. 4. confid. 51. Azor. p. 1. lib.
12. c. 21. quæst. 2. Hieron. Roman. de sep. Christ. lib. 6. c.
11. Miranda in man. Pralat. tom. 1. q. 4. art. 2. Soar. de Re-
lig. tom. 4. tract. 9. lib. 2. c. 3. n. 8.

Cisterciens. Ordo ab omni diocefianorum impe-
rio, & iurisdictione solutus fuit ab Alexandro III.
Summo Pont. Id. Nouemb. anno 1161. Pontificatus
sui 3. vt patet ex eius priuilegio incip. Dilactis, quod
refert Rhenat. Chopin. de sacra politia forens. lib. 2. tit.
3. n. 5. de quo late agunt Guid. Clarauallen. Bernard.
de Britto Lusitanus.

Cælestinorum Ordo ab omni Episcoporum iurisdic-
tione exemptionem & immunitatem obtinuit
à Cælestino V. eius institutore anno Domini 1244.
Kalend. Octob. incip. Cælestinus, &c. habetur in Bul-
lario nouo Bulla unica eiusdem Pont. & refertur à
Rhen. Chopin. monast. lib. 2. tit. 1. n. 13.

Syluestrinorum Ordo ab Episcoporum iurisdic-
tione immunem & exemptam reddidit Innocen-
tius IV. qui cremum S. Benedicti de Monte Fano,
eius Ordinis caput sub Diui Petri, & Apostolicæ Se-
dis protectione suscepit quinto Kalend. Iulij ann.
1247. Pontificatus eius 5. de quo vide S. Antonin.
p. 2. histor. tit. 15. c. 23. §. 2. Cassan. p. 4. confid. 57. Azor.
p. 1. lib. 12. c. 21. q. 20. Arnold. Vuion. vbi sup. lib. 3. c. 41.
Ioan. Lucid. lib. 10. de temp. emendat. c. 7. Locatel. in vita
S. Ioannis Gualberti lib. 2. c. 27.

Monachorum B. Mariæ Montis Olineti Ordo
omnimodam plenariam exemptionem à diocefa-
norum iurisdictione habuit à Iulio II. per eius Bul-
lam incip. Iulius Episcopus, pridie Non. Iulij 1507.
Pontificatus eius 4. habetur in Bullario nouo inter
Bullas eiusdem Pontificis in ord. 12.

Monachorum B. Mariæ Montis Virginis Ordo
etiam ab Ordinariis iurisdictione exemptus fuit,
cuiusque

eiusque principale monasterium, quod est totius
Congregationis caput, sub Diui Petri, ac Sedis Apost.
protectione receptum fuit à Cælestino III. die 4.
Nouembris 1197. Pontificatus eius ann. 7. Cum verò
hanc Congregationem Leo X. vnitam & incor-
poratam habuisset Sacristæ hospitalis B. Mariæ V.
Annunciatæ Neapolitanensis, postmodum Sixtus V.
per eius Constit. incip. Dudum felicis record. 27. Au-
gusti anno Domini 1588. Pontificatus sui 4. cam à iurisdic-
tione dicti Sacristæ soluit.

Præmonstratenses ab Episcoporum iurisdictione
exempti fuerunt per Alexandrum V. anno Domini
1409. die 31. Iulij, Pontificatus sui ann. 1. vt
refert Renat. Chopin. de sacra politia lib. 1. tit. 3.
num. 7.

Carthusiensium Ordo plenariam exemptionem,
& immunitatem ab Ordinariis, & aliorum iurisdic-
tione obtinuit à Bonifacio IX. vt in Bulla incip.
Bonifacius Episcopus 17. Martij 1391. Pontificatus
sui an. 2. quæ est in Bullario nouo tertia in ordine
inter Bullas eiusdem Pontificis, de quo vide S. An-
tonin. part. 2. tit. 15. cap. 22. Sur. tom. 5. die 6. Octobr.
Dionys. Carthus. in opusculo de laudibus Ordinis
Carthus. Cassan. p. 4. confid. 62. Fr. Emman. quæst. Re-
gul. tom. 1. quæst. 3. art. 8. Miranda. dict. tom. 1. quæst.
4. art. 3. Soar. de Relig. tom. 4. tract. 9. lib. 2.
cap. 4.

S. Basilij Ordo iam penè collapsus à Gregorio
XIII. infrauratus, atque ab Ordinariis & alio-
rum iurisdictione exemptus fuit per eius Bullam incip.
Benedictus Dominus, sub dat. Kalend. Nouembr.
1579. Pontificatus sui an. 8. quæ est 58. in ordine in
noua collect. Bullarij. Fr. Emman. Roderic. constit. 12.
dicti Greg.

Fratres S. Spiritus de Vrbe à Superioritate, & iurisdic-
tione omnium Prælatorum, & aliorum præter-
quam Magistri generalis exempti fuerunt à Sixto IV.
per eius Bullam de an. 1483. quæ habetur in Bulla-
rio nouo const. 22. eiusdem Pontificis.

S. Antonij Viennens. Ordo exemptus est per mul-
ta priuilegia Summorum Pontificum, præsertim Vr-
bani IV. Gregorij X. Benedicti XI. Nicolai IV. Mar-
tini V. Cælestini III. Pij II. & aliorum, quæ confir-
mata fuerunt à Clemens. VII. constit. 2. eiusdem Pontifi-
cis in Bullario nouo.

Prædicatorum Ordinem à multis Summis Pon-
tific. exemptum fuisse testantur eorum priuilegia, &
habetur in compendio Indulutorum eiusdem Reli-
gionis, & præcipuè à Gregor. XI. per eius Constit. 7.
in Bullario nouo, & à Martino V. vt refert Fr. Em-
man. quæst. Regul. tom. 2. quæst. 62. art. 3. de cuius am-
plitudine & sanctitate agunt Azor. dict. part. 1. lib.
12. cap. 23. Fr. Emman. tom. 1. quæst. 2. art. 2. Soar. dict.
tract. 9. lib. 2. cap. 6. Miranda dict. tom. 1. quæst. 4.
art. 5.

Minorum Ordo à pluribus Summis Pontif. ex-
emptus fuit, & præcipuè à Clemente IV. vt testatur Fr.
Emman. d. tom. 2. q. 62. art. 3.

Cruciferi approbati, & sub Sedis Apostol. protec-
tione fuerunt recepti ab Urbano III. vt constat ex
eius Constit. quæ refertur in Bullario nouo Constit.
1. eiusdem Pontificis.

Seruorum Beatæ Mariæ Virginis Ordo ab Ordina-
riorum iurisdictione exemptus fuit ab Urbano
VI. vt habetur in Bullario nouo Constit. 2. eiusdem
Pontificis.

Minimorum Ordo receptus fuit sub protec-
tione Sedis Apostol. à Sixto IV. vt habetur in Bullario
nouo, Constit. 5. eiusdem Pontificis.

Theauini similiter recepti fuerunt sub protec-
tione Barbuse Episcopi. Pars III.

ne Sedis Apostol. & à iurisdictione Ordinariis
exempti à Clemente VII. vt habetur in Bullario no-
uo Constit. 38. eiusdem Pontificis.

Clerici Regulares S. Pauli Decollari sub protec-
tione Sedis Apostol. recepti fuerunt à Paulo III. vt
habetur in Bullario nouo Constit. 5. eiusdem Ponti-
ficis.

Societas I. S. V. recepta est sub protectione Sedis
Apostol. simulque exempta, ac multis priuilegiis
munita à Paulo IV. an. 1540. & an. 1549. ex Fr. Em-
man. citato loco.

Clericos Regulares de Somascha exemta Sixtus
V. vt habetur in Bullario nouo Constit. 4. eiusdem
Pontificis.

Ministrantes infirmis eximuntur, & multis pri-
uilegiis decorantur à Gregorio XIV. vt habetur in
Bullario nouo Constit. 17. eiusdem Pontificis.

Deinde variæ Summorum Pontificum constitu-
tiones, ac ipsa Tridentina Synodus multis in locis
prædictam exemptionem in aliquibus casibus restrin-
xerunt, quos quidem sigillatim referre constitui, cū
annotationibus ad illorum veram declarationem ne-
cessariis, vt Episcopis notum sit, quando de causis
Regularium, & exemptorum cognoscere, & in eos
animaduertere possint. Nam in casibus eunatandis, 15
in quibus Regulares omnes sublimi Episcopis, va-
lent iidem Præfules punire, ac censuris eos inuolue-
re si contrafaciant, vt tenent Henric. in sum. lib. 7. c.
25. §. 7. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. part. 1. cap. 8.
prope n. 19. Marc. Anton. Genues. in praxi Archiep. c.
59. vers. aliud est dubium. [nouissimè me citato in hoc
loco Mendez à Castro in praxi L. sit. p. 2. lib. 2. c. 1. n. 5.]

Mar. Antonin. var. resol. p. 2. casu 35. Zerola in praxi
Episcop. p. 1. ve. b. excommunicationis causa materialis,
§. 4. Lazzar. in pract. quæst. canon. tit. de bl. sp. q. 10. an.
55. & Nouar. in Luceyna Regular. verb. excommunicare
à princ.] Et plures casus, in quibus Episcopus potest
Regulares ex omni unicare, cumulant Aloyf. Ricc. in
praxi aurea r. sol. 210. [Laurent. de Franchis vbi supra
q. 6. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 2. q. 2. art. 6. & q. 63. art.
11. Flamin. Paris. de resign. benef. lib. 3. q. 11. ex num. 8.
Ceual. de cognit. per viam violent. p. 2. q. 22. Narbon. l.
59. glof. 1. ex num. 2. c. 11. 4. lib. 2. Recop. Cardin. Tusch.
pract. conclus. lit. E. concl. 244. 245. 565. & 566. Ce-
ned. pract. & Canon. quæst. lib. 1. q. 26. n. 6. cū seqq. Erasim.
à Cochier de iuris. Ord. in exceptos tom. 1. p. 2. q. 45. per
tot.] Quamuis quoad Religiosos habentes priuile-
gium ne possint excommunicatione, suspensione, vel
interdicto ligari, quale habent omnes Mendicantes
non possent ab Episcopis compelli censuris, defendat
[Quarant. in sum. Bullarij verb. præcedentia, versam in
casu, nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori Ec-
clesiæ. 4. 2. n. 26. Lauret. de Franch. vbi sup. q. 7.] Sanch.
de matr. lib. 7. disp. 33. n. 23. & in præcepta Decalogi tom.
1. lib. 2. c. 1. n. 14. Lezana d. c. 11. n. 14.

Primus igitur casus est Regularis extra Monaste-
rium degens, etiâ si sui Ordinis priuilegij prætextu
tutus non est, quominus si deliquerit, ab Ordinario
loci, tanquam super hoc à Sede Apost. delegato, secū-
dum Canonicas sanctiones visitari, puniri & corri-
gi valeat, Concil. Trident. sess. 6. de reformat. c. 3. Marc.
Ant. Cuch. lib. 2. instit. maior. tit. 6. n. 163. Paul. Fulch.
de V. lib. 2. c. 17. à n. 1. & c. 20. à n. 7. Cened. pract. &
canon. quæst. lib. 1. q. 26. n. 33. [nouissimè Marcel. Vulpe
in praxi iudic. fori ecclesiæ. 4. 2. n. 21. Lauret. de Franch.
vbi supra q. 5. n. 2. & q. 6. vers. septimo fallit. Lezana d.
c. 11. num. 8.] Campan. in diuers. Iuris Canon. rub. 12.
cap. 13. à princip. Aloyf. Ricc. in decif. Curia Archiep.
Neapol. dcc. 223. n. 4. p. 1. & dcc. 231. p. 4. Cuius decre-
ti dispositio locū sibi vendicat in Equitibus S. Ioan. 15

QQQ 2 Hierosoly

Hierosolymitani, Nauar. *conf.* 2.1. incip. *An Milites S. Iohannis sub tit. de Regularib. in antiq. & consil.* 12. in nouis. Sayr. in floribus decisionum sub eodem tit. *decif.* 26. Campan. *diēt. cap.* 1.3. num. 2.2. Aloyf. Ricc. in *colleēt. de cis par.* 3. *colleēt.* 50.3. *vers.* Amplia primo, & *diēt. decif.* 231. num. 1. Azor. *instit. moral. part.* 1. lib. 1. cap. 4. *quæst.* 3. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 2. art. 4. & *quæst.* 63. art. 7. *vers.* quinto. [me citato in hoc loco Nouar. de *elect. fori seēt.* 2. *quæst.* 69. num. 1.1. in *ult. im-* 86 *pres.*] Et verbum illud, & extra monasterium, intelligitur dum non viuit sub superiore conuentualiter, vt declarauit Sacra Congregat. his verbis, Regularis manens extra claustrum de licentia Superioris, etiam in domo deputata ad erectionem monasterij, nisi in dicta domo sit regularis obseruantia, vt saltem viuat sub superiore conuentualiter, si deliquerit, potest puniri ab Ordinario, referunt post multos Marc. Anton. Genuens. in *pract. Archiepiscop. Neapol. cap.* 59. num. 2. ad fin. me citato in hoc loco Ciarlin. *controu. forens. lib.* 1. cap. 50. num. 6. Piafec. in *praxi noua Episcop. part.* 2. cap. 3. num. 4.2. resoluit Campan. *diēt. cap.* 13. num. 2.2. in fine.

7 Si tamen maneat de Superiorum licentia sub Regulari obseruantia in aliquo membro, vel grangia sui monasterij pro Religionis seruitio, si delinquat, non ab Ordinario, sed a suo Superiore puniri debet, secundum formam Concil. *sess.* 25. de Regular. *cap.* 14. quia cum huiusmodi Superior illi possit dare licentiam Concil. Trident. *sess.* 25. *cap.* 4. & dicta loca sint membra & dependentia a suis monasteriis, censentur eodem iure, & gaudent priuilegijs suorum monasteriorum, *cap. recolentes*, 9. *ceterum*, de *stat. monach.* refert me non citato Aloyf. Ricc. *decif.* 281. num. 4. *part.* 4. & me relato Ciarlin. *diēt. cap.* 50. num. 8.

8 Verum si Regularis intra claustra monasterij degat, & extra ea ita notorie deliquerit, vt populo scandalo sit Episcopo instante, a suo Superiore intra tempus ab Episcopo praefigendum, seuerè puniatur, ac de punitione Episcopum certiore faciat, si minus, a suo Superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit, ita habetur in *Cōcil. Trident. diēt. sess.* 25. *cap.* 14. de cuius materia Nauar. *comm.* 2. de Regular. num. 63. [Nald. in *sum. verb. Episcopus* num. 28. Portel. in *addit. ad dubita Regular. verb. punitio Relig. extra conuentum*, Villalob. in *sum. tom.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 5. num. 5. Diana *moral. resol. par.* 3. *tract.* 2. *resol.* 132. Duard. in *Bullam Cæna lib.* 1. *cap.* 1. *quæst.* 4. num. 12.9. ad fin. nouissimè me citato in hoc loco Ciarlin. *forens. controu. lib.* 1. *cap.* 50. num. 2. & 9.

9 cum *seqq.*] Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *quæst.* 2. art. 6. & *quæst.* 63. art. 4. Armendar. in *addit. ad recopil. legum Nauarra lib.* 2. tit. 18. l. 7. de Religion. num. 59. *biū seqq.* & fol. 86. num. 71. Aldrete in *allegat. pro omnimoda Regularium exempt. part.* 1. *cap.* 6. num. 9. Aloyf. Ricc. in *praxi fori Eccles. resol.* 546. in 2. edit. & in *decif. Curie Archiepisc. Neapol. decif.* 202. num. 6. *ver.* *verum*, *part.* 4. [Fr. Laurent. de Peirinis in *formul. Regul. lit. P. cap.* 7.] Ego ipse in *colleēt. ad cap. ult. n. 8. de statu monach.* Emanauit Bulla S. D. Clementis VIII. contra Superiores non punientes suos subditos iuxta formam illius decreti sub pena priuationis ipso facto dignitatum, & officiorum, & inhabilitatis, incip. *Suscepti muneris, Roma publicata die* 18. Martij 1596. quam referunt Quaranta in *summ. Bullarj, verb. Exemptio.* [Marc. Anton. Genuens. *d. cap.* 59. num. 5. Franc. Leo in *thesauro fori Eccles. part.* 1. *cap.* 8. num. 14. Ciarlin. *diēt. cap.* 50. num. 9. nouissimè & late Sperell. *decif.* 38. num. 12. cum *seqq.*] Coch. de *iurisd. Ordinarij in exemptos part.* 1. *quæst.* 17. num. 29. Piafec. in *praxi noua Episcop. part.* 2. *cap.* 3. num.

44. vbi num. 43. resoluit posse Regularem in casu illius decreti deprehensum in delicto deduci ad carcerem Episcopi, & sumpra informatione super delicto, dummodo sine mora sumatur, remitti cum copia processus ad suum Superiorem puniendum cum praefinitione termini ad puniendum: [de quo etiam Vgolin. de *offic. Episcopi part.* 1. *cap.* 20. §. 8. num. 2. *vers.* immo comprehendit Marc. Anton. Genuens. *id. cap.* 59. num. 3. in magnis, Ciarlin. *diēt. cap.* 50. num. 10. Portel. in *addit. ad dubia Regular. verb. punitio Relig. extra conuent.* num. 17. Lezana in *sum. quæst. Regular. cap.* 16. num. 27. vbi vult intelligere in casu, quo Episcopus timeret fugam Religiosi, de quo vide Cochier de *iurisd. Ordin. in exemptos part.* 1. *quæst.* 17. num. 28. & de *conseruat. part.* 2. *quæst.* 97. num. 4. Aldrete de *relig. disciplina tuenda lib.* 1. *cap.* 3. num. 40. Laurent. de Peirinis in *constit. sui ordinis Minim. constit.* 2. *Sicut* IV. num. 62. & 64. & in *formul. Regular. lit. P. cap.* 7. num. 2.] & dicit Fusch. de *visitat. lib.* 2. *cap.* 17. num. 11. quod Episcopus loci litteras scribat Superiori monachi delinquentis de delicto commissio, & excessibus, & de scandalo populo illato, & instabit, vt intra talem terminum praefixum ipsum punire velit, & de punitione facta ipsum Episcopum certiore reddat, aliàs, ipso Superiore negligente, poterit ipse Episcopus eum punire, & illas litteras, quas requisitorius vocamus, de punitione monachi delinquentis in praesentia duorum testium ex communi practica assignari faciet. [nouissimè Laurent. de Franchis in *controuers. inter Episcopum & Regulares pag.* 37. tradit obseruari in ordinariorum locorum Curijs quod Regulares degentes in claustris, qui inueniuntur in domibus meretricum, vel aliàs notorie delinquant cum populi scandalo, iuxta *diēt. cap.* 14. carcerantur per eorum officiales, & non remittuntur ad suos superiores antequam capiatur informatio delicti, & postea remittuntur cum copia actorum, praefixo termino superioribus Regularibus ad docendum de punitione intra viginti dies, vel mensem. Conari tamen debet loci Ordinarius, quamprimum informationem capere, & quam citius poterit remittere eodem die quo fuerunt capti, vel sequenti: nam si differret capere informationem, & Regularem pergentem nollet remittere, vt ipsum vexaret carceribus, crederem non evitare excommunicationem tanquam detinentem carceratum Regularem in casibus non permisis a iure, iuxta *glos. verb. capiunt, in Clem. frequens, de excessib. Prælat.*]

Ego ipse in *colleēt. ad diēt. cap. ult. num.* 8. refero me vidisse propria & originalia responsa Sacrae Congreg. Concilij Trident. edita sub die 19. Septembris 1625. ad quaedam dubia proposita per D. Iohannem Cebicos Thesaurarium Cathedralis Ecclesiae Manilae Metropolitanæ Philippinarum, inter quæ, quod attinet ad materiam Concilij *diēt. cap.* 14. ita legit: Cum *cap.* 14. de Regularib. *sess.* 25. de *normam Episcopo procedendi in castigando delicta Regularium, qui degunt intra claustra, & extra ea notorie cum scandalo delinquant, dubitatur an Episcopus statim habita notitia delicti possit capere informationem, & illam ad Superiorem Regularis mittere, vt nequeat de eodem delicto ignorantiam presumere? Congregat. respondit, posse. Dubitabatur etiam, an sufficiat quod Episcopus unica vice Superiorem Regularium moneat, eique terminum praefigat ad castigandum subditi delictum: nam Religiosi alicui in libris ab eis editis explicando verbum instante, afferunt necesse esse Episcopum monere, ac requirere dicta Superiore duabus, vel tribus vicibus? Congregatio respondit satis esse, vt Episcopus semel instet Superiori Regulari,*

Regulari,

Regulari, eique tempus praefigat ad eiusdem Concilij praescriptum. Deinde dubitatur, eo quod eodem *cap.* 14. Superiori Regulari praecipitur quod Episcopum certiore faciat de punitione intratempus ab eodem Episcopo praefixum, an sufficiat quod Superior Regularis ad Episcopum mittat copiam tantum sententiae, vt Religiosi dicunt, vel debeat remittere acta omnia super delicto acta, ad effectum, vt Episcopum videre possit si in hoc adimpleta fuerint verba Concilij in *diēt. cap.* 14. vt seuerè puniatur necne? Congregatio respondit non sufficere, vt Superior Regularis sententiam, aut etiam acta ad Episcopum transmittat, sed opus esse, vt de punitione ipsa & sententia executione Episcopum certiore faciat, Denique dubitatur, an quod conceditur Episcopo in praefato *cap.* super Regulari, qui intra claustra monasterij degit, & extra ea notorie cum scandalo deliquerit, intelligatur etiam cum delicti commissum fuerit intra Ecclesiam vel claustra? Congregat. respondit facultatem Episcopo attributam in Regularibus notorie, & cum scandalo extra claustra delinquentes, vendicare sibi locum etiam cum Regulares notorie, & cum scandalo intra Ecclesiam delinquant, non ita si intra claustra. [quidquid huic declarationi respondere studeat Hieron. Roderic. in *compend. quæst. Regular. resol.* 62. num. 8. nouissimè Gregor. XV. in *sua constit.* incip. *Inscrutabili, sub dat. Notis Februar.* 1622. expressius censuit Regulares circa personas intra septa degentes, aut circa claustrum ipsam delinquentes, & Episcopo loci tanquam ad hæc sedis Apost. delegato, quoties & vbi opus fuerit, puniri & corrigi possit, quod Lotter. de *re benef. lib.* 1. *quæst.* 24. num. 66. & 67. ait non intelligi de notorijs tantum delictis & quæ sunt scandalo toti populo, quasi quoddam constitutio debeat sumere hanc interpretationem a decreto sacri Conc. in *d. c.* 14. sed de omnibus indistincte, cum in legibus indefinita oratio æquipolleat vniuersali. Vnde bene resolunt Cochier de *conseruat. part.* 2. *q.* 102. ad num. 5. & Laurent. de Peirinis *d. lit. P. c.* 7. num. 3. quod si Regularis delinquat ita intra claustra, vt delictum extra claustrum metas exiens, generet in populo scandalum, nō per hoc tamen potest ab Episcopo in casu negligentiæ ipsius superioris puniri, nec potest Episcopus hoc casu Praelato instare vt talem delinquentem puniat, nam hoc delictum non est commissum extra claustra, quod necessario requiritur ad hoc vt Episcopus possit Superiori instare vt puniat, sicut ipse de Peirinis ratiocinatur.]

21 Secundus, Ordinarij tanquam Sedis Apostol. delegati in causis mercedum, & miserabilium personarum Regulares debitores extra monasterium degentes cogere, & compellere ad soluendum debitum possunt, quamuis certum iudicem a Sede Apostol. deputatum in partibus habeant, & in alijs quoque si ipsum iudicem nō habuerint, priuilegijs, exemptionibus, &c. nequaquã valituris, ita habetur in *Conc. Trident. sess.* 7. de *reformat. cap.* 14. [et per illud resoluit Marcel. Vulpe *d. c.* 42. n. 24. subdens eius auctoritate in dictis causis ordinarij posse procedere, causasque cognoscere, & ipsos ad soluendum debitum cogere, si verò degunt Regulares intra claustra, ait esse conuenientes coram suo superiore. Laurer. de Franchis vbi supra *quæst.* 5. num. 1. pag. 310.] de cuius

22 Concilij materia aliqua traduntur Gutier. *pract. lib.* 3. *quæst.* 10. Aloyf. Ricc. in *colleēt.* 503. *vers.* tertius, & in *praxi fori Eccles. decif.* 651. in 1. editione, & *resol.* 547. num. 1. in *secunda editione, & in decif. Curie Archiepisc. Neapol. decif.* 14. *part.* 4. Fusch. de *visitat. lib.* 2. *cap.* 15. num. 44. & *cap.* 16. num. 1. Franc. Leo in *thesauro fori Eccles. pract. part.* 1. *c.* 3. num. 34. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 1. *quæst.* 65. art. 5. & *tom.* 2. *quæst.* 2. art. 8. Ceual. *quæst.* contra communes *tom.* 4. *quæst.* 897. sub n. 813.

Flamin. de *resignat. lib.* 3. *quæst.* 11. n. 7. *vers.* tertio. Campan. in *diuersorio iuris Canonici rub.* 12. *cap.* 13. ad num. 29. Thom. Triuif. *decif.* 36. num. 2. lib. 1. Cened. *Canon. quæst. lib.* 1. *q.* 26. n. 33. in *med.* Lezana *d. cap.* 11. num. 10.

Difficultas est, an illa Conciliaris dispositio in *d.* 23 *cap.* 14. deroget in totum Innocentij IV. constitutioni in *c.* 1. de *privil. lib. sexto*? In quo dubio pro meliori *d. c.* 1. intellectu aduertendum duxi illum locum obtinere, quando exemptionis priuilegium est loco certè circumscriptum, & ideo extra illum sic exemptus contrahens, vel delinquens coram loci Ordinario conuenitur; non vero locum habere quando sunt exempti non ratione certi loci, sed personarum, quia vbi cumque contraxerint, vel res sita sit, vel delictum commiserint, minimè coram Ordinarijs conueniri debent, neque illa Innocentij constitutione sunt comprehensi, ita Mar. Socin. in *c. receptum*, ad num. 57. de *privileg.* Couar. *pract. cap.* 11. num. 5. Fr. Emman. *quæst. Regular. tom.* 2. *q.* 63. art. 3. Aldrete in *alleg. pro omnimoda Regularium exempt. part.* 1. *cap.* 8. num. 17. Hoc supposito aliqui apud Aldret. in *d. alleg. p. c.* 3. num. 13. tenent Regulares esse absolutè sub Ordinaria iurisdictione in casibus dict. constit. & vltra eos in illis duobus Concilij casibus, videlicet in causis mercedum, & miserabilium personarum, & in alijs causis ciuilibus, si non habent certum iudicem a Sede Apostol. deputatum in partibus, qui duo casus intelligendi sunt de Regularibus extra claustrum degentibus. [resoluit Marc. Vulpe *d. c.* 42. n. 24. vbi tamen subdit Gregorius XIII. concessisse omnibus Regularibus Italiae, vt sibi Conseruatores eligerent, coram quibus conuenirentur; & ideo refert idem] Aldrete *d. par. c.* 7. num. 2. super hoc a Sacra Congreg. ita decisum fuisse. Sacra. Card. Congreg. Concil. Trident. Interpretum *declarauit, neque Constitutionem in generali Concil. Lugdunen. editam, quæ incip. Volentes, neque decreto eiusdem Concilij sess.* 7. de *reformat. c.* 14. comprehendit Regulares, ideoque iuxta eorum priuilegia coram suis Superioribus, vel Conseruatoribus esse conueniendos. [me citato in hoc loco Nouar. in *lucerna Regular. verb. causa* num. 3. & 4.]

24 Tertius. Sicut nulli licet imprimere, vel imprimi facere quosuis libros, nisi prius examinati, probatique fuerint ab Ordinario sub pena anathematis, & pecuniæ appositæ in Concil. Lateran. *sess.* 10. de *impressione librorum*; ita etiam Regularibus non licet absque praedicta Ordinarij examinatione, & approbatione vltra licentiam a suis Superioribus impetratam, libros per eos iuxta formam suarum Ordinationum recognitos imprimere, aut imprimi facere, & ita Regulares pro licentia obtinendis ad imprimendos libros Ordinarijs subiciuntur, vt colligitur ex Concil. Trident. *sess.* 4. in *decreto de editione, & usu sacrorum librorum*, dixi *alleg.* 90.

25 Quartus. Episcopus cogere potest Regulares suæ diocesis, vti a Sede Apostol. delegatus, vt lectionem sacrae Scripturae in monasterijs suis habeant, si commodè fieri potest, vigore dispositionis Concil. Trident. *sess.* 5. de *reformat. c.* 1. *vers.* in *monasterijs*, de cuius materia dixi supra *alleg.* 56. num. 16. & 17. & ibi per me citatis adde Campan. *diēt. cap.* 13. num. 5. Lezana *diēt. cap.* 11. num. 11. Marcel. Vulpe *diēt. cap.* 42. num. 2. vbi num. 13. in fine ait posse Episcopos procedere contra Regulares errores predicantes, & num. 14. & contra eos qui relationes aut miracula non authentica praedicaerint.]

26 Quintus. Regulares in Ecclesijs, quæ sui Ordinis non sunt, predicare volentes, vltra suorum Superiorum licentiam, Episcopi etiam licentiam impetrare coguntur, sine qua nullo modo in eis predicare va-

lent Concil. Trident. sess. 5. de reformat. cap. 2. Lauret. de Franchis d. cap. 6. vers. 1. Si vero in Ecclesiis, quæ sui Ordinis sunt, prædicare voluerint, & Superioribus de vita, moribus, & scientia examinati, & approbati cum eorum licentia se coram Episcopo præsentare, & ab eo benedictionem petere tenentur; ita disponente Concil. Trident. d. c. 2. & dixi supra alleg. 76. & ibi citatis adde Cened. dist. quest. 26. num. 12. [Marcel Vulpe dist. cap. 42. num. 3. vbi num. 4. quod possunt Episcopi compellere Regulares ad emittendam professionem Fidei antequam prædicationis munus incipiant, si ita ipsi Episcopo videbitur.]

27 **Sexus.** Regulares, quamvis exempti, subiciuntur Episcopis quoad Ordines suscipiendos, ita ut venentur Ordines suscipere ab alio Antistite, quã ab Episcopo illius loci, cui à Superiore Regulari deputati fuerunt, vt dixi alleg. 4. à num. 58. & ibi per me citatis adde Campan. d. cap. 3. num. 32. cum seqq. Cochier de iur. dist. Ordin. in exemptos part. 2. quest. 45. num. 49. Flamini. d. n. 7. vers. nono.

28 **Septimus.** Episcopi super Regulares, etiam Ordinis S. Ioannis Hierosolymitani, habent auctoritatem in concernentibus curam animarum, quam ipsi exercent, [ex constit. Pij V. incipit. Expositio, sub die 22. Septembr. 1571. Marcel. Vulpe dist. cap. 42. num. 7. Lauret. de Franch. dist. quest. 6. vers. nono.]

29 **Octavus.** Episcopalis auctoritas in Regulares versatur circa Confessiones audiendas, cum nullus etiã Regularis possit illas audire, nisi Parochiale retineat beneficium, aut ab Episcopo per examen idoneum iudicatus approbationem obtineat, iuxta Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 15. & dixi latè supra alleg. 25. num. 24. cum multis sequentibus, adde Flamini. dist. n. 7. vers. decimoquarto. [Lauret. de Franch. vbi supra quest. 6. vers. tertio fallit.]

30 **Nonus.** Regulares etiam exempti, si in loco non exempto Ecclesiam ædificare voluerint, id facere non possunt sine Episcopi diocæsani consensu, & ita Episcopalis auctoritas in Regulares versatur circa constitutionem Ecclesiarum, & monasteriorum ab eis in loco non exempto ædificandorum, de quo dixi supra alleg. 26. num. 3. cum seqq.

31 **Decimus.** Vt in omnibus monasteriis eiusdem Episcopi subiectis ordinaria, in aliis verò Sedis Apostolicæ auctoritate clausuram Sanctionum, vbi violata fuerit, diligenter restituit, & vbi inuolata est, consecrati maxime procurant, ex Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 5. [Lauret. de Franchis dist. q. 6. vers. decimoquinto] de quo ego alleg. 101. per totam.

32 **Vndecimus.** Regulares omnes, etiam exempti, subiacent Episcopis in colendis festis, dies enim festos, quos in sua diocesi Episcopus seruandos præcepit, Regulares quòque seruare tenentur, vt habetur in Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 12. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 210. vers. sexto. [me citato Trullench in exposit. decalogi lib. 3. cap. 1. dub. 3. num. 12.] Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 15. num. 63. Cochier de iur. Ordinarij in exempti. part. 2. quest. 45. num. 55. [Marcel. Vulpe d. cap. 42. num. 10. Lauret. de Franchis vbi supra quest. 6. vers. sexto fallit. nouissimè me citato in hoc loco Nonar. in lucerna Reg. verb. festus dies.] quo textu suffusus Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 70. art. 1. hæc inter alia scribit verba. Quod iuri consensum esse patet, regimèn enim monasteriorum, quoad celebrationem festorum ad Episcopum pertinere videtur, argum. c. de his d. 23. & singulos, 9. quest. 3. c. qui verè, 16. q. 1. & clariss. art. 2. Et peccant contra præceptum obseruationis festorum, à qua obligatione non exemptuntur Regulares, cum nullum, quod viderim, illis

33

fit priuilegiu concessum, quo in diebus festiuis possunt in opere suorum monasteriorum operibus seruilibus secularibus, & ipsi Religiosi occupari, quapropter vt iam licite facere, aut permittere possunt, petere licentiam ab Episcopis tenentur, qui ad hæc, & alia minimè dispensanda habent conuetudine auctoritatem sine dicta enim licentia laborantes, & Prælati permittentes laborare in dictis diebus peccato sunt irretiti. Circa quam festorum obseruationem emanauit præsens Sacræ Congreg. decretum. Congregatio Concilij censuit decretum cap. 12. vers. dies etiam festi, sess. 25. de Regular. ita esse intelligendum, vt Regularium ritus illis festis semper permaneant quoad Missas celebrandas, & cætera diuina officia, tam publicè, quàm priuatim ab ipsis Regularibus in eorum Ecclesiis persoluenda: nec circa hæc ab ipsis quoquo modo quicquam in contrarium eisdem Regularibus præcipi posse, quod si de facto præceperint Regulares, neuiquam ipsi Episcopi obediunt tenentur. Veru t quoad conciones, & lectiones, quas idè Regulares ad populum habuerint, debere se conformare Euangelis, & Epist. quibus clerus secularis vitur illis diebus festis, referunt Quaranta in sum. Bullarij, verb. priuilegia Regularium, Piafec. in praxi noua Episcopali dist. cap. 3. num. 46. Marcel. Vulpe dist. c. 5. num. 19.

34
35
36
37
Episcopus etiam antiquorum Canonum dispositione festos dies propria diocesi cum clero, & populo indicere valet, cap. 1. de consec. dist. 3. cap. con. quest. de feriis, Couar. var. lib. 4. cap. 19. num. 9. vers. præter hos festorum diuina, [Tabien. in sum. verb. feria §. 9. nouissimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori eccles. c. 5. num. 11. Filliuc. in quest. moral. tract. 27. c. 6. quest. 3. num. 83. Paul. Laym. in theolog. mor. lib. 4. tract. 7. cap. 1. n. 3. Bonacin. in 3. præceptum decalogi disp. 5. quest. vni. part. 1. num. 3. Trullench dist. lib. 3. cap. 1. dub. 2. num. 2.] Azor. instit. moral. part. 2. lib. 1. cap. 26. quest. 1. & quest. 4. resoluit non posse Episcopum dies festos sacrare iis, qui non sunt auctoritate Romani Pontif. in Sanctorum numerum adscripti; de quo etiam Carrasco super aliquas leges nouæ recopil. cap. 2. num. 12. Sanch. in præcepta Decalogi lib. 2. cap. 43. num. 9. Soar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de diebus festis cap. 11. num. 3. [nouissimè doctissimus D. meus Felix Contel. in tract. de canoniz. at. Sanct. cap. 4. num. 15. Hoc etiam cum Rota firmat solum Papam indicere posse festum in honore non canonizatorum.] Fagundez in quinque Ecclesie præcepta lib. 1. cap. 3. num. 5. vbi num. 14. vers. dubitari hic potest, cum Soar. dist. cap. 11. num. 4. & 5. resoluit posse Episcopum dies festos consecrare in honorem Sanctorum, qui iam sunt beatificati, non tamen canonizati. Adhibetur autem populus, non quidem vt cum Episcopo statuatur venerandos dies, sed potius vt ab eo audiatur Præsul si multiplicitate festorum oneretur, quæue sint, quæ ex conuetudine coli omiffum est: aut si patronorum Ecclesiarum festa venerari præcipiatur nec nemnam his, atque aliis auditis solus Episcopus statuet. Petr. Greg. lib. 1. part. iuris Canon. tit. 19. cap. 4. schol. 3. Azor. dist. cap. 26. quest. 2. vide latè Fagundez d. cap. 3. à num. 8. [latè Castr. Palao in opere morali tract. 9. disp. 2. punto 2. num. 2. cum seqq. vbi sepius hoc in loco me citato.] Quinimò t abrogabit aliquas, vel subrogabit, prout sibi videbitur magis expedire, ita ut non prodigus, sed parcissimus in institutione festorum sit, vt admonet Sayr. in clau Regia lib. 7. cap. 3. num. 16. propè finem. Fagundez dist. lib. 1. cap. 6. num. 4. vbi ait Episcopos debere potius abrogare dies festos, quàm novos introducere, si multitudo illorum sit.

38
Vnde obseruationem festorum ad publicum Deum

cultum ordinatam, cum inter spiritualia contineatur, secularis Princeps non potest subditis suis indicare, & præcipere sine auctoritate Episcopi, Abb. in c. 2. n. 2. de feriis. Azor. d. c. 26. q. 5. [D. Contel. d. c. 4. n. 16. Trullench d. lib. 3. c. 1. dub. 2. num. 3. vbi idem ait de festis indictis à Receptoribus Academiae Ecclesiastica facultate cærentibus.] Soar. d. lib. 2. de diebus festis cap. 12. num. 2. [Filliuc. d. cap. 6. quest. 7. num. 93. Bonacin. d. q. vnica punct. 1. n. 5.] latè Fagundez d. lib. 1. c. 5. vbi cap. 6. latè dist. quid possit. conuetudo laicorum circa dies festos quo ad eorum introductionem & abrogationem, vbi tandem n. 6. concludit conuetudinem laicorum separatam à conuetudine Ecclesiastica, & ab Episcopo non operandam non posse dies festos introducere, aut abrogare, [de quo etiam Castr. Palao dist. disp. 2. punct. 2. num. 9. vbi n. 10. ex hoc inferit potestatem laicam præcipere aliquos dies festos, intelligit de feria honoraria, & politica, non religiosa. Trul. d. dub. 2. n. 4.]

39
Et quod Episcopus in Synodo absque populi consensu possit indicere festa obseruanda de præcepto, tenent Cassan. in catalog. gloria mundi p. 3. consid. 48. Marc. Anton. Genuesi. in praxi Neapol. c. 51. vbi responder ad text. in c. fin. de feriis. [refert me citato Castr. Palao d. disp. 2. punct. 2. sub n. 6. Trullench d. lib. 3. c. 1. dub. 2. n. 2. post princ. vbi citat metipsu in hoc loco.]

40
Circa festorum obseruationem aduertendum dixi, à Sacra Congreg. decisum esse licere diebus festis dare operam rebus ad vitam necessariis, tempore peruenis, præsertim tempore vindemiarum, & messium, ac collectiouis fructuum, vel ubi necessitas urgeat, aut suadeat pietas ad iudicium scilicet Ordinarij, ne priuatis effectibus, ac domesticarum reru studio aliqui eo perducantur, vt ea indulgentia aliis etiã casibus abutantur, itaq; rursum ibidem censuit præteritum mexicanum, nundinarum, & feriarum festum nullatenus esse violandam: ceterum his diebus licere sarcinas, & onera nundinarum causa exonerare, inceptumque iter, Missa tamen prius audita, prosequi, non autem sarcinas componere, & iumenta onerare ad iter de nouo accipiendum, aut mores quibuscumque etiam viatoribus, & clausis apothecis vendere, nisi tantum ad vitam necessaria, & alia minuscula, & modici momenti operata consueta pro transeuntium hospitium, aduenarum, & externorum urgenti, & presentanea necessitate, & opportunitate. Quia in re Episcopi propositis edictis curare debet, vt festi dies debita obseruatione colantur, & populorum eo conuentum necessitatibus, quantum sine diuina offensione fieri potest, consulatur, refert Quaranta in sum. Bullarij, verb. dies festi, & Marcel. Vulpe d. c. 5. n. 18.

Si dubitetur an adsit sufficiens necessitas laborandi in die festo, recurrendum est ad Episcopum, vel saltem ad Parochum pro facultate obtinenda iuxta conuetudinem loci, vel saltem standum erit iudicio boni, & prudentis viri, nam possessio stat pro præcepto, & causa dubia non tollit obligationem præcepti, Filliuc. Sayr. Suar. Reginald. & alij, quos refert & sequitur Bonac. d. disp. 5. q. vnic. punct. 3. n. 4. vbi n. 21. cum multis resoluit in dubio cause iustæ, & sufficientis ad seruiliiter laborandum adendum esse Episcopum, si commode adiri possit, Episcopus enim dispensare potest in casibus frequenter contingentibus; si verò commode adiri nequeat Episcopus, Parochus potest ob iustam causam facultatem ad tempus, non verò in perpetuum concedere; subditque idem Bonacin. Episcopum posse in obseruatione festorum cum personis particularibus, aut etiam cum populis dispensare, etiam si dies festi non ab ipso Episcopo, sed à Summo Pont. indicti sint, vel communi conuetudine seruentur, nam hæc potestas in Episcopo necessaria est ad rectam animarum gubernationem, sal-

tem pro casibus repentinis, & frequentioribus, & demum tenet Episcopum dare posse facultatem seruiliiter laborandi, ea conditione seu onere adiecto, vt aliquid erogat ad emendas vestes pro Ecclesia, aut olei pro luminariibus, vel quid simile fiat in vñus pios.]

41
42
Contra laicos non obseruantes festa procedere potest Episcopus, vt definiuit Pius V. in sua constit. 5. §. Cum vero, vers. in aliis autem, Soc. de iust. lib. 2. q. 4. art. 4. post med. Couar. de sponsal. p. 2. c. 6. n. 18. Possunt etiam Superiores laici pro eorum obseruatione statuere, & penas contra violantes ea iam indictas ab Ecclesia imponere, c. irreligiosa, de consec. dist. 3. l. 1. & tota tit. C. de feriis, & pro relaxatione dictæ prohibitionis, & penarum indictarum licentiam operandi, & contrariendi concedere, Soc. d. art. 4. post med. Alderan. Malcard. de generali stat. interpret. concl. 1. n. 257. vbi subdit, quod laici sic operantes intuitu licentiæ à Superiore seculari illis concessæ, possunt nihilominus puniri à Superiore Ecclesiastico, non obstante huiusmodi licentia, quæ tantum operabitur, quod contrariens obseruationi festorum non poterit puniri penis in edicto laicali contentis, & idem Alderan. d. concl. 1. n. 256. resoluit à Superiore seculari puniri non posse laicos non obseruantes cum licentia Episcopi prohibitionem à se factam circa festorum obseruantiam. [Trullench d. lib. 3. c. 1. dub. 6. n. 12. vbi ait posse Episcopum concedere licentiam laborandi in die festo cum onere, & conditione, vt aliquid erogetur ad emendas vestes pro Ecclesia, aut oleum pro luminariibus, aut aliud simile, quia hoc non imponitur tanquam pretium, sed tanquam compositio, & commutatio. n. 15. subdit in dubio cause iustæ, & sufficientis ad laborandum adendum esse Episcopum, si commode adiri potest; si verò commode adiri nequeat, posse Parochum ob iustam causam facultatem ad tempus, non verò in perpetuum concedere.]

43
44
Duo decimus. Regulares interdicta, & censuras ab Episcopo promulgatas in eorum Ecclesiis publicare, si Episcopus præcipiat, ac eas seruare tenentur, vt habetur in Conc. Trid. sess. 25. de Regl. c. 12. quod antea dispositum erat in c. cum & plantare, §. Excommunicatos, de priu. Henric. in sum. lib. 13. c. 42. §. 3. in fine, Frac. Leo in thesaur. fori Eccles. p. 1. c. 8. n. 19. Cochier de iur. vñ. Ordinarij in exemptos, p. 2. q. 45. n. 46. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 210. vers. quinto, Fusch. de Visitat. lib. 2. c. 15. n. 62. Piafec. in praxi noua Episc. p. 2. c. 3. n. 47. vers. censuras, Fr. Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 2. c. 7. dub. 2. [nouissimè Lauret. de Franch. in tract. de controuer. inter Regul. & Episcop. q. 6. vers. quinto fallit, & q. 20. resoluit quod si Regularis sit excommunicatus à iure, potest Episcopus mandare ipsum denunciari publice, vt euitetur.] Et nõ modò Regulares seruare Episcoporum interdicta præcipiuntur, sed etiã quod nec celebrare in locis ita interdictis faciant, nec excommunicatos ad diuina, aut Ecclesiasticam sepulturam admittat. d. §. excommunicatos c. Episcoporum, de priu. in 6. c. is qui, §. is verò, de sent. excom. cod. lib. cum priuilegiari, & exempti Religiosi teneantur vitare excommunicatos, & nominatim interdictos, vt d. §. excommunicatos, vbi Abb. n. 1. Couar. in c. alba p. 1. §. 1. n. 2. Vgolin. de censur. tab. 2. c. 23. in princ. à num. 2. Sayr. cod. tract. lib. 2. cap. 11. n. 32.

Dubitari non abs re potest, an per Concil. d. c. 12. reuocata sint priuilegia Regularibus concessa ad celebrandum tempore interdici, & admitrendos laicos ad Diuina eodem tempore? Partem affirmatiuam constanter tuentur, Nauar. in man. c. 27. n. 190. & latius ex professo conf. 7. de priu. in nouis, cuius sententiã verissimam esse contendit Nicol. Garc. de benef. part. 3. c. 2. à n. 718. & consultos ab Episcopo Abulensi respon-

diffe Illustriss. Cardin. testatur idem Garc. p. 5. cap. 8. n. 87. vers. Ad octauum, nam proposita questione prædicta in hac verba responderunt: Præuilegia si ante Concilium concessa fuerunt, utique reuocata existunt. Et idem decisum fuisse in alia causa refert Armend. in addit. ad recop. legum Navarra lib. 2. tit. 18. l. 7. n. 73. in hac verba. Præuilegia Regularium, quod non teneantur seruari interdicta aliquibus diebus tantum, si ante Concilium concessa fuerunt, reuocata sunt. Quamuis contrariam negatiuam, quod Trident. decreto specialia Regularium præuilegia, ut pro suis festis, & aliis certis diebus non seruent interdicta, non sint reuocata, iucantur Henric. in summ. lib. 1. j. cap. 40. §. 1. Sayr. de censuris lib. 5. cap. 13. n. 24. & 25. Fr. Emman. in Bullam Cruciatæ §. 5. n. 5. & in addit. n. 13. & 35. & quest. Reg. tom. 2. q. 112. art. 1. Fr. Ioan. de la Cruz d. c. 7. dub. 2. conclus. 2. [Bonac. de censur. extra Bullam Cene disp. 2. q. 8. punct. 14. n. 11. Non posse tamen Episcopum denunciare Regulares incidisse in excommunicationem à Iure, vel Apostolicis constitutionibus inflictam, resoluit Marcel. Vulpe d. c. 42. n. 25. me citato in hoc loco Nouarr. in Lucerna Regularium verb. interdict. n. 2.]

Decimus tertius. Clerici omnes tam sæculares, quàm Regulares, quicunque etiam monachi ad publicas processiones vocati accedere per Episcopos compelli possunt, iis tantum exceptis, qui in strictiori clausura perpetuò viuunt, iuxta Conc. Trident. sessionem sess. 25. de Regul. cap. 1. j. Lauret. de Franchis ubi supr. c. 6. vers. 2. de quo multa supra alleg. 78. n. 14. & ibi citatis adde Marcel. Vulpe d. cap. 42. n. 8.

Decimus quartus. Episcopis quoad renunciationes faciendas Regulares omnes subiiciuntur, quandoquidem nulla renunciatio, aut obligatio antea facta, etiam cum iuramento in fauorem cuiuscunque causæ præualeat, nisi cum licentia Episcopi, siue eius Vicarij fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non aliàs intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione, ita disponente Concil. Trident. sess. 25. de Regularibus, cap. 1. §. de cuius materia multa adduxi in alleg. 99. & ibi citatis adde Marcel. Vulpe d. c. 42. n. 13.

Decimus quintus. Nouitijs nolentibus profiteri, sed à Religione volentibus egredi, sunt restituenda omnia bona, quæ tempore ingressus detulerunt in monasterium, nec quid minimum ex eis retinere valent religiosi, quod vt rectè fiat, Episcopus, etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellere poterit Superiores Regulares, vt habetur in Concil. Trident. d. cap. 16. in fine, & dixi alleg. 101. n. 36. [& ibi citatis adde Marcel. Vulpe d. cap. 42. n. 11. Lauret. de Franchis ubi supr. q. 5. n. 10.]

Decimus sextus. Regularis quicunque prætendens per vim, & metum ingressum esse religionem, aut etiam dicens ante ætatem debitam professionem emisisse, aut quid simile, vel itaque habitum dimittere quacunque ex causa, aut cum habitu discedere sine licentia Superiorum, non erit audiendus, nisi intra quinquennium tantum à die professionis, & tunc non aliter nisi causas quas prætenderit, deduxerit coram Superiore suo, & Ordinario, per Concil. Trident. sess. 25. de Regul. cap. 19. de cuius materia tractaui alleg. 104.

Decimus septimus. Religiosi de manibus laicorum Ecclesias recipere sine consensu Episcopi non possunt, cap. decimas, l. 6. quest. 7. cap. quod autem, in fine, cap. illud, vers. eum quia, cap. nullus, de iure patron. cap. cum & plantare, in princip. vers. Ecclesias, de priuileg. ubi Anton. & Abb. Lambertin. de iure patron. part. 2. lib. 1. quest. 1. art. 9. & 10. Intellige de donatione Ecclesiarum, quam laicus derinet, non ita tamen in dona-

tionem iuris patronatus facta loco religioso, quia tunc Episcopi consensus minimè necessarius est, vt dixi alleg. 71. num. 11. Ratio differentiarum est, quia cum ius patronatus à patrono transferatur, qui verus est ipsius domus, illudque iuste possidet ex Ecclesiæ concessione ratione foundationis, vel donationis, iuxta text. in c. decernimus, cum multis ibid. 16. q. 7. c. 3. & per totum, de iure patron. merito talis donatio facta à domino, qui magis capax, & habilis est ad illud obtinendum, rata & firma manere debet absque aliquo Episcopi consensu. At verò laicus detinens Ecclesiam iniuste donat id, quod suum non est, nec retinere potest, & ideo ius illud transferendi Ecclesiam minimè ad eum pertinet, sed ad Episcopum, iuxta generalem reg. text. in cap. omnes Basilicæ, l. 6. quest. 7. meritoque Pontificiæ leges, quæ permittunt Ecclesias sic male detentas in locum religiosum transferri, requirunt etiam Episcopi consensum, vt post Roch. multis explicat latè Lambertin. d. art. 9. n. 36.

Decimus octauus. Episcopus potest compellere Regulares, siue Religiosos exemptos ad reddendam coram se gesta testamentorum executionis rationem, ac eos punire, si male gesserint; Clement. 1. de testament. ad quos plures citati Doct. alleg. 82. & ibi citatis adde Triuifan. lib. 1. decis. 36. num. 2. Fusch. de visit. lib. 2. cap. 17. num. 8. vers. & in alio casu, Cened. pract. & Canon. quest. lib. 1. q. 26. n. 35. Lauret. de Franch. d. q. 5. n. 7.

Decimus nonus. Regulares si extra loca, ubi monasteria existunt, quaerere voluerint, tenentur suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere, vt censuit sacra Congreg. anno præterito 1621. in decisione quam refero supra alleg. 109. n. 10.

Vigesimus. Episcopus absoluit Religiosum leuiter percutientem clericum seculares, & religiose, de sentent. excomm. 6. [Lauret. de Franchis in dictis controuers. quest. 21. pag. 335.] † & de æquitate Monachos etiam exemptos se adiuuicem percutientes absoluit ab excommunicatione, cap. si quis suadente, l. 6. quest. 4. dixi alleg. 41. num. 17. & 18. † Et laicos percutientes Monachos ipse Episcopus absoluit, non vero eorum Superiores, vt resoluunt Aloyf. Ricc. in praxi fori Eccles. decis. 465. in 1. edit. & resol. decis. 439. in 2. edit. Campan. d. cap. 13. n. 536. [Lauret. de Franchis ubi supr. quest. 22.] † Et Moniales exemptas Episcopus absoluit, Cochier de iurisd. Ordin. in exemptis, part. 2. quest. 45. num. 56. [notissimè me citato in hoc loco Tamburin. de iure Abbat. sur. disp. 17. quest. ult. n. 7.]

Vigesimus primus. In causis hæresis Regulares omnes, etiam exempti, subiacent Episcopi iudicio, vt probat text. in cap. ad abolendam, §. fin. de heret. & in cap. vt officij, §. denique, eod. tit. in 6. Maynard. decis. 25. lib. 1. Triuifan. Venet. decis. 36. num. 2. quos citat Aloyf. Ricc. d. collect. 503. vers. quarto, & in praxi fori Eccles. d. resol. 547. n. 6. in 2. edit. & in praxi auct. resolut. 210. vers. decimotertio; Zerola in praxi Episcop. p. 1. verb. excommunication. causa materialis, vers. quarto, an Episcopi, ibi, decimotertio fallit. [Marcel. Vulpe d. cap. 42. num. 2. Lauret. de Franchis d. tract. de controuers. inter Regulares & Episcopos, quest. 5. num. 6. pag. 311.] Cened. pract. & canon. quest. lib. 1. quest. 26. num. 29. Licet prædicti textus solum de Inquisitoribus verba faciant, tamen sub eisdem verbis Episcopi comprehenduntur, habent enim titulum Inquisitorum, imò sunt Inquisitores hæreticæ prauitatis, vt inquit Fr. Emman. quest. Regular. tom. 1. quest. 20. art. 10. vers. hoc tamen. Vnde rectè Peña in direct. inquis. p. 3. q. 28. comm. 78. vers. iustissime, asserit

fuerit huius causæ cognitionem contra quoscunque à cæteris abdicatam rectissime ad solos Inquisitores, seu delegatos, siue Ordinarios delatam, & non posse Regulares hodie iudicare suos subditos in causâ hæresis, asserit idem Peña comm. 77. ad Eymeric. vers. tamen, Imò † teneri omnes & quoscunque causas de hæresi suorum Monachorum qualitercumque exemptorum ipsius prauitatis Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum vicinioribus terminandas committere, ipsosque Fratres, & Religiosos, quos hæresis labe infectos, vel suspectos, etiam in visitationibus esse nouerint, absque alia consultatione eisdem Inquisitoribus, vel Ordinariis locorum vicinioribus denunciare, decidit S. D. Paulus V. fel. record. const. sua 16. Kalend. Septembris 1606. incip. Romanus Pontifex. [quam refert Lauret de Franchis in controu. Episcop. & Regul. pag. 122. cum seq.]

Vigesimus secundus. Episcopi locorum Ordinarij, & hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores, procedere possunt, & seuerè animaduertere in Regulares audentes in publicis concionibus, lectionibus, conclusionibus, & aliis quibuscunque actibus publicis asserere, quod Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato originali, vt censuit Sacra Congreg. S. Rom. & vniuersalis Inquisitionis habita in Pal. Apostol. coram S. D. Paulo V. fel. record. feria quinta 31. Augusti 1617. cuius memini supra allegat. 50. num. 110. Nouissimè emanauit † altera decisio super Conceptione Beatissimæ Virginis die 24. Maij huius anni 1622. [quam refert Iulius Laur. de Iubil. par. 2. cap. 21. num. 129. & Lauret. de Franchis ubi supr. pag. 190. Lezana in sum. quest. Regul. cap. 20. num. 12. quæ ita se habet.] In generali Congregat. Sanctæ Romanæ & Vniuersalis Inquisitionis habita coram S. D. N. Gregorio diuina Providentia Papa XV. ac Illustrissimis, & Reuerendissimis DD. S. Romana Ecclesiæ Cardinalibus aduersus hæreticam prauitatem Inquisitoribus Generalibus à S. Sede Apostol. specialiter deputatis, tenoris sequentis: Sanctissimus D. N. auditis votis Illustrissimorum, & Reuerendissimorum DD. Cardinal. contra hæreticam prauitatem generalium Inquisitorum Decretum alias editum à felicis recordat. Paulo V. eius prædecessore, hoc suo præsentis Decreto ex eisdem causis euitandi scandala, dissensiones, atque discordias in populo Christiano, quæ pari ratione oriri possunt; & vt acceptis, in aliquibus Regionibus iam orta sunt ex sermonibus priuatis occasione assertionis affirmatiuæ, extendit, & ampliat etiam ad priuata colloquia, & scripta, mandans, & precipiens omnibus, & singulis supradictis, ne de cætero, donec articulus huiusmodi à Sede Apostolica diffinitus, vel per Sanctitatem Suam, & Sedem Apostolicam fuerit aliter ordinatum, neque etiam in sermonibus, & scriptis priuatis audeant asserere, quod eadem Beatissima Virgo fuerit concepta cum peccato Originali, nec de hac opinione affirmatiua aliquo modo agere, seu tractare; exceptis tamen, quibus à Sancta Sede Apostolica fuerit super hoc specialiter indultum. Per hoc tamen Sanctitas Sua non intendit reprobare hanc opinionem, nec ei vllum prorsus præiudicium inferre, eam relinquens in eisdem statu, & terminis, in quibus reperitur, præterquam quoad in supradicto fel. record. Pauli V. & hoc suo Decreto disposita; Eademque Sanctitas Sua voluit, & expressè mandauit, vt in reliquis omnibus, vt huiusmodi Decretis non aduersantur, Constitutiones Sixti I. V. Alexandri V. I. & Pij V. ac Pauli V. eius Præ-

decessorum super Conceptione Beatissimæ Virginis firma, & illibate remaneant, ac exactè obseruentur, perinde ac si huiusmodi Decretum non emanasset. Insuper eadem Sanctitas Sua cum Sancta Romana Ecclesiæ de Beatissima Virginis Conceptione festum solemniter, & Officium celebret, omnibus, & singulis personis Ecclesiasticis, tam secularibus, quam cuiusvis Ordinis, & Instituti Regularibus mandat, ac præcipit, vt in Sacrosancto Missæ Sacrificio, ac diuino officio celebrandis, tam publice, quam priuatis, non alio, quam Conceptionis nomine uti debeant. Contrauenientes autem Sanctitas Sua voluit, & declarauit subiacere debere, & subiecit censuris, & pœnis contentis in supradictis Constitutionibus, ac præfato Decreto suorum Prædecessorum ipso facto incurrendis. Et ita decreuit, & mandauit vbique inuolubiliter obseruari, non obstantibus in hac parte Constitutionibus supradictis, Decreto præfato Pauli V. consuetudinibus etiam immemorabilibus, necnon omnibus, & singulis, quæ Prædecessores prædicti voluerunt non ob stare, ac aliis quibuscunque in contrarium facientibus. Volens, & decernens pro obseruatione, & executione præsentis Decreti, & omnium in eo contentorum, quod contra huiusmodi transgressores etiam Regulares cuiusvis Ordinis, & Instituti, etiam quomodolibet exemptos, & alias quascunque Ecclesiasticas, & seculares personas cuiuscunque status, conditionis, gradus, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quam secularis, Episcopi, & Prælati Superiores, alique Ordinarij locorum, quam hæreticæ prauitatis vbique locorum deputati Inquisitores procedant, & in eos seuerè animaduertant; tribuant eis, & eorum cuiilibet liberam facultatem, & auctoritatem contra eisdem transgressores procedendi, ac pœnis coercendis, & puniendi. Voluit demum, ne præmissorum ignorantia à quaquam pretendi possit, quod præsentis Decretum, seu illius exempla ad Valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Flora affixa omnes ita ardeant, & afficiant, perinde ac si vnicuique personaliter inimitata fuissent, quodque præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius persona in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensa.

Andreas de Pettinis Sanctæ Rom. & vniuersal. Inquisit. Not.

Idem Gregorius XV. in alia sua const. incip. Eximij atque singulares fructus, sub dat. die 28. Iunij 1622. Fratibus ordinis Prædicatorum indulgit, vt de cætero in quibuscunque priuatis eorum colloquijs, seu conferentijs inter se dumtaxat, & non inter alios aut cum alijs de materia eiusdem Conceptionis B. Mariæ discernere, & tractare absque vilo pœnarum in dicto decreto contentarum incurfu liberè possent.

Circa sollicitantes in confessione, eorumque sic delinquentium pœnis plures Pontificæ emanarunt Constitutiones, quarum prima extitit Pij Papæ IV. directa Archiepiscopo Hispanensi in Regno Hispaniæ hæreticæ prauitatis Inquisitori generali, sub die 16. Aprilis 1561. quam referunt Param. de origine Inquis. lib. 3. quest. 10. in fine, Fr. Emmanuel quest. Regul. tom. 1. quest. 59. art. 4. Coriolan. in tract. de casibus referu. part. 1. sect. 2. art. 22. Ioan. Sanc. in select. disp. 11. n. 18. Deinde Paulus Papa V. aliam directam Inquisi-

tori generali in Portugaliæ & Algarbiorum Regnis die 16. Septembris 1608. quam referunt D. Acuña in princip. sui tract. de Confessar. solicit. Portel. in addit. ad dubia Regul. verb. sollicitare, Soula in opusc. de sollicitantib.

60 Nouissimè Sanctiss. D. N. Gregor. XV. Mo- in proprio, datum sub die 30. Augusti huius anni 1622. incip. Vniuersi, confirmans Bullam Pij V. contra sollicitantes mulieres in Confessione, spraci- piz, & mandat, vt omnes hereticæ prauitatis Inquisi- tores, & locorum Ordinarij omnium Regnorum, pro- uinciarum, ciuitatum, dominorum, & locorum vni- uersi Orbis Christiani in suis quisque diocesis, & territorijs, etiam priuatiuè quoad omnes alios, perpetuò indices delegati inquirere, & procedere possint contra quoscuque etiam quomodolibet exemptos, & Sedi Apostol. immediatè subiectos, quorumcunque Ordini- um, institutorum, Societatum, & Congregationum Regulares, cuiuscunque dignitatis, & præminentie, aut quouis priuilegio muniti existant, qui personas, quocunque ille sine, ad inhonestas, siue inter se, siue cum alijs quomodolibet perpetranda in actu Sacramen- talis Confessionis, siue ante, vel post immediatè, seu occasione, vel prætextu Confessionis huiusmodi, etiam ipsa Confessione non sequuta, siue extra occasionem Confessionis, in confessionario, aut in loco quocunque, ubi Confessiones Sacramentales audiuntur, seu ad Con- fessionem audiendam electo, simulantes ibidem Con- fessionem audiendam electo, simulantes ibidem Con- fessionem audire, sollicitare, vel promouere tentauerint, aut curi, eis illicitos, & inhonestos sermones, siue tra- ctatus habuerint. Qui quidem hereticæ prauitatis In- quisitores, & locorum Ordinarij, contra quos in aliquo ex huiusmodi nefarijs excessibus culpabiles repererint pro criminum qualitate, & circumstantijs suspensio- nem ab executione Ordinij, priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetuè inhabilitatis ad illa, necnon vocis, actiua & passiua, si Regulares fuerint, exily, damnationis ad irremedios, & carceres etiam perpetuos, absque ulla spe gratiæ, aliasq; pœnas decernant, eos quoque si pro delicti grauitate grauiorè pœnas meruerint, debita præcedente degrada- tione Curia seculari puniendos tradant. [refert Lau- ret. de Franchis ubi supra pag. 179.]

De Confessarijs sollicitantibus in Confessione agunt D. Acuña in speciali tractat. hac de re edi- to, & ibi Seraphin de Freitas in addit. Anton. de Soula in opusc. de sollicitantib. & in apbor. Inqui- sit. libr. 1. cap. 34. Laurent. de Peitinis tom. 2. pri- uileg. const. 4. Gregorij XV. & tom. 3. cap. 11. num. 3. cum sequentibus, Ferdinand. à Castro Pa- lao tom. 1. operum moral. tractat. 4. disput. 9. Bo- nacin. var. tractat. disput. 6. Ioan. Sanc. in select. disput. 11. à num. 17. Laurent. à Portel in dubijs Regul. verb. sollicitare feminas, Barthol. Gypti, de casib. reformat. cap. 14. Anton. Sanctar. de heresi cap. 44. cum sequentibus, Ludouic. à Paramo de ori- gine Sanctæ Inquisitionis libr. 3. cap. 10. Stephan. Fagandez de quinque Ecclesiæ præcept. par. 2. libr. 4. cap. 3. num. 31. Antonin. Diana resol. moral. par- te 1. tractat. 4. Ioan. Bapt. Lezzana in sum. quest. Regular. cap. 19. Hieronym. Vener. à Leyua in examine Episcop. libr. 5. cap. 17. Ioan. Angel. Bossi. de triplici Sublai priuilegio, in appendice, Trasmiera de Polygamia libr. 3. parte 2. à num. 31. Hieron. Trimaren. in tractat. de Confessario abutente Sacra- mento Penitentia. Illud tamen te aduertere propo- no quod licet ante Bullam Gregorij XV. non po- terant Ordinarij cognoscere de crimine Confessa- riorum sollicitantium mulieres in Confessione, cum talis cognitio tunc pertineret ad Inquisitores; ho-

die tamen post dictam Bullam possunt etiam Epi- scopi cognoscere de hoc crimine, vt ex ipsius ver- bis clarè apparet, & expressè resoluunt Sanctarel. in tract. de heresi cap. 44. num. 11. Bonacin. var. tractat. disp. 6. puncto 3. num. 23. Laurent. de Peit- nis super priuileg. Adminim. tom. 2. consti. 4. Gregorij XV. §. 6. num. 20.]

61 Vigefimus tertius, Monachus monasterij exempti, si sine habitu incedat extra monasterium, poterit per Ordinarium puniri, secus si intra, Franc. in cap. 1. num. 5. de priuileg. in 6. Boët. Epo in cap. relatum, numero 8. ne clerici, vel monachi, Cochier de iurisdic. Ordinar. in exemptos parte 2. quest. 43. num. 33. Fulch. de Visitat. lib. 2. cap. 16. num. 2.

62 Vigefimus quartus, Episcopus punit Regulares Mendicantes, qui cum debeant esse contenti vni- ca campana, plures habent, quod tamen fallit in Prædicatoribus. Exiranag. quo cunctos, de offic. cu- stodis, Abb. in cap. patentibus super glos. 2. de pri- uileg. Alber. in diction. verb. Campana, Cochier dict. quest. 45. num. 86. ex ea ratione, quia li- cèt in loco exempto delinquere incipiant, effe- ctus tamen & complementum porrigitur extra lo- cum exemptum, quia scilicet sonus campanarum indebitus lædit, & turbat audientes extra ipsum locum.

63 Vigefimus quintus, Episcopus punit religiosos, qui sibi Episcopalia arrogat, & declarat Eccle- sias, in quibus exercuerint interdictas, cap. clem & plantare §. de confratribus, vers. quod autem, de priuileg. ubi glos. verb. priuilegiorum, Cochier d. quest. 45. num. 100.

64 Vigefimus sextus, Episcopus exemptos, si fugæ sit periculum, potest capere; & remittere ad com- petentem, Felin. in cap. fin. num. 7. de foro comp. Cardin. in Clem. 1. quest. 3. de offic. Ordin. Coch. Fr. Emmanuel quest. Regul. tom. 2. quest. 63. art. 7. vers. tertio, Fulch. de Visitat. lib. 2. cap. 8. num. 20. & cap. 20. num. 25. Henriq. in sum. lib. 7. cap. 25. §. 7. in liter. Q. Flamin. de res- sign. libr. 3. quest. 11. num. 12. optimè Cened. dict. quest. 26. num. 31. dict. quest. 45. num. 10. & par. 4. q. 52. à princ. ubi num. 3. id limi- tat, si commodè, ac citra periculum haberi, aut expectari possit auctoritas iudicis exemptorum, Or- dinarij tali captura iniuriarum faceret, & exempto capto, & iudici illius, per l. generali, ibi, si præsidis co- pia desit, C. de decurionib. lib. 10. non potest enim se- moto tali periculo Episcopus exemptos capere, & carceri mancipare, Clem. 1. §. nonnulli, de excessibus Præl. Fr. Emman. dict. art. 7. vers. tertio, etiam in casibus in quibus exempti tenentur parere Ordinaris, si non parcant, ex Nat. conf. 257. num. 7. subdens eo in casu debere Ordinarium querelam deferre ad Papam, & contra eos delegatum impe- trare. Camil. Bortel. ad Bellug. rubr. 11. §. viden- dum in l. l. F.

65 Vigefimus septimus, Exempti subiiciuntur Epi- scopis in eis omnibus quæ sunt Ordinij Episcopalis, nempe in petitione christnatis, consecrationis Ec- clesiarum, susceptionis Ordinum, & similibus, cap. veniens, ubi Abb. notab. 2. de prescript. glos. in cap. Abbatibus 17. quest. 1. Cochier dict. quest. 45. num. 16. & parte 4. quest. 11. [Rot. apud Postum in fine sui tractat. de manut. decif. 71. num. 4.]

66 Vigefimus octauus, Archiepiscopi, & Episcopi possunt in locis exemptis suæ diocesis facere so- lemnes benedictiones, & diuina officia celebrare, Franc.

Franc. in c. Abbates, num. 1. vers. in glos. de priuileg. in 6. Clem. Archiepiscopo, de priuileg. Francisc. Pauin. in tract. de Vite. q. 3. 2. partis num. 9. Cochier d. q. 45. n. 34. & 35. [me citato in hoc loco Alzedo d. par. 1. cap. 13. num. 78.]

67 Vigefimus nonus, Ex defectu iustitiæ in exemptis adiri potest Ordinarius, vt suppleat, si facile non possit haberi recursus ad Papam, seu Superiorem exemptorum, Aufrer. in reperit. Clem. 1. quest. 10. n. 3. vers. vnde in principali, de officio Ord. Cochier d. quest. 45. num. 63.

68 Vigefimus, Regulares administrantes clericis, vel laicis Sacramentum Extremæ Vnctionis, vel Eucha- ristia, vel Matrimonij sine licentia Parochi, possunt ab Episcopis excommunicari, Clem. 1. de priuileg. Aloys. Ricc. in praxi aurea resolut. 210. vers. duode- cimo. [Lauret. de Franchis d. q. 6. vers. duodecimo. & quest. 25.]

69 Trigefimus primus, Regulares sine Ordinaria li- centia, Indulgentias publicantes, quas à Summo Pontif. impetrant, sub sunt Episcopi iurisdictioni, Concil. Trident. sess. 6. de reformat. cap. 3. & sess. 24. de reformat. cap. 11. Aloys. Ricc. in praxi aurea resol. 210. vers. decimosexto. [Laurent. de Franchis d. q. 6. vers. decimosexto.]

70 Trigefimus secundus, Et vt debitus honor Matrivi Ecclesiæ reddatur, tam Regulares, quam Clerici seculares, etiam super hoc Apostol. Sedis priuilegio muniti die Sabbati maioris hebdomadæ, antequam campana Cathedralis, vel maioris Ecclesiæ pulserit, campanas in Ecclesijs suis suis pulsare minime pos- sunt. Contrauenientes autem pœnam centum ducatorum incurruunt, vt in Const. 17. Leonis X. incip. Sacro approbato Concilio, §. & vt debitus, referunt Campanil. dicta rubr. 12. cap. 13. num. 162. Franciscus Leo in thesuro fori Ecclesiæ parte 1. cap. 8. num. 21. [nouissimè Marcel. Vulpe d. cap. 42. num. 15. Lauret. de Franchis ubi supra quest. 5. num. 13. me citato in hoc loco Nouar. in Lucerna Regular. verb. campana num. 1.]

71 Trigefimus tertius, Episcopus amota omni appella- tione componit controversias omnes inter Regula- res in processibus publicis, aut iis, quæ fiunt in tumultandis defunctorum corporibus contingentes, ita disponent Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 13. breui manu summariè, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij, vt declarauit Sacra Con- gregatio, prout refert Campan. dict. cap. 13. num. 120. & de hac materia latius dixi allegat. 78. à num. 26. [& ibi citatis adde Marcel. Vulpe dict. cap. 42. num. 14.]

72 Trigefimus quartus, Episcopi subdantur exempti in causis matrimonialibus, Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 20. §. ad hęc, nisi habeant iurisdictionem priuatiuè ad Episcopos, (vel immemorabilem pro se consuetudinem, vt censuit Sacra Congregatio, teste Flamin. d. num. 7. vers. duodecimo.)

73 Trigefimus quintus, Episcopo subdantur exempti ad hoc, vt per eum possint denunciari, & mandari, vt euentur, quando essent notoriè excommunicati à Iure, vel ab homine, Ioan. Andr. & Dominic. in cap. 1. de priuileg. lib. 6. [Lauret. de Franchis q. 5. n. 3.] Gambarà de officio Legati de latere, i. de potestate Legati in Regulares, & exemptos, num. 2. [Vgol. de potest. Episcopi c. 29. §. 10. num. 2. & hæc opinio, data scilicet notorietate delicti verior est, cum eo casu declaratione opus non sit, licet indistinctè posse Episcopum denunciare vt videtur in Regulares exempti inciderint in aliquam excommunicationem, teneant Henriq. lib. 7. sum. c. 25. n. 7. Mar. Alter. Barbos. de Episcopo Pars III.

de censur. tom. 1. disp. 10. lib. 3. c. 5. in fine, Piafec. in praxi Episcop. par. 2. cap. 3. §. 6. num. 59. Cened. canon. quest. 26. num. 30. & id licere Episcopis tantum in illis casibus in quibus id illis specialiter permittitur, asserunt Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. excommu- nicatio, vbi de excommunicat. causa mater. in fi- ne, Peitnis in priuileg. Adminim. tom. 1. const. 3. Sixti IV. §. 16. num. 13.]

Trigefimus sextus, Episcopus exceptis iis, quæ con- cernunt Regularia instituta, habet omnimodam iurisdictionem in Monachos Regulares Cathedralis Ecclesiæ, cap. 1. ne Sede vacante, gloss. fin. in cap. nullus, vers. vt Episcopus etiam secularis, de elect. in 6. vbi Anchar. num. 3. vers. sed aduertit, Ioan. Andr. num. 3. vers. in gloss. vlt. Gemin. num. 7. vers. in ea gloss. Franc. num. 3. vers. in gloss. fin. Corn. conf. 193. num. 4. & 5. libr. 2. Rot. apud Farin. decif. 69. n. 2. part. 1. recent. etiam quòd procedatur in forma iudicij, vt tenent omnes in cap. quarto, de offic. Ordin. excepto Panorm. Bertachin. de Episcopo lib. 4. par. 2. quest. 35. num. 81. Rot. d. decif. 69. num. 6. & la- tius decif. 15. ead. par. 1. recent. Quamuis enim Episcopus non possit excommunicare, nec per cen- turas procedere contra exemptos extra casus à Iure permittos, & in hac allegatione numeratos, quia non sub sunt eius iurisdictioni, iuxta tradita per Hen- riq. in sum. lib. 7. cap. 15. §. 7. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 59. art. 5. & 6. Nat. conf. 257. num. 7. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. excomm. causa mater. vers. quartò an Episcopi possint, tamen si constat Regularem exemptum incidisse in aliquam excommunicationem Iuris, aut Papæ, potest ex cau- sa illum publicè declarare, & tanquam excommu- nicatum denunciare. Gemin. in cap. 1. §. nunquid. de priuileg. in 6. Henriq. d. §. 7. vers. nec potest, Triuifan. de- cif. 36. n. 1. lib. 1. Fr. Emman. d. tom. 2. q. 63. art. 11. Pro quo facit, quòd quamuis Ordinarius non possit cognoscere de delictis exemptorum, potest tamen declarare ipsum delinquentem esse, vt tradunt Fulc. de Visitat. lib. 2. c. 8. num. 8. & c. 20. n. 24. Carol. Tap. in l. fin. ff. de constit. princ. p. 1. c. 5. n. 19. Cened. d. quest. 26. num. 30.

74 Trigefimus septimus, quia exemptiones perturbatio- nem in Episcoporum iurisdictione quandoque ex- citant, exemptisque occasione laxioris vitæ præ- bere experientia compertum est, ideo S. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 11. non obstantibus quibuscunque, plenam tribuit auctoritatem Episcopis super Acolytos, Comites Palatinos, Proto- notarios, Capellanos Regios & similes exem- ptos, & decernit quod nihil ex priuilegijs concessis eisdem intelligatur esse Ordinarijs detractum, cum exempto à proprijs Episcopi iurisdictione sit odiosa, & strictè accipienda, vt notat Abb. in cap. cum ca- pella. num. 5. de priuileg. Fulch. d. lib. 2. cap. 8. n. 9. in fine, & cap. 20. num. 6. Fr. Emman. dict. tom. 2. q. 64. art. 4. Flamin. de resign. lib. 3. q. 11. à n. 5. & quoad capellanos Regios iubet Concil. obseruari d. c. cum capella, vbi habetur, quod dum actu feruiunt, sunt exempti à iurisdictione prædicta, Zerol. par. 1. verb. exempti, in princ. tamen ratione beneficiorum, quæ obtinent extra dictam capellam Regiam, coercionem & iurisdictionem Ordinarij sub sunt, Zerol. p. 1. verb. exemptio, in princip.

75 Trigefimus octauus, quamuis ex priuilegio quis sit exemptus à iurisdictione Episcopi, non tamen vide- tur exemptus à iure reuerentiali ex lege diuina, Roman. sing. 486. Fulch. d. lib. 2. cap. 15. num. 69. Cassan. in catalogo glorie mundi par. 4. confid. 27. Ca- rol. Tapia in l. fin. ff. de constit. Princ. p. 1. c. 5. n. 20. R R r 2 Camill.

Camill. Borrell. in addit. ad Bellug. in speculo Princip. rubr. 11. §. videndum, in liter. F. vers. &iales exempti. [Cened. d. quæst. 26. num. 6. vers. primus.] Quamvis Flamin. de resign. libr. 3. quæst. 11. num. 4. censcat cum Puteo exemptum non teneri ad ius reuerentiale Episcopo, nisi eum intelligamus, in exempto à Papa, aliorum verò opinionem in exemptis priuilegio Episcopi, qui non potest concedere exemptionem à suo iure reuerentiale, vt tradunt Boët. decis. 135. num. 8. Fusch. dist. libr. 2. cap. 20. numero 22.

76 Trigesimononò, habet Episcopus iurisdictionem, quando esset in possessione, & consuetudine iudicandi Regulares exemptos, nam tunc videtur per non vsum eos renunciaisse suo priuilegio, vt tradunt Anton. Gamb. de offic. & potest. Legati de latere lib. 8. quæst. de potest. Legati in Regulares à num. 6. Anton. Cuch. instit. maior. lib. 1. tit. 6. à num. 5. Capr. reg. 24. à num. 21. Thom. Triuil. lib. 1. decis. 36. n. 2. [Lauret. de Franchis vbi supra quæst. 5. num. 8.] Verùm hoc difficultate non caret, quia exemptus sine licentia Summi Pont. non potest exemptioni etiam expressè renunciare. ergo multò minus tacitè, ex eatione, quia interest Romani Pont. qui est Superior, subditos suos ab aliis non iudicari. vt tradunt per me citati in collect. ad cap. caterorum num. 4. de arbitrar. & in addit. & fuit plenè resolutum in vna P'lichanen. monasterij 19. Nouembris 1625. coram Reuerendiss. Domino meo Coccino. [Et me citato in hoc loco hanc partem sustinent Hieron. Roderic. in compend. quæstion. Regular. resolut. 63. num. 23. Diana moral. resol. par. 3. tract. 1. resol. 134. Lezana dist. cap. 11. num. 5.]

77 Quadragesimo, Regulares, qui extra claustra, vel ambitum suorum monasteriorum faciunt processiones (nisi consuetudine, aut priuilegio id fuerit ab eis obtentum) puniri possunt & impediri ab Ordinario, & ratio est, quia non habent territorium, & id ita practitari vidisse testatur Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. processiones vers. ad quantum, quem refert Cened. d. q. 26. num. 18.

78 Quadragesimoprimo, Regulares absoluentes pœnitentes, quos audiunt in Confessionibus à casibus referuatis ipsi Ordinario possunt ab Ordinariis excommunicari. Concil. Trident. sess. 14. c. 7. de casuum referuati. Lauret. de Franchis d. tract. de controuers. inter Regulares & Episcopos quæstion. 6. vers. quarto fallit.

79 Quadragesimosecundo, Regularis deiectus ab Ordine suo, debet statim se præsentare Episcopo, & efficitur de illius iurisdictione, Nauar. conf. 76. & 79. de Regular. Lauret. de Franchis d. tract. quæst. 5. num. 9. Zerol. par. 2. verb. Regulares vers. tertio.

80 Quadragesimotertio, Regulares, quorum Religio extincta est, vel alia ratione à Regularium iurisdictione liberi sunt, Episcopo subiiciuntur, cap. 1. de Relig. dom. lib. 6. Lauret. de Franchis d. quæst. 5. num. 11. vbi subdit quòd Religiosus huiusmodi non permittitur amplius in suis monasterijs secundum suam regulam viuere, sed in Episcopi sui obedientiam transeunt.

81 Quadragesimoquarto, Regulares commorantes in Abbatibus, Prioratibus, Præposituris, & in beneficijs, siue Curatis, siue non, vbi non viget Regularis obseruantia, ab Episcopis possunt excommunicari, Concil. Trident. sess. 11. de reform. c. 8. Lauret. de Franchis d. c. 6. vers. decimo.

82 Quadragesimoquinto, Regulares ad duodecimum numerum non ascendentes in aliquo monasterio re-

cepti, Ordinarij loci visitationi, correctioni, ac omnimodæ iurisdictioni subiecti sunt. Sacra Congregat. Conc. Trid. cuius memini supra alleg. 26. num. 6. prope fin.

83 Quadragesimosexto, Regulares admittentes ad diuina Officia, vel sepelientes excommunicatos ab ipso Episcopo, possunt excommunicari per illum. Anchar. in c. Episcopi n. 3. de primil. lib. 6. Abb. in c. sacris n. 7. de sepult. Lauret. de Franchis d. c. 6. vers. decimosextimo.

84 Quadragesimosextimo, Regulares in reconuentione in causis ciuilibus sub iurisdictione Episcopi, quia id procedit ex natura causæ, & non ex natura personæ, vt aduertit Bald. in anth. habita, C. ne filius pro patre n. 23. & ideo ita resoluit in terminis Lauret. de Franchis d. q. 5. n. 12. & d. q. 6. vers. decimonono.

85 Quadragesimosextimo, Regulares possunt ab Ordinario reformari, vt eant bini, bini, ita resol. in praxi Episcop. par. 2. verb. Regularis, vers. quinto, Lauret. de Franchis in dictis controuers. q. 36. nam monachus non debet stare, nec incedere solus, cap. 2. de statu monach. Clem. ne in agro §. ad hac. cod. tit. Rebuff. in praxi tit. Vicario Episcopi num. 31.

86 Quadragesimonono, Regularibus non licet suis Conuentibus recedere etiam prætextu ad superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint: qui verò sine prædicto mandato in scriptis obtento, repertus fuerit, ab Ordinarijs locorum tanquam desertum sui instituti puniri potest. Ita Lauret. de Franchis dist. tractat. de controuers. inter Episcop. & Regular. pag. 38. vers. ad decimum.

87 Quinquagesimo, Regulares, & exempti Episcopis reuerentiam præstare tenentur, Lezana in sum. quæst. Regular. cap. 11. num. 3. Vnde cum Episcopi venerint ad eorum Ecclesias ad celebrandum, reuenter recipiendi sunt, nam possunt in Regularium Ecclesijs vt Baldachino, & contradicentes censuris, & pœnis cogere, de quo supra alleg. 80. num. 16. cum seq.

88 Quinquagesimoprimo, Contra Regulares dantes, vel accipientes aliquid pro ingressu nouitij procedunt Episcopi per censuras, Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 18. ibi; Quin potius præcipit sancta Synodus sub anathematis pœna dantibus, & recipientibus ne hoc villo modo fiat; & vt obeuntibus ante professionem omnia restituantur, que sua erant, quod vt rectè fiat, Episcopus etiam per censuras Ecclesiasticas, si opus fuerit, compellat. Fr. Emmanuel quæst. Regul. tom. 2. q. 63. art. 11. Lezana d. cap. 11. num. 12.

89 Quinquagesimosecundo, Regulares obedire tenentur constitutionibus Synodalibus concernentibus actiones communes totius populi, & obseruantia Regulari non derogantibus, vt de celebrandis aliquibus festis, de quo supra hac allegat. num. 32. cum sequenti. de ieiunijs seruandis, & alijs huiusmodi, non quidem debito obedientia, cum Religiosi subditi non sint Episcopis, sed debito & iure naturali, quo sicut partes, & membra illius populi tenentur se toti corpori conformare. Ita Lezana dist. cap. 11. num. 13. vbi etiam post Lauret. de Peirinis tom. 1. priuileg. Minimor. constit. 2. Iulij I. num. 67. & Dianam moral. resol. tract. 10. de legibus resol. 11. subdit Regulares non teneri constitutionibus Synodalibus, seu Episcopalibus solum concernentibus reformationem clericorum.]

Restat

90 Restat nunc videre, quam potestatem habeat Episcopus in Canonicis Regularibus, si Ecclesia Cathedralis sit Regularis, quarum plures in Anglia existentes refert Host. in cap. causam que, in princip. de iudic. & duas in Sicilia, Panormitanam scilicet, & Montis Regalis, commemorat ibidem Abb. sub num. 8. vers. & dic quod in Sicilia; in quo dubio communis & recepta est Doctorum traditio Episcopis competere omnimodam iurisdictionem in Canonicis Regularibus suæ Cathedralis, Abbatialis, & Episcopali simul vnitis potentis, vt loquitur Abb. in d. cap. causam qua num. 10. quem refert Lotter. de re benef. lib. 1. quæst. 18. num. 14. vbi num. 7. hoc intelligit, licet non sit Religiosus, vnde in Episcopo representatur duplex persona, videlicet proprij, & veri Abbatis in his quæ concernunt instituta Regularia, vt finitur Gemin. in c. nullus Religiosus sub n. 7. vers. in ead. gl'of. de elect. lib. 6. & simul proprij Episcopi quoad reliqua, scilicet non pertinentia ad Regularia instituta, vt patet ex d. cap. nullus Religiosus.

91 Quo fit, vt dum confert Canonicatum, aut Dignitatem in sua Cathedrali Ecclesia, non conferat tanquam Abbas, sed tanquam Episcopus, neque enim est vllibi iure cautum in Ecclesijs Cathedralibus Abbatij competere inter conferendi, & propterea licet Episcopus etiam ibi sit loco Abbatis, tamen dum actum collationis non exerceat tanquam Abbas, sed tanquam Episcopus, impossibile est, vt eundem exerceat tanquam in suum obedientiarium, vt firmavit Rot. in Pampil. Thesauraria 23. Januarij 1617. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, cuius meminit D. Lotter. d. lib. 1. quæst. 33. num. 118. vbi num. 115. subdit ex eadem ratione quod Canonicus Regularis prouisus per Episcopum de Canonicatu, vel Dignitate in Cathedrali Regulari, non potest amoueri per superiorem Regularem.

92 Verùm in his, quæ ad regulam pertinent, Episcopus vicaria vti debet potestate Monachi alicuius tanquam melius versati in iis, quæ ad regulam huiusmodi spectant, vt obseruant Ioan. And. & Gemin. d. cap. nullus, hincque dum visitat, adhibet vnum Regularem ad minus, vt disponitur in Extrauag. debent superioribus suis, de officio Ordin. inter communes, nec tenetur explicare an quod faciat magis vt Episcopus quam vt Abbas, prout docet Panorm. in d. cap. causam qua sub num. 10. vers. & etiam putat, sed quouis modo procedere posse censuit Rot. decis. 69. n. 6. par. 1. recent. etiam priuatiuè quoad omnes alios Regulares ex ead. Rot. decis. 121. n. 4. d. par. 1. recent. etiam mensis sint separata, vt in d. decis. 69. num. 9. refert Lotter d. lib. 1. quæst. 18. à num. 14.

93 Præcipuam verò prærogatiuam habet status hic Ecclesie Regularis, vt qui Clerici seculares in ea sint recepti, vel recipiantur pro celebratione diuinorum, teneantur ij celebrare officium Regulare, nec sint admittendi ad seculares, pro euitando scandalo, vt optime docuit Vitalin. in Clement. vnic. sub num. 53. vers. eodem modo, de celebr. Missar. quem probauit Rot. eadem par. 1. recent. decis. 79. n. 3. vbi num. 5. & decis. 84. per tot. ead. par. 1. subdit nec contrarium posse per Episcopum statui, vt refert Lotter. d. lib. 1. quæst. 18. num. 19.

ALLEGATIO CVI.

Episcopus in Regularium Conseruatores an aliquam habeat iurisdictionem?

S V M M A R I V M.

- 1 Conseruator est index delegatus à Papa datus ad tuendum aliquos contra manifestas iniurias, seu violentias iudiciali non utens indagare.
- 2 Conseruator est index delegatus nisi in Bulla conseruatoria expressè concedatur, vt sit index Ordinarius.
- 3 Conseruator non potest subconseruatorem deputare.
- 4 Appellandum est à sententia Conseruatoris ad solum Papam.
- 5 Conseruator tanquam delegatus potest de iure procedere contra quoscumque Ordinarios, etiam Legatos, si eos impediunt in suis conseruatorijs.
- 6 Differentia constituitur inter indices Conseruatores, & indices delegatos.
- 7 Conseruatores à solo Papa concedi possunt.
- 8 Conseruatores de iure communi esse non possunt, nisi Episcopi, aut eorum Superiores, vel Abbates, seu dignitates in Cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesijs obtinentes.
- 9 Canonici Ecclesiarum Cathedralium delegati Sedis Apostolica constitui possunt, non tamen valent Conseruatores deputari.
- 10 Canonici in Cathedralibus licet secundum latam interpretationem dicantur in dignitate constituti, non ita ex propria significatione.
- 11 Canonici in Cathedralibus attentis specialibus Religionis priuilegijs in Conseruatores eligi valent.
- 12 Canonici Ecclesie Collegiata Synodales indices constitui non possunt.
- 13 Vicary generales Episcoporum non possunt esse Indices Conseruatores.
- 14 Conseruator nemo potest esse sui Conseruatoris.
- 15 Priores, seu Guardiani Mendicantium Conseruatores esse non possunt.
- 16 Conseruatores attentis iure solummodo possunt procedere contra manifestas iniurias, seu violentias.
- 17 Concil. Trident. quid circa Conseruatores dispositum, ostenditur.
- 18 Conseruator vt procedere valeat, necesse est, quod ante omnia appareat iniuriam, seu violentiam fuisse manifestam, & notoriam.
- 19 Iurisdictioni vbiuscumque competit alicui respectu certo qualitatis, debet ante omnia eidem de illa qualitate constare.
- 20 Conseruator vbi dubitat de notorij qualitate, poterit ante omnia summarie examinare, an violentia, seu iniuria fuerit notoria.
- 21 Conseruator non tenetur præmittere notorij examinationem, cum reus fatetur factum ad qualitatem ipsius notorium fuisse.
- 22 Delictum aliquod vix reperiri potest tam notorium, quod non possit habere aliquas excusationes, seu dubitationes.

Conseruatores non possunt tribunal erectum, nisi in Bulla conseruatoria expressè concedatur, vt sit index Ordinarius. 25. Luca de iurisd. d. c. 4. n. 2. et 14.

non tamen possunt adstringi ad utendum Priuilegio Curie Episcopali, et notarij vni potest ad sui libitatem assumere. Sig. Nateli J. Consult. 25. Luca ubi sup.

An Comprehendantur in Constit. sequente de Iudicibus Ordinarij et delegati, Sig. Nateli J. Consult. 1. Luca de iurisd. d. c. 49.

Conseruatoria tanquam favorabiles exstendende, Signat. tom. 4. Consult. 162. n. 1.

Conceduntur tam favore exemptorum, quam Colligantium, ne cogantur sedem apponere ad gradum de notor. Bullar. par. 2. Cap. 11. n. 20. et seqq.

Regularis docere debent de facultate eligendi Conseruatores, Signat. tom. 10. Consult. 96. n. 8. Bonelli Consult. lib. 6. Cap. 9. sub. 5. a n. 4. ubi quod Conseruatores in libris inhibitionij Ordinarij directi debent inuenerere dictam Bullam cum alia exemptionis, hinc de dec. 233. a. n. 6.

RR 3 23 Notio cultatem nominandi Conseruatorum, Salgado d. par. 2. Cap. 11. num. 20. Et per Constit. Gregorij 15. omnibus concedi hanc facultatem, vt per Not. Signat. tom. 8. Consult. 33. n. 24. et ead. in dubitatum dixit Rot. par. 15. Dec. 285. sub n. 2. et iudicatur ex tradit. a Reg. in Cap. p. Clericis a n. 38. & foro comp. non obstante doctrina Car. n. 2. & Luca de Regular. d. c. 51. n. 15. *

Et eorum exco[m]muni- 23 Notorium non offuscatur, licet allegentur cir-
notoria, et super ipsa
fundatum intentionem
nee tenentur illam ad- 24 Notorijs ubi qualitas exigitur ad fundandam iudi-
legare coram Ordinario
cibus in Cap. tuarum
n. 18. et seq. et n. 4.
De priuileg. et in Cap.
25 Notorium notorietate facti continui, seu permanen-
quinto, n. 24. De offic.
26 Inurias, seu violentias esse manifestas dum non
lib. 6. Cap. 9. d. b. n. 11.
et gluvit. seqq. Luca de
Regular. d. s. l. n. 13.
Et de iurisdic. d. c. 28.
et alia communiter.

- 23 Notorium non offuscatur, licet allegentur circumstantia notorium delictum excusantes.
- 24 Notorijs ubi qualitas exigitur ad fundandam iudicij iurisdictionem, tunc etiam non negetur, debet ante omnia super ea processus fieri.
- 25 Notorium notorietate facti continui, seu permanentis, nulla probatione indiget.
- 26 Inurias, seu violentias esse manifestas dum non constiterit, non poterunt ipsi Conservatores inhibere iudicibus Ordinariis, ne in illis procedant.
- 27 Ordinarius potest, & tenetur precipere delegato etiam Principis, ne aliter sua potestate utatur, quam in suis litteris continetur.
- 28 Notorium evidens illud dicitur, quod omnibus, vel pluribus Civitatis populis, seu vicina manifestum sit.
- 29 Testes duo legitimi legitime deponentes, & rationem reddentes sufficientes ad probandum factum aliquod fuisse notorium, seu manifestum.
- 30 Conservatorum potestas adeo restricta est ad iniurias manifestas, ut si de alijs, quam de illis cognoscant, processus, & sententia ipso iure in totum corrumpant, & Conservatores poenam incurran suspensions ab officio per annum.
- 31 Conservatores qualem iuris ordinem observare debeant, ostenditur.
- 32 Conservator uti suspectus recusari potest.
- 33 Appellatio a sententia Conservatoris est admittenda.
- 34 Conservatoribus potestas est concessa non solum aduersus illatas iniurias, sed etiam inferendas.
- 35 Cap. Romana, §. caueant, de sent. excom. lib. 6. declaratur.
- 36 Conservatores ad munus, & officium suum exequendum per consuevas, aliaque iuris remedia contra inobedientes, & contumaces possunt procedere.
- 37 Conservatores qualiter contra Episcopos procedere possint, ostenditur.
- 38 Conservatores possunt per excommunicationem cogere brachium seculare ad suffragandum sibi contra inferentes ipsas iniurias.
- 39 Delegatus iudicis Ecclesiastici brachium seculare ad executionem mandat sibi negotij implorare potest.
- 40 Conservatores aduersus debitores ex causa civilis procedere non possunt. Amplia ubi ibi habet.
- 41 Debiti negatio quomodo dicatur iniuriam importare, ostenditur.
- 42 Concilium Trident. sess. 24. de reform. cap. 6. vers. vniuersitates autem, declaratur, & num. 43.
- 44 Delegatus Summi Pontificis, in totum delegare valet.
- 45 Conservatores non possunt subdelegare, nisi quoad citationes, & sententiarum promulgationes.
- 46 Conservatores quare nequeant committere vices suas, ostenditur.
- 47 Conservatores limites sue potestatis excedentes per annum suspensi sunt ab officio.
- 48 Suspendio, quam incurrun Conservatores excedentes suam iurisdictionem, non tantum est ab officio numeris Conservatoris, sed etiam ab officio clericali, non tamen a beneficio.

- 49 Conservatoribus suadentes, ut suam transgrediantur potestatem, sententiam excommunicationis incurrunt, a qua non possunt absolui, nisi pariter integraliter satisfecerint de expensis.
- 50 Conservatoris officium extinguitur morte concedentis, quod attinet ad negotia non capta.
- 51 Conservatorum officium in ordinibus, & Religionibus, non est temporale, nec expirat morte concedentis.
- 52 Bulla Conservatoria sunt inspicienda, nam in ampliori forma sunt aliquibus Religionibus, quam alijs concessae.
- 53 Circa Conservatorum materiam videnda Constitutiones super hac re editae a Clemente VII. & S. D. N. Gregorio XV.
- 54 Constitutio Clementis VII. refertur.
- 55 Constitutio S. D. N. Gregorii XV. refertur.

CONSERVATOR est iudex delegatus a Papa datus ad tuendum aliquos contra manifestas iniurias, seu violentias, iudiciali non vtens indagine, cap. 1. & vlt. de officio iudic. deleg. lib. 6. vbi Ioan. Andr. & Domin. Syluest. in summ. verb. Conservator, num. 1. Perez l. 1. vers. quare potest, tit. 7. lib. 1. Ordin. Sayt. in floribus decis. sub tit. de officio deleg. decis. 1. Azor. insitut. moral. par. 2. lib. 5. cap. 34. quaest. 1. Fr. Ludouic. Miranda in man. Prelat. tom. 2. quaest. 47. art. 1. concl. vnic. Cochier de iurisdic. Ordin. in exemptos par. 1. quaest. 39. num. 1. Fr. Ioan. de la Cruz de statu Relig. 2. cap. 10. Monet. de Conservat. cap. 1. num. 8. Laurent. de Peirinis in Constit. sui Ordinis Minimorum. tom. 2. constit. 5. Gregorij XV. §. 1. num. 2.

Dixi, delegatus, quia Conservatores iudices sunt delegati, non Ordinarij; nam iurisdictioni illis concessa non ratione officij, sed delegationis competit, & si officium habent, illud habere dicuntur iure eiusdem delegationis, vt contingit in alijs delegatis, notant gl. verb. conservatores, in princip. in d. cap. 1. vbi Archid. & Domin. num. 5. Ioan. Andr. col. 2. Anchar. num. 2. & in d. cap. vlt. num. 6. & 7. Fusch. de visitat. lib. 2. cap. 23. num. 3. Alciat. in rubr. n. 18. de offic. Ordinarij. Ruin. conf. 3. num. 1. volum. 4. Mar. Anton. variat. resol. lib. 1. resol. 16. num. 4. Valasc. tom. 2. consult. 152. num. 6. Nauar. conf. 5. alias 3. sub tit. de offic. iudicis deleg. num. 1. in nouiss. edit. Campan. in d. interforio iuris Canonici rub. 12. cap. 13. num. 24. in fine. Monet. d. cap. 1. num. 11. Laurent. de Peirinis citato loco, Azor. d. cap. 34. quaest. 2. Molina de iustit. tom. 6. disp. 29. num. 1. cum quo aduente hoc procedere, nisi in Bulla conservatoria expresse concessum sit, vt conservatores per illum eligendi iudices sint Ordinarij, prout Societati I E S V a Pio V. & Gregorio XIII. indultum esse aduertit idem Molina vbi proxime.

Hinc fit Conservatorem non posse subconservatorem deputare, cum hoc expresse sit cautum in d. cap. vlt. vbi gl. verb. nullis, dicit in hoc differre Conservatorem a delegato Principis, Fusch. d. cap. 23. num. 8. Mar. Anton. d. resol. 16. num. 5. Campan. d. num. 24. [Mar. Anton. variat. resol. lib. 1. resol. 112. casu 61. verb. primo,] nisi per litteras conservatorias id Regularibus concedatur, vt aduertunt Sorb. in compend. iur. conservator vers. item conservator 3. pag. 159. Fr. Emman. d. quaest. Regul. tom. 1. quaest. 65. art. 18. Monet. de conservat. cap. 7. quaest. 2. num. 58. Laurent. de Peirin. vbi sup. §. 1. num. 5. Mar. Anton. dist. loco. Vnde etiam fit, quod a

etiam contra Laicos, Barb. in Cap. 1. de offic. deleg. lib. 6. n. 9. Sanchez Consil. lib. 6. Cap. 9. d. b. n. 5. Rationis assignantibus, et priuilegijs quo ad ordinem, Pignat. tom. 3. Consult. 1. a n. 16. Palpa. de p. ad h. n. 2. Cap. 3. n. 80. et seq.

Ita vero ba- beant iuris dictionem priuilegijs ad h. n. 3. cum facultate legati a sa- cros. Pignat. tom. 1. Consult. 392. v. 5. de Consi. 4 lib. 6. cap. 9. d. b. n. 13. ad 20.

An possit appellari ad Iudicem grem. appellationum in aliqua Provincia a Papa delegatum, Luca de iurisd. d. c. 28. a n. 1. ad n. Pignat. tom. 3. Consult. 1. vbi etiam quod concessi fuerint cum clausula appellatione remota.

Luca de iurisd. d. c. 49. n. 2.

PARS III.

sententia Conservatoris tanquam delegati a Papa, ad solum Papam est appellandum, neque ad ipsius Legati attentio iure potest prouocari, nisi aliud Legati habeant in suis commissionibus, tradit Anchar. conf. 132. Ruin. d. conf. 3. a n. 2. optime confirmantes ex reg. cap. super quaest. 5. porro, de offic. deleg. iuncta reg. c. 2. de officio legati, cum alijs relatjs per Cardin. Tusch. littera C, concl. 760. n. 6. [nouissime me citato in hoc loco Mendez a Castro in praxi Lusit. lib. 2. cap. 3. num. 27. par. 2. pag. 44.] Pignat. tom. 3. Consult. 1. n. 1.

Inde etiam fit tales Conservatores tanquam delegatos posse de iure procedere contra quoscunque Ordinarios etiam Legatos, si eos impediunt in suis Conservatoris, iuxta reg. d. cap. 2. de officio legat. tradit ex eodem Anchar. d. conf. 132. num. 3. idem Cardin. Tusch. d. conclus. 760. num. 1. & 2. [Marc. Anton. d. lib. 1. resol. 17. num. 5. me citato in hoc loco Mendez a Castro d. punct. 2. lib. 2. cap. 3. n. 27. pag. 44.] Nec obstat, quod nonnullae in iure dantur differentiae inter Conservatores, & alios iudices delegatos, in quibus se ad inuicem excedunt, de quibus agunt text. in d. cap. 1. & vlt. de officio delegati lib. 6. Respondetur enim praedictas differentias non respicere substantiam iurisdictionis delegate, quae tantum in eo consistit, quod competat ratione officij, vnde non faciunt eam mutare, aut differre specie, iuxta doctrinam gl. verb. noua in l. pacta conuenta, ff. de contrabeu. emptio. optime Alciat. dicto loco.

Quae autem sint illae differentiae inter iudices Conservatores, & iudices delegatos, colligi potest ex his, quae adducunt Doctores in dict. c. vltim. & eas enumerant Azor. d. cap. 34. quaest. 5. Fr. Ludouic. Miranda d. quaest. 47. art. 3. conclus. vnic. Primò, iniquunt, differunt in hoc, quod iudex delegatus esse potest quilibet Canonicus cuiuslibet Ecclesiae Cathedralis, Conservator verò non nisi simul sit in aliqua dignitate constitutus. Secundo differunt, quia illius, qui est iudex delegatus, potest & ille alter esse iudex delegatus in alia causa, saluo iure recusatationis, secus verò est in Conservatore, etiam si huiusmodi non sibi opponatur exceptio. Tertio, quia saluo praedicto iure recusatationis sibi subditum bene potest quicquid impetrare delegatum, non vero Conservatorem. Quarto, quia delegatus a Principe potest causam sibi commissam in totum, vel in parte alteri committere iuxta cap. pastoralis, de officio deleg. at conservator non. Quintò, iudex delegatus etiam se ingerat in his, quae non sunt iurisdictionis, non afficitur poena in praed. cap. constituta, quia hoc non inuenitur expressum in iure, secus est de Conservatore. Praeter supradictas differentias, quas hoc ordine adducunt Azor. & Ludouic. Miranda dictis locis, vnum notare oportet, de quo Nauar. vbi supra, Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 20. in princip. dum praecipit causas omnes in prima instantia coram Ordinario locorum dumtaxat posse agitari, non excludere Conservatores Religionum, & alios, qui non comprehenduntur restrictione eiusdem Concilij facta circa Conservatores sess. 14. cap. 5. apud illos enim causa ad suam iurisdictionem, alios spectantes etiam in prima instantia poterunt ventilari, & consequenter quoad hoc reputandi erunt Ordinarij, quod quidem idem Nauar. vbi supra num. 2. putat se audiuissè definitum ab Illustri. Card. deputatis ad declaranda dubia Concil. Tridentini, & nunc decisum fuisse mihi vere constitit. [de quo late sup. alleg. 81. num. 13. & in appendico n. 20.]

Alleg. C V I. 503

Dixi, a Papa datus, quia huiusmodi Conservatores a solo Romano Pontifice, concedi possunt, vt probat text. in d. cap. 1. de officio deleg. lib. 6. ibi, conce- dimus, & in d. cap. vlt. eodem tit. & lib. ibi, a Sede Apostolica conceduntur, &c. vbi Ioan. Andr. col. 2. a Magistrali seculari, tenent Syluest. verb. Conservator, quaest. 1. num. 2. Fr. Emman. d. tom. 1. quaest. 65. art. 2. in princip. Azor. d. cap. 34. quaest. 6. Molina d. disput. 29. n. 1. Fr. Ludouic. Miranda d. quaest. 47. art. 1. conclus. 2. Cochier d. quaest. 39. num. 2. Laurent. de Peirinis d. §. 1. num. 3. Monet. de conservat. cap. 4. n. 2. quærit an Concilium generale id possit, & quaest. 3. an cæus Cardinalium, & quaest. 4. an legati Papæ, & quaest. 5. an & quando Princeps supremus secularis id possit. Sic etiam iure Ciuili inferiores prohibentur loci seruatores constituere audent, vt iudices sine quoquo suffragio, §. nulli quoque iudici, & §. interdicimus, ibi, violentiarum inhibitoris, collat. 2. audent. vt nulli iudicium liceat habere loci seruatores, in princip. collat. 9.

[Quare Summi Pontifices Religionibus nonnullis Conservatores cum amplissima facultate concesserunt & signanter Monachis S. Iustinae Eugenius IV. constit. 10. incip. Militanti, 8. Kal. Decembris 1436. & Montis Olineti Iulius II. constit. 5. incip. Militanti, 8. Kalend. Nouembris 1505. & Canonice Regularibus Lateranensibus Sixtus IV. constit. 10. incip. Dum ad vniuersos 10. Kal. Septemb. 1476. & Monachis Camaldulensibus Leo X. constit. 2. incip. Etsi, 4. Nonas Iulij 1513. & Fratibus Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula Clemens VII. constit. 6. incip. Conuestione, 19. Martij 1524. & clericis Regularibus S. Pauli decollati Iulius III. constit. 10. incip. Ad hac 3. Idus Augusti 1550. & Equitibus Hierosolymitanis Pius IV. constit. 9. incip. Circumspecta, Kal. Iulij 1560. Et Patribus Societatis I E S V Gregorius XIII. constit. 1. incip. Aequum 8. Kalend. Iulij 1572. Religiones aliae Conservatores non habentes per communicationem priuilegiorum cum alijs eos habentes, possunt Conservatores eligere, itante dispositione d. cap. fin. de officio deleg. lib. 6. vbi habentur ea verba, quod perumque a Sede Apost. Conservatores conceduntur, ergo cum de facili concedantur, veniunt sub communicatione priuilegiolorum, ita Sacra Cong. Concilij sub die 12. Septemb. 1520.

Olim ante constitutionem Gregorij XV. de qua infra, cum Conservatorum Regularium priuilegia ex dispositione Pij V. extenderentur ad tres diocesis, & sic posset eorum iurisdictionis extendi ad plures Episcopatus, & ex dispositione Gregorij XII. tenerentur iidem Conservatores & Regulares notificare dictam electionem, & deputationem Conservatorum Ordinario loci, debebat illa fieri non solum Ordinario praedicti loci, sed etiam omnibus Ordinarijs, ad quorum dioceses se extendit eorum facultas, seu iurisdictionis, Sacra Congreg. Concilij sub die 11. Julij 1620. Hodie post dictam Constitut. Gregorij XV. eadem Sacra Congreg. in Possanen. 15. Aprilis 1628. & in Lancianen. 29. Ianuarij 1633. censuit Regulares debere eligere Conservatores in singulis dioceses, in quibus monasteria, Conuentus, seu domos Regulares habent.] Vt Pignat. tom. 1. Consult. 113.

De iure communi Conservatores esse non possunt, nisi Episcopi, aut eorum Superiores, vel Abbates, seu dignitates, vel personatus in cathedralibus, vel Collegiatis Ecclesijs obtinentes, probat text. in dict. cap. vlt. de offic. deleg. lib. 6. ibi, de cætero deputari non possunt nisi Episcopi, &c. notant omnes ibi, & Felgn. in Cap. si Clericus de iure Compet. n. Syluest. verb. Conservator, num. 2. Petr. Gregor. vlt. vlt. n. 55.

An liceat Regularibus in causis Civilibus petere iudices et Conservatores Apostolicos conceduntur, Sagnan. in Cap. si Clericus, a n. 38. de foro com.

Facultas nominandi Conservatores ex concessione Appa. et quando amittatur per non vnum, Luca de regular. d. c. 51. nota recentior. par. 15. d. c. 285. n. 13. et seqq.

Pignat. tom. 3. Consult. 1. Luca de iurisd. d. c. 49.

hanc questionem exami- nat in terminis Constit. Greg. 15. Luca de regular. d. c. 52. iugue ad n. 11.

Pignat. tom. 1. Consult. 113. vbi an eligi possint Archiepiscopi et Cardines alij.

Felgn. in Cap. si Clericus de iure Compet. n. Syluest. verb. Conservator, num. 2. Petr. Gregor. vlt. vlt. n. 55.

Relaquent Conservatores procedere contra aliquos, neque illas trahere, vltima synagoga, et in fine dictionum, Cap. fin. de officio deleg. in 6. Febr. monn. q. 12. in Cap. Non obstantibus praeterey priuilegijs: quia omnia sunt remota, per Constit. Greg. 15. in nouissimam d. Cap. fin. Pignat. tom. 16. Consult. 66. n. 11. Sagnan. in Cap. sane el. 2. de offic. Deleg. n. 35. et 36. vbi intelligit d. Cap. fin. ut verno trahi possit a Conservatoribus vltima eam dictionem a fine dictionum, id est, non Conservatores, sed eius qui a Conservatore vocatur; et ita etiam intellexit Pignat. tom. 1. Consult. 113. n. 6. et probatur ex Cap. Statutum, §. cum vero, et §. cum Actor, de reueris. ubi 6. d. c. de partium consensu, Barb. in d. Cap. fin. n. 14. Ita an intra illam dictionem aliquos trahere possint, de d. c. stat. d. Constitutione, dubitari potest.

quia in ea solum innovatus d. cap. fin. quoad...
p. 1. negativam, utriusque certa suspensio...

De officio & potestate Episcopi,

Synagm. iuris, lib. 47. cap. 22. num. 28. Cochier d. quest. 39. num. 3. Fr. Emman. d. quest. 65. art. 2. Azor. d. cap. 34. quest. 4. Molina d. disp. 29. n. 3. Fr. Ludovic. Miranda d. quest. 47. art. 2. concl. 1. nouissimè Alexan. Moneta in tract. de conseruatoribus, flagit. in d. cap. 34. cap. 5. [Marcell. Vulpe in praxi iudic. fori Eccles.] Bonacin. de censur. extra Bullam...

504 An Canonici Ecclesie Collegiate possint con-
stitui delegati Papae, seu iudices Synodales, dubia
est questio, in qua affirmatiuam partem ruerit Aloyf.
Ricci. in praxi fori Ecclesiast. decif. 637. in 1. edit. &
resolut. 575. in 2. edit. quia in Ecclesia Collegiata
solent adesse Canonici obtinentes Dignitatem, &
Collegiata dicitur quoque obtinere in se dignitate,
Seraphin. decif. 22. par. 1. & in nonnullis a quipol-
lent Canonici Ecclesie Cathedralis, idem Seraphin.
decif. 1223. par. 2. Verum contrarium melius am-
plectitur Marc. Anton. Genuent. in praxi Eccles. quest.
612. num. 2. vbi extendit, quamuis sint periti-
ssimi, Monet. d. cap. 5. quest. 8. num. 118. Laurent.
de Peirinis d. num. 10. in fine.

13 Vicarij, seu officiales Episcoporum Ordinarij,
non possunt esse iudices Conseruatoris, licet enina
habeant honorem, seu officium cum iurisdictione,
nequaquam tamen obtinent dignitatem, seu perso-
natum in aliqua Ecclesia, Abb. in cap. de multa, n.
23. de prebendis, Selu. de benef. par. 1. quest. 2. n. 74.
Menoch. conf. 52. num. 23. quam tamen dignitatem
tenet in d. cap. ult. requirit, & ita ex hoc, & alijs fun-
damentis in specie defendunt Cardin. in d. Clem. 2.
quest. 12. & ibi Bonifac. a num. 36. Pavin. de pote-
state Capituli par. 2. quest. 10. num. 16. Fr. Emman.
d. quest. 65. art. 13. vers. ex his. Quamuis contrarium
teneat gl. verb. delegatus, in d. Clement. 2. quam
sequitur Anchar. Paul. & Imola ibi, Picard. in rer
consilia Menoch. conf. 52. num. 33. cum seqq. Aloyf.
in d. praxi aurea resolut. 349. Strozz. de Vicario Epi-
scopi. lib. 2. quest. 27. Cochier d. quest. 39. num. 4.
Monet. de Conseruator. cap. 5. quest. 5. num. 66.
Laurent. de Peirinis vbi supra num. 14. quorum
sententia tantum hodie locum habere poterit, si spe-
ciali priuilegio religioni concessum fuerit, vt possit
Vicarios generales in suos Conseruatores eligere, vt
obseruant Fr. Emman. dicit. art. 13. & Fr. Ludovic.
Miranda d. art. 2. conclus. 2. Vicecancellarium verò
Papae, Camerarium, summum Pœnitentiarium,
Clericos Camerae, Auditorem Curie causarum dictae
Camerae, Auditores Rotae, Referendarios,
Protonotarios posse eligi in Conseruatoribus, quia
illi omnes habent dignitatem, tradunt Monet.
de Conseruat. cap. 5. a num. 106. Laurent de Peirinis
citato loco num. 17. Et de Archidiaconis, Archiepis-
byteris, Præbiteris, Præpositis, Decanis, & alijs
habentibus Ecclesiasticam dignitatem, idem tenet
Monet. d. cap. 5. quest. 7. num. 88. 89. 91. 92. &
93. Laurent de Peirinis citato loco num. 15. vbi
etiam de Priore seculari Ecclesie Collegia-
tæ.
14 Nemo potest esse Conseruator sui Conseruatoris,
nec potest quis habere eum Conseruatorem, qui
est sub eius iurisdictione, seu dominio, vel distri-
ctu Ecclesiastico, aut temporali, exceptis tamen
Regibus, aut Reginis, d. cap. ult. Cochier d. quest.
39. num. 3. Azor. d. cap. 34. quest. 4. Molina disp. 29.
n. 3. vers. item non possunt, Petr. Gregor. synagm. in
lib. 47. cap. 22. num. 8.

Ragan. in
Cap. iudic. de
deleg. num. 33.
Pignat. tom.
1. Consult.
165. et tom.
96. Consult.
96. et 98. ya-
tionne Pign.
not. d. Ch.
sult. 165.

18 In iuriâ notoria dicitur
iurisdictio in possessione, li-
ca de iuris. dic. 49. n. 2.
de qualitate notorij, ita gl. verb. Conseruatoris in
d. c. 1. vbi Ioan. Andr. col. 3. & 4. Monach. num. 4.
& 5. Anchar. n. 5. Franch. num. 4. Siluest. verb. Con-
seruator n. 3. Fr. Emman. d. quest. 65. art. 11. vers.
aduertendum in super. Azor. d. cap. 34. quest. 7. Molina
d. disp. 29. num. 2. Fr. Ludovic. Miranda d. q. 47. art.
8. concl. 2. Cochier d. quest. 39. a num. 6. [me citato
in hoc loco Mendez à Castro d. par. 2. lib. 2. cap. 3.
num. 2. 5. quia iurisdictione non competit Conserua-
toribus super iniuriis, & notoriis simpliciter, sed
super qualificatis, & notoriis, Gaticr. pract. lib. 3.
cap. 9. num. 14. Gabr. Pereira de manu Regia p. 1.
cap. 7. n. 5. Anton. Ripol. var. cap. 1. num. 48. Men-
dez à Castro d. par. 2. lib. 2. cap. 3. n. 26. pag. 44.]
Vbi que enim iurisdictione competit alicui re-
spectu certæ qualitatis, debet ante omnia eadem de
illa qualitate constare, vt per Bart. in l. multum in-
terest. num. 2. & 5. ff. de condit. & demonstr. Sicul. n.
50. cum seqq. in cap. 1. de offic. deleg. Vant de nullis
tit. ex defectu iurisdict. Ordin. n. 167. D. Barbosa in l. si
quis ex aliena, num. 148. ff. de iudic.

19 Si autem Conseruator dubitet de illa notorij qua-
litate, vel clare de ea non appareat, poterit ante om-
nia summariè examinare, an violentia, seu iniuria, de
qua agitur, notoria fuerit, & super eum probationes
recipere ad fundandam suam iurisdictionem, ita ut si in-
ueniat illam notoriâ, procedat, aliàs se incompetente
pronuntiet, ita constituntur gl. & Doctores ferè omnes,
de quibus supra. [quibus addo Médez à Castro d. p.
2. lib. 2. c. 3. n. 26. vers. unde si inueniat.] Nec huiusmo-
di iudicialis inductio illi prohibita est in violentiis, sed
iniurijs notorijs, in quibus aliàs iurisdictione habet, si
tales inueniantur, nã ad huc effectum, & ita ad vidediũ in
sua sit iurisdictione, poterit indagare, & inquirere, etiã in
forma iudicij, iuxta reg. tex. in l. 2. ff. de iur. omn. iud. &
S S S cap.

beine explicat Prag. in Cap.
de Reg. de for. complet.
n. 24.
Conseruatori ipsi simpliciter
non esse, sed habere Cogniti-
onem iudicalem, ex quibus
probat. Rota recentior.
par. 2. decif. 626. et par. 11.
deq. 184. n. 20.
In iuriâ notoria dicitur
iurisdictio in possessione, li-
ca de iuris. dic. 49. n. 2.
de qualitate notorij, ita gl. verb. Conseruatoris in
d. c. 1. vbi Ioan. Andr. col. 3. & 4. Monach. num. 4.
& 5. Anchar. n. 5. Franch. num. 4. Siluest. verb. Con-
seruator n. 3. Fr. Emman. d. quest. 65. art. 11. vers.
aduertendum in super. Azor. d. cap. 34. quest. 7. Molina
d. disp. 29. num. 2. Fr. Ludovic. Miranda d. q. 47. art.
8. concl. 2. Cochier d. quest. 39. a num. 6. [me citato
in hoc loco Mendez à Castro d. par. 2. lib. 2. cap. 3.
num. 2. 5. quia iurisdictione non competit Conserua-
toribus super iniuriis, & notoriis simpliciter, sed
super qualificatis, & notoriis, Gaticr. pract. lib. 3.
cap. 9. num. 14. Gabr. Pereira de manu Regia p. 1.
cap. 7. n. 5. Anton. Ripol. var. cap. 1. num. 48. Men-
dez à Castro d. par. 2. lib. 2. cap. 3. n. 26. pag. 44.]
Vbi que enim iurisdictione competit alicui re-
spectu certæ qualitatis, debet ante omnia eadem de
illa qualitate constare, vt per Bart. in l. multum in-
terest. num. 2. & 5. ff. de condit. & demonstr. Sicul. n.
50. cum seqq. in cap. 1. de offic. deleg. Vant de nullis
tit. ex defectu iurisdict. Ordin. n. 167. D. Barbosa in l. si
quis ex aliena, num. 148. ff. de iudic.
Si autem Conseruator dubitet de illa notorij qua-
litate, vel clare de ea non appareat, poterit ante om-
nia summariè examinare, an violentia, seu iniuria, de
qua agitur, notoria fuerit, & super eum probationes
recipere ad fundandam suam iurisdictionem, ita ut si in-
ueniat illam notoriâ, procedat, aliàs se incompetente
pronuntiet, ita constituntur gl. & Doctores ferè omnes,
de quibus supra. [quibus addo Médez à Castro d. p.
2. lib. 2. c. 3. n. 26. vers. unde si inueniat.] Nec huiusmo-
di iudicialis inductio illi prohibita est in violentiis, sed
iniurijs notorijs, in quibus aliàs iurisdictione habet, si
tales inueniantur, nã ad huc effectum, & ita ad vidediũ in
sua sit iurisdictione, poterit indagare, & inquirere, etiã in
forma iudicij, iuxta reg. tex. in l. 2. ff. de iur. omn. iud. &
S S S cap.

Ne non expromissionem defendere valeant, et eorum Conseruatori, quoad Conseruatorum coram ordinario,
Sancher Comit. moral. lib. 6. Cap. 3. dub. 5. Quamuis Pignat. tom. 10. Consult. 96. n. 2. dicit, ex sac. causa,
Regularis non potest devenire ad electionem Conseruatoris, in quo sequitur contra iur. et praxim; et
Concil. Trident. sess. 14. de Reformat. Cap. 2. in quo fundatur, procedit in causa particulari.
Subditio tamen Conseruatorij sperari potest, si auctore notorio, iurisdictionis, et ita proa-
bant. Rota decif. 109. et 184. par. 11. recentior. non tamen alibi, et decif. 278. et 292. et par. 11. Lu-
ca de iurisdict. dic. 49. n. 11. ubi quatenus etiam Conseruator parare teneatur iurisdictioni super-
iary. Regado de reg. prote. par. 2. Cap. 19. an. 62.
Et de iurisdictione seculari, quid facere debet, quando aduery eum procedit Conseruator, Villadiez

Mixtione tamen
inhiberi potest
Episcopi a Conseruatore
quodlibet iudicium
conseruatore
in Regula
res, tamquam se
de app. delegat
in Cario a Conseruatore
et Conseruatore
app. prescriptis
signat. tom. 3.
Chual. 1. et tom.
4. Consult. 162. n.
fin. Regnatus in
Cap. l. 2. de
Off. iudic. deleg.
in. 11.

De officio & potestate Episcopi,

cap. preterea, de officio iud. deleg. vt in terminis resoluunt Ioan. Andr. col. 3. Domin. num. 6. & 7. Anchar. num. 5. d. cap. 1. Fr. Emman. d. quest. 65. art. 12. vers. sed contraria, Azor. d. cap. 34. quæst. 7. Molina d. disp. 29. num. 2. vers. potest tamen. Sic etiã quauis in terminis cap. si clericus laicum, de foro comp. iudici Ecclesiastico competat iurisdictione aduersus laicos, si ipsi faciant, vel non negauerint res, de quibus agit, esse Ecclesiæ, poterit iudex Ecclesiasticus in euentu, quo reus ad suum iudicium vocatus negauerit rem esse Ecclesiæ ad instantiam actoris summariam de hoc ante omnia cognitionem adhibere, & ea tali comperta non obstante negatione Laici in causa procedere, vt bene aduertunt Abb. col. pen. Felin. num. 3. Socin. num. 13. & 15. Collectar. num. 1. in d. cap. si clericus laicum, sic illum intelligentes, Cypri. iun. in l. 2. num. 34. ff. si quis in ius vocatus, idque per reg. text. in l. si quis ex aliena, ff. de iudiciis, cum similibus, quia aliàs esset in potestate laici conuerti per simplicem negationem euertere priuilegium. d. cap. si clericus laicum, quod videtur absurdum.

21. Hanc notorij examinationem non tenetur Conseruator præmittere cum reus fatetur factum, & qualitatem ipsius notoriam fuisse, tunc enim siue in rei veritate tale sit, siue non, semper processus validus erit, nam sufficit partis confessio, vt per illam notorium dicatur, & de notorietate appareat, licet aliter illa non probetur, iuxta reg. text. in cap. vestra, vbi glos. verb. non differtur, & cap. ult. ibi, seu confessionem, de cobabit. cleric. & cap. cum olim, de verb. signif. cum multis, de quibus Mascard. de probat. concl. 1107. num. 2. Farinac. in praxi crimin. tom. 1. quæst. 21. num. 31. Quæ quidem resolutio procedit, licet reus, qui factum notorium fatetur, excusationem alleget, dicens se iure suo fecisse, adhuc enim Conseruator procedere poterit, solumque tenebitur reum admittere ad excusationes suas probandas, vt contra alios magis videtur sequi glos. verb. Conseruatores, vers. Si autem confiteatur, in d. cap. 1. ex ratione, quam præstat in vers. Aliàs facile esset, nam cum vix possit reperiri aliquod delictum tam notorium, quod non possit habere aliquas excusationes, seu dubitationes, iuxta doctrinam glos. verb. recepit, in cap. bona, il 1. de elect. iuncta reg. text. in aut. de rebellionibus, §. nos autem, vers. proxime, collat. 4. Aretin. conf. 165. col. 5. vers. 2. principatiter, Masc. concl. 1106. num. 9. & concl. 1108. Farin. quæst. 21. num. 50. de nihilo esset Conseruatoris officium, si quando factum in se notorium est, procedere non potest propter excusationes à reo allegatas, quæ notoriæ non sunt, & probationes requirunt, tradunt optimè Anchar. d. cap. 1. n. 5. vers. ad aliud contrarium, Franch. num. etiam 5. Syluest. verb. Conseruator num. 3. vers. dico 3. Azor. d. cap. 34. quæst. 7. vers. quæres, Cochier d. quæst. 39. num. 11. Licet enim allegentur circumstantiæ notorium delictum excusantes, non per hoc notorium offuscatur, quominus super eo probati debeat, quamuis illas allegans ad probandum debeat admitti, vt tenet Ant. in c. vestra, de cobabit. cleric. Mil. in repert. verb. notorium contra quod, Capra in tract. de notorio memb. 4. num. 59. & 69. Farinac. dist. quæst. 21. num. 5. quicquid distinguat Masc. conclus. 1106. num. 11. & 12.

24. Quando verò reus neque fatetur, neque etiam negat, sed tacet nihil opponendo de defectu notorietatis, & incompetentiã iurisdictionis, & Conseruator dubitet, & factum in se notorium non appareat, tenetur ad suam iurisdictionem fundandam,

& vt certus de illa existat, ante omnia probationes facere, an illud notorium sit; nam vbi qualitas notorij exigitur ad fundandam iudicis iurisdictionem, tunc etiam si non negetur, debet ante omnia super ea processus fieri, tradunt Capra d. memb. 4. n. 56. cum seqq. Mil. verb. notorium facti gesti, Mascard. concl. 1108. num. ult. Farin. d. quæst. 21. num. 86. & 87. Sin autem reus neget, distinguendum est, quod si iniuria, seu violentia notoria fuerunt notorietate facti continui, seu permanentis, ita quod nulla excusatione, seu tergiversatione celari valeat, non tenebitur Conseruator probationes ante omnia super notorio recipere: si verò iniuria manifesta tantum fuerit notorietate facti transeuntis, seu momentanei, vel sola notorietate iuris, tunc debeat prius Conseruator, si pars negauerit, notorij examinationem præmittere, iuxta doctrinam glos. verb. Conseruatores, vers. sed quid si negetur, in d. c. 1. Ratio vtriusque membri ea est, quia in priori notorium per se tale est, quod nulla probatione indiget, iuxta reg. text. in cap. tua nos, ibi, nec testis, de cobabit. cleric. & cap. 3. de testib. cog. in principio, vbi glos. 2. ac subinde in eo negatio partis rem dubiam non facit, vt videtur probare text. in d. cap. 3. si bene expendatur, ibi, factum negauerit, &c. per quem notant Felin. ibi num. 7. Abb. in d. cap. tua nos, num. 4. Mascard. d. conclus. 1106. num. 8. Farin. d. quæst. 21. num. 18. tale notorium per negationem dubij non efficit. Posteriori vero cum tale non sit, vti que per negationem dubij redditur, iuxta reg. l. 3. C. quibus ad libet, Vnde in ea ante omnia necessaria probatio erit, per quam non probatur quidem iniuria, seu violentia in se, quæ notoria est, sed magis probatur illam notoriam esse, cum non constet esse notoriam, facit text. in cap. bona, il 1. vers. licet autem, iuncta glos. verb. recepit, in fine, de elect. glos. 2. in cap. ad nostram, 21. il 3. de iur. iuran. Si denique Conseruator notorie constet de ipsa iniuria, & qualitate illius, nempe quod notorie illata fuisset, non tamen æquè notorie appareat de eiusdem auctore, hoc casu bene poterit procedere, nam text. in d. c. 1. & ult. de officio deleg. lib. 6. dum iurisdictionem tribuunt Conseruatoribus, non se referunt ad personas iniurias, seu violentias notorie inferentes, sed magis ad ipsas iniurias, seu violentias manifestas: ergo vbi illæ tales fuerint, iurisdictioni locus erit: nec refert, quod personæ inferentes, & ita auctores notorij non sint, quamuis contrarium teneant post Ioann. Andr. & Innoc. Anchar. d. cap. 1. num. 6. ad finem, & Domin. num. 9.

Intèrim verò dum nõ constiterit iniurias, seu violentias esse manifestas, nec per consequens de Conseruatorum iurisdictione, non poterunt ipsi (licet delegati sint, & quoad has causas maiores Ordinariis, cap. sane, il 1. de officio deleg.) inhibere iudiciis Ordinariis, ne in illis procedant, & si de facto inhibito facta fuerit, ei parendum non erit, vt in terminis tradit Ceuall. d. rom. 4. quæst. 897. num. 755. cum seq. [me citato in hoc loco Mendez à Castro d. par. 2. lib. 2. cap. 3. num. 26. in fine. Et poterit supplicari ad Iudicem Coronæ. Fr. Emman. quæst. Regul. tom. 1. quæst. 65. art. 9. Valasc. conf. 100. n. 3. & consult. 152. in princ. Molin. de Inst. tom. 4. tract. 5. disp. 29. num. 8. & alij, quos refert & sequitur Gabr. Pereira de manu Reg. par. 1. cap. 7. num. 3.] intendit Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 14. in fine, ibi, & eorum inhibitionibus aduersus præmissa nequaquam valiturus, & ex eo comprobatur, quia iudex, de cuius iurisdictione, & superioritate non constat, non potest inhibere iudici, qui ab

eo iurisdictionem non habet, aliterque facta inhibito non tenet, & sperni potest, ex reg. text. in cap. non solum, in fine, ibi, inhibere canonice, &c. per argumentum à contrario, de appellat. lib. 6. cum similibus, ex quibus ita tradunt omnes communiter, Beroi. conf. 117. num. 2. cum sequentibus, volum. 3. Mandol. de inhibiti. quæst. 28. num. 2. Surd. conf. 824. num. 37. cum seq. & à num. 32. lib. 3. Ceuall. d. quæst. 897. à num. 756. Mart. de iurisd. par. 2. cap. 42. à num. 8. plandè dum non appareat iniurias, seu violentias esse manifestas, nec constat de iurisdictione, & superioritate Conseruatorum (quæ in hac qualitate solum fundatur) nec item Ordinarius ab eis iurisdictionem suam habet: vt patet, ergo nequaquam ab eis poterit inhiberi, aut ipse tenebitur inhibitioni parere: quod addeò verum est, vt in terminis iuris communis liceat per contrarium ipsi Ordinario in Conseruatorum animaduertere, si forte vltra causas sibi permissas cognoscat, illumque prohibere ne limites suæ potestatis excedat, vt aduertit Ceuall. d. quæst. 897. à num. 762. comptobas ex decil. text. in aut. vt iudices sine quoquo suffragio, §. volumus, vers. sed etiam eos, collat. 2. iuncta reg. l. prohibitorum, vbi glos. verb. resistentes, & l. defensionis facultas, C. de iure iur. lib. 10. ex quibus Doctores communiter notant & posse, imò teneri, Ordinarium præcipere delegato, etiam Principis, ne aliter sua potestate vtatur, quam in suis litteris continetur, & si excellerit in eum animaduertere, vt per Cædri. in Clem. 1. num. 16. de offic. Ordin. Abb. in cap. significauit, num. 3. eodem tit. Auiles ad cap. 1. Prætorum, verb. mandado, num. 33. Nauar. in cap. coningat, remed. 4. de rescript. Ceuall. dist. quæst. 897. à num. 769. Hodie verò ad tollendas huiusmodi controouersias, & difficultates, quæ inter Conseruatores, & Ordinarios poterant oriri, statuit Cõcil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 5. vers. quod si in iis, data tali competentia iurisdictionis nominandis esse arbitros in forma iuris, qui de illa cognoscant, interimque in causa ab vtroque superlegendum sit, meminit Ceuall. d. quæst. 897. à num. 741. & 777. ponens ibi num. sequentibus practicam procedendi ad eligendos huiusmodi arbitros inter Conseruatorum, & Ordinarium ductam ex reg. text. cum ibi notatis in cap. suspiciosis, de offic. deleg. lib. 6. & in cap. 2. de appellat. eod. lib. & post eum Fern. d. q. 12. n. 41.

Notorium, euidentis, seu manifestum vt aliquid dicatur, oportet quod omnibus, vel pluribus ciuitatis populis, seu viciniæ manifestum sit, iuxta text. in cap. cum dilectus, 15. vers. dicitur, de purgat. canon. cap. quæst. Lopharius, ibi, oculis omnium, cap. de manifestis, ibi, nota plurimis causa, & ibi, omnes enim, &c. cap. vltim. ibi, omnibus 2. quæst. 1. & est doctrina Archid. in d. cap. 1. Anton. de Butrio tract. de notorio art. 1. num. 3. post alios Menoch. de arbitri. casu 195. num. 8. Mascard. concl. 1106. num. 4. & 16. Farin. d. quæst. 21. num. 41. cum sequentibus, controuertentes, qui nam personarum numerus ad hoc exigatur, vt per Mascard. num. 17. Farin. num. 47. & 48. dictis locis. Nihilominus tamen quia ad probandum factum aliquod fuisse notorium, seu manifestum (vt probatio hæc desideratur) sufficit duorum testimonium legitimum deponentium, & rationem redditum, nec requiritur, quod omnes testificentur, qui aliàs requiruntur ad notorium efficiendum, vt argum. text. in cap. tam litteris 33. in princip. de testib. & in l. 2. iuncta glos. verb. doceat, C. de honor. possess. contra tab. obleruat eleganter glos. pen. vers. sed pone, in cap. Dominus omnipotens quæst. 1. vbi Doctores, Salic. in l. ea quidem, num. 88. Barbos. de Episcopo Pars III.

C. de accusat. Butr. d. art. 4. num. 63. Capra in tract. de notorio memb. 6. num. 7. cum sequentibus. Gom. tom. 3. var. cap. 1. num. 44. in princip. cum multis aliis, de quibus Farin. d. quæst. 21. n. 109. Ideo in proposito in casibus, in quibus probatio notorij necessaria ante omnia fuerit, sufficit Conseruatori per duos legitimos testes constare de illa notorietate, vt in specie tradit Domin. d. cap. 1. num. 9. ad quem se remittit Franch. ibi num. 5. satisque etiam erit talem probationem de plano, & absque solemnitate iudiciorum assumere; cum solum pertineat ad fundandam iurisdictionem, vt per Domin. d. c. 1. n. 7. & ibi Frach. n. 4.

Conseruatorum potestas in terminis Iuris communis addeò restricta est ad iniurias, seu violentias manifestas, vt si de aliis, quàm de illis cognoscant, processus, & sententia ipso iure in totum corruiant, & Conseruatores penam incurrant suspensionis ab officio per annum, vt probat text. in cap. ult. vers. ult. iuncto vers. vt autem, de offic. deleg. lib. 6. & ibi glos. fin. notant Syluest. verb. Conseruator, n. 5. Fr. Emman. dist. quæst. 65. art. 19. Azor. d. cap. 14. quæst. 13. Soar. tom. 5. de censur. disp. 31. sect. 3. n. 17. Molina d. disp. 29. num. 2. & 6. in fine. Quæ quidem potestas illis concessa ad eos defendendos de illis solum iniuriis, seu violentiis, quæ notorie fuerint, id est, quæ non requirunt iuris indaginem, & examinationem iudicalem, debet esse seruator iuris ordine, qui aliàs secundum eiuſdem iuris regulas in notoriis exigitur, vt arg. text. in cap. ad nostram il 3. iuncta glos. verb. obseruandus, de iureiur. post Imol. & Domin. concludit Franc. d. cap. 1. num. 3. & tenet ibi Anchar. num. 6. declarat Fr. Emman. d. quæst. 65. num. 18. vbi secundum decisionem text. in Clem. sape, de verb. signif. exponit qualiter intelligenda sit, & practicanda clausula illa, quæ in litteris conseruatoriis apponitur, vt Conseruatores procedant simpliciter, & de plano, sola facti veritate inspecta, sine strepitu, & figura iudicij, & Ad illum iuris ordinem, qui in notoriis à iure requiritur, & quem Conseruatores obseruare debent, pertinet citatio ex tex. expresso in d. cap. ult. vers. vltim. de offic. deleg. lib. 6. vbi manifestè supponitur illam in processu Conseruatorum interuenire debere. Requiritur etiam sententia, prout habetur in d. cap. ult. vers. vices, consonatque tex. agens similiter de notorio in d. cap. cum dilectus 15. vers. cum nimirum, sed in eum condemnationis sententia, &c. iuncta doctrina glos. 2. in d. cap. ad nostram il 3. & in d. cap. qua Lopharius, asserentis etiam in notoriis sententiam esse necessariam, quam sequitur & communem dicunt Gomez num. 44. Clar. num. 8. dictis locis, Farinac. d. quæst. 21. num. 114. declarando etiã non exigi in proposito sententiam cum solemnitatibus illis à iure præscriptis, de quibus text. in cap. vltim. vbi glos. & Doctores de re iudicat. lib. 6. & in tit. C. de sentent. ex breuiol. recitand. sed qualem qualem sufficere, vt docent sic distinguentes in eadem materia notorij Doctores, de quibus proximè, cum aliis citatis à Farinac. d. quæst. 21. n. 115. Nauar. conf. 12. n. 3. sub tit. de heres.

Quamuis glos. verb. Conseruatores, ad finem, in d. cap. 1. referat Bernardum, existimantem appellationem, & recusationem in Conseruatoribus non admitti, vt pote quia solum de notoriis cognoscere valent, in quibus vtraque tam appellatio, quàm recusatio à iure prohibentur, vt de appellatione sunt text. in cap. cum sit Romana, §. ult. & in c. peruenit, 13. & in cap. consultit, 14. & in cap. cum specialit. 61. §. porro, de appell. In recusatione cap. proposuit, 24. eod. tit. quam glossam sequuntur Innoc. Host. S. S. 2. &

De Pignat. tom. 3. Consult. 11.

Pignat. tom. 3. Consult. 11.

Hoc intelligo, non de illa citatione que fit in forma iudiciali, sed de citatione moribus, que iniuriam tenent Conseruatorum. Vnde non habetur, antequam ad vtrumque procedatur, vt distinguitur in simili, sed in eum condemnationis sententia, &c. iuncta doctrina glos. 2. in d. cap. ad nostram il 3. & in d. cap. qua Lopharius, asserentis etiam in notoriis sententiam esse necessariam, quam sequitur & communem dicunt Gomez num. 44. Clar. num. 8. dictis locis, Farinac. d. quæst. 21. num. 114. declarando etiã non exigi in proposito sententiam cum solemnitatibus illis à iure præscriptis, de quibus text. in cap. vltim. vbi glos. & Doctores de re iudicat. lib. 6. & in tit. C. de sentent. ex breuiol. recitand. sed qualem qualem sufficere, vt docent sic distinguentes in eadem materia notorij Doctores, de quibus proximè, cum aliis citatis à Farinac. d. quæst. 21. n. 115. Nauar. conf. 12. n. 3. sub tit. de heres.

Si Conseruator proferat sententiam nullam an potest esse de nullitate cap. 11. de foro comp.

Si Conseruator proferat sententiam nullam an potest esse de nullitate cap. 11. de foro comp.

De officio, & potestate Episcopi.

ad Amittendam ipsorum Conservatorum jurisdictionem, ad eorum tantum in qua Regulari erant Rai, et non...

12. Et etiam Statuta in Cap. tuorum de privileg. n. 38. et alia...

45 Nisi procederet ut in dicitur ex speciali facultate sibi concessa...

Vel nisi recusetur, ut supra.

46 De ratione autem quare attentio iure Conservatores nequeant committere vices suas, inquit glossa...

ita intelligo, quod ab solute dicitur...

ber, quod immo contra eam retorquetur, nam vltra quod loquitur solum de Regularibus extra monasteria...

Licet quilibet Summi Pontificis delegatus in toto subdelegare valeat, ex text. in cap. si pro debilitate...

De ratione autem quare attentio iure Conservatores nequeant committere vices suas, inquit glossa...

recopil. Subdit denique idem cap. ultim. vers. circa munera, teneri Conservatores circa munera, & expensas assessorum...

Conservatores limites suae potestatis, siue suam iurisdictionem excedentes, per annum suspensi sunt ab officio...

Licet quilibet Summi Pontificis delegatus in toto subdelegare valeat, ex text. in cap. si pro debilitate...

Suadentes praedictis iudicibus Conservatoribus, ut suam transgrediantur potestatem, id ipsumque procurantes...

Luca de iur. dicit. 49. n. 11.

Sicut et conser. n. 42.

re. ordinari. un. qui est. procedit. Sanchez. d. cap. 9. dicit. l. n. 28.

49

Mitanda d. art. 9. conclus. 2. aduertentes in super eandem poenam non incurri ex sola procuratore, nisi effectus sequatur...

Conservatoris officium extinguitur, & expirat per obitum concedentis, quod attinet ad negotia non cepta...

Verum ut hac in re tam frequenter quid hodie seruandum sit, non ignoret studiosus lector, verbatim referere censui constituit...

seruandae Episcopus suis notariis inhibeat ne quaquam pro Conservatore actent? Et respondet quod ea Episcopi inhibitione non obstante...

Haec omnia à nobis supra relata procedunt de iure communi attenda dispositione text. in cap. 1. & vlt. de offic. deleg. lib. 6. quae quidem locum non habebunt...

Verum ut hac in re tam frequenter quid hodie seruandum sit, non ignoret studiosus lector, verbatim referere censui constituit...

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster D. Clemens diuina providentia Papa Octauus, ne ob malitiosam perentiam suggestionem, & ex eo...

52 + Non obstat l. 1. tit. 8. lib. 1. Recopilat. de po. nate Conservatorum non posse cognoscere quae de manifestis iniuriis et violentiis sub periculo nationis naturalitatis et temporaliatibus bonorum Regnum, no...

Signat. tom. 3. Consult. 1. n. 4. et 5. et tom. 4. Consult. 162. ubi res soluit etiam...

Que questio incipit in Recopilat. de po. nate Conservatorum non posse cognoscere quae de manifestis iniuriis et violentiis sub periculo nationis naturalitatis et temporaliatibus bonorum Regnum, no...

- 9 Familia Episcopi quamvis sit laica potius fori privilegio.
- 10 Familiaris, & de familia alicuius dicitur, qui est deputatus ad aliquod servitium, & officium.
- 11 Notarij Curia Episcopi gaudent fori privilegio.
- 12 Cancellaria Episcopi officium exercens, gaudet fori privilegio.
- 13 Fiscalis, nuntij, custodes carcerum, ac littores Episcopi gaudent fori privilegio.
- 14 Prætor habet potestatem puniendi suos officiales pro delictis in officio commissis.
- 15 Episcopus, siue eius Vicarius punire poterit excessus officialium laicorum, qui Curia Archiepiscopali inferunt.
- 16 Fiscum habent Episcopi.
- 17 Bona patrimonialia clericorum hereticorum applicantur fisco Episcopi, sicut in Hispania, & Francia.
- 18 Penam pecuniariam indicare possunt Episcopi, eamque sibi vel Camera sue applicare.
- 19 Pœnas pecuniarias sibi Episcopus retinere non debet, sed in pios usus erogare, nisi sit admodum pauper.
- 20 Carcerem debet Episcopus habere, sum ad custodiam delinquentium, tum etiam ad penam.
- 21 Carceris custas equiparatur depositario.
- 22 Carceris custos si carnaliter cognoscant mulierem, etiam meretricem, sub sua custodia carceratam, acerrime puniunt.
- 23 Mulier si pręgnans reperitur in carcere, culpa custodis presumitur.
- 24 Brachij seculari implorare valet Episcopus, ubi per se suas sententias exequi non potest.
- 25 Brachij secularis auxilium si secularis neget, potest ad illud præstandum censuris compelli.
- 26 Brachij secularis auxilium antequam sit præstandum an possit ipse index laicis causis cognitionem sumere, ostenditur, & n. 27.
- 28 Cancellarius Episcopi siue notarius quas expeditiones gratis præstare debet.
- 29 Et quod salarium suum stipendium ex aliis accipere potest ostenditur.
- 30 Cancellarius Iudicis a quo, an teneatur gratis exhibere copiam processus criminalis reo appellanti, &c.
- 31 Episcopi pro Pastoralis officio omnia crimina in suis diocibus a quibuscumque commissa, punire possunt, ac debent.
- 32 Ad Episcopum solum spectant causa plures civiles, & non ad laicum.
- 33 Index Ecclesiasticus de iure competens censetur aduersus laicos in criminibus mixti fori, si secularem præueniat.
- 34 Index Ecclesiasticus in crimine violationis monialis, vel eius attentatione contra laicum procedere potest.
- 35 Episcopi quoque cognoscere possunt si virtualia plus æquo venundantur adueni, quam civibus, vel etiam ipsi civibus: vel si aromatarij, & huiusmodi merces falsas pro bonis vendant.
- 36 Episcopi, ac reliqui Ecclesiarum Prælati, & Ecclesiastici Iudices, ne dum contra laicos delinquentes censuris Ecclesiasticis procedere possunt, sed etiam eos personaliter capere, & in carcerem detrudere valent.
- 37 Consuetudo quid hodie teneat, explicatur.]

VASTIO hæc de territorio à Doctoribus prolixè disputata in duas contrarias diuisa est sententias, quarum vna negatiuam sequitur: [Immo quòd nisi Episcopis etiam in loco

habeat temporalem iurisdictionem, an possit familiam tenere armatam, quia non habet territorium, nec fiscum, & propterea oportere eum Iudicis secularis implorare auxilium: ita] Gemin. Prob. Anchar. & Franch. num. 7. in cap. dilecto, de sentent. excommunic. lib. 6. Panor. in cap. 1. de officio Ordin. Hostien. Beroi. & alij in cap. significasti, de offic. deleg. Clar. in §. fin. q. 37. num. 8. Boët. decis. 264. num. 3. Palat. in repet. cap. per vestras, de donat. inter virum & uxorem, notab. 2. à num. 1. Longaual. in repet. l. imperium, num. 226. ff. de iurisd. omnium iud. Auil. ad cap. 20. Prætorum num. 14. Oliban. in comment. ad v. fatio. cap. 1. §. num. 50. vers. sed quia familia, [Decian. tract. crim. lib. 8. cap. 3. num. 47.] Auend. de exequendis mandat. cap. 1. num. 22. Mench. de success. creat. §. 6. num. 16. vers. illud autem, & §. 22. num. 17. Peretz l. 48. glof. 3. tit. 1. lib. 3. Ordin. Soar. de Pace in pract. tom. 2. pralud. 2. num. 5. Azeugd. l. 1. 4. num. 4. & §. 5. tit. 1. lib. 1. noua Recopil. [Berueta conf. 4. per tot. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 15. num. 28. & cap. 17. num. 87. & cap. 18. num. 85. D. Larrea Granat. decis. 1. n. 16. cum seqq. iom. 1. nouissimè me citato in hoc loco doctissimus D. Franc. de Amaya ad l. 2. n. 36. C. de exactorib. tribut. lib. 10.] Vnde Iacob. Cuiac. in suis paratilibus C. de Episcop. aud. & Dionys. Gothofred. ad eandem rub. Codicis, negarunt Episcopos habere iurisdictionem, a paritorum, & executorum, sed eorum & Iudicum delegatorum, qui notionem, non autem iurisdictionem habent Magistratus secularis impartito suo seculari brachio sententias exequitur, ac proinde Iustinianum non tractasse de Episcopali iurisdictione, sed de audientia, id est, notionem, & iurisdictionem negari Episcopis clarè probati ex Valent. nouel. de Episcop. Iud. & Sözomen. histor. lib. 8. qui Episcopo notionem tantum concedunt, & Accursium malè fuisse interpretatum verba eiusdem rub. dum dicit audientiam idem esse quod iurisdictionem; Cuiacio, & Gothofredo assentiuntur relati à Ioanne Tilenno in suo tract. de iurisd. & imperio præpos. 33. dum dixerunt plausibilis sibi videri Episcopos, & quosuis alios Ecclesie Antistites ex sui officij natura seculari carere iurisdictione. Ex quo forsan prouenit illorum sententia, qui affirmant non posse Iudices Ecclesiasticos capi facere delinquentes in casibus ad punitionem Ecclesie spectantibus, sed tantum excommunicare, atque aliis spiritualibus vti remediis, [ubi autem volunt alias pœnas, debent vti auxilio Iudicis secularis,] prout inueni tenere Palat. d. not. 1. n. 18. Clar. d. quæst. 37. n. 8. [vers. vnum tamen, Roman. sing. 703. Guid. Pap. sing. 220.] Franc. Marc. decis. 448. incip. Quæritur an Episcopus, num. 2. vol. 1. Auendan. d. num. 22. Mich. Crafi. lib. commun. opinion. cap. 8. quæst. 8. Decian. tract. crim. tom. 1. lib. 4. cap. 47. num. 15. [Conar. pract. cap. 10. num. 2. Bellug. in speculo Principum rub. 1. 2. de iuramento §. quedam num. 96. cum seqq. Auiles ad cap. 20. Prætor. num. 14. Azeugd. per text. ibi in l. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. noua Recop. Gutier. pract. lib. 1. q. 45. Ioan. Garc. de nobilit. glof. 9. num. 53. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 17. num. 167. Franc. Hieron. Leo Valent. decis. 154. num. 9. lib. 2. vbi num. 15. multipliciter respondere nititur ad Concil. Trid. sess. 25. de reform. c. 3. vers. sed liceat eis.]

Alterà verò, cui tanquam veriori & probabiliiori libenter adhareo, tenet Episcopum habere territorium, in eoque vti posse iurisdictione contentiosa, tenendo familiam armatam, fiscum & carcerem, quam quidem bene probat text. in cap. omnes Basilica 16. quæst. 3. vbi cum dicitur Ecclesias esse in potestate eius Episcopi in cuius territorio posita, patet Episcopum habere territorium, & in e. vi armatam, de cons. lib. 6. vbi cū Bonif. Pont. constituisset

excom

excommunicationem latam in fures non ligare subditos furantes extra diocesim excommunicatis, carnis constitutionis rationem esse refert, quia extra territorium ius dicenti impune non paretur, quare inde inferitur diocesim & territorium idem esse; ideoque hanc partem merito tenent Ioan. Andr. in capitulum contingat 25. de foro comp. num. 4. & Philip. Franch. in cap. fin. eod. tit. num. 13. vsque ad finem, & in cap. 2. §. statuto num. 3. de cons. in 6. §. glof. in cap. contra idololorum 25. quæst. 8. Felin. in cap. cum sit generalis, num. 20. de foro comp. vbi Marian. Socin. in fine, Berret. conf. 3. man. 10. Bald. in l. nam saluem §. fin. ff. de offic. prefati vig. Decian. in cap. significasti num. 19. vers. unde inferi, & num. 21. de officio deleg. & in cap. cum non ab homine, num. 29. ff. de iudic. Roland à Valle conf. 37. lib. 4. Auffer. de potest. Iudicis Ecclesiast. super laicis, & eorum bonis num. 18. Gondilalu. de heretic. par. 1. num. 70. Segura in direct. Iud. cap. 13. num. 22. & 41. [me citato in hoc loco Bonacin. in Bull. Cœna dispul. 1. quæst. 20. puncto 3. §. 1.] Martin. Vran. Ultram. conf. 7. num. 5. vers. septimo, & num. 13. & 14. lib. 1. Anton. Scapp. in tract. de iure non scripto lib. 5. cap. 209. num. 8. Salzed. ad Bernard. cap. 140. alias 151. in noua impress. n. 12. Ludou. Alfet. alleg. 10. in Ioan. Aloyf. Leo in auth. cassâ num. 24. C. de sacros. Eccles. [Marcel. Vulpe in pract. iud. fori eccles. cap. 41. num. 48. Alzedo dist. par. 1. cap. 12. num. 63. & 72.] Francisc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 1. cap. 9. a num. 19. & par. 2. cap. 16. num. 16. Menoch. de arbitrar. casu 394. num. 70. Sbroz. de Vicario Episcopi lib. 2. quæst. 191. Lal. Iordan. in tract. de Romano Sedis origine cap. 8. par. 2. Penia ad direct. Inquisitor. par. 3. commento 105. vers. postremo, alias commemo 116. [Duard. in Bullam Cœna lib. 2. can. 1. quæst. 33. conclus. 2. num. 23. & 26. Clarin. forens. controuer. lib. 1. cap. 50. num. 25.] Vgolin. de potestate Episcopi cap. 4. §. 12. Mar. Anton. var. resolut. lib. 3. resolut. 14. num. 1. Carol. de Grassis de effectibus clerical. effect. 1. num. 129. Bellef. disquisit. clerical. par. 1. tit. de fraude clericorum vbi §. 1. num. 18. & tit. de bonis clericorum §. 1. 4. num. 11. Card. Tusch. l. 2. conclus. 256. num. 3. & l. 3. conclus. 153. num. 12. Campan. in diuersorio Iuris Canon. rubr. 1. 2. cap. 13. num. 87. cum seq. latè Franc. Molin. de brachio seculari cap. 18. [nouissimè me citato in hoc loco Sperell. in decisionib. fori ecclesiastici, decis. 3. num. 9. 18. & 16. & decis. 4. num. 7. cum seqq. vbi attestatur sic censuisse pluries Sacram Congregat. Eminentissimorum Cardinalium S. Concilij Trid. interpretum, Lotter. de re benefic. lib. 1. q. 9. num. 94. cum seq. affirmans n. 96. hodie non longè esse ab errore, qui contatium tenebat, cum factum Concil. Trident. supponens iurisdictionem Episcopi in laicos, tanquam principium eos coerceri personaliter, & per suam militiam armatam iusserit, prohibens neque ad censuras, neque ad innocationem brachij secularis, deueniri nisi in subsidium, vt legitur sess. 25. de reform. cap. 3.] Cuius sententiæ plura & validiora sunt fundamenta, prout constabit ex responsa contraria.

3 Qua quidem communi sententia retenta non obstant considerationes Cuiacij & sequacium, quia quod Episcopus & reliqui Primates Ecclesie sint capaces iurisdictionis, ac proinde territorij, & ceterorum inde pronouentium, & quòd verba rub. C. de Episcopali audientia, intelligenda sunt de iurisdictione, patet ex relatis à VVeſembec in ead. rub. n. 2. vsque ad finem, immo ipsum fuisse hallucinatam pater, cum concedat Episcopum habere notionem, que tanquam generale nomen continet sub se iurisdictionem, l. notionem 99. ff. de verb. signific.

4 Minus obitat quod aliqui ex citatis pro contraria

Berhof. de Episcopo. Pars III.

opinionè affirmant, videlicet Episcopos habere iurisdictionem, sed tamen carere territorio, quod præceteris nititur defendere Longaual. in d. l. imperium n. 266. loquens de Episcopis, & Archiepiscopis Francia, quia duplitter responderi potest, primò iurisdictionem effectualiter, & actiue coherere personam habentis facultatem iudicandi, & cogendi iudicatos parere mandatis, ex Bart. in l. de iurisd. omnium Iudic. n. 15. & Sebalt. Sap. n. 63. & seq. Vel secundò minime posse fieri vim in carentia territorij, quia diocesis, & territorium sunt idem, Abb. conf. 82. incip. Quamquam, n. 7. lib. 1. Alex. conf. 248. Ponderatus n. 10. & seq. lib. 6. late Ruin. conf. 22. P'ris n. 5. lib. 1. Card. Tusch. tom. 2. l. 1. D. concl. 450. tum, quia iurisdictione Ordinaria subsistere sine territorio non potest, Bald. in l. si quis ex consensu n. 9. C. de Episc. aud. Boët. decis. 227. immo territorio adherere docuerunt Bart. Bald. & Angel. in l. fin. C. ubi & apud quem, Miron. conf. 46. à n. 12. in tantum quòd hinc euenit vt iurisdictione dicatur inesse toto territorio sicut nebula in tota palude, ex Bald. in d. l. imperium, Angel. in l. si fines, ff. de cuius. Abb. in cap. si diligenti in 2. notab. & ibid. Felin. de præscript. Paris. conf. 16. n. 21. vol. 4. Curt. iun. conf. 41. num. 9. & conf. 158. n. 24. & conf. 184. n. 8.

Posito ergo quòd Episcopus iurisdictionem habeat cum territorio ex supradictis, ac proinde quòd subditos suos delinquentes punire & iudicare potest, vt habetur in cap. quoniam 18. dist. & in cap. statutus 16. q. 1. cap. 1. de officio Ordin. c. in Archiepiscopatu, de rapitorib. cum aliis citatis à Mar. Anton. d. resolut. 14. n. 1. vers. secundo, & quòd sententias suas, & res iudicatas sui ipsius, nò aliena ope exequi valet. c. omnes 16. q. 7. cap. fin. de cons. lib. 6. Iordan. d. cap. 8. n. 26. Franc. Leo d. cap. 9. n. 30. Franc. Molin. d. cap. 18. n. 86. cum seqq. per necessariam consequentiam debemus concludere illum familiam armatam, fiscum, & carcerem tenere posse, tum quia concessa iurisdictione omnia licent, quæ ad illam tendam & exercendam sunt necessaria, arg. l. 2. ff. de iurisd. omnium iud. & iuxta ea quæ tradit Erasim. à Cochier de iurisd. Ordinarij in exempro par. 2. quæst. 11. num. 18. & 19. tum etiam quia territorium dicitur à terrendo, l. pupillus, §. territorium, vbi Rebuff. ff. de verb. signif. quali terrendi sint & mulcandi incolæ ab eo, qui territorium habet, cui iurisdictione adheret, Panor. conf. 20. num. 1. Bald. in cap. 1. num. 4. quibus modis feud. amitt. [Vnde Inquisitor res quia delinquentes contra Fidè iudicare, & punire possunt, familiam armatam ideo tenere valent, Clem. 1. §. 1. de heret. Roias de heret. sing. 21. n. 6. Lucerna Inquisitor. Inquisitor n. 14. Simanch. de cathol. insti. c. 34. n. 24. & c. 41. n. 15. Iordan. d. cap. 8. n. 42. Menoch. d. casu 394. n. 66. Fusc. d. c. 32. num. 17. Mar. Antonin. obi sup. vers. tertio, Carol. de Grassis d. effect. 1. num. 130. Francisc. Molina dist. cap. 18. num. 12.]

Familia Episcopi, quamvis laica, potitur eodem privilegio fori, sicut ipsi clerici, prout notatur in c. cum non ab homine, de iud. & in c. fin. de offic. Archidiacon. Clar. §. fin. q. 35. man. 18. vers. quæro nunquid familiares. Bonacolin. tract. de seruis, & famulis, q. 5. Capyc. decis. 12. Bossi. in tract. criminali. tit. de foro comp. n. 127. Bursat. conf. 25. n. 13. lib. 1. Michael Grassus tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 2. n. 48. pag. 158. Belluga in speculo princ. rub. 1. §. videndum n. 6. in fine, vers. de existentibus, Maranta de ordine iud. p. 4. dist. 1. n. 4. Capell. Toloſan. decis. 378. Hippol. de Marsil. conf. 67. n. 60. Dec. tract. crim. tom. 1. lib. 4. c. 9. n. 47. Farin. in pract. crim. q. 8. n. 46. [Giurba conf. 88. n. 1. cii seqq. Alder. Mascard. de statim. interp. concl. 1. num. 135. Duard. in Bull. Cœna Domini can. 15. q. 8. concl. 1. n. 2. Marcel Vulpe dist. cap. 41.

T T t 2 num. 48.

num. 48. me citato in hoc loco Alzedo d. par. 1. cap. 12. num. 73.] Franc. Leo in thesaur. fo: Eccles. par. 1. cap. 11. num. 19. Zerol. in praxi Episcop. par. 2. verb. Episcopi. pag. 47. vers. decimoprimo. Marta de iurisdic. par. 4. cap. 111. num. 3. [me citato in hoc loco D. Felician. de Vega in relect. cap. cum contingat. de foro comp. n. 3. licet a num. 44. contrarium asserere videatur.] Thefaur. decis. 2. num. 6. Ioan. Aloyf. Leo in dict. audent. cassa num. 23. Villalob. in erario communium opinio. lit. E. num. 3. Stephan. Gratian. Mareh. decis. 2. 33. num. 1. & disceptation. forens. cap. 340. num. 31. & seq. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 1. resolut. 73. ante num. 2. Carol. de Grassis dict. eff. 4. num. 1. 28. Bellet. dict. §. 1. num. 13. [Montalegre in praxi Ciuili lib. 1. cap. 9. num. 249. Thom. de Carlaual de iudic. & foro compet. disp. 2. q. 6. sect. 3. num. 427. §. 509. Gauant. in enchyrid. Episcop. verb. familiares Episcop. num. 2. licet nonnulli non improbabiler existiment. cum sit qualitas Concilii. Trident. sess. 23. de reform. cap. 6. quod prima Tonfura iniurati. aut etiam in minoribus Ordinibus constitui debeant Ecclesie deseruire de mandato Episcopi. non sufficere ut deseruiant Episcopo. vel eius Vicario. nisi habeant vnam ex qualitatibus Concilij. ex quorum numero videntur esse Suar. de defens. lib. 4. cap. 29. num. 9. Ceual. de cognit. per viam violent. par. 2. q. 58. a num. 9. Gabriel Pereira de manu Regia tom. 1. cap. 19. num. 13. Felician. de la Vega in relect. cap. 2. de foro comp. num. 2. Mar. Curcel. par. 2. controu. num. 194. late & eruditè D. Don Christophorus de Moscoso y Cordoua in sua Iuris alleg. pro defensione Regia iurisdictionis contra familiares Nuncijs Apost. in Regijs Hispan. commorantibus. Gauant. in enchyrid. Episcop. verb. familiaris Episcop. num. 2. & verb. forum Episcopate num. 3. Squillante de priuilegio cleric. cap. 7. §. 1. 54. Anton. de Marinis resolut. quodid. cap. 117. a princip. Diana moral. resolut. par. 1. tract. 2. de immuni. eccles. resolut. 97. & par. 3. tract. 1. resolut. 12. & par. 4. tract. 1. resolut. 30. nouissime me citato in hoc loco Ciarlin. controuers. forens. cap. 20. a num. 14. vbi num. 16. procedere ait etiam in familia Episcopi titularis. & num. 19. refert in causa Regien. sub die 17. Janu. 1628. hoc idem fuisse decium in hæc verba. Sacra Congreg. Cardinalium controuersis iurisdictionibus proposituorum censuit familiares etiam Episcopi seu Archiepiscopi titulata gaudere a bere priuilegio fori. ita tamen ut conueniri debeant. & sint puniendi ab Ordinario loci vbi degenant. non ab ipso Episcopo seu Archiepiscopo titulari. Galup. in praxi Sac. Regni Conf. Neap. d. par. 2. cap. 6. ex num. 47 nouissime Carlaual de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quast. 6. sect. 6. numero 509. pag. 219.]

10 Familiaris. & de familia dicitur esse. qui est deputatus ad aliquod seruitium. & officium. l. sin. C. de prox. m. suc. serm. lib. 1. Barr. in l. 1. §. familia. num. 5. ff. de trib. & vectib. Thefaur. dict. decis. 2. num. 2. Malcard. de probation. concl. §. 756. num. 1. late Mar. Antonin. dict. resolut. 75. a princip. Farinac. in praxi criminal. quast. 55. num. 135. & quandoque degens sub potestate & correctione alicuius. l. 1. C. si Recl. pronuncie. l. 1. C. si quacunque praditus pot. Mar. Anton. d. resolut. 75. n. 3.

11 Ex quibus inferitur. notarios Curie Episcopi gaudere fori priuilegio. vt resoluunt Gratian. dict. decis. 234. per totam. & dicit. cap. 340. a princip. Bellet. dict. §. 1. num. 16. [me citato in hoc loco Alzedo dict. cap. 12. num. 74. de his ferè omnibus D. Felician. de Vega in relect. dict. cap. cum contingat. num. 23. cum seqq.] Item ¶ & Cancellaria officium exercens. Mar. Anton. dict. resolut. 75. num. 1. versic. caterium.

12 Sic ¶ etiam fiscalis nuntij. custodes carcerum. li-

tores. Felin. in cap. 2. in fine. de foro compet. Mandof. de priuilegio ad instar. gloss. 11. num. 32. Rebuff. de priuilegio scholar. quast. 166. num. 1. Gratian. dict. decis. 233. num. 12. & 20. [de omnibus Ciarlin dict. cap. 20. num. 34. vbi a num. 26. probat hoc priuilegium concessum Episcopis concedi etiam Abbatibus. & alijs Prælatijs habentibus territorium distinctum. & iura Episcopalia. vsūque Mitre. & Baculi cum potestate iurisdictionis.]

14 Quemadmodum Prætor dicitur habere potestatem puniendi suos officiales. veluti notarios. nuntios. birruarios. & huiusmodi. præsertim pro delictis in officio commissis. Boer. decis. 9. Farin. in praxi criminal. quast. 101. num. 86. ¶ ita etiam Episcopus. sine Vicarius punire poterit excessus officialium laicorum. qui Curie Episcopalis inseruiunt. vt sunt Cancellarij. notarij. nuntij. & executores. & eorum qui sunt de sua familia. Archid. Ioan. And. & alij in cap. si Episcopus. de offic. Ordin. lib. 6. Boer. decis. 9. num. 7. & 8. Stephan. Gratian. dicta decis. 233. num. 19. & dict. cap. 340. num. 31. Mar. Antonin. dict. resolut. 75. num. 2. Bellet. dict. §. 1. num. 19. [me citato in hoc loco Diana moral. resolut. p. 2. tr. 1. resolut. 12. me etiam citato in hoc loco Ciarlin d. c. 20. n. 15. & 21. & me citato in hoc loco D. Felic. de Vega vbi si præ.]

Habeat etiam Episcopi fisco. cap. si quis. 17. quast. 4. cap. quia diuersitatem. vbi gloss. verb. prætor. in fine. & Butr. ac Imol. de concess. præben. Cardin. in Clem. nolentes. §. 1. quast. 3. de heret. Conat. lib. 2. var. cap. 9. num. 11. Bellet. dict. §. 1. num. 21. Oldrad. conf. 302. col. 2. & Fran. Paujn. in ver. eius consilia conf. 34. versic. circa 4. Cochier de iurisdic. Ordinar. in exemptis par. 4. quast. 12. num. 3. Aloyf. Ricc. in paxi aurea resolut. 387. num. 2. [Alzed. dict. par. 1. cap. 12. num. 60. & seq. & 70. quicquid fertur Franc. Alfaro de officio Fiscalis gloss. 9. num. 9.] ¶ Cui applicatur bona clericorum hæreticorum patrimonialia. prout cum multis. quos refert. constantissime resolut Farinac. de heres. quast. 190. §. 11. a num. 154. licet aliter obseruet praxi Lusitania. Castella. & Francia. vt attestantur Couar. lib. 2. var. cap. 9. num. 11. & 12. Azueud. l. 1. num. 200. tit. 3. lib. 8. noua recopil. Salzed. ad Bernard. c. 114. verb. hereticorum vero bona. Bobadil in sua politica lib. 2. cap. 17. n. 201. lit. D. Sanch. in preceptis Decalogi lib. 2. c. 20. a n. 1. plures ex antiquioribus refert Cened. ad Decret. collect. 55. num. 6.

Et ex eo quod Episcopi habeant fisco. possunt indicare pecnam pecuniariam. [illique multare etiam laicos in casibus ad eius forum spectantibus.] vt per Bern. in pract. c. 134. alijs 142. in nouis. vbi Salzedo. Palat. in repet. rub. §. 39. n. 13. Couar. d. c. 9. n. 8. versic. postremo. Fichar. & Bonacof. tom. 1. comm. opin. lib. 1. tit. 2. n. 138. p. 162. & n. 153. pag. 163. Clar. lib. 5. §. final. quast. 80. n. 5. Pereg. de iure fisci lib. 1. tit. de iis. qui iura fiscalia habent. n. 106. pag. 32. Azueud. ad l. 1. n. 3. tit. 6. lib. 3. noua recopil. pag. 248. Aloyf. Ricc. dict. resolut. 387. n. 2. Bobadil in sua politica lib. 2. c. 17. num. 199. Cabedo par. 1. Lusu. decis. 85. Conc. Brach. I V. act. 2. cap. 14. fol. 24. Zerola in praxi Episcop. par. 1. verb. Compulsio. versic. secundo. pag. 103. Marc. Anton. Genuen. in pract. Eccles. q. 251. Cened. ad Decretal. collect. 170. n. 1. [me citato in hoc loco Ciarlin d. c. 50. num. 37.] ¶ Non licet tamen Iudici penas pecuniarias vel indicare. vel exigere pro ipsis criminibus tolerandis. & perniciose etenim est siue ex lege. siue ex sententia. aut decreto Iudicis annuũ censum a concubinariis accipere. quo soluto ipsi criminosi in scelibus. & peccatis perseverent. & hoc est. quod decidit text. in c. 3. de penis. vt per Couar. in d. cap. 9. num. 9. versic. secundum. Quare

Quare honestius visum est. vt huiusmodi penas Episcopus ad effugiendam auaritiæ suspicionem sibi non retineat. in propriam conuertendo vtilitatem. sed in pios vsus croget. & deputer. id expresse decreto Concilii Trident. sess. 25. de reform. cap. 3. & c. 14. præcipitur. vt multa pecuniaria eo ipso. quod exacta fuerint. pios locis assignentur. adeo quod referuntur Sacram eiusdem Concilij Congregationem consuisse. nec posse Episcopum ex multis. & poenis. quas exigi contigerit in eius Curia. aliquam portionem Vicaria suo assignare pro eius mercede. & minus Camera Episcopalis. non obstantem contraria consuetudine. etiam in minima parte. ita elegantè Stephan. Quarant. in summa Bullarj. verb. pena pecuniaria. pag. 295. & tenent Piaflec. in praxi noua Episcop. par. 2. cap. 4. num. 97. in princ. Galet. in margaria casum conscientie. verb. pena. 1. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastici dec. 349. in 1. edit. & resolut. 300. num. 1. in 2. edit. Sbrozz de offic. Vicarij in addit. lib. 2. q. 143. [me citato in hoc loco Ciarlin. dict. cap. 50. n. 39.] Sed per sacram Congreg. fuisse declaratum. & multatam nonnullas audio à Sacra Congreg. Concilij emanasse decisiones. In primis in vna Messin. fuit resolutum. penas omnes. & multas siue ex constitutionibus synodalibus. siue ex præceptis. siue decretis Archiepiscopi. vel Vicarij proneniam. esse pios locis. non autem fabricæ. vel sacristie Ecclesie applicandas. Item fuit decisum penas pecuniarias. quæ arbitraria fuerint. locis pios esse omnino applicandas. reliquas autem. que non fuerint arbitraria posse Episcopum ita demum sibi sumere. si ipse egeat. admodum non sint multa pecuniaria. vel pena non residendum. aut concubinariorum. quas omnes Concilium mandat locis pios applicari.

Penas criminales. vbi redditus Ecclesie sunt pingues. non posse erogari pro fabrica Ecclesie Cathedralis. vel reparatione domus Episcopalis. sed alijs locis. vsibus pios ad formam Concilij Trident. censuit sacra Congreg. negotijs Episcop. & Regularium præstiti in Auerfana 22. Janu. 1591. Penas criminales distribudas esse locis pios ad arbitrium Episcopi. & in pari necessitate esse subueniendum pauperibus loci in quo habitat clericus condemnatus. censuit eadem sacra Congreg. in Venofina 21. Nouemb. 1600.

Pœnarum nulla portio potest assignari depositario earundem pœnarum. nec in restaurationem carcerum Episcopatum. nec pro vestiendis Apostolis. quibus lauantur pedes in die Cenæ Domini. nec pro supplemento salarij musicorum Ecclesie Cathedrali inseruientium. sacra Congreg. Concilij in Firmiana 16. Aprilis 1633. Nec pro birruarijs Curie Episcopalis eadem sacra Congreg. in Ianuen. §. Inuij 1632. Nec pro Vicario Curie Episcopalis. aut salarii notarij. & ministrorum. eadem sacra Congreg. in Albanen. §. Februarij 1618.]

20 Carcerem debet Episcopus habere. tum ad custodiam delinquentium. tum etiam ad pœnam. vt haberetur c. 3. de penis. & tenet Vgol. dict. §. 1. n. 3. [Paz in pract. par. 4. cap. vnic. num. 4. me citato in hoc loco Alzed. d. part. 1. cap. 12. num. 59. late Marta de iurisdic. part. 2. cap. 29. num. 10.] habent enim merum imperium. & proinde censuras. & ius incarcerandi. Abb. in cap. quod sedem. num. 7. versic. in Ecclesie de offic. Ord. in cap. cum ab Ecclesijs. num. 4. eodem tit. Cochier de iurisdic. Ordin. in exemptis par. 4. quast. 111. num. 15. Marta dict. par. 2. cap. 29. per tot. vbi probat Episcopum in sua iurisdictionis casibus habere capti-

ram personæ contra laicos.] Non tamen in eodem carcere mares & sceminae poni possunt. l. 3. C. de custodia reorum. Bonacof. comm. crimin. part. 1. verb. mulieres. fol. 18. Gregor. l. 5. tit. 29. part. 7. Menoch. de arbit. lib. 1. quast. 88. num. 21. & 25. Azueud. in l. 2. tit. 24. lib. 4. noua recopil. Farinac. in praxi crim. q. 27. n. 52. & 59. ¶ Fideli custodi carcer est tradendus. ille enim æquiparatur depositario. Boer. decis. 216. post num. 6. Ioseph. Ludouic. Perusin. decis. 78. num. 6. Farinac. in praxi crimin. quast. 31. num. 76. Vnde ¶ si cognoscat carnaliter mulierem sub sua custodia carceratam. accerrimè punitur. prout attestantur Bonacof. part. 1. verb. custos carcerum carnaliter cognoscent. Hippolyt. in l. 1. num. 5. ff. de scar. & in pract. §. aggredior. n. 26. Clar. in §. fin. verb. fornicatio. versic. cum carcerata. Boer. decis. 317. num. 2. cum seq. Gregor. l. 15. verb. con su seruo. tit. 17. part. 7. Plac. de delictis cap. 10. ad fin. Iodoc. in pract. crimin. rub. de carcer. siue comment. cap. 17. num. 16. Perez l. 2. tit. 14. lib. 2. Ordin. pag. 336. Malcard. de probat. concl. 267. num. 4. [Benedict. Aegid. de priuilegio honest. art. 12. a princ.] late Farinac. d. q. 31. a n. 10. Ordin. Regia Lusit. lib. 1. tit. 3. §. 4. quamuis sit meretrix. quia tunc arbitrio Iudicis puniendus erit. Hippol. in d. l. 1. num. 3. Menoch. de arbit. casu 292. Azueud. l. 2. tit. 24. lib. 4. noua recopil. Farinac. d. quast. 31. a num. 120. Hortens. Caualecan. de brachio Regio part. 2. a num. 151. cum seqq. [Benedict. Aegid. ait. art. 12. n. 4.] Hinc etiam fit. quod si mulier prægnans reperitur in carcere. culpa custodis præsumitur Boer. dec. 216. Masc. concl. 267. n. 4. prout etiam eius culpa præsumuntur inuicta in carcere. ex eodem Malcard. d. concl. 267. num. 11. & punitur ex eo omni. quod immittitur. per quod potest sequi mors. vel fuga carcerati. si non fecerit solitam carceratorum perquisitionem. Farin. d. 31. a n. 95.

Vbi Episcopus per se suas sententias. & executionem exequi non posset. brachium seculare implorare valet. cap. 1. de offic. Ord. c. dilecto. de sentent. excomm. lib. 6. Conc. Trident. sess. 25. de reform. & sess. 25. de reform. c. 5. [me citato in hoc loco Bonacof. in Bullar. Cenæ disp. 1. quast. 20. punct. 3. §. 2. num. 1.] Menoch. de arbit. case 452. num. 4. Soar. de Paz in praxi tom. 2. præd. l. n. 2. & 3. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 66. num. 8. cum sequentibus. Cened. ad Decretal. collect. 101. num. 12. & 13. Marc. Anton. Genuen. in praxi Curie Archiep. Neapol. cap. 36. [facit l. 6. tit. 4. lib. 1. noua Recopil. vbi prohibentur omnes Prælati. & Iudices Ecclesiastici quoscunque laicos capere sine inuocatione brachij secularis. D. Francisc. de Amaya ad d. l. 2. num. 58. Ioseph. Vela in eleganti rep. ad dict. cap. 1. de offic. Ord. Salgado de procl. Regia part. 2. cap. 4. ex num. 36. Ceual. de cognit. per viam violent. quast. 91. ex num. 38. Parlador. verum quodid. lib. 2. cap. fin. par. 2. §. 2. a num. 1. Didac. Sahag. in cap. 2. de iudic. par. 2. 276. Mich. Agia de exhibend. auxil. fundam. 27. conclus. 2. Cancef. var. lib. 2. cap. 15. a num. 2. Ioan. à Montalegre in praxi ciuili lib. 1. c. 9. a num. 157. Morl. in emporio Iuris tit. 2. q. 20. ex num. 9. Anguian. de legib. lib. 2. controuers. 17. num. 88. & controuers. 19. num. 23. & 24. & lib. 3. controuers. 30. num. 11. & 20. & controuers. 31. Moneta de Conservator. cap. 8. a num. 257. Campan. in diuers. Iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. a num. 84. Gabr. Pereira de manu Regia part. 2. c. 52. per tot. & maximè num. 9. cum seqq. Accac. Anton. de Ripol. var. Iuris resolut. cap. 1. num. 36. cum seqq. nouissime Ioseph. Vela de potestate Episcoporum. circa inquirenda & punienda crimina in suis diocesisbus commissa part. 2. a princip.] Quod auxilium si secularis neget. potest ad illud præstandum censuris compelli. [dict. cap. 1. & ibi gloss. verb. publicum. l. 4. tit. 1. lib. 3. Ordin. me citato in hoc loco Alzedo dict.

part. 1. cap. 1. num. 68. Fusch. de vifit. lib. 2. cap. 32. n. 14. Francisc. Leo in theatro fori Ecclesiast. part. 2. cap. 16. num. 6. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 112. ca. fu. 32. me citato in hoc loco Bonac. d. §. 2. num. 2. Canech. var. resol. tom. 2. cap. 15. num. 4. cum seqq. Menoch. d. ca. 452. num. 4. Bellacomb. tom. 1. commun. opinion. lib. 3. tit. 1. num. 118. pag. 367. Auiles ad cap. 20. Pratorum, verb. usurpan. num. 21. Perez h. 4. tit. 1. lib. 3. Ordin. pag. 473. Cened. dicit. collect. 101. num. 11. Decian. tract. crimin. lib. 4. cap. 10. num. 3. vers. octavo. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 17. num. 80. Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 8. art. 14. Farinac. in praxi criminal. quest. 97. num. 21. Marra de iurisdic. part. 1. cap. 52. num. 1. Ludou. Rodolphin. tract. de brachio seculari n. 45. Francisc. Molin. eod. tract. cap. 14.

Quantitas probabilis sit sententia eorum, qui tenent secularē Iudicem requisitum per Ordinarium, vel obligatum Ecclesiasticum, petere non posse se instrui velle ex actis coram tali Ecclesiastico requirente factis, ex quorum numero sunt Segura Dauall. in direct. iud. Ecclesiast. part. 2. c. 3. num. 33. Bonacina d. quest. 20. punct. 3. §. 3. num. 1. Monet. de conseruat. cap. 8. num. 261. & seq. Anguian. de legib. lib. 3. contro. 3. n. 7. & 8. à multis tamen Doctoribus probatum inuenio, prædictum auxilium minimè esse præstandum ab ipso laico Iudice, nisi causæ cognitio antecedit summariè præstita, an auxilium sit concedendum necne, ne celeri, propenso, & veluti præcipiti ducti voluntate Iudices Iuris ordine prætermissio subsidium aliquando impertiantur auxilium, cuius quidem sententiæ fuerunt Innocen. in cap. 1. de statu monachorum, lib. 6. Afflic. dicit. 220. num. 9. Roland. confil. 37. num. 7. & 8. lib. 1. Clarus §. fin. quest. 96. num. 7. Alcíat. in cap. 1. num. 120. de offic. Ordin. Segur. dicit. part. 2. cap. 13. num. 33. Bellug. in speculo Principum rubr. 1. n. 41. ad med. §. tractandum, vers. & de his saltem summariè. Nauar. in cap. cum contingat, de rescript. remed. 1. num. 8. vers. ex prædictis, Auiles in cap. Præ omn. cap. 20. verb. usurpan. num. 20. Bernard. in pract. vbi Salzed. cap. 254. num. 1. aliàs cap. 160. num. 17. Perez l. 4. gl. 3. tit. 1. lib. 3. Ordinam. [nonissimè me citato in hoc loco D. Felician. de Vega nunc Archiepiscop. Mexican. in relect. cap. asse clerici 4. de iudic. num. 57.] Azeued. l. 15. num. 1. tit. 1. lib. 4. recopil. [Anton. Pichard. in mamduct. ad prax. part. 2. præc. 4. n. 39. cum seqq. D. Larrea dicit. dicit. 1. num. 26. me citato in hoc loco D. Francisc. de Amayá ad d. l. 2. num. 45.] Bernard. Graueus ad pract. Causæ Impor. lib. 1. conclus. 115. num. 5. Valasc. confil. 48. num. 13. Cened. Canon. quest. 36. num. 13. & ad Decretales collect. 105. num. 13. [me citato Alzed. dicit. p. 1. exp. 12. num. 69. Mar. Anton. vbi supra.] Ex eo, quia Iudex secularis non tenetur brachium suum impertiri, quando Ecclesiasticus nulliter processit, vel sententia est nulla, vt tenent Sbroz. quest. 190. num. 7. Ceual. comm. contra comun. tom. 4. quest. 897. num. 89. & [de cognitione per viam violentie] part. 2. quest. 93. num. 93. num. 69. Ludouic. Rodolphin. in tract. de brachio seculari num. 36. Cened. Canon. quest. lib. 1. quest. 36. num. 13. cum sequenti. [Molin. de brachio seculari cap. 9. num. 27. & cap. 11. num. 35. & 45. admittit Bonac. d. punct. 3. §. 3. n. 4. latè Amat. Roder. in tract. de execut. sententiæ c. 2. num. 31. vers. verumtamen & num. 34.] Vel etiam quando de incompetenti Iudicis Ecclesiastici apparet, Menoch. remed. 3. reinendo num. 360. vers. debet autem Iudex, Bernard. dicit. confil. 115. num. 9. Ludouic. Rodolphin. dicit. tract. de brachio seculari num. 17.

Quæ quidem sententia à præcatis Doctoribus relecta in illis terminis subsistere poterit, in quibus & Doctores ipsi magis communiter loquuntur, cum

scilicet Iudex Ecclesiasticus damnauit aliquem de crimine mixti fori; eumque deinde tradidit Curia seculari puniendum eo: siquidem casu opinati sunt non semper teneri laicum Magistratum exequi sententiam Ecclesiastici Iudicis, vt dicit Campani. dicit. cap. 13. num. 87. At quando in criminalibus causis merè Ecclesiasticis, quorum cognitio nullatenus pertinet ad secularem Iudicem, quales sunt crimen hæresis, vel simonia, & alia huiusmodi, secularis Iudex requisitus vt suum impartiat auxilium pro executione sententiæ Iudicis Ecclesiastici; tenetur, & debet illud impartiri absque eo quod sibi fiat fides de processu, seu de iustitia & viribus sententiæ. Ita Clar. §. fin. quest. 96. num. 7. Soar. de Paz. in pract. tom. 2. præc. 1. num. 10. Amat. Roder. d. cap. 2. num. 24. Et in crimine hæresis est indubitatum, vt resoluunt Petr. Garc. in suis decis. Fidei decis. 2. Aloys. Ricc. in praxi fori Ecclesiast. decis. 330. in prima edit. & resolut. 287. in 2. edit. [Curia Philipp. part. 3. §. 3. num. 19. Lorca in 2.2. S. Thomæ quest. 11. art. 4. disp. 49. num. 9. Diana moral. resolut. part. 1. tract. 2. resolut. 134. Auiles ad cap. 20. Prator. gloss. usurpan. num. 20. Anton. Scapp. de iure non scripto lib. 6. cap. 132. Cancer. dicit. tom. 2. cap. 15. num. 13.] & dixi alleg. 40. num. 50.

An Ordinarius, vel Iudex delegatus debeat necessariò præmittere censuras antequam imploret pro sua sententia exequenda brachium secularis: Vide Diana dicit. part. 1. tract. resolut. 120. vbi pro vtraque parte Doctores refert, & tandem cum negatiua sententia remanet.

Episcopus vt suam regat Cancellariam cum iustitia, & ne in ea nimium partes grauentur, nec officiales à litigantibus, quæ sibi minime pertinent, extorqueant, debet publicare constitutione, vel edicto ad id confecto quid exigere eius officiales debeant, in hoc sequendo decretum sacre Congreg. Concilij in vna Vien. 2. Martij 1602. vbi resolutum fuit Cancellarium Episcopi, siue notarium debere gratis præstare his quorum interest hæc omnia, videlicet,

- 1. Approbationem ad audiendas Confessiones.
- 2. Licentiam administrandi sacramenta.
- 3. Licentiam de seruiendi beneficijs.
- 4. Licentiam sepeliendi defunctorum corpora in Ecclesia.
- 5. Licentiam celebrandi Missas.
- 6. Licentiam colligendi elemosynas.
- 7. Mandata publicandi in Ecclesijs eos, qui primam Tonsuram, vel minores ac sacros Ordines suscipere voluerint.

Quoad alia verò, quæ sequuntur, posse aliquid percipere declarauit eadem sacra Congr. si nullum sibi salarium, vel stipendium constitutum fuerit, neque congruam tantum sui laboris mercedem, quæ quoad litteras collationis, vel institutionis curatarum Ecclesiarum, vel deputationem Vicariorum in illis vnum aureum, & quoad litteras dimissorias, & testimoniales decimam vnus aurei nunquam excedat.

Pro litteris collationum, institutionum, seu prouisionum, beneficiorum vacantium per obitum, vel per resignationem etiam ex causa permutationis, vel alia.

Pro litteris dimissorialibus, seu testimonialibus, quæ conceduntur Presbyteris, seu clericis ad alias dioceses transiuris.

Pro litteris recipiendi Ordines ab alienis Episcopis.

Pro licentia ordinandi se ad titulum patrimonij, seu pro approbatione titularum huiusmodi.

Pro licentia absentandi se ab Ecclesia, seu beneficio.

- Pro licentia erigendi capellas.
- Pro litteris approbationis concurrentium ad Parochialium vacationes in mensibus referuatis, quæ ad Sedem Apostolicam transmittuntur.
- Pro approbatione iurisperitronatus ex fundatione, vel dotatione
- Pro creationibus Vicariorum in Parochialibus.
- Pro deputationibus æconomorum dum beneficia vacant.
- Pro executionibus litterarum Apostol. gratiam, seu iustitiam concernentibus.

Dubitarum fuit in sacra Congregat. Concilij sub die 27. Septembris 1623. an Cancellarius Iudicis à quo teneatur gratis exhibere copiam processus criminalis reo appellanti ad præscriptum Concilij Trident. cap. 3. sess. 13. quando ad querelam tertij, & ad illius instantiam in criminalibus causis proceditur, an verò seruari debeat forma & decisio alterius decreti cap. 20. §. porro sess. 24. de reformat. & quid & quando ex officio procedatur? Et respondit non esse distinguendum, an ad querelam tertij, an verò ex officio Iudicis procedatur in causa criminali, sed dicit. cap. 3. sess. 13. intelligendum esse de persona Iudicis, qui in criminali causa sententiam tulit, à qua appellatum fuit, vt ipse quantum in se erit acta ipsa postulanti exhibeat gratis, nec vllam mercedem sibi eo nomine accipiat: dictum autem cap. 20. sess. 24. intelligendum esse de persona Notarij, qui ipsam actorum copiam tenebatur exhibere appellanti, congrua mercede accepta.

Curent denique Episcopi ne Cancellariæ Episcopalis redditus locentur, sed efficiant vt per proprios eorum ministros exerceantur, vt declarauit sacra Congr. teste Piasc. in praxi Episcop. part. 3. num. 2. in fine.

Ex dictis iam infertur Episcopos pro Pastoralis officio omnia crimina in suis diocesis à quibuscuque commissa, ex quibus Deus Opt. Max. iurata spiritualia maximè offenduntur, ac lædantur, & scandalum, ac prompta peccandi occasio in Christiana Rep. patetur, inquirere & punire posse ac debere, cap. 1. de officio Or. in. cap. conuenerente, versio. nos autem, ibi, correctionem, & reformationem, eodem tit. ouium nanquam sibi commissarum rationem domino reddere tenentur, earumque sanguis ex suis manibus requirendus est, c. irrefragabili 13. in princip. eodem tit. cap. qualiter & quando 24. §. per. de accus. Exornt Nauarr. in rubr. de iudic. num. 65. versio. 2. & num. 66. & à num. 92. & in cap. nouit, notab. 6. eodem tit. Lancel. Conrad. in templo om. Iudicium lib. 2. tit. 5. §. 3. Marc. Anton. Cuch. de institut. maiorit. lib. 2. tit. 6. num. 75. Læ. Zech. de mun. ere Episcop. cap. 3. à num. 3. Anast. Germon. de sacrorum immunit. lib. 3. cap. 8. à num. 58. Suar. de Paz. in praxi part. 4. tom. 1. cap. 10. num. 4. & tom. 2. præc. 1. per tot. Gabriel Pereira de manu Regia tom. 1. cap. 10. ex num. 15. Sebast. Cæsar in relect. de Ecclesiast. hierarchia part. 1. disp. 6. de Episcopis, §. 4. per tot. maximè num. 22. & 23. Mich. Agia in tractat. de exhibendis auxil. fundament. 6. in princip. vbi probat semper in Ecclesia Dei creditum esse Episcopos in suis Ecclesijs esse veros Principes Ecclesiasticos, qui possint sua auctoritate iudicare extra forum conscientie in causis Ecclesiasticis more aliorum Iudicum seculi, & punire criminosos, eosque debitis pœnis afficere, nouissimè Ioseph. Vela in tractat. de potestate Episcoporum circa inquirenda & punienda crimina in suis diocesis commissa part. 1. à princip. sub-

dens à num. 39. meritò textum in dicit. cap. 1. de officio Ordin. non tantum scelerum in communi, sed & adulteriorum specialiter memuisse, vt nimirum per generale scelerum vocabulum, indistinctè significaret cuiuscunque generis crimina à clericis Episcopo subditis commissa; per adulteria vero, quæ ad speciem criminum mixti fori pertinent, cætera indicaret ad eandem speciem pertinentia à laicis quoque admittà præuentione facta.

Ad Episcopum solum spectant causæ plures ciuiles, & nullo modo ad laicum, prout sunt omnes causæ piæ, & etiam spirituales, cuiusmodi sunt omnes pertinentes ad Fidem, Religionem, Sacramenta Ecclesiæque institutionem, ritus, & cæremonia, & id genus alia; cap. si Iudex laicus, de sentent. excommunicat. in 6. vbi glossa verb. spiritualibus, cap. inam, de ordine cognition. cap. per venerabilem, cap. lator, qui filij sunt leg. huius generis sunt omnes causæ matrimoniales, & eos tangentes. cap. multorum 35. quest. 6. cap. auditis, de prescript. cap. accedentibus, de excess. prælat. Clem. dispendiosam, de iudic. Mich. Agia dicit. tract. de exhibendis auxil. fundam. 15.

Competens etiam de Iure censetur Iudex Ecclesiasticus aduersus laicos in criminibus mixti fori si secularem præueniat. Delicta ad mixtum forum pertinentia sunt hæc, videlicet, adulterium, Sacrilegium, Concubinatus, Vltura, Sortilegium, Blasphemia, Periurium, Sodomia, incestus, falsum commissum in litteris Apostol. vel alia re Ecclesiastica, de quibus & alijs Petr. Gregor. in dicit. cap. conuenerente cap. 6. num. 14. Ceual. commun. lib. 4. quest. 897. num. 573. & 574. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 17. & 18. Marra de iurisdic. part. 2. cap. 19. cum seqq. Mich. Agia dicit. tract. de exhibendis auxil. fundament. 17. cum sequentib. Ioseph. Vela dicit. tractat. de potestate Episcop. part. 1. num. 43. cum sequentib.

In crimine violationis monialis, vel eius attentione contra laicum procedere potest Ecclesiasticus Iudex. l. si quis non dicam, C. de Episcop. & cleric. Sic scemina, quæ cum personis Ecclesiasticis deliquerint, possunt ab vtroque Iudice puniri, & datur locus præuentioni, Mich. Agia in dicit. tract. de exhibendis. aux. fundam. 17. rubr. de violat. monialis.

Cognoscere quoque possunt Episcopi si victualia plus æquo venundatur, aduersus quam ciuibus, vel etiam ipsis ciuibus: vel si aromatarij, & huiusmodi merces falsas pro bonis vendant, contra hos enim excommunicatione procedere potest, vt desistant. cap. 1. de empt. & vendit. vbi in collectan. plures Doctores retuli, quibus addo Mich. Agia d. tract. de exhibendis. auxil. fundam. 17. rubr. de alijs criminibus laicorum fol. 69. Similiter potest Episcopus laicis prohibere superfluos ornatus vitiorum & mulierum, maximè vbi facies deturpantur, ludos & spectacula inhonestæ, tripudia, & choreas in diebus festis, vel vbi sententiam vitiorum præbent, idem Mich. Agia citato loco, & fundam. 18. tener quòd quamuis super omni crimine quatenus est peccatum lethale adiri possit Ecclesiasticus Iudex, ex c. nouit, de iudic. nisi reus excipiat, id tamen non semper expedit, præsertim si actor malitiosè, dolo, aut fraude videatur eum trahere ad forum Ecclesiasticum omnisso seculari, cuius iudicio se ait paratum restare.

Quam quidem potestatem Episcopis, ac reliquis Ecclesia

Ecclesiasticum Prelatis, & Ecclesiasticis Iudicibus concessam, delicta in suis diocesis à quibuscunque commissa iuxta supradicta inquirere ac puniendi, de consuetudine procedere vt ne dum contra laicos delinquentes censuris Ecclesiasticis procedere possint, sed etiam eos personaliter capere, & in carcerem detruere valeant. Ita Domin. & Francisc. in cap. cum Episcopus, de officio Ordin. in 6. Belam. num. 8. Imol. ad fin. & Guid. Papæ num. 7. in cap. significasti 7. de offic. deleg. Couar. pract. cap. 10. num. 2. versio. contrarium planè, & versio. secundo quocies, Salzed. ad Bernard. regul. 397. & in practico. cap. 160. versio. contraria tamen, Marc. Anton. Cuch. in institut. maior. lib. 2. tit. 6. num. 12. Segura Daualos in direct. Iudic. part. 2. cap. 13. num. 24. Guetier. canon. lib. 1. quæst. 45. num. 2. in princip. Sahag. in c. pratorum a num. 15. de offic. deleg. Marta de iurisdic. part. 1. cap. 50. à num. 5. & part. 2. cap. 19. ex num. 1. Jacob. Cæncer. var. lib. 3. cap. 19. à num. 57. Mich. Agia dict. tract. de exhibendis auxili. fundament. 11. vbi tenet Iudicem Ecclesiasticum, qui aduersus laicos in criminibus mixti fori de iure censetur competens, & legitimus, cum de ipso agitur crimine, posse eos personaliter capere, & carcerare, atque punire, vbi id consuetudine legitime præscripta obtentum est, Francisc. Molin. de brachio seculari lib. 1. cap. 4. per tot. maxime à num. 31. versio. contraria, Antonin. Diana resolut. moral. part. 1. tract. 2. de immunit. Ecclesiast. resolut. 88. Campan. in diuersorio Iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 85. & 87. post med. versio. sed perlegi etiam, & num. 88. nouissime Ioseph. Vela dict. tractat. de potestate Episcopi. part. 1. num. 104. Quicquid contrarium, in solo hæresis crimine Ecclesiasticis Iudicibus licitum fore laicos capere, & incarcerare; in ceteris minime, nisi Episcopi temporalem iurisdictionem habeant, minus bene existimauerint. Clar. §. fin. quæst. 57. num. 8. Palat. Rub. in cap. per vestras, not. 2. §. sed est pulchra dubitatio num. 18. Auiles ad cap. 20. Prator. verb. usurpan. num. 14. & 15. Tiber. Decian. in tractat. crimin. lib. 4. cap. 26. num. 15. & lib. 8. cap. 3. num. 47. ad fin. Bobadil. in sua polit. lib. 2. cap. 17. num. 167. ante med. & laicius num. 170. & 173. Petr. Cened. in quæst. Canon. quæst. 39. per tot. Salgad. de prolect. Regia part. 2. cap. 4. à num. 36. Ceuall. commun. tom. 4. quæst. 897. num. 37. & de cogit. per viam violent. part. 2. quæst. 93. num. 37. Anguian. de legib. lib. 3. controuers. 30. à num. 12. Et quicquid alij perperam & temere crediderint Ecclesiasticos Iudices non solum non posse laicos capere, & incarcerare, verum neque clericos alioquin sibi subditos, eo quod in eos neque merum impetrium, neque aliquam propriam iurisdictionem illos habere putent, sed solum notionem, & simplicem audientiam, ex quorum numero sunt plures citati in principio huius allegat. & illis addo Duaren. lib. 1. de sacris Ecclesia ministr. cap. 4. Ioan. Bodin. de Republ. lib. 3. cap. 5. Anguian. de legib. lib. 3. controu. 30. num. 6.

37. Quid hodie teneat consuetudo bene explicat Ioseph. Vela dict. part. 1. num. 106. cum seqq. his verbis. In praxi tamen quoad delicta mixti fori, vbi que ferè moribus est receptum, vt ad laicorum delinquentium capturam Ecclesiastici non procedant, vt restantur Couar. Iulius Clar. Guetier. & alij proxime relati, Sigism. Scaccia de iudic. lib. 1. cap. 12. num. 80. qui tali consuetudini omnino deferendum esse docet, idque apud nos in Iuris statum transit ex l. 14. & 15. tit. 1. lib. 4. vbi Reop. vbi contraria etiam consuetudo improbat, Verum huius consuetudinis improbatio, vt rectè ibi no-

tauit Azened. num. 7. & Paz dicto 2. pralud. num. 55. & 56. post Couar. in practico. dict. cap. 10. num. 2. versio. tertio illud erit dumtaxat accipienda est in causis civilibus, vel criminalibus civiliter intentatis; in quibus improbatum consuetudo, que ante illas leges vigeat, vt Ecclesiastici Iudices aduersus laicos ad capturam procederent; neque enim talis consuetudo ita aperte inu nitur ac ea, que in causis criminalibus ad forum Ecclesiasticum quoquomodo spectantibus incarcerandi potestatem Ecclesiasticis Iudicibus tribuit, quomodo procedunt, que circa negandam ipsi in sua sententia executione aduersus laicos potestatem illos incarcerandi, vel in eorum bonis executionem faciendi tradit Mich. Agia de exhibendis auxili. fundament. 12. late Anguian. dict. controu. 30. ex num. 12. non autem consuetudinis improbatio à præfatis Regiis legibus facta, intelligi debet in criminalibus causis criminaliter intentatis ad Ecclesiasticum forum quomodolibet perinentibus, vt in his nequeant Ecclesiastici etiam stante consuetudine contra laicos ad capturam procedere, quia imo Iure communi poterant ante generalem consuetudinem, qua contrarium fuit receptum, vt diximus. Hactenus Iosephus Vela.

ALLEGATIO CVIII.

Episcopus an possit iudici laico criminales clericorum causas delegare?

S V M M A R I V M.

1. Delegare non potest Episcopus iudici laico, vt cognoscat de causis criminalibus clericorum.
2. Laicus etiam coniunctus cum clerico de causa criminali clerici cognoscere non potest.
3. Delegare non potest Episcopus causas spirituales laico simul cum Clerico coniuncto.
4. Clerico coniuncto non possunt causa criminales Clericorum ab inferiore à Papa delegari.
5. Delegare potest Episcopus iudici laico criminales clericorum causas, si non adesset clericus sufficiens & habilis, cui Episcopus possit huiusmodi causas delegare.
6. Assessorum laicum in causis criminalibus Clericorum potest Episcopus assumere.
7. Delegare potest Episcopus, & quilibet iudex Ecclesiasticus laico causas civiles, & temporales, non tamen generaliter.
8. Arbitrari potest esse laicus in causa Clericorum si in ipsum simul cum clerico compromittatur.
9. Ecclesiasticus iudex aduendus est in causa commissa clerico, & laico, si ab eorum sententia appellari contingat.
10. Laici possunt in Episcopalem iurisdictionem consentire, & illam in profanis controuersis prorogare.
11. Religio est primum & precipuum regnorum, & potestatum vinculum.
12. Iudicandi facultas olim fuit apud Sacerdotes, & Sacerdotum ministros.

EPISCOPVS non potest delegare iudici laico, vt cognoscat de causis criminalibus clericorum, [licet fatendum sit quod laici ex Summi Pontificis commissione possint esse delegati in causis Ecclesiasticis, & spiritualibus, gloss. verb.

verb. laico in d. bene quidem 96. dist. & gloss. 2. in cap. 2. de iudic. Couar. in cap. alma mater p. 1. §. 11. num. 3. Tib. Decian. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 70. Vgolin. de censur. tab. 1. c. 1. §. 10. Suar. in simili tractat. disput. 2. sect. 3. & de defensione Fidei lib. 4. cap. 31. num. 8. Sayr. etiam de censur. lib. 2. cap. 3. à num. 15. Bobadil. in politica lib. 2. cap. 18. num. 42. cum sequentibus, Farinac. in praxi crimin. quæst. 8. num. 4. Cened. canon. quæst. 4. num. 4. Bonacin. de legib. disput. 10. quæst. 10. de iudicio publico punct. 1. §. 3. num. 2. nihilominus tamen Episcopus non potest, &c.] gloss. verb. non presumat in cap. 2. de iudicis, vbi Ripa num. 34. & Panormit. num. 5. Clar. §. final. quæst. 41. num. 5. versio. quæro nunquid, Segura Daualos in direct. Iudicium Ecclesiast. part. 2. cap. 11. num. 1. Marchef. de commissio. part. 2. cap. 3. 4. cap. principis, num. 40. Iul. Cæs. Imbrian. in tractat. de iudice Regni, parte vltim. num. 59. Camil. Borrell. canon. 68. num. 19. Decian. tractat. crimin. tom. 1. lib. 4. cap. 9. num. 70. Farinac. in praxi criminal. quæst. 8. num. 4. versio. limitata, Camil. de Curte in diuersor. sine comprehens. Iuris feud. part. 2. cap. 2. num. 124. in fine, Marc. Anton. Genuen. in pract. Eccles. quæst. 730. nouissime Hieron. Buccaron. in tractat. de differet. inter iudicia civilia & criminalia, dist. 1. 27. num. 23. [Anton. de Souza in Bullam Coena cap. 20. disput. 96. num. 3. ad fin. Mitol. responsor. moral. lib. 6. q. 21. Filliuc. in quæst. moral. tract. 16. cap. 11. quæst. 5. num. 308. ad fin. Valer. Reginald. in praxi fori penit. lib. 19. num. 66. Bonacina in Bullam Coena disp. 1. quæst. 16. puncto 2. num. 10. Sigism. Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 1. num. 4. Carol. de Grassis de effectib. clericib. effectu 1. num. 566. late D. Felician. Vega in relect. ad cap. decernimus 2. de iudic. num. 148. cum seqq. vbi licet num. 152. asserat attempto rigore Iuris vtiorem esse sententiam, que admittit delegationem simplicem quoad omnes causas in Episcopis, nihilominus tamen n. 156. quod attinet ad praxim, nostram sententiam receptam esse affirmat, ex ea ratione quia maxima datur indecentia quod causas spirituales, & criminales clericorum tractentur à laicis etiam per potestatem delegatam, quia quamuis verum sit quod huiusmodi indecentia quasi sublata videatur in causa, quo delegatio fit per Sedem Apostol. propter eius auctoritatem & grauitatem, quando tamen ea fit ab Episcopo secus est saltem quoad communem existimationem, siquidem frequenter minor reuerentia minusque obsequium eorum mandatis præstatur, quam quod Sedi Apostol. exhibetur.]

Amplia primo, etiam si Episcopus causam criminalem clerici delegasset laico simul cum clerico, vt de causa cognoscerent, quia tunc laicus ita coniunctus de causa criminali clerici cognoscere posset, Abb. in cap. significasti, de foro compet. Decian. in dict. cap. 2. num. 5. in fine, Roland. à Valle consil. 4. num. 4. lib. 1. Clar. dicta quæst. 41. num. 5. Farinac. dict. quæst. 8. n. 4. versio. limitata, Sigismund. Scacc. de iudic. part. 1. cap. 11. num. 40. Decian. dict. cap. 9. num. 71. Segura Daualos dict. cap. 11. num. 1. Sbroz. de officio Vicarij lib. 2. quæst. 66. num. 20. Hieron. Buccaron. loco proximo citato. Sicut etiam non poterit delegare causas spirituales laico simul coniuncto cum clerico, Decian. in dict. c. 2. num. 154. Marchef. dict. cap. 3. num. 41. Azor. instit. mor. part. 2. lib. 3. cap. 32. quæst. 4.

Secundo amplia, vt nec etiam clerico coniuncto inferiori Papa possit causas criminales delegare, Abb. in dict. cap. 2. num. 15. & ibi Rip. num. 64. Clar. dict. quæst. 41. num. 6. Decian. dict. cap. 9. num. 72. Sbroz. dict. quæst. 66. num. 20. Segura Daualos dict. Barbos. de Episcopo. Pars III.

cap. 11. num. 1. Rendina in promptuario recept. sentent. tom. 1. tit. 17. num. 14.

Limita primo vbi in partibus, in quibus est facienda delegatio, non adesset clericus sufficiens, & habilis, cui Episcopus posset delegare tales causas quia tunc poterit illas laico delegare. Iul. Cæsar. Imbr. in tract. de iudice Regni part. vlt. num. 60. [Carol. de Grassis de effectibus cleric. effectu 1. num. 564. D. Felician. de Vega Archiep. Mexican. in relect. d. cap. 2. de iud. n. 151. in fine.]

Limita secundo, vbi pro delicto esset inferenda poena sanguinis, quia tunc non solum potest illas delegare, verum etiam tenetur Episcopus, vel alius quouis Iudex Ecclesiasticus delegare sententiam ferendam laico, postquam ipse delegans de causa cognouerit, & processum compilauerit, Rip. in dict. cap. 2. num. 44. Decian. dict. cap. 9. num. 76. in fine. Aduertat tamen, quod licet Episcopus regulariter non possit delegare causas criminales clericorum laico, poterit nihilominus in talibus causis sibi assumere vel adhibere assessorem laicum, Abb. in cap. significasti, de foro compet. Camil. de Curte d. cap. 2. n. 64. Rendina d. tit. 17. num. 21. [Bonacin. d. num. 10. versio. neque obstat.]

Limita denique in causis civilibus, & temporalibus, quas poterit Episcopus, & quilibet alius Iudex Ecclesiasticus delegare laicis, quia hoc eis non est interdictum præter potestatem imponendi censuras, gloss. verb. non presumat, in dicto cap. 2. de iud. vbi Abb. n. 5. Bald. 10. Felin. 6. Decian. 5. & ceteri scribentes, Vant. de nullis. tit. de nullis. ex defectu iurisd. num. 69. Segura Daualos dict. cap. 11. num. 2. Sigism. Scacc. dict. cap. 1. num. 41. versio. aduerte modò, Decian. dict. cap. 9. num. 70. Cuch. in instit. maior. lib. 2. tit. 6. num. 139. & 140. Marc. Anton. Genuen. dict. quæst. 730. vbi intelligit dummodo absint clerici idonei, & non fiat commissio generalis ad omnes causas civiles, [refert nouissime Sperell. in decis. fori Ecclesiast. decis. 14. num. 17. Duard. in Bullam Coena cap. 1. §. 1. n. 59. vers. 13. quicquid aliter sentire videatur Bonac. in eandem Bullam disp. 1. q. 1. 6. sect. 1. punct. 6. n. 1. Illud est in præsentiarum aduerendum quod Episcopus in alieno territorio potest causas delegare Vitalin. in clement. vnic. in princip. num. 24. versio. idem in delegatione, & ibi Card. num. 1. quos refert & sequitur Stephan. Gratian. March. dec. 98. num. 8.]

Sic etiam laicus potest esse arbiter in causa clericorum, si in ipsum simul, vnà cum clerico compromittatur, vt probat text. in cap. per tuas, de arbitria, & resoluunt Viu. tom. 1. commun. opinio. lib. 2. tit. 26. num. 17. versio. Et si compromissum, Malcard. de probation. conclus. 2358. num. 60. Bonacol. commun. crimin. part. 2. verb. laicus, fol. 45. Cotta in memorabil. verb. compromissum, in 2. Rebuff. de priuilegijs scholar. priuileg. 106. vers. 7. Alexander Monot. in suo tract. de decimis cap. 8. num. 23. Farin. in praxi crimin. part. 1. quæst. 8. sub num. 24. versio. limitata. Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 17. num. 93. Bernard. Graua. ad practicam Camera Imperial. lib. 1. conclus. 37. confid. 2. num. 2. Cened. dict. collect. 176. num. 3. Cald. Pereira in l. si curatorem, verb. implorandum num. 6. colum. 6. Stephan. Gratian. disceptat. forens. cap. 100. num. 51. optime D. Felician. de Vega in relect. ad dict. cap. 2. num. 159. vbi ait prohibitionem illius rextus solummodo se extendere ad negandum quod laici auctoritate propria & publica possint habere iurisdictionem in causis Ecclesiasticis, & nil interesse quod fateamur quod possint in illis esse

esse arbitri, cum ratione arbitrij nullam consequantur iurisdictionem, eo quod partes à quibus eliguntur, non possunt eos veros Iudices efficere, argument, text. in l. *primariorum consensus* 3. C. de iurisdic. pm. Iudic. tantum ergo illis tribuunt notionem, quæ videtur importare tractum ministerialem, & non iudicialem; & ita ex hoc respectu non ratione iurisdictionis, vel potestatis, sed solum metu pœnæ appositæ in compromisso illis obtemperatur, vt probatur in l. 1. ff. de recept. arb. & in l. ait Prator 5. ff. de re iudic. & prosequitur idem D. Felician. de Vega num. 160. cum seqq. respondendo ad nonnulla, quæ in contrarium allegari solent, aduertens quod licet ante Concilium Lateranense, de quo in cap. contingit & de arbit. possent laici eligi in arbitros in quibusvis negotiis Ecclesiasticis, postea in eod. Concilio indecens fuit iudicatum quod deinceps fierent talia arbitria, vt in vers. *Ad hæc generaliter prohibemus*, iuncta ratione, quia non decet vt laici in talibus arbitrentur; ynde constat nouam prohibitionem fuisse factam, quasi limitando communem interpretationem, quæ apud omnes vbique erat recepta in contrarium, ex text. in cap. dilecti 4. & in c. exposita 11. de arbit. quæ quidem indecentia cessare videtur cum compromissum fuerit factum non solum in laicum, sed simul in clericum, & interueniente auctoritate Iudicis Ecclesiastici, propterea quod his concurrentibus videtur iam cessare prædictam indecentiam, & ad hoc notantur verba finalia dicti cap. per uias, ibi, quod autem à duobus laicis, & vno clerico dicitur esse prolatum, nequaquam obuiare videtur, cum auctoritate dicti Archiepiscopi factum sit, cui causa, de qua dicitur compromissum, fuerat delegata, &c. Ita D. Felician. de Vega ubi supra num. 162.]

Quod autem si contententes coram clerico & laico insinul non acquiescant eorum sententiæ, ad quem debeant appellare dubitatur ab aliquibus; veterior tamen sententia tenet ad Superiorem Ecclesiasticum appellandum esse, & causam vel coram Archiepiscopo, vel Papa introducendam; & ratio est, quia cum appellatio sit interponenda coram Iudice, qui sit maior primo iudicante, cap. Romana §. debet, de appellat. in 6. l. Imperatores, ff. de appellat. l. principimus, C. eod. non enim licet ad parem, vel inferiorem recurrere, l. 1. §. si quis in appellatione ff. de appellat. nec pat in parem habet imperiū. l. nam magistratus ff. de receptis arbit. & sit absurdum dicere, vt inferior corrigat, vel confirmet acta sui superioris, sed nature ordo & ratio exoptat potius contrarium, gloss in cap. 2. de consuet. in 6. Bart. in l. 1. ff. de appellat. num. 1. Surd. consil. 106. num. 11. & vitietur & nihil operetur appellatio ad minorem Iudicem interposita. Bart. in l. 1. §. si quis, in fine ff. de appellat. num. 1. §. 7. cum quælibet persona Ecclesiastica sit maior quibus superiore laico, cap. beatus 6. quæst. 1. cap. duo sunt 96. dist. gloss. in cap. sedes, verb. maiores, de rescripti, appellatio erit vtrique ad Superiorem Ecclesiasticum interponenda, nec de iustitia, vel validitate actuum iudicabit laicus superior ipsius appellantis, Ioan. Fab. in authent. si quis, vers. nec hodie, C. de Episcop. audien. Bart. in dict. l. 1. §. si quis in appellatione num. 13. Alexand. consil. 12. num. 1. lib. 6. Hippol. de fideiuss. num. 132. concludentes lata sententia à laico & Ecclesiastico Iudice simul appellationem esse interponendam ad Ecclesiasticum, non autem ad secularem superiorem, sequitur Stephan. Gratian. d. c. 100. num. 52. Et licet reductio ad arbitrium boni viri sit perenda coram Iudice, qui de causa cognouisset, si factum non fuit compromissum iuxta congesta per

Surd. consil. 106. num. 1. & seq. Perez l. 1. 2. vers. quæ ad art. 1 §. lib. 2. Ordinarum pag. 364. Stephan. Gratian. dist. num. 52. Attamen si Ecclesiasticus simul cum laico fuerit electus arbiter, reductio sententiæ illorum ad arbitrium boni viri petitur coram Ecclesiastico, non autem seculari superiore, vt per Bald. in l. precipimus 32. num. 3. C. de appellat. & Salicet. num. 6. quos sequitur Martin Vran. conf. 32. n. 23. tom. 2. Brun. à Sole quæst. 14. num. 2. vbi plures concordantes, & rationes refert.

Nec dubium est, quin laici possint in Episcopalem iurisdictionem consentire, & illam in profanis controuersis prorogare, vt per Socin. in cap. significasti, de foro compet. num. 45. in princip. vers. sed quæro, & illius opinio probatur in l. si quis ex consensu 8. & in l. Episcopalis. C. de Episc. aud. vbi expressè dicitur iurisdictionem Episcopi à laicis posse prorogari, & sententiam illius esse validam, nec appellatione suspendi illius executionem, quæ tamen suspensio an negetur virtute prorogationis, vel speciali iure dignitatis Episcopalis, Ludouic. Burghef. in repet. l. si se subiciam, ff. de iudic. n. 173. & ique in finem, nam t cum primum, & præcipuum Regnorū, & potestatum vinculum sit religio, Iust. Lipsi. Polit. lib. 1. cap. 3. indefactum est, t vt omni æuo & apud gentes omnes fuerit apud Sacerdotes & sacrorum Ministris iudicandi facultas, sic iudicasse apud Egyptios qui curam sacrorum gerebant, legimus apud Aliam, lib. 1. 4. cap. 34. Apud Romanos non solum de rebus sacris, sed & de pertinentibus ad Rempubl. iudicasse Pontifices testantur Dionys. Halicarnas. lib. 2. & Cic. in orat. pro domo sua, & cum exoriente Romana Republ. ius sacrorum esset penes Reges, Dionys. Halicarn. lib. 2. pulsus deinde illis relicta est species, & imago eius creato Rege, qui à curandis sacrificiis Rex sacrificulus est dictus. Fenest. de sacerdot. cap. 11. & Halicarn. lib. 5. Iudicauerunt & apud Hebræos in populo Dei Sacerdotes, Paralip. lib. 2. cap. 19. Ezrah. 44. Apud Tyrum florētissimam Phœnicis urbem, & Vlpiani patriam, vt ille testatur in l. 1. ff. de censib. Sacerdotum iudicium ad eod. plausibile erat, teste Iustino in epitome Trogi lib. 1. vt post Regem secundo illi iudicarent, & re Romana ad nutum vnus redacta plures impetrantes cum sago induerunt Sacerdotalem togam, credentes bonorum summa culmina minime conscendisse nisi Populicatum eriam assumpsissent, Iustin. in epitom. lib. 18. Suet. in Vespasian. Nec Episcopi & reliqui in Ecclesia Dei iuxta ea, quæ ad Corinth. epist. 1. cap. 6. scripsit D. Paulus sunt indigni, qui iudicent inter seculares & secularia negotia, cum de Angelis & mundo iudicaturi sint, iuxta Christi Saluatoris nostrum promissionem, de qua Luca cap. 22. Sedebitis & vos iudicantes duodecim Tribus Israel. Et quod Episcopi habeant iurisdictionem in temporalibus, quicquid recentiores dixerint in contrarium, de illis iudicasse, & ipsi ab Imperatoribus potius fuisse factam declarationem competere iurisdictionem, quam suis Constitutionibus datam late probat Ioseph. Steph. in de potest. coætina Rom. Pont. c. 12. n. 4. vsque ad fin. Quare dici non potest temporalem ladi iurisdictionem si in Episcopum consentiant litigantes, cum isto casu verius dici possit reductio conuentionis, seu iurisdictionis ad priorem statum, quam facta prorogatio, cum ab initio, quo homines ceperunt litigare, omnes cause cognoscerentur à Sacerdotibus, Denter. c. 7. relato in c. per venerabilem §. rationibus, qui filij sint leg. Petr. à Monte tr. de monarchia q. 4. num. 6.

10
11
12

ALLEGATIO CIX.

Episcopus in prauos eleemosynarum quæstores an possit animaduertere?

SVM MARI VM.

- 1 Quæstorum sacra pecunie qualitates describuntur.
- 2 Quæstores eleemosynarum admittendi non sunt sine Episcoporum, vel Apostolicis veris litteris.
- 3 Quæstorum vsus qua ratione extinctus fuerit, ostenditur.
- 4 Quæstores non obstante qualicumque exemptione, potest Ordinarius incarcerare, excommunicare, & castigare.
- 5 Eleemosynas sponte datas in pios vsus conuertendas accipientes, non comprehenduntur decreto Concilij Tridentini sess. 21. de reform. cap. 9.
- 6 Quæstuarij proprie dicuntur, qui quæstum sibi referunt.
- 7 Regulares Mendicantes, ac Fratres S. Antonij, aut pro eis quærentes eleemosynas non comprehenduntur decreto Concilij sess. 21. de reform. cap. 9.
- 8 Regulares quæstuanes tenentur Episcopo fidem facere per litteras authenticas de licentia ad huiusmodi quæstuanem à suis superioribus sibi data.
- 9 Eleemosynas per loca quarantandi licentias concedere spectat ad locorum Ordinarios.
- 10 Regulares Ordinum Mendicantium nequaquam possunt ab Episcopis prohiberi, quominus per se ipsos in diocesibus, vbi habent Conuentus, eleemosynas quærant.
- 11 Eleemosynas petendi licentiam potest dare Episcopus pro vsu alicuius pij loci, vel operis, & ibi assignantur qualitates, quas debent habere eorum collectores.
- 12 Episcopus in prauos eleemosynarum quæstores, quamuis laicos potest animaduertere.
- 13 Eleemosynas cuiusvis Sancti nomine petentes in Regno Portugaliæ, Castelle, & Gallie non permittuntur à Regijs magistratibus, nisi regias litteras ostendant.

QVESTORVM sacra pecunie vsus olim frequens erat, atque etiam eorum predicandi officium, iuxta text. in cap. uarum, de priuileg. & in cap. cum ex eo, de pœnitent. & remiss. vbi in vers. qui autem, describit qualitates quas isti habere debent, ibi, *modesti sint, & discreti, nec in tabernis, aut aliis locis incongruis hospitentur, nec inuiles faciant, aut sumptuosas expensas*, notant Dec. à num. 3. & Socin. num. 6. in dist. cap. uarum, Paul. Fufch. de viuat lib. 1. cap. 30. num. 36. Pert. Bol. in œconomia canon. classe 3. cap. 2. §. 4. Nauarr. de Indulgent. notab. 31. à num. 46. Henriquez in summ. lib. 7. cap. 29. in princip. Quia tamen facultate sibi concessa abutebantur, iuste stabilitum fuit t eos admittendos non esse sine Episcoporum, vel Apostolicis veris litteris, ex qui Barbose de Episcopo. Pars III.

bus constat de eorum moribus, & petitorij causa, seu necessitate, sanctissimè in generali Concilio relato in dicto cap. cum ex eo, quod strictius deinde in Viennensi Concilio fuit statutum in Clement. 2. de pœnitent. Cernens enim Concilium abusus huiusmodi quæstorum excrecere in maximum totius Christiani Orbis scandalum, dum in prædicationibus multa confingebant mendacia de reliquis, & Indulgentiis, quas infinita propè falsò prædicabant ad aurum extorquendum, eis omnino interdixit prædicandi officium; relicta solum facultate dicendi, quod in litteris Apostolicis, aut Episcoporum contineretur, quod decretum ab Archemisij calumniis rectè tueretur Illustrissim. Cardinal. Bellarmin. tom. 2. de Indulgent. lib. 2. cap. 20. §. igitur.

Sed hæc deinde omnino per se, vel per alios prædicare prohibuit Concilium Tridentinum sess. 5. de reformat. c. 2. in fine, vers. quæstores; t quia vero neque huiusmodi remedia profuerunt, imò quæstorum malitia in dies magis, ac magis excrecebat, atque etiam fidelium scandalum, indeque & peruersis eorum factis ania hæreticis data est in vsu Indulgentiarum debacchandi, seu oblatrandi, nouissimè eadem Tridentina Synodus sess. 21. de reform. cap. 9. statuit, vt quæstuariorum nomen, atque vsus penitus aboleatur, neque ad hoc officium exercendum vllatenus admittantur, non obstantibus priuilegiis Ecclesiasticis, aut monasteriis, vel hospitalibus concessis, [iubetque vt Indulgentiæ, & aliæ spirituales gratiæ debito tempore publicentur per Ordinarios locorum, adhibitis duobus de Capitulo, quibus datur facultas fideliter colligendi eleemosynas, nulla proterus mercede accepta. Et aduertit nouissimè Bonnac. de censur. extra Bull. Cœna disp. 2. q. 3. punct. 30. n. 9. quod licet ob hoc decretum nequeant Ordinarij locorum prohibere quominus Religiosi, inconsultis ipsis Ordinariis publicent Indulgentias olim sibi à Summo Pontif. concessas, nihilominus nullus etiam Religiosus exemptus potest Indulgentias de nouo concessas publicare in sua Ecclesia absque Ordinarij licentia.] & de illius decreti materia agunt citati per Cened ad Clement. collect. 9. pag. mihi 401. quibus adde Henriq. dist. cap. 9. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. quæstores, Stephan. Quarantam in summa Bullarij, verb. Archiepiscopi auctoritas, vers. 26. in fine, Fr. Emman. quæst. Regular. tom. 2. quæst. 57. art. 7. & quæst. 98. art. 1. Iul. Laur. de Indulgent. part. 2. cap. 14. [Timoth. de Eccles. mitigat. lib. 1. tract. 2. cap. 12. nouissimè me citato in hoc loco Nouar. in Lucerna Regul. verb. quæstuarij num. 2. pag. 220.] Proinde Ordinarius non obstante qualicumque exemptione potest eos incarcerare, excommunicare, & castigare, prout expedire fuerit arbitratus, vt per Cochier de iurisdic. Ordin. in exemptos, part. 2. quæst. 45. n. 96. [nouissimè me citato in hoc loco Sperell. dec. 38. n. 29. cum seqq.]

Illud in præsentiarum aduertere oportet, sub prædicto Concilij Tridentini decreto prauos comprehendendi eleemosynarum quæstores, non ipsas eleemosynas, aut nuntios, seu receptores, qui collectas in pios vsus conuertendas sine fraude sponte datas accipiunt, decimum refert Galet. in margarita casuum conscientia, ver. eleemosyna 1. [& sic per fact. Congregat. Concilij fuisse declaratum attestatur Bonacina dist. disput. 2. quæst. 3. punct. 30. num. 9. vers. tertio.] & confirmatur ex doctrina Baldi consil. 27. vol. 2. vbi resoluit t quæstuarios proprie dici, qui quæstum sibi referunt, & negotia gerunt, vt sibi

quæstum faciant, iuxta text. in *h. sed & si adiciatur*, ff. *pro socio*, nuntios autem, qui verè mittuntur, & idonei sunt ad pias eleemosynas colligendas, non ita eo nomine comprehendunt, & per totum consilium multa adiciunt, quæ declarationem illam ex iuris principiis satis confirmant, meritoque Baldum laudat Card. Tusch. *tom. 6. verb. quæstiones concl. 46.*

7 Sic etiam eodem decreto non contineri Fratres Sancti Antonij, aliosque Regulares Mendicantes qui omnimodam profitentur paupertatem, aut pro eis quærentes eleemosynas, probant Navar. *consil. 33. de penitent. quem refert, & sequitur Vgolin. de potestate Episcopi cap. 8. §. 4. num. 6. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 57. art. 7. Quia cum isti proprium nihil habere possint, lex naturalis concedit, ut per se, vel per alios mendicando victum quærant, iuxta instituti sui regulam à Sede Apostolica approbatam, ac subinde debito obseruato modo minimè eis videtur deneganda facultas, ut per se, vel per alios eleemosynas quærant. [Dixi, *debito obseruato modo*, quia superfluas eleemosynas petere non possunt Regulares, & refert Lauret. de Franchis in *emouens. inter Episcopum & Regulares pag. 39. vers. ad undecimum*, se vidisse quòd aliquando Vicarius Neapolitanus impediuit Mendicantes quærentes per ciuitatem eleemosynas superfluas; ut quia in vno Conuentu aderat vnus, vel duo Fratres ad summum, & mittebant quatuor, vel quinque quæstiones per ciuitatem sine necessitate auferendo eleemosynas verè indigentibus, de quo multi Fratres fuerunt conuicti in vrbe, & fuit rescriptum Vicario quod prædicta faceret cum benignitate, non tamen fuit prohibitum.]*

8 Tenentur igitur huiusmodi Regulares quæstantes Episcopo fidem facere per litteras authenticas de licentia ad huiusmodi quæstionem à suis Superioribus sibi data, prout decisum refert Piafec. in *praxi noua Episcopi. part. 2. cap. 3. num. 47. vers. quoad quæstiones.*

9 Ad locorum enim Ordinarios spectat eleemosynas per loca quæritandi licentias, & facultates concedere, Francisc. Leo in *thesauro fori Ecclesiæ. part. 4. cap. 2. num. 146.* Cum Regulares prohiberi possint per Episcopum ab immoderata exactione eleemosynæ, vel ne exigant eleemosynas pro conuentu extra diocesim existente, & ne exigant, nisi illi, quorum licentias confirmauerit prius Episcopus, quod praxi suatum partium obseruari referunt Marc. Anton. Genueni. in *praxi Archiepiscopi. Neapolit. cap. 59. num. 11.* Campanil. in *diuersorio iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 134.* & cum super hoc dubium incidisset præterito anno 1621. responsum fuit à facta Congregatione Illustrissim. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum in hæc verba: *Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum censuit & Fratres Ordinum Mendicantium nequaquam posse ab Episcopis prohiberi, quominus per se ipsos in diocesis, ubi habent Conuentus, eleemosynas quærant, sed tantum si extra loca, ubi monasteria existant, quæritate voluerint, teneri suorum Superiorum licentiam Ordinario ostendere*, R. Cardinalis Vbalinus. Prosper. Fanagnus S. Concilij Congregat. Sec. quam quidem decisionem propriam & originalem præmanibus habui, & postea in Typographia Camerae Apost. impressam vidi.

11 Episcopus licentiam petendi eleemosynas dare potest pro vsu alicuius pij loci, vel operis, dummodo personæ, quæ eas colligant, honestæ sint, spectatæ Religionis, & iudicio ipsius Episcopi appro-

bata, & minime participes eleemosynarum, & quæstorum nomen nullo modo gerant, sed simpliciter eleemosynarum collectores appellantur; non concionentur, non circumferant sua priuilegia, aut reliquias; non campanulam, nec alia instrumenta pullent ad excitandas personas: non petant tantquam debitam eleemosynam, aut aliqua arte, aut prætextu dicendi orationes Beati Antonij, aut similes, aurum extorqueant, sed simpliciter, & modestè recipiant, quod liberaliter fuerit oblatum, refert decisum Zerol. in *praxi Episcopi. d. verb. quæstiones. Bonacina d. disp. 2. q. 3. punct. 30. num. 10.*

In prauos enim eleemosynarum quæstores, quamuis laicos, potest Episcopus animaduertere, *cap. tuarum*, vbi Abb. *num. 1. de priuileg. Clement. abusibus, de penitent.* Laici enim non possunt quætere eleemosynas pro aliqua causa, nisi re cognita per Episcopum, *l. vnica*, vbi gloss. Bart. & Ioan. de Platea, *C. de mendicant. validis, lib. 11.* quia istorum mendicatio sine causa concernit materiam peccati moralis, ex subtractione, quæ inde resultat iis, qui verè indigent, *cap. Pastor 1. quest. 2.* Omnes autem indulgentiæ quæstuarie à Pio Quinto, vel prædecessoribus concessæ, aut in posterum concedendæ quibuscumque personis, & locis, pro quibus scilicet consequendis manus sunt portigendæ adiutrices, etiam quæ quæstuarie facultatem quomodolibet continent, ab ipso Pio Quinto reuocatae sunt, ut refert Galert. in *margarita. casuum conscientie, verb. indulgentia, primo.* [Nam cum in Hispania inualuisset praua quædam consuetudo, & corruptela, qua prætextu reparationum Ecclesiarum, & aliarum piarum causarum soluentibus certâ pecuniæ Summam concedebatur Indulgentia, & facultas eligendi Confessarium, qui eum à casibus reseruatibus absolueret: præterea concedebatur licentia sumendi duos, vel plures compadres in Baptismo; denique priuilegium Missæ, & sepulturæ tempore interdicti concedebatur, ne autem istæ simoniacæ facultates in futurum à quoquam concedantur, Pius V. in *sua consil. 99. incip. Quam plenam*, Episcopis aliisque Prælatibus, etiam Cardinalibus dignitate præditi sint, imponit suspensionem ab ingressu Ecclesiæ, & à perceptione fructuum, Summo Pontif. reseruatam, à qua absolui nequeunt, nisi præstita satisfactione; aliis vero Episcopo inferioribus excommunicationem eidem Pontif. reseruatâ imponit, ut per Bonacin. *de censur. extra Bullam Cæne disp. 2. quest. 3. punct. 30. num. 5.* vbi *num. 6.* eos hanc censuram incurrere ait etiam si per alium huiusmodi indulgentias & facultates publicent, & *num. 7.* quòd requiritur publicatio cum effectu, & *num. 8.* quòd non subiciantur huic suspensioni & excommunicationi cooperantes publicationi.]

In Lusitania igitur, ut plenius, & facilius omnibus abusibus, & fraudibus istorum quæstorum occurratur per Ordinarios, Regiam Lusitan. lib. 5. tit. 103. prudenter constitutum est, ne petitoria cuiusvis sancti nomine permittantur à Magistratibus Regiis, nisi regia litteræ ostendantur, quibus expresse nominetur persona, quæ eleemosynas quæstuarie est, & nec per se, nec per alios prædicare faciant, vel indulgentias publicare, quemadmodum in *dicta Clement. 2. & in dictis Concil. Tridentini decretis* constitutum est, quod si aliter factum sit, omnes pecunias ab illis quæstas quæstorum redemptionum Captiuorum tradendas præcipit, ut per Cardosum in *praxi Iudicium, & Aduocat. verb. eleemosyna, n. 2.* prædicatum fuisse refert Cabed. *p. 1. decif. 193.* similis apud Hispanos extat *lib. 1. & 2. tit. 18. lib. 1. Ordin.*

Ordin. vbi Perez, nunc *l. 1. tit. 9. lib. 1. & l. 37. tit. 6. lib. 3. noua recopil.* vbi Azeued. refert Auendan. *de exequend. mandatis. lib. 3. c. 30.* & apud Gallos idem Regij Senatus decretis dispositum asserit Renat. Chopin. *de sacrâ potestate lib. 3. tit. 5. à n. 23.*

ALLEGATIO CX.

Episcopus ad depositionem, seu degradationem, quomodo & quando procedere possit?

SVM MARI VM.

- 1 Degradatio duplex, verbalis scilicet, & realis, siue actualis.
- 2 Degradatio verbalis dicitur illa, quæ fit per solam, & simplicem sententiam, qua Clericus criminofus ab Ordinibus clericalibus, seu ab eorum executione depositus declaratur.
- 3 Priuilegium fori, & Canonis per degradationem verbalem nunquam amittitur.
- 4 Degradatio actualis, seu realis est, quando ultra depositionis sententiam ob incorrigibilitatem clericus personaliter priuatur, exautoratur, excuritur, & spoliatur Ecclesiasticis Ordinibus.
- 5 Clericus vtrumque solemniter degradatus consicit Eucharistia Sacramentum.
- 6 Clericus degradatus, si ex aliqua iusta causa restituatur ad Ordines clericales, non debet de nouo sacris insigniri.
- 7 Clericus etiam degradatus adhuc clericus dicitur.
- 8 Clerici in minoribus, vbi amittunt priuilegium clericale, & veniunt puniendi à iudice seculari, est necessaria degradatio.
- 9 Degradationis pœna, vbi in iure, vel aliqua constitutione reperitur imposta, est intelligenda de leuiori.
- 10 Degradationem verbalem, quæ crimina mercantur, ostenditur.
- 11 Degradationem realem merentur crimen heresis, crimen falsi, & conspiratio contra proprium Episcopum.
- 12 Degradari, & curiæ seculari tradi potest clericus propter crimina heresis, aut falsi, aut conspirationis contra proprium Episcopum, etiam non data incorrigibilitate.
- 13 Degradari, & Curie seculari tradi potest Clericus, quando fuerit incorrigibilis, & transferit in profundum omnium malorum.
- 14 Incorrigibilis à parte rei ille dicitur, qui ita obduratus in peccato perseverat, ut nullo modo velit ad correctionem perducì.
- 15 Incorrigibilis ex iuris præsumptione quando quis dicitur ostenditur.
- 16 Clericus incorrigibilis si tandem impœnitens, at obduratus in profundum malorum venerit, an absque expressu Curie seculari traditione possit per eam comprimi, ostenditur.
- 17 Cap. cum non ab homine, de iudic. declaratur.
- 18 Celebrans, vel Confessionis Sacramentum audiens non ordinatus ab Ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerit, rite degradatus, statim Curie seculari traditur.
- 19 Sodomiam committentes, si Clerici fuerint, degradationis, & traditionis Curie seculari pœna puniuntur.

- 20 Abortum animæ uum causans, si Ecclesiasticus fuerit, traditur Curie seculari.
- 21 Mulieres sollicitantes in Confessione, si delicti grauius petat, possunt Curie seculari puniendi tradi.
- 22 Degradatio ab Ordinibus est à proprio Episcopo facienda sibi assistentibus secundum sacros Canones, sex Episcopis, si degradetur Presbyter; si Episcopus, duodecim Episcopis; si vero Diaconus, sine Subdiaconis, tribus.
- 23 Degradatio attentio Concilio Tridentino, à quo, & quibus assistentibus fieri debeat, ostenditur.
- 24 Degradare actualiter clericum non potest Episcopus electus, & confirmatus, a. i. consecrationem, factis in verbali depositione.
- 25 Degradandi, seu deponendi suos subditos non habet facultatem Prælati Religiosorum, nisi illis concessum sit per priuilegium, vel consuetudinem à Romano Pontifice toleratam.
- 26 Prælati, quorum presentia in degradatione Clerici necessaria est, ex dispositione Concilii Tridentini, sess. 13. de reformat. cap. 4. debent cum proprio Episcopo in cognitione, & examine causæ tanquam iudices ferre suffragium.
- 27 [Sententia actualis degradationis Sacerdotis proferenda nemine discrepante, & n. 28.]
- 29 Non sic in Diaconorum, & Subdiaconorum degradationibus.]
- 30 Degradatio quomodo fieri debeat, ostenditur.
- 31 Episcopus contra exemptos cognoscit in omnibus criminibus actuale, seu solemne degradationem requirentibus.
- 32 Degradatus clericus, qui fame restitui vult, an debeat à Papa tantum restitutionem petere, an etiam ab Episcopo à quo degradatus fuit, ostenditur.



DEPOSITIO, prout à suspensione differt, in effectu nihil aliud est quam perpetua remotio ab Ordinibus, vel Altaris ministerio, ut post alios tradit Bern. in *pract. cap. 143. in princ.* hæc autem depositio dupliciter consideratur, alia namque verbalis quæ & verbalis degradatio appellari solet, alia verò actualis, quæ & actualis degradatio; seu ut alij volunt, degradatio simpliciter dicitur, quam duplicem depositionis speciem declarat Scacc. *de iudic. par. 1. cap. 11. §. 71.* Simanch. *de Cathol. instit. tit. 46. num. 69.* Conrad. Brun. *de heret. lib. 4. cap. 13.* Roxas in *singularib. Fidei sing. 48.* Petr. Greg. *synagm. iuris par. 3. lib. 3. cap. 3.* Bernard. & Salzed. in *pract. cap. 143. in nouiss. edit.* Menoch. *de arbitrar. casu 415.* Piafec. in *praxi noua Episcopi. par. 2. cap. 4. num. 93. in fine, & num. 94.* Sbroz. *de Vicario Episcopi lib. 2. quest. 157.* Clar. *§. fin. quest. 74.* Perez *tit. 4. lib. 4. Ordin. pag. 89.* cum seq. & pag. 159. cum sequentibus, Fichard. & Bonaccol. *tom. 1. commun. opinion. lib. 1. tit. 2. num. 141. cum sequentibus, pag. 162.* Eymen. in *direct. inquisit. p. 3. q. 46.* vbi Penna *commento 46. pag. 519. & comm. 49. pag. 532.* Henriq. in *summ. lib. 13. cap. 55.* Alphonf. Aluarrez *Guerrero in speculo iuris Pontificij cap. 29. pag. 74.* praxi Episcopi. *verb. degradatio*, Horten. *Caualean. in pract. de testibus par. 3. memb. 64.* Mar. Alter. *de censur. tom. 2. disput. 2. cap. 1. vers. degradatio*, Farinac. in *praxi criminal. quest. 8. num. 72.* Carol. de Grassis *de effectib. cleric. effect. 1. à num. 814.* Moneta *de distribut. quotidian. quest. 17. à num. 1.* Bellet. *disquisit. cleric. par. 1. tit. de fauore clericorum personali, §. 10. à num. 3.* Illustrissim. D. Roderic. à Cunha in *tract. de Confessione sollicitantib. mulieres in Confessione quest. 24.* Fernandez

nandez in examine Theologia moralis par. 2. cap. 14. §. 1. plures alios refert Cened. ad Decretal. collect. 65. num. 3. † scilicet verbalis fieri solet, quando oretenus sententia contra clericum proferatur, per quam priuatur Ordinibus, vel Altaris ministerio, à quibus remouetur, ita vt officium clericale exerceere nequeat, quæ proprie & simpliciter deponit appellatur, cap. sacerdos 81. dist. cap. qualiter & quando, de accusat. cap. 2. de penis, lib. 6. Clar. in §. fin. quest. 74. in princip. Menoch. dist. casu 415. num. 5. Ioann. Aloyf. Leo in l. officiales, num. 14. C. de Episcop. & cler. & Petr. Gregor. syntagn. iuris lib. 31. cap. 30. num. 1. 2. & 8. & in partit. Iuris Canonici. lib. 4. tit. 15. cap. 4. num. 8. litt. K. Scacc. dist. cap. 11. num. 71. Flamin. Chartar. de exequut. sentent. cap. bann. cap. 1. num. 289. Farin. dist. quest. 8. num. 72. Henric. in summ. lib. 13. cap. 55. §. 3. Bellet. dist. §. 10. num. 4. Carol. de Grassis dist. effect. 1. à num. 815. Moneta dist. quest. 17. num. 1. per quem † minime amittitur fori, & Canonis priuilegium, ex Menoch. dist. casu 415. num. 5. & 9. Sigisn. Scacc. dist. cap. 11. num. 72. resoluit Carol. de Grassis dist. effect. 1. num. 817. & ex P. Henric. dist. cap. 55. §. 3. Galet. in margarita casuum conscientie, verb. degradatio, & cum Nauar. in man. cap. 27. num. 81. Sayr. de censur. lib. 5. cap. 20. num. 12. Valent. tom. 4. disput. 7. quest. 19. puncto 4. Bonacina de censur. disput. 4. puncto vnic. num. 3. [nouissime me citato in hoc loco D. Felician. de Vega, nunc Archiep. Mexican. in relect. cap. & si clerici & de adulteriis num. 26. de iudic.]

4 Actualis, seu realis degradatio est, quando vltra deponitionis sententiam ob incorrigibilitatem clericus personaliter priuatur, exauctoratur, exiuit, & spoliatur Ordinibus Ecclesiasticis per detractio-nem clericalium insignium, sicque à clericali militia remotus clericus reuocatur priuatur consortio, & priuilegio clericali, quando scilicet Episcopus præ-sente iudice seculari, cui degradandus debet tradi, publice abradit illi loca capitis, & manuum, in quibus in collatione Ordinum vinctio facta fuit, & postea successiue detrahit omnia signa, quæ in sus-ceptione Ordinum suscepit, & demum exiit eum habitu clericali, & dicit Iudici, & officiali seculari, vt illum ita spoliatum, & depositum in suum forum, & iurisdictionem recipiat, de qua vide cap. Felix. 5. quest. 7. cap. non potest, de re iudicata, cap. cum non ab homine, de iudic. cap. degradatio, de penis lib. 6. Conc. Trident. sess. 13. de reformat. cap. 4. Maranta de ordine iudic. par. 4. dist. 11. num. 71. & 72. Ioan. Aloyf. Leo in dicta l. officiales, num. 15. Scacc. dist. cap. 11. num. 73. & §. 5. Borgal. in tract. de irregularitat. tit. de sent. de positi. num. 7. Menoch. dist. casu 415. num. 8. Andr. Gambar. de officio Legati lib. 2. num. 196. Marra de iurisdict. part. 1. cap. 5. num. 18. & part. 4. casu 131. num. 6. Carol. de Grassis dist. effect. 1. à num. 818. Bellet. dist. §. 10. num. 5. Bonacina dist. disput. 4. puncto vnic. num. 2. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 123. art. 3. Henric. quest. dist. cap. 55. §. 1. & 3. Moneta d. quest. 17. num. 4.

5 Clericus vtrumque solemniter degradatus con-ficit Eucharistia Sacramentum, etiam si hæreticus sit, si vtatur debita materia & forma cum intentione, non tollitur enim character impressus. Couar. lib. 1. variar. cap. 10. num. 8. Alex. de Neuo in cap. 1. num. 17. qui clerici vel vou. Decian. tract. crimin. par. 1. lib. 4. cap. 9. num. 78. in fine, Mar. Alter. dist. dist. 2. cap. 2. vers. secundo, Nauar. commun. 2. de Regular. n. 36. Sayr. de Sacrament. in genere lib. 2. cap. 6. art. 5. vers. sic, ad quintum, pag. 233. Cened. ad Decretal. collect. 65. num. 4. & prult. ac canon. quest. lib. 1. quest. 30. num. 85. Carol. de Grassis dist. effect. 1. num. 819. in fine, &

num. 834. in fine, dicit quod † si degradatus ex aliqua iusta causa restituatur ad Ordinem clericalem, non debet de nouo Sacris insigniri, & citat Marra de iurisdict. dist. casu 132. à num. 3. † Clericus enim degrada-tus, adhuc clericus dicitur, licet verè non sit in eadem dignitate constitutus, in qua erat ante de-gradationem, gloss. in cap. accedens 50. distinct. & in c. ad abolendam, verb. prerogatiuam, de hæretic. & in d. ca. degradatio, verb. priuilegia, Decian. conf. 19. num. 115. lib. 3.

8 Aduertere oportet quod in casibus, in quibus clerici in minoribus amittunt priuilegium clericale, & veniunt puniendi à Iudice seculari, est necessaria degradatio, ex eo quia clerici in minoribus dicuntur charactere clericali insigniti, Abb. in cap. cleri-cus, de vita, & honest. cleric. & in cap. si quis Presby-ter, in 1. notat. de cler. excom. Bernat. in d. cap. 143. n. 3. Couantes ad l. 5. Tauri num. 17. Carol. de Grassis de effect. 1. n. 839. quamuis contrarium teneant Couar. pr. c. 32. n. 3. vers. hic equidem, Cassan. in consuet. Burg. rub. 1. §. 5. vers. Archid. n. 66. Guillem. in c. Rainutius. verb. uxorem nomine Adolafam decis. 2. n. 440. Soar. de Paz in praxi tom. 2. pralud. 2. n. 8. Auend. de exequend. mandat. c. 22. n. 3.

9 Obseruandum etiam est, quod quando in iure, vel aliqua constitutione reperitur imposita pœna de-gradationis, est intelligendum de leuiori, & sic de verbali degradatione, non autem de actuali, quia verbum illud simpliciter prolatum ita interpretari debemus, vt de minori pœna quam sub se etiam comprehendit veluti dispositio odiosa intelligatur iuxta reg. in penis 49. lib. 6. ita Bernard. in pract. cap. 143. num. 4. noua impres. Foler. in pract. cri-minal. num. 27. vers. quid si statum simpliciter, quem refert, & sequitur Bellet. dist. §. 10. num. 5. & Bonac. dist. puncto vnic. num. 6. vers. addo, contra Tolet. lib. 1. cap. 17. nam cum actualis degradatio sit grauissi-ma pœna, ea infligi non debet, nisi pro casibus à Iure decretis, Dec. in cap. & si clerici, de iud. Moneta d. 9. 17. num. 6.

10 Crimina quæ merentur verbalem degradationem sunt adulterium, concubinitus perseverans post monitionem, simonia notoria, stuprum, incestus, fur-tum, periurium, homicidium, etiam si paratum sit solo consilio, delictum, quo quis permittit sua culpa suum parochianum decedere sine baptismo, & præterea alia crimina maxima, & atrocia, quæ infe-runt irregularitatem, vide Emm. Sà verb. de positi. 2. & Bonac. dist. puncto vnic. num. 6. Petr. Greg. d. cap. 4. num. 4. Bertachin. in tract. de Episcop. par. 8. lib. 4. tit. de causa mater. degrad. Henric. d. cap. 55. §. 5. Moneta d. 9. 17. num. 6. [me citato in hoc loco D. Felician de Vega de adulteriis n. 27.]

11 Crimina verò, quæ merentur realem degradatio-nem sunt grauiora. Primo crimen hæresis, c. ad abo-lendam, & c. excommunicamus, il. 2. de hæret. Bonac. d. punct. vn. n. 6. Bellet. d. §. 10. n. 6. vers. secundus, Mar. Al-ter. d. dist. 2. c. 6. vers. quod si, Carol. de Grassis d. effect. 1. n. 836. Secundo crimen falsi in litteris Apost. com-missis, c. ad falsariorum, de crimine falsi, gloss. verb. post-modum, in c. cum non ab homine, de iud. Cou. var. lib. 2. c. 20. n. 7. Clar. d. q. 36. n. 34. vers. videmus etiã, Humada l. 60. à n. 1. tit. 6. p. 1. Perez l. 21. in gl. falsa noster follo, tit. 19. lib. 8. Ord. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. falsarij, pag. 162. Felin. in praxi crim. p. 6. tit. de falsi. q. 151. à n. 1. Menoch. de arbit. casu 306. à n. 6. Bobadil. in sua politic. lib. 2. c. 17. n. 95. Aldrete de religiosa disciplina tuenda lib. 2. c. 17. à n. 21. Bellet. d. §. 10. n. 6. vers. primus, Carol. de Grassis d. n. 836. Tertio, crimen conspiratio-nis contra proprium Episcopum, cap. si quis sacerda-

tium 11. q. 1. Dec. in d. cap. & si clerici, n. 243. Bellet. d. n. 6. vers. tertium, Carol. de Grassis d. n. 836. Mar. Alter. d. c. 6. vers. quod si, in fine.

12 Propter hæc tria crimina posse clericum tantum degradari, & tradi Curia seculari, & ob nulla alia quantumuis graua, asserunt Lael. Zech. in tract. de priuileg. Eccles. prinileg. 79. n. 7. Clar. d. q. 36. n. 31. Bossi. in tract. crimin. tit. de foro compet. n. 135. & 136. Scacc. d. c. 11. n. 60. & 61. Borgal. in tr. de irregul. lib. 6. tit. de sent. de positi. n. 4. Farin. d. q. 8. n. 75. Et licet aliqui teneat in prædictis casibus nullum clericum posse tradi Curia seculari, nisi sit incorrigibilis, hoc tamen non est tutum, quia Iura ex quibus probatur, quod in supradictis casibus potest clericus tradi Iudicibus secularibus, nihil profusus dicunt de incorrigibilitate, nisi quoad crimen conspirationis in personam Episcopi, in quo requiritur incorrigibilitas, vt vo-luit gloss. communiter recepta in d. cap. cum non ab homine, Soc. reg. §. 5. limit. 3. Farin. d. q. 8. n. 78. Clar. d. q. 36. n. 33. vers. infertur. Bellet. d. §. 10. n. 6. vers. tertius. Ex quibus rectè inferunt non esse tutam illorum resolu-tionem, qui asserunt quod conuictus de hæresi tunc traditur Curia seculari, quando est incorrigibilis, sed si vult se corrigere, & emendare, non poterit de-gradari, & tradi Curia seculari, sed est in monaste-rium, vel carcerem detrundendus, nisi esset relapsus in eodem crimine, quia si est relapsus, licet sit para-tus se corrigere, adhuc non est audiendus, sed om-nino tradendus Curia seculari, Socin. d. reg. §. 5. limit. 5. Bossi. d. tit. de foro compet. n. 137. Farin. d. q. 8. num. 76. Carol. de Grassis d. effect. 1. n. 837. in fine, Bellet. d. §. 10. num. 6. vers. secundus.

13 Vtrum autem propter crimen læsæ maiestatis clericus sit actualiter degradandus, Curiaque secu-lari tradendus, dubium est graue, in quo affirmati-uum partem in effectu tenent Abb. in cap. & si cle-rici in primo, n. 39. de iudic. Anchar. n. 10. & ibi Aleat. n. 22. in d. cap. cum non ab homine, Rom. conf. 36. à n. 1. & sing. 701. Albert. in c. 1. de her. lib. 5. q. 11. & 13. Mench. de success. ceteris. §. 2. n. 53. contententes propter graui-tatem criminis, etiam si in iure expressum non sit, clericum tradendum esse Curia seculari, quamuis non proponatur incorrigibilis. Contrariam tamen sententiam tenent Barbat. conf. 22. dub. 1. lib. 3. Curt. conf. 154. n. 1. Rol. conf. 4. lib. 1. Gig. de læsæ maiest. q. 63. Bossi. in pract. crim. tit. de foro comp. n. 137. & tit. de cri-mine læsæ maiest. n. 86. dicit communem Clar. in §. in q. 36. n. 27. & §. læsæ maiestatis crimen. n. 7. Bern. & Salz. in pr. c. 121. quæ sententia & communis est, & tan-quam verior attentò iure sequenda, quicquid inter voluntatem & obligationem tradendi curia secula-ri faciat differentiam Clar. d. n. 27. in fine, & cogitan-dum relinquant Cabed. Lusu. decis. 83. p. 2.

14 Vtrum etiam pro crimine assassini clericus sit actualiter degradandus ab aliquibus dubitari solet, inter quos negatiua sententia receptor est, quæ pater si expendas talem degradationem non fieri, nisi in casibus à iure expressis, vt supra dixi, è quorum numero non est crimen assassini, neque text. in c. 1. de homicid. lib. 6. hoc dicit, siquidem tantum asserit deponitionem ipso iure à lege esse impositam, quæ deponitio huiusmodi verbis, vel similibus à lege cõ-tulsa non est deponitio de qua agimus, sed potius irregularitas censetur, si autem dicatur text. illum in d. c. etiam imponere pœnam diffidationis, dicendum videtur, pœnam illam esse constitutam respectu se-cularium, quibus etiam prohibitio de qua hic, facta fuit, vt colligitur ex illis verbis ibi, cum suis bonis mundanis, iuncta reg. odia lib. 6. quæ pœna vtrum à Pontifice possit imponi, vide per Domin. Anch. &

alios in d. c. 1. Accedit quod crimen læsæ maiestatis grauius est quam crimen assassini, iuxta tex. in l. quisquis C. ad legem Iuliam maiest. & tamen pro illo re-gulariter non imponitur deponitio in ordine ad actualem degradationem, vt clericus Curia seculari tradatur, vt supra dixi: vnde de rigore iuris idem di-cendum videtur in crimine assassini prout in effe-ctu videtur sentire Guillelm. post repet. cap. Rainutius in q. de homicidio n. 3. quicquid contrarium teneant plures relati à Bernard. in pract. c. 100. n. 4. & dicit communem Clar. d. q. 36. n. 3. quorum sententia in praxi seruati testatur Clar. ubi proximè n. 30 quæ qui-dem si in praxi obseruatur, temperanda est, dummo-do circa crimen prius procedere debeat declarato-ria per Ecclesiasticum antequam à seculari iudice cle-ricus delinquens capi & puniri possit, arg. tex. in c. cum secundum, de heret. lib. 6. aduertit plures, quos re-ferit, & sequitur Bern. ubi supra lit. B. licet n. 31. aliud testetur de consuetudine seruari; iuxta quæ non videtur vera sententia illorum, qui affirmant propter crimen parricidij sicut & aliud qualificatum clericum ita esse deponendum, vt curia seculari relinquantur, de qua opinione agunt Bern. & Salz. d. loco 2. i. Borgal. d. tit. de sent. de positi. n. 16. Farin. d. q. 8. à n. 76. Bellet. d. §. 10. n. 6. vers. quartus, cum seqq. Carol. de Grassis d. ef-fectu 1. n. 838. iustè tamen videretur, prout etiam ius-tum iudicant nonnulli DD. si hodie per nonam ali-quam Constit. aliqua grauiissima crimina exprime-rentur, in quibus Clerici actualiter degradarentur, Curiaque seculari traderentur, vt saltem timore pœ-næ insolentia malorum temperaretur, prout in quodam homicidio grauiissimo virtute cuiusdam Bullæ Apost. factum dicit idem Bernard. referens tenorem eiusdem Bullæ in d. pract. c. 99. in fine, secundum no-tam impres.

15 Incorrigibilis duobus potissimum modis dici potest, vel à parte rei, vel Iuris præsumptione. Primo modo dicitur ille, qui à parte rei ita obduratus in peccato perseverat, vt nullo modo velit ad corre-ctionem perducì, D. Paul. ad Hebr. 7. Nolite obdurare corda, & 1. ad Cor. 5. iradidi hominem Satanae, &c. Exod. 7. Obdurabo cor eius, & iterum c. 9. vor Pharaonis, &c.

16 Secundo modo ex iuris præsumptione † Clericus incorrigibilis dicitur ad effectum, vt per potestatem secularem iudicetur, & comprimat, quado scilicet in graui crimine deprehensus depositus fuit, & dein-de propter contumaciam † excommunicatus, insuper illa crescente anathematis mucrone percussus, & tandem impœnitens, & obduratus in profundum malorum veniens contemnit, & tunc cum Ecclesia vterius non habeat quid faciat absque eo, quod ex-pressè exuat priuilegio clericali, aut alia subsequen-tur expressa Curia seculari traditio per secularem potestatem comprimi potest, tex. sic necessariò intel-ligendus in c. cum non ab homine, de iud. Ratio est, quæ tex. ibidem adducit, cum Ecclesia non habeat vltra quid faciat, quasi necessariò supponat seruata forma: inibi præfinita tacita inuolui, quod clericus fuerit exutus priuilegio clericali, taciteque Curia traditus seculari, aliter non verificantur prædicta verba, vt da-tis insinuant Abb. in d. c. cum non ab homine, n. 29. Bossi. sub tit. de foro comp. n. 131. communis, vt per Cou. pr. c. 32. n. 2. vers. secundo, & ex aliis ita tenere Doctores communiter affirmat Clar. §. vlt. q. 36. n. 32. plures, vt per Salzed. ad Bernar. c. 1; 9. n. 4. lit. A, aliàs c. 142. in nouiss. Menoch. de arbit. casu 415. n. vlt. qui rectè ad-uertit in d. c. cum non ab homine, si factam dari à lege de-gradationem, sicut in c. de homicid. lib. 6. Cur. pr. lib. 4. q. 7. n. 23. quamuis contradicant plures citati à Cou. Clar. & Salz. dist. locus, contententes non aliter se-cularem

cularem posse in terminis *d. c. cum non ab homine*, clericum punire, nisi prius Ecclesiasticus iudex formaliter sententiam ferat declaratoriam incorrigibilitatis, traditionisque Curiae seculari: sed manifesta fit violentia formae praefinitae *† in d. c. cum non ab homine*, qui plenè satisficit, quamvis Ecclesiasticus expressè non pronuntiet super tali incorrigibilitate, eo maxime, quia si adhuc restat talis pronuntiatio, iam Ecclesia habet ultra quid faciat, quod tamen rex ille in ratione ultimo adiecta prorsus negat, quamvis extra terminos illius tex. in quo forma illa praefinitur, libenter fateatur necessarium esse, vt secularis clericum punire valeat, quod deponatur, actualiterque degradetur, & saltem in consequentiam exatur privilegio clericali, traditioque seculari Curiae subsequatur, bonus tex. in *c. nouimus*, 27. de verbor. signif. iuncto *c. degradatio* 2. de penis lib. 6. c. ad falsarium, 6. de crimine falsi, ibi, postquam per Ecclesiasticum iudicem fuerint degradati, seculari potestati tradantur, c. ad abolendam 9. de heret. v. present. Concil. Trid. sess. 13. de reform. c. 14. ibi, deponenda, & Curia sine tradenda seculari, obseruant plures, quos referunt, & sequuntur Boss. Clar. & Salz. citatis locis, Cou. lib. 1. var. c. 20. n. 7. & d. c. 3. n. 2. vers. secundo, & vers. tertio, Menoch. d. casu 415. n. 14. quem vide in materia degradationis verbalis, & actualis circa Sacrum Concil. d. c. 14. refert plures, quos sequitur Farin. in praxi crimin. p. 1. iii. de inquisit. q. 8. à n. 71. vbi multipliciter declarat vsque ad n. 81. & alios modos proponit, quibus Clerici incorrigibiles praefuntur.

Non ordinatus celebrans, vel Sacramentalem Confessionem audiens, à Iudicibus S. Inquisitionis, vel locorum Ordinariis, tanquam Ecclesiae misericordia indignus, à foro Ecclesiastico abicitur, & ab Ordinibus Ecclesiasticis, si quos habuerit, rite degradatus, statim Curiae seculari traditur, per iudices seculares debitis poenis plectendus, prout statuit Clem. VIII. *const. sua* incip. *Et si alias*, dat. Romae. 1. Decembr. 1601. quam refert Quarant. in summ. Bull. verb. Ordo pag. 387. [& de ea meminerunt Aldrete de relig. discipl. iur. lib. 2. c. 20. n. 14. Scott. in Bull. Pontif. epist. 162. theorem. 403. Moura de incantat. & enisim. opusc. 1. sect. 3. c. 3. n. 9. Sanctar. de heresi c. 42. dub. vnic. art. n. 5. Homob. in consulti. p. 1. resp. 150 vol. 1. Soula in opusc. de sollicitam. tract. 1. c. 9. n. 1. Diana moral. resol. p. 4. tract. 7. resol. 11. vbi de laicis seu ecclesiasticis non sacerdotibus audientibus Confessiones, & resolu. 12. de his Missam celebrantibus.]

Sic etiam crimen nefandum contra naturam eadem poena degradationis, & traditionis Curiae seculari puniri voluit Pius V. cuius constit. verba refert Nauar. in man. c. 27. n. 249. & dicit intelligendum esse non de quocumque committente hoc crimen, sed exercente frequentatione actuum, vt dixi alleg. 44. n. 25. [Et quod in Regno Portugaliae, Aragoniae, Valentiae & Baetione Inquisitores habeant cognitionem nefandi criminis, dixi ead. allegat. 44. ante num. 31.]

Et de abortu animato propter quod Ecclesiastica persona potest tradi Curiae seculari, vide Quarant. verb. abortus, num. 6.

Mulieres sollicitantes in Confessione, si delicti grauita petat, possunt Curiae seculari puniendi tradi ex Constit. Gregorij X V. de qua supra allegat. 105. num. 60.

Quis autem sit numerus Episcoporum requisitus ad clericum deponendum, non abs re inuestigandum erit, & ideo dicendum in Sacerdote sex Episcopos, in Diacono tres desiderari, vt probat tex. in cap. si quis 15. q. 7. ibi, à tribus vicinis, & c. In Subdiacono ve-

ro licet per Canones antiquos numerus declaratus non sit, nihilominus tamen tres debent interuenire, eo quod licet hoc tempore Decreti Ordo Subdiaconatus non connumeretur inter Ordines maiores, postea tamen declaratum fuisse constat, vt patet ex tex. in *c. miramur* pen. de seruis non ordin. & ita in specie tradit glos. in *c. de heret. lib. 6. c. 6. in c. 2. verb. Canonibus*, de penis, illo lib. Abb. in c. 3. n. 4. de re iud. In clerico autem posito in minoribus solus vnus Episcopus sufficit, vt probat tex. in *d. c. 2. vers. quamquam*, vbi glos. d. verb. Canonibus. In Episcopo vero deponendo duodecim Episcopi requiruntur, vt dicam alleg. 112. vide Bellet. d. §. 10. num. 7. Piafec. in praxi noua Episcop. p. 2. cap. 4. n. 93. in fine. Mat. Alter. d. disp. 2. cap. 7. n. princip.

Verumtamen, quia tantum Episcoporum numerum adhiberi posse aliquando difficile est, si quando autè interuenire possent, eorum residentia intermitteretur, propterea Conc. Trid. sess. 13. de reform. c. 4. statuit, & decreuit Episcopo per se, seu illius in spiritualibus Vicario generali contra clericum in facris etià Presbyteratus Ordinibus constitutum ad illius condemnationem, necnon verbalem depositionem, & per se ipsum etiam ad actuale, atque solemnem degradationem ab ipsis ordinibus, & gradibus Ecclesiasticis in casibus, in quibus aliorum Episcoporum praesentia in numero à canonibus definitò requiritur, etiam absque illis procedere liceat, adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus vsu Mitrae, & Baculi ex privilegio Sedis Apost. habentibus, si in ciuitate, au diocesi reperiti, & commode interesse possint: alioquin aliis personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quae aetate graues, ac iuris scientia commendabiles existant, de quo vide Soar. de con. disp. 30. sect. 2. n. 19. Auilam eod. tract. p. 3. disp. 5. dub. 1. concl. 3. Valer. Reginald. in praxi fori poenit. lib. 3. tract. 2. n. 52. Seraphin. de Freitas ad d. tract. de Confessariis sollicitantibus mulieres in Confessione, Illustrissimi Domini mei, Roderici à Cunha q. 24. n. 107. Franc. Leo in thesuro fori Eccles. par. 1. cap. 4. num. 47. & 48. Sayr. de censur. lib. 5. cap. 20. num. 18. Aldrete de religiosa discipl. inenda lib. 1. cap. 3. num. 18. Piafec. in praxi Episcop. d. disp. cap. 4. num. 93. in fine. Bellet. d. §. 10. num. 7. Bonac. d. puncto vnic. n. 8.

Episcopus tamen electus, & confirmatus ante consecrationem non potest actualiter clericum degradare, quia huiusmodi degradatio videtur quidam actus Ordinis dependens ab ipsa consecratione, ita gloss. sic intelligenda verb. de, talibus, in cap. transmissam, de elect. Sed non habet locum in depositione verbali, etiam si ordinetur ad actualem degradationem, quia verbalis depositio etiam respectiua nihil aliud est, quam sententia quaedam, & ita est actus solius iurisdictionis, non Ordinis, refert Mar. Alter. d. §. 10. n. 2. disp. 2. cap. 7. vers. quarunt Doctores.

Praelati verò religiosorum non habent facultatem deponendi, vel degradandi suos subditos, nisi illis concessam sit per privilegium, vel consuetudinem Romano Pontifici toleratam. Sayr. d. §. cap. 20. num. 28. Syluest. verb. degradatio 1. Auila d. disp. 5. dub. 4. post alios Bonacin. d. §. num. 8. vbi etiam resoluuit degradationem Episcopi pertinere ad Papam.

Huiusmodi Praelati, quorum praesentia necessaria est ex dispositione Concil. Trid. d. cap. 4. debent cum proprio Episcopo adeste in cognitione, & examine causae, & in pronuntianda sententia depositionis tanquam iudices ferèdo suffragium, eo modo, quo ante Conc. Trid. requirebatur ex Gem. in cap. degradatio, n. m. 5.

nis, de poenis in 6. Archid. in summ. 3. quest. 8. Marc. Anton. Genuen. in pract. ab. Eccles. quest. 730. Soar. de censur. tom. 5. disp. 30. sect. 1. num. 20. quicquid nec asseffores, nec consultores esse, sed adhibitos ad solemnitatem, dicit Aldret. de religiosa discipl. inenda lib. 2. cap. 17. num. 15. & forte ob hanc causam Concil. Trident. vbi copia tot Abbatum in diocesi haberi non potest, & vocandae sunt aliae personae Ecclesiastica dignitate insignitae, postulat, vt iuris scientia commendabiles existant, quia debent officium iudicis exercere, & iudicare.

Vtrum autem de Iure communi, quo attento in depositione Sacerdotis sex Episcopi desiderantur, sufficit maior iudicantium pars, an verò sententia sit profertenda nemine discrepante? dubitū est ad praesentem materiam non contemnendam, in quo non requiritur iudicantium concordiam in effectu, sentit glos. verb. praesentes in cap. cum olim, de sentent. & re iudic. apertius glos. verb. Sacerdotum, vbi Bald. d. §. num. 2. in cap. 3. illo tit. dicit communem Syluest. verb. de gradatio num. 1. & 3. ex eo, quia factum à maiori parte ab omnibus fieri dicitur. nulli 13. ff. quod cuiusque vniuers. l. quod maior. 1. 9. ff. ad municip. tum quia dum tex. in cap. 1. 6. quest. 4. in deponendis Episcopis requirit vnanimum iudicantium sententiam, ita ut ad illius validitatem nemo dissentiat, iam videtur probari non requiri eadem iudicantium concordiam, quando Sacerdotes, vel alij inferiores deponendi sunt.

Contrariam tamen sententiam tenuit Abb. num. 16. Felin. num. 5. Bellam. à num. 4. Imola & alij in d. §. cap. 3. in effectu glos. verb. plures in cap. pastoralis in princip. de rescrip. Abb. num. 8. in cap. causis, de elect. sentent. Maranta de ordine iudic. part. 4. dist. 11. à num. 71. Menoch. de arbit. casu 222. num. 10. quorum sententia attento Iure nobis verior videtur; pro qua facit textus expre. silius in d. §. cap. 3. de sentent. & de re iudic. vbi Pontifex agens de depositione Sacerdotis, patet ibi, à Sacerdotali gradu, requirit aperte concordiam iudicantium sententiam, patet ibi, concors Sacerdotum sententia, quod quidem verbum, concors, impprobat iudicium nemine discrepante, vt optime probat tex. in d. c. in causis, ibi, quem illi concorditer, vel tres ex his, & c. de elect.

Obserua tamen non sic dicendum esse in aliis inferioribus, nempe Diaconis, & Subdiaconis, licet enim certus numerus iudicantium in illorum depositione requiratur, vt supra dixi, nihilominus tamen illorum de positio per maiorem iudicum partem regulanda est, patet si expendas attento iure ab omnibus iudicibus factum censeri, quod fit à maiori parte illorum, ita ut concors non requiratur opinio, nisi à lege aliqua id particulariter exprimat, ex reg. tex. in l. quod maior. ff. ad municip. Vnde cum in depositionibus clericorum inferiorum lex expressè non requirat concordem iudicum opinionem, sicut requirit in Episcopo, & Sacerdote, in quibus maius reperitur praedictum, grauiorque causa iudicatur, vtiq; videtur talem iudicantium conformitatem non desiderari, vt in specie fateatur Abb. n. 16. Fel. n. 5. Bellam. à n. 4. in d. c. 3. gl. verb. plures in cap. pastor. in princip. de rescrip. Abb. n. 8. in d. c. in causis, Menoch. vbi sup. n. 10.

Fict autem degradatio eodem modo, quo fit exauctoratio eius, qui militia deseruit armata, cui militia detrahuntur insignia, sique à militia remotus castris reicitur priuatus consortio, & privilegio militari: clericus igitur degradandus vestibus sacris indutus in manibus habens librū, vas vel aliud instrumentum, seu ornamentum, ad Ordinem suum spectans, ac si deberet in officio suo solènter ministrare, ad Episcopi, seu eius Vicarij praesentiam adduci-

tur, cui Episcopus publicè singula, siue sint vestes, calix, liber, seu quaeuis alia, quae illi iuxta morem ordinandorum clericorum in sua ordinatione ab Episcopo fuerint tradita, seu collata, singulariter auferat ab illo vestimenta, seu ornamentum, quod datū, vel traditum fuerat, ab ultimo inchoando, & descendèdo gradatim degradationem continet vsque ad primam vestem, quae datur in collatione Tonsurae, runcque radatur caput illius, seu tondeatur, ne Tonsura, seu clericatus vestigium remaneat in eodem. Porrit autem Episcopus in degradatione huiusmodi vti verbis aliquibus ad tenorem illis oppositis, quae in collatione Ordinum sunt prolatae, dicendo Presbytero haec, vel similia verba in remotione planetae, Auferimus tibi vestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali priuamus, sique in remotione reliquorum insignium similibus verbis vtens. In ablatione ultimi, qui in collatione Ordinum fuit primum infra scripto, vel alio simili modo pronuntiet, siue dicat: Auferitate Dei omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ac nostra tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni Ordine, beneficio, & privilegio Clericali; & ita constituit Bonac. VIII. in d. §. cap. 2. de pen. in 6.

Cognoscit Episcopus contra exemptos in omnibus criminibus actuale, seu solemnem degradationem requirentibus. Io. de Lignano in c. ne in agro, de statu monach. Abb. in c. cum contingat, col. 6. circa med. de foro comp. quos refert & sequitur Coch. de iuris. Ordin. in exemptos p. 2. q. 45. n. 98.

Queri opportunè potest vtrum clericus degradatus, qui famae restitui vult, debeat à Papa tantū restitutionem petere, an etiam ab Episcopo, à quo degradatus fuit in qua quæst. dicendum est talem famae restitui non posse, nisi à Papa, vt in terminis resoluuit Mar. Alter. d. disp. 2. c. 4. vers. quare restitio, quia à solo Principe homo diffamatus restitui famae debet. glos. verb. infamia, in c. ex diligenti, de sumonia, optime Sfor. de in integ. restit. p. 2. q. 92. art. 4. cum seqq. & ideo secure tenendum actualiter degradatum per solum Papam posse restitui, secus verò in verbaliter disposito, qui potest per solum Episcopum restitui, Abb. in c. ex transmissa, n. 8. de renunt. quem refert & sequitur Bell. d. §. 10. n. 9. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 221. Nau. cons. 2. de iudiciis in vtraque edit. Sayr. in floribus decis. sub eod. tit. decis. 2. Marc. Anton. Genuen. in praxi Archiep. Neap. cap. 48. num. 1. in nouiss. edit. & in pract. Eccles. quest. 721

ALLEGATIO CXI.

Episcopus ob illicitam ordinationem, vel ob prauum muneris Pastoralis usum, quando suspensionem incurrat?

SVM MARI VM.

- 1 Suspensionem non incurrunr Episcopi, nisi eorum specialis & expressa fiat mentio.
- 2 Doctores referuntur, qui in vnum reducum casus omnes, in quibus suspensionem incurrunr Episcopi.
- 3 Tonsuram si inuito homini conferat Episcopus, ipso iure sit suspensus.
- 4 Tonsuram si Episcopus infanti praesumat conferre, per annum ab eius collatione suspenditur.
- 5 Cap. vlt. de tempor. ordin. lib. 6. declaratur.
- 6 Illiterato tonsuram conferens Episcopus, ab eius collatione per annum suspenditur.

- 7 *Tonsuram si Episcopus conferre presumat homini aliena diocesis sine licentia sui Superioris, ab eius collatione per annum suspenditur.*
- 8 *Suspensionem incurrit Episcopus ordinans, etiam in propria diocesi alienum non subditum sine testimonio sui Ordinarii.*
- 9 *Pontificalia in alterius diocesi exercens Episcopus, etiam cuiusvis privilegij prae-textu suspensionem incurrit a Pontificalibus.*
- 10 *Tonsuram conferens coniugato non ingredienti Religionem, suspenditur per annum ab eius collatione.*
- 11 *Sacerdotem indignum, & minime idoneum ordinans, suspenditur a collatione Ordinis Sacerdotalis.*
- 12 *Episcopus ordinans aliquem eodem die, vel duobus continuato ieiunio ad duos Ordines sacros, suspensus est a collatione utriusque.*
- 13 *Ordinans Episcopus in aliena diocesi absque licentia expressa Ordinarii loci, aut ordinans de licentia Episcopi sibi non subditi a Pontificalibus suspenditur.*
- 14 *Episcopi titulares conferentes Ordines, aut primam Tonsuram alicui non habenti litteras dimissorias, incurrun suspensionem per annum a Pontificalibus.*
- 15 *Bigamum, vel solemnem poenitentiam peragentem scienter ordinans, suspensionem incurrit per annum a celebratione.*
- 16 *Religiosos non professos absque patrimonio promovens ad sacros Ordines, suspenditur per annum a collatione illorum Ordinum, quos huiusmodi personis contulit.*
- 17 *Monachum exemptum sine licentia proprii Abbatis ordinans, dicitur ipso iure alienus a communione aliorum Episcoporum.*
- 18 *Ordinans aliquem accepto ab eo iuramento, vel promissione de non inferendis molestiis super eius promotione per triennium a collatione Ordinum est suspensus.*
- 19 *Ordinans aliquem, vel primam Tonsuram conferens simoniace, accepta pecunia, pretio, vel premio, suspenditur a Pontificalibus, & ab ingressu Ecclesiae interdicitur.*
- 20 *Confirmans indignum aetate, scientia, & moribus ad beneficium curatum, perdit potestatem confirmandi primum successorem, & a perceptione proprii beneficii suspenditur, quousque restitutus fuerit.*
- 21 *Episcopus, qui post Concilium provinciale celebratum infra sex menses non convocat omnes Abbates, Praebytos, clericos, & universam plebem suae diocesis, eisque omnia gesta in Concilio provinciali non refert, suspensionem duorum mensium ab officio incurrit.*
- 22 *Episcopus, qui sciens Sacerdotem subditum suum pro Sacramentis administrandis aliquid praemij accipere, nisi fuerit sponte, & voluntaria oblatio, & eum negligit corrigere, suspenditur ad duos menses.*
- 23 *Episcopus, qui condonaverit poenam contentam aduersus incendiarios in cap. pessimam 23 quaest. 8. per annum ab officio Episcopali suspenditur.*
- 24 *Episcopus per annum suspenditur non seruans constit. Concilij Lugdunen. relata in cap. quamuis, de elect. in 6.*
- 25 *Patriarcha, Archiepiscopi, & Episcopi suspenduntur si domos suas licent, vel sub alio titulo concedant ad foenus usurarum exercendum alienigenis.*

- 26 *Usurarius publicus, & manifestus quando dicitur, ostenditur.*
- 27 *Cap. 1. de viris lib. 6. declaratur.*
- 28 *Meretrici domum locans non peccat mort. dummodo nec principaliter, nec minus principaliter meretricium usum in domum conductam exercendum intendat.*
- 29 *Episcopi, & Praelati Ecclesiae, qui procurant, ut Clerici capiantur a dominis temporalibus, ut beneficia renuntient, vel ut citati ad Apostol. Sedem ad ipsam ire non possint, suspenduntur a perceptione fructuum suarum Ecclesiarum ad triennium.*
- 30 *Episcopi suspenduntur per triennium ab officio, si odio, gratia, amore, vel lucro in crimine heresi contra aliquem procedere omiserint.*
- 31 *Episcopus accipiens aliquid in visitatione, in pecunia, vel victualibus, ultra id quod sibi debetur, suspenditur, ab ingressu Ecclesiae, donec duplum restituat.*
- 32 *Episcopus suspenditur a Pontificalibus, & ingressu Ecclesiae si non seruauerit ea, quae in Extrauag. 2. de elect. Ioan. XXII. statuta sunt.*
- 33 *Pontificalium nomine qua veniant, ostenditur.*
- 34 *Administrationem suarum Ecclesiarum Praelati recipientes absque litteris authenticis Sedis Apostol. sua promotionis, vel confirmationis suspenduntur ab administratione fructuum earundem Ecclesiarum.*
- 35 *Possessionem Episcopatus nullus capere potest, nec illum administrare, nisi litteris expeditis, & ostensis.*
- 36 *Alienans Episcopus bona Ecclesiarum absque licentia Summi Pont. suspenditur ab ingressu Ecclesiae.*
- 37 *Episcopi suspenduntur, qui in causis alienationis rerum Ecclesiasticarum, in detrimentum Ecclesiarum viuunt, potestate eis commissa.*
- 38 *Doctoris gradum conferens Episcopus, nisi sub certa limitatione, a collatione gradus sit suspensus.*
- 39 *Episcopus in illis casibus, in quibus beneficiorum resignationes potest recipere, si contrafecerit, a beneficiorum collatione tamdiu sit suspensus, donec remissionem a Romano Pontif. meruerit obtinere.*
- 40 *Episcopus qui iudicem casuum gratiarum, & indulgentiarum soluto certo pretio proponit, incurrit suspensionem ab ingressu Ecclesiae, & perceptione fructuum.*
- 41 *Limina Apostolorum, qui non visitauerint statutis temporibus, quas poenas incurran ostenditur.*
- 42 *Frater Ordinis Praedicatorum promotus ad Episcopatum suspenditur a Pontificalibus, si consecratur antequam resignet Ordini libros, & alia quae habet.*
- 43 *Episcopus etiam ignoranter consecratus ab aliqua censura irretito, non tolerato suspenditur ab Ordine Episcopali, seu Pontificalibus.*
- 44 *Examinans Episcopus parum diligenter electionis processum, & personam electam ad regimen animarum, suspenditur.*
- 45 *Bona immobilia Ecclesiarum sibi commissarum subiiciens Episcopus laicis, sine licentia Capituli, & Sedis Apostol. nisi modo & casibus a iure permisis suspenditur.*
- 46 *Bona Ecclesiarum & dignitatum vacantium usurpans Episcopus sine titulo suspenditur ab administratione sua Ecclesiae.*
- 47 *Monialium monasteriorum regimen habens Episcopus etiam Card. suspenditur ab ingressu Ecclesiae, pro prima vice*

- vice, pro secunda vero a diuinis si ea ingrediatur in casibus non necessariis.*
- 48 *Concubinaris Episcopus & a synodo admonitus non se emendans suspenditur.*
- 49 *Indulgentias publicans Episcopus etiam Cardin. ut illis vti possit soluto certo pretio suspenditur a perceptione fructuum.*
- 50 *Episcopus negligens procedere contra simoniacos suspenditur.*
- 51 *Doctorando non recepto prius iuramento suspenditur Episcopus.*
- 52 *Episcopus consecratus sine consilio, & praesentia Metropolitanis suspenditur.*
- 53 *Beneficia Sedis Apostol. reseruata, seu affecta Episcopi conferentes suspenduntur a diuinis & ab ingressu Ecclesiae.*
- 54 *Commentarios super Concil. Trident. Episcopus edere audens suspenditur ab ingressu Ecclesiae.*



VM Episcopi & Superiores Praelati ob praeminentiam Episcopalis dignitatis nunquam ipso iure suspensionem incurrant, ratione cuiusvis generalis constitutionis, sententiae, aut mandati, nisi eorum specialis, & expressa mentio facta fuerit, ut habetur in cap. quia periculosum, de sent. excomm. lib. 6. vbi glof. verb. constitutionis, & verb. sententia, & in cap. si compromissarius, §. huiusmodi quoque poena, de elect. eodem lib. & ibi glof. verb. de iure, & in cap. cupientes, §. caterum, in verb. suspensos, eodem tit. Nauar. in man. c. 27. num. 161. vers. quinto dico, Sayr. de censuris lib. 1. cap. 8. num. 25. Bellet. disquisit. cleric. part. 1. tit. de discipl. clericali §. 2. num. 47. Mar. Alter. de censur. tom. 1. disp. 10. lib. 3. cap. 5. vers. sed quare potest, Fr. Emman. quest. Regul. tom. 3. quest. 65. art. 3. Henric. in sum. cap. 34. §. 2. lit. V. & cap. 43. §. 5. lit. I. Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 211. num. 1. [V. golin. de officio Episcopi part. 1. cap. 2. §. 2. num. 4. me citato in hoc loco Alzed. de praecllentia Episcop. digni. part. 1. cap. 7. num. 4.] Tul. Laur. de indulgent. part. 2. cap. 23. num. 94. Rainer. in catalogo suspensionum in amoiar. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. c. 32. quest. 8. vbi etiam resoluti secus esse de sententia excommunicationis, tenetque Episcopos comprehendendi in cap. si quis suadente, 17. quest. 4. & in cap. pro humi, de homicid. in 6. fided. operapretium duxi in vnum reducere, ac in praesenti allegatione ponere suspensiones iure communi, variisque Summorum Pont. constitutionibus latas contra Episcopos ob illicitam ordinationem, & prauum Pastoralis muneris usum in dispensationibus, ordinationibus, confirmationibus, aut in actibus iurisdictionis, vel in aliis similibus ad officium Episcopi pertinentibus, ut clare pateat quibus in iuribus suspensionis censura Episcopis expressè imposita reperitur, quorum expressio non est necessaria, ut fiat sub nomine Episcopi, sed sufficit, ut ex verbis, & textura constitutionis, aut sententiae colligatur comprehendendi Episcopos, prout in cap. si quis ordinauerit, de simonia, vbi fertur suspensio contra eum, qui ordinauit aliquem sub promissione de non perendo ab ipso prouisionem, haec suspensio afficit Episcopos, quamuis illos non nominet, quoniam ordinare est actus pertinens ad officium Episcopi.

Primo fit ipso iure suspensus per annum a celebratione Missae Episcopus, si inuito homini conferat Tonsuram, cap. Episcopus, 1. dist. 74. Angel. verb. suspensio, num. 4. & verb. Ordo 1. num. 24. Syluest. eodem verb. suspensio, §. 6. vers. tertio suspenditur, Henric. in sum. lib. 13. cap. 38. §. 3. vers. primo, Bonacina de cens. disp. 3. quest. 6. punto 5. num. 23. [& de cen- Barbof. de Episcopo. Pars I I I.

sur. extra Bullam disp. 3. quest. 2. punto 2.] Mar. Alter. eod. tract. tom. 2. disp. 16. de suspensione, cap. 1. vers. quimus casus, Laur. diel. cap. 24. num. 28. Molfes. in sum. Theologia moralis tract. 2. cap. 17. num. 10. Filliuc. tract. 17. num. 140.

Secundo suspenditur etiam per annum a collatione clericalis Tonsurae dumtaxat, si illam infanti praesumat conferre, cap. vlt. de tempor. ordin. lib. 6. Bonacin. diel. punct. 5. num. 24. in fine. Rainer. diel. cap. 1. suspens. 6. Henric. diel. cap. 38. §. 2. litera O, Laur. diel. cap. 14. n. 8. Valer. Reginald. in praxi fori poenitent. lib. 3. tract. 2. num. 61. [Marcel. Vulpe in praxi fori ecclesiast. cap. 8. num. 19. Suar. de censur. disp. 3. 1. sect. 5. Filliuc. tract. 17. cap. 3. quest. 2. num. 140. Bonacina diel. quest. 2. punct. 1.] Mar. Alter. diel. cap. 1. in princip. vbi asserit, quod infantis nomine intelligitur quicumque non peruenit ad septimum annum, per glof. verb. infanti, in diel. c. vlt. Sed additur limitatio in illo tex. nisi forte Religionem intraret, scilicet infans, tunc enim, qui illi conferret primam Tonsuram, euitaret suspensionem, quae exceptio videretur repugnantiam includere, nam si infans est, qui septimum annum non attingit, qui in ea aetate est constitutus, ingredi nequit Religionem, Cui obiectioni respondet Mar. Alter. diel. loco, prioribus illis Ecclesiae temporibus vsu receptum fuisse, ut infantes a parentibus ante illam aetatem Religioni offerretur, & dicarentur, & hoc significare voluisse Summum Pontificem illis verbis, praesertim si in ea aetate habitum Religionis suscepissent, licet ante legitimam aetatem non emitterent professionem, hoc etiam intendit Henric. vbi proximè, dum praedicta verba, nisi forte infans Religionem intraret, explicata, id est, oblati sit monasterio, ut in illo educetur, & adultus seruiat. [Aduertit Bonacin. diel. disp. 3. quest. 2. punto 1. num. 7. quod ab hac censura potest summus Pont. non vero Episcopus absolueret, quia est lata per annum, & in suspensione lata ad tempus Episcopus non dispensat, nisi forte delictum sit occultum, elapso vero anno cessat absque alia abolutione.]

Tertio, a collatione Tonsurae per annum suspenditur, si illam illiterato conferat, diel. cap. vltim. ibi, seu illiterato, Sayr. de censuris lib. 4. cap. 12. num. 18. Henric. diel. cap. 38. §. 3. vers. secundo, Laur. diel. cap. 24. n. 8. Mar. Alter. diel. c. 1. vers. secundo, Rainer. diel. c. 1. susp. 6. Soar. de censur. susp. 3. 1. sect. 5. a num. 1. Memor. cleric. tit. de suspens. Episcop. num. 6. vbi dicit referuati Papae, Molfes. in sum. Theologia moralis tract. 2. cap. 17. num. 8. [Marcel. Vulpe diel. cap. 8. num. 18. Bonacin. diel. q. 2. punto 4.] Sed hanc suspensionem non esse in vsu, asserunt Emman. Sa verb. suspensio, num. 13. Bonac. diel. punto 5. num. 25. Et an illiteratus sit irregularis, & quando cum eo possit Episcopus dispensare, habes alleg. 46.

Quarto, eodem modo a collatione Tonsurae per annum suspenditur, si eam conferre praesumat alicui homini alienae diocesis sine licentia sui Superioris, diel. cap. vltim. ibi, sed nec absque sui Superioris licentia homini diocesis aliene clericalem praesumat conferre Tonsuram, citauit plures Doctores alleg. 8. num. 2. quibus adde Mar. Alter. diel. cap. 1. vers. tertio incurritur, Filliuc. tract. 17. num. 139. vers. quanto. [Marcel. Vulpe diel. cap. 8. num. 21. Bonacina diel. disp. 3. q. 2. punto 7. Sic etiam suspensionem incurrit Episcopus ordinans etiam in propria diocesi non proprium subditum, licet is accedat cum litteris dimissoriis, vel praetextu alicuius generalis, vel specialis rescripti, vel privilegij, si carcat testimonio sui Ordinarii, quo eius probitas, ac mores comendetur, ut habetur in Conc. Trid. sess. 23. de refor. c. 8. Tolet. p. 1.

cap. 48. num. 4. Soar. dist. 31. sect. 5. num. 6. Sayr. lib. 4. c. 12. num. 13. Lauer. dist. cap. 24. num. 5. Rainer. dist. cap. 1. susp. 5. Hinc etiam suspensionem incurrit Episcopi cuiusvis privilegij praxextu Pontificalia in alterius diocesi exercentes in alias personas, praxter ipsi Ordinario subiectas, Concil. Trident. sess. 6. de reformation. cap. 5. & est suspensio à Pontificalibus, & reservatur Papæ, Rainer. in catal. suspens. cap. 1. susp. 3. Memor. cleric. tit. de suspens. Episcop. n. 3. [vide supra alleg. 5. à num. 10.]

Quinto etiam suspenditur per annum à collatione primæ Tonfuræ illam conferens coniugato, nisi velit ingredi Religionem, aut ad sacros Ordines promoveri, dist. cap. ult. ibi, nec etiam coniugato, nisi votum Religionem intrare, aut ad sacros Ordines promoveri, Mar. Alter. dist. cap. 1. vers. quarto, Molfel. in sum. Theologie moralis tract. 2. cap. 17. num. 7. [Bonacin. dist. disp. 3. quest. 2. puncto 5.]

Sexto, suspenditur à collatione Ordinis Sacerdotalis, qui indignum, & minimè idoneum ordinaverit Sacerdotem. cap. si qui Episcopi, 1. quest. 1. Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 17. Soar. tom. 5. disp. 31. sect. 5. num. 2. Bonacina dist. puncto 5. num. 24. Mar. Alter. dist. cap. 1. vers. secundus casus, Lauer. dist. cap. 24. num. 26. [latè Bonacin. dist. quest. 2. puncto 3. ubi quoddam suspensio non est ipso iure lata, sed ferenda, & quod solum suspenditur à collatione Ordinis sacerdotalis. Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori eccl. cap. 8. num. 28.]

Septimo, Episcopus ordinans aliquem eodem die, vel duobus continuato ieiunio ad duos Ordines sacros, suspensus à collatione utriusque, quousque à Sede Apost. absolutionem, & dispensationem impetraverit, ut habetur in cap. litteras, prope fin. de temporib. ordin. dicitur supra alleg. 14. num. 11. adde Molfel. dist. tract. 2. cap. 17. num. 17. Filliuc. tract. 17. num. 139. vers. tertio, Rainer. dist. cap. 1. suspens. 8. Mar. Alter. dist. cap. 1. vers. tertius casus, Lauer. dist. cap. 24. num. 10. Memor. cleric. tit. de susp. Episcopor. n. 8. ubi dicit reservari tantum Papæ, vel alicui ex quatuor Patriarchis, nonnullimè Marcel. Vulpe in praxi iudic. fori eccl. cap. 8. num. 25. Bonacin. d. dist. 3. quest. 2. punct. 8.]

Octavo, Episcopus ordinans in aliena diocesi absque licentia expressa Ordinarij loci, aut ordinans de licentia Episcopi sibi non subditos, à Pontificalibus suspenditur, & reservatur Papæ, habetur in Concil. Trident. sess. 6. cap. 5. dicitur supra alleg. 6. & ibi citatis adde Memor. cleric. de suspens. cap. 1. num. 3. Rainer. dist. cap. 1. susp. 5. Molfel. dist. tract. 2. cap. 17. num. 9. Filliuc. tract. 17. num. 140. vers. sexto, nouissimè D. Hieron. Venero & Leyua in examine Episcopor. lib. 4. cap. 17. num. 20. [Marcel. Vulpe dist. cap. 8. num. 22. & 23. me citato in hoc loco Alzedo de precellent. Episcop. dignit. par. 2. cap. 5. num. 17.]

Episcopi titulares, etiam in loco nullius diocesis, seu exempto conferentes Ordines, vel primam tonsuram alicui non habenti litteras dimissorias, etiam si tales Episcopi haberent privilegium promovendi quouscumque ad se accedentes, incurrit suspensionem per annum à Pontificalibus, & reservatur Papæ, Concil. Trident. sess. 4. c. 2. dicitur alleg. 8. num. 7. adde Lauer. dist. cap. 24. num. 4. Rainer. in catalogo suspens. cap. 1. suspens. 4. & ibi citatis adde D. Hieron. Venero & Leyua dist. cap. 18. num. 11. ubi num. 12. subdit quod si aliquis Episcopus titularis sit parochus, non potest in sua parochia sine licentia Episcopi diocesani Pontificalia exercere.

Novo, Suspenditur Episcopus per annum à celebratione, qui ordinat eum quem scit solemnem penitentiam peregrisse, vel ordinat, quem scit esse bigamum, cap. nullus penitentem dist. 55. Henriq. dist. c.

38. §. 3. vers. tertio, Bonacin. dist. puncto 5. num. 22. Mar. Alter. dist. cap. 1. vers. quartus casus, Lauer. dist. cap. 24. num. 27. Filliuc. tract. 17. num. 139. vers. secundo, [Bonacin. dist. quest. 2. puncto 6. ubi ait hanc penitentiam publicam iam non esse in usu, ac propterea cessare dispositionem dist. c. nullus penitentem.] Penitentes solemniter quod sint infames, ac eum eis propter necessitatem, & utilitatem ad minores Ordines possit Episcopus dispensare, dixi supra alleg. 43. num. 6. & 7.

Decimo, Episcopus promovens ad sacros Ordines absque titulo beneficii Ecclesiastici, seu patrimonij Religiosos non professos, vel illos, qui intra claustra monasteriorum, siue domorum more Regularium in communi viventes, nunquam, seu non nisi ad certum tempus professionem emittunt, & ex claustro exire, vel dimitti ad seculum libere, & licite possunt, per annum à collatione illorum Ordinum, quos huiusmodi personis contulit, suspensus est, ex Bulla Pij V. 74. in ordine, incip. Romanus Pontifex, de anno 1568. Lauer. dist. cap. 24. num. 22. Rainer. dist. cap. 1. susp. 9. & 24. Filliuc. tract. 17. num. 142. [Marcel. Vulpe d. c. 8. n. 24. Bonacin. d. dist. 3. quest. 2. puncto 9. & 10.] à qua exceptit Gregor. XII. anno 1582. per aliam Bullam clericos, & Religiosos Societatis Iesu, non emissa professione, & declaravit non comprehendit sub Bulla Pij V. si ordinarentur ad titulum sufficientis litteraturæ, refert Mar. Alter. dist. cap. 1. vers. sextus casus. Sayr. dist. cap. 12. num. 21. Memor. clericorum dist. tit. de suspensione Episcopor. num. 22. ubi dicit quod desinit hæc suspensio finito anno absque alia absolutione. Et de suspensione, quam incurrit huiusmodi Religiosi facientes se ordinari, egi supra alleg. 20. num. 33.

Undecimo, Episcopus ordinans Monachum exemptum sine licentia proprii Abbatis, dicitur ipso iure alienus à communione aliorum, nempe Episcopor. & ut contentus sit communione suæ diocesis, quod videtur ad suspensionem quandam pertinere, cap. ult. §. 8. dist. in ill. Henriq. dist. cap. 38. §. 1. vers. secundo, Bonacina dist. punct. 5. num. 22. in fine, Mar. Alter. dist. cap. 1. vers. octavus, Lauer. dist. cap. 24. num. 29. Filliuc. tract. 17. num. 144.

Duodecimo, Episcopus ordinans aliquem accepto ab eo iuramento, vel promissione de non inferendis molestiis super eius possessione, per triennium à collatione Ordinum est suspensus, c. si quis ordinaverit, de simonia, Navar. in man. cap. 17. num. 58. vers. decima quinta, Lauer. d. cap. 24. num. 11. Filliuc. tract. 17. num. 143. Mar. Alter. d. cap. 1. vers. septimus casus, Rainer. dist. cap. 1. susp. 11. Sed Sixtus V. in Bulla, quæ incip. Sanctum & salutare, & hunc, & quemcumque alium ordinatæ, vel etiam solam primam Tonsuram conferentem simoniacè accepta pecunia, pretio, vel præmio, suspendit etiam à Pontificalibus, & ab ingressu Ecclesiæ interdicit, & in hoc hanc Sixti V. Bullam non fuisse à Clement. VIII. reuocaram resolunt Sayr. dist. cap. 12. num. 32. in fine, Memor. cleric. tit. de susp. Episcopor. num. 9. ubi dicit talem suspensionem reservari soli Papæ. [Bonacin. dist. quest. 2. puncto 11.]

Decimotertio, Episcopus confirmans indignum ætate, scientia, & moribus ad beneficium Curatum, perdit potestatem confirmandi primum successore, & à perceptione proprij benef. suspenditur, quousque restitutus fuerit, ut habetur in cap. nihil. 44. de elect. Concil. Trident. sess. 7. cap. 3. lib. 32. tract. 2. num. 62. in fine, Viuian. in praxi iurispatron. par. 2. lib. 12. cap. 11. num. 7. Mar. Alter. dist. disp. 16. cap. 2. vers. primo loco, Lauer. dist. cap. 24. num. 30. Sayr. dist. lib. 4. cap. 12. num.

n. 34. Mem. cler. tit. de susp. Episcopor. num. 10. [Bonacin. d. dist. 3. q. 4. puncto 4.]

Decimoquarto, Archiepiscopus, qui post Conciliū Provinciale celebratum infra sex menses non convocat omnes Abbates, Presbyteros, clericos, & universam plebem suæ diocesis, eiusque omnia gesta in Concilio Provinciali non refert, bimestrem excommunicationem, idest, suspensionem duorum mensium ab officio incurrit, ita habetur in c. vlt. in fin. 18. dist. & cap. vnic. 10. quest. 3. sic exponunt Sylvest. verb. suspensio, §. 6. vers. primo enim, Henriq. dist. cap. 38. §. 3. vers. quarto si Episcopus, Bonac. dist. puncto 5. num. 28. Mar. dist. cap. 2. vers. secundo, Filliuc. tract. 17. num. 145. ubi tamen cum Soar. sect. 6. num. 7. asserit non esse in usu etiam in Hispania, ubi Canonici illi fuerunt statutis Toletano Concilio. [Bonacin. d. dist. 3. quest. 5. part. 6.]

Decimoquinto, Episcopus qui sciens Sacerdotem subditum suum pro Sacramentis administrandis alicui præxim accipere, nisi fuerit sponte, & voluntariè oblatio, & eum negligit corrigere, suspenditur ad duos menses, cap. quousque, 1. quest. 1. ubi glof. verb. excommunicationis, nomine excommunicationis suspensionem interpretatur, ita Mar. Alter. dist. disp. 16. cap. 3. vers. decimaquarta, ubi etiam dicit probabile esse vt nomine excommunicationis intelligatur separatio à Sacramentorum perceptione, vt in c. Janua. 86. dist. ibi, Eos vero, quorum consilio hæc egisti in duobus mensibus excommunicatos esse decernimus, & ita explicat ibi Turrel. num. 6. [Vide Bonac. dist. disp. 3. quest. 5. puncto 11.]

Decimosexto, Episcopus, qui condonaverit penam contentam aduersus incendiarios in cap. pessimam, 23. quest. 8. vltra obligationem restituendi damnum de incendio illarum per annum ab officio Episcopali suspenditur, ita habetur in dist. cap. pessimam, ibi, si quis autem Archiepiscopus, vel Episcopus hoc relaxaverit, scilicet penam ibi statutam contra incendiarios, damnum restituat, & per annum ab officio Episcopali abstineat, Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 44. Memor. cleric. tit. de suspens. Episcopor. num. 19. Lauer. dist. cap. 24. num. 19. Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 44. Rainer. dist. cap. 1. susp. 22. Filliuc. tract. 17. num. 159. vers. secunda. [Bonac. dist. 3. quest. 5. puncto 9.]

Decimosextimo, Episcopus per annum suspenditur, vt habetur in cap. prouida, de elect. lib. 6. non seruans constitut. Conc. Lugdun. quæ refertur in c. quamuis, eod. tit. & lib. qua prohibetur ne Episcopi, vel Archiepiscopi in causis spectantibus ad electionem Episcopor. postquam à Sede Apost. appellatum est, se intromittant, etiam si partes ab appellatione voluntariè recedant, nisi constiterit eis post adhibitam diligentiam nullam fraudem, vel prauitatem in tali negotio intercessisse, ponitur à Memor. cleric. tit. de susp. Episcop. num. 7. Lauer. dist. cap. 24. num. 9. Rainer. dist. cap. 1. susp. 7. Bonacin. d. quest. 3. part. 6. Filliuc. tract. 17. num. 146. Mar. Alter. dist. disp. 16. cap. 2. vers. tertio, & in vers. secundo, asserit quod licet in dist. cap. prouida, nunquam exprimentur Episcopi, sed inferiores iudices, negari tamen minime potest nomine Superiorum iudicum ibi significare velle Episcopos, vel eorum Superiores, scilicet Archiepiscopos, & Patriarchas, quoniam de facultate cognoscendi an interuenit prauitas simoniaca, si quis renuntiauerit appellationi interiectæ ad Sedem Apost. in causa electionis ad Episcopatum quæ inter maiores annumeratur in dist. cap. quamuis, igitur cognitio ordinaria de illis non potest, nisi ad Episcopos pertinere, qui dicitur in inferiores in diocesi comparatione Summi Pontif. Et probabile est ad hanc suspensionem

incurrendam confirmationem & consecrationem copulatiuè requiri. Soar. disput. 31. sect. 5. num. 8. in fine.

Decimooctavo, Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi suspenduntur, si domos suas locent, vel sub alio titulo concedant ad fœnus vsurarum exercendum hominibus alienigenis, & aliis non oriundis ex terris ipsorum, aut illicitam negotiationem exercentibus, vel si etiam in terris suis eos habitare permittant, ita habetur in cap. 1. de vsuris in 6. refertur Henriq. dist. cap. 38. §. 3. vers. quinto. Bonacin. dist. punct. 5. num. 30. Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 48. Soar. disp. 31. sect. 5. num. 13. Lauer. dist. cap. 24. num. 7. Rainer. dist. cap. 1. susp. 17. Filliuc. tract. 17. num. 152. Memor. cleric. tit. de suspens. Episcop. num. 15. Mar. Alter. dist. disp. 16. cap. 2. vers. sexto. Et procedit quoties alicui alienigenæ locatur domus, nisi sit publicus & manifestus vsurarius, vt insinuat clarè dist. cap. 1. in illis verbis, publicè fœnerarorum pecuniam exercentem, & t quando dicitur publicus, & manifestus vsurarius, agit glof. ibi verb. manifestus, & latè tractarunt Clar. §. vsura, num. 15. Couar. lib. 3. variar. cap. 3. num. 4. Menoch. de arbitr. casu 235. Mascard. de probat. concl. 1418. Spin. in speculo testam. glof. 2. princip. num. 18. Sed scrupulum mouet rex. in dist. cap. 1. dum videtur permittere locationem vsurariis indigenis ibi, non oriundis, ad finem exercendi fœnebræm pecuniam. Cui vellens occurrere Navar. in manual. cap. 17. num. 196. vers. quarto, in fine, ait licere id in foro exteriori, non interiori. Verius tamen est id etiam licitum esse in foro interiori, quia in casu dist. cap. 1. agebatur de locatione facta vsurariis indigenis, non quidem eo sine fœnerandi, quod attinet ad intentionem locantis (quamuis talis finis deur ex parte vsurariorum, ad quos referuntur verba text. ibi, ad has domos, &c.) sed solum ex fine, & causa iusta percipiendi utilitatem moralem ex ipsa locatione. Ita docet Rebello de obligation. iust. part. 2. lib. 14. quest. 17. num. 8. & ex Valent. & Azor. idem resoluunt Sanch. in præcepta Decalogi lib. 1. cap. 7. num. 20. Sic etiam t meretrici domum locans non peccat mortaliter, dummodo nec principaliter, nec minus principaliter meretricium vsuum in domum conductam exercendum intendat, vt resoluunt Rebel. & Sanch. dist. locis, Azor. instit. moral. part. 2. lib. 12. cap. 18. præf. 3. Molina de instit. disp. 500. vers. tertio, Lessi. eodem tract. tom. 1. lib. 2. c. 14. dub. 8. Fr. Emman. in sum. part. 1. cap. 203. conclus. 1. Beia respons. casuum conscient. part. 1. casu 27. Pet. Ledesma in summa par. 2. tract. 27. c. 9. concl. 6. dub. 3. vers. digo lo segundo, Benedic. Agid. tract. de priuilegijs benef. art. 9. num. 4. in medio, plures alios ex antiquioribus refert Cened. in Decretal. collect. 140. num. 5.

Decimonono, Episcopi, & Prælati Ecclesiæ, qui procurant, vt clerici capiantur à dominis temporalibus, aut beneficia renuntient, vel vt citati ad Apostolicam Sedem ab homine, vel à iure ad ipsam ire non possint, suspenduntur à perceptione fructuum suarum Ecclesiarum ad triennium, ita habetur in Clem. 2. de penis, ubi Cardin. num. 16. quasdam condiciones recenset, quas dicit necessariò esse attendendas, vt censuræ prædictæ Clemet. incurrantur. Prima conditio est, vt personæ captæ sint Ecclesiasticæ, non laicales, ex text. ibi, viros sæpè Ecclesiasticos capere, & notat ibi glof. quia hoc grauamen inferitur personis Ecclesiasticis, vt cogantur renuntiare beneficiis, quæ possident; laici vero non sunt capaces beneficiorum Secunda, vt capiantur ob causam aliquam ex tribus expressis in text. idest, vt clericus resignet beneficium, vel ne citatus ad Sedem Apostolicam accedere valeat; vel tandem si citatus ad Sedem

dem

dem Apostolicam, procuret, vt ipsemet capiat, ne possit venire. *Tertio*, vt re vera sequatur captura, & clericus compellatur resignare, & patet ex illis verbis, sane resignationes beneficiorum modo suspensio factas, argum. l. 1. §. *hac verba*, ff. *quod quisque iuris*, & cap. *relatum*, de clericis non resident. Si enim capiatur clericus ad hunc finem, vt compellatur resignare beneficium, & illud cum effectu non resignauit, non incurritur suspensio, vel si captus fuit vt non valeret ad curiam Rom. citatus debito tempore comparere, & tamen adhuc comparuit: vel si non accessit, manifeste probari possit detentionem non fuisse causam non eundem, quia simiter in hoc casu non erit locus suspensioni. *Quarta* conditio, vt quis procuret capi, secus enim est si per seipsum capit clericum, quia magis videtur delinquere procurantes, quam facientes, argum. l. *athletas*, §. *Pomponius* ff. *de his, qui not. infam.* *Quinta*, vt tales procurantes sint Ecclesiastice personae, refert Mar. Alter. *dict. disp. 16. cap. 3. vers. octaua*, Lauor. *dict. cap. 24. num. 17.* Suar. *dict. sect. 5. num. 17.* Rainer. *dict. cap. 1. susp. 19.* [Bonacina *dict. disp. 3. quest. 4. puncto 12.*]

30 *Vigesimo*, Episcopi, & eorum Superiores suspenduntur per triennium ab officio, si odij, gratiae, vel amoris, lucri, aut commodi temporalis obtentu contra iustitiam, & conscientiam suam omiserint contra quemcumque procedere, vbi fuerit procedendum super huiusmodi prauitate, scilicet haereticis, aut obtentu eodem prauitatem ipsam vel impedimentum officij sui, scilicet Inquisitionis, alicui imponendo, praeter alias poenas, &c. Episcopus suspensionis ab officio per triennium, alij vero excommunicacionis censuras eo ipso incurrant, ita habetur in *Clem. 1. §. verum*, de haer. vbi glof. *verb. alij*, inquit, scilicet Inquisitores, vel substituti ab eis, vel ab Episcopis, vel Capitulis vacante Sede, refert Mar. Alter. *dict. disp. 16. cap. 2. vers. sexto*, Nauar. *cap. 27. num. 100.* Suar. *dict. sect. 5. num. 16.* Sayr. *dict. lib. 4. cap. 13. n. 50.* Rainer. *dict. cap. 1. susp. 18.* Lauor. *dict. cap. 24. num. 16.* Filliuc. *tract. 17. num. 153.* [Bonacina *dict. disp. 3. quest. 4. puncto 10.*]

31 *Vigesimo primo*, Episcopus accipiens aliquid in visitatione in pecunia, vel victualibus, ultra id, quod sibi debetur, suspenditur ab ingressu Ecclesiae, donec duplum restituat, non obstante quavis remissione: ita habetur in *cap. exigit*, de censibus *lib. 6.* vbi glof. *verb. interdictum*, asserit, quod si illo durante moriatur, non sepelietur in caemeterio, & si iterum celebret in Ecclesia in suo officio, sicut prius, irregularis efficitur, Bonacina. *d. punct. 5. num. 29.* Rainer. *dict. cap. 1. susp. 29.*

32 *Vigesimo secundo*, Episcopus suspenditur a Pontificalibus, & ingressu Ecclesiae, si non seruatur ea, quae in *Extrauag. 2. de elect. Ioan. X XI.* statuta sunt, quoad perceptionem fructuum Episcopatus primi, & secundi anni, de quo etiam in *Extrauag. suscepti regiminis*, inter *comm. ne sede vacante*, referunt Mar. Alter. *dict. disp. 16. cap. 3. vers. decima*, Lauor. *dict. cap. 24. num. 21.* Memor. cleric. *tit. de susp. Episcoporum*, num. 21. Soar. *disp. 21. sect. 5. num. 21.* [Bonacina *dict. disp. 3. quest. 4. puncto 11.* facta tamen integra restitutione cessat absque alia absolutione, sicut aliae similes suspensiones, & etiam illae, quae ad certum feruntur tempus, Nauar. in *man. cap. 27. num. 161.* in *fine*, Auila de *cons. part. 3. disp. 6. dub. 1. concl. 1.* Quenam Pontificalium nomine veniant, dixi *alleg. 6. num. 5. cum sequentib.* & ibi dictis adde resoluta per eundem Mar. Alter. *dict. cap. 3. vers. queret aliquis*, vbi paulo infra dicit, quod per suspensionem ab ingressu Ecclesiae

prohibetur Episcopus ab iis, quae referuntur in *cap. is cui*, de *sentent. excomm. lib. 6.* id est, ne in Ecclesia possit celebrare diuina, & si interdictio durante decedat, non potest in Ecclesia, aut Caemeterio Ecclesiastico, nisi poenitentiam egerit, sepeliri, item si diuina in Ecclesia celebrat, contrahit irregularitatem, glof. *verb. ingressu*, in *cap. quia Pontificali*, de officio *deleg.*

34 *Vigesimo tertio*, Episcopi, Abbates, vel Praelati Religionum, qui ab Apostolica Sede confirmationem recipiunt, aut ab ea promouentur, si absque litteris authenticis eiusdem Sedis administrationem suarum Ecclesiarum recipiant, suspenduntur ab administratione fructuum earundem Ecclesiarum, Capitula vero, Conuentus Ecclesiarum, & Monasteriorum, & alij quicumque ipsos absque huiusmodi Sedis litteris recipientes, vel obediens eisdem, tandiu a beneficiorum suorum perceptione suspenduntur, donec super hoc eiusdem Sedis gratiam meruerint obtinere, Rufus Episcopi, Praelati, Abbates, & alij monasteriorum regimina exercentes praedicti solito fidelitatis, & obedientiae iuramento non praestito, vel illi Pontifices, quos apud praedictam Sedem pallium contingit recipere, absque litteris traditionis pallij, nequaquam ab ea discedere possunt. Discedentes vero quousque huiusmodi iuramenta praestiterint, & litteras obtinuerint, nihil de ipsarum Ecclesiarum, & monasteriorum prouentibus percipere debent, & quidquid interim per eos actum fuerit, nullius erit roboris, ita habetur in *Extrauag. inuicta*, de *elect. inter comm. referunt Lauor. dict. cap. 24. num. 18.* Mar. Alter. *dict. disp. 16. cap. 3. vers. undecima*, Soar. *d. sect. 5. num. 25.* Rainer. *dict. cap. 1. susp. 20.* Filliuc. *tract. 17. num. 157.* Azor. *instit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 1. quest. 2.* [Bonacina *dict. disp. 3. quest. 4. puncto 10.*] Ex quo text. colligunt Doctores, quod si Episcopus prouisus non potest capere possessionem Episcopatus, nec administrare, nisi litteris expeditis, & ostentis, ita Azor. *dict. part. 2. lib. 3. cap. 29. quest. 9. vers. ceterum*, D. Barbosa in *l. duortio*, in *prim. part. 2. num. 50. ff. soluto matrim. Flamin. de resign. lib. 8. quest. 5. num. 33.* qui lib. 7. *quest. 2. num. 20.* asserit text. hunc non habere locum in Commendatatio ad tempus. [Iul. Lauor. *var. lucub. tit. 4. cap. 25. num. 10.* me citato in hoc loco nouissimè Diana *moral. res. sol. part. 5. tract. 2. de potest. & priuileg. S. R. E. Cardinal. res. sol. 47. l. otter. de re benef. lib. 1. quest. 27. num. 30.* vbi resoluit non solum requiri litteras esse expeditas, sed etiam realiter ostensas Capitulo Cathedralis Ecclesiae, quod videtur probare d. *Extrauag.* dum decidit ostendendas litteras Collegio antequam Praelatus administraret, vel recipiatur, & n. 32. subdit quod emanant dicta *Extrauag.* ad tollendos abusus aliquorum Praelatorum, qui volebant sibi credi super prouisionibus, sine litteris, & sua auctoritate, malo more conuenticabant Collegia ad se recipiendum, quo etiam fit verum id de sancta Romana Ecclesia Cardinalibus non nisi remere possimus suspicari, receptum quoque sit ad illos dictam *Extrauag.* non extendi, cum finalis ratio illius non videatur Cardinalibus vlllo modo conuenire, vt punctualiter tenent Seraphin. *decis. 1144. num. 2. vers. aliae verò rationes*, & *decis. 1148. n. 1.* Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. glof. 24. n. 7.* Lotter. *d. q. 27. n. 32.*]

36 *Vigesimo quarto*, Episcopus alienans bona Ecclesiarum, monasteriorum, vel locorum piorum absque licentia Summi Pontificis, suspenditur ab ingressu Ecclesiae, quae suspensio etiam extenditur ad Abbates, Alij vero inferiores ligantur excommunicatione, ita habetur in *Extrauag. ambitiosa*, de rebus Ecclesiae non alienata

alienan. inter *comm.* referunt Bonac. *dict. puncto 5. num. 33.* & ad longum Filliuc. *tract. 17. num. 150.* Mar. Alter. *dict. disp. 16. cap. 2. vers. alia suspensio*, Rainer. *d. c. 1. susp. 28.* Memor. cleric. *tit. de susp. Episc. num. 25.* [Bonacina *dict. disp. 3. quest. 4. part. 17.* Lauor. *d. c. 24. n. 25.* de qua *Extrauag.* multa dixi supra *alleg. 105.*

37 *Vigesimo quinto*, Episcopi suspenduntur, qui in causis alienationis rerum Ecclesiasticarum in detrimentum Ecclesiarum vtuntur potestate eis commissa, ita habetur in *constitutio. 2. Pauli Secundi*, incip. *Cum in omnibus*, vbi Episcopus deputatus commissarius in causa alienationis rerum Ecclesiasticarum, si per gratiam timorem, aut sordes in detrimentum Ecclesiae vtatur potestate sibi commissa, ab exequutione officij per annum suspenditur, quod si damnabiliter se ingerat diuini, suspensione durante, irregularitatem incurrit, quam solus Papa potest auferre, referunt [Bonacina *dict. disp. 3. quest. 2. n. 18.*] Rainer. *d. c. 15. susp. 15.* Soar. *de cens. disp. 22. sect. 6. num. 3.* & *disp. 31. sect. 5. num. 12.* Lauor. *d. c. 24. num. 15.* Memor. cleric. *tit. de suspensione Episcoporum*, num. 13. vbi dicit esse suspensionem per annum ab executione officij, & seruari Papae, Mar. Alter. *dict. disp. 16. c. 2. vers. quarto*, vbi dicit, quod ad incurrendam huiusmodi suspensionem duae debent concurrere conditiones. *Prima*, vt decretum, seu sententia, aut consensus sit in detrimentum Ecclesiae. *Secunda*, vt Episcopus ad id moueatur per gratiam, timorem, vel sordes.

38 *Vigesimo sexto*, Episcopus, qui in dando gradum doctoratus non seruat *Clem. 2. de magistr.* in qua omnia iuramenta & professio Fidei, & omnes solemnitates quae seruantur in tali actu ponuntur, suspenditur per sex menses ab auctoritate, & potestate dandi gradus tanquam negligens in suo officio, vt habetur in *dict. Clem. 2. Henric. d. c. 38. §. 3. vers. sexto*, D. Hier. Venero & Leyua in *examine Episcoporum*, lib. 4. c. 18. n. 17.]

39 *Vigesimo septimo*, Episcopi, & alij ab eis facultatem habentes, vt resignationes eorum beneficiorum recipere, & admittere possint, qui aut senio confecti, aut corpore impediti, aut censuris Ecclesiasticis irriti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiae, vel beneficio inseruire, &c. si contrafecerint, vt in eo in quo deliquerunt, puniantur, a beneficiorum, & officiorum collatione, &c. tandiu suspensi remanent, donec remissionem a Romano Pontifice meruerint obtinere: quod si nihilominus sic suspensi conferre, eligere, praesentare, confirmare, vel instituerè voluerint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant, cuius absolutio, vel relaxatio referatur Romano Pontifici, praeterquam in mortis articulo, ita habetur in *Constit. Pij V. in ordino*, §. 8. quae incip. *Quanta Ecclesia*, edita *Kal. Aprilis 1588.* Pontificis sui anno *tertio*, ponitur a Mar. Alter. *d. disp. 16. cap. 2. vers. quinto*, & a Sayr. *lib. 4. cap. 12. num. 55.* Lauor. *d. c. 24. num. 6.* Rainer. *dict. cap. 1. susp. 16.* Filliuc. *tract. 17. n. 151.* Memor. cleric. *tit. de susp. Episcoporum*, n. 14. vbi addit, si collator sit immediate subiectus Papae, suspensionem ei seruari. [Bonacina *dict. disp. 3. quest. 4. puncto 2.*]

40 *Vigesimo octauo*, Episcopus, qui iudicem casuum gratiarum, & indulgentiarum soluto certo pretio proponit, incurrit suspensionem ab ingressu Ecclesiae, & perceptionem fructuum. Ita habetur in *Constit. 99. Pij V.* incip. *Quam plenam*, referunt Bonacina *dict. puncto 5. num. 1.* Sayr. *dict. cap. 12. n. 52.* Memor. cleric. *d. tit. de susp. Episcoporum*, n. 23. vbi dicit soli Papae seruari, Filliuc. *tract. 17. n. 159. vers. quinta*, vbi ait esse suspensionem, vel potius interdictum ab ingressu Ecclesiae, & perceptione fructuum suarum Ecclesiarum, donec a Papa absoluantur.

Vigesimonono, Patriarchae omnes, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi per vniuersum Orbem constituti, etiam si Cardinalatus honore praefulgeant, incurrit suspensionem ab ingressu Ecclesiae, perceptione fructuum, & administratione spiritualium, & temporalium, si statutis quibusque temporibus personaliter ac per seipsos Beatissima Apostolorum Petri & Pauli limina non visitent, vel si impediti legitime per certum nuntium ad id speciale mandatum habentem de gremio suorum Capitulorum, aut alium in dignitate Ecclesiastica constitutum, seu alias personatum habentem, aut sit huiusmodi hominem Ecclesiastica dignitate, & personatu praeditum non habeant, per dioecesanum Sacerdotem, et si Clero careant omnino, per aliquem alium Presbyterum secularem, aut Regularem spectatae probitatis, & religionis, bene de omnibus instructum, hoc ipsum adimpleant: ita habetur in *Constitutione Sixti Quinti de visitandis liminibus Apostolorum*, edita *15. Kal. Ianuarij 1585.* [cuius meminerunt Marcel. Vulpe in *praxi iudiciali fori eccles. cap. 9. per tot.*] Lauor. *dict. cap. 24. num. 24.* Rainer. *dict. cap. 1. susp. 27.* vbi tempus, quo hoc visitationis debitum officium fieri debet assignatur maius, & minus pro diuersitate longioris, & breuioris distantiae ab Vrbe, & recensentur distincte omnes Prouinciae, in quibus Catholica Fides viget in qualibet mundi parte, scilicet Europa, Africa, & Asia, & quoto anno Episcopus ex qualibet dictarum Prouinciarum ad limina Apostolorum visitanda accedere debeat. Quare viciniore tertio quoquo anno; alij vero pro maiori, vel minori distantia quarto, quinto, vel decimo anno iter suscipere, & Deo concedente, perficere debent. Et successiue eisdem temporibus transfactis repetere tenentur, referunt Sayr. *de censur. lib. 4. cap. 12. num. 33.* Bonacina *dict. punct. 5. num. 32.* Mar. Alter. *dicta disp. 16. cap. 3. vers. noua*, Memor. cleric. *tit. de suspens. Episcoporum*, num. 24. Anast. Germon. *de indulg. Cardin. in fine*, D. Hieron. Venero, & Leyua in *examine Episcoporum*, lib. 4. cap. 18. num. 28. & me citato in hoc loco Homobon. *de examine Ecclesiast. tract. 11. cap. 9. quest. 21. praedicta*. [& Alzed. *dict. part. 1. c. 4. num. 20.* Bonac. *dict. disp. 3. quest. 4. punct. 7.*] Vgolin. *de potest. Episcop. part. 1. cap. 3. num. 8.* Nald. *verb. Episcopus*, num. 35. Filliuc. *tract. 17. num. 159. vers. sexta*. [Vulpe in *praxi fori ecclesiast. cap. 9.* Nouar. in *summa Bullarum eius de Apostolorum liminibus*, alt. Nouar. *Frater in lucerna Regular. verb. limina*, Adueniente vero tempore dictae facturarum liminum visitationis faciendae, qui ad id praeficiendum tenetur, debet personaliter ad urbem accedere, & sui Pastoris officij rationem reddere, ac totius eius Ecclesiae status relationem. facere: sed si fuerit legitime impeditus, vt si fuerit infirmitate detentus, debet per certum nuntium, seu procuratorem de gremio sui Capituli ad id speciale mandatum habentem cum documento legitimi impedimenti hoc ipsum adimplere, Marcel. Vulpe *dict. cap. 9. n. 4.* Limina igitur Apostolorum per Presbyterum existentem de Capitulo Cathedralis visitari debent, cum enim Elboren. Archiepiscopus petiisset admitti ad visitanda limina eius nomine Presbyterum dioecesanum non existentem de Capitulo Cathedralis, neque in dignitate ecclesiastica constitutum, & iam ad Urbem transfessum. Sacra Cong. *die 4. Decembris 1627.* pro hac vice fecit gratiam, sed censuit scribendum esse Collectori Portugaliae, qui omnes Episcopos imposterum admoneat. Non concedit Sacra Cong. Concilij vt limina Apostolorum visitentur per manentem in Curia, vt ipsamet declarauit in *Foglinen. 11. Iulij 1626.* Nec admittit Regularem Episcopi

Episcopi familiarem & commensalem, etiam si alium non inuenisse diceret, & iste iam esset in Vrbe, eadem Cong. in V. sen. 13. Nouemb. 1627.

Deben etiam Episcopi predictum certum nuntium, seu procuratorem cum relatione status Ecclesie ad Sacram Concilij Tridentini Congregationem transmittere, quae solet in infra scripta, vel simili forma rescribere predicto Episcopo. Relationem quam N. de gremio istius Capituli existens Amplitudinis tuae nomine exhibuit Sacra Congregat. Cardinalium Concilij Trid. Interpretum, iuxta fel. record. Sixti V. constitutionem de Beatorum Apostolorum liminibus visitandis. Eminentiissimi Patres benigne exceperunt, cognoueruntque ex ea quanta animi cura, ac diligentia Amplitudo tua commissio sibi gregi inuigilet, & Pastoralia munia expleat. Quapropter ipsam tantum monitam esse voluerunt Synodum, qua nihil ad aegras Ecclesiae partes reficiendas aptius, vitiaque radicatus extripanda accommodatius quolibet anno celebrare, istaque dioecesium visitare non praetermittat, simulque iurisdictionem ecclesiasticam acerrime semper, & ubique tueatur, & Deus Amplitudini tuae in vinea sibi credita defudanti suae gratiae dona impartiat. Romae die, &c.]

42 Trigesimo, Frater Ordinis Praedicatorum promotus ad Episcopatum suspenditur a Pontificalibus, si consecratur antequam resignet Ordinis libros, & alia, quae habet tempore promotionis ad Episcopatum, vel alias Praelaturas, ex constit. Clem. I. V. S. Anton. p. 3. tit. 27. de susp. c. 4. n. 20. Fr. Emman. quae. reg. tom. 2. q. 5. 8. art. 6. Laur. d. p. 2. c. 24. n. 2. Rainer. in cataloga suspens. c. 1. susp. 2.

43 Trigesimoprimum, Episcopus etiam ignoranter consecratus ab aliqua censura irretito non tolerato suspenditur ab Ordine Episcopali, seu Pontificalibus in e. gratia 1. q. 1. c. 1. & 2. de schism. Soar. de cens. disp. 3. 1. sect. 1. n. 65. Laur. d. p. 2. c. 24. n. 1. Agid. de Coninch disp. 15. dub. 5. de susp. n. 31. Rainer. in catal. susp. c. 1. susp. 1.

44 Trigesimosecundo, Suspenditur Episcopus non diligenter examiniatus quando quis electus fuerit ad regimen animarum, & electionis processum, & personam electam, in cap. nihil, de elect. Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 35. Laur. d. p. 2. c. 24. n. 12. Rainer. d. cap. 1. susp. 10.

45 Trigesimotertio, Suspenditur Episcopus subiciens laicis bona immobilia Ecclesiarum sibi commissarum sine licentia Capituli, & Sedis Apostol. nisi modo & casibus a iure permissis in cap. hac consultiissima, de reb. Eccl. non alien. Rainer. d. p. 1. susp. 13. Soar. disp. 3. 1. sect. 5. num. 9. Laur. d. cap. 24. num. 13. Filliuc. tract. 17. num. 174. [Bonacin. d. p. 3. quae. 4. puncto 16.]

46 Trigesimoquarto, Suspenditur Episcopus ab administratione sua Ecclesiae in temporalibus, & spiritualibus, usurpans sine titulo bona dignitatum, Ecclesiarum vacantium, & ad ipsarum curam pertinentium. cap. exigi, de censibus lib. 6. Soar. disp. 3. 1. sect. 5. n. 11. Sayr. lib. 4. c. 11. n. 37. Reiner. d. c. 1. susp. 12. Filliuc. d. tract. 17. n. 148.

47 Trigesimoquinto, Suspenditur ab ingressu Ecclesiae pro prima vice, pro secunda vero a diuinis Episcopus etiam Cardinalis, qui cura & regimen monasteriorum Montialium habens ea ingreditur in casibus non necessariis in Const. Greg. XIII. incip. Dubius, Reiner. d. c. 1. susp. 30. Filliuc. r. 17. n. 159. vers. septima.

48 Trigesimosexto, Suspenditur Episcopus sine limitatione temporis, si est concubinarium, & a Synodo admonitus non se emendauerit, in Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 4. Ita Auiles de censur. p. 3. disp. 2. concl. 2.

Soar. disp. 3. 1. sect. 5. n. 24. Reiner. d. c. 1. susp. 23. Laur. d. c. 24. n. 20. Filliuc. d. tract. 17. n. 58.

Trigesimo septimo, Suspenditur Episcopus etiam Cardinalis a perceptione fructuum publicans Indulgentias, quibus possunt uti certo soluto pretio in Constit. 99. Pij V. incip. Quam plenum, Sayr. lib. 4. c. 12. num. 52. Bonacin. d. punct. 5. num. 31. Laur. d. p. 2. c. 24. num. 23. Reiner. d. cap. 1. suspens. 26. Viuald. de suspens. num. 128.

Trigesimo octavo, Suspenditur Episcopus negligens 50 procedere contra simoniacos. l. quicquid 1. quae. 1. vbi gloss. verb. excommunicatis, Laur. d. c. 24. n. 32. Filliuc. d. tract. 17. n. 159. vers. tertia.

Trigesimo nono, Suspenditur Episcopus a doctorando non recepto prius iuramento, &c. in Clement. cum sit, in fine, de magistr. Nauarr. cap. 27. num. 153. vers. septimo dico, Laur. d. c. 24. n. 33.

Quadragesimo, Suspenditur Episcopus consecratus sine consilio & praesentia Metropolitanus, in cap. Episcopus 65. dist. Sed non est in usu, prout nec est alia suspensio in cap. Archiepiscopus 66. dist. contra Archiepiscopum non consecratum ab omnibus Suffraganeis; nec pariter alia in cap. fin. 18. dist. & in cap. nullus 55. dist. & in cap. fin. 58. dist. & in cap. Episcopus 73. dist. quoad ea, quae statuuntur de Concilio in celebratione, vide Auiles par. 3. disp. 2. dub. 1. conclus. 3. Sayr. lib. 4. cap. 12. num. 10. Laur. d. p. 2. c. 24. num. 34.

Quadragesimo primo, Suspenditur a diuinis & ab ingressu Ecclesiae, & Episcopus, & Archiepiscopus, qui quouis praetextu & quacumque colore beneficia Sedi Apostol. reseruata, seu affecta alicui conferre, aut de illis prouidere, aut in illis, vel eorum possessione quouomodo sese intromittere praesumunt in Constit. 35. & 36. Pij V. Reiner. d. cap. 1. susp. 31.

Quadragesimo secundo, Suspenditur ab ingressu Ecclesiae Episcopus, qui vltos commentarios, &c. sine auctoritate Apostol. edere audeat super decretis Concil. Trid. etiam ad maiorem eorum corroborationem in Constit. 96. Benedictus Deus, Pij IV. Rainer. d. c. 1. susp. 33.

Quadragesimo tertio, Suspenditur a Pontificalibus Episcopus, qui aliquid recipit in collatione, aut alia prouisione, seu admissione beneficiorum a prouisi auctoritate Ordinaria, vel Apostol. de illis in Constit. 206. Pij V. incip. Durum nimis, Rainer. d. cap. 1. susp. 34.

Quadragesimo quarto, Suspenditur, vel potius interdicitur ab ingressu Ecclesiae Episcopus, si non faciat comburi libros Talmud, in Constit. 46. Iulij III. incip. Cum scire, refert Filliuc. tract. 17. num. 159. vers. quarta, vbi dubitat an sit in praxi videndus ad id Clericis VIII. in sua Constit. Cum Hebraeorum malitia, in qua Hebraei ipsis praecipitur, vt comburant huiusmodi libros, Christianis etiam sub excommunicatione latae sententiae ne eos habeant, legant, &c.

Quadragesimo quinto, Suspenditur Episcopus a beneficiis, & officiorum collatione, necnon electione, praesentatione, confirmatione, & institutione, donec a Roman. Pontif. Pontif. remissionem meruerit obtinere, eo ipso quod admittit renunciationem alicuius beneficij, & post illud confert suis, aut resignantis consanguineis, affinibus, & familiaribus in Constit. Pij V. 58. incip. Quanta Ecclesia, sub Dat. Kalend. Aprilis 1568. quam referunt Quarant. in summa Bullarum verb. beneficiorum resignationes, Flamin. de resignat. benefic. lib. 5. quae. 6. num. 2. Vgolim. de p. c. Episc. c. 50. s. 18. q. 3. huius suspensionis meminit Ror.

Ror. in Assisen. Canonicius 25. Iunij 1599. impressa per Farin. decif. 17. num. 3. par. 2. reconiorum, vbi n. 2. obseruat consanguinitatem quoad hoc propositum probari per testes de publica voce & fama.

ALLEGATIO CXII.

Episcoporum cause quando et quomodo sint cognoscenda, & diffinenda.

SUMMARIUM.

1. Cause Episcoporum a Romano Pontifice, Sedaeque Apostolica cognoscuntur.
2. Deponi, aut priuari a provinciali Concilio non potest Episcopus.
3. Patriarcha, aut Legatus de latere absque speciali mandato Papae Episcopum deponere non potest.
4. Cause Episcoporum criminales non possunt subdelegari a delegato Papae.
5. Episcopi, eorumque causa summo Pontifici immediata subiiciuntur.
6. Citari non possunt Episcopi ad Romanam Curiam pro delicto etiam atrocissimo, nisi accedat specialis commissio Papae.
7. Causas Episcoporum criminales si Papa extra Curiam deleget, requirunt specialis commissio ipsius manu signata, & vt ad sint ad sententiam duodecim Episcopi cum Metropolitanis, reseruata eidem Sanctissimo sententia diffinitiva.
8. Deponere Episcopos semper ad Romanum Pontificem spectat.
9. Causa depositionis ab Episcopatu, an requirat eandem solemnitatem, quam requirit depositio ab Ordine, & dignitate, ostenditur.
10. Episcoporum numerus, praescriptus a Concilio, an requiratur quando cognoscitur contra Episcopum a iudice per Papam delegato, ostenditur.
11. Testes septuaginta requiruntur, ad deponendum Episcopum.
12. Clericus ordinatus a Papa ab inferiori non deponitur.
13. Absolutio Episcopi an sit danda a duodecim Episcopis, & Metropolitanis, ac diffinenda per Papam, sicut condemnatio.
14. Inquisitores contra haereticam prauitatem non possunt cognoscere de causa haereticis Episcoporum.
15. Cause civiles, vel criminales minores Episcoporum in Concilio tantum Provinciali cognosci, & terminari possunt, etiam non existentibus duodecim Episcopis.

VANTA cum reuerentia, & circumspectione fit in Episcoporum correctione, cum deliquerint, procedendum, & quantum sit hac in re Pontificiae dignitati deferendum, monent Sacri Canones, Sanctique Patres docent: accusari enim & ad iudicem secularem trahi non posse specialiter supra ceteros clericos vetant ipsi Canones in cap. 1. & per tot. n. quae. 1. & Civilis constitutio in laque per calumniam, C. de Episcopis & clericis. Illorum autem accusatio non est facile recipienda, dicit enim Apostol. 1. ad Timoth. 3. aduersus Presbyterum accusationem non recipiendam, absque duobus, vel tribus idoneis testibus, quoad magis aduersus Episcopos, vt ait Sixtus Papa in e. accusatio Episcoporum, 2. Babos. de Episcopo. Pars III.

q. 7. Et Innoc. III. in Concilio generali, relato in c. qualiter il 2. de accusat. dicit quod in Praelatorum inquisitionibus cum de crimine diffamantur, veritas est diligentius perferenda, quia ipsi sunt quasi signum positi ad sagittam. Vnde nec quilibet ad eorum accusationem admittitur, sed honesti tantummodo viri, & probatae fidei persona. c. accusatio quoque 2. q. 7. repellantur autem infames, & praecipue haeretici, & criminosi, c. alieni, cum seqq. 2. q. 7. Sic naque ait S. Augustinus relatus in c. praesumit, ead. causa & quae. Praesumunt, inquit, Praelati non debere se reprehendi, vel accusari eo quod Canones non eos passim constituunt accusandos, quod tamen negatur solis criminosis, &c. Verum nisi grauitur erret Episcopus, aut a Fide exorbitare nesciat, oues, quae Pastori suo commissa sunt, cum nec reprehendere, nec accusare possunt, vt ait Euseb. Papa in c. oues 2. q. 7. Si quis autem contra Episcopum quamlibet querelam instam se habere crediderit, monetur prius eum familiariter conuenire, non semel, sed saepissime, vt ab eo vel iustitiam, vel excusationem accipiat. Monetur etiam Ecclesiastici Iudices in c. si qui sunt, 2. q. 7. vt Episcoporum accusatores, aut vituperatores no audiant, antequam eorum discutiat, existimationis suspicio, vel opinio, qua scilicet intentione, qua temeritate, qua conscientia, si pro Deo, aut pro inimicitia, aut cupiditate ista praesumpserint. Episcoporum igitur causas a Romano Pontifice, Sedaeque Apostolica, & non ab alio, finiri, vel ab Apostolicae Sedis constitutis Iudicibus cognosci oportere traditur in c. inquisitores, de haeret. in 6. cap. nullam 2. q. 5. faciunt cap. omnis, cap. ad Romanam, cap. si quis putauerit, cap. deo, cap. si quis Episcopus, 2. q. 6. cap. dudum, 3. quae. 6. cap. 1. & seq. 6. quae. 4. cap. maiores, de baptismo, cap. ultra provinciam, 3. q. 6. cap. Synodum, dist. 17. cap. ipsi canones 9. quae. 3. cap. cuncta per mundum, eadem causa, & quae. cap. multis, 17. dist. in quibus iuribus habetur difficiliore & maiores causas ad Sedem Apostol. referre oportere, de haeret. praecipis, 12. dist. ait Gregor. Papa IV, nulli dubium esse, non solum Pontificalem accusationem, sed etiam omnem sanctae religionis relationem ad Sedem Apostolicam quasi ad caput Ecclesiarum debere referri, & inde normam accipere, vnde sumpsit exordium; & huiusmodi causas Episcoporum tanquam maiores ad Rom. Pont. spectare resoluunt Abb. in d. cap. maiores, num. 1. & 3. de baptismo, & in cap. vt debitus, num. 9. & 37. de appell. & in cap. 2. de accus. vbi cum Felin. n. 2. notab. vlt. aduertit Primates posse cognoscere de crimine Episcopi, & licet non posse deponere credatur, tamen deponendum Episcopum pronuntiare, & ad Papam sententiam depositionis referre, Aug. Beron. in cap. 1. de iud. num. 69. cum seqq. demonstrat Episcopi priuationem ad solum Papam spectare, & ab alio deponi non posse, Turrecrem in cap. ubique 15. quae. 7. num. 5. 6. & 7. resoluunt Episcopi causam criminalem, in qua aut deponendi, aut priuandi ab Ordine agitur, solum Papam cognoscere, idque decere Summum Pontif. facere adhibito amplissimorum Card. consilio, sicut in ceteris arduis, de quo etiam vide Galgan. de iure Pontificio lib. 3. tit. 10. num. 5. cum seqq. Salz. ad Bernard. in pract. cap. 124. litt. A, Vgolim. de offic. Episcopi cap. 2. s. 2. num. 4. vers. 11. Aloy. Ricc. in Neapol. decif. 142. par. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 41. num. 21. Itaut t. a provinciali Concilio non possit Episcopus deponi, aut priuari, imo nec deponendum pronuntiare. Doct. in cap. 1. de translat. Episcopi, vbi Ant. Butr. num. 2. in 4. notab. Abb. n. 3. Aug. Beron. in d. c. 1. n. 4. Ad prouinciale namque, seu locale Concilium deferri non possunt maiores quaestiones, veluti causa Episcoporum depositionem, & quaestiones respicien

respicentes articulos Fidei, & mores Ecclesie uni-
uersalis, vt probat cap. Concilia, ibi, non de maioribus
negotijs 17. dist. cum alijs, ex quibus communiter re-
ceptum testatur Botta. de synodo par. 3. art. 1. num. 25;
& Castro aduersus hereses lib. 1. cap. 8. Sed in ijs agi-
tur de correctione morum clericorum, & alijs simi-
libus, quae minora sunt. cap. annis singulis 18. dist. con-
sonat Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 5. in fine.
Vnde Concilium provinciale non posse formare
processum in causis criminalibus grauioribus con-
tra Episcopum ad effectum transmittendi illum ad
Summum, refert decimum Aloyf. Ricc. d. decis. 145,
num. 5. par. 4.

3 Nec à Patriarcha, vel legato de latere absque spe-
ciali Papa mandato deponi, aut priuari possunt,
Gemin. in c. Primates 2. q. 1. & in c. renouantur 22. dist.
vbi ita declarat, c. quia suspecti 3. q. 5. & addit cū Felin,
in c. non potest, col. 3. n. 4. de re iud. ¶ criminales Episco-
porum causas non posse delegari, vel vt ipse loquitur,
non esse delegabiles, auct oritate glos. magna in
d. c. Inquisitores, de heret. in 6. quod tamen sic est acci-
piendum, vt Papae delegatus, vel vicarius, iudexve in
hisce casibus constitutus non possit alteri delegare,
non autem quin possit Papa delegare, vt loquuntur
Doct. relati à Felino d. n. 4. in d. c. non potest.

5 Speciali igitur reservatione Episcopi, eorumque
causa Summo Pontifici immediate subiiciuntur, vt
probat tex. in cap. quamuis 3. q. 6. cap. frater 16.
quest. 1. notat Borzal. de irregular. & dispens. par. 6. tit.
6. quis possit excommunicare, in fine, aded ¶ vt nec quide
citari possint, vt personaliter compareant, nisi ob
causam ex qua de iure deponendi, siue priuandi ve-
niant, etiam si ex officio, aut per inquisitionem, seu
denunciationem, vel accusationem, huc alio quouis
modo procedatur. Concil. Trident. sess. 13. de reform.
cap. 6. in fin. Salzed. ad Bernard. in pract. cap. 124. litt.
A. in nouiss. edit. Sproz de Vicario Episcopi lib. 2. quest.
59. num. 1. & 2. Stephan. Gratian. discipul. forens. cap.
169. num. 15. nouissimè D. Hieron. Venero & Leyua
in examine Episcoporum lib. 4. cap. 18. num. 3. vbi num.
4. subdit delicta esse, quae de iure petunt in Episco-
pis depositionem, seu degradationem; crimen hære-
sis, crimen laesae maiestatis, contra summum Pontif.
vel Reges; si Episcopus sit assassinus, si falsificet lit-
teras Apost. si agrorum depopulator sit, si sit inobedi-
ens Summo Pontif. si sit sumoniacus simoniali
reali, si in monasterijs stupret Virgines, & si sit falsi-
ficator monetae. Et ex quouis delicto etiam atrocis-
simo ad Romanam Curiam citari non possunt, nisi
in primis accedat specialis commissio manu Papae
signata, vt sanciuit bona mem. Pius IV. in constitut.
incip. De salute gregis, anno eius primo, prout refert
Cochier de iuris. Ordin. in exemptos par. 1. quest. 41.
praecipue si resideant, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glos.
41. num. 5. Testes vero contra eos in criminali causa
non nisi testes, & bonae fama, & existimationis,
& conuersationis fuerint recipiendos, & si falsum
deposuisseprehendantur, grauibus poenis esse
multandos statuit Concil. Trid. sess. 13. de reform. c. 7.
Causas autem eorum criminales ex quibus compa-
rere personaliter debent, à solo Romano Pont. cog-
noscendas, ac terminandas: ¶ vel si extra Curiam
causa sit committenda, non nisi Metropolitanis, aut
Episcopis ab ipso Papa committi debere statuit
idem Concil. Trid. sess. 13. cap. 8. Papa vero Alex. III.
in cap. 2. de offic. deleg. lib. 6. Iudicibus Ecclesiasticis à
Sede Apostol. deputatis iubet, vt si contra Episcopos
ad correctiones aliquas, siue poenas fuerit proced-
endum, ita gradus, & modestia in tali processu ser-
uetur ab eis, vt non statim censuris, ac priuatione

multentur, sed primò eis, si opus fuerit, ingressus
Ecclesiae, vel Sacerdotale interdicator officium, ac
deinde ab Episcopali officio suspendantur, & subse-
quenter aggrauerent censura Ecclesiastica contra eos
secundum eorum culpam, & contumaciam: nouissimè
D. Hieron. Venero & Leyua in examine Episcoporum
lib. 4. cap. 18. num. 1. 7. & 8. quamuis de iure an-
tiquo si contingeret criminaliter agi contra Episco-
pum, & crimen postulare depositionem ab Ordine,
& dignitate Episcopali, examinanda erat causa ab
omnibus Episcopis totius prouinciae, vna cum Me-
ropolitano, vel vt minimum à duodecim Episcopis
vltra Metropolitanum, vt notat glos. in summ. verb.
quod autem, 3. quest. 8. per tex. in cap. si quis Episcopus
criminaliter 6. q. 4.

Iupe postea recentiori dicti Episcopi cognoscere
poterant vsque ad sententiam inclusiue, sententia
autem, & definitio reservabatur Papae, vt in cap. ac-
cusatus, in cap. quamuis, & in cap. nulli sup. 3. quest. 6.
Alphonf. Alvarez Guerrero in speculo iuris Pontificij
c. 29. quia semper ad solum Papam pertinet Episcopos
deponere, vt asserit Innoc. III. in cap. quod translatio-
nem 4. & ibi glos. verb. reseruata, de officio Legati, &
glos. verb. pertinere, in cap. si quis, 8. de excessib. praelat. cap.
inter corporalia, de translat. Episcopi, vbi postquam
idem Innocent. praedixit matrimonium spirituale
Episcoporum translatione, depositione, aut cessione
dissolui, subiunxit haec verba: Et ideo tria haec, quae
praemissimus, non tam constitutione Canonica, quam insti-
tutione diuina soli sunt Romano Pontif. reseruata. Abb.
in cap. graue nimis, de prebendis num. 4. & in cap. non
potest, de re iudic. num. 5. Auila de censuris, par. 4. dispus.
unic. dub. 2. concl. 1. Gonzal. d. glos. 41. num. 21. Azor.
institution. mor. p. 2. lib. 5. c. 35. vers. secundum, & praet-
er sententiam Romani Pontif. non possunt dam-
nari, cap. dudum, cap. irritam 3. quest. 6. hinc notat
Felin. in dict. cap. non potest, num. 7. de sentent. & re
iudicat. omnia iura, in quibus legitur aliquando
Episcopos fuisse damnatos ab inferioribus à Papa,
loqui, aut de iure antiquo, aut ex commissione ip-
sius Papae.

Verum vt certa ab incertis separemus, ex mente
Abb. in cap. 3. de sentent. & re iud. num. 14. & commu-
nis, vt per Albertin. in cap. 1. de heretico. lib. 6. num. 8.
tria tempora consideranda sunt. Primum tempus
fuit, in quo Episcopis prouincialibus cū Metropoli-
tano data fuit cognitio criminis, de quo Episcopus
accusabatur; sententia vero, vel saltè consultatio Sedi
Apost. erat reseruata, quod quidem tempus incepit ab
Apostolis, & continuatum fuit per Sixtum I. anno
260. vsque ad tempus Iulij Pontificis, vt patet ex
epist. i. eiusdem Sixti, qui floruit eo tempore, de qua
concessione, & reservatione loquitur text. in cap. ac-
cusatus, text. opt. in cap. quamuis, text. sic intelligendus
in cap. 1. & in cap. dudum 3. quest. 6. Secundum tempus
fuit, in quo propter graues Ecclesiae persecutiones
commode non poterant in praedictis causis Sedis
Apostol. iudicium requirere, ideoque statutum fuit
vt ab eisdem Episcopis absque aliqua reservatione
sententia proferretur, patet ex Concil. Antiocheno
cap. 14. celebrato sub Iulio I. Pont. qui floruit anno
350. & ex Concil. Laodiceno sub Damaso Pont. cele-
brato circa annum Domini 380. de quo tempore agit
tex. in cap. 1. & in cap. si quis Episcopus 3. cum alijs 6.
quest. 4. text. sic intelligendus in cap. si quis à proprio 21.
quest. 5. Quae constitutio durauit vsque ad tempora
Nicolai I. qui floruit circa annum 866. quo tempore
iam licuit & potuit Sedi Apostol. iudicium expectari,
& iterum decretum est, vt sine Romani Pont. auctori-
tate nõ posset ferri sententia, vt colligitur ex text. in
cap.

cap. hac quippe 3. q. 6. optimè ex text. in cap. denique 6.
q. 3. ibi, ad Sedem Apostol. referri, & ibi, decreta penitus
expectari, & ibi, quod quia omissum est haecenus dolo-
mus, vbi Nicolaus aperte fatetur in praeteritis tem-
poribus praedictam relationem, & consultationem
fuisse omissam, & aperte probat tex. in c. 2. de translat.
Praelat. vers. scilicet ergo, ibi, solum est Pontifici Romano reseru-
ata. Quod quidem hodie tam circa definitionem
causae, quam circa illius cognitionem innouauit, &
declarauit Concil. Trident. sess. 13. de reform. cap. 8.
& sess. 14. de reform. cap. 5. & aucta in crimine haresis
fuit statutum per tex. cap. Inquisitores 16. de heret. lib.
6. Refert Marchel. de commiss. per. 1. cap. 6. num. 146.
pag. 264. quod causa contra Episcopos si de illis
criminaliter agitur, vel de depositione per S. D. N.
terminantur, & si extra Curiam contra illos
veniunt demandanda, nemini praeterquam Metro-
politano committitur, aut Episcopis ab eodem Sanctis-
simo deputandis, vel Sanctitatis suae Nuncijs, &
quod in causis criminalibus solum loquendo ab
eodem Sanctissimo commissio signari debet. Ex
quibus omnibus

Colligitur primò explicatio ad tex. in c. non sent.
& re iud. dum dicit in sententia de qua ibi, plures
Episcopos desiderari, intelligendum esse consulto,
& obtento prius Romani Pontificis decreto; casu
quo de Episcoporum criminibus tractetur, licet enim
Greg. I. auctor illius tex. floruit circa annum 603;
& ita secundum supra relata computationem tem-
poris sequendo, nihilominus tamen positus in hoc
volumine Decretalium à Gregorio I. X. secundum
tertium tempus intelligendus est, vt decretum Ro-
mani Pontif. expectetur, siquidem originale illius
tex. magis de Episcopo delinquente, quam de Sacer-
dote aperte loquitur.

Secundò colligitur, non esse veram sententiam gl.
verb. adnot. auct. in c. dudum, §. in 2. q. 6. dum asserit
quod licet Episcopi cum Metropolitano non possint
Episcopum delinquentem deponere, possunt tamen
deponendum pronuntiare in consilio Romano
Pont. idem dicit glos. in c. frater noster 16. q. 1. sequun-
tur Felin qui alios refert n. 2. in d. c. 3. Domin. & alij in
c. 1. de penis lib. 6. aduerte namque debuissent vltra
supradicta, quod vel per talem pronuntiationem
proferunt sententiam condemnationis, & tunc fa-
cere non possunt inconsulto Romano Pont. aut so-
lummmodo suam exprimunt opinionem quatenus ta-
lis est, & tunc nihil agunt, ac proinde non mirum si
contrarium dicendum sit, prout resoluit Abb. n. 6. in
d. c. 3. & in c. 2. n. 5. de officio deleg. qui tamen loquitur
contra supradicta iura, dum dicit Episcopos prouin-
ciales non potuisse aliquando causas criminales Epi-
scoporum definire, nec de illis cognoscere.

Tertiò colligitur explicatio ad Concil. Trident.
sess. 24. de reform. cap. 5. dum dicit fieri posse delega-
tionem à Pontifice circa causam criminalem Episco-
pi deponendi, vt scilicet delegata etiam sententia
non possit aliter valere, quam si nemine discrepan-
te concors iudicium delegatorum opinio interue-
niat. Patet si expendas Trid. in illo c. 5. tantummo-
do corrigere Ius antiquum in eo, quia cum antea per
Episcopos iure ordinario praedicta causa tractaretur,
hodie tamen non possit, nisi iure delegationis,
ac proinde dicendum videtur quod in reliquis re-
quiritis ius commune feruari debet ab eisdem dele-
gatis, iuxta reg. tex. in l. sed ad poster. ores, ff. de legib.
cum iurium correctio quantum fieri potest vitanda
sit, ius autem commune in cap. 1. 6. quest. 4. dicitur in
deponendis Episcopis requiri unanimem iudica-
tium sententiam, itant ad validitatem sententiae ne-
cessarium est, vt colligitur ex text. in
Barb. de Episcopo. Pars III.

mo dissentiat, ergo, &c. Accedit quia decretum pra-
dictum Concilij in fauore Episcoporum delinquentium
factum est, & vti tale non debet in odium
eorum redundare, contra reg. tex. in l. quod fauore, ff. de
legib. & in reg. quod ob gratiam lib. 6. quod contingeret
si causa quae à duodecim terminanda sunt, non pos-
sent nisi concordi sententia definiti, & à paucis de-
legatis discordi sententia terminarentur. Vnde si
nihil aliud ex forma rescripti commissionis appa-
reat, necessarium est, vt sententia delegatorum sit
concors casu quo non referretur Romano Pontifici,
sed ab eodem iuxta formam Concilij committatur,
sic cessat reg. tex. in cap. vlt. de semen. & re iudic. quod
etiam notandum est ad explicationem Concil. Trid.
d. sess. 13. de reform. cap. 8.

Quares non abs re, an supra dicta procedant, 9
quando non agitur contra Episcopum ad depositio-
nem ab Ordine, & dignitate Pontificali, quia crimen
non est adeo graue, vt dignum sit huiusmodi poena;
sed tantum ad depositionem ab Episcopatu. In qua
quest. Abb. in dicto cap. non potest, num. 7. tenet quod
in cognitione huiusmodi causae, quando Episcopus
est consecratus, idem numerus Episcoporum exigi-
tur, & tandem decisio, causa referatur Papae, & n. 9.
resoluit quod si Episcopus, cuius causa cognoscen-
da esset, adhuc consecratus non fuisset, sufficeret nu-
merus sex Episcoporum.

Verum verò praescriptus numerus Episcoporum 10
requiritur, cum causa digna depositione ab Ordine,
vel ab Episcopatu contra Episcopum cognoscitur à
iudice specialiter per Papam delegato; questio est
non contemnenda, in qua glos. verb. quod autem, in fi-
ne, in sum. 3. quest. 8. tenet eundem numerum Episco-
porum requiri, quando Episcopus indicatur à dele-
gato Papae ex speciali commissione. Oppositum ta-
men putat ibi Archid. & in c. illud 23. dist. & Innoc.
in c. graue, num. 6. de prebend. credit hunc numerum
Episcoporum non requiri ex necessitate in delega-
tione, sed ex congruentia ob excellentiam digni-
tatis Episcopalis, & hanc opinionem videtur sequi
Abb. in dicto cap. non potest, num. 9. Et aduerte ¶ ad
deponendum Episcopum necessarium fuisse numerum
septuaginta duorum testium, cap. praesul, cum seq.
2. quest. 4. etiam in eius purgatione cap. omnibus 2.
quest. 5. & refert Felin. in dict. cap. non potest, num. 10.
De iure vero Concil. Trident. sess. 13. de reform.
cap. 7. testes contra Episcopum debent esse bonae fa-
mae omni exceptione maiores, conrectes, alias reci-
piendi non sunt, & grauius puniuntur, refert D.
Hieron. Venero & Leyua dict. cap. 14. num. 9. duos
casus, in quibus clericus non Episcopus non de-
ponitur ab Episcopis, sed à solo Papa. Primus est
de eo, qui renunciauit Episcopatu, & id permitti-
tur ob memoriam pristinae dignitatis, glos. fin. in cap.
si quis Episcopi, §. 2. distinct. Secundus casus de clerico 11
ordinato à Papa, qui ab inferiore non deponitur,
glos. & Doctor. in cap. filium 1. quest. 1. Sicut in de-
positione Episcopi causa cognoscenda est à duodecim
Episcopis, & Metropolitano, ac diffinita à Papa, vt
dictum est, ita quoque si Episcopus de tali crimine
iniuste accusetur, absolui nequit à dictis duodecim
Episcopis, sed absolutionis sententia à solo Papa est
pronuncianda, ita glos. verb. non tamen definire, in cap.
accusatus 3. quest. 6. Abb. in cap. non potest, num. 5. de re
iudic. reprobat opinionem glos. verb. causatio, in cap.
praecipis distinct. 1. a. quia Felin. in d. cap. non potest,
num. 10. tradit hoc esse speciale in Episcopo, vt sicut
non potest condemnari, nec deponi ab alijs, quam à
Papa, ita quoque in crimine de quo accusatus fuerit,
absolui non valet ab altero.

13 Hæreticæ prauitatis Inquisitores ubique constituti iudices, viri alioquin eruditione, prudentia, probitate, & auctoritate præstantes, minime excusandi, nec laudandi sunt, immo potius vituperandi, si hæresis causam (eam si forte sibi vendicarent suo veluti iure) in Episcopo cognoscant, cum non ignorent in Pontificali gradu dignitatis locatos, scilicet Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, etiam crimine hæresis notatos, non posse, nec debere alibi, nec ab alio, quam apud Summum Pontificem, aut eum, qui ipsam Christi Vicarium nominatum demandallè conset, damnari; sed omnino ad Papam eorum causas, licet de hæresis crimine deferendas, vt in dicto cap. inquisitores, de hæresis, in 6. vbi Ioann. Monach. & Probin. addit. ad eum. [Eym. in direct. Inquisit. p. 3. q. 27. vbi Peña comm. 76. Simanch. de Cathol. instit. tit. 2. §. 1. & 12. Castro Palao tom. 1. opin. moral. tract. 4. disp. 9. punct. 9. n. 2. Ioan. Sanc. in select. disp. 11. n. 33. Trimarch. de Confessario abuteri Sacram. Pœnit. disp. 8. sect. 1. num. 3. cum seqq. Moscon. de maiestate militans. Eccles. lib. 1. p. 1. c. 11. de Inquisitionib. Bossi. post suum tract. de triplici Iubili. privilegio in appendice de Confessari. foliis. dub. 19. latè Farin. de hæresis q. 186. num. 112. cum seqq.] Læ. Jordan. de maioribus Episcopi causis ad Papam deferendis, cap. 12. a. n. 11. & num. 14. tenet, quod ipsi Inquisitoribus non posse ad Romanam Sedem accusatum, capitique reum Episcopum transmitti, quod & nouiori iure Concil. Trident. disp. 5. sancitum est, resoluunt Penna in director. Inquisitorum par. 3. commento 76. & 77. pag. mibi 557. Roias sing. 55. num. 2. Locat. in opere iudic. verb. Episcopus, Farin. de hæresis quest. 182. num. 113. Nauar. cons. 1. num. 5. de foro competenti. Henyq. in sum. lib. 1. cap. 55. §. 2. litt. P. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 81. art. 1. vers. aduertendum tamen. [Molin. de Instit. tract. 5. disp. 28. num. 19. Diana resol. moral. par. 4. tract. 8. resol. 21.] Et habere locum etiam si Episcopus sit titularis, obseruant Molin. de Instit. tract. 5. disp. 28. num. 19. Illustrif. D. meus Roderic. à Cunha in tract. de Confessariis solliciti amibus mulieres in Confessione, quest. 12. num. 6. & 7. in princip. [Simanch. de Cathol. instit. tit. 25. num. 13. Ioan. Sanc. in select. disp. 11. num. 33. Trimarch. direct. disp. 8. sect. 1. num. 15. cum seqq. Idem dicendum est de Episcopis electis & informatis, licet nondum consecratis, vt per D. Acuña direct. quest. 12. num. 11. Ioann. Sanc. dicta disp. 11. num. 33. Molin. direct. disp. 28. n. 19. Trimarch. direct. disp. 8. sect. 1. num. 6. cum seqq. per ea quæ Sanchez de matrim. lib. 8. disp. 2. num. 11. Secus erit si nondum confirmati electi iam sint, Simanch. direct. tit. 25. num. 12. Molin. direct. disp. 28. num. 19. Ioan. Sanc. direct. disp. 11. num. 33. D. Acuña vbi supra. Bossi. d. dub. 19. num. 60. nisi electi fuerint à Papa, cum eius electio vicem confirmationis habeat, Simanch. direct. tit. 25. num. 11. Ioan. Selua de benef. p. 1. q. 2. n. 31. Trimarch. direct. disp. 8. sect. 1. n. 3.

Multipliciter declarat conclusionem principalem Farinac. d. q. 186. a. num. 114. vbi ampliat Inquisitores non solum non posse Episcopum hæreticum declarare & punire, sed nec etiam posse contra ipsum inquirere aut procedere, etiam sub prætextu quod causam instructam velint Pontifici referre, per text. in d. cap. Inquisitores, & ibi glaf. verb. Apostolica, & a. n. 117. limitat quando sic procedendi potestas ipsi à Papa fuerit expressè concessa, vel quando hæresis est notoria, vel quando Episcopus esset suspectus de fuga, vt scilicet possint illum carcerare, carceratumque ad Papam transmittere, & num. 120. subdit Inquisitores contra Episcopum hæreticum procedere posse quando is aliquid in manifestum

Fidei detrimentum, & Fidei iuramentum moliretur, vt si hæresis prædicaret, fideles seduceret, aut quid simile graue & horrendum patretur, tunc enim Episcopum capere, & custodire, donec Romanus Pont. certior redderetur, expediret, & n. 12. aduertit quod licet Inquisitores non possint contra Episcopum pro hæresi procedere, debent tamen habita notitia de hæresi alicuius Episcopi illam Papæ denunciare.]

Hæc de maioribus Episcoporum causis criminalibus; ciuiles vero, vel criminales minores in Concilio tantum Provinciali cognosci, & terminari possunt, vel à deputandis per Concil. Prouinciale: ita de criminalibus Episcoporum causis minoribus loquens decidit Conc. Trid. d. c. 5. vers. minores, Henyq. d. §. 2. D. Hier. Venero & Leyua d. c. 18. n. 2. [Nauar. cons. 2. n. 5. de foro compet. Anguian. de legib. lib. 2. contro. 26. n. 20. Alzed. p. 1. cap. 7. n. 1. vers. minores.] & declaratum fuisse in Sacra Cong. refert Armentar. in add. ad recopilacionem legum Navarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, n. 80. vbi quoque dicit etiam non existentibus duodecim Episcopis posse dictas causas criminales minores in Conciliis Prouincialibus tractari, quia prædicta Concilia ex minore numero Episcoporum, vt plurimum, constant. [Vtrum autem & quando Principi liceat Episcopos aliosque Prælatos Ecclesiasticos à Regno expellere? vide notissimè Ipan. de Solorzano de Indiarum iure tom. 2. lib. 3. c. 27. n. 71. cum seqq. Fr. Alpharo de officio fiscalis glaf. 20. §. 10. num. 390. vbi num. 341. an Episcopus degradetur ob crimen læsæ Maiestatis.]

ALLEGATIO CXIII.

Episcopus an, & quibus ex causis Episcopatum resignare possit, & debeat?

SVMMARIVM.

- 1 Episcopatus renuntiatio dupliciter potest fieri, vel renuntiando loco tantum, vel loco simul, & dignitati.
- 2 Episcopatus renunciatio ex quibus causis fieri debeat, remissiuè.
- 3 Renunciare Episcopatum potest & tenetur Episcopus propter debilitatem corporis.
- 4 Infirmetas, quomodo, & quibus testibus sit probanda.
- 5 Senectus, quæ Episcopum impotentem reddit ad exequendum officium pastorale, relinquatur arbitrio Iudicis, si est Summi Pont.
- 6 Conscientia criminis est causa renunciandi Episcopatus.
- 7 Scientia defectus est causa renunciandi Episcopatus.
- 8 Malitia plebis est causa renunciandi Episcopatus.
- 9 Scandalum graue est causa resignandi Episcopatum.
- 10 Irregularitas persona est causa resignandi Episcopatum.
- 11 Pensio non solet imponi in Episcopatus, quorum fructus non excedunt valorem mille ducatorum.
- 12 Consensus in cessionibus Episcopatum præstatur Cardinali, qui consecit processum, & est relationem in Consistorio facturus.

DVPICTER potest fieri Episcopatus renunciatio, vel renunciando loco tantum, vel loco simul & dignitati: loci renunciatio fit, quoties renunciatur cura, & administratio

illius Ecclesie. cap. ad supplicationem, de renunc. [quia renuntians solitarie viuere vult sine magnis Episcopatus curis, vel ob ægritudines, vel quia vocatur ad præfidentiam. Alzedo de præcellent. Episcop. dignit. p. 2. cap. 5. num. 13.] & sic renuntians potest appellari Episcopus, quia retinet dignitatem, & ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis. cap. 1. de ordinatis ab Episcopo, qui renuntians Episcopo, vbi omnes. Fusch. de visu. lib. 2. cap. 18. num. 10. ac auctoritate Sedis Apostol. poterit ad Ecclesiam eandem redire, vel aliam, siue per viam electionis, siue per viam postulationis, siue per viam collationis habere. Flamin. de resignat. lib. 1. q. 17. num. 13. Poterit etiam, cum licentia Episcopi diocæfani, eius subditos ordinare, direct. cap. 1. ibi, nam in primo casu, Ordines, sicut antea rogatus ab Episcopo aliquo poterit de ratione cõferre, [& sic ab alio Episcopo rogatus minores, & sacros ordines sicut antea, conferre poterit direct. c. 1. Lancel. in templo omni. Indic. lib. 2. cap. 5. tit. de potentia Episcopi in spiritualibus n. 22. Raguc. in lucerna Parochi tit. de sacram. Ordinis n. 18. Hieron. Venero de examine Episcop. lib. 1. cap. 12. num. 14. me citato in hoc loco Alzedo de præcellent. Episcop. dignit. par. 2. cap. 5. num. 11. & 12.] Loci, & dignitatis simul renunciatio fit, quoties renuntians ex ipsa renunciacione amittit dignitatè, & denominationem illius dignitatis, quæ renunciatio regulariter fit ob crimen. Abb. in direct. cap. 1. num. 8. Maiol. de irregul. lib. 3. cap. 6. num. 6. [Alzedo direct. cap. 5. n. 13.] Et ideo non potest Ordinè conferre, etiam de licentia alicuius Episcopi, nec ad eandem Ecclesiam redire, vel aliam habere. Maiol. direct. cap. 6. num. 8. Fusch. direct. cap. 28. num. 10. Flamin. direct. quest. 17. num. 14. & 19.

[Et quando dubitatur an Episcopus renuntiauerit loco, & dignitati, seu loco tantum, in dubio tenendum est renuntiasse loco tantum, non dignitati, ita Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 291. num. 50. cum seqq. Alzedo d. p. 2. cap. 5. num. 14. vbi rationem reddit, quia qui renuntiauit loco, & dignitati, idèd renuntiat, quia aut criminofus, aut insufficientis totaliter est, sed insufficientis & criminofus nemo præsumitur nisi probetur, cap. cum in inuenture, c. dudum, de presump. Et ibi etiam cum Vincent. de Anna cons. seu alleg. 133. num. 1. tenet Episcopum, qui ob ignorantiam renuntiauit loco, & dignitati, & postea operam litteris dedit, posse iterum eligi, & postulari, neque idèd repelli, quia fuit insufficientis, nam studio, & diligentia illud amouit impedimentum.]

Cum igitur Episcopatus possit renuntari, vt probat cap. qualiter, 7. quest. 1. c. 1. de renunc. Pur. decif. 162. lib. 1. Flamin. de resignat. lib. 2. quest. 1. num. 5. etiam per procuratorem, Clem. 1. ibi, Pontificali, de renuntiat. Flamin. de resign. benef. lib. 9. q. 2. num. 2. præfinito consensu Cardinali, qui consecit processum, & est relationem in Consistorio facturus per se, vel per schedulam, vt de quotidiana praxi testatur Flamin. lib. 8. quest. 8. num. 10. Ioan. à Cochier in comment. ad regul. 43. alias 44. Cancell. num. 34. pag. 421. necesse est vt inquiramus quæ causæ in illius renunciacione requirantur. Plures adesse debere legimus in cap. nisi cum pridem, de renunc. quas latè declarant Fusch. direct. cap. 28. a. num. 1. Flamin. de resign. lib. 5. quest. 3. per totam, & nos breuiter ipsas percurremus.

Prima igitur causa, qua potest & tenetur Episcopus resignare Episcopatum, est propter debilitatem corporis procedentem per infirmitatem continuam, & senectutem, eam tamen quæ impotentem reddit ad exequendum officium pastorale, refert text. in d. cap. nisi cum pridem, ibi, alia verò causa est debilitas corporis, & adducunt Gig. de residentia Episcoporum

cap. 17. num. 12. Fusch. direct. cap. 28. num. 3. Flamin. d. quest. 3. num. 13. cum seqq. † Infirmetas quomodo & quibus testibus sit probanda, docent Mascard. de prob. concl. 896. Flamin. direct. quest. 3. a. num. 34. vbi refert plenè probari ex aspectu, vel per medicos, ac per iuramentum ipsius, & per familiares, ac testes domesticos. † Senectus verò, quæ Episcopum impotentem reddit ad exequendum officium pastorale, iudicis, hoc est, Summi Pont. arbitrio relinquatur, vt per Menochi. de arbitr. casu 53. n. 3. Mascard. concl. 1295. num. 8. Flamin. direct. quest. 3. num. 56. & quest. 6. num. 5. cum seqq. Marc. Anton. Genuens. in praxi cap. 53. n. 1. Rendina in promptuario recept. sent. tom. 1. propè finem in miscell. num. 4.

Secunda, propter conscientiam criminis, d. cap. nisi cum pridem, ibi, propter conscientiam enim criminis, vbi Abb. num. 3. Redoan. de simonia p. 2. cap. 13. num. 11. S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. vers. respondeo, Sig. d. cap. 17. num. 12. Fusch. d. cap. 28. num. 2. vers. & de primo. Flamin. d. q. 3. num. 8. vbi hoc intelligit eo tantum casu quando committit crimen, quod post peractam penitentiam impedit Ordinis executionem, & citat glaf. verb. sed duntaxat, vers. quæ ergo, in direct. cap. nisi cum pridem, & Innoc. num. 2. & 3. ac Abb. num. 7.

Tertia, propter defectum scientiæ, direct. cap. nisi cum pridem, ibi, pro defectu quoque scientiæ. Gig. direct. cap. 17. num. 13. Fusch. d. cap. 28. num. 4. vers. ex defectu Flamin. d. quest. 3. a. num. 67. vbi num. 83. ampliat vt propter defectum scientiæ non solum sit concedenda licentia Episcopo petenti, & volenti renunciare, sed etiam si non petat, poterit compelli vt renuntiet, & num. 84. interpretatur verbum, potest, de quo in direct. cap. nisi cum pridem, id est debet; aliquando tamen tam ardens in homine charitas esse potest, vt scientiæ defectum supplere valeat, direct. cap. nisi cum pridem, ibi, & ideo imperfectam scientiæ, vt de Macedonio, & Antonio Anachoretis cuiusvis disciplina expertis ob eorum incredibilem charitatem Sacerdotio dignis, referunt Salzed. ad Bern. in pract. cap. 21. lit. A, in fine, vers. aliquando, Maiol. de irregul. lib. 1. cap. 32. n. 4. cum seqq. Flamin. d. quest. 3. n. 112. cum seqq. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de discipl. clericali §. 4. n. 37.

Quarta, propter malitiam plebis in cuius causa non potest Prælati plebi & gregi sibi subiectis doctrinam dare, direct. c. nisi cum pridem, ibi, propter malitiam autem plebis, vbi Innoc. num. 4. Host. num. 20. & 21. & Abb. n. 10. Gig. d. cap. 17. num. 18. Rebuff. in praxi benef. tit. de resign. expressa. Fusch. d. cap. 28. num. 5. Flamin. d. quest. 3. a. num. 117.

Quinta, propter graue scandalum. d. cap. nisi cum pridem, ibi, pro graui quoque scandalo. S. Thom. 2. 2. q. 185. art. 4. vers. respondeo, Roman. sing. 794. incip. An Episcopus, Marfil. sing. 634. n. 2. Couar. in reg. peccatum p. 1. sub n. 5. Franc. Marc. Delphin. decif. 944. n. 1. part. 1. Anton. Ricc. de iure personarum extra gremium Ecclesie exist. lib. 9. cap. 3. n. 8. Bellet. disquisit. clerical. p. 1. tit. de disciplina clerical. §. 15. n. 19. vbi ampliat etiam si ipse non sit in culpa illius scandali, Gig. d. cap. 17. num. 19. Fusch. d. cap. 28. num. 6. Maiol. de irregul. lib. 1. c. 2. n. 4. & c. 13. n. 7. Flamin. d. q. 3. n. 153. vbi n. 176. declarat vt quoties cogitur Episcopus renuntiare ob scandalum, ei sit danda compensa, aut contracambium reddituum, vt possit viuere, & non habeat mendicare.

Sexta, propter irregularitatem personæ, d. cap. nisi cum pridem, ibi, personæ verò irregularitas, &c. Gig. d. c. 17. n. 20. Fusch. d. c. 28. n. 7. Flamin. d. q. 3. a. n. 177. vbi n. 179. asserit quòd stante huiusmodi irregularitate Episcopus cogi potest renuntiare Episcopatu.

Episcopo an & quando coadiutor cum futura successione dandus sit, vide infra alleg. 118.

Episcopus successor in Episcopatu an & quando teneatur ad peniones decimas tempore predecessoris, vide infra alleg. 120.

ALLEGATIO CXIV.

Episcopus de bonis suis, & intuitu Episcopatus acquisitis, an & quando testari possit?

S Y M M A R I U M.

- 1 Vitam communem omnes fideles agebant in principio nascentis Ecclesie, propriumque nihil habebant.
2 Laici a communi vita primum recedere coeperunt.
3 Ecclesiasticorum bona in quatuor partes olim diuisa fuerunt, scilicet una Episcopi, secunda clericis, tertia pauperibus, quarta fabrica Ecclesie.
4 Beneficarij an habeant dominium suorum beneficiorum, ostenditur.
5 Episcopi, ac alij beneficiarij non Monachi testari non possunt ex fructibus suorum beneficiorum, quia a lege Canonica prohibentur.
6 Beneficiarius ex consuetudine totius Hispanie potest testari de acquisitis intuitu beneficiorum.
7 Episcopi quare de acquisitis intuitu Ecclesie, sicut clerici secundum hodiernam consuetudinem testari non valeant, ostenditur.
8 Vacacionis tempore aduentus ad futurum successorem pertinent.
9 Episcopus de bonis intuitu Episcopatus tam vere, quam presumpsiue acquisitis, prater Ecclesiam, nullum potest facere heredem.
10 Testari de patrimonialibus, & de bonis, qua suo labore, & industria acquisiuit, valet Episcopus.
11 Bona quando censentur intuitu Ecclesie acquisita, ostenditur.
12 Bona intuitu Ecclesie acquisita presumuntur, quando tempore promotionis constat Episcopum nihil habuisse.
13 Bona si inueniantur penes Prælatum, & nesciatur quomodo acquisita fuerint ante, vel post Episcopatum, tunc presumuntur intuitu Ecclesie fuisse comparata.
14 Bona penes Prælatum reperia potius ex ipsius bonis, quam Ecclesie, quaestita presumuntur, si de tenuitate beneficii, & de propriis diuitiis Prælati constat.
15 Intentionem illarum rerum debet facere Episcopus, quas ipse ex ipsius patrimonio comparauit tempore, quo Episcopatum consequitur.
16 Episcopus transiuit teneatur priori Episcopatu relinquare fructus iam perceptos, & res ex illis emptas ac etiam libros, ornamenta, & argentea de redditibus prioris Episcopatus quaestita.
17 Bona empti per Prælatum ex fructibus, vel pecunia Episcopatus, an ipso iure transeant in dominium Ecclesie, an vero penes Prælatum, vel alium emptorem manere debeant, ostenditur.
18 Testari non potest Monachus in Episcopatum promotus.
19 Monachus factus Episcopus non eximitur a paupertatis voto, nec efficitur verus dominus reddituum Ecclesiasticorum instar Episcoporum secularium.
20 Monachus factus Episcopus quicquid acquisit, sua

- Ecclesie acquirit cum sola administratione.
21 Monachus factus Episcopus non potest post mortem de bonis disponere.
22 Monachus factus Episcopus in vita tam plene potest disponere, quam ample potest licite Episcopus secularis.
23 Licentiam concedere potest summus Pontifex Monachi Episcopis vt testentur.
24 Monachus Episcopus in obtinenda a Pontifice licentia ad testandum etiam ad opera pia duplex impedimentum teneatur explicare, alterum se esse Religiosum, alterum se esse Episcopum.
25 Licentia concessa Episcopis ad testandum non expirat, etiam vt integra morte concedentis.
26 Licentia concessa Episcopis ad testandum non expirat vigore predictae facultatis semel testamento facto.
27 Licentia testandi superueniens validum efficit prius testamentum absque ea factum.
28 Bona acquisita ab Episcopo Monacho post adeptum Episcopatum eo de iure non ad monasterium, sed ad Ecclesiam cuius est Episcopus, pertinent, quauis iure hereditario, vel donatione, aut propria industria, & labore post Episcopatum acquisita sint.
29 Monachus factus Episcopus ex Minorum Fratrum ordine dum vixerit habet ius succedendi parentibus, & agnatis, ac recuperandi bona undecumque quaestita, in quibus ipso mortuo succedit sua Ecclesia a tempore confirmationis Pontificia, & num. 30.
31 [Episcopus titularis acquirit Pontifici.]
32 Donatio causa mortis quoad suam effectum, & efficaciam accedit, & assimilatur ultima voluntati.
33 Donare potest Episcopus inter viuos etiam non iudicis, & in profanos usus.
34 Cap. ad haec, vt viuentes, de testamentis, declaratur.
35 Beneficiarius in egritudine constitutus an licet impoderatus facere donationes, ostenditur.
36 Patrimonium habens Episcopus an possit illud conseruare, & redditus Ecclesiasticos in usus profanos expendere, ostenditur.
37 Cap. clericos 1. quaest. 2. declaratur.
38 Cap. illi autem 12. quaest. 2. declaratur.

In principio nascentis Ecclesie, tempore scilicet Apostolorum, & in Ecclesia primitiua, omnibus fidelibus fuisse vitam communem, constat ex epistola Diui Clementis relata in cap. dilectissimi 12. quaest. 1. propriumque fideles nihil habebant, sed cum ad fidem conuertebantur, vendebant omnia, & pretium Apostolis offerebant, qui loculos habebant, vbi haec reponerentur, vt suis clericorumque necessitatibus prouiderent, Act. cap. 2. 5. & 6. D. Paul. 1. ad Cor. 9. text. in c. habebat Dominus 12. quaest. 1. Beller. de iuris. cleric. part. 1. tit. de bonis clericorum §. 1. num. 3. ita qua communione primum laici recedere coeperunt, deinde clerici multis temporibus seruiuerunt (debeant enim vitam communem sub Episcoporum potestate) & in Episcopi administratione erant bona omnia temporalia, constat ex cap. quia tua, & cap. scimus, 12. quaest. 1. tum enim postea a tempore Constantini mirum in modum crescerent Ecclesie bona, vt refertur in cap. futuram 12. quaest. 1. & clericis, ac si vita recesserint Episcopi, etiam minus fideliter, quae offererentur, dispensarent; prudenter Romani Pont. in quatuor partes bona omnia diuidenda constituerunt, vt via Episcopo, secunda clericis, tertia pauperibus, quarta fabricae applicaretur,

in cap. quatuor, & in cap. de redditibus, cum sequentibus 12. quaest. 2. Post haec tempora diuisis iam Parochiis a Papa Dionysio, vt habetur in cap. 1. 13. quaest. 1. & recedentibus clericis ab illa communi vita, coeperunt singuli oblationes, atque decimas, & alia bona quae ad Ecclesias sibi traditas pertinebant, sibi retinere. Deinde cum iam haec fuerit in omnibus Ecclesiis praescripta consuetudo, Romani Pontifices eam comprobauerunt, vt probatur in cap. nec numerus 10. q. 3. atque ita decimae, & oblationes pro Ecclesiastico stipendio, & loco quartae sibi debite iuxta antiquam illam diuisionem singulis clericis in Ecclesiis sibi traditis relictae sunt, cum onere tamen reparandi fabricam, vt probat cap. 1. de Ecclesiastico iunctis traditis a Cened. ad Decretal. collect. 133.

Ex quibus inferitur resolutio ad illam difficilem quaestionem, an scilicet beneficiarij habeant dominium in fructibus suorum beneficiorum? In qua pars affirmatiua verior est, nam redditus beneficiorum assignantur non in sustentationis stipendium, sed magis in stipendium laboris, vt satis probant auctoritates adductae in cap. clerici omnes 1. quaest. 2. cum similibus; constat autem eas portiones, quae alicui assignantur in laboris stipendium, quoad plenum dominium eidem acquiri, vt apparet in stipendio militis pro militia, vel Doctoris pro lectione, & in multis aliis. [ex explicari etiam potest in distributionibus quotidianis quae dantur ministris Ecclesiae ob laborem, vt ob illud seruitium, & ministerium, quod diuino cultui, ac diuinis Officiis impendunt, ita Rodoan de spol. eccles. quaest. 1. num. 27.] Hinc in multis iuribus beneficiarios fructus suos facere, vel non facere dicitur, quasi in eis dominium acquirant, vt in Concil. Tridentin. sess. 23. de reformat. cap. 12. vers. praeterea obtinentibus, ibi, quos ratione etiam praebendae, ac residentiae fecit suos, & vers. prout ibi, fructus non faciant suos, & sess. 23. de reformat. cap. 1. vers. si quis autem, ibi, tunc pro rata temporis absentiae fructus suos non facere. Deinde pars haec affirmatiua ex eo probatur, quia facta diuisione illa reddituum Ecclesiasticorum in quatuor partes, omnes, quibus portiones illae fuerunt assignatae, earum dominium liberum ab omni onere sibi acquirunt, vt patet in pauperibus, licet enim ex sua parte aliquid eis superfluat, nemo dicit teneri id aliis pauperibus erogare; & similiter in fabrica; est enim titulus diuisionis a lege, vel Superiore habitus sufficientis ad dominium transferendum, non minus, quam emptio, & similes, l. 1. C. communia vtriusque, cum similibus; igitur cum loco predictae quartae subsequantur beneficiariis oblationes, atque decimae pro Ecclesiastico stipendio, sicut illius habebant dominium, ita & huius, facit auctoritas text. in c. vnic. de cleric. non resident. in 6. ibi, dominium non acquirant. Ex quibus haec sententia recipitur ab omnibus nouioribus, quam sequuntur, & etiam hodie communem esse testantur Couar. in cap. cum in officijs, num. 4. de testam. Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. num. 34. Sarm. de redditibus Ecclesiasticis, part. 4. c. 6. Marfil. Colum. eodem tract. cap. 34. & 35. Spin. in speculo testam. in rubric. gloss. 14. num. 7. Barb. in l. diuorij, in princip. part. 2. num. 53. ff. soluo matrimo. P. Malder. de Instit. & Religione rit. 4. cap. 4. disp. 2. Lefsi. eodem tract. lib. 2. cap. 4. num. 43. & Molin. tract. 2. disp. 242. Nicol. Garcia de benefic. part. 2. cap. 1. num. 5. plures per Cened. ad Decretal. collect. 12. num. 5. Greg. XV. decisi. 401. num. 1. Quamuis beneficiarios quocumque solum esse censuarios horum bonorum, ita & vt necessaria sibi, & familiae suae habeant, quantum scilicet ad eorum victum, vestitum, carerosque usus congruos & necessarios sufficiat, reliqua in pauperes

dispensent, mordicus defendere nitatur Nauar. de redditib. Ecclesiasticis, quaest. 1. morit. 20. cum sequentibus, quem sequuntur Menoch. cons. 66. num. 32. & de arbitrar. casu 433. num. 35. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. quaest. 70. Fr. Emman. quaest. Regular. tom. 3. quaest. 74. art. 4. vers. quinta ratio, Valac. de partit. cap. 36. num. 4. Cald. Pereira de resolut. emphyt. cap. 15. num. 43. & de empt. cap. 16. num. 1. Aloyf. Ricc. in praxi fori Ecclesiastic. decisi. 601. num. 2. in prima edit. & resolut. 526. num. 2. in secunda edit. Quae quidem sententia affirmatiua primo loco relata adeo vera, & amplectenda est, vt propterea beneficiarius vanè, ac malè consumens fructus beneficij, non teneatur ad restitutionem, quamuis peccet, & quidem mortaliter, non contra iustitiam, sed contra charitatem, seu misericordiam, si in notabili quantitate id faceret, & excessus esset magnus, prout resoluunt Molin. de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 46. & num. 52. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. clericus, §. 10. Paul. Comitol. dict. lib. 1. quaest. 71. & videtur tenere Rodoan. dict. quaest. 1. a num. 25.

Hinc colligitur falsam esse illorum opinionem, qui tenent Episcopos, ac alios beneficiarios non Monachos ideo testari non posse de acquisitis ex fructibus suorum beneficiorum, quia domini illorum non sunt, conuincitur enim ex supradictis; nam vera ratio est, quod ideo Episcopi, & clerici de acquisitis intuitu suorum beneficiorum testari non possunt, quia a lege Canonica prohibentur in cap. presentis & in cap. quia saepe, & in cap. Episcopi 12. quaest. 1. & in c. cum in officijs, & in cap. ad haec, & in c. quia nos, & in c. relatum, 12. de testam. & in Clemet. statutum, de elect. neque valet argumentum, non potest testari, vel non potest alienare; ergo non est dominus, probat text. in l. non ideo minus, ff. de rei vendicat. l. pen. & per totum, C. qui testam. facere poss. & per totum, Institut. quibus non est permittum facere testam. explicat post multos Pinel. in l. 1. C. de bonis maternis, part. 2. num. 1. & num. 5. Et confirmatur ex verbis illotum Iurium, quae semper iuris prohibitionem denotant dict. cap. cum in officijs, ibi, antiquis Canonibus constat inhibendum, dict. cap. quia nos, ibi, nullum de iure possunt facere testamentum, dict. cap. ad haec, ibi, de iure testari non possunt.

Ex consuetudine tamen potest beneficiarius testari de acquisitis intuitu beneficiorum, quae consuetudo est in Hispania quoad clericos Episcopos inferiores, nempe quod possint de illis testari, & in illis ab intestato consanguinei succedere; de qua consuetudine testantur Couar. in dict. cap. cum in officijs num. 9. Duén. reg. 366. num. 11. Nauar. in man. cap. 25. num. 129. & de reddit. Eccles. quaest. 3. num. 10. & in apologia quaest. 1. morit. 40. & quaest. 3. morit. 5. & de spoliis clericorum, §. 6. num. 6. Sarm. de reddit. Ecclesiastic. part. 4. cap. 1. num. 8. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 56. Craff. de success. §. testamentum, quaest. 34. num. 9. P. Molin. de instit. tract. 2. disp. 147. vers. his explicatis, Salzed. ad Bernard. in practico, cap. 132. lit. A. alias cap. 135. in nouiss. edit. Gam. decisi. 315. a num. 6. D. Barbof. in l. diuorij, in princip. part. 2. a num. 60. ff. soluo matrimo. Azor instit. moral. part. 1. lib. 7. cap. 9. quaest. 1. & lib. 8. cap. 4. quaest. 4. Sured. de aliment. tit. 9. quaest. 12. a n. 1. Gutier. pract. lib. 2. quaest. 114. Valac. consult. 165. num. 11. & de partit. cap. 35. a num. 7. Marta de iurisdict. part. 4. casu 24. num. 21. Castil. quoridian. lib. 1. de usufructu cap. 79. num. 7. in fine, Nicol. Garc. dict. part. 2. cap. 1. a num. 8. Aloyf. Ricc. in collect. decisi. part. 5. collectan. 1718, [late Rodoan. de spol. eccles. quaest. 4. per tot. vbi de consuetudine testandi, vel disponendi de fructibus, & rebus ecclesiasticis, &

n. 14. refert Carolus V. anno 1523. comitiis totius Regni Pinciae habitis a. 27. hanc consuetudinem uti bonam, laudabilem, ac legitime inductam seruari mandasse. plures per Cened. ad Decret. collect. 12. n. 2. & est apud Hispanos l. fin. tit. 8. lib. 5. recopilat. & apud Lusitanos Ordinarlo Regia lib. 2. tit. 18. §. 7. quae consuetudo approbata est per Rotam in vna Palentina fructuum Archiepiscopatus de Portillo. 26. Februarij 1580. coram Cardin. Lancillotto sen. relata per Garc. diel. cap. 1. num. 12. & in tota Gallia eandem esse consuetudinem, [referunt Rodoan. diel. quest. 4. num. 14. in fine] Anton. de Lestang Praef. Tholosen. Arresti de Tholose, arrest. 5. num. 6. 7. 23. Chopin. monast. lib. 2. tit. 2. num. 13. in margarita tit. 3. num. 9. nisi comparata bona sint sub nomine, & ad opus Ecclesiae. Ludouic. Carond. respons. lib. 7. cap. 1. 27.

7 In assignanda differentiae ratione, quare Episcopi de acquisitis intuitu Ecclesiae secundum consuetudinem hodiernam testari non possunt, & tamen reliquis beneficiariis consuetudo testandi facultate generaliter concesserit, laborant Doctores: alij enim eam assignant, quod Episcopi speciali iustitiae praecipio tenentur pauperibus superflua erogare; alij inter habentes, & non habentes administrationem distinguunt, qui omnes iuxta supradicta non sunt audiendi. Gam. verò diel. decis. 313. num. 10. eam esse inquit, quia clerici Episcopis inferiores introduxerunt consuetudinem suis Praeclatis scientibus, & consentientibus, Episcopi autem sine scientia Summi Pontificis, qui consuetudinum particularium non habet notitiam, cap. 1. de constitut. lib. 6. Quae ratio minime defendi potest, si aduertras consuetudines rationabiles, & praescriptas vim, & auctoritatem accipere a legibus, seu Principe, dum hanc vim consuetudini deferunt, ut legem possint vincere, non autem esse necessariam specialem in quavis consuetudine legis, vel Principis approbationem, notant contra glos. vltimam, ibi Abb. & Doctor. communiter in cap. vltim. de consuetud. ut post Roch. testatur Couar. in reg. possessor. 2. part. in princip. num. 9. vers. tertio, & multi, quos copiose refert Duen. reg. 141. multoque minus inferiorum Praeclatorum scientia necessaria est, cum licet velint hanc vim consuetudini tribuere, non possint, ex notatis in cap. quod super his, de maiorib. cum multis, de quibus Duenh. reg. 250. Bernard. & Salzed. reg. 238. Falcon. reg. 433.

8 Quare facilis ratio illa potest esse, quia in Praeclatis Ecclesiarum Cathedralium, qui sunt Episcopi, & similes, statutum fuit ut obuentientia tempore vacationis ad futurum successorem pertinerent, ut probant text. in cap. quia sepe, de elect. lib. 6. Clement. statutum, eod. tit. Couar. in cap. relatum 2. num. 3. de testament. D. Barbof. diel. part. 2. num. 59. [licet in Hispania Episcopatus regulariter fructus mensa Episcopalis pro vacationis tempore ad Cameram Apost. spectent, Nicol. Garcia de benef. part. 2. cap. 2. num. 91. Duran. Rota decis. 314. num. 2. part. 2.] Idque in reliquis omnibus beneficiariis statutum fuit, sub illa tamen differentia, quod in Episcopis, & similibus contraria consuetudo reprobatur, in d. c. quia sepe, & in diel. Clem. statutum, in aliis vero inferioribus expressè approbatur in d. cap. preseni, nam, ut supra dixi, consuetudines ex legis prohibitionem vires accipiunt, nimirum si in Episcopis, & similibus consuetudo non induxerit, ut testari possint de quaesitis intuitu Ec-

clesiae, sed adhuc in illis sunt in viridi obseruantia Sacri Canonis, qui sic relicta iubent successori seruari, in clericis vero inferioribus contrarium induxerit: & confirmatur, quia licet valde controuersum sit inter scribentes an noua consuetudo valeat introduci, quando per legem aliquam in specie reprobata reperitur? verior & receptior sententia est non valere, nisi noua causa proponatur, ex qua rationabilis reddatur, nulla autem apparet ratio noua, quare oportuerit contra dictam Clement. statutum, cum similibus, quae hanc consuetudinem improbant, de nouo eandem introducere.

9 Ex hucusque dictis iam inferitur de bonis intuitu Episcopatus, tam verè, quam praesumptiue quaesitis Episcopum testari, & praeter Ecclesiam vltimum facere heredem, non posse propter legis humanae prohibitionem, [cap. 1. ad hac, cap. quia nos, de testam. cap. Episcopus 12. quest. 1. a. u. licentiam, C. de Episc. & cleric. Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. num. 27. Gabr. Pereira Lusti. decis. 75. num. 1. & decis. 95. num. 7.] De aliis vero patrimonialibus, [atque aliunde, non autem contemplatione Ecclesiae acquisitis,] liberè testari valet, ac de ipsis maioratum facere, [cap. sine manifesta, ibi, sicut noluerit 12. quest. 1. cap. fixum 12. quest. 5. a. u. licentiam, C. de Episc. & cler. Molin. diel. lib. 2. cap. 10. num. 27.] Marta de Iurisdic. part. 4. casu 24. num. 3. Cardof. in praxi iudicium, verb. Episcopus, num. 55. Item de bonis, quae suo labore, & industria acquisiuit, quamuis ratione Ordinis, non tamen praetextu Episcopatus, vel bonorum Ecclesiae: qualia sunt, quae Episcopus acquisiuit, quatenus Vice Rex, vel ab illis ceteri qui ad Ordines promouentur, stipendium, & illud quod Cardinales accipiunt à Rom. Pont. ratione Cardinalitij galeri, ut vocant; ita Doctor. communiter in authent. licentiam, C. de Episcopis, & Cleric. Couar. in cap. 1. de testament. num. 11. [Azor. diel. tom. 2. lib. 4. cap. 3. quest. 6. nouissime Diana moral. resol. part. 5. tract. 2. de potest. & priuileg. S. R. E. Cardinalium resol. 50.] Nauar. de redditib. quest. 1. mon. 19. num. 1. Clar. §. testament. quest. 27. num. 3. Molin. lib. 2. cap. 10. num. 27. [& 51. D. Barbof. in l. diuortio part. 2. ff. soluto matrim. num. 66. & 67. Franc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. part. 3. c. 3. num. 1. & 2. Emman. Sa verb. Episcopus num. 32. Decian. respons. 80. tom. 4. me citato in hoc loco Alzed. diel. part. 1. cap. 14. num. 4. & num. 45. Rodoan. de spol. eccles. quest. 3. §. & in hac materia num. 12. vbi quod possunt testari de illis, quae sibi offeruntur pro ordinationibus.] Crass. §. testament. quest. 27. num. 3. [Et adde Praelatum de fructibus beneficij, qui sibi ex propria parcimonia obtulerunt, posse disponere sicut de bonis propriis patrimonialibus, Sot. de Instit. lib. 10. quest. 4. art. 4. col. 4. vers. cum ergo, Nauar. de reddit. eccles. quest. 1. mon. 33. num. 2. & 4. vers. quae ratio, Molin. diel. disp. 146. vers. contrarium, ibi, tertio quoniam, Gregor. XV. decis. 401. num. 6. Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. num. 50. vbi ait quod Episcopus potest pro sua voluntatis arbitrio libere expendere de fructibus Episcopatus, qui iuxta dignitatem suam sibi pro sustentatione propria, atque familiae necessitati sunt, tanquam de aliis rebus, quae sua industria acquisiuit, D. Barbof. in d. l. diuortio, in princ. part. 2. num. 68.

Dum Matriri essem sui interrogatus de occurrenti casu, vtrum scilicet Praelati Occidentalium

dentalium Indiarum, ad libitum tam viui, quam morientes disponere possint de tertia parte, quae ex redditibus decimalibus Episcopatum vacantium Rex noster successori concedere solet, tanquam de aliis suis bonis patrimonialibus, vel quali? In qua questione doctissimus D. Ioannes de Solorzano de Indiarum iure tom. 2. libr. 3. cap. 10. num. 78. meritò resoluit affirmatiue, quia non iudicantur bona Ecclesiastica, sed potius Regia quaedam donatio; & addit sic responsum fuisse per Sacram Congregat. Cardinalium ad dubitationem recolendae mem. D. Toribij Alphonsi Megrouejo Archiepiscopi Limani. Et ita practicum fuit saepe saepius; cuius doctissimi viri resolutio his potissimum nititur fundamentis. Primo, quia vocantur bona patrimonialia, quae acquiruntur à Principe titulo habili, etiam si obtineantur contemplatione dignitatis, seu status Episcopalis, aut Clericalis Zabarel. in cap. sin. de pecul. cleric. Feder. de Senis conf. 20. Calderin. conf. 1. de pecul. cleric. Filiuc. tom. 3. de statu cleric. tractat. 43. de spoliat. Ecclesiast. cap. 3. numero 15. ibi, dico quarto. Bona quacunque quae Ecclesiasticis donantur, vel relinquuntur rationabili, etiam si ad id dignitas, vel status clericalis concurrat, ut conditio sine qua fortasse donata ac relicta illa non fuisset, ipsorum propria sunt, & quasi patrimonialia, &c. Secundo, quia quae à Sede Apostol. aliquibus Cardinalibus in subsidium expensarum conferuntur quotannis, quo se decentius sustentent, & quae idem Summus Pontif. interdum in expensarum subsidium tribuit Episcopo, & his similia, patrimonialia, vel quasi patrimonialia censenda sunt, Nauar. in tractat. de redditib. Ecclesiast. questio. 1. monitum 39. Molin. de Iustit. tractat. 2. disputat. 142. Tertio quia quae clericis, & Episcopi acquirunt, seu luantur ex distributionibus quotidianis suorum Canoniarum interessendo diuinis Officiis, vel praedicando, Confessiones audiendo, Missas celebrando, mortuos sepeliendo, sacramenta ministrando, visitando, seu sententias proferendo in causis eorum se vertentibus, ac in aliis laboriosis actibus, habentur tanquam bona patrimonialia, & ut talia ad heredes transeunt, liberèque de illis disponere possunt, Nauar. diel. monitum 39. Francisc. Leo in thesauro fori Ecclesiast. parte 3. cap. 3. num. 14. Moneta de distribut. quotid. parte 3. questio. 1. num. 21. Ceuall. commun. contra commun. questio. 672. Filiuc. diel. tractat. 43. cap. 4. numero 14. Felician. à Vega ad cap. si clericus §. num. 17. cum sequentibus, de foro comp. Solorzan. diel. cap. 10. numero 75. & 76. Quarto, quia cum fructus huiusmodi ex donatione, seu concessione Regia Praelatis acquirantur, non sunt iam ut tales censendi, nec appellacione fructuum comprehenduntur, ad not. per Franch. decis. 172. Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 2. cap. 399. num. 25. Vnde Oldrad. conf. 129. quem referunt Iaf. num. 8. & D. Barbof. num. 6. in l. diuortio §. quod in amo ff. soluto matrim. tenet quod in locacione fructuum cuiusdam Archidiaconatus, non veniunt quae extra ordinem praestabantur Archidiacono in primo introitu.

11 Et vltire possit quando bona censeantur intuitu Ecclesiae acquisita, sequentes distingue casus. Aut enim constat Praelatum habuisse bona Barbof. de Episcopo Pars III.

tempore suae promotionis: aut constat quod non habeat: aut sumus in dubio. Primo casu non intuitu Ecclesiae, sed personae quaesita censentur, cum praesumatur pro possessore, & contrarium intendenti incumbat onus probandi: & deinde, quia in his terminis pro Ecclesia nulla, & pro ipso Praelato non parum probabilis detur coniectura, cum constet bona illa iam multò ante Episcopatum fuisse penes eundem, text. in diel. cap. 1. de testament. ibi, quod cum ante Episcopatum Ordinem, diel. cap. de Syracusana, ibi, vniuersa sui Episcopatus quaesita tempore Ecclesiae suo domino sociaret, quasi longè aliud in quaesitis ante Episcopatum esset resoluendum. ¶ In secundo vero casu, quando tempore promotionis constat nihil habuisse, pro Ecclesia praesumendum est, quod intuitu illius fuerint quaesita. text. in diel. cap. 1. dum probat nulla Episcoporum bona posse ab aliis detineri, nisi illa solummodo, quae Episcopus ante Episcopatum propria habuisse constiterit, [Rodoan. questio. 9. §. & quia, num. 40.] ergo cum exceptio firmet regulam in contrarium, fieri omnino oportet omnia quaesita post Episcopatum praesumi intuitu Ecclesiae quaesita, interim dum aliud legitime non probatur, iuuant maxime vltima verba eiusdem text. ibi, vel in Episcopatus Ordine praedictum Episcopum acquisiuisse, &c. diel. cap. de Syracusana, cap. 3. de peculio clericor. ibi, post dies consecrationis, gloss. verb. probentur, per text. ibi in authent. de Ecclesiast. rit. §. interdictionis; colat. 9. gloss. verb. Praelatos per text. ibi in Authent. licentiam, C. de Episcopis, & Cleric. gloss. verb. morientium, in cap. 2. de success. abintest. Abb. d. in cap. 1. notab. 6. & ibi C. par. num. 6. communis, ut per Clar. §. testamentum; questio. 27. vers. sed quid. Menchaq. iustit. cap. 105. Bellet. disquisit. cleric. parte 1. tit. de bonis cleric. §. 2. num. 3. Menoch. conf. 195. à princ. Gam. in casu notabili decis. 313. num. 2. ¶ Tandem in tertio casu, quando sumus in dubio, quia neque constat bona inuenta penes Praelatum fuisse quaesita ante, vel post Episcopatum; tunc etiam pro Ecclesia praesumendum est, quod illius intuitu fuerint comparata, text. optimus in diel. cap. 1. ibi, vel in Episcopatus Ordine praedictum Episcopum acquisiuisse; si consideres equiparationem, quam text. facit de bonis, quae erant Ecclesiae ante Episcopi consecrationem, & de illis, quae in Episcopatus Ordine Episcopus acquisiuit, ad effectum ut vtraque in Ecclesia dominio conferrentur. Priora, quia realiter ad ipsam Ecclesiam pertinent; posteriora vero, quia saltem praesumptiue. diel. cap. 3. de peculio clericor. cap. res in Episcopatu 12. questio. 2. Crass. §. testamentum, questio. 34. num. 2. Menoch. diel. casu 105. num. 3. Cened. ad Decretal. collectan. 145. num. 2. Camill. Borrell. in summa omnium decis. tom. 1. tit. 6. num. 35. [Mart. in sum. successio. legal. tom. 1. parte 3. questio. 13. art. 5. num. 19. cum sequentibus, & parte 4. questio. 1. art. 3. num. 29 & 33. me citato in hoc loco nouissime Petrus Diaz Noguero. allegacionum Iuris tom. 1. allegat. 31. num. 16. latè Gregor. X V. decis. 87. num. 11. & 12. vbi resoluit quod in persona, praesertim Religiosa & paupertatem proficiente bona censentur potius acquisita ex bonis Ecclesiae per ipsum administratis, Rodoan. de spoliat. Ecclesiast. questio. 9. §. & quia, num. 43. vbi

vbi ait quoddam quando non apparet de tempore, & titulo acquisitionis, præsumitur pro Ecclesia. Tiber. Decian. tom. 4. resp. 80. num. 1. cum sequentibus.]

14 Si verò constat de tenuitate beneficii, & de bonis, ac diuitiis propriis clerici, bona, quæ repta fuerint, potius præsumi debent quæ sita ex bonis clerici, quàm Ecclesiæ, Abb. in cap. 3. num. 3. de pecul. cleric. & in cap. cum esset, numero 24. de testament. Couar. in cap. 2. numero 10. eod. tit. Bero. conf. 7. numero 7. volum. 2. Rota diuers. parte 3. decis. 582. numero 7. & 10. Bellec. dist. tit. de bonis cleric. §. 6. numero 8. [optimè Rodoan. de spoliis Ecclesiasticis. question. 15. numero 22. ibi, Et dico equaliter, quia unum in hoc non debet præuolare alteri, ad hoc ut sit equalis præsumptio, quia si patrimonium sit sufficiens ad requirendum illa bona in totum, vel in partem, Ecclesia vero non, nec in totum, vel in partem, tunc est præsumptio pro heredo; & Ecclesia vel Camera habet tunc probare, quia cessat præsumptio, cap. 1. de pecul. clericor. cap. 1. 12. question. 4. Vel est contrarium, quia Ecclesia erat opulenta, & efficiens ad acquirendum, patrimonium verò, vel industria persona, erat tenuis, & tunc est præsumendum pro Ecclesia, & habet locum præsumptio, cap. 1. præallegato: quia tunc si prætendat aliquid heres, probare habet, quia omnis præsumptio est pro Ecclesia & Camera faciendâ. Si vero uterque erat sufficiens, puta Ecclesia, & patrimonium, & industria persona, quæ hoc casu æquiparatur patrimonio, & est ut patrimonium, & succedit loco patrimonij, & tunc secundum plus & minus erit faciendâ diuisionis, ponderationis, & præsumptionis consideratio; & diuisio & præsumptio fiet secundum qualitatem vtriusque, &c. Hactenus Rodoanus.]

15 Ut igitur omnis in hac re dubietas tollatur, debet Episcopus tempore, quo Episcopatum consecratur, inuentarium illarum rerum facere, quas ipse ex patrimonio, vel alio titulo comparauit, ut probat text. in dist. cap. de Syracusana 28. distinct. ibi, præsentis temporis habita verum descriptione substantiam, &c. cap. manifesta, cap. sine manifeste, 12. question. 1. post Specul. quem refert Cened. dist. collectan. 145. num. 2. Abb. in dist. cap. 1. num. 9. vers. iamen Episcopus, [me citato in hoc loco Alzed. dist. cap. 14. num. 14.] quod si Prælatum non fecerit, præsumitur contra eundem nihil habuisse, & quod omnia intuitu Ecclesiæ acquisierit, ut in simili de herede non conficiente inuentarium probat auct. de hered. & falcid. §. sancimus, collat. 1. vers. patet. [Rodoan. dist. question. 9. §. & quia numero 41. vbi quoddam præsumitur contra Prælatum omitentem facere inuentarium, & num. 42. quoddam propter culpam Prælati deferretur Ecclesiæ iuramentum in litem, faciunt notata per Decian. dist. resp. 80. num. 2. & 3. tom. 4. Alzed. dist. parte 1. cap. 14. numero 15. vbi numero 23. tenet Episcopum secularium, cuius Episcopatus apud infideles consistit, de omnibus bonis testari & disponere posse, quia contra eum non est præsumptio, si acquisiuit ex redditibus Ecclesiæ, cum non percipiat ex ea redditus. Boët. Epo de iura promentium Ecclesiasticorum. in comment. ad cap. 1. de testament. numero 108. vbi ait quælibet Episcopum antequam rebus Ecclesiæ se-

met immisceat, iure teneri inuentarium conficere bonorum propriorum, ne bona propria cum bonis Ecclesiæ confundantur ac misceantur, sed maneat omnino distincta semper, si defuerit hac in parte sibi Episcopus, manifesta nascitur præsumptio fraudis, ideoque cuncta præsumuntur esse quæ sita in Episcopatu, siue hæredes Episcopo mortuo bona arripuerint, eaque detineant, siue Ecclesia, vel eius procurator ea possideat.]

Episcopus translatus tenetur priori Episcopatu 16
tui relinquere fructus iam perceptos, & res ex illis emptas; prout resoluunt Paul. conf. 337. numero 8. libr. 1. Alciat. resp. 1. num. 49. libr. 1. Sarm. de redditib. par. 2. cap. 4. in fine, sequitur D. Barbosa in l. diuortio, in princip. num. 52. cum sequenti, ff. soluto matrimon. ac etiam libros, ornamenta, paramenta, & argentaria de redditibus prioris Episcopatus emptâ, Barbat. consil. 20. num. 13. vers. & vidi hoc anno, volum. 3. quem refert, & sequitur Bellec. dist. tit. de bonis clericorum §. 8. num. 6. Mouentur primò, quia ut supra dictum est, morte Episcopi conseruanda sunt in dominio Ecclesiæ omnia illius intuitu comparata, & futuro successori referuanda, cap. quia sape 40. de elect. libr. 6. cap. vltim. §. porro, de officio Ordinar. eod. lib. sanè translatus, quoad Episcopatum à quo transfertur, pro mortuo reputatur; vnde qui eidem succedit, non viuenti, sed defuncto quodammodo substituitur, cap. in apibus, §. ecce, vers. translatus, 7. question. 1. gloss. per. recepta in cap. susceptum, 6. de rescript. in 6. gloss. verb. morte, in cap. si Episcopus, de supplend. neglig. Pralat. in 6. gloss. verb. morti, in Clement. 1. ut litem pend. Deinde suadet ex cap. manifesta, 12. quest. 1. ibi, si Episcopo contigerit inopinatus transitus, res Ecclesiæ nullo modo possint minui, aut perire, bonus text. in cap. si quis iam translatus, ibi, nihil habeat commune cum priori, 21. question. 2. Denique quia translatus legitime dicitur ille, qui Apostolica auctoritate transit, dist. cap. si quis, vers. aliud est, & per totum, de translat. Pralat. Sanè Principis concessio in dubio, dum aliud non exprimit, nullum continet tertij præiudicium, l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. super eo, 15. ad fin. de offic. deleg. cum similib. igitur translatio non debet operari præiudicium prioris Episcopatus, quicquid contrarium velint Waldens. de success. abintest. parte 2. §. furta, num. 11. Pavin. de potest. Capituli parte 2. quest. 8. num. 28. vers. & adde, Calderin. consil. 12. de rebus Ecclesiæ, prout omnes refert D. Barbosa. dist. num. 52.

Vtrum autem bona emptâ per Prælatum ex fructibus, vel pecunia Episcopatus, ipso iure transeant in dominium Ecclesiæ, an verò penes Prælatum, vel alium emptorem manere debeant; Quæstio est ad præsens institutum non contentenda; in qua pars affirmatiua, quæ vera est, suadet ex verbis text. in dist. cap. 1. de testament. ibi, in eiusdem Ecclesiæ dominio conseruatur, quæ supponunt dominium iam quæsitum, illiusque conseruationem omnino procurandam, quasi eo ipso, quod sit emptâ, statim Ecclesiæ fuerint quæ sita; bonus text. in auct. licentiam, vers. ceteris, C. de Episcopis, & clericis, si expendas Episcopum solummodo posse disponere de acquisitis ante Episcopatum, vel de illis, quæ sibi iure consanguinitatis vsque ad quartum gradum

dum post adeptum Episcopatum obuenerunt, quibus duobus solummodo exceptis, cætera omnia dominio Ecclesiæ referuantur. ergo non solum redditus, & bona familia, sed etiam alia ex eisdem emptâ ipso iure in dominium Ecclesiæ transeunt, in quo conseruantur. cap. inquirendum, de peculio clericor. vbi gloss. verb. comparauit. Hanc igitur partem affirmatiuam sequuntur gloss. verb. comparauit, in dist. cap. inquirendum, gloss. verb. non negabit in l. si ut proponit, C. de rei vendicat. gloss. verb. constitutum, in l. penult. C. si quis alteri, vel sibi, gloss. verb. construxisse, in cap. Apostolicos, 12. question. 2. post alios Couar. in dist. cap. 1. de testam. num. 5. Tiraquell. de priuileg. pie causæ, priuileg. 120. Xuar. allegat. 28. num. 25. à princip. Sarm. de redditib. part. 3. cap. 2. à num. 5. Quamuis oppositum tæatur post Innoc. & Socin. ac Io. Andr. in dist. cap. inquirendum, vbi Sicul. falsò communem dicit, Nauar. in apologia quest. 1. mon. 37. & 66. & in cap. non dicatis, §. 1. num. 4. & §. 6. num. 4.

18 Vnde à fortiori sequitur monachum in Episcopum promotum testari non posse, nam vltra rationes supra expensas in Episcopo non monacho, viget & alia efficacax in Episcopo Monacho, quia ab eo vota in religione emissa non laxantur, nec limitantur, nisi quatenus illorum obseruantia obstat executioni muneris Episcopalis tanquam maiori bono, iuxta resoluta per me par. 1. tit. 1. cap. 4. à num. 12. cum ergo teneatur voto paupertatis, post factum Episcopum ab eo non absoluitur, nec efficitur dominus reddituum Ecclesiasticorum, sed solum administrator, quia abdicatio omnis dominij non obstat Episcopali muneri, dummodo talis Episcopus liberam habeat administrationem omnium bonorum Ecclesiasticorum, ut ea in quoslibet vsus decentes expendat. Quare Religiosum creatum Episcopum non eximi à paupertatis voto, nec effici verum dominum reddituum Ecclesiasticorum instar Episcoporum secularium, tuncur S. Thom. quest. 88. art. 11. ad 4. & quest. 185. art. 4. ad 3. & in 4. sentent. dist. 38. question. 1. artic. 1. question. 1. ad 5. gloss. in cap. quorundam, verb. mendicantium, de elect. in 6. & in cap. vn. verb. legimus, 18. quest. 1. Nauar. tom. 1. de regul. num. 31. & tom. 2. num. 17. vers. questionis est, & de redditib. Ecclesiasticis. quest. 1. mon. 9. num. 1. & mon. 11. num. 1. & mon. 52. num. 1. & conf. 15. num. 12. sub tit. de Regular. in antiq. & conf. 6. num. 11. sub tit. de voto, in nouis, Couar. in dist. cap. 1. num. 8. de testam. Valent. 2. 2. dist. 10. quest. 3. puncto 8. Fulu. Pacian. consil. 132. num. 35. & 37. volum. 1. Henriq. in sum. lib. 10. de sacra. Ordinis cap. 32. §. 5. & cap. 33. §. 3. & lib. 12. de marrim. cap. 5. §. 5. in fine, & in com. litt. H. Graff. in decis. aureis par. 2. lib. 3. cap. 19. num. 87. Molina de primog. lib. 1. cap. 10. num. 28. alt. Molina dist. tract. 2. disput. 140. ad fin. Sured. de alim. tit. 7. priuileg. 79. num. 99. Tapia in auct. ingressi, verb. sua, cap. 6. num. 85. & verb. ideoque, nec de his, cap. vni. num. 32. C. de sacrosanct. Eccles. Fr. Emmanuel in sum. tom. 1. c. 10. num. 4. & quest. Regul. tom. 2. quest. 58. art. 8. Lessi. de iustitia lib. 2. cap. 40. dub. 14. num. 113. [Suar. de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 8. cap. 16. ex num. 4. me citato in hoc loco Alzed. dist. par. 1. cap. 14. num. 5.] Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 7. quest. 2. vers. profecto hanc quamuis, Petr. Ledesma in sum. par. 2. tract. 32. cap. 3. del estado de los Obispos conclus. 25. vers. digo lo tercero, nouissime Sanch. in præcepta Decalogi tom. 2. lib. 6. cap. 6. n. 8. [Barthol. à S. Fausto d. lib. 6. q. 190. me citato in hoc loco adden. ad Molin. de

Barbosa. de Episcopo Pars III.

primog. lib. 2. cap. 10. n. 26. cum seq. Rota decis. 548. n. 2. tom. 2. in posthumis Firin. alias par. 2. reuertissim. Quicquid velint Hurtado de Mendoza de Fide, Spe & Charit. tom. 2. disp. 160. sub sect. 3. §. 54. vers. sed in aliquibus, Antonin. Diana resol. moral. par. 3. tract. 2. resol. 50. & alij per eos citati. Verum enim paupertatis non resoluitur per transitum ad Episcopatum in his, quæ se compatiuntur cum Episcopali dignitate, & officio, consequenterque non potest proprium habere, neque sibi acquirere. Abb. in cap. cum olim n. 7. de priuileg. & in cap. clericus el. 2. in addit. in fine, de vita, & honest. cleric. Rota in d. Vffelen. hereditatis 24. May 1619. coram Reuerendiss. Patre Domino Pirouano. Nec ex administratione tali Episcopo à iure concessa (de qua Sanch. lib. 7. cap. 32. num. 62. Campan. in diuers. Iuris Canon. rubr. 12. cap. 14. num. 6.) illi plenum dominium, & alienandi facultatem tribuere debemus, ut ab oppositis supponitur, cum nuda solum bonorum post Episcopatum quouis titulo acquisitionum administratione fungatur, proprietatem autem Ecclesiæ, cui præest, proculdubio quærat, d. cap. statutum vers. postquam enim, Molin. d. cap. 10. num. 28. Pelag. de planctu Eccles. lib. 2. cap. 24. Fab. de Anna d. conf. 45. num. 107. Cened. de pauper. Relig. dub. 43. num. 5. & à num. 31. Campan. d. rubr. 12. cap. 14. num. 8. Gabr. Pereira Lusit. decis. 75. num. 1. & 3. Nam indubitata est differentia inter Episcopum à monachismo promotum, vel à clericatu, quod iste omnia post Episcopatum sibi obuenientia siue iure hereditatis, siue quouis alio ad eum, velut ad verum dominum pertinent, deque illis libere disponere potest, ille verò nudam tantum habet administrationem ex munere Episcopali ipsi iniuncto competentem. Sanch. d. cap. 6. num. 8. & 10. Nicol. Garcia de benefic. par. 7. cap. 10. num. 89.]

20 Quod quidem adeo verum est, monachum scilicet creatum Episcopum habere solum administrationem omnium bonorum, ut nec de patrimonialibus, aut propria industria acquisitis liceat ei testari eo modo, quo id fas est Episcopis secularibus; quia paternam hereditatem, & quicquid aliud vndeunque acquirat religiosus Episcopus, acquirat suæ Ecclesiæ cum sola administratione, cap. statutum, 18. quest. 1. in fine, [Carol. de Graff. de effectib. cleric. effectus 3. num. 125. Soar. tom. 4. de Relig. tractat. 8. libr. 3. cap. 16. num. 14.] Molina dist. disputat. 140. ad fin. Azor. dist. lib. 12. cap. 10. quest. 6. Nauar. com. 4. de Regular. num. 6. Fr. Emmanuel tom. 2. question. 58. artic. 6. & tom. 3. question. 69. artic. 4. [& in sum. tom. 4. cap. 68. num. 4.] Bellec. disquisit. cleric. par. 1. tit. de bonis cleric. §. 8. num. 3. [Sanch. dist. lib. 6. cap. 6. num. 10. & dist. libr. 7. cap. 3. num. 2. adden. Rodoan. de spoliis Ecclesiasticis. question. 3. §. & in hac materia num. 15. vbi ampliat etiam si sit Cardinalis, & num. 14. dixerat Regularem non posse disponere de rebus post Episcopatum acquisitis etiam intuitu personæ. adden. ad Molin. dicto loco, Læz. Zech. de Republ. Eccles. tit. de Regular. cap. 3. num. 14. Gratian. discept. forens. cap. 363. num. 25. tom. 2. & cap. 880. num. 10. tom. 5. Gabriel Pereira Lusit. decis. 75. num. 1. Francisc. de Sola dist. libello à num. 15. vsque ad 30. Cened. de pauper. Relig. dub. 45. Thadæ. Pico lib. 1. var. resolut. cap. 8. num. 33. Hieron. Roderic. in compend. question. Regular. resolut. 135. num. 5. Mar. Cutell. de donat. tom. 1. tractat. 1. discept. 2. part. 3. num. 158. cum sequent. me citato in hoc loco Alzed. d. par. 1. cap. 14. num. 7. Lezana in sum. Z Z z 2 quest.

quest. Regular. cap. 17. num. 5. vbi etiam post Soar. d. cap. 16. num. 15. extendit ad Religiosum Religiosis non succedentis in hereditate.]

Quamvis in dubio essemus, nisi constet alteri voluisse acquirere. Rota in vna Vissellen. donat. 28. Junij 1610. coram Illustriss. Ludouiso, nunc Sanctissim. D. N. Gregorio X V. [inter eius impressas decif. 401. & antea decif. 109. num. 5.] † Administratio autem morte finitur, ex qua testamentum incipit valere: ergo non est ei integrum disponere post mortem, quod fit per testamentum. Graff. dict. cap. 19. num. 87. & 88. Fulu. Pacian. dict. consil. 32. num. 33. Nauar. de reprob. quest. 1. mon. 9. num. 2. & quest. 3. mon. 11. num. 1. Henric. dict. libr. 10. cap. 33. §. 3. in fine, & §. 4. Fr. Emman. tom. 3. quest. 69. artic. 4. Sanch. dict. cap. 6. num. 10.

[Vtrum Regularis effectus Episcopus possit reuocare testamentum factum ante professionem? vide supra allegat. 99. num. 15. vbi etiam an Religiosus qui ante professionem donauerat monasterio vel consanguineis, ea recuperet si ad Episcopatum promoueat.]

22 In vita vero religiosus beneficiarius, aut Episcopus, tam ample potest disponere, quam ample potest licite Episcopus secularis, Cardinal. in Clement. 2. vers. sed & tales, not. 1. de vita, & honest. cler. Nauar. de redditib. Eccles. quest. 1. num. 81. in prima editione, & quest. 1. mon. 8. num. 2. & mon. 33. num. 1. in secunda editione, & cons. 70. num. 4. sub tit. de Regular. in antiq. & cons. 13. num. 4. sub tit. de statu monach. in nouis, [Mar. Cutelli in tract. de donat. tom. 1. tract. 1. disc. 2. part. 3. num. 136. Mofel. d. cons. 1. num. 39. Laurer. de Franchis vbi supra quest. 119. licet dubie.] Emman. Sa verb. religio. num. 46. Fr. Emman. tom. 2. quest. 8. art. 8. Rota decif. 216. num. 13. par. 2. in nouiss. Graff. par. 1. lib. 3. cap. 5. num. 43. Anastas. Germon. de indultis Cardin. §. regularia beneficia, num. 47. [Lorca in 2. 2. D. Thoma quest. 32. art. 9. sect. 4. disput. 4. mem. 1. num. 31. Granad. in 2. 2. controuers. 3. tract. 11. disput. 5. num. 2. Andr. Daualli in 2. 2. tract. de elemosyna quest. 8. art. 5. in fine, nouissimè Diana moral. resolut. par. 5. tractat. 2. resol. 64. vers. notandum.] Lelli. de iustit. lib. 2. cap. 4. dub. 5. num. 29. & cap. 41. dub. 11. num. 93. Molina d. tract. 2. disput. 276. vers. Religiosus in conuentu, [Leciana d. cap. 17. num. 6.] & tenuit Rota in vna Vissellen. spoliarum, decimaterra Febr. 1609. coram Illustriss. Ludouiso, nunc Sanctiss. Domino nostro Gregorio X V. impressa per Farin. decif. 241. num. 4. par. 2. recent. [& inter eius decisiones collectas per Beltramin. decif. 401. num. 7. eadem Rota in Vissellen. hereditatis 24. e. Maj 1629. coram Reuerendiss. Patre Domino Pirouano.] Alphons. de Leone in tractat. de officio & auctoritate confessoriorum par. 1. resol. 11. num. 178. & nouissimè de officio Capellani quest. 4. in princip. num. 6.

23 Potest tamen Summus Pontifex licentiam concedere etiam monachis Episcopis, vt testatur, idque in praxi seruari defendunt plures citati à Nauar. in d. cap. non dicatis, à num. 57. Dilect. de arte testandi, tit. 1. cautel. 4. n. 2. [Cauall. quest. 388. n. 63.] Molina d. lib. 2. cap. 9. num. 67. & cap. 10. num. 30. Azor. instit. moral. par. 1. lib. 12. cap. 9. quest. ult. Fr. Emmanuel dict. question. 69. art. 6. & 7. plures per Sanch. dict. tom. 2. libr. 7. cap. 7. animum. 45. [Decian. d. resp. 80. num. 14. tom. 4. Alzed. d. par. 1. cap. 14. num. 24.] Quæ quidem licentia testandi concessa Episcopo intelligitur ad pias cau-

las, non ad prophanas, licet in concessione dicatur ad quoscunque vsus, si non exprimat etiam ad prophanos, Nau. in apolog. de redditib. quest. 3. mon. 6. num. 2. Molin. de primog. lib. 2. cap. 9. num. 67. & cap. 10. num. 30. alt. Molin. tract. 2. disput. 147. & disp. 604. num. 4. Alzed. d. par. 1. cap. 14. num. 38. vbi num. 39. post Molin. Iuristam. d. c. 10. n. 30. resoluit illum, licet habeat licentiam testandi ad quoscunque vsus maioratum instituire non posse, cum licentia intelligatur ad vsus pios, & cum maioratum sit ad prophanos, nihil prodest nisi in licentia disponendi ad prophanos licentia concedatur, & num. 40. cum eodem Molina num. 50. posse Episcopum affirmat maioratum tuta conscientia instituire de fructibus, qui iuxta dignitatem suam erant necessarij ad suæ familiæ sustentationem, & tamen genus suum fraudando consumere noluit, sed conferuare ad maioratum institutum, additque Episcopum secularem dum viuunt recta ualitudine validè donare, aut maioratum instituire de bonis acquisitis, ex redditibus etiam ad prophanos vsus, dummodo per contractum inter viuos irreuocabilem faciat, & possessionem tradat, licet in hoc euentu eum grauius peccare dicat. Circa hanc materiam de licentia vel dispensatione testandi Prælati concessa late agit Rodon. de spoli. Eccles. quest. 7. per tot. vbi à principio tradit licentiam testandi concedi per viam iustitiæ, & per viam gratiæ, & in §. occurrit num. 13. tenet licentiam testandi concedi à Papa sine causa expressa, & num. 16. quòd quotidie per quemlibet obtinetur licentia pro qualibet summa testandi à Papa, & num. 27. quòd valet dispositio licet non sit facta mentio de licentia, quia præsumitur testator voluisse vti facultate, quam habet, & num. 36. quòd licentia testandi non amittitur etiam si quis non testatur per decennium, & num. 70. quòd sufficit licentiam superuenire Monacho post conditum testamentum.]

Vnde Religiosus Episcopus obtinens à Pont. licentiam testandi, etiam ad opera pia, duplex impedimentum tenetur explicare, vt dispensatio legitima sit: alterum se esse religiosum: alterum autem se esse Episcopum, quod duplici hoc impedimento ad testandum affectus sit, [Alzed. d. cap. 14. num. 25. Carol. de Tapia in aurb. ingressi C. de sacrosanct. Eccles. verb. ideoque cap. 1. num. 32 vbi ampliat in Cardinal. Episcopo Sanch. d. lib. 6. cap. 6. num. 11. tot enim dispensationes requiruntur quot sunt impedimenta; Sured. cons. 244. num. 4. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 13. num. 97. Gregor. X V. decif. 87. num. 6.] quod intelligendum esse in casu, in quo talis Episcopus veller testari de bonis acquisitis inuitu Ecclesiæ, asserit [nouissimè Laurer. de Franchis in controuers. inter Episcopum & Regulares quest. 113. pag. 465.] Sanchez eodem n. 11. quia si veller de solis patrimonialibus, vel propria industria acquisitis per testamentum disponere, sufficit explicare se esse religiosum, quia huic testandi facultati non Episcopalis status, sed solus Religiosus obstat. [me citato in hoc loco Alzed. d. par. 1. cap. 17. num. 26.] Addunt Couar. in cap. cum ex officiis, num. 8. de testam. & Granut. ibidem n. 13. Socin. iun. cons. 89. lib. 1. [num. 33. Cuch. in iustit. Canon. libr. 2. tit. 4. num. 96. Zech. de Republ. Eccles. tit. 3. de Cardinal. num. 9. priuileg. 8.] quòd licentia testandi à Papa Prælati concessa morte Pontificis re integra expirat; ea ratione, quia hic actus odiosus est, & ideo morte ipsius auctoris extinguitur. † Contrarium tamen verius est, vt tenent Nat. cons. 647. libr. 4. Bursat. cons. 19. libr. 1. Nauar. in apologia quest. 3.

monitu 8. num. 3. Sanch. de Matrimon. lib. 8. disp. 28. num. 82. D. Barbof. in l. ditorrio, §. quod in anno, num. 20. ff. soluto matrim. Fr. Emmanuel q. 69. art. 6. Gonzal. gloss. 12. in princip. num. 35. Cened. canon. quest. lib. 1. quest. 38. num. 21. Gig. de pension. quest. 91. à num. 2. [Megal. in promptuario verb. Cardinali num. 10. nouissimè Dianamoral. resol. p. 5. tract. 2. de potest. & priuileg. S. R. & Cardinal. resolut. 54.] post Gutier. & Sarmen. idem tenet Fagund. in quinque Ecclesie precepta par. 2. lib. 8. c. 8. num. 14. [me citato in hoc loco Alzed. d. par. 1. cap. 14. num. 28.] & hanc opinionem sequutam fuisse Rotam Romanam in vna Placentina facultatis testandi, 24. Ianuarij 1578. coram Reuerendiss. Patre Domino de Rubeis testator Aloyf. Ricc. in praxi aurea resol. 386. vbi etiam in eadem Rotali decisione dictum fuisse proficitur Episcopum vigore facultatis testandi posse primum testamentum reuocare, & facere secundum, dummodo alia solemnitates requiritæ interueniant, reprobata etiam in hoc opinione Couar. dicto loco. Mouentur eo, quia in concessionibus gratiosis, prout distinguuntur à literis iustitiæ, regula ex receptissima, morte concedentis, etiam re integra non finit, l. ult. ff. de constit. Principum, reg. decet 16. de regul. iuris lib. 6. cap. si super gratia 9. de offic. deleg. eodem libro. vnde † cum facultas testandi sit concessio gratiosa, quamuis Princeps concedens re integra moriatur, expirare non debet, sicut regulare est in quacunque concessione gratiosa.]

Nec denique expirat vigore prædictæ facultatis testamentum semel factum, cum possit illud reuocare, & nouum toties, quoties sibi placuerit, conder e, vt securè tuerentur Sarm. de reddit. Eccles. par. 4. cap. 4. à num. 3. Nauar. eodem tractat. quest. 3. morit. 11. num. 22. Doctoris Barb. in dict. §. quod in anno, num. 19. in fine, cum sequenti; Perale. in l. si quis, in princip. num. 94. ff. de legat. 3. Gutier. pract. lib. 3. quest. 48. num. 7. Sanchez d. lib. 8. disp. 1. num. 17. Fr. Emmanuel dict. quest. 69. art. 5. Gonzal. dict. gloss. 11. num. 97. † Egid. de Coninck de Sacram. disput. 33. dub. 2. num. 18. Sim. de Præris vbi sup. num. 42. me citato in hoc loco Alzed. d. par. 1. cap. 14. num. 37.] quorum fundamentum potissimum illud est, quòd verba cuiuscunque dispositionis, quamuis maximè odiosæ, in dubio cum effectu sunt intelligenda, argum. cap. relatum, 4. vers. cum igitur de cleric. non resid. cum his, quæ Felin. in cap. inter ceteros, num. 8. de rescript. Hippolyt. in l. qui falsam, num. 84. ff. de falsis, Rebuff. in §. hoc sermone, limitat. 2. Sanè testamentum tunc dicitur cum effectu celebratum, quando morte confirmatur, & immobile perseverat cap. cum Martha, de celebrat. Missar. & ideo non primum, sed secundum, cum quo testator moritur, dicitur cum effectu testamentum, vt per se patens est; igitur quamuis prædicta testandi facultas odiosa sit, non est de prima vice solummodo, sed de illa, in qua testamentum plenum sortitur effectum, accipiendæ; maximè, quia intentio Principis concedentis fuit vtiliter eam facultatem largiri ad effectum, vt vltima testantis voluntas perfectè ad executionem perducatur, sicut ille disposuit: vnde necessariò oportet intelligere de illa testamenti factione, quæ adimpletur, & ad perfectam executionem perducitur, qualis est omnis, & sola illa, cum qua testator moritur.]

27 Vnde etiam colligitur licentiam testandi superuenientem validum efficere prius testamentum abque ea factum, quia sufficiens est ad eius valorem, vt

habilitas testandi adsit tempore mortis, à quo robur sumit, vt colligitur ex l. si quis filio exheredato, §. irritum, vers. qua ratione, ff. de iust. ruptio; quare hoc non est extendere dispensationem; sed eam accommodare naturæ testamenti, quæ cum ea sit, vt nihil censetur consummatum vsque ad mortem, licentia superueniens adest ante testamenti perfectionem, & ideo nil mirum si trahatur ad tempus præteritum, quo confectum est, argum. l. talis scriptura, 30. in fine, ff. de legatis 1. & l. iubemus, ff. qui iurisf. cog. Igitur hanc licentiam in monacho de licentia Papæ testante sustinent Castr. in d. l. si quis filium, §. irritum num. 4. & ibi Imola num. 2. ac Bart. in fin. Anton. Gom. l. 42. Tauri num. 2. Nauar. com. 2. de Regular. num. 57. Tapia in aurb. ingressi, verb. ideoque nec de his, cap. 1. num. 25. C. de sacrosanct. Eccles. Matienf. l. 3. gloss. 3. num. 4. tit. 4. lib. 5. noua recopil. Molina disput. 141. in fin. Flamin. de resignat. lib. 11. quest. 7. num. 90. Sanchez d. tom. 2. lib. 7. cap. 8. num. 60. [Crass. de effectib. clerical. effectu 1. n. 1191. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 895. num. 15. Marchin. de sacram. Ordinis tract. 3. p. 1. cap. 28. n. 15. me citato Alzed. d. cap. 14. n. 33.] Marc. Anton. Genuens. in pract. Eccles. q. 403. Et quòd quando Papa concedit Cardinali, vel Episcopo licentiam testandi de fructibus beneficiorum, huiusmodi licentia se extendat ad testamentum iam factum, tenent Alex. & Imola in l. ex militibus, ff. de militari testam. quos refert & sequitur Aloyf. Ricc. in praxi aurea resolut. 294. in fine. [Aduertit tamen Sim. de Præris de interpret. vltim. volunt. tom. 1. lib. 2. dub. 1. interp. 1. solut. 4. incip. inhabilis qui tempore, à n. 64. quem refert Alzed. dict. par. 1. cap. 14. num. 34. quod ad maiorem securitatem postquam licentiam testandi acceperit, debet coram notario, & testibus per scripturam declarare quod virtute talis licentiæ confirmat testamentum antea factum.]

An autem facultas testandi concessa Episcopo extendatur ad codicillos? [Vide Rôdhan. de spoli. quest. 6. num. 22.] Iacob. Anton. Maur. allegat. 15. num. 6. [Alzed. d. cap. 14. num. 31.] Marc. Anton. Genuens. in pract. Eccles. q. 468. n. 2. [vbi resolut non extendi, & antea num. 1. tenuit licentiam testandi concessam Episcopo intelligi de his bonis tantum, quæ supersunt solutis debitis, & reseruat his, quæ sunt necessaria Ecclesiæ vacanti pro seruitoribus & ministris, ac incumbentibus oneribus vsque ad nouos redditus supportandis. Et quòd Episcopus vigore licentiæ obtentæ ad testandum non possit in vita disponere, tenent Mofel. cons. 24. n. 6. post tom. 2. consuet. Neapol. adden. ad Molin. de primog. lib. 2. cap. 10. num. 30. in fine.]

Verùm si Episcopus deceaserit non condito testamento, licet haberet licentiam testandi, nihil prodest ad hoc vt bona Ecclesiæ, vel Cimiterij non applicentur, nisi in licentia cautum sit quòd si non condito testamento decedat, succedant proximiores ab intestato. Ita Franc. Leo in praxi fori Eccles. par. 3. cap. 3. num. 30. Anell. Amatus cons. 1. num. 52. vol. 1. quos refert Alzed. dict. par. 1. cap. 14. num. 29. vbi num. 30. ex Menoch. de arbit. casu 203. num. 36. subdit quòd si in aliqua Ecclesia priuilegium sit quòd eius Episcopus possit tempore mortis disponere vsque ad summam centum, si impetret licentiam testandi, tenetur exprimere, ac facere mentionem de primo priuilegio.]

28 Quo non obtento priuilegio indubitè iuris est acquisita ab Episcopo monacho post Episcopatum adeptum ab eo administranda esse; dicitur superflus fuerit; & eo defuncto non ad monasterium, sed ad

Ecclesiam, cuius est Episcopus, ea pertinere, ut probat text. in cap. unic. 18. quæst. 1. vbi glos. verb. legitimus. resoluunt D. Thom. 2. 2. quæst. 188. art. 8. ad 3. Abb. in cap. fin. num. 3. de Regularib. Sor. de insti. lib. 10. quæst. ult. ad 3. [Lezana d. cap. 17. num. 12.] Quod quidem verum est, quamuis iure hæreditario ea bona post Episcopatum acquisita sint. Molina d. tract. 2. disp. 140. in fine, Lessi. dist. lib. 2. cap. 41. dub. 11. num. 92. Fr. Emman. tom. 2. quæst. 58. art. 7. atque idem dicendum est de acquisitis donatione, Lessi. loco proximo citato, Azor. par. 1. lib. 12. cap. 10. quæst. 6. & propria industria, ac labore, Couar. in cap. 1. num. 19. de testam [Lezana d. cap. 17. num. 12.] Azor. dist. quæst. 6. Fr. Emman. dist. quæst. 18. art. 6.

[Episcopo autem negligenti bona hæreditaria, vel renuntianti, succedit Ecclesia proprietaria ex dispositione cap. statutum 18. quæst. 1. & pro ea Capitulum potest agere dñ tractatur de præiudicio Ecclesiæ & Episcopatus, ut per Innoc. in cap. dilecti in 1. vbi Abb. num. 3. de maior. & obed. idem Abb. in cap. cum olim col. 3. num. 2. & Felin. etiam num. 2. de testib. Rota in d. Vsselen. hæreditatis coram R. P. D. tunc Pirouano.]

29 Procedit supradicta resolutio, etiam si religiosus ille Episcopus sit ex Minorum Fratrum ordine, is enim factus Episcopus ius succedendi parentibus, & agnatis, administrandique bona vndeunque acquisita, dum vixerit, recuperat; [Bart. in tract. Minoris. lib. 4. dist. 3. cap. 3. Rota in d. Vsselen. hæreditatis, coram R. P. D. Pirouano.] quare ipsi mortuo succedit sua Ecclesia. Duch. reg. 381. Tapia dist. aurb. ingressi, verb. sua, cap. 6. num. 87. Molina dist. disp. 140. vers. quando Religiosus Minor. Azor. d. lib. 12. cap. 10. quæst. 6. & cap. 15. quæst. 3. Qui à tempore confirmationis Pontificis incipit Ecclesiæ acquirere. Fr. Emman. in sum. tom. 2. cap. 70. num. 6. & quæst. regul. tom. 3. quæst. 69. art. 4.

30 Episcopum verò titularem monasterio acquirere, ex eo quod nullam Sedē habet, tenent Sor. d. quæst. ult. art. ult. ad 3. Fr. Emman. d. art. 4. in fine. Sā verb. religio, num. 52. [Alij autem dicunt per se, & ex vi iuris acquirere illi Ecclesiæ, cuius titulum habet, quia verò non possunt illi cum effectu applicari talia bona, in opera pia dispensanda esse: ita Soar. tom. 4. de Relig. tract. 8. lib. 3. cap. 17. num. 5. Lezana d. cap. 17. num. 13.] Sed verius est ꝑ eum acquirere Pontifici, quia solutus est omnino à Religionis obedientia, subestque immediatē Papæ, Azor. d. cap. 10. quæst. 7. in fine. [me citato in hoc loco Azed. d. par. 1. cap. 14. num. 12.]

31 Cum donatio causa mortis quoad suum effectum, & efficiam accedat, & assimilatur vltimæ voluntati, licet quoad modum, & ordinationem contractui comparetur, ut probat glos. verb. legatum, in l. 2. princip. ff. de dote preleg. quam Doctores passim sequuntur, ut per Clar. verb. donatio, quæst. 5. [Card. Mantio. de coniect. lib. 1. tit. 12. num. 1. in princ. Fular. de substit. quæst. 682. num. 10.] Surd. de alim. tit. 8. priuil. 22. num. 26. Molina de primog. lib. 1. cap. 12. num. 16. Cardoso verb. donatio, num. 61. idē sicut Episcopi de bonis intuitu Ecclesiæ quæsitis testari non possunt, sic & donationem causa mortis de eisdem facere non valent.

33 Inter viuos tamen possunt saltē in exteriori foro donare, etiā non modicē, & in profanos vsus, Molin. Theolog. disp. 148. concl. 4. alt. Molina de primog. lib. 2. cap. 10. num. 33. [Vnde Prælati in sanitate potest primogenitum instituire, & talis institutio ha-

bet vim irrevocabilis donationis; quam de bonis & fructibus suæ dignitatis Episcopalis non prohibetur facere, nam citra testamentum quoad omnia Prælati æquiparatur usufructuario. glos. verb. reservari in cap. presentis, de offic. Ordin. in 6. latē Molin. d. cap. 10. num. 33. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 854. num. 59. P. Molin. d. tract. 2. disp. 148. n. 3. vbi quod donatio, & institutio maioratus ad vsus etiam prophanos facta à Prælato inter viuos per contractum irrevocabilem dum prospera vtebatur valetudine in vtroque foro valida est, ex eo quia omnis alienatio, quam Prælati inter viuos facit, valida est, per eamque confertur ius, & transfertur dominium, illudque comparat accipiens, Rota coram Greg. X V. decis. 401. à princ. vbi quod Prælati per actus inter viuos potest de fructibus beneficij disponere. Verum si Prælati ex sola familiæ conservatione maioratus fecerit, licet in foro fori id sibi permittatur, moraliter tamen peccabit, nisi institutio facta sit in causam piam, vel relictum consanguineis sit moderatum, vel Prælati sibi subtrahit necessaria, & ex eis facit maioratum, vel si illum faciat ex stipendiis, & fructibus officiorum sibi datorum à Principibus secularibus, ut per Molin. d. cap. 10. num. 48. cum seqq. Stephan. Gratian. dist. cap. 854. num. 59. cum seqq. Intellige & declara huiusmodi donationes inter viuos fieri debere statim bonis & possessione demissis, ita ut nulla possit fieri usufructus reservatio ad fauorem donantis, donans enim cum tali reservatione dicitur donare post mortem, qua sequuta sumit effectum talis donatio, ideo non potest fieri per Prælatum, iuxta l. 2. §. si pecuniam, ff. de donat. Port. conf. 104. Roman. conf. 26. in princ. Mannel. conf. 4. num. 8. & conf. 173. num. 7. Stephan. Gratian. d. cap. 854. num. 46. Rota coram Gregor. X V. d. decis. 401. num. 17. vbi refert quoddam Clementis VIII. Breue inualidare donationes factas in vita reservato usufructu Episcopo donanti.]

Sed obstat difficilis text. in cap. ad hac, vers. viuentes, de testam. quatenus probat beneficiarios viuentes, & in ægritudine constitutos posse facere moderatam donationem de bonis per Ecclesiā quæsitis, non per viam vltimæ voluntatis, sed intuitu elemosynæ; cum enim ex dictis constet illos dominos esse sic acquiritorum, & proinde de illis posse disponere in quocumque vsu, excepta vltima voluntate, videbatur dicendum non solum facere posse moderatas donationes, & elemosynæ intuitu, sed etiam non moderatas, & alio respectu præter elemosynam, quod tamen text. ille aperte negat. Quare Molina de primog. d. cap. 10. num. 40. & 42. intelligit text. non agere de bonis quæsitis à beneficiario intuitu sui beneficij, sed de bonis ipsius Ecclesiæ, quod non convenit litteræ textus, neque id asserunt Doctores, quibus Molina hoc imponit. Navar. igitur d. quæst. 1. monitu 81. & post cum Molina Theolog. d. tract. 2. disp. 148. num. 6. respōdent argumentum à contrario sensu, quod ex eo deducit, scilicet permittitur moderata donatio in infirmitate intuitu elemosynæ, ergo non moderata alio respectu prohibetur, admittendum non esse, contra rationes & iuris fundamenta, quæ contrarium concludunt. Sed mirandum est negare Navarrum hoc argumentū à cōtrario, in hoc text. cum ipse eam sequatur sententiā, quod beneficiarij non sint domini reddituum suorum beneficiorū, ea enim posita rectē sequitur argumentum, textus permissit beneficiariis, qui domini non sunt, moderatas donationes, ergo immoderatas videtur prohibere.

35 A communi igitur Doctorū interpretatione non videtur recedendum, qui resoluunt beneficiariis in ægritudine constitutis non licere immoderatas facere donationes, neque alio respectu, quā elemosynæ propter presumptam fraudis suspitionem. Ita Abb. in d. cap. ad hac, in fine, Anchar. num. 6. Imola & Couar. ibi, Sarm. par. 4. c. 4. n. 6. Rota in Arboren. spolijs 17. Junij 1624. coram Illustriss. Patriarcha Manzanedo. Cum enim beneficiarij de dictis bonis lege Canonica testari prohibeantur, qui in ægritudine cōstituti maximas fecerit donationes, merito in fraudem legis prohibentis testamentum, censendum est facere donationem, ut in simili probat text. in l. filia mea, ff. solutio mar. & in cap. de his, de sepult. aliās illudoria maneret legis Canonice prohibitio, cum facile clericus de bonis per Ecclesiā quæsitis, & de quibus per vltimam voluntatem dispositione non potuit, mortuus iam se donare pronunciat; & iuxta hæc intelliges doctrinam glossæ verb. reservari in d. cap. presentis, dum beneficiariis in infirmitate constitutis æquiparatur usufructuariis ad effectum ne possint testari de quæsitis per Ecclesiā, quæ communiter recipitur secundum Molinam d. cap. 10. num. 83. atque ita fit clarissimum excepta dispositione per viam vltimæ voluntatis, vel quando in fraudem legis prohibentis immoderatas donationes in ægritudine facit, beneficiarios posse in quocumque vsu de redditibus suis disponere; ideoque Pontificem solum inuenta tempore mortis præcipere ut futuro successori referentur, non vero viuenti Prælato idem præceptum imponere. Vnde defensionem bonorum Prælati, ut conferuntur Ecclesiæ & successori, posse etiā spectare ad Regem in obseruantiam legis Canonice tradunt Bobadil. in sua politica lib. 2. cap. 18. num. 180. Gutier. practico. lib. 2. cap. 49. num. 3. D. Barbof. in l. hæres absens, in princ. num. 210. ff. de iudic. Cabed. par. 1. decis. 84.

36 Denique non abs re quæri poterit, an Episcopus habens patrimonium possit illud conferre, & redditus Ecclesiasticos in vsus profanos expendere? In qua quaestione affirmatiuam partem sequuntur Innoc. Abb. & Doctores, ut per Dec. ibi num. 6. in c. Episcopus, de prebend. Felin. in cap. postulasti num. 6. de rescriptis, refert plures, quos sequitur Couar. in d. cap. 1. de testam. num. 2. Sor. de insti. lib. 10. q. 4. art. 3. Navar. de reddiib. quæst. 1. num. 78. Hoieda de compatib. benefico. cap. 19. num. 45. Sarm. eod. tract. par. 1. cap. 1. num. 18. Mench. illustr. cap. 105. n. 9. Menoch. de arbit. casu 145. num. 5. Molina d. tract. 2. disp. 145. plures per Cened. ad Decretal. collect. 33. num. 4. Bellef. disquisit. cleric. par. 1. tit. de bonis cleric. §. 1. num. 11. & §. 6. num. 7. vers. nam clericus, [me citato in hoc loco Alzed. d. cap. 14. num. 43. Fr. Emman. in sum. tom. 4. cap. 68. num. 5. Marcel. de Mauro alleg. 63. num. 10. Rodoan. de spol. quæst. 9. §. fin. num. 37. & 29.] Pro quibus primò illud expeditur quod ꝑ vnusquisque licite percipit & expendit illud quod suis laboribus, veluti iusta merces, deputatur, iuxta illud Pauli 1. ad Timoth. 5. dignus est operarius mercede sua, & Matth. 10. dignus est operarius cibo suo, & 20. voca operarios & redde, cap. cum secundum, 16. in princip. de preb. ne aliās sequatur absurdum, quod vel cogatur quis propriis stipendiis militare contra cap. charitatem in fine 12. quæst. 2. vel cogatur de proprio facere beneficium contra cap. precarie propē finem 12. quæst. 2. refert glos. pen. in cap. unico, de cler. egrot. in 6. Sanē redditus Episcopales debentur Episcopis, veluti merces suis laboribus deputata, bonus text. in cap. pen. ibi, clerici omnes, & ibi, stipendia sanctis laboribus debita,

1. quæst. 2. d. cap. cum secundum, cum similibus & hoc est quod voluit Caieran. 2. 2. quæst. 185. art. 7. ad 3. dum inquit præbendam se habere, ut proprium, clerici, vel Episcopi bonum: igitur si Prælati habeat patrimonium, licite poterit illo conseruato redditus Episcopales expendere.

Quamuis contrarium teneant Dec. d. num. 6. & Barbat. citati à Couar. d. num. 2. Syluest. in sum. verb. simonia, quæst. 16. Adrian. in 4. de rescri. quæst. 32. Palud. ibid. dist. 34. quæst. 3. Maior. dist. 24. q. 21. in fine, quibus non multum opitulatur auctoritas Hieron. in cap. clericos 1. quæst. 2. ibi, quibus parentum & propinquorum nulla suffragantur bona; explosa enim prima solutione, de qua per glos. 2. ibi, & Couar. vbi prox. asserunt procedere de consilio: confunditur namque manifestē per text. ibi, dum habet sacrilegium committere illos, qui cum suo patrimonio sustentari valeant, stipendia Ecclesiastica in suos vsus impendunt, quod tamen nullatenus commisit, si Hieronymus loqueretur de consilio, iuxta reg. cap. ult. vers. quod præcipitur, ibi, offerentis arbitrium 14. quæst. 1. glos. in reg. nullus 62. in 6. Planius ergo responderetur cum eadem glos. & Couar. d. n. 2. vers. prima, textum illum procedere attento tempore antiquo, quo bona Ecclesiæ erant solummodo destinata ad alendos pauperes Christianos, & clericos egenos, ut satis insinuat cap. certe 12. quæst. 1. aduertunt post alios Sor. d. art. 3. Sarm. d. par. 1. cap. 5. num. 17. Nec etiam in contrarium facit text. in cap. illi autem 12. quæst. 1. ad finem, quia ꝑ facile responderetur procedere inspecto eodem tempore antiquo, quo Ecclesia Catholica veluti nouum germen florere incipiebat, & Apostolicis consilijs ita addicta, ut multitudinis Christianorum esset cor vnum, & anima vna, omnia namque erant communia, nemo sibi aliquid proprium vindicabat, d. cap. illi, ad fin. refert plures, quos sequitur Couar. d. num. 2. propē finem.

[Episcopus potest sibi sepulturam eligere vbi cunq; voluerit, etiam extra diocesim, & extra remotos limites prouinciæ, & debent fieri expensæ ex bonis ipsius defuncti, licet acquisitis intuitu Ecclesiæ, Gemina. conf. 1. num. 5. Hieron. Venero de examine Episcop. lib. 4. cap. 17. num. 7. Alzed. d. par. 1. cap. 12. num. 46. vbi num. 48. subdit quod si moriatur non electa sepultura, debet sepeliri in Ecclesia Cathedrali, & num. 49. cum Sebaste. de Medicis de sepultur. quæst. 7. num. 6. resoluunt, quod si extra ciuitatem, vbi habet Sedem Episcopalem, moriatur, ossa ad suam Ecclesiam Cathedralē reduci debēt, & si fortē duos Episcopatus habuisset, quorum vnus alteri vnitus est, sepelietur in Ecclesia Cathedrali, cui vnita est altera Ecclesia Cathedralis; nam illa ut principalis habetur: si duos Episcopatus dispensatiuē habuisset, in Ecclesia Cathedrali, vbi fere continuo residebat: si fuisset alterius Episcopi coadiutor, in illius Episcopi Cathedrali. cui datus erat coadiutor; si extra prouinciam diocesim, & in ciuitate alterius Episcopi, in Cathedrali illius ciuitatis.]

ALLEGATIO CXV.

Episcopus an teneatur ratam habere alienationem factam à prædecessore, quando Ecclesiam heredem reliquit?

S V M M A R I V M.

- 1 Episcopus non tenetur ratam habere alienationem factam à prædecessore, cum Ecclesia relinquitur heres.
2 Ecclesia nomine potest quis venire contra proprium factum.
3 Alienatio rerum Ecclesiasticarum nulla est.
4 Alienationi instituentis prohibitio resistit.
5 Qui sub modo donat, non aliter vult donare cum effectu, quam modo adimpleto.
6 Episcopum non teneri ratam habere alienationem prædecessoris, qui teneant.
7 Heres prælati alienantis bona Ecclesie tenetur stare alienationi in quantum heres est.
8 Heres adeundo hereditatem in quantum contrahat, & cum quibus.

PRo parte negatiua facit primò reg. text. in cap. si quis Presbyterorum 6. in fine, de rebus Ecclesie non alien. ubi glos. verb. personis, & in l. inbe-nimus 14. §. sanè il. 1. C. de sacros. Eccles. dum omnibus indistinctè Ecclesiasticis personis, imò & ipsis alienatoribus repetendi, & reuocandi temere alienata, obseruant innumerum propemodum relati à Cened. ad Decretal. collect. 71. à num. 2. quamuis enim nulli liceat nomine proprio venire contra proprium factum cap. cum super 8. vers. nec ipsi, de concess. præbend. iunctis latè adductis per Pinel. in l. 1. par. 3. à num. 81. C. de bonis maior. ¶ No-mine tamen Ecclesie, vel alterius, cui ius quæsitum est, rectè venire potest, vt satis constat ex mente plurimum limitationum, quas congerit Pinel. ubi proxime à num. 83. igitur omninò videtur affirmandum liberum fore successori remerè alienata reuocare, quamuis Ecclesia hæres fuerit instituta, aliter restringitur, & violentia inferitur reg. d. cap. si quis Presbyterorum. Confirmatur hoc ipsum, quia quãdo alienatio nulla est, ex eo capite, quia lege prohibetur, liberum est alienatori reuocare. l. quemadmodum 7. de agricolis & cens. lib. 11. d. §. sanè, in fin. cum his quæ Pinel. d. par. 3. num. 75. Petalta in rub. de hered. instit. num. 79. plures, vt per D. Barbol. in l. Lucius num. 20. ff. soluto matrim. Planè & alienatio rerum Ecclesiasticarum in proposito nulla est propter legis prohibitionem, vt satis deprehenditur ex decreto irritanti adiecto in cap. sine exceptione 12. quæst. 12. cap. nulli, & per totum, de rebus Ecclesie non alien. latè Nauar. in repet. cap. non liceat Papa 12. quæst. 2. Couar. lib. 2. var. cap. 17. per totum. Sic alià, possessor maioratus, qui rem subiectam restitutioni alienat, potest alienationem à se factam reuocare, post alios Tiraquell. de retractu tir. 1. §. 26. glos. 2. num. 6. Afflic. decis. 240. num. 8. Petalta de loco num. 73. resistit enim alienationi instituentis prohibitio ad similitudinem legis prohibentis. 4 Secundo hæc eadem pars negatiua sequenti comprobatur argumento. Multò magis, vel saltem a iure offendit voluntatem donantis ille, qui mo-

dum donationi adiectum non adimplet, quam ille qui cum hæres instituitur non habet ratam alienationem factam à defuncto, seu quamuis Ecclesia, cui facta est donatio sub modo, illum non adimpleat, donatum non reuocatur: igitur quamuis Ecclesie hæres instituta non stet alienationi factæ à defuncto, relicta hereditas non reuocabitur, ac subinde non tenebitur ratam habere alienationem: maior suadet ex eo, quia & qui sub modo donat, non aliter vult donare cum effectu, quam modo adimpleto, sicut & ille qui Ecclesiam heredem facit, non aliter vult quod hereditas cum effectu acquiratur, quam si hæres saltem tacite polliceatur de adimplenda ipsius voluntate d. §. hæres, & ita vtroque casu propter defectum adimplementi deficit voluntas donandi, sicque datis paribus terminis vtraque similitudinis propositio in bono sensu vera est, minor ostenditur, ex cap. verum 4. de condit. apposit. cum his quæ Couar. lib. 1. var. cap. 14. num. 6. igitur, &c. Teriò facit text. in cap. 1. de testam. dum ibi proponitur Ecclesie hæres instituta in tertia parte, nempe in quatuor vnciis, vt patet, & tamen neque pro ea parte tenetur successor ratas habere alienationes, quas fecerat Episcopus testator, cum quicquid alienatum est, reuocari iubeatur, patet ibi, quidquid, &c. quo pacto opponit Anton. ibi, num. 8.

His tamen non obstantibus, partem affirmatiuam tenet glos. in d. cap. 1. verb. patiaris, ibi, tenetur tunc, &c. dum patet teneri Episcopum successorem ratam habere alienationem factam à prædecessore saltem pro ea parte, qua Ecclesia hæres fuit instituta, similis glos. verb. ab heredibus in cap. Episcopus, qui. 12. quæst. 2. sequuntur Abb. in d. cap. 1. num. 3. Imola ibid. num. 9. & Couar. num. 13. communis, vt per Tiraq. de priuilegiis præ causa, priuileg. 88. Pro qua sententia quæ vera est expenditur primo reg. l. ex qua persona 192. ff. de regulis iuris, & l. vendicationem 17. ff. de euiction. melior text. in l. cum à matre 14. C. de rei vendicat. quibus habetur ex ea persona ex qua quis lucrum capit pro ea parte qua illam repræsentat, non posse venire contra illius factum, cum his quæ Gom. l. 70. Tauri num. 10. Pinel. in d. l. 1. par. 3. num. 79. Gam. Lustan. decis. 8. num. 2. & decis. 221. num. 4. Secundo facit, quia quamuis pater alienare non possit aduentitia filij bona, sicut nec possessor maioratus bona restitutioni subiecta, l. peto 71. §. prædium & §. fratre, ff. de legatis 2. si tamen filius, vel successor maioratus hæres instituantur, tenetur ille in perpetuam, hic vero saltem in vita ratam habere alienationem talium, vt satis constat ex reg. d. l. cum à matre, iunctis resolutis ad plures species per Pinel. d. l. 1. par. 3. à num. 79. Clar. §. feudum quæst. 42. cum seq. Couar. lib. 2. var. cap. 18. num. 2. vers. quarta conclusio, Valasc. de iure emphyt. quæst. 49. Molin. de primog. lib. 4. cap. 1. à num. 17. Gtass. §. hereditas, quæst. 12. à num. 6. D. Barbol. in d. l. Lucius num. 20. Ergo in simili & quãuis Prælati non potuerit bona Ecclesiastica alienare, si tamen Ecclesia ab eodem hæres instituat, tenebitur qua talis alienationi stare, saltem pro ea parte qua hæres est. Teriò, & vltimò facit quod hæres adeundo hereditatem, censetur quasi contrahere non solum cum legatariis, & ceteris defuncti creditoribus, sed etiam cum ipso defuncto ad effectum, vt eius voluntatem adimplere teneatur. §. hæres iuncta glos. vlt. Instit. de obligat. ex quasi contractu. ergo cum Ecclesia hæres instituta qua talis contrahere censetur cum defuncto de adimplenda ipsius voluntate, sit consequens omninò teneri

ratam habere alienationem factam à defuncto, saltem pro ea parte, qua hæres est. 9 Qua retenta opinione, non obstant quæ pro prima affirmatiua considerauimus, omnia enim fere vnica solutione dirimuntur. Ad primum ex reg. d. cap. si quis Presbyterorum, cum aliis responderetur non habere locum in nostris terminis quando Ecclesia, cuius nomine reuocatio fit, hæres instituta, iuxta d. l. cum à matre, cum supra adductis. Ad secundum facillè responderetur concedendo totum, atque ita hereditatem non reuocari, cogendam tamen esse Ecclesiam heredem stare prædictæ alienationi iuxta modo resoluta, sicut Ecclesia donataria cogitur seruare modum adiunctum in d. cap. verum. Ad vltimum responderetur cum Anton. d. num. 8. tex. intelligendum fore de rebus detentis ab aliis non ex contractu Episcopi defuncti, vt in proposito, explicando cum D. Barbofa in l. si cum dotem §. si pater num. 20. ff. soluto matrim. 10 [Superest vt videamus, quibus casibus Episcopus teneatur soluere debita sui prædecessoris, vel redimere alienata per illum, de quo latè agit Rodan. de spoliis Eccles. quæst. 10. per tot. vbi à principio probat quòd debita contracta pro sustentatione Prælati debent solui, & quod ideo tenetur successor redimere rem Ecclesie pignoratam pro sustentatione Prælati, & num. 36. notabiliter resoluti quòd hæres repetit expensas per Prælatum de suo patrimonio pro Ecclesia factas.]

ALLEGATIO CXVI.

Episcopo legatum relictum an, & quando intuitu Ecclesie sue, vel persone propria relictum censetur?

S V M M A R I V M.

- 1 In claris non est opus coniecturis.
2 Dispositiones omnes vel in personam, vel in locum terminantur.
3 In dubio quando legatum relinquitur alicui sub nomine proprio, solum habetur respectus ad personam.
4 Legatum conceptum sub nomine appellatiuo dignitatis transit in successorem regulariter in dubio.
5 Quando sub vtroque nomine insimul relinquitur legatum, ad illud quod præcedit recurrendum.
6 Coniecturis in contrarium urgentibus quid indicandum.
7 Plures hinc inde dum concurrunt coniecturæ ad fortiores recurrendum.
8 Testator si relinquat legatum Episcopo pro anima, Ecclesie, non persona relictum presumitur.
9 Legatum relictum respectu Ecclesie censetur pium; respectu vero persone, seculare.
10 In legatis pro anima relictis non est habendus respectus ad nomen proprium, vel appellatiuum.
11 Testator cum intendat potissimum animæ sue consulere, intendit quoque Ecclesie relinquere, absque personarum respectu. Barbol. de Episcopo Pars II I.

- 12 Legatum Episcopo relictum à propinquo, presumitur relictum intuitu persone, non Ecclesie.
13 Donatio militi facta à consanguineo potius ratione sanguinis facta presumitur, quam militi.
14 Testator stricta amicitia legatario coniunctus, quamuis sub nomine appellatiuo legatum relinquat, persona legasse intelligitur.
15 Multoties fortius est vinculum amicitie, quam sanguinis, & num. 18.
16 Probata affinitate eo ipso presumitur legatum relictum intuitu persona.
17 Legatum relictum Episcopo ab extraneo valde amico, presumitur relictum intuitu persona, non Ecclesie.
18 In donatione facta Episcopo & Ecclesie quomodo procedendum in diuisione, & num. 20.
19 Ecclesia est corpus mixtum, cuius caput est Episcopus.
20 Quando Ecclesia vel Episcopo coniunctim relinquitur, diuisio inter eos facienda est, & quomodo?
21 Coniungi à lege, vel ab homine quid differant?
22 Coniuncta legali coniunctione veluti diuersa considerantur.
23 [Hereditati, legato, vel alteri iuri querendo, an solus Prælati renuntiare possit.]

PRo materia cognitione primò obseruandum, in claris non esse opus coniecturis, vnde si manifestè constiterit de mente testatoris, quòd solius persone intuitu legauerit, vel solius Ecclesie, illud ante omnia seruabitur, arg. l. in conditionibus, ff. de condit. & demonstrat. l. non aliter, ff. de legatis 3. cap. vltima voluntas 13. quæst. 21. In dubio autem quid dicendum, vt clarior percipi possit, secundo obseruandum, & dispositiones omnes vel in personam, vel in locum terminari: & rursus illa, quæ in personam terminantur, vel expresso nomine proprio, vt in l. nonnunquam 24. ff. ad Trebell. & in l. turpia 57. §. vlt. l. si hæredes 127. ff. de legat. 1. l. si ita liber 8. ff. de statulib. Vel appellatiuo, vt in d. l. si hæredes, d. l. si ita liber, l. Lucius 78. §. Mania, ff. ad Trebell. Vel vtraque coniunctim præcipiuntur, & hoc vel præposito, vel postposito nomine post appellatiuum, vt docet glos. verb. nomina in d. l. ita liber, glos. in d. l. nonnunquam, extra quos terminos non est dabilis alius casus, qui in dispositionem venire possit. Iuxta quæ pro clariori ordine fit prima regula. ¶ In dubio quando legatum relinquitur alicui sub nomine proprio, solum habetur respectus ad personam, ita vt alteri non debeat, iuxta reg. d. l. nonnunquam, d. §. vlt. d. l. si hæredes, iuncta celebri doctrina cap. quoniam Abbas 14. de officio deleg. communemque omnium ferè mentem in prædictis locis, Abb. in cap. requisisti 15. de testam. num. 8. vbi Couar. à num. 1. & lib. 3. var. cap. 15. num. 2. Turfan. commun. quæst. 14. Anton. Gom. tom. 1. var. cap. 5. num. 20. Fulgos. in l. 1. C. de impuber. Cuman. d. l. turpia §. vlt. in fine, Aluar. de præsumpt. reg. 1. præf. 28. Menoch. de arbit. lib. 1. quæst. 68. à n. 21. Secunda regula, & Legatum conceptum sub nomine appellatiuo dignitatis regulariter in dubio transit in successorem, arg. d. l. ita liber, & d. l. si hæredes, d. §. Mania, d. l. nonnunquam, cum Ordinariis ibidem, & in l. 2. ff. de liberis, & posth. Tertia regula, & Quando sub vtroq; insimul nomine

legatum relinquatur, ad illud quod præcedit recurrendum est, & secundum illud vel personale, vel reale legatum indicandum, bonus text. in l. communis seruus 37. in fine, ff. de stipul. serv. glof. dict. verb. nomina, d. glof. 2. Bald. in dict. l. turpia §. ult. laf. num. 2. in d. l. 1. Gomel. in d. cap. 5. num. 2. & in cap. ult. num. 15. Dilect. de arte testandi tit. 6. caut. 14. Quævis absq; fundamento efficaci cōtradictant Dec. in d. l. 1. num. 6. & ibi Curt. iun. num. 20. quos sequitur Alciat. in l. coheredi §. ex iis, num. 8. ff. de vulgari, & hæc in dubio dum aliud ex coniecturis non constiterit, dicta sufficiant. Tertio obseruandum est, quod si coniecturæ in oppositum magis urgeant, tunc non obstante quod sub nomine proprio concipiatur realis, & vice versa, quamuis sub nomine appellatio, nihilominus personalis iudicabitur dispositio. Ratio est, quia si quando plures hinc inde concurrunt coniecturæ, ad fortiores recurrendum est, vt illæ præualeant per quas verosimilis appareat de mente disponentis, argumento cap. afferte, & cap. quia verosimile, & cap. literas, cum multis ibidem, de presump. cap. licet ex quadam, vers. ex premissis, de probat. His ita suppositis,

1. tam primo inferitur, quod si testator quantumcumque extraneus pro anima Episcopo relinquat legatum, intuitu Ecclesiæ, non personæ relictum præsumatur, vt probat text. in cap. requisisti 15. vers. si ab extraneo, de testam. Marc. Anton. Genuef. in practicab. Eccles. quæst. 523. num. 2. Ratio est, quia relictum fuit Episcopo sub nomine appellatio, tum vel maxime, quia in testatore, qui pro anima legatum relinquit, verosimilius est quod potius Ecclesiæ, quam personæ legauerit: patet, quia respectu Ecclesiæ legatum manet pium, & multo magis suæ animæ profuturum; respectu verò personæ, secularis, & non ita tendens in animæ salutem; cum ergo testator legando intendat animæ salutem, vt Pontifex in principio dict. cap. requisisti, exorditur, & eisdem magis consulari, si legatum pium maneat quam si seculare, sit consequens in his terminis intuitu Ecclesiæ relictum omnino præsumendum. Ita glossa verb. nec est in d. cap. requisisti, vbi Anton. num. 15. Abb. num. 8. & Couar. num. 4. Barr. receptus in l. 2. ff. de reb. dub. Lap. de Canonica port. num. 22. tom. 4. tractatum, plures, vt per Card. Mant. de coniect. ultim. volunt. lib. 3. tit. 19. cum seqq. Quæ quidem coniectura aded efficax est, vt et si testator pro anima legatum relinquat Episcopo, expresso nomine proprio, adhuc intuitu Ecclesiæ relictum sit præsumendum. Bart. dict. num. 2. communis, vt per Couar. in dict. cap. requisisti num. 8. quamuis ibi contradicat Card. num. 4. arbitratu tunc solum habendum non esse respectum ad nomen proprium, quando insimul cum appellatio fuerit cōiunctum, quasi aliter resoluendum, quando ab extraneo legatum fuerit Episcopo, sub nomine proprio tantum. Communis tamen in contrarium vera est, quod si in legatis pro anima relictis non est habendus respectus ad nomen proprium, vel appellatiuum, licet autem in assignanda ratione cogitandum relinquat Bart. d. num. 2. illa tamen assignari potest, quod licet regulariter in omnibus dispositionibus, in dubio habenda sit ratio nominis proprii & appellatiui, vt in regulis suprapositis; in legatis tamen piis siue sub vno, siue sub altero nomine concipiuntur, res non est dubia; cum enim si testator potissimum intendat suæ animæ consulere, intendit quoque Ecclesiæ absque personarum respectu relinquere, cum eo pacto, vt modo diximus, multo magis animæ consulat, & hæc est mens glossæ dict.

verb. nec est Abb. & aliorum, quos supra retulimus, affirmantium extraneum, qui cessante affectione amicitia, vel consanguinitatis Episcopo legat, potissimum Ecclesiæ ipsam cui præest considerasse. Intellige tamen nisi qualitas rei legatæ aliud euincat, verb. grat. quando testator Episcopo legat canes solentissimos ad venandum, ceruos, mulos ad equitandum, de quibus l. cum eiusdem 34. ff. de edil. dict. vt post Barr. & alios obstatum communis in dict. cap. requisisti, Teixeira in d. l. 2. ff. de reb. dub.

Secundo inferitur, in dubio relictum Episcopo à propinquo, non Ecclesiæ, sed personæ intuitu relictum præsumi, vt probat Pontifex in dict. cap. requisisti, vers. si vero, Marc. Anton. Genuef. dict. quæst. 523. num. 1. Etenim consanguinitatis affectio, eo usque potens est, vt non obstante nomine appellatio respectus personæ principaliter habeatur. Sic aliàs si donatio facta à consanguineo alicui militi potius ratione sanguinis, quam militiæ facta præsumitur, arg. l. tutor. 31. §. qua tutoribus, ff. de excus. iur. Couar. in d. cap. requisisti, n. 8. post Corral. lib. 2. miscel. in cap. 4. in simili Bart. in l. penult. lib. 1. ff. de reb. dub. Abb. in dict. cap. requisisti, num. 8. Alciat. dicta presump. 28. post gloss. penultim. communiter receptam in cap. ultim. de testam. lib. 6. Tiraquel. in l. si unquam, verb. donacione largitus, num. 74. Sic in simili, si quando testator stricta amicitia legatario coniunctus est, quamuis sub nomine appellatio legatum relinquat, non dignitati, sed personæ legasse intelligitur: quia si multo fortius est amicitia quam sanguinis vinculum, glof. verb. præsumitur in d. cap. requisisti. glof. dict. verb. nec est, Bart. & cōmunis in l. cum quid, ff. si certum petatur, latè Tiraq. in l. si unquam, verb. libertatis num. 85. & 102. Teixeira in d. l. 2. col. 4. Iuuant quæ in simili Doctores resoluunt circa amicorum affectionem, per text. ibi, in l. amicissimos 39. ff. de excus. iur. Iaf. in l. exigendi C. de procur. & in l. Tutia, in princip. ff. eod. tit. & in l. sancimus C. hoc tit. Alciat. in l. latè §. amicos, de verb. significat. Hippol. in rub. de fideiussor. numero 236.

Neque prædictis refragatur l. hereditate 19. ff. de cast. peculio, in princip. quam in his expendit Couar. d. n. 8. vbi habetur, quod si donatio fiat à milite consanguineo commilitoni, quæritur an militiæ, non personæ, quasi non obstante, consanguinitate non personæ, sed militiæ contemplatione relictum videatur. Responderetur enim reiecta solutione Corralij, quem refert & sequitur Couar. vbi proxime, Iuriconsultum ibidem sub distinctione respondisse, vt hæreditas reiecta ante societatem militarem, non censeatur reiecta contemplatione militiæ; & ideo non sit in bonis castrensibus; secus dicendum in hæreditate postea reiecta: sed in vtroque casu hæreditas personæ acquiritur; vnde in nihilo nobiscum pugnat, sed magis pro nobis potuit expedi. Deinde non refragatur, quod si quis ab Ecclesiâ beneficium accepit, & postea Prelato legatum relinquat, quātumuis consanguineo, nihilominus non personæ, sed Ecclesiæ intuitu reliquisse præsumitur in remunerationem beneficii accepti, verb. iure, in auth. licentiam, C. de Episcopis & Cleric. recept. vt per plures quos sequitur Guillelmus in cap. Raynuius verb. testamentum 3. num. 47. Alciat. reg. 1. presump. 28. Tiraquell. in d. l. si unquam, verb. donacione largitus num. 74. Corral. lib. 2. miscellan. cap. 4. num. 4. Non, inquam, refragatur, quia hæc opinio rectè procedit propter antidotalem obli

obligationem quæ in dubio potērior iudicari debet, quam sola ratio consanguinitatis secundum rectam rationem, argumento l. sed & si 28. §. consuluit, ff. de petit. hered. c. cum in officis, in princ. de testament. vbi Couar. num. 10. S. Thom. 2. 2. quæst. 106. art. 5. Fortun. in l. 1. §. ius naturale num. 57. ff. de iustit. & iure.

Intellige primo modo resoluta de propinquo intra quartum consanguinitatis gradum, glof. verb. à propinquo in d. cap. requisisti, per text. quem citat in d. auth. licentiam, vbi glof. dicto verb. iure, post alios Cardin. in d. cap. requisisti num. 4. Imola n. 38. communis, vt per Couar. num. 9. qui plures refert, Mantic. de coniectur. ultim. volunt. lib. 8. tit. 6. n. 17. quamuis absque fundamento iudicis arbitrio relinquendum existimatur Couar. & Mantic. locis proximè citatis, locuti contra text. in d. auth. licentiam, iuncta regula cap. de causa 4. de officio delegati. Intellige secundo de affine intra eundem gradum; si enim in amico maxime cōiuncto id ipsum communiter recipitur, vt infra dicitur, ex verosimili mente testatoris similiter in tali affine admittere debemus; neque est huius reileue indicium, quod text. in d. cap. requisisti, tam in principio, quam in d. vers. Si vero, ait propinquo, vt sic videatur vtramque propinquitatem tam per viam sanguinis, quam affinitatis comprehendere voluisse, inuatur maxime quod etiam in fideicommissio familie relicto nulla speciali adiectione super certis personis facta, non soli consanguinei, sed iis deficientibus affines continentur, l. vltim. vers. & si quis, C. de verb. significat. consonat regula l. 1. C. vnde vir & vxor. Quamuis enim ex vi verbi appellatione agnatorum, & cognatorum affines minime continentur, per tot. tit. vnde cognati, vnde legitimi, & alibi passim; vltimum tamen ratione affectionis & ad plerisque effectus æquiparantur cap. non debet, cum multis ibidem, iuncta rub. de consanguin. & affinit. atque ita in terminis Petr. de Canonica port. quæ refert Couar. d. n. 9. Intellige tertio, prolata consanguinitate eo ipso præsumi legatum intuitu personæ relictum, text. in d. cap. requisisti, & ideo si Ecclesiâ contendant non personæ, sed sui ipsius respectu relictum esse, probare tenebitur; quia habens pro se iuris præsumptionem, dum aliud non ostenditur, tutus est, iuxta reg. l. licet Imperator, ff. de legat. 1. glof. vltim. recept. in l. si tutor 5. C. de periculo tutor. Bart. in l. vltim. ff. de publ. iudic. Abb. in cap. 1. norab. 2. de cleric. non resid. Dec. in rub. de prob. num. 13. Couar. lib. 2. variat. cap. 6. num. 1. Anton. Gomel. l. 9. tauri. num. 25. Afflict. decis. 44. num. 15.

Tertio inferitur legatum relictum Episcopo etiam ab extraneo (qui tamen valde amicus sit) ipsi relictum videri, non Ecclesiæ: ratio est, quia amicitia consanguinitati similis est, l. nemo dubitat §. 8. ff. de hered. instit. l. si pater 4. C. illo tit. & si aliquando fortius est illius, quam sanguinis vinculum: non, inquam, quia in plerisque consanguinitati præferatur amicitia, argumento l. sed si plures 10. §. in aduocato ff. de vulg. l. si seruus plurimum 53. §. vltim. ff. de leg. 1. l. Theopompus 14. ff. de dote preleg. l. affectio nis 5. ff. de donat. l. hereditate 19. in princip. ff. de cast. peculio. Vnde à pari procedere in iure, eisdemque regulis consistere amicitiam, & consanguinitatem, teneatur statim referendi. Hinc est quod amicitia coniectura est in dubio præsumedi donationem sicut consanguinitas. Bart. in l. cum quid, num. 11. ff. si certum petatur, Tiraquell. dict. verb. donacione largitus num. 74. Atque ita in terminis obseruat glof. verb. præsumitur, & verb. nec est, in Barbof. de Episcopo Pars III.

dict. cap. requisisti, vbi Abb. num. 8. & Couar. num. 7. Guiliel. d. verb. testamentum 3. num. 4. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 16. num. 18.

Quarto inferitur resolutio illius dubij, qualiter inter Episcopum & Ecclesiâ, vel aliam piam causam, diuisio facienda sit, quando vtrisque legatum est? In quo obseruandum est primo, quod quando aliquid relinquatur Episcopo sub conditione, vt nihil quærat Ecclesiâ, diuisio facienda non est; sed totum cedit lucro Episcopi, text. in dict. cap. requisisti vers. & hoc verum est, vbi glof. verb. exprimat, & quamuis quando relinquitur Ecclesiæ sub eadem conditione, ne Episcopo acquiratur, reiecta conditione communicatur legatum. Rationem differentia vnam & alteram proponit glof. dict. verb. exprimat ali-quid, Lap. de Canonica port. 3. num. 23. inter quas illa videtur probabilior, quam præstitit glossa dict. verb. exprimat, quia si Ecclesiâ est corpus mixtum, cuius caput est Episcopus, cap. nouit. 4. de his que sunt à Pralat. Vnde non potest Ecclesiâ sine illo considerari, quia maneret monstrum sine capite, contra cap. cum non liceat de prescript. cap. quoniam 14. de officio Ordin. At Episcopus potest considerari vt priuata persona sine Ecclesiâ, & ideo in secundo casu supposita conditione non datur communicatio honorum; datur verò in primo, vt textus habet in dict. cap. requisisti. Neque obstat idem textus in saepe citato cap. requisisti, ad fin. vers. quoniam, vbi habetur maximam esse communionem inter Episcopum & Ecclesiâ, cui est spiritali coniugio copulatus, vnde quæ Episcopus acquirit, illi acquirit, prout maritus respectu vxoris, & vice versa, ex resolutis per Couar. de sponsal. part. 2. cap. 7. §. 1. num. 3. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 10. num. 66. Gama Lusit. decis. 176. responderetur enim eiusmodi communicationem honorum non procedere intuitu donantibus, argumento à simili, auth. exceptis, de bonis que liberis. Si verò viterius urgeatur de eodem textu in dict. cap. requisisti vers. secus autem, ibi, dispositio testatoris non potest, &c. respondebit dispositionem testatoris tacere non posse, vt in terminis in quibus lex iubet bona inter vtrumque communicari, impediatur communicatio; non verò vbi nullius legis prohibito reperitur, sicut in proposito, vbi supposita conditione legatum relictum censetur soli personæ Episcopi, quo casu nullibi iniungitur legati communicatio; vnde sumus extra terminos dicti versiculi secus, neque in aliquo offendit regula ibi tradita, & in l. nemo potest, ff. de legat. 1. & in l. ius publicum, ff. de pact. cum similibus.

Obseruandum deinde est, quod quemadmodum quando Episcopo, vel Ecclesiæ aliquid absolute relinquatur, inter eisdem sit diuisio; ita etiam quando Episcopo, vel Ecclesiæ cōiunctim relinquatur, diuisio facienda est, vt probat text. in dict. cap. reliquisti, vers. quod si relinquatur, & vers. si vero. Itaque vnus & alter casus in eo conueniunt, quod in vtroque diuisio facienda est secundum canonicam portionem: differunt tamen maxime, quod in priori Episcopus, & Ecclesiâ censentur coniuncti à lege, seu legali coniunctione; in posteriori verò coniuncti ab homine: nempe ab ipso testatore. Vnde & illa alia insurgit notabilis differentia, quod in priori si Episcopus suæ portioni renunciaret, non accresceret Ecclesiâ: &

& vice versa, si Ecclesia renunciauerit, Episcopo nō acquiratur; non sic dicendum in posteriori. Ratio est, quia in coniunctis a lege non est locus iuri accrescendi, l. & Proculo 20. ff. de legat. 2. secus dicendum in coniunctis ab homine, l. re coniuncti 87. vbi. omnes ff. de leg. 3. l. vnic. C. quando non petent. partes, ita Barr. Paul. & omnes in d. l. & Proculo, vbi Peralt, affirmat omnium communem esse doctrinam, nemine discrepante, & quia quinquē huius differentiarum rationes refert a num. 1. usque ad num. 6. inter quas illa vulgo recipitur, vt affirmat Alciat. lib. 4. paradox. cap. 8. in fin. quod ius accrescendi prouenit ex mente & voluntate testatoris, & in iure reputatur veluti quædam substitutio in parte accrescente. l. si Titio & Manio 67. §. Iulianus. ff. de leg. 2. Gutier. in d. l. vnic. num. 19. qui autem succedit ex legis dispositione, non succedit secundum voluntatem testatoris, sed ex legis potentia, vel præter illius voluntatem, l. qui liberis 5. & verba ff. de vulgari, vnde inter coniunctos coniunctione legali non est locus iuri accrescendi, ne contingat absurdum, quod portio deficiens accretat, vel præter testatoris voluntatem. Sed contra vulgarem opinionem insurgit Alciat. citato loco, dando manifestam instantiam; etenim qui contra paternum testamentum bonorum possessionem petit, aduersatur testatoris voluntati, vt palam est l. 1. & per tot. ff. contra tabulas; & tamen si duobus filiis, & ex altero filio duobus nepotibus bonorum possessio competat, & alter ex nepotibus non petat, pars istius alteri accrescit, l. si duobus ff. illo tit. deinde qui successit ab intestato, successit ex potentia legis, & non ex iudicio testatoris, per totum, de successione ab intestato l. 3. vers. ab intestato, ff. de petit. hæred. l. hoc venire 130. ff. de verbor. significat. quamuis enim hæc fiat ex verosimili mente testatoris qui ita credit relicurus. l. conficiantur, ff. de iure codicill. non tamen ex iudicio, & dispositione testatoris, d. §. hæc verba, ibi, quia non ex iudicio testatoris veniunt, & tamen si in causa intestati deficiat portio alicuius ex fratribus, alteri accrescet, d. l. si duobus. Quamobrem circa veriorem intellectum dicta leg. & Proculo, & similia, in quibus agitur de coniunctis a lege, dicendum est cum gloss. unica, communiter recepta, in l. qui hæredi 44. §. si duorum, ff. de condit. & demonstrat. & coniuncta legali coniunctione veluti diuersa considerari, & perinde esse legatum illis relictum, ac si pluribus separatim legatum foret, patet exemplum in seruo communi plurium dominorum, qui plurium vices gerit & sustinet, l. 1. communis, ff. de sepul. seru. vnde perinde est, legatum illi relictum, ac si pluribus per partes legatum foret, glossam sequuntur DD. communiter in d. l. & Proculo, quibus maximè consonat ratio adiecta ibi, non enim coniunctum, sed partes videri legatas, iuncta illa ibi, nam si ambo vendicarent eam, quemcumque legati partem habiturum quam in seruo haberet; itaque nulla in proposito consideratur coniunctio quæ potens sit operari ius accrescendi, & in hanc rationem magis inclinatur Peralt. in d. l. & Proculo num. 3. vers. tertium, & num. 6. vers. quintum.

23 [Remanet vt videamus an hæreditati, legato, vel alteri iuri quærendo solus Prælatu renūciare possit? In quo dubio vera est solutio, quæ affirmatiuam sustinet partem ex Roland. conf. 15. ex num. 23. ad 42. lib. 1. Menoch. de arbitr. casu 171. num. 53. Simoncel. de decretis lib. 3. tit. 8. inspekt. 9. num. 67. vers. item etiam, & pluries sequuta est Rota coram Puteo decis. 507. lib. 1. & in aliis relatis per Aloys. Ricc. in collect. 3054. col. 2. circa fin. par. 7. nam

in quærendis Prælatu solus Ecclesiæ præiudicare potest. Felin. in cap. in presentia num. 57. vers. decimo quaro, de probat. Mandol. ad Lap. alleg. 25. verb. prælatu, in princ. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 568. num. 51. cum seqq. Greg. XV. decis. 401. num. 9. & 10. quamuis Quaiant. in sum. Bullarij verb. alienatio rerum Eccles. num. 23. vers. sed verior, & num. 43. vers. prælatu, appeller contrariam veriorem, & tutiorem. Sed nostra sententia procedit quando repudiatio fit in eodem actu, in quo fit acquisitio, siue aditio, quæ secundum ordinem intellectus præcedere debet, & ille actus acquisitionis non præcedit simpliciter, sed tendit ad ipsam repudiationem, siue renuntiationem, itaut acquisitio illa sit momentanea, quæ non habetur in consideratione, Natt. conf. 441. num. 20. lib. 2. Roland. conf. 15. num. 34. lib. 1. Vincent. de Franchis decis. 14. num. 25. cum seqq. Rot. in Romana spoli 31. Ianuar. 1629. coram Reuerendissimo Dom. Decano. Secus autem quando essent duo actus separati, licet incontinenti vnus post alium facti, puta, si monasterium prius adiunxerit hæreditatem, & deinde in eodem instrumento cessisset, & renuntiauerit, prout declarat Phanuc. de lucro dotis glof. 8. num. 18. vers. qua conditio, Rota decis. 30. lib. 2. par. 3. diuers. Stephan. Gratian. cap. 132. num. 26. & d. c. 568. in fine.]

ALLEGATIO GXVII.

Episcopo resignanti Episcopatum, seu potius resignatario, & successori, an & quando debeantur fructus naturales, industriales, seu ciuiles, vel etiam pendentes ante resignationem, & quid in aliis beneficiis?

S V M M A R I V M.

- 1 Fructus ciuiles, quorum de tempore resignationis adhuc non venerat dies solutionis, spectant ad successorem, ad quem etiam spectant fructus pendentes.
- 2 Fructus a solo separati ante diem resignationis debentur resignanti, ceteri vero omnes resignatario.
- 3 Fructus beneficij Ecclesiastici qualiter inter hæredem beneficiarij defuncti, & successorem in beneficio sint diuidendi, ostenditur, & numeris seqq.
- 4 Fructus inter beneficium defunctum, seu etiam renunciantem, & successorem, diuidendos esse pro rata anni, tenent DD. citati.
- 5 Fructus a solo separatos inexactos spectare ad successorem, non autem ad hæredes prædecessoris, concludunt alij.
- 6 Fructus ante obitum eius, qui beneficium habebat, collectos ad hæredem defuncti transire, pendentes vero ad Ecclesiam, vel successorem in beneficio pertinere tenet communis, & probabilior sententia.
- 7 Bulla Iulij III. quid super fructibus decedentium beneficiariorum, ostenditur.
- 8 Bulla prædicta Iulij III. non est usu recepta in Regnis Hispaniarum.

- 9 Constitutio synodalis Bracharensis statuit, quod si obitum beneficia simplicia moriantur ab intestato, habeant omnia eius hæredes integrè, & filios non habuerint, habeat dicta bona Ecclesia.
- 10 Bulla prædicta Iulij III. an sit usu recepta in statu Mediolanensi, ostenditur, & 11.

1. **Q**UAM hæc quæstio incidisset olim inter Reuerendissimum Sanuitale Archiepiscopum Barensem, & Reuerendissimum D. Caracciolum, in cuius fauorem Archiepiscopatum resignauerat, super fructibus decursis & inexactis vsque ad diem resignationis, Domini de Rota, vbi causa per appellationem ab A. C. fuerat introducta, dixerunt esse distinguendum inter fructus ciuiles, & naturales, seu industriales: nam quoad fructus ciuiles, quales sunt census, pensiones domorum, responsiones, & similes, quorum de tempore resignationis adhuc non venerat dies solutionis, censuerunt spectare ad successorem, ad quem etiam spectant fructus pendentes, gloss. in cap. presenti, de officio Ord. lib. 6. Cardinal. & alij in cap. ult. de peculio cler. Calder. conf. 2. eod. tit. late Couar. lib. 1. var. cap. 15. sub num. 2. Quod vero ad fructus naturales, & industriales, idem domini similiter distinxerunt, nam eos, qui erant a solo separati ante diem quintam Iulij, qua die resignatarius fuit promissus, censuerunt spectare ad resignantem iuxta terminos l. defuncta ff. de usufructu, & l. dimortio, cum ibi notatis ff. soluto matrimonio: etiam si fuissent locati, & dies solutionis affictus veniret post resignationem, quæ de tali affictu seu precio locationis, quod debetur ratione fructuum, idem iudicatur quod de fructibus, quorum loco affictus subrogatur, & sic non consideratur dies solutionis affictus, sed potius tempus perceptionis fructuum, pro quibus affictus soluitur, Salycet. in l. fructus num. 3. vers. & probat ratione C. de act. empi, Alex. conf. 28. num. 1. lib. 1. Nat. conf. 141. num. 1. cum alijs adductis per Honded. conf. 85. num. 13. & 23. lib. 2. & demum fuit conclusum ex iis, & alijs deductis per informantes fructus a solo separatos ante diem resignationis deberi resignanti, cæteros vero omnes resignatario, vt habetur decis. 278. apud Farin. par. 2. recent. & latius decis. 240. apud Farin. par. 1. recent. vbi pariter fuit dictum quod si aliquis transfretus est de Ecclesia ad aliam, & sic consuetudo primæ Ecclesiæ quod fructus decedentis perueniant ad Capitulum, non habebit fructus pendentes de tempore translationis, quod & prius dixerat eadem Rot. decis. vnic. de translat. Episcopi in antiq. & decis. 809. parte 1. diuers. vbi reuicte dictum Cardinal. conf. 110. num. 2. Pauin. de officio & potest. Capituli sede vacante part. 2. quest. 8. num. 28. Sürd. conf. 333. num. 57. vol. 3. Aym. conf. 873. n. 2. vers. neque monet, vol. 5.

3. Hæc si breuiter ex præcitata decis. pro presentis quæstioni resolutione dicta sufficiant, quorum occasione in hoc loco resolendam duxi quæstionem illam à DD. satis ventilatam, qualiter scilicet fructus beneficij Ecclesiastici inter hæredem beneficiarij defuncti, & successorem in beneficio sunt diuidendi, pro cuius faciliore decisione ne terminos confundamus, sciendum in primis nobis est, quid attento iure communi tenendum, deinde quid inspecta Bulla Iulij III. & denique quid attentis particularibus consuetudinibus.

4. Attento iure communi aliqua extat inter DD. controuersia: quidam enim indistinctè tenent fru-

ctus inter beneficium defunctum, seu etiam renunciantem, & successorem diuidendos pro rata anni, arg. l. dimortio ff. soluto matrim. nam cum beneficium detur propter officium & seruitium Ecclesiæ, cap. cum secundum Apostolum, de prob. cap. fin. de rescript. in 6. sicut dos propter onera Matrimonij. l. pro oneribus C. de iure dotium, inducenda videtur dispositio, & deuotio; & ideo hanc partem tenentur Couar. lib. 1. var. cap. 15. n. 12. Flamin. de confid. q. 35. n. 49. Molin. de primogen. lib. 3. cap. 11. n. 4. Sarmien. de reddit. Eccles. lib. 4. cap. 6. n. 13. Gutier. canon. quest. lib. 1. q. 33. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. beneficium §. 6. & p. 2. verb. renunc. §. 2. Escob. de ratiocin. tom. 2. comput. 20. num. 23. Castil. quotid. lib. 1. de usufructu c. 79. à prime. Molin. de iustit. tractat. 2. disput. 635. num. 7. Paulad. differ. 120. §. 1. Marc. Anton. Genuens. in praxi Archiep. Neapol. c. 53. in annot. n. 1. secundum nouam impress. Nicol. Garc. de benef. par. 2. cap. 1. num. 97.

Alij verò sustinent fructus à solo separatos inexactos spectare ad successionem, non autem ad hæredes prædecessoris, vt per multa iura concludit Calder. conf. 2. num. 2. vers. tertius casus, de peculio cler. & Iaf. conf. 75. n. 6. & seq. vol. 3. Cardinal. conf. 110. n. 2. & fuit dictum in Palentina fructuum 26. Februarij 1580. coram Cardinal. Lancellotto seniore, & in nullius, seu Romana pecuniaria 4. Iulij 1593. coram Cardinal. Blanchetto, impressa apud Marchesan. de commiss. par. 1. fol. 424. n. 3. & nouè in Papien. fructuum 21. Februarij 1622. coram Remboldo, & late consuluit Sürd. conf. 333. n. 6. vers. contrarium tenent, cum multis seqq. [Et hanc sententiam perpetuè sequi Rotam, ipsamet testatur coram Reuerendissimo Coccino Decano decis. 476. n. 2. & coram Reuerendissimo Duran. Episcopo Vrgellen. decis. 304. n. 1. p. 2. nisi probaretur consuetudo quod clerici de huiusmodi fructibus possint testari, prout eadem Rota suam limitat sententiam, & signanter in Palentina fructuum 26. Februarij 1580. coram bonæ mem. Cardinal. Lancellotto, quæ habetur apud Nicol. Garciam de benef. par. 2. cap. 1. num. 12. & in Mediolanen. fructuum 9. Martij 1592. coram bonæ mem. Orano apud Marches. par. 1. pag. 558. & in Gerunden. fructuum 24. Maij 1599. coram bonæ mem. Iusto, ac in Barcinon. fructuum 4. Iulij 1607. coram eodem. quarum decisionum meminit Durand. decis. 304. num. 2.]

Comitunis tamen sententia (cui tanquam probabiliori adhæreo) tenet ad hæredem defuncti transire fructus ante obitum eius, qui beneficium habebat, collectos, pendentes vero ad Ecclesiam, vel successorem in beneficio pertinere, quia clerici in vita æquiparantur usufructuariis, qui faciunt suos fructus iam collectos, & à solo separatos, & eos transmittunt ad hæredes, ita gloss. verb. primi anni, in c. si propter, vbi Dominic. num. 9. & Francisc. num. 5. & alij, de rescr. in 6. gloss. etiam verb. reseruari, in c. presenti, vbi Prob. ad Monach. num. 1. de officio Ord. in 6. Host. in c. fin. num. 5. & ibi Zabarel. Imola, & Barbar. de peculio clericor. Anton. Corlet. in sing. verb. clericus. Nicol. Gemin. in enchirid. benef. tit. 4. de gratis expectatiuis num. 24. Nauar. de redditibus Ecclesiast. quest. 2. monitu 13. & conf. 7. sub tit. de success. ab intestato, & conf. 3. de peculio cleric. & conf. etiam 3. de donat. in nouis, D. Barbof. in dist. l. dimortio par. 2. num. 44. & à num. 56. Bellet. disquisit. cleric. parte 1. tit. de bonis cleric. §. 15. Rendina in promptuario recept. tit. 50. num. 6. [Lotter. de re benefic. lib. 1. quest. 44. num. 27. cum seq.] Monet. de distribut. quotid. par. 2. quest. 4. à num. 21. vbi n. 24.

asserit merito admitti posse opinionem Couar. de rata temporis quoad fructus, qui percipiuntur ex domibus locatis, propter rationem, quam asserit idem Couar. non quidem *dist. num. 12. sed num. 4.* ubi de emptione agit, quia pensio in prædio urbano soluitur pro fructibus, qui quotidie percipiuntur, scilicet pro eius usu & habitatione, quod etiã sentit Ioan. de Imola *in d. l. diuortio, in princ.* dicens quod pro rata temporis præteriti in prædiis urbanis potest exigi pensio propter continuatam utilitatem, secus vero in prædiis rusticis, in quibus percipitur utilitas solum tempore messium, & vindemiarum.

Superuenit Bulla Iulij III. incip. *Motu proprio, edita de ann. 1550.* qua expressè disponitur fructus ubi non spectant ad Cameraam tanquam spolia spectare ad successores etiam quod maturati fuerint tempore beneficiati, dummodo realiter, & cum effectu percepti non fuerint, & aliis propriis bonis non incorporati, etiam quod per beneficiatos non steterit quominus illos exegerint, immo etiam si pro eorum exactione omnè diligentiam iudicialiter agendo adhibuerint, cuius quidem Bullæ vigore resolutum fuit in allegatis nullius, seu Romana pecuniaria, & in Papien. fructuum.

Extat nunc maxima controuersia, an prædicta Bulla Iulij III. sit vsu recepta in Regnis Hispaniarum, & in statu Mediolanensi. Quoad Hispaniarum Regna, Nau. *conf. 4. de success. ab intestato, in nouis, & Nicol. Garc. dist. cap. 1. num. 102.* asserunt dictam Bullam non esse in illis vsu receptam, quod Rota sæpius firmavit, & signanter in dicta Palentina fructuum 26. Februarij 1580. coram Cardinal. Lancellotto, & in Gerunden. fructuum 24. Maij 1599. coram Iusto, & in Barchinonen. fructuum 4. Iulij 1607. coram eod. & in eod. 10. Decembris eiusdem anni, & 3. Decembris 1610. coram Reuerendissimo D. meo Coccino, & nouè in Corduben. beneficiorum 24. Februarij 1620. coram Cardinal. Caualerio in hæc verba. *Quamuis Rota per duas decisiones sub diebus 16. Nouembris 1618. & 1. Iulij præteriti, resoluisset fructus beneficij S. Andreae decursum à die obitus Ludouici, quos A. C. declarauerat restituendos esse Piccardo, deberi Ioanni Lopez tanquam plenissimè subrogato ad ius ipsius Piccardi, nihilominus hodie causa de nouo proposita super eisdem Dominis recesserunt à decisio, & moti sunt ex notoria consuetudine vigenti in Regnis Hispaniarum, qua non reuocabatur in dubium, & super ea fuit aliàs resolutum in Palentina fructuum Archiepiscopatus 16. Februarij 1580. coram Cardinal. Lancellotto seniore, relata per Garc. de benef. part. 1. cap. 1. num. 12. quod scilicet fructus separati à solo spectarent ad heredem, per quam consuetudinem cessabat ratio illa, cui decisiones factæ innuebantur, ut scilicet quemadmodum dicti fructus debeantur Piccardo, ita debeantur Ioanni in ipsius loco subrogato: nam si debetur heredibus Piccardi, non possunt dici comprehensi in subrogatione, &c.*

Verùm hodie magna circumspectione circa non receptionem dictæ Bullæ vtendum est. Ego enim anno 1625. in Rota coram Reuerendissimo Patre Domino Buratto in una Bracharen. fructuum instantè petij declarari dictam Bullam in Regno Lusitanie (quod pars est Hispaniæ, vt asserit Nauar. *conf. 1. num. 2. de decimis*) vsu receptam non esse, & tamen Rota coram dicto D. in decisione facta super hac causa sub die 28. Aprilis 1625. nihil certi firmare voluit, sed dubium in hæc verba resoluuit. *Iustitia autem dictorum eorum trium conformium in hoc*

*capite, quicquid sit de iure communi an fructus à solo separati spectent ad successorem, vel ad heredem, vt late per Calder. *conf. 2. de peculio cleric. & quicquid sit stante consuetudine, de qua in Regnis Hispaniarum Garc. de benef. part. 2. cap. 1. num. 102. & in Barchinonen. fructuum 10. Decembris 1607. coram R. D. meo Decano, in qua alia decisiones, & doctrina allegantur, certum est quod sublata est difficultas ex Constit. Synodali Bracharen. qua cautetur, quod si obinquentes beneficia simplicia moriantur ab intestato, habeant omnia eorum heredes integre, & si illi non habuerint, habeat dicta bona Ecclesia, spectant igitur ad heredes beneficiati. Hæc in illa decisione Bracharen. fructuum.**

Quoad statum Mediolanen. pariter asserunt dictam Bullam in eo non esse vsu receptam, Borgnin. Caualecan. *decis. 30. num. 5. par. 5. & Nicol. Garc. d. cap. 1. num. 103.* Sed contrarium firmavit Rota in dicta Papien. fructuum, coram D. Remboldo, in hæc verba. *Nec obstat quod dicta Constitutio non fuit vsu recepta, vel quod saltem presumpcio obseruantie dictæ Constitutionis eliditur ex iuribus ponderatis in Mediolanen. fructuum 9. Marij 1592. coram bonæ mem. Orano, quia præterquam quod videbatur, quod dicta Constitutio fuerit publicata, habeatque decretum irritans, non possit dari de non vsu ipsius, nec minus prætendi quod fuerit per contrarium vsum abrogata, ex deductis per Gabriel de clausul. lib. 6. conclus. 3. n. 4. Rot. *decis. 197. num. 3. parte 1. in recent. Cessat etiam difficultas, ex quo etiam dicta Constit. circumscripti dicti fructus inexacti spectat iuxta dispositionem iuris communis ad successorem, vt dictum est, non vero ad heredem. Nec obstat quod dicta dispositio locum non habeat, quando in contrarium viget consuetudo. Calderin. d. *conf. 2. ante fin. versio. puto concludendum, Couar. in cap. cum in officio, num. 6. de testam. quia non probatur quod adsit aliqua consuetudo in contrarium in ciuitate Papien. quæ tamen plenè, & concludenter probanda esset, gloss. in l. 1. in verb. probatis, C. qua sit longa consuet. Alexand. *conf. 131. num. 9. lib. 2. Surd. *conf. 313. n. 23. Carl. de Grassis *decis. 6. num. 5. de proband. cum aliis per Mantie. de tacitis, & ambig. coment. lib. 3. tit. 9. num. 72. Nec dici potest, quod dicta consuetudo sit probata ex quadam enunciatiua eiusdem Iulij III. in Breui, seu litteris anni 1553. quarum copia datur, quicquid esset dicendum dictæ an litteræ essent in forma probanti, & vtùm dicta enunciatiua, vtpote qua emanauit ad partis suggestionem, prober, & præsertim quia, vt aliqui ex dominis dicebant, Papa in dicto breui non dicit quod dicta consuetudo fuerit legitime probata, sed tantum quod fuit deducta, vt apparet ex lectura dicti breuis, & insuper visum fuit quod dum Papa narrat quod in statu Mediolani antiqua viget consuetudo quod spolia personarum Ecclesiasticarum ad earum heredes transeant, huiusmodi narratiua intelligi debeat de fructibus sic exactis, & in horreum reconditis, aut de bonis ex fructibus sic exactis emptis, quæ vere & propriè dicuntur spolia clericorum, quia spolia sunt rerum ad beneficiatos spectantium, & quæ in eorum peculio reperiuntur, vt in puncto fuit dictum in Romana, seu Verceles. pecuniaria coram bonæ mem. Cardinal. Seraphino, quæ est inter impressas *decis. 594. num. 5. non autem de fructibus inexactis, quos idemmet Iulius III. per Constit. vt supradictum est ante dictum Breue editum voluit pertinere ad successores, adeo quod dicta narratiua non possit deferuire ad probandum aliquam consuetudinem quoad dictos fructus inexactos de quibus agitur, sed*******

sed tantum quoad spolia, id est fructus exactos, qui sunt extra controuersiam. Et in omnem euentum ad effectum de quo agitur, sufficit quod ex dicta narratiua Breuis non remanet clare probatum quod adsit in statu Mediolani talis consuetudo quoad fructus inexactos, cum maximè huiusmodi consuetudo esset plenè, & concludenter probanda ex suprâ allegatis, &c.

Hæc quæ ex supradicta decisione colliguntur de receptione dictæ Bullæ Iulij III. procedunt in statu Mediolanensi, non vero in prouincia: Papia enim non est de prouincia, sed exempta, & immediatè subiecta Sedi Apost. nam in prouincia constat ex Concil. prouinciali Mediolanen. V. par. 3. tit. de Ecclesijs, earum suppellectili, & fructib. *S. vt litibus*, quod dicta Constitutio non est vsu recepta, immo in corroborationem prædictorum postea succedit Concil. Prouinciale Mediolanen. VII. tit. de fructibus clericis defuncti, in quo præscribitur quod fructus separati à solo pertineant hæredibus beneficiati defuncti cum suppuratione onerum vsque ad nouos fructus.

Post hæc scripta prodijt à Sacra Rota singularis decisio ab Auditore mirabilis doctrinæ, & eruditionis extensa, in qua omnia ferme in hac allegatione contenta, & tractata comprobantur, cuius copiam, quia multum ad rem facit, hic inferere operæ pretium duxi.

R. P. D. P I R O V A N O.

Bracharen. fructuum 3. Decembris 1627.

Vbitatum fuit, an fructus industriales & ciuiles spectent ad heredem Archidiaconi, vel ad successorem in beneficio: effectus autem huius computationis eo tendebat, quia Georgius hæres Archidiaconi, per cuius obitum orta est controuersia super fructibus, obtinuit in partibus tres sententias, pro quarum executione iuxta illarum conformitatem Signatura rescripsit, & exinde Rota coram bonæ mem. Buratto 28. Aprilis 1625. respondit conformes esse quoad fructus naturales, & executoriales relaxauit. Cæterùm quia pro industrialibus, & ciuilibus non cadebat eadem conformitas, nunc de prædictis separatim agitur, & eos visum fuit Georgio hæredi spectare.

Nam quoad pertinentiam respectu recollectionis bene probatur, quia Bartholomæus Archidiaconus decessit die 29. Nouembris, de quo tempore iam fructus industriales omnes à solo sunt separati, ciuiles verò, qui ex re fructifera non proueniunt, & solent à dicecesi percipi vsque ad illam diem spectantur hæredi nulla habita distinctione quod nondum venerit dies eorum solutionis, ex quo attenditur an verè à solo fuerint separati, vel in illa die obitus prædecessoris debiti sint, prout hæc omnia firmantur in Baren. fructuum, coram Illustriss. Cardinal. Caualerio, quæ est inter recentiores 240. parte 1. & plenius in Cremonen. fructuum 278. parte 2. recent.

Quo verò an de iure pertineant ad heredes beneficiati, regula est in contrarium, nisi consuetudo aut facultas testandi aliter determinent, nam fructus etiam separati à solo, nondum tamen exacti ad successorem in beneficio pertinent, Calder. *conf. 2. de peculio cleric. quem Rot. semper sequuta est, vt in causa nullius, seu Romana pecuniaria 15. Decembris*

1585. & 4. Iulij 1593. coram Cardinal. Blanchetto, quæ est apud Marchef. fol. 424. p. 1. & in Barchinonen. fructuum. 8. Febr. 1610. coram D. meo Decano, & in Parmien. fructuum, coram me 24. Ianuarij 1611. & nouissimè in Papien. fructuum 21. Februarij 1622. coram bon. mem. Remboldo.

Visum tamen fuit constare de generali consuetudine Regnorum Hispaniarum quod hæredes beneficiorum succedant in fructibus à solo separatis, & nondum exactis, quam Rota firmavit in pluribus Regnis sub eodem nomine Hispaniæ comprehensis, nempe in Palentina fructuum 26. Februarij 1580. coram Cardinal. Lancellotto sen. quæ est in Regno Castellæ, & in Regno Nauaræ in Pampilonen. fructuum apud Guidobon. *decis. 50. & de Regno Cordubæ est alia decisio coram Illustrissimo Cardinal. Caualerio in Corduben. beneficiorum 24. Februarij 1620. & de Comitatu Cathalonie in Barchinonen. fructuum 4. Iulij 1607. coram bonæ mem. Iusto, & in eadem causa 10. Decembris eiusdem anni, & 3. Decemb. 1610. coram D. meo Decano, & in Gerunden. fructuum 24. Maij 1599. coram bonæ mem. Iusto.*

Non obstat quod hæc generalis consuetudo dici non possit, probata ex consuetudine aliorum locorum, dum illa non extenditur de loco ad locum, quia argumentum non desumitur ex locali consuetudine, aut ratione illius ad extensionem quoad alia regna, sed ex multis regnis ad comprehensionem aliorum eiusdem regionis, inter quæ regnum Lusitanie comprehenditur, & pro eiusdem locali consuetudine multa concurrunt adminicula, quæ ad perficiendam probationem solent admitti, cap. fin. ibi, tanquam vehementer adminiculantes, de success. ab intest. l. instrumenta, ibi, adminiculis adiuantur. C. de probat. Guid. Pap. *decis. 441. Achil. *decis. 1. de confessis, Rot. *decis. 376. p. 1. recent. nam datur vnus testis ex duobus in Curia examinatis, qui deponit de hac consuetudine in dicecesi Bracharen. & pro notorio allegatur quod in regno Portugaliæ, prout in alijs regnis Hispaniarum, non colliguntur spolia Clericorum à Collectoribus ordinarijs, ac demum de hac generali consuetudine attestantur Couar. in cap. cum in officio num. 9. de testam. Nicol. Garc. de benef. part. 2. cap. 1. num. 102. quorum dicta est de per se non releuent ad perfectam probationem, cum non deponant de Curia in qua practicatur, Gabriel de probat. *conclus. 4. num. 3. attamen pro adminiculo tanquam de fama affirmantes possunt deferuire. Quibus accedit Constitutio Synodalis non quidem de per se disponens, vt fuit præsuppositum in supradicta *decis. 18. Aprilis 1625. quia non potest Ordinarius statuere contra ius commune, c. venientes, de iureiur. Felin. in c. quod super his n. 4. in 1. fallent, de maior. & obed. Rot. in Calaguritana de Oliuar. 22. Marij 1604. coram bonæ mem. Penia, sed tanquam accessoria, & inhærens consuetudini, & adminiculans vniuersalem regnorum comprehensionem supradictam, quæ constitutio eo magis ad hanc probationem conuiuandam videtur deferuire, quia dantur duo testes bene concludentes de illius obseruantia ab anno 1538. quo condita fuit à Cardinal. Henrico tunc Archiepiscopo Bracharen. absque eo quod successores in beneficijs conuesti fuerint, nec Collectores manum apposuerint.*****

Nec vim facit quod hæc obseruantia debuisset probari obtenta in iudicio, & coram delegato Apostol. secundum Pat. *decis. 122. lib. 1. quia loquitur de stylo procedendi seruando iuxta stylum delegatis, non autem Ordinarij, cuius contraria obseruantia*

uantia debet probari in contradictorio iudicio, ex quo stylus Ordinarij non extenditur ad stylum delegantis: non autem loquitur de generali obseruantia, qui est casus noster, quæ probari potest ex solitis requisitis, nempe vsu populi, frequentia actus, & diuturnitate temporis, quæ ponuntur per Alberic. in l. quibus ff. de legib. Rebuff. de consuetud. n. 106. & ab alijs allegatis per Mascard. de probat. concl. 424. in princip.

Non obstat quod regnum Lusitanæ non probeatur comprehensum inter regna Hispaniæ, quia & ratione situs esse eadem Cosmographi referunt & designant, & ratione dominij regnum Castellæ, prout sunt alia Regna, Nauaræ, Valentia, Cathalonie, & Aragoniæ eadem diiudicantur, & idem testatur Nauar. conf. 1. num. 1. de decimis.

ALLEGATIO CXVIII.

Episcopo an & quando coadiutor cum futura successione dandus sit, & de coadiutori auctoritate.

S V M M A R I V M.

- 1 Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 7. quid statuat, refertur.
- 2 Coadiutores cum futura successione ad quacunque beneficia etiam Episcopatus inferiora non nisi Papa constituat.
- 3 Papa antequam coadiutorem cum futura successione alicui Episcopo deputet, solet causam urgentis necessitatis, seu euidens utilitatis à Concilio requisitam priuatim per Cardinales, & in consistorio examinare.
- 4 Causæ, propter quas Papa coadiutorem cum futura successione alicui Episcopo deputat, quæ sint, referuntur.
- 5 Coadiutor Episcopo dandus est sufficiens, habens qualitates omnes, quæ in Episcopis requiruntur.
- 6 Coadiutor quam obtineat potestatem, siue auctoritatem, ostenditur numeris seqq.
- 7 Coadiutori cum futura successione non licet ingredi ciuitatem Pontificaliter.
- 8 Cruce in diuinis, & in functionibus Pontificiis non debet uti Archiepiscopus coadiutor.
- 9 Archiepiscopus coadiutor exercens Pontificalia in Ecclesia presente coadiuto uti potest cappa, eo autem presente uti debet mantelletto, & Rochetto.
- 10 Canonici sunt compellendi, ut coadiutori Episcopo solemniter celebranti, & Pontificalia exercenti semper assistant.
- 11 Canonici non debent accedere ad circulos cum adiuo.
- 12 Coadiutor Episcopus debet facere confessionem cum Sacerdote Canonico celebrante.
- 13 Coadiutori, de licentia tamen Archiepiscopi coadiuti licet benedicere populo dum per ciuitatem incedit.
- 14 Canonici ut prodeant obuiam coadiutori Episcopo ad Ecclesiam Pontificaliter accedenti, maximè decet.
- 15 Coadiutor non habet facultatem largiendi Indulgentias.
- 16 Beneficiorum collatio cui competat, coadiutori ne, an coadiuto ostenditur.

SACROSANCTVM Concil. Trident. sess. 25. de reformat. cap. 7. decreuit quod si quando Ecclesiæ Cathedralis vrgens necessitas, aut euidens utilitas postulat Prælato dari coadiutorem, is non alijs cum futura successione detur, quàm hæc causâ prius diligenter à S^{mo} Romano Pontif. sit cognita, & qualitates omnes in illo concurrere certum sit, quæ à iure, & decretis huius S. Synodi in Episcopis & Prælati requiruntur, alijs accessiones super iis factæ subreptitiæ esse censeantur. Ex quo decreto circa hanc materiam & præsentis dubij resolutionem:

Primò colligitur coadiutores cum futura successione ad quacunque beneficia etiam Episcopatus inferiora non nisi Papam constituere, ita in Episcopatus probat c. vnic. de clerico agrot. lib. 6. & sentiuntur Campeg. in specialit. tract. de coadiut. Episcop. vers. si coadiutor. Gambar. de officio legati, tit. de coadiutor. n. 4. Campan. in diuersorio Iuris Canon. rub. 7. c. 6. num. 105. vers. est tamen, Quarant. in summ. Bullarij verb. Archiepiscopi auctoritas n. 9. & in alijs inferioribus beneficijs agnoscunt Flamin. de resignat. benef. lib. 6. q. 5. n. 15. & lib. 7. q. 20. n. 14. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloss. 5. §. 9. num. 91. Monet. de distribut. quotid. par. 2. q. 1. num. 33. Nicol. Garcia de benefic. par. 4. c. 5. n. 19. quibus suppetit ratio euidens quod ad beneficia vacatura solus Papa tribuit ius. cap. 2. de prebend. lib. 6. & tunc dari coadiutori titulum alicuius Episcopatus in partibus infidelium quo vitur viuentis coadiuto, obseruant Piafec. in praxi Episc. par. 1. c. 1. num. 9. Flamin. dict. quæst. 20. num. 18.

Secundò colligitur Summum Pontificem antequam coadiutorem cum futura successione alicui Episcopo deputet, solere causam vrgentis necessitatis, seu euidens utilitatis à Concilio requisitam priuatim per Cardinales, & in Consistorio examinare, ut attestatur Flamin. d. lib. 7. quæst. 20. num. 14. in fine. Causæ autem concedendi huiusmodi coadiutorem sunt plures. Prima est senectus Episcopi, cap. vnic. de clerico agrot. lib. 6. Archid. & Gemin. num. 5. Rebuff. in praxi benef. tit. de reprob. benef. vii. impetrat. num. 50. Flamin. d. q. 20. num. 6. Campan. d. cap. 6. num. 110. cum seq. Secunda propter ægritudinem Episcopi, cap. 1. 7. q. 1. d. cap. vnic. Paril. conf. 49. num. 38. lib. 4. Flamin. d. quæst. 20. num. 7. vbi exemplificat, si maiori parte anni sit infirmus, ut non possit exercere ea, quæ muneris suo incumbunt, vel sit cæcus, aut lepram habeat. Tertia propter clementiam Episcopi, d. cap. vnic. Bertachin. de Episcopo 2. parte 4. libr. num. 24. Flamin. dict. quæst. 20. num. 9. Quarta causa, si Prælati sit suspectus de dilapidatione bonorum Ecclesiæ. Abb. in cap. licet Heli, num. 8. de simon. Flamin. d. quæst. 20. n. 10. Quinta causa, si alijs est inhabilis, ut non possit muneri sibi iniuncto incumbere. Ioan. Andr. Zab. & alij, quos refert Flamin. d. quæst. 20. num. 11.

Tertiò colligitur, dandum esse coadiutorem sufficientem ad adiuuandum & subleuandum officium illius, habentem qualitates omnes, quæ à iure, & decretis sacrosancti Concil. Trid. in Episcopis, & Prælati requiruntur, idoneum scilicet, vita, scientia, & ætate, Flamin. d. q. 20. n. 15. bene obseruans in euentu quod talis coadiutor detur circa temporalia propter dilapidationem, debere esse prouidum, & fidelem, ac scire ea bene dispensare: si verò circa spiritualia

tualia aduertendum, ut sciat prouidere salutem animarum, Campan. d. cap. 6. num. 103. & in quocunque alio coadiutore, quod debeat esse eisdem ætatis, cuius & ille, cui datur, clarè insinuat Gambar. d. tit. de coadiutoribus, num. 18.

Sed quam retineat ipse coadiutor potestatem, siue auctoritatem ultra ea quæ ad hoc colligit Nauar. conf. 3. de clerico agrot. in nouis, habemus speciale decretum S. Congregat. Rituum, quod referunt Prosper. de Augustino in addit. ad Quarant. in summ. Bullarij verb. Archiepiscopi auctoritas post num. 12. Piafec. in praxi Episcop. par. 1. cap. 1. num. 10. Campanil. dict. cap. 6. num. 107. [nonissimè Mich. Ferrus de precedent. Ecclesiast. quæstion. 15. in fine.] Cuius verba sint. Die Iouis 31. Ianuarij 1591. Congregatio Illustrissimorum Cardinal. super sacris Ritibus ad dubia nomine Illustriss. Cardinal. D.D. Cardinal. Palcothi, & Veronen. proposita sic respondendum censuit.

Ad primum dubium, censuit coadiutorem cum futura successione non licere ingredi ciuitatem Pontificaliter, quia licet sit coadiutor cum futura successione, ex quo tamen non habet ius in re, sed ad rem, non debet recognosci tanquam superior & caput, sed uti coadiutor, & eo magis quia contingere potest, ut non succedat in Episcopatu, sed prior moriatur.

Ad secundum respondit, ipsum non debere uti Cruce in Diuinis, nec in functionibus Pontificiis, nec dum incedit per Urbem, cum Crux sit signum & ornamentum dignitatis, & iurisdictionis, & coadiutor utraque careat.

Ad tertium censuit coadiutorem Pontificalia in Ecclesia exercentem absente Archiepiscopo, uti posse cappa, cum ea sit tantum ornamentum dignitatis Episcopalis, presente autem Archiepiscopo uti debet mantelletto, & rochetto, neque licere vnquam coadiutori uti mozetta, & rochetto etiam absente Archiepiscopo, cum hoc proprium sit eius, penes quem est dignitas, & iurisdictionis.

Ad quartum respondit negatiuè, cum vna Sedes non capiat duos.

Ad quintum, censuit Canonicos esse compellendos, ut coadiutori Episcopo solemniter celebranti, & Pontificalia exercenti semper assistant; alioquin indecorum videretur si Episcopus sine Canonicorum assistentia celebraret, necnon videretur esse contra decretum Concilij Trident. quod extensiuè huic etiam casui accommodari potest.

Quoad circulos respondit Canonicos non debere accedere ad circulos, cum ipsi circuli denotent membrorum unionem ad ipsum caput, & ex superius deductis constat coadiutorem non debere esse caput.

Quo verò ad Confessionem faciendam cum celebrante solemniter, respondit decere, ut coadiutor Episcopus Confessionem faciat cum Sacerdote Canonico celebrante, & ut idem quoque benedicat in fine Missæ, ne populus presens diuinis benedictione Episcopali defraudetur, & iam est vsu receptum, ut Episcopus benedicturus in fine Missæ faciat etiam confessionem cum celebrante.

Ad sextum, censuit licere coadiutori, de licentia tamen Archiepiscopi benedicere populo dum per ciuitatem incedit.

Ad septimum respondit, maximè decere ut Canonici prodeant obuiam coadiutori Episcopo ad Ecclesiam pontificaliter accedenti ad ostium Ecclesiæ, eumque discedentem ad idem ostium deducere, in quo esset valde commendandum, si nonnulli Canonici officij, & urbanitatis gratia ad ipsius coadiutores ades accederent.

Barbof. de Episcopo Pars III.

Ad octauum respondit, coadiutorem non habere facultatem largiendi Indulgentias, & sic eas Archiepiscopi nomine, si quas Archiepiscopus concedere voluerit, esse publicandas.

Hæc sunt illius S. Congregationis verba, ex quibus non modò clara habetur cognitio multorum dubiorum per ipsam decisorum, sed insuper clarior redditur aliorum complurium ad hanc rem spectantium; ac præsertim quæ cui competat beneficiorum collatio: nam alij coadiutori, alij coadiuto hanc tribuunt facultatem, ut per Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 23. num. 12. & citatos à Zerola in praxi Episcop. parte 1. verb. coadiutor, pag. mibi 100. Filliuc. tract. 41. de benef. cap. 2. num. 32. Mihi tamen semper placuit conciliatio illa, quam tradit Oldrad. conf. 44. incip. Quaritur si Episcopus, sub num. 3. vbi probat sententiam in gratiam coadiuti quoties ob senectutem, aut alteram legitimam causam, & aduersam valetudinem corporalem, quæque mentis exilium non operaretur, datus est, alteram verò tueri in gratiam coadiutoris, vbi datus fuit ob causam concludentem perfectum impedimentum alienationis mentis, vel intellectus, puta propter dementia, & huic distinctioni subscribunt Gemin. in cap. vnic. §. fin. num. 4. de clerico agrot. in sexta. & ex Selua Azor. in fit. moral. par. 2. lib. 6. cap. 25. quæst. 15. Cardinal. Tusch. tom. 1. verb. coadiutor conclus. 402. num. 11.

ALLEGATIO CXIX.

Episcopus ad aliam Ecclesiam translatus, quando prima Ecclesiæ desinat esse Episcopus.

S V M M A R I V M.

- 1 Solutio Matrimonij spiritualis inter Episcopum & Ecclesiam, ut & carnalis inter virum & feminam, reseruat à Christo.
- 2 Matrimonium carnale in lege gratia plane factum est indissolubile, quoad vinculum.
- 3 Matrimonij spiritualis vinculum fortius quàm carnalis.
- 4 Papa cum transfert Episcopum de vno Episcopatu ad alium, potest & solet eum absoluerè à vinculo prioris Ecclesiæ.
- 5 Solent Summi Pontifices uti S. Scripturæ testimonijs in sensu morali ad propria decreta confirmanda.
- 6 Matrimonium spirituale facile dissoluit Summus Pontifex, cum non sit reseruatum lege diuina.
- 7 Translatio quando fit de consensu ipsius translatis, iste ralis sic translatus perdit statim iura prioris Ecclesiæ.
- 8 Capitulum tanquam Sede vacante statim debet uti iurisdictione ac Vicarium constituere, cum Episcopus translatus est ad alium Episcopatum.
- 9 Translatus sine suo consensu non desinit esse Episcopus prima Ecclesiæ.

SOLVTIONEM Matrimonij spiritualis inter Episcopum & Ecclesiam contracti, sicut & carnalis, quod est inter virum & feminam, reseruatam esse à Christo præcipiente, ut, quos Deus coniunxit, homo non separet, probat expressè text. aliàs difficilis in c. inter corporalia 2. statim post princip. de translat. Episcopi.

BBB b

Episcopi. Plandē Matrimonium carnale consummatū in lege gratiæ factum fuit indiffolubile quoad vinculum, ut latè probant Magist. in 4. dist. 27. cap. 5. & dist. 36. cap. 3. & ibid. S. Thom. quæst. unic. art. 5. & in addit. ad 3. par. quæst. 61. art. 1. Durand. dist. 35. quæst. 1. Ledetia 2. 4. quæst. 64. art. 2. Specul. coniug. par. 3. art. 7. Perez l. 2. verb. por que no puede ut. 1. lib. 8. Ordin. Couar. de sponsal. par. 2. cap. 7. S. 4. ad fin. Sapch. & plures ab eo citati de Matrim. lib. 2. disput. 13. Ergo & spirituale, & cuius vinculum fortius esse, quàm carnalis dūbitandum non esse asserit text. in d. cap. inter corporalia, in princip. [ex quibus de Pontificis potestate circa huiusmodi translationes faciendas dubitarunt Gabr. Masques in 3. parte tom. 3. disp. 24. Nauarrete en la conseruacion de Monarchias discursu 28. versic. no se quitaria.] Attamen verissimum est, & quando Papa transfert Episcopum de vno Episcopatu ad alium, posse & solere illum absoluerè à vinculo prioris Ecclesiæ iuxta formam, de qua per Host. in sum. tit. de translat. Pralat. & moxem Curie Romanæ, ut in dist. cap. inter corporalia, & per Ioan. Monach. in cap. generali num. 10. versic. si aliquis habet Regalia, de elect. lib. 6. Ioan. Andri. in cap. quod ob gratiam num. 1. in princip. quæstionis, de regulis iuris in 6. in mercur. & ibid. Franch. num. 3. in princip. Francif. Marc. decis. 1100. incip. quæritur de tali casu, versic. & maximè propter absolutionem vinculi, Abb. conf. 101. num. 7. parte 2. prout eos refert Rot. in Phocen. Canonicius 26. Maij 1613. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Decano, apud Fatim. decis. 475. num. 1. parte 1. recent. [Zapata en el discurso de la obligacion de los Prelados, conclus. 3. num. 7. Bañez de Just. & Iure, quæstion. 63. art. 2. vers. ad octauum. nam verū est spirituale vinculum, seu spirituale fœdus coniugij, seu spirituale matrimonium contrahi inter Episcopum, seu Parochum, & Ecclesiā, dist. cap. corporalia, vbi Innocentius, l. 1. sic ait. Cùm fortius sit spirituale vinculum, quàm carnale, dūbitari non debet, quin omnipotens Deus spirituale coniugium, quod inter Episcopum, & Ecclesiā est, suo tantum iudicio reseruauerit, præcipiens, ut quos Deus coniunxit homo non separet: non enim humana, sed potius diuina potestate coniugium spirituale dissoluitur, &c. Idem ferè dicitur in cap. fin. eod. tit. cuius verba ex integra illius Decretalis per Contium, & Anton. August. in collect. 1. sub eod. tit. desumpta, sic se habent. *Quedam vero sibi Apostolica Sedes reseruat quodammodo specialiter, & singulariter, ut præter specialem auctoritatem ipsius nec iure agi valeant, nec attentari debeant cum effectu. In his autem specialiter translationes Episcoporum adeo non tantum constitutio Canonica, quam Diuina eius tantum potestati commisit, ut sicut legitimi matrimonij vinculum, quod est inter virum & uxorem, homo dissoluere nequit, Domino dicente in Euangelio, quos Deus coniunxit, homo non separet: sic & spirituale fœdus coniugij, quod est inter Episcopum, & Ecclesiā, (quod in electione iniuratum, in confirmatione ratum, & in conseruatione intelligitur consecratum) sine illius auctoritate solui non potest, qui est successor Petri, & Vicarius Iesu Christi, &c. Vnde Calderin. conf. 1. & 4. de translat. Episc. Abb. q. 1. n. 15. & in cap. cum causa vni. 2. de raptorib. Butr. in c. in presentia n. 2. de probat. Rebuff. in praxi tit. de requis. ad bonam collat. n. 13. Hieron. Mangiar. in declar. arbores consang. n. 104. tom. 9. tract. quos refert Card. Anton. Zapata en el discurso de la obligacion en Conciencia y Iusticia que los Prelados tienen de pronocar los dignidades y beneficios*

Ecclesiasticos ex persona que puidan y quieran y tan gan infencion y propósito de residir p. 1. concl. 3. num. 6. affirmit quod nec ex dispensatione possit matrimonium carnale, vel spirituale contrahi ad tempus, & addit Card. Tusch. tom. 5. conclus. 120. num. 13. & 14. quod sicut Matrimonium carnale non contrahitur sine consensu, ita nec spirituale: & sicut Matrimonium carnale non potest contrahi ad tempus, ita neque spirituale.] Qua supposita veritate retento themate dicti cap. inter corporalia, vel est dicendum sub illis verbis Christi Domini supra relatis non reseruari Matrimonij spiritualis solutionem, cuius contrarium expressè dicit d. cap. inter corporalia, aut fatendum etiam Matrimonium consummatū posse à Pontifice dissolui contra Doctores supra relatos, qui asserunt iam hodie hæreticum esse dicere Matrimonium consummatum in legè gratiæ dissolui posse.

Potuerunt certè verba obscurissima d. c. inter corporalia, & ius suprapositæ argumentationis in falsam opinionem contrahere. Socin. conf. 28. col. pen. vol. 1. Bald. in cap. lator, de re iudic. Sylu. de nup. pag. 20. Ioan. Andr. in reg. actus legitimi, de regulis iuris, lib. 6. Philip. Dec. in cap. que in Ecclesiis, col. 5. de consuet. Grat. conf. 1. num. 31. vol. 2. & alios, quos tacito nomine refert Sanch. dist. disput. 13. num. 11. quia omnes pessime arbitrantur Matrimonij consummatum dissolui posse à Summo Pontif. quasi tunc non homo separet à Deo coniunctos, sed ipse Deus: parum enim refert (ut inquit S. Bernard. libr. de dispensat. & præc. col. 4.) an nobis Deus suam voluntatem exponat per seipsum, vel per suos Angelos, aut per suos Vicarios; sed quantum à veritate aberrat huiusmodi sententia, ostendunt Doctores pro contraria supra citati: nam qui homini potestatem denegauit separandi sic à Deo copulatos, Pontificem Max. excludere videtur, quia homo est.

Quare asserere oportet Christum Dominum directè & principaliter, ac in sensu literali sub illis verbis, quos Deus coniunxit, &c. Matrimonium solummodo carnale suo iudicio reseruasse dissolendum; solutionem verò Matrimonij spiritualis non sic in sensu literali, sed in sensu morali à Christo ibidem reseruatum deprehendi, qui quidem moralis sensus licet in sacra Scriptura ab Spiritu sancto intentus sit, non tamen facit intentum efficacem ad probandum aliquid esse legis diuinæ obligatoriæ; & solent enim Summi Pontifices vti S. Scripturæ testimonij in sensu morali ad propria decreta confirmanda, ut patet in materia pluralitatis beneficiorum; ad probandum enim aliquem non posse habere duo beneficia, adducunt verba Pauli, oportet Presbyterum esse vnius uxoris virum, & Christi, nemo potest duobus dominis seruire, quæ verba in sensu literali longè aliud significant. Sic in Extrauag. vnam sanctam, inter communes, de maiorit. & obed. Bonifacius VIII. adducit verba Christi de duobus gladiis in sensu morali ad summam potestatem, & suam stabiliendam; cum literalis aliud esset, ut Sacri Doctores in eundem locum explicarunt, probè latissimè Alphons. à Castro lib. 1. contra hæreses c. 3. S. Thom. 1. p. 2. art. 10. Cùm igitur & Matrimonij spirituale non sit reseruatum lege diuina in sensu literali ipsi Christo, ut carnale est, nil mirum si illud Summus Pontifex facile dissoluat, non verò carnale. [Licet non absolute aliquibus displiceat subtilis responsio Abb. in d. c. fin. n. 13. de translat. Pral. dum considerat in Episcopi translatione, vinculi matrimonialis conseruationem respectu vniuersalis Ecclesiæ, his

his verbis. *Placet mihi quod efficiatur inuisit Prelatus alterius Ecclesiæ, quia non dicitur de nouo Matrimonium contrahere. Ecclesiæ enim vniuersalis est vnum corpus mysticum, unde ex quo semel consensit Episcopi in hac Ecclesiæ vniuersali, non potest resistere Pape si pro bono publico vult eum transferre ad aliam Ecclesiā particularem: quia solum hic alteratur locus, non autem dignitas respectu Ecclesiæ vniuersalis, &c. refert Card. Anton. Zapata d. loco par. 1. concl. 3. num. 7.]*

Probata Pontificia potestate in dissoluendo Matrimonio spirituali, quod contrahitur inter Episcopum & Ecclesiā, ac subinde explicato text. in d. cap. inter corporalia, qui ad hoc propositum difficilis merito reputatur, restat nunc ut respondeamus ad quæstionem propositam sub distinctione: vel enim translatio Episcopi ad aliam Ecclesiā fit de eius consensu ob bene merita, aut propter vtilitatem necessitatemve Ecclesiæ, siue etiam ad electionem, postulationem, seu præsentationem alicuius ad id ius habentis. Aut demum fit sine consensu ipsius transferendi, quamuis transferatur ob bene merita.

In primo casu, quando scilicet translatio fit cum consensu illius, qui erit transferendus, iste talis ac translatus est statim perdit iura primæ Ecclesiæ, ut per Abb. conf. 101. n. 3. & 4. p. 2. Massobr. in praxi habendi concursus reg. 1. dub. 9. num. 4. secundum Romanam impres. Rota d. decis. 475. a num. 5. par. 1. recent. vbi ex Ioan. Andr. in cap. quod ob gratiam, num. 5. de regulis iuris in 6. refert quod si postulatio fiat à Capitulo de consensu transferendi, definit esse Episcopus loci à quo transferatur statim post ipsam translationem factam à Symmo Pontif. non expectato aliter ipsius consensu, quia licet ignoret translationem, sciuit tamen postulationem, & submisit se voluntati Papali. Et huius sententiæ est S. Congregat. Illustrissimum Cardin. S. Concil. Trident. interpretum dum consulta, an Capitulum potuit deputare Vicarium in Ecclesiā, à qua quis fuit translatus, si translatio fuit facta de ipsius translati consensu, etiam ante adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ? censuit quod sic, attestante Rot. d. decis. 475. num. 6. in fine, & nouissimè sub die 10. Decembris 1624. S. Congregat. Illustriss. Card. super negotiis Episcoporum præposita pariter censuit in hæc verba. S. Congregat. S. D. N. approbante censuit Ecclesiā à qua volens transferatur, seu quam dimittit Episcopus, vacare ab eo tempore, quo idem Episcopus ab illius vinculo absoluitur in Consistorio Sanctitatis sue etiam ante expeditionem litterarum, vel adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ, & posteaquam huiusmodi absolutionis notitiam Episcopus habuerit etiam ex testimonio, seu documento Secretarij Sacri Collegij, illico teneri eum abstinere ab exercitio Ordinarie iurisdictionis, eamque transire in Capitulum tanquam Sede vacante, & ita posse, & debere Capitulum statim ea iurisdictione vti, ac Vicarium iuxta Trident. Concil. præscriptum eligere, Sedemque vacantem publicare; quam declarationem retuli ego ipse in collect. ad cap. 1. de translat. Episcopi, & me citato in illo loco refert etiam Massobr. dist. dub. 9. numero 12.

In secundo verò casu, quando scilicet nullus interuenit transferendi consensus, tota est difficultas; in qua Rot. d. decis. 475. num. 6. nihil firmare videtur, annuit tamen in simplici translatione etiam non facta pro vtilitate, aut necessitate Ecclesiæ, aut ob bene merita, statim post translationem absque alio consensu præcedente, aut subsequente trans-

latum perdere ius in prima Ecclesiā, ea ratione, quia in Episcopatus contrahitur Matrimonium spirituale, & Papa transferendo absoluit à vinculo primæ Ecclesiæ, quocirca facta absolutione prima libera manet, nec ad eam datur regressus. Host. in sum. de translat. Pralat. num. 6. vers. sed si Episcopus, & Goffred. pariter in sum. eod. tit. num. 6. vers. quod verius puto, Calderin. conf. fin. circa princip. vers. & sic pronunciamus, Bellam. in cap. si quis iam translatus num. 2. col. 10. in princip. vers. ad cuius quæstionis declarationem, & col. 11. vbi refert huius sententiæ, ex quatuordecim Auditoribus, qui nunc erant, octo fuisse. [Et rationem videtur eleganter assignare Abb. in cap. fin. n. 3. de translat. Episc. ibi, *Placet mihi quod efficiatur inuisit Prelatus alterius Ecclesiæ, quia non dicitur de nouo Matrimonium contrahere: Ecclesiæ enim vniuersalis est vnum corpus mysticum; unde ex quo semel consensit Episcopi in hac Ecclesiæ vniuersali, non potest resistere Pape si pro bono publico vult eum transferre ad aliam Ecclesiā particularem, quia solum hic alteratur locus, non autem dignitas respectu Ecclesiæ vniuersalis.]*

Sed ego credo verius, quod translatus sine eius consensu non definit esse Episcopus primæ Ecclesiæ, quia translatio & absolutio etiam ob bene merita sine præuio consensu facta intelligitur quatenus translatio placuerit, cum intentio Papæ sit complacere translato, ut ex dict. decisione Rotali obseruat Massobr. d. dub. 9. num. 14. & 15. tum quia hoc ipsum deprehenditur ex supradictis Sacræ Congregat. declarationibus, in quibus de consensu transferendi fit mentio, quasi inueniens aliter resoluendum esse si nolens transferretur, vel translatio non fuisset facta de ipsius translato consensu, eo maximè, quia Episcopus non potest ad aliam Ecclesiā etiam motu proprio transferri, nisi interueniat eius consensus. Rot. in Cremonen. fructuum 18. Maij 1610. coram D. Pirouano, impressa per Fatim. decis. 278. num. 7. par. 2. recent.

Non obstat glof. in cap. si quis iam translatus 21. quæst. 2. quatenus probare videtur, quod quis non dicitur vere translatus, nisi post adeptam possessionem secundæ Ecclesiæ, quia responderetur loqui in translatione abusu, non autem in vera: at prouiso Papæ habet vim non solum electionis, sed etiam confirmationis, & sic cum sit absolutus à vinculo primæ Ecclesiæ, & habeat ius acquisitum in secunda, dicitur proinde effectus sponsus secundæ Ecclesiæ, quapropter cessare debet ei omne ius, quod habebat in prima, ne videatur sponsus duarum Ecclesiarum, ita Rota in dist. decis. 475. num. 7. & ea citata Massobr. dist. dub. 9. num. 16. cum seqq.

Nec etiam obstat, quod beneficia translati non vacant, nisi post adeptam pacificam possessionem Ecclesiæ ad quam transferatur, ut apud omnes in confesso est, quia responderetur hoc prouenire ex eo, quia ista beneficia non vacant per absolutionem à vinculo, prout vacat primus Episcopatus, sed per ademptionem Episcopatus, ut per Rotam dist. decis. 475. numero 18. & Massobr. dist. dub. 9. a numero 20.

[Hac de re vnum te scire volo, quod obseruat Boët. Epo de saturnino permutationis beneficiis iure num. 31. migrationes scilicet, atque translationes Episcoporum sæpius in Ecclesiā primam fuisse visas, nunc ausu temerarie sua sponte migrantium, nunc etiam legitima simul

simul auctoritate frequenter interueniente translatorem : sicuti D. ipse Petrus Antiochia relicta, Romam diuino nutu migravit, cap. mutationes Episcoporum 7. quest. 1. propter maiorem Ecclesie utilitatem; sed permutationis beneficialis exempla nullis in antiquis aut Canonibus, aut historiis Ecclesiasticis reperiri asserit, adeo ut nec apud Isidorum, nec apud Burchardum, nec apud Iuonem, nec apud ipsum quidem nouissimum Decretorum collectorem Gratianum vlla prorsus extet permutationis beneficiorum mentio.

ALLEGATIO CXX.

Episcopus successor in Episcopatu, an, & quando teneatur ad pensiones decursas, & non solutas tempore predecessoris?

S V M M A R I V M.

- 1 Pensio est onus reale & coherens beneficio.
2 Onus rei transeat cum sua causa.
3 Successor in beneficio obligatur ad solutionem pensionis, non solum in futurum, sed etiam in preteritum pro terminis decursis.
4 Pensionarius agere potest hypothecaria contra successorem in beneficio, super quo fuerit imposita pensio.
5 Pensionarius in electione erit, vel agere contra beneficii possessorem, vel contra heredem defuncti predecessoris in casibus in quibus heres est obligatus, siue contra predecessorem in beneficio si adhuc viuit.
6 Pensionarius in casu quod agit contra successorem in beneficio, idemmet successor habebit actionem contra suum predecessorem si viuit, vel eius heredes.
7 Episcopus in sua ciuitate Episcopali pensionem super Episcopatu impositam soluere tenetur.
8 Pensionario datur actio contra successorem in beneficio pro terminis decursis, si diligentia precessissent contra ipsummet successorem.
9 Successor in Episcopatu tenetur ad pensiones decursas, & non solutas tempore predecessoris, quando constat de diligentia factis per pensionarium contra predecessorem; ex quibus autem probentur huiusmodi diligentia, vide ibi num. 10.
10 Congrua in primis deduci debet ex redditibus Episcopatus ducatorum mille moneta illarum partium.
11 Iurisdiclio temporalis alicuius loci competens Episcopo non censetur reseruata reseruatio fructuum Episcopatus, nisi Papa expresserit.
12 Pensio non solet imponi in Episcopatibus, quorum fructus non excedunt valorem ducatorum mille.
13 Episcopo resignanti quod mille remaneant, vel non remaneant, cui incumbat, ostenditur.
14 Titularis an, & quando teneatur ad pensiones decursas pro tempore, quo intrusus fructus percepit.
15 Pensio, cuius solutionis dies venit post mortem pensionarij, quomodo soluenda sit.

Vm pensio sit onus reale, & coherens beneficio, cap. si quis laicus 16. quest. 1. cap. querelam in fine, & ibi Abb. num. 2. de elect. Rot. decis. 176. num. 3. par. 2. recent. Gig. de pension. quest. 39. num. 5. & 6. quest. 40. num. 1. [& conf. 35. sub num. 9. vers. est enim censio, Iacob. Gall. conf. 67. num. 1. Seraphin. decis. 1351. num. 1. Rota decis. 176. num. 3. par. 2. recentior. Lotter de re benef. lib. 1. quest. 39. num. 71. cum seqq.] Decian. conf. 37. num. 14. vol. 2. [nouissimè Duran. decis. 369. n. 1. par. 2.] & f onus rei annexum transeat cum sua causa l. Iulianus, l. Caius, vbi Bart. ff. de manum. testam. l. Pomponius §. 1. ff. de acquir. possess. Parif. conf. 127. num. 12. vol. 4. Tiraq. de retract. lig. §. 1. glof. 10. n. 10. 13. & 14. Propterea f obligatur successor in beneficio ad illius solutionem, non solum in futurum, sed etiam in preteritum pro terminis decursis ante suam prouisionem. l. quaro, ff. de usufructu, Bellenzin. de charitativo subsidio quest. 51, Gambat. de officio & potest. Legati lib. 6. tit. de pension. a num. 427. Franc. Leo in thesauro fori Eccles. par. 2. cap. 7. num. 46. Nauar. conf. 1. num. 3. & 4. & conf. 2. num. 3. & 5. de solution. Monet. de distribut. quorid. par. 3. quest. 8. num. 22. Decian. d. conf. 37. num. 12. & 14. Bellet. disquisit. clerical. par. 1. tit. de clerico debitoro §. 8. a princip. [Castr. Palao in opere mor. tom. 2. tract. 13. puncto 11. §. 6.] ita ut f pensionarius agere possit hypothecaria contra successorem in beneficio super quo fuerit imposita pensio, secundum Roman. conf. 388. & Riminald. iun. confil. 298. num. 9. volum. 3. quos refert, & sequitur Bellet. d. §. 8. num. 9. f in cuius tamen electione erit, vel agere contra beneficij possessorem, vel contra heredem defuncti predecessoris in casibus in quibus heres est obligatus, siue contra predecessorem in beneficio si adhuc viuit, vt per Gig. dicit. quest. 39. num. 11. & quest. 43. num. 5. Rot. decis. 1182. num. 1. par. 3. lib. 3. diuers. Franc. Leo d. par. 2. cap. 7. num. 51. Bellet. d. §. 8. num. 10. vbi num. 11. cum Gig. d. quest. 39. num. 13. aduertit conducibilis esse pensionario quod potius agat contra possessorem beneficij, quam contra heredem defuncti predecessoris, quia contra possessorem beneficij procedit executiue, quatenus non soluat: si autem vellet agere pensionarius contra heredem defuncti predecessoris, tunc esset necesse iuris ordinem seruare: f in casu vero quod pensionarius agat contra successorem, idemmet successor habebit actionem contra suum predecessorem si viuit, vel eius heredes, loan. Andr. in cap. non est in mora, de regulis iuris in 6. Federic. confil. 209. num. 6. Gemin. conf. 4. num. 9. & per totum, quos refert, & sequitur Bellet. d. §. 8. num. 12. Illud ignorandum non est f teneri Episcopum in sua ciuitate Episcopali pensionem soluere; vt censuit Rota in Aretina pensionis 17. Aprilis 1598. coram D. Litta impressa per Marchesan. de commission. p. 1. §. 2. pag. 636.

Et licet Rota aliquando dubitauerit, an detur actio pensionario contra successorem in beneficio pro terminis decursis & non solutis in vita predecessoris, vt per Cassiad. decis. 3. & 4. de locatio. Achil. decis. 3. de pensionib. & Crescent. decis. 6. n. 3. & 7. de solutionib. ipsa tamen postmodum eam concessit cum hoc temperamento aequitatis, si diligentia scilicet precessissent contra eundem successorem, adeo vt pensionarius nulla notari possit negligentia, ita fuit dictum in vna Canarien. pensionis 15. Ianuarij 1597. coram Giphio, & in causa Hispanen. pensionis 16. Decemb. 1577. coram Card. Blanchetto, & in Oscan. & Barbastren. pensionis 19. Aprilis 1609. coram Card. Laccellotto iunioro, & sepissimè in aliis citatis in Neritonen. pensionis 10. Iunij 1611. coram

coram Greg. XV. impressa per Farin. decis. 352. n. 2. par. 2. recent. & per Beltramin. decis. 507. num. 2. & per Campan. in diuersorio Iuris Canonici vrb. 11. cap. 14. num. 20. referunt lateque exornant Bellet. d. §. 8. num. 13. Franc. Leo dicit. cap. 7. num. 52. & 53. Nicol. Garc. de benef. par. 1. cap. 5. num. 199. Steph. Gratian. discipul. forens. cap. 94. num. 59. Marefcot. var. lib. 1. cap. 18. Pacific. de Saluiano interdicto decis. 99. & insuet. 3 cap. 4. a num. 199.

- 9 Vnde iam inferitur resolutio ad questionem supra propositam, vt scilicet successor in Episcopatu teneatur ad pensiones decursas, & non solutas tempore predecessoris, quando constat de diligentia factis per pensionarium contra predecessorem, vt in puncto censuit Rota in dicta Neritonen. pensionis, & sufficere diligentias contra predecessorem, vel eius heredem, & bona, firmavit ead. Rota in Toletana pensionis 13. Iunij 1608. coram Dom. Penia.
10 Ex quibus autem probentur huiusmodi diligentia, ostendit Rot. in d. Neritonen. apud Farin. decis. 352. num. 5. vers. diligentia par. 2. recent. veluti ex mandato executio, sequestro, & delatorijs, vbi etiam tenum fuit negligentem non dici qui petere distulit multo tempore, quando non erat obligatus petere certo tempore, additque hæc omnia cum temperamento moderanda, dummodo successor congrua remaneat, dum in primis, & ante omnia f deduci debet ex redditibus Episcopatus, ducatorum mille moneta illarum partium iuxta dispositionem Sac. Concilij Trident. sess. 24. de reformat. cap. 13. vers. ad hæc, prout etiam resoluit eadem Rot. in Campanien. pensionis 22. Iunij 1609. coram Dom. Iusto, & in Picalcastren. congrua 16. Nouembris 1615. coram D. Vbaldo impressa per Farin. decis. 763. n. 1. par. 2. recent. vbi num. 3. & 4. tenum fuit f iurisdictionem temporalem alicuius loci competentem Episcopo non censi referuata reseruatio fructuum Episcopatus, nisi Papa expresserit, licet secus in fructibus iurisdictionis. Vnde colligitur f in Episcopatibus, quorum fructus non excedunt valorem mille ducatorum, non solere pensionem imponi, tenet Flamin. de resignat. lib. 6. quest. 2. num. 34. Nicol. Garc. de benef. par. 1. cap. 5. num. 393. vbi num. 397. cum seq. disserit de quo tempore debeat intelligi illa clausula, dummodo remaneant mille pro Episcopo.
11 Cui autem incumbat onus probandi quod mille remaneant Episcopo, dubium est ad presentem materiam non contemendum, in quo approbata est distinctio, quod aut pensionarius agit iudicio possessorio, & tunc onus probandi incumbit Episcopo, quod ei non remaneant mille, quia quasi possessio releuat ab onere probandi, cum non teneatur exprimere causam suam possessionis, vel quasi, & ideo debet in sua quasi possessione eueri, donec contra eum fuerit in petitorio pronuntiatum. Abb. in c. querelam n. 2. de elect. & not. glof. per tex. ibi in l. sicuti §. sed si queratur, & ibi Paul. de Castro n. 9. ff. si seruus vend. Ruin. conf. 154. num. 10. vers. sicut ergo lib. 4. Aut vero Episcopus agit contra pensionarium petitorio dicens se non teneri ad soluendam pensionem, quia reseruatio est nulla, & tunc onus probandi quod mille remaneant Episcopo pensionario incumbit, quia cum agitur super proprietate iuris percipiendi, causa exprimi debet ab eo, qui asserit sibi deberi pensionem, nec quasi possessio releuat illum ab onere probandi, Abb. in dicit. cap. querelam num. 12. & seq. glof. 1. in d. l. sicuti, vbi Paul. de Castro num. 8. & 9. Ruin. d. conf. 154. num. 4.

quam distinctionem præstitit Rota in vna Vercellon. pensionis 26. Iunij 1592. coram Cardin. Mantica, inter eius decisiones impressas decis. 196.

[Questionem superiori non abfimilem hic apponendam duxi, an & quando titularis teneatur ad pensiones decursas pro tempore, quo intrusus fructus percepit? In qua verum est dicere illas non deberi à Titulari pro eo tempore, in quo non ipse, sed intrusus etiam nullum titulum habens fructus percepit sine culpa Titularis, vt in puncto Gig. resp. 29. per tot. quem sequitur Bursat. conf. 161. num. 19. vers. 2. quod intrusus, & num. 25. & per tot. lib. 4. Seraph. decis. 66. nisi titularis se obligauerit precisè & in forma Camere ad soluendum, quo casu regulariter debitor non adimpler cedendo, sed debet precisè soluere. Put. decis. 10. in fine vers. secus autem est lib. 1. Vel nisi ipse Titularis, licet tempore intrusiones nihil percepisset, per plures alios annos fructus percepit; qui fructus de iure, & iuxta formam litterarum reseruationis non solum sunt obligati pro pensionibus decurrendis singulis annis respectiue, sed imo fructus vnius anni sunt etiam obligati pro pensionibus aliorum annorum. Gig. de pension. quest. 43. num. 2. vers. quia autem, cum dicti fructus in alijs annis percepti per Titularem præsumantur vberes, & sufficientes etiam pro pensionibus decursis tempore intrusionis; consequenter dum non constat de insufficientia fructuum Titularis vigore obligationis Cameralis debet cogi ad soluendum; ita ut sit in electione pensionarij pro pensionibus decursis de tempore intrusionis agere contra titularem, aut contra intrusum. Feder. de Senis conf. 81. num. 4. Gig. de pensionib. quest. 39. num. 1. vers. aut querimus, & quest. 43. per tot. Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 39. Rota decis. 176. num. 3. par. 2. recentior. Colliguntur hæc ex Duran. decis. 369. per tot. par. 2. vbi num. 9. respondet Seraph. d. decis. 66. vbi titularis etiam quod se obligauerat in forma Camere ad soluendum, non teneatur soluere pensionem, si fructus non percepit, quia in casu illius decisionis Seraphini titularis nunquam habuit possessionem beneficij, nec aliquos fructus percepit.

Vidi non semel dubitari, Quomodo sit soluenda pensio, cuius solutionis dies venit post mortem pensionarij. Tres hac de re inuenio opinionones. Prima tenet pensionem deberi hæredibus pensionarij pro rata temporis, quo ille viuit; iuxta dispositionem textus in l. diuortio, ff. de iure dot. & in l. si operis, ff. de usufr. Ita Couar. var. lib. 1. cap. 15. num. 13. quem sequuntur Molin. de primog. lib. 3. cap. 11. num. 4. additio ad Thesaur. decis. 143. Nicol. Garc. de benef. par. 2. cap. 1. num. 12. vbi subdit hanc sententiam hodie veriorē sibi videri, stante constitutione Pij V. quæ obligat pensionarios ad recitandum officium paruū B. Mariæ, ita ut ex hoc pensio hodie dicatur dari propter officium, seu beneficium: fructus autem beneficiorum, circumscripta consuetudine, debere de iure diuidi inter hæredes titularis defuncti, & modernum beneficij possessorem pro rata temporis, iuxta dispositionem dictæ l. diuortio, firmant idem Couar. dicit. lib. 1. cap. 15. num. 10. cum seqq. Sarm. de reddiib. lib. 4. cap. 6. num. 14. Molin. d. lib. 3. cap. 11. num. 4. Guier. canon. lib. 1. quest. 6. a num. 79. cum alijs, quos sequitur Nicol. Garc. d. cap. 1. num. 96.

Secunda sententia absolūtè firmat pensionem huiusmodi non deberi nec pro rata temporis,

nec pro rata fructuum, quia terminus non maturatus ante mortem pensionarij, nunquam fuit illi debitus, quem ideo non potuit ex sua persona transmittere ad eius hæredes, ex reg. text. in l. si expluribus, in princ. ff. de suis, & legit. hæred. Gutier. in l. vnic. num. 3. C. quando non per. Quare ita resoluunt Nauar. in apolog. de redditib. Ecclesiast. question. 2. mon. 16. afferentes de stylo Curie ita seruari, Sarmien. in defens. libelli de redditib. question. 2. mon. 16. vbi quod ita obseruatur in Rota, vt non soluantur rata pensionis; si is, cui debetur, decedat antequam dies solutionis venerit, Ceuall. cons. ciuili 160. n. 15. cum seq. vol. 1. D. Barbof. in l. diuortio. p. 2. n. 43. ff. soluto matr. Castill. de usufruct. c. 79. n. 17. Tertia sententia; cui tanquam probabiliori ad hæreo, habet terminum non maturatum ante mortem pensionarij deberi pro rata fructuum perceptorum hæredibus pensionarij, quia materia pensionis Ecclesiastica est regulanda tam actiue, quam passiuè, secundum dispositiones loquentes de usufructu, & sic iuxta text. in l. defuncta ff. de usufruct. Gig. de pension. question. 44. num. 52. Vnde sicut tota pensio etiam in pecunia promissa in colonis pro fructibus vnus anni, est integraliter soluenda hæredibus usufructuarij, quamuis illa decedat ante diem solutionis, post tamen fructus collectos per colonos, ex dict. l. defuncta, pariter etiam mortuo pensionario ante diem solutionis, fructibus iam perceptis per titularè, integra pensio debetur, & solui debet eius hæredibus. Quare hanc partem firmarunt Alexand. cons. 15. num. 3. vol. 2. Rimin. iun. cons. 634. vbi ex professo respondet obiectis in contrarium factis per Couar. vbi supra, Bellon. sen. cons. 3. num. 11. & 12. Ferrit. cons. 372. numero 9. post med. versic. hinc succedit alia ratio. Honded. cons. 86. numero 23. cum sequentibus, vol. 2. Surd. cons. 333. num. 2. in vers. videmus enim, & numero 3. cum sequenti, vbi cumulat plures in eandem sententiam, Caccia-lup. de pens. question. 25. Gig. in simili tractat. question. 53. Gambar. de offic. Legati libr. 6. numero 584. question. 25. qui disputat articulum ad partes, Hieronym. Gabriel. cons. 191. num. 13. versic. tamen si de rigore iuris, cum sequent. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 548. num. 43. & 44. Rota decis. 648. parte 2. diuers. & coram Mantica decis. 14. num. 10. cum sequenti. & coram Reuerendissimo Coccino Decano decis. 327. num. 2. & apud Marches. p. 2. pag. 277. & coram Cardinal. Caualer. decis. 129. per tot. quæ reperitur apud Marches. de commission. parte 1. pag. 604. & coram Reuerendissimo Duran. Episcopo Vigellen. decis. 448. num. 34. cum sequent. vbi respondet fundamentis in contrarium.]

ALLEGATIO CXXI.

Episcopus quam potestatem habeat in iure percipiendi decimas laicis concedendo, & in earum compositionibus inter Ecclesiasticos & seculares faciendis?

S V M M A R I V M.

- 1. Questiones disputanda proponuntur.
- 2. Decimas percipiendi ius laicis regulariter concedere non potest Episcopus.

- 3. Decima temporales non sunt proprie decima, sed certa decimationes, seu annua præstationes.
- 4. Decimas titulo feudi vel alio temporalis ante Concil. Lateranense concedere potest Episcopi, & ex eo deinde prohibetur.
- 5. Decima si laicis fuissent concessæ, & nesciatur an post, vel ante Concil. Lateranense fuerint concessæ, in dubio censentur concessæ post Concil.
- 6. Episcopi consensus necessarius non est ad decimas restituendas Ecclesie ad quam pertinent: sufficit vero vt in aliam Ecclesiam, vel locum Religiosum transferantur, & declarata vt num. 7.
- 8. Decima à laicis in laicos transferri non possunt etiam de Episcopi consensu, declarando vt num. 9.
- 10. Decima si ante Lateranense Concilium laicis fuerint in feudum, vel emphyteusim concessæ, & finita generatione in Ecclesiam reuertantur, an possit Episcopus eas laicis iterum dare in emphyteusim, ostenditur, & num. 11. & 12.
- 13. Compositio facta inter personas Ecclesiasticas nomine suarum Ecclesiarum super decimis in futurum soluendis, valet, modo causa cognitio, & superioris accedat auctoritas.
- 14. Vicarij auctoritas sufficit in compositionibus factis inter personas Ecclesiasticas super decimis in futurum soluendis.
- 15. Compositio super decimis præteritis non solum cum Ecclesiasticis personis, sed etiam cum laicis potest fieri sine auctoritate superioris.
- 16. Episcopi auctoritate potest fieri compositio cum laicis super tempus, & locum soluendarum decimarum.
- 17. Compositio si fiat inter laicos & clericos, vt minus quam sit decima eis soluatur, vel vt de aliquibus rebus non præsentur, non valet, nisi sit approbata à Papa, vel magno temporis intervallo firmata cum obseruantia, scilicet 30. annorum.
- 18. Transactio valet de decimis futuris facta cum assensu Episcopi, si pro decimis compensetur Ecclesia in aliis rebus.

CONTROVERSA sunt hac de re excitata per Doctores questiones, quæ ad quinque potissimum reducuntur. Prima petit, an Episcopi aliquo tempore potuerint, vel possint hodie decimas titulo feudi, vel alio temporalis laicis concedere? Secunda, sufficiat auctoritas Episcopi vt laici decimas transferre possint in quamcumque Ecclesiam, vel religiosum locum, an vero necessario restitui debeant Ecclesie ad quas de iure pertinent? Tertia, an laici in laicos eas transferre possint casu aliquo saltem de Episcopi consensu? Quarta, vtrum si decimæ ante Lateranense Concil. laicis fuerint in feudum, vel emphyteusim concessæ, ac finita generatione ad Ecclesiam reuertantur, possit Episcopus eas laicis iterum dare in feudum, vel emphyteusim? Quinta, an & quando compositio, seu transactio de decimis cum consensu Episcopi valida sit, & sine eo inualida?

Pro quorum solutione supportendum est, & Episcopum regulariter non posse ius percipiendi decimas laicis concedere, vt probant text. in cap. peruenit 1. quest. 4. cap. bene quidem 96. dist. cap. venerabilis, de confirmat. vtili, & docent Rebuff. de decimis quest. 5. num. 32. & quest. 13. num. 73. Azor. in stituit. moral. parte 1. lib. 7. cap. 36. quest. 12. Monet. de decimis cap. 5. num. 59. nisi concedat aliis Ecclesiis

Ecclesiis cum aliqua causa. cap. plures, cap. statutus, & cap. in vbi gloss. 16. quest. 1. Rebuff. dist. num. 32. Monet. dist. cap. 5. num. 60. Verall. decis. 340. par. 3. Rot. in Conchen. decimarum de Villandua 5. Maij 1600. coram Cardin. Pamphilio. Vel nisi concedat ad vitam, aliudve tempus ipsarum decimarum fructus, non ius percipiendi illas, alicui laico ex iusta causa, puta quia Ecclesiam, eiusve patrimonium à tyranni oppressione liberaverit, gloss. in cap. quamuis, de decimis, Rebuff. dicta tract. q. 10. num. 34. & quest. 13. num. 110. Cou. lib. 1. var. cap. 17. num. 5. Azor. dist. cap. 36. quest. 11. & 14. Monet. dist. cap. 5. num. 61. & decimæ enim temporales non sunt proprie decimæ, vt aduertit Bald. cons. 419. vol. 1. sed sunt certæ decimationes, seu annuæ præstationes in quantitate frumenti, vel pecuniæ, descendentes à iure temporalis, & ea contracta pro rebus debita. Rot. in Ferrarien. decimarum 16. Iunij 1615. coram Reuerend. Patre Domino Pirouano; impressa per Farin. decis. 420. p. 1. recent. Vel denique nisi concedat cum consensu eius, de cuius interesse agit, non in vim priuilegij, sed alienationis cum causæ cognitione, & aliis solemnitatibus, cap. 2. de iis qua sunt à Prælati, Rebuff. quest. 35. n. 62. [Poterit nihilominus Papa concedere alicui Principi laico quod percipiat decimas omnium locorum paganorum, vel hæreticorum, vel schismaticorum, quos potuerit subiugare, & ad vnitatem Ecclesie adducere, vel reducere, vt resoluit Gregor. Lopez per text. ibi in l. 23. gloss. 2. tit. 19. parte 1. Couar. lib. 1. var. cap. 17. num. 9. D. Barbof. in l. Titia num. 40. ff. soluto matr. Gilchen de præscript. parte 3. cap. 8. num. 18. Ioseph Sesse decis. 162. num. 8. Melch. Reinold obseru. 50. num. 5. cum sequentibus. Prout concessit Alexander V I. Catholicis Regibus Ferdinando & Elisabethæ decimas Indiarum occidentaliu assignata ex eisdem prius dote sufficiente Ecclesie iuxta Diæcesanorum locorum ordinationem, habito respectu ad sumptus & labores intolerabiles, quibus Fidem Catholicam ad incultas, & ignoratas Nationes extollit, & propagari curauerunt, Thom. Bosfi. de ruinis gent. lib. 2. per tot. Camil. Borrel. de præst. Regis Cathol. cap. 43. num. 6. late & eleganter Balthasar Chauatius de notis vera Religiosis lib. 4. cap. 4. D. Ioan. de Solorzano de iure Indiarum lib. 1. cap. vlt. num. 88. Et quod iidem Reges Catholici decimas Regni Granatenfis obtinuerunt à Pontifice Max. cum onere dotandi Ecclesias, refert Cou. præst. cap. 35. num. 2. vers. tertio quoties.]

Quibus certis præhabitis, deueniendo ad primam questionem, pro firmo habendum communem esse Doctorum resolutionem potuisse Episcopos ante Concilium Lateranense sub Alexandro III. (quod celebratum fuisse circa annum 1179. seu 1180. aduertunt per me citati ad cap. cum Apostolica 7. num. 2. de iis, quæ sunt à Prælati) decimas titulo feudi, vel alio temporalis laicis concedere, sed ex eo deinde fuisse prohibitum, vt ex text. in cap. cum & plantare, de priuileg. cap. cum Apostol. de his, quæ sunt à Prælati, & cap. 2. §. sanè, de decimis in sexto, notant Couar. lib. 1. var. cap. 17. num. 5. versic. olim, Gutier. præst. lib. 1. question. 14. num. 5. & question. 15. num. 4. D. Barbof. in l. Titia num. 45. vers. non obstat, ff. soluto matrimon. Azor. instit. moral. parte 1. lib. 7. cap. 36. quest. 12. Soar. de Relig. tom. 1. tractat. de decimis lib. 1. cap. 26. num. 2. & 3. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præf. 86. num. 2. Monet. de decim. cap. 5. quest. 3. num. 66. Fagundez in quinque

Ecclesia præcepta præc. 5. lib. 3. cap. 1. num. 32. & cap. 4. num. 2. Rot. in Placentina decimarum 31. Ianuarij 1586. coram Bubalo, & in Sabinen. decimarum 1. Iulij 1609. coram Reuerendissimo Domino meo Coccino Rotæ Decano, & in Ferrarien. bonorum 19. Ianuarij 1615. coram Reuerendissimo Patre Domino Dunozetto, nouissime Trulench in exposse. Decalogi lib. 3. cap. 3. dub. 8. num. 14.] Quod & si decimæ laicis fuerint concessæ, & nesciatur an post, vel ante Concilium Lateranense fuerint concessæ, in dubio censentur concessæ post Concil. Rot. in Turinen. decimarum 12. Ianuarij 1607. versic. non obstat, coram Cardinal. Marquemontio, per Berol. consil. 21. num. 14. lib. 1. qui refert Ioan. And. Hof. Anchar. & Gemin.

Secunda verò quæstionis communis resolutio est, ad decimas restituendas Ecclesie, ad quam pertinent, Episcopi consensum necessarium non esse: vt verò in alteram Ecclesiam, vel religiosum locum transferantur Episcopi consensum sufficere, vt satis deducitur ex dict. cap. cum & plantare, inulto d. cap. cum Apostol. & dist. §. sanè, vbi notauit gloss. & testatur communem, Soar. disto cap. 26. num. 10. asserens sine difficultate procedere in decimis iuncto titulo, obtentis à laico, quia cum iam sint extra dominium Ecclesie, & laico iusto titulo applicata, nulli Ecclesie fit præiudicium, & ideo accedente Episcopi consensu in quemlibet religiosum locum transferuntur: contrarium tamen asserit esse resoluendum in illis decimis, quas laici sine iusto titulo detinebant: quia istas necessarid tenentur restituere Ecclesie, ad quam de iure pertinent, cui Episcopus consensu suo præiudicium facere non potest, iuxta reg. generalem text. in l. id quod nostrum, ff. de regulis iuris, & in terminis videtur probare text. in cap. ad hac, de decimis, cum similibus; sed fallitur; verius enim est decimas iniuste à laicis detentis ex concessione Episcoporum transferri posse in locum religiosum ex dict. §. sanè. Ad argument. verò Soarez respondetur, concludere tantum secundum iuris rigorem eidem Ecclesie restitutionem fieri debuisse, sed Concilium ad euitanda scandala permisisse, vt cuiunque alij Ecclesie fiat restitutio, vt ipsemet Soar. dist. cap. 26. num. 3. ad finem, aduertit.

Sed pro faciliiori, & pleniori resolutione tres casus oportet distinguere in hoc proposito. Primus est de laicis intrusis, qui sine titulo aliquo decimas detinebant, & in iis veram esse agnosco sententiam, Soar. quas eas necessarid debent restituere Ecclesie ad quam de iure pertinent, vt enunciat ratio ab eo facta. Secundus est de decimis, quas laici obtinent titulo feudi perpetui habiti ab inferioribus Prælati, qui iuxta nostram sententiam etiam ante Lateranense Concilium erat inualidus, & procedit in his permisso, vt eas de Episcoporum consensu transferre sufficiat in aliam Ecclesiam, vel religiosum locum, neque sit necessarium facere restitutionem eidem Ecclesie ad quam pertinebant, vt expressè probat text. in d. c. cum Apostol. vers. quia vero, inulto sine, & ex vltimis verbis dist. §. sanè, dum semper hanc Lateranensem prohibitionem, & concessionem restringunt ad decimas, quas laici titulo feudi ante Lateranense obtinebant, atque ita non procedere in aliis, quæ sine huiusmodi titulo feudi perpetui in laicum sint alienata. Tertius casus est, quando decimæ à laicis titulo iusto, & valido in perpetuum obtentæ sunt, vel à Summo Pontif. vel aliis Prælati, qui sufficienti potestate fuerint muniti, & in eo non videtur

videtur Episcopi consensus necessarius, ut in locum religiosum transferantur; ut in donationibus tertiariis, quas à summo Pont. obtinent Hispaniarum & Lusitanæ Reges communiter receptum est post Sor. *dist. lib. 9. quest. 4. art. 3. & 9. 7. artic. 1.* & post Greg. Lopez, Gutier. D. Barbof. *dist. num. 42. vers. adde. Cabed. Lysit. decis. 63. num. 5. p. 2.* Vnde etiam in laicos transferri posse resoluunt, de quo statim plenius, & ostenditur; quia si huiusmodi decimæ titulo feudi perpetui iusto & valido semel in laicum sunt alienatæ, efficiuntur ipsius patrimonium, nec in disputationem cadere potest an restitutio sit faciendæ Ecclesiæ ad quam de iure pertinent, siquidem postquam in perpetuum alienatæ sunt in laicum titulo iusto & valido, non pertinent iam ad Ecclesiam aliquam, & tamen text. in *d. cap. cum Apostol. vers. saliter*, in his decimis, quæ ad aliam Ecclesiam pertinebant, decidit necessarium non esse eidem Ecclesiæ facere restitutionem, sed sufficere, quod religioso loco, vel alteri Ecclesiæ fiat: ergo non de decimis titulo iusto obtentis, sed iniusto modo prædicto, scilicet habito ab Episcopis, iura ista sunt intelligenda.

Tertiæ quæstionis solutio difficilior est, plures enim Doctores maximi nominis & auctoritatis tenent nullo modo decimas à laicis in laicos transferri posse, nec sine Episcoporum consensu, nec etiam eo accedente, ut expressè deducitur in *cap. prohibemus, de decimis*, quæ altera est dict. Concilij Lateranen. pars, quod quidem multipliciter expenditur: primò ibi, aliquo modo, quasi sit sensus quod licet in Religiosos cum Episcopi consensu decimæ transferri possint, in laicos tamen nullo modo, nec de Episcoporum consensu, nec absque eo, deinde quia ipsum Concil. Lateranen. in *d. c. cum & planare*, & similibus specialiter permisit, ut in alias Ecclesias, vel religiosa loca possint tales decimas transferri de Episcoporum consensu, quia vtilius iudicavit Concilium id fieri, quam si in laicos alienatæ perpetuo remanerent, quod ius singulare ad casus diuersos in quibus eadem non reperitur ratio, sed potius negatiua cessat, & contrariè trahendum non est, iuxta reg. *l. ius singulare ff. de legibus*, & quæ notant omnes arg. text. in *l. adigere §. quamvis ff. de iure patron. & prosequitur Tiraquell. cessante causa par. 1. num. 130. & 165. Sor. de iustit. lib. 1. quest. 6. art. 8.* communem Theologorum distinctionem restat, & explicat Morla in *emporio iura civilis tit. de legibus quest. 11. à num. 17.* Facit etiam, quia bene considerat Rebuff. *de decim. quest. 10. num. 18.* iuste Concilium iudicavit laicos, qui decimas usurparunt, saltem in morte salutis æternæ memores eas restitutos Ecclesiis, ad quas ut citius reuenteretur statuit, ne in alios laicos in vita transferre possint. Ex quibus rationibus ita resoluunt, intelliguntque text. Abb. *ibi num. 4. Beroi. conf. 21. à n. 9. vol. 1.* & post Zafium, & alios Couar. *d. num. 5. vers. prater hac*, D. Barbofa *d. num. 45. vers. non obstat secundò*, & constanter tueritur Azor. *d. cap. 36. quest. 13.* [Filliuc. *p. 2. tract. 27. c. 9. q. 5. 6. & 7.* Castr. *Palao tom. 2. tract. 10. disput. vnic. puncto 9. à num. 4.* Trulench. *d. lib. 3. cap. 3. dub. 8. num. 15.*] & expressè quod Episcopus non possit præstare auctoritatem, ut decimæ de laico in laicum transferantur, censuit Rot. *decis. 193. num. 10.* apud Farin. *p. 2. recent.*

In contrarium tamen est auctoritas *glos. vltim. in dist. cap. prohibemus*, quam sequuntur Ioan. Andr. & alij ex antiquioribus, quos refert Azor. *ubi proxime*, & illis post Castr. & alios, quos refert & sequitur, communem & magis communem testan-

tur Mench. *illustr. cap. 89. num. 2.* Gutier. *d. lib. 1. cap. 15. num. 6.* Gilch. *de præscript. par. 3. cap. 8. à n. 9.* Cenal. *commun. contra communes quest. 367.* Cabed. *dist. decis. 63. num. 8.* & hanc partem sequitur Soar. *d. cap. 26. num. 7.* resoluentes decimas, quas laici iusto titulo feudi perpetui habent à Summo Pontif. vel aliis à legitimo superiore, scilicet ante Lateranen. iuxta communem sententiam ab Episcopis licite posse in alios laicos transferre, ac de illis disponere sicut de quibuscumque aliis bonis suis profanis per donationes, venditiones, emphyteusim, & similes contractus, quia postquam in laicos licite fuerunt alienatæ, efficiuntur de ipsorum patrimonio, & ut profana bona censi debent, iuxta reg. text. in *l. pater filium 36. §. quindecim ff. de legatis 3. & cap. 2. de feudis*, ubi citati Doctores in collect. Retorquent enim contra priorem communem sententiam verba text. in *d. cap. prohibemus*, expendentes ibi, *cum animarum suarum periculo detinentes*, quibus satis ostenditur non agere Concilium de his laicis, qui iusto titulo & licite decimas obtinent, ut etiam euincit verbum illud, *detinent*, quod propriè refertur ad iniuste detentores, non verò ad iustos possessores, nec istos impediri videtur ex tali prohibitione quominus decimas, quas iuste detinent, in alios transferant. Nec patitur littera intellectum, quem aliqui afferunt, referentes clausulam illam, cum animarum suarum periculo, ad verbum transferre: huiusmodi enim transpositio offendit, & impropriat litteram, ex qua aperissime constat clausulam iungi verbo, *detinentes*, ut bene aduertit Card. *ibidem*. Confirmant denique hanc partem Mench. Gutier. Nicol. Garc. & Cabed. quia attestantur eam esse generali Hispaniarum praxi receptam, quæ est optima legum interpretis, ex reg. *l. si de interpretatione ff. de legibus. cap. cum dilectus, de consuet.* cum similib. neque ab hac parte recedi posse absque maximo animarum periculo & plurimorum contractuum euersione, bene aduertit Mench. *dist. num. 2. in fine.*

Quartæ quæstionis solutio pariter dubia est: nam pars negatiua ex multis suadet, & in primis, quia diximus supra ante Concilium Lateranen. licitum fuisse Episcopis decimas laicis dare, etiam titulo temporali feudi, vel simili, post illud tamen omnino prohibitum; sed certum est, quod si decimæ ante Lateranen. concessæ laicis ad Ecclesiam propter finitas generationes reuerfæ iterum laicis concedantur, noua est concessio; ergo id prohibitum debet censi. Maior ex dictis manifesta est. Minor pater ex reg. text. in *l. sed et si manente ff. de precario, l. 4. in princip.* iuncta *gloss. verb. renouare ff. de damno infecto, l. cum stipularis sim. 113. ff. de verb. oblig. cum similibus*, ex quibus receptissima illa deducitur differentia inter prorogationem quæ fit durante tempore, seu obligatione priori, & inter renouationem, quæ fit post finitam obligationem, vel exactum tempus, quo durare debuit, ut in priori casu non noua fieri, sed pristina videatur durare obligatio; in posteriori verò noua causa constitui censetur, comprobatur multis latissime adductis Tiraq. *de retract. conuent. §. 1. gloss. 7. à num. 24.* Beroi. *conf. 129. num. 2. vol. 1.* Gabriel *libr. 2. commun. tit. de dilat. concl. 2. & 3.* Gutier. *de iuram. confirm. par. 1. cap. 49. à princip.* Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quest. 2. à princip. & quest. 14. à num. 3.* hinc plura vtiliter inferentes ad praxim, illudque præcipuum quod licet in prorogatione, quæ fit durante termino scriptura, & aliæ solemnitates necessariæ non sint, requiruntur tamen in renouatione

tionem quæ fit finito tempore, & obligatione ex prædicta ratione, quod noua concessio est, nouaque causa constituitur, secundum quam distinctionem iudicatur referri Gama *Lusitania decis. 24.* à quo inaduenter recedit Flores de Mena *ibi in addit. asserens contra auctorem stare communem sententiam*, non aduertens quod Gama loquitur in casu, quo adhuc durabant vitæ, in quo non renouatio fit, sed prorogatio, veraque est, & receptissima resolutio solemnitates in priori concessione requisitas necessarias non esse. Quare hanc partem negatiuam, quod scilicet si decimæ ante Lateranen. Concilium laicis fuerint in feudum, vel emphyteusim concessæ, & finita generatione ad Ecclesiam reuertantur, non possit Episcopus eas iterum laicis dare in feudum, vel emphyteusim tenent Doctores communiter, & ex Ioan. Andr. in *d. cap. prohibemus*, & Calderin. *conf. 1. de decim. veteriorem*, & rutiorem, ac magis communem sententiam profiteretur, & comprobatur Beroi. *d. conf. 21. à num. 12.* Couar. in *dist. vers. prater hac*, Menoch. *de præsumpt. lib. 6. præf. 86. à num. 3.* & multis aliis adductis Fachin. *controuers. lib. 7. cap. 72.* Et hic euenit quod si decimæ retrodantur Ecclesiæ à laico, reassumunt primæuam suam naturam, Oldrad. *conf. 91. num. 2.* Rebuff. *de decimis quest. 10. num. 50. vers. & ubi decima sunt feudales*, Renar. Chopin. *de Domin. Franciæ tit. 2. §. num. 2. Rot. in Valentina decimarum de Catalba 10. Decembris 1601.* coram Litta, & in *alia Valentina decimarum de Aurora 9. Decembris 1602.* coram Penia, [cum adductis per Georg. Lopez *lit. D. arch. 60.* Franc. Grimaldet. in *paraphrasi decimar. lib. 2. cap. 6. num. 50.* Fabric. *de benefico. lib. 5. cap. 5. num. 24.*]

Contrariam tamen sententiam tenent Card. in *cap. 2. de feudis*, ubi Imola magis communem dicit, Castr. & Aluarot. quos refert Menoch. *ubi proxime*, Curt. Iaf. & alij, quorum meminere Couar. & Fachin. citatis locis, quod etiam testatur, & in praxi seruari Gilchen *d. cap. 8. à num. 10.* sequitur etiam Bursac. *conf. 127. num. 122. vol. 2.* magis commune professus, adducens pro hac parte auctoritatem *glos. verb. laicos in d. cap. prohibemus*, mouenturque præcipue ex text. in *cap. 2. de feudis*, dum decidit Episcopus, qui iurauit non alienare bona Ecclesiæ, posse sine transgressione iuramenti dare in feudum alteri, quia iuramentum non infendandi de nouo, non comprehendit bona semel data in feudum, licet propter finitas generationes ad Ecclesiam redierit, vnde ex eadem ratione prohibitio Lateranen. Concilij decimas dari laico non comprehendit eas, quæ simul titulo licito laicis sint concessæ. Secundò quia si decimæ laicis semel concessæ & ad Ecclesiam reuerfæ, eis iterum concedantur, non noua videtur concessio, sed potius antiqua continuatio, ut videtur colligi ex *cap. 1.* qui testes sint necessarii ad nouam inuestituram faciendam, in vsibus feudorum, ubi feudum nouum dicitur, quod habuit initium à persona accipientis; si vero à successione primogeniti proueniat, antiquum dicitur, ut multis adductis explicat Cald. Pereira *de renouat. emphyt. quest. 1. à num. 3.*

Quibus argumentis adductis, Soar. *dist. cap. 26. num. 8. & 9.* à communi recessit, distinguens: aut enim, ait ille, feudum adhuc durat, & faterur, posse in alium laicum transferri, aut extinctum est, & ad Ecclesiam reuersum: & subdistinguit, an sit iam incorporatum in dominio ipsius Ecclesiæ, quo casu faterur procedere priorem communem sententiam negatiuam, ex ipsius fundamentis: aut

Barbof. de Episcopo Pars III.

Ecclesiæ incorporatum non est, & contendit non esse inconueniens quod laicis iterum concedatur, quia licet feudum vacauerit, non statim ipso facto dominium uelle quod erat penes laicos in ipsa Ecclesia incorporatur, sed opus est, vel expressa declaratione Prælati quod illud velit incorporari, vel aliàs coniecturata ex signis, quæ late prosequuntur Doctores per text. *ibi in cap. ut super, de rebus Eccles. non alien.* ubi Abb. *num. 9. cum seqq.* Franc. Sonsbech. *de feudis par. 8. num. 8.* Menoch. *de arbit. casu 433. à princip. & conf. 79. à num. 10. vol. 1.* Fachin. *d. lib. 7. cap. 71.* Ego tamen hanc Soarez distinctionem sic in totum recipendam esse non consulo: tres enim casus continet, *primum* quod scilicet decimæ in feudum quod adhuc durat concessæ licite in laicos transferantur, libenter recipio; similiter & *secundum*, quod scilicet decimæ reuerfæ ad Ecclesiam, & in eius dominio incorporatæ non possit ab Episcopo iterum laicis infendari. *Tertium* verò omnino reiicio, & in eo veteriorem iudico priorem opinionem negatiuam, quod scilicet postquam decimæ ad Ecclesiam reuertuntur propter finitam generationem, licet adhuc modo prædicto incorporatæ non sint in Ecclesiæ dominio, quod iterum laicis concedi non possunt, ut efficaciter concludunt fundamenta supra pro illa adducta.

Non obstant quæ pro posteriori contraria sententia affirmatiua supra adduxi; nam ad primum ex *cap. 2. de feudis*, respondetur cum Beroi. & Fachin. regulam, quæ ex eo solet deduci quod bona solita alienari, possunt liberè alienari in quoscumque etiam laicos sine solemnitatibus, deficere in decimis respectu laicorum, in quibus specialis reperitur prohibitio, ut in iuribus citatis in princ. huius alleg. vnde licet alia bona profana Ecclesiarum alienari solita si ad Ecclesia reuertantur non comprehendantur in iuramento de non alienando, non inde efficax est argumentum quod decimæ laicis in eodem casu possint iterum licite concedi, ex vulgari reg. text. in *§. affinitatis, Instit. de nupt.* cum similibus, quibus probatur quod si lex duplici vitur ratione, quamuis altera deficiat, sustinetur tamen decisio propter alteram, & prosequitur Valasc. *conf. 60. num. 6.* Deinde respondetur etiam in aliis rebus profanis non probare text. id ad quod vulgari ter adducitur, nam verbum, *liberè*, solum concludit non obstante iuramento resillas alienari, non tamen excludit necessitatem solemnitatum, quæ aliàs in alienationibus rerum Ecclesiasticarum requiruntur, quasi iuramentum sic intelligatur, ut non excludat casus de iure licitos, ut optime explicat Molina *de iustit. tom. 2. disput. 468. vers. Panorm. & conclus. 8.* & deducitur ex resolutis per Gutier. *de iuram. confirm. parte 1. cap. 52. à num. 3.* Ad secundum, quod ubi decimæ ad Ecclesiam reuerfæ iterum laicis conceduntur, non noua, sed antiqua concessio censi debet, responderetur verius esse contrarium, ex reg. *d. l. sed et si manente*, text. vero adductus in *d. cap. 1. qui testes sint necessarii*, solum probat nouum esse feudum, quod acquirenti concessum est, antiquum quod à genere procedit, quod debet intelligi ex vi prioris concessionis, quæ adhuc durat; non verò negat nouum etiam dici posse, quod post finitas generationes iterum de nouo conceditur, iuxta receptissimas traditiones, de quibus supra. Ad rationem verò incorporationis, quam considerat Soar. pro sua subdistinctione responderetur, quod licet illa ratio aliquid concluderet in aliis bonis Ecclesiasticis, non tamen rectè applicaretur decimis, quæ

CCC c semel

semel ad Ecclesiam reuertat sunt, cum iam finito titulo, seu tempore concessionis, si iterum concedantur sit noua concessio, quæ laicis prohibita est, ex dictis. Deinde respondetur verius esse generaliter bona Ecclesie semel alienata si ad eam reuertantur, siue modo prædicto incorporatæ sint, siue non, alienari non posse sine debitis solemnitatibus, siue extra casus iure expressos, vt magis probat text. in d. cap. vt super, in fine principij, ibi, siue intelligantur de mensa, siue non, vt alienentur, consultius æstimamus, resoluit Abb. ibi num. 11. expressè docens eo ipso quod redeunt ad Ecclesiam fieri de mensa, & assumere naturam rerum Ecclesiasticarum, sentit Rebuff. in compend. alienat. num. 233. dum intelligit: tum demum posse Prælatos iterum alienare res Ecclesie, quæ ad eam reuertuntur, si durauerit causa concessionis antiquæ, non ita si cessauit, vt in terminis de quibus agimus.

13 *Quinta* quæstio, quæ petit an & quando compositio, seu transactio super decimis cum consensu Episcopi valida sit, & sine eo inualida, resoluitur ex tribus sequentibus conclusionibus. *Prima* est. Valer compositio facta inter personas Ecclesiasticas nomine suarum Ecclesiarum super decimas in futurum soluendas, vt decimæ vni Curato, vel Parochie debite, alteri Parochie, & Curato soluantur in posterum, vel etiã Religiosis Parochia habentibus, modo causæ cognitio à superiore facta interueniat, consensuque seu auctoritate Episc. vel alterius superioris accedat: ita probant text. in cap. 2. vbi gl. & Doctores, de transact. cap. dilecti, de decimis. Rebuff. de decimis quæst. 13. num. 16. Monet. in simili tract. cap. 5. à num. 119. Fagundez in quinque Ecclesia præcepta præc. 5. lib. 3. cap. 2. num. 2. vbi num. 3. dicit esse necessarium ad valorem istius compositionis, vt causæ cognitio præcedat ab Episcopo, vel superiore facta, aliàs compositio non valebit, & num. 5. quod sufficit consensus, & auctoritas alterius in dignitate inferioris Episcopo, modo habeat iurisdictionem quasi Episcopalem, & an sufficiat auctoritas Vicarij dubitat Rebuff. d. quæst. 13. num. 23. vbi videtur concludere quod sic, prout eum refert Monet.

14 d. cap. 5. num. 121. & id ipsum tradit Fagundez d. cap. 2. num. 5. vbi n. 6. resoluit quod si huiusmodi compositio de non soluendis decimis in futurum inter parochos sine auctoritate Episcopi, aut superioris fiat, valebit quidem pro vita componentium, at illam non excedet. De decimis verò præteritis non solum cum Ecclesiasticis personis, sed etiam cum laicis potest fieri compositio sine auctoritate superioris, vt per gl. & Doctores in cap. vt super, de rebus Ecclesie non alien. Rebuff. d. quæst. 13. n. 25. & 33. Monet. d. cap. 5. num. 128. Fagundez d. cap.

15 2. à num. 7. *Secunda* est. quod auctoritate Episcopi potest compositio fieri cum laicis super tempus, & locum soluendarum decimarum; ita docent Rebuff. d. quæst. 13. num. 29. Fagundez d. cap. 2. quæst. 14. Deinde si ius Ecclesie dubium sit, quia v. g. ageretur de privilegio Papæ laico concessio, tunc etiam cum auctoritate Episcopi, valeret fore compositio cognita prius causa, an id expediat Ecclesie, vt per Rebuff. d. quæst. 13. num. 30. & Fagundez d. num. 14.

16 17 Si verò compositio fiat inter laicos & clericos, vt minus quam sit decimæ eis soluantur, vel vt de aliquibus rebus non præstentur, non valebit nisi sit approbata à Summo Pontif. vel magno temporis interuallo firmata, cum obseruantia scilicet triginta annorum, Rota in Mediolanen. decimarum 10. Aprilis 1600. coram R. D. meo Coccino, & in Taurinen. decimarum 27. Iunij 1607. coram eodem,

Monet. d. quæst. 5. à numer. 125. vbi num. 126. obseruat ad hoc, vt talis compositio etiam inter clericos facta perpetua sit, & valeat atque obliget successorem, debere fieri cum auctoritate superioris. *Tertia* est. quod Valer transactio de decimis futuris facta cum assensu Episcopi, vel alterius superioris, si pro decimis compensetur Ecclesia in aliis rebus ita Rebuff. d. quæst. 13. num. 36. & Monet. d. cap. 5. num. 129. vbi num. 130. contra Rebuff. tenet posse etiam aliquid temporale, vt prædium dari Ecclesie pro se eximendo ab onere decimarum, dummodo ad id superioris auctoritatis cum Ecclesie utilitate accedat, per cap. vt super, in princip. iuncta gl. in figuratiõne casus de rebus Ecclesie non alien.

ALLEGATIO CXXII.

Episcopus proprius an necessario sit ad eundus, si clericus aduersus clericum negotium habeat?

S V M M A R I V M.

- 1 *Episcopus proprius necessario est ad eundus, si clericus aduersus clericum negotium habeat.*
- 2 *Partes possunt foro suo renuuciare, & in alium Iudicem consentire.*
- 3 *Ratio multiplex specialitatis præstat quare partes foro suo renuuciare possunt, & in alium Iudicem consentire, at clerici minimè sine Episcopi diocesani voluntate, & num. 4. & 5.*
- 4 *Laici causis in quibus contra eos Iudex Ecclesiasticus competens est, an possit in alium Iudicem Ecclesiasticum sine diocesani voluntate consentire, ostenditur, & num. 7. & 8.*

IN hac quæstione partem affirmatiuam quæ vera est, probant text. in cap. 1. de foro compet. vbi Socin. num. 18. & in cap. significasti eod. tit. vbi Abb. num. 7. Bart. in l. 1. ff. de iudic. Couar. præc. cap. 10. num. 6. vers. octauo, Bossi. in præc. sub tit. de foro compet. num. 146. Perez ad l. 1. tit. 4. lib. 3. Ordinarum. Soar. de Pace in præc. tom. 2. prælud. 1. à num. 1. Roland. conf. 4. à num. 8. lib. 1. & conf. 23. num. 10. lib. 2. Gail. lib. 1. obseru. 37. à princip. Surd. conf. 396. à num. 1. lib. 3. Decian. in tract. crimin. lib. 4. cap. 9. à num. 44. resoluentes quod si clericus aduersus clericum causam habeat, nec potest proprium Episcopum deferere, nec ad alienum ex vi formalis consensus adire.

Obstat tamen maximè quod partes possunt foro suo renuuciare, & in alium Iudicem consentire, siue iure communi competat forum, siue speciali priuilegio in priuatum suam utilitatem fuerit concessum, ex generali reg. c. si de terra, de priuilegio, secundum quam vnicuique licet iuri suo renuuciare, deinde ex reg. text. in l. 1. & 2. ff. de iudic. & in l. pen. C. de pænis, & in l. si quis in conscribendo, C. de Episcopis, & clericis. cum aliis, quæ late prosequuntur Perez vbi supra, Decian. d. lib. 4. cap. 23. num. 2. & plures alij, quos copiosè refert D. Barbof. in l. 1. per totam, & præcipuè art. 4. à princip. ff. de iudic.

Sed recenta supradicta sententia ad obiectionem respon-

responsio pendet in assignanda ratione specialis, quam text. d. cap. significasti, cum similibus in clericis constituit, vt scilicet consentire non possint in Iudicem non suum sine Episcopi diocesani voluntate, eos excipiendo à regula quam in vers. præcedenti præmiserat, quod priuatorum consensus sufficit vt eum, qui iurisdictioni præest, Iudicem suum faciat, consonant iura supra in obiectione adducta. Tres enim rationes prout gl. Pontifice, in cap. in l. 1. quæst. 1. quæ parum concludunt, quia solum gl. percurrit aliquos casus, seu actus quos clerici gerere non possunt sine suo Episcopo, vt tamen laici possint, veluti iurate pro testimonio ferendo, vel calumnia, vt in cap. 1. vers. verum, de iuram. calumn. Ordines accipere, iuxta cap. nullus Primas, cum multis ibidem 9. quæst. 2. atque animæ iudicium, scilicet in Sacramento Pœnitentiæ, iuxta cap. placuit, de Pœnit. dist. 6. Verum has rationes nihil concludere apparebit si consideres primam de iuramento omnino separatam ab hoc proposito de prorogatione iurisdictionis, & magis spectare ad religionem iuramenti, & honestatem ac decentiam personæ clericorum debitam, vt explicant Salzed. in præc. cap. 98. à num. 27. Soar. de Religione tom. 2. de iuramento lib. 1. cap. 14. num. 10. Sanch. in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 3. cap. 3. num. 7. & 8. Secunda verò, & tertia ratio pariter concludunt in laicis, quos etiam consistit sine proprij Episcopi consensu primam tonsuram, aliosque minores Ordines accipere non posse, iuxta d. c. nullus Primas. Neque etiam sine proprij Sacerdotis licentia ab alio accipere possunt Pœnitentiæ Sacramentum, iuxta dist. cap. placuit, cap. omnis, de Pœnit. & remiss.

4 Bartol. igitur in d. l. num. 1. specialitatem in eo ponit, quod Episcopus perpetuam habet iurisdictionem, & clerici ratione beneficij ei tenentur præstare censum. Sed meritò improbat D. Barbof. d. art. 3. num. 187. cum seqq. quia huiusmodi ratio solum militat in clerico habente beneficium, decisio autem text. generalis est. Quare magis communiter recipitur illa ratio, quod clerici magis subditi sunt Episcopis, quam laici iudicibus suis, & idè clerici iuramentum fidelitatis præstant Episcopo, non ita laici, cap. ego N. de iuratur. cap. quamquam 23. dist. ita Abb. num. 7. cum seq. in d. cap. significasti, & ibi Felin. num. 2. Socin. num. 44. & alij quos adducit D. Barbof. vbi proxime num. 190. & defendere nititur num. 199. Sed adhuc obstat, quia huius rationis ratio quæri potest, quare scilicet magis subiecti sint clerici quam laici suis superioribus. Alij ergo alias excogitarunt rationes, quod scilicet tota Ecclesiastica potestas ad bonum spirituale supernaturale ordinatur, cuius finis postulat, vt propriè Prælati subiectorum mores cognoscant, vt possint corrigere. Verum hæc ratio nihil in clericis ponit speciale, sed magis respicit naturam causalium spiritualium respicientium bonum animæ, in quibus vera & recepta sententia docet etiam laicos in alienum Prælatum consentire non posse, vt statim disputabimus: deinde nihil omnino concludit ratio in causis temporalibus pecuniariis clericorum, de quibus directè & principaliter agit text. in d. cap. significasti, adducunt etiam clericos in Ecclesia primitiua communem duxisse vitam sub Episcoporum disciplina, vt in cap. dilectissimi 2. quæst. 1. & idè licet postea ab hac communi vita recesserint, semper tamen strictiori modo suis Episcopis subiecti remanent. Verum & hæc ratio ad præsentem statum minimè pertinet, iuxta reg. text. in cap. translati, de conscribendo de Episcopo Pars III.

fit. multoque minus arridere potest nouissima ratio, quam addacit dominus meus Barbof. d. art. 3. num. 195. cum seqq. quod scilicet clerici ratione Ordinis efficiantur res spirituales, & idè sine Episcopi, à quo Ordines acceperunt, consensu, in alium consentire non possunt; ratio enim hæc ad summum concluderet, vbi de persona ipsius clerici agitur, vel de crimine ab eo commissio, iuxta text. & quæ ibi notantur in cap. si iudex laicus, de sentent. excom. lib. 6. minimè autem concludit in dictis causis pecuniariis.

Quare his & aliis reiectis aliorum rationibus concludit Alex. in l. 1. §. & post operis num. 19. ff. de noui operis nunciat. primariam & formalem rationem huius decisionis ponendam esse in speciali Sacrorum Canonum prohibitione, nullamque efficacem & concludentem rationem assignari posse, quæ prædictam differentiam inter clericos, & laicos concludat, licet omnes prædictæ, & aliæ, quas afferunt simul iunctæ, vel aliqua ex illis sufficiant ad iustificandam prohibitionem sacrorum Canonum, qui prohibuerunt ne Clerici sine Episcopi consensu alium Iudicem Ecclesiasticum adire possint in causis suis, siue spiritualibus, siue Ecclesiasticis, vt in d. cap. nullus Primas, quæ manifestius explicauit text. in d. cap. significasti.

Verum autem principalis nostra resolutio locum habeat in causis Ecclesiasticis laicorum, hoc est verum laici in causis in quibus contra eos Iudex Ecclesiasticus competens est, possint in alium Iudicem Ecclesiasticum sine diocesani voluntate consentire; quæstio est dubia, in qua Host. quem refert Abb. in d. cap. significasti, num. 15. & alij de quibus statim referendū indistinctè tenent partem negatiuam, quod scilicet minimè possint laici in causis Ecclesiasticis absque sui Episcopi voluntate in alium consentire, adducentes pro hac parte text. in d. cap. omnis, & text. quem fortiores putant in cap. 1. 9. quæst. 2. ibi, nec alterius parochianum iudiceres, quæ verba pariter comprehendunt laicos, quia & hi parochiani propriè dicunt iuxta cap. nullus, & per totum de parochiis.

Verum meritò sub distinctione alij quæstionè resoluunt, vel enim agitur de causis spiritualibus sacramentalibus, veluti ad Ordines conferendos, vel quoad iudicium in Sacramento Pœnitentiæ, & procedit prædicta Host. doctrina, & ratio quam supra considerauimus, quod in hoc sacramentali iudicio multum interest quod à proprio Pastore subiecti iudicentur & cognoscantur, vt corrigat: aut agitur de aliis causis Ecclesiasticis, quæ sacramentales non sunt, veluti de decimis, iure patronatus, & similibus, & verius est, atque receptius posse laicos sine sui Iudicis consensu in alium Ecclesiasticum Iudicem consentire, vt efficaciter deducitur ex generali regula d. cap. significasti, quæ in solis clericis specialiter limitata reperitur, atque ita tenuerunt Innocent. in cap. de causis, de officio delegati, Abb. in cap. P. & G. eod. tit. num. 15. vers. item dubitatur, testatur communem Marian. Socin. in eod. cap. significasti num. 30. vers. Innoc. tamen, & post Felin. Imol. & alios sequitur D. Barbof. d. art. 3. num. 206. cum seqq.

Ad text. verò in d. cap. omnis, facile respondetur, agere de iudicio in Sacramento Pœnitentiæ, eodem etiam modo intelligi potest text. in d. c. 1. 9. quæst. 1. ibi, ordinare, & ibi, iudicare, intelligi enim potest de iudicio in foro sacramentali Pœnitentiæ, in quo vere iudicatur Parochianus ipse, & ita ei magis

conueniunt verba quã causã iurispatronatus, in qua Parochianus non dicitur iudicari, sed causa ipsa. Vel etiam dici potest textum illum regulam ponere simpliciter, & absolute veram, quod nullus iudicet, vel ordinet Parochianum alienum, & in iudicantem ipsum, & ordinantem referri prohibitionem, minime vero loqui, nec verbum aliquod ibi reperiri ex quo colligatur agere Pontificem de clericis volentibus, & consentientibus, vt à iudice non suo iudicentur, sed casum hunc ex aliis principiis esse resoluendum, & ex aliis decisionibus, in quibus magis specie sequentes Pontifices declarant.

ALLEGATIO CXXIII.

Episcopus an possit exemptos si extra locum exemptum delinquant, aut contrahant ratione delicti, vel contractus coram se conueniri facere?

S V M M A R I V M.

- 1 Exempti ratione delicti, contractus, vel rei sita coram Ordinariis locorum conueniri possunt.
- 2 In contrarium fundamenta adducuntur.
- 3 Concordantur opiniones.
- 4 Concordia & distinctio reprobat.
- 5 Exemptio privilegium quando datur respectu certi loci, & eo circumscriptur, si exempti extra illum delictum committant, coram Ordinario conueniri possunt.
- 6 Privilegium exemptionis concessum personis per viam legis, seu in corpore Iuris clausum, an per delictum amittatur, ostenditur.
- 7 Exemptio quando data est respectu generis iurisdictionis, per delictum non amittitur.
- 8 Privilegium exemptionis quando conceditur personis respectu delictorum, vt scilicet pro illis ab Ordinariis puniri non possint, satis Pontifex sub ea forma censetur excusare delinquentes quoad effectus expressos à potestate Ordinariorum.
- 9 Exemptio quando conceditur respectu certi Iudicis, veluti excimendo à potestate proprii Ordinarii, tunc si exempti delinquant, conueniri poterunt coram Ordinariis locorum in quibus deliquerunt.
- 10 Exemptio quando est simplex & absoluta respectu omnium, & quorumcumque Iudicium, tunc exempti ratione delicti ab Ordinariis locorum, in quibus committitur, puniri non poterunt.
- 11 Exemptio concessa iudicatur si Pontifex excimat ab Ordinarij potestate, vel cum plena libertate.
- 12 Item si dicat, ne audeat Episcopus ibi Cathedrali suam collocare, vel quamlibet potestatem exercere, aut Ordinationem aliquam quamvis lenissimam facere.
- 13 Item si dicat locum, siue Ecclesiam esse liberam, seu quod potius libertate Ecclesie Romanae, aut quod eius speciali prerogativa gaudeat.
- 14 Item si dicat, gaudeat plena libertate.
- 15 Exemptio an plenè probata censetur si in privilegio dicatur, vt quis existat iuris B. Petri, vel

specialiter pertineat ad Romanam Ecclesiam, ostenditur.

- 16 Privilegium, sententia, aut scriptura quando non sunt principaliter super exemptione, seu libertate, sed incidenter propter aliud, narrant aliquam Ecclesiam, vel personam esse Iuris B. Petri, tunc per talia verba exemptio non probatur.
- 17 Princeps privilegium exemptionis concedens, aut Index de exemptione ipsa sententiam proferens, quando apponunt verba quod Ecclesia sit Iuris B. Petri, aut ad Ecclesiam Romanam pertineat, tunc exemptio plenè probatur.
- 18 Exemptio an plenè probata censetur, quando verbis privilegij narrantibus quod Ecclesia sit Iuris B. Petri, accedit solutio census.
- 19 Exemptio an plenè probetur ex verbis narrantibus privilegij, aut sententia non principaliter ad exemptionem concedendam, sed propter aliud prolatis, si sententia, aut Princeps in illis principaliter suam fundat intentionem, ostenditur.
- 20 Exemptio à potestate Ordinariorum concessa videtur, si Papa recipiat in subiectos Ecclesie Romanae, scilicet vero si recipiat aliquos in filios, & assignatur ratio differentie.
- 21 Exemptio à potestate Ordinariorum non probatur ex solutione census facta Sedi Apostolice, nisi appareat quod sit in signum subiectionis, & percepta libertatis, & num. 22.
- 22 Cap. recepimus 8. de privileg. declaratur.
- 23 Vulgare illud, Quæ non prolunt singula, multa collecta iuuant, declaratur.
- 24 Cap. si Papa, vers. idem dicimus, de privileg. lib. 6. declaratur.
- 25 Exemptio ab Ordinarij potestate an probetur ex receptione sub protectione Sedis Apostolice, & num. 27.
- 26 Cap. recepimus 8. de privileg. & cap. ad audientiam 34. de appellatione. concordantur.
- 27 Exempti tantummodo Romano Pontifici, immediatis manent subiecti, & in totum excimuntur ab Ordinariorum iurisdictione.
- 28 Exemptio simplex neminem excimit à visitatione si de illa specialis, & expressa mentio non fiat.
- 29 Exemptionis generale privilegium minime sufficit, vt exempti ab onere procuratoris liberi censentur, sed requiritur specialis de illa mentio.
- 30 Exemptio prodest quoad potestatem Ordinarij, non quoad potestatem Legati de latere.
- 31 Sedis Apostolice appellatione venit eius Legatus.
- 32 Exempti à potestate Ordinarij, nisi probetur quasi possessio exemptionis, & precipue ad effectum impediendi retentionem, vt num. 37.
- 33 Cap. cum personæ, de privileg. lib. 6. emanauit ad fauorem iurisdictionis Ordinarij.
- 34 Ordinarius Episcopus eo ipso quod exercet iurisdictionem in una parte Diocesis, videtur constitui in quasi possessione exercendi dictam iurisdictionem quoad alias partes in quibus aliter non habet particularem quasi possessionem.
- 35 Exemptionem à iurisdictione alicuius per quasi possessionem non dicitur habere subditus ex eo solo quod non appareat superiorem in illum exercuisse iurisdictionem, nisi probetur quod venerit casus exercendi, & volens exercere fuerit repulsus, & repulsi acquieuerit.
- 36 Argumentum à contrario sensu non valet ad inducendam correctionem Iuris.

40 Exemptus non potest privilegio suo renunciare, & num. 41. 42. & 43.

44 Exemptionis privilegio renunciari non potest etiam in praiudicium exempti.



ARS quæ affirmat efficaciter suadet ex text. optimo aliàs difficili in cap. 1. in princip. de privileg. lib. 6. dum generaliter decidit exemptos ratione delicti coram Ordinariis locorum conueniri posse non obstante libertatis, seu exemptionis privilegio, & in fine eiusdem principij concludit idem esse dicendum de illis, in quibus concessum est privilegium, vt non nisi coram certo Iudice valeant conueniri, quæ Decretalis innouata, & ampliata est per Concil. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 14. Consonat text. in aurb. qua in prouincia, ibi, omni privilegio cessante, C. vbi de crimine agi oporteat, & facit cap. dilecti 17. de foro compet. Ex quibus atque aliis latissimè adductis hæc sententiam tenet gl. verb. privilegij in cap. uarum 11. de privileg. vbi Dec. à num. 49. Abb. in cap. vlt. num. 11. & ibi Felin. num. 5. de foro compet. Paul. Fulch. de visitat. lib. 2. cap. 17. à princip. & cap. 20. à num. 7. Nauar. commento 2. de Regularib. lib. 63. Decian. tractat. crimin. l. 4. cap. 17. à num. 13. Azeued. ad l. 1. num. 118. cum seqq. tit. 16. lib. 8. noua Recop. Card. Tufch. tom. 3. lit. E. concl. 244. & concl. 565. Sanch. de Matrimon. lib. 7. disp. 33. num. 23. Cabed. Lusit. decis. 86. num. 7. par. 2. [Lotter. de re benefic. lib. 1. quest. 25. num. 51. cum seqq.]

Pro contraria tamen opinione faciunt text. in cap. frater noster 16. quest. 1. cap. sicut nobis §. fin. de supplenda neglig. Pralat. ibi, nisi à iurisdictione tua exempta fuer. Verget fortius text. in eod. cap. 1. §. in eos, dum expressè decidit quod si quis privilegium habeat ne ab aliquo Episcopo excommunicari, suspendi, aut interdicti valeat, nullam quoad hoc Ordinarios in eum exercere posse iurisdictionem vbiunque deliquerit, siue in loco exempto, siue non exempto delinquant; consonat text. in cap. cum capella, de privileg. Et deinde facit efficax ratio, quia si exempti ratione personæ non excimantur à potestate Ordinariorum, in quorum diocesi delinquant, oculos maneret suum privilegium, contra reg. text. in cap. in his, de privileg. præcipue si Summo Pontif. per privilegium subiciantur, vel alicui Iudici, qui territorium non habeat, siquidem vbiunque deliquerint, contraxerint, vel res sita est, coram Ordinariis conueniuntur; atque etiam quia sequeretur monachos delinquentes extra monasteria ab Ordinariis puniri posse, contra d. cap. frater 16. quest. 1. iuncto cap. luminoso 18. quest. 2. cum aliis, de quibus Decian. d. cap. 17. num. 35. quare hanc partem veram asserit Erasim. à Cochier de iurisdic. Ordinarij in exemptos par. 4. quest. 32.

In quibus difficultatibus resoluendis gl. d. verb. privilegij in d. cap. uarum, multum insudat, & varias adducit concordias, & ibi Butr. num. 17. & Abb. num. 8. necnon Socin. in cap. recepimus num. 57. cum seqq. & num. 70. de privileg. ac tandem concludunt esse distinguendum inter privilegium exemptionis, quod simpliciter datur personis, quod resoluunt prodesse etiam quoad delicta quæ postea perpetrantur, iuxta d. §. in eos, & d. cap. cum capella, & procedere rationem supra proximè factam; & inter illud quod datur ratione loci, itaut certo loco privilegium ipsum sit circumscriptum; quo casu, inquit procedere text. in d. cap. 1. in princip. in cum

sentum vt si priuilegiatus extra locum illum delinquat, priuilegio iuuari non possit, eandemque resolutionem sequitur latè comprobans Couar. pract. cap. 11. num. 5.

Verum hæc distinctio manifestè offendit, & uolenter restringit litteram text. in d. cap. 1. in princip. qui simpliciter loquitur de habentibus privilegium exemptionis, vel vt non nisi coram certo Iudice teneantur respondere, neque ibi verbum aliquod reperitur ex quo restringi possit ad privilegium loco certo circumscriptum: restringit etiam generalitatem text. in d. aurb. qua in prouincia, atque etiam in d. cap. uarum, ibi, nullo prorsus, & omnium Iurium, ex quibus Doctores passim notant privilegium immunitatis delinquentibus non prodesse. l. 2. C. de privileg. schol. lib. 12. aurb. de mandatis Principum, §. quod si delinquentes, cum aliis, ex quibus tradunt Menoch. cons. 2. num. 33. Marr. de iurisd. par. 2. cap. 50. num. 13.

[Sed ad materiæ cognitionem præmittendum est diuersas esse exemptionum species. Vna dicitur personalis, qua nimirum quis in sua persona ita excimatur, vt à solo Pont. Max. dependeat, à nulloque etiam legato sanctæ Sedis, aut ab illo solo, non autem ab aliis delegatis Iudicibus excommunicari, interdicti, vel suspendi possit, ita Stephan. Daluin. de potestate Episcop. cap. 21. num. 25. vers. Primam. Altera vocatur localis, quæ fit loco, seu territorio, Ecclesie, aut monasterio. Diuiditur hæc Personalis, & localis exemptio in Particularem, & Vniuersalem. Particularis ea dicitur, qua persona, locus, aut nobium non in omnibus, sed in quibusdam casibus & rebus tantum excimatur. v. g. si forte aliqua Ecclesia quantum ad hoc sit exempta, vt nullus Episcopus, vel Archiepiscopus possit excommunicationem promulgare, aut diuinam suspendere, vel aliam aliquam iurisdictionem vt in sua Diocesi exercere, alias autem Ecclesia illa teneatur illi exhibere honorem & reuerentiam: aut si teneatur alium superiorem à Papa recognoscere vt aliquem Prælatum Regularem: aut si Ecclesia, vel monasterium sit quidem exemptum, non autem Capellæ, aliæque Ecclesie vniver. & populi ab eo dependentes, sic Stephan. de Daluin. d. cap. 21. num. 26. Vniuersalis autem exemptio illa appellatur, qua nimirum persona simul & Ecclesia vel Monasterium ita excimatur, vt cum vniuersitate rerum, & iurium, appenditorum, & hominum à solo Summo Pont. & à sancta Romana Ecclesia dependeat. Metropolitanus autem aut Episcopus Diocæsanus nihil Iuris in huiusmodi Ecclesiis, Monasteriis, territoriis, & populis ita exemptis habeat, nisi fortè aliquando non vt Ordinarius, sed vt Delegatus tantum Apostolicus. Ita idem Stephan. Daluin. d. cap. 21. num. 30. vbi num. 31. ait quod exempti quidam dicuntur in Diocesi, alij in Diocesi quidem, sed non de Diocesi, alij denique nullius esse Diocesis. Sunt illi proprie in Diocesi, & de Diocesi, qui nullo exemptionis privilegio muniti directè imperio, & coercionis Diocæsanæ subsum. In Diocesi, & non tamen de Diocesi, qui sunt quidem exempti, sed capellæ, territorium ac populum exemptum habent, quod nulli Diocæsanis subsumt illi, nec illorum subditi: unde exempti habentes Ecclesias, territorium, & populum exemptum, & iura Episcopalia, possunt dici nullius Diocesis, & sunt Ordinarij ex Concilio Trident. possuntque regulariter omnia, quæ sunt iurisdictionis Episcopalis, & Ordinarij generaliter concessa, non autem ea quæ Diocæsanis, cum nomen Diocæsanis de inferioribus Episcopo non intelligatur. Hactenus Stephan. Daluin.]

Quare ut in difficili & controuerso articulo vera appareat resolutio, & certa ab incertis separentur, aliquos casus oportet distinguere.

Primus est, quando priuilegium exemptionis datur respectu certi loci, & eo circumscriptum, nam si extra illum delictum committatur, coram Ordinario conueniri potest delinquens; quæ quidem conclusio ab omnibus recepta est, & efficaci ratione probatur, ex generalibus principiis, limitata causa limitatum producit effectum *l. in agris, ff. de acquir. rerum dominio, cū vulgaribus; ea etiam probant Doctores ex d. cap. 1. in princip. & ex d. cap. tuarum, quem sic intelligunt Butr. ibi d. num. 17. & 19. Socin. in d. cap. recepimus num. 58. sed non aduertunt text. illum in d. cap. tuarum non loqui de ipsis Fratibus hospitalis, sed de laicis aut clericis secularibus, qui ab illis mittebantur; quare non oportet supponere exemptionis priuilegium ratione loci, aut religionis, multoque minus possint restringi uerba d. cap. 1. & d. cap. tuarum, ibi, nullus prorsus, &c. ad priuilegium quod loco circumscriptum, sicut ex eadem ratione non probatur in cap. patentibus, de priuileg. ampliatio quam Doctores communitur inde colligunt ad hunc casum, quod scilicet exemptus ratione certi loci puniri possit ab Ordinario si extra locum delinquat, etiam quando delictum inchoatum est in loco exempto, & extra illum est consummatum, ut in d. cap. patentibus, quod sic intelligant, quibus adde longam distinctionem quam in proposito ponit, & post Felin. in d. cap. ult. num. 6. & 13. & alios, quos late refert, & persequitur Fatin. in praxi crimin. p. 1. quest. 7. a. num. 44. varia quoque exempla uideri possunt apud Decian. d. lib. 4. cap. 17. a. num. 9.*

Secundus casus est de priuilegio exemptionis concessio personis per viam legis, seu in corpore Iuris clauso, in quo communis resolutio per delictum non amitti, ut docuit glos. in d. a. ubi. qua in prouincia uerb. priuilegio, uerb. dic ergo, cui similis uerb. non conqueritur in l. 2. §. legatus, ff. de iudic. recepto ex Bart. Paul. & aliis, de quibus D. Barbof. ibi num. 116. & latius in l. 1. par. 1. num. 12. ff. soluto matr. & tanquam certum tradit Couar. d. num. 5. in princip. exemplum ponens in priuilegio clericorum ne coram seculari Iudice conueniantur, quod locum habet etiam in delictis, *auth. clericus, aut casta, C. de Episcop. & cleric. cap. clericus, de iudic.* cum uulgaribus, sed exemplum hoc pertinet ad casum sequentem. Deinde resolutio Glossarum certa non est, immo contrarium probatur ex multis casibus quos commemorat D. Barbof. in d. §. legatus num. 117. cum seqq. tum etiam quia monachos iure communi exemptos & solis Prælati subiectos constat ex d. cap. luminoso, & tamen delinquentes extra monasterium in non tangentibus regulam ab Ordinariis puniuntur semotis specialibus priuilegiis, ut tanquam certum tradit Nauar. d. num. 63. Paul. Fusch. d. cap. 17. a. princip. Card. Tusch. d. lit. E. concl. 248. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 2. quest. 63. art. 11. uerb. quartus, iunctis iis, quæ de specialibus priuilegiis adducit ibi art. 3. præcipue ex Martino V. Patet etiam & retorquetur exemplum de clericis, quia certum est attento iure communi apud proprios Episcopos esse conueniendos, *d. cap. clericus, c. 1. de foro compet.* & tamen ab Episcopo eius loci, in quo delinquant, puniri posse nemo dubitat, sicut etiam conueniuntur in loco contractus, *cap. dilecti, cap. ult. de foro compet.* cum aliis.

Tertius igitur casus est, quando exemptio data est respectu certi generis iurisdictionis, quando scilicet

à certo genere Iudicium exempti transferuntur ad aliud genus, uelut in clericis, qui in totum eximuntur à iurisdictione seculari, iuxta *d. a. ubi. ut clericus apud proprios Episcopos, cap. 2. de foro compet.* cum aliis, & in his terminis per delictum non amitti priuilegium, neque clericos delicti ratione posse coram seculari Iudice conueniri, nisi in casibus speciatim expressis, uelut in terminis *cap. perpendimus, de sentent. excomm.* apud omnes receptum est tam de Iure Ciuili, iuxta *d. a. ubi. clericus,* quam de Iure Canonico, iuxta *d. cap. clericus,* & ex Cyno, Butr. & aliis late explicat Abb. a. num. 11. & esse apud omnes receptum comprobatur Couar. d. d. num. 5. uerb. sic nec.

Quartus casus est de exemptionis priuilegio personis concessio expressè respectu delictorum, ut pro illis ab Ordinariis puniri non possint, sed coram certo Iudice solum respondere teneantur, uel generaliter cum expressa derogatione *d. cap. 1. uel sub ea forma de qua in §. in eos,* ne scilicet ab Ordinariis ualeat excommunicari, uel interdicti, cum enim censuræ sine culpa non proferantur, satis Pontifex sub ea forma censetur eximere delinquentes quoad istos effectus à potestate Ordinariorum, ut Abb. & Felin. in d. cap. ult. Dec. in d. cap. tuarum num. 49. aduertunt, licet Fusch. d. lib. 2. cap. 20. a. num. 7. contendat etiam sub ea forma exemptos ab Ordinariis puniri posse, sed loquitur contra *d. §. in eos, & cap. ne aliqui, eod. tit. & libro,* & quia negandum non est. posse Pontifices aliquos eximere ab his generalibus regulis, iuxta *cap. proposuit, de concess. prebend.* & patet in omnibus Religiosis, quos sub hac forma exemptos iam hodie constat ex priuilegiis, de quibus Nauar. & Fr. Emman. d. d. locis.

Quintus casus est, quando exemptio conceditur non respectu certi generis iurisdictionis, uel de secundo casu, sed respectu certi Iudicis, ueluti eximendo à potestate proprii Ordinarij, uel concedendo priuilegium, ut non nisi coram certo Iudice conueniantur, in quibus terminis dicendum est ratione delicti conueniri posse coram Ordinariis locorum in quibus deliquerunt, & procedere text. in d. c. 1. in princip. cuius uerus sensus ut facilius percipiatur, aduertendum est, nihil speciale continere in delictis, sed potius contrariam regulam, quod priuilegium exceptis casibus specialibus per delictum non amittatur, receptam esse, ut per Socin. *reg. 309. Card. Tusch. tom. 6. lit. P. concl. 757. num. 3. Soar. de leg. lib. 8. cap. 36. num. 2.* & probatur per locum ab speciali in l. 1. *C. ubi Senatores, uel clarissimi,* ubi post commemorata certa crimina grauiora ait, *omnem huiusmodi, &c.* Sic etiam intelligi potest text. in l. 2. in fine, *C. de priuileg. scholar. lib. 12.* ea ratione procedere, quia priuilegiū non fuit simpliciter concessū, sed pro causis ciuilibus tantū, licet sub ampliori forma concedatur. Quare uera ratio est, quæ colligitur ex eodem *cap. 1. uerb. nunquid, ibi, quia nec coram Ordinariis ipsis, &c.* ut enim integrum, & perfectum syllogismum conficiat Pontifex, subintelligenda est maior eius propositio in illum modum: Exemptionis priuilegium solum concessum est respectu Ordinariorum, & quoad ea in quibus potestatem suam exercere poterant: sed hanc non habent in istis casibus quamuis ratione priorum eis isti essent subiecti: ergo etiam exempti eisdem casibus delicti, contractus, uel rei sitæ conueniendi sunt in locis, in quibus deliquerunt, contraxerunt, uel rei sitæ est; quem discursum uinico uerbo sentire uideatur Fusch. d. cap. 17. n. 5. dum in nostro proposito

sito considerat priuilegia imitati Ius commune, eademque limitationes respicere in materia de qua loquuntur, quas recipit Ius commune, qui sensus planus est subintellecta maiori prædicta, & procedit iuxta *reg. subrogatorum,* de qua in l. si eum 10. §. qui iniuriarum, ff. si quis cautionib. & in *cap. Ecclesia, uel lite pendente,* cum uulgaribus; & iuxta hos terminos intelligi potest text. in d. a. ubi. qua in prouincia, ut scilicet procedat in priuilegiis, quæ aliquibus conceduntur, ut non nisi coram certo Iudice conueniantur, ueluti in clarissimis, & illustribus personis, iuxta l. 2. *C. ubi Senatores, uel clarissimi,* & in Legatis, de quibus in d. §. Legatis, & in uiduis & pupillis, iuxta l. 1. *C. quando Imper. inter pupillos & uiduas,* & in Religiosis, iuxta d. c. luminoso, iunctis resolutis per Nauar. citato loco, atque etiam *d. cap. tuarum,* ut scilicet agat de priuilegio quod missis de quibus ibi, concessum erat, ut coram certo Iudice solum conueniri possent. Nec obstat ratio supra facta quod iuxta hanc interpretationem manet priuilegium otiosum; respondetur enim communiter operari quoad ciuilia, sed replicatur ex text. in eodem *cap. 1. in princip.* ubi in ciuilibus ratione contractus, uel rei sitæ idem deciditur. Melius igitur responderi potest cum eodem Pont. in uerbis. *nunquid,* quod operetur in illis omnibus in quibus coram Ordinariis potuit conueniri, atque ita si delinquant, uel contrahant in territorio illius Iudicis ad quem per priuilegium translati sunt; quod si replices posse contingere quod si Iudex territorium non habeat, responderetur per accidens contingere, quod non attenditur iuxta uulgares traditiones.

Sextus tandem casus est, quando exemptio non est respectu certi Iudicis, uel eorum, quæ ad proprii Ordinarij iurisdictionem pertinebant, sed est simplex, & absoluta respectu omnium, & quorumcunque Iudicium, quo casu etiam ratione delicti ab Ordinariis locorum, in quibus committitur puniri non posse, uerius uideretur iuxta posteriorem sententiam Abb. & aliorum supra relatarum, si sic explicetur. Et comprobatur efficaciter ex *d. cap. cum capella, de priuileg.* in facti narratione, ibi, *ita se dicunt exemptos, ut quantumcunque grauius interdum excedant, &c.* iuncta decisione ibi, *in quantum exempti sunt eiusdem ratione capella. Apostolicis priuilegiis deferat reuocentur.* Et sic etiam intelligi potest text. in *d. §. in eos.* de personarum enim agunt exemptione, & tamen illa gaudere delinquentes apertè deciditur. Potest etiam exemplum poni in iis, quos Summus Pontifex in suam suscipit immediatam subiectionem; de eorum enim causis nullum alium inferiorem se posse introumittere per text. in *cap. si Papa, de priuileg. lib. 6.* Si uerò placuerit defendere communem, quod simpliciter exempti non gaudent in delictis priuilegio fori, poterit responderi ad *d. c. cum capella,* quod procedat iuxta terminos *d. §. in eos,* & quartum casum supra positum, quando scilicet expressè respectu delictorum exemptio conceditur, ueluti ne possint excommunicari, &c. Hactenus de questione.

Passim à Doctoribus dubitari solet an, & quando & quibus uerbis Summus Pontifex exemptionem à potestate Ordinariorum concedere uideatur: satisfaciunt breuiter nonnullas formulas sparsim in Iure uisitatōres cumuulando, quibus exemptionem concessam esse manifestissimè indicatur.

Primo si Pontifex priuilegio eximat ab Ordinarij potestate, *cap. si Papa, de priuileg. lib. 6.* Vel si eximat cum plena libertate, Innoc. in *cap. ueniens n. 7.*

de uerborum significat. Bellencin. *de charitatō sub sidio quæst. 32. num. 8.* Erasmus à Cochier *de iurisd. dict. Ordinarij in exemptos par. 1. quæst. 9. num. 1. uerb. deinde.*

Secundo, si dicat ne audeat Episcopus ibi cathedraliam suam collocare, uel quamlibet potestatem exercere, aut ordinationem aliquam quamuis leuissimam facere, *d. cap. luminoso 18. quæst. 2.* Bellencin. *d. quæst. 32. num. 3.* Erasmus à Cochier *d. quæst. 9. n. 1. uerb. si dicat.*

Tertio, si dicat locum, siue Ecclesiam esse liberam, seu quod potiatu libertate Ecclesiæ Romanæ, aut quod eius speciali prerogatiua gaudeat, *cap. cum olim il 2. de priuileg. dict. cap. si Papa, §. & est idem,* Erasmus à Cochier *dict. quæstion. 9. num. 1. uerb. si dixerit.*

Quarto si dicat, gaudeat plena libertate, Franc. in *c. 1. §. illam n. 3. de uerbor. signif. lib. 6.* Erasmus à Cochier *d. quæst. 9. num. 1. uerb. gaudeat.*

Quinto si in priuilegio dicatur ut quis existat iuris Beati Petri, uel specialiter pertineat ad Romanam Ecclesiam, aut similibus, tunc enim plene probatur iudicari exemptionem resoluunt Abb. n. 2. Socin. n. 7. & 32. in *cap. recepimus, de priuileg.* Erasmus à Cochier *d. 4. 9. n. 1. uerb. in primis,* Mascard. *de probat. concl. 713.* Cardinal. Tusch. *tom. 3. lit. E. concl. 552. num. 111.* Rationem uero expressè Pontifex in *dict. cap. si Papa;* quia de natura priuilegij est, ut eius uerba semper aliquid operentur, iunctis iis quæ tradit Gonzal. *ad reg. 8. Cancell. gloss. 6. a. n. 26.* Quare cum omnes mundi Ecclesiæ ad ius B. Petri pertineant, & Romanæ Ecclesiæ subiectæ esse noscantur, *cap. cuncta per mundum 9. quæst. 3.* iuncta uerissima & Catholica doctrina de Ecclesiæ Romanæ Primatu, quam tradit Pontifex in *cap. Sacrosanctæ 22. dist. in cap. rogamus 24. quæst. 1. & in cap. 1. de summa Trinit. lib. 6.* cum aliis citatis in *1. uerb. huius tract. tit. 2. cap. 2. num. 1.* rectè sequitur quod ut prædicta priuilegij uerba aliquid specialiter operentur, debet fieri interpretatio, quod per illa uoluit Pontifex concedere ut speciali modo subiecti maneat Iuri suo, eximendo scilicet ab omni Ordinariorum potestate. Verum in contrarium adest expressa decisio text. in *dict. cap. recepimus,* dum probat quod ex eo, quod aliqui specialiter Iuris Beati Petri existant, non probatur exemptio à potestate Ordinariorum, nisi concurrat solutio census in signum subiectionis facta, ut patet ex principio, iuncto sine illius text. & quod ita indistincte in eo uideatur probari notauit contra alios Dec. *ibi num. 111.*

Ego igitur in hac materia aduertendum duxi *d. c. 16. si Papa* optimam esse glossam, & apostillam ad uinculans hanc materiam, & quatuor casus principales in hoc proposito posse considerari.

Primus est, quando priuilegium, sententia, aut scriptura non sunt principaliter supra exemptionem, seu libertatem, sed incidenter propter aliud, narrant aliquam Ecclesiam uel personam esse iuris Beati Petri, uel ad Ecclesiam Romanam pertinere, in quo planum est per talia uerba exemptionem, aut libertatem non probari, & ita decidit text. in *dict. cap. si Papa, in princip.* & constat ex generalibus principiis, quæ docent uerba narratiua, quæ non profertur principaliter propter se plenam probationem non efficere, ut probat text. ubi notant omnes in l. ex hac ff. de donat. & in l. ex his uerbis C. de testam. militis, cum similib. de quibus Mascard. *de probat. conclus. 612.* Menoch. *de præsumpt. lib. 3. præf. 133.* Cardinal. Mantica. *de coniect. ultim. uolunt. lib. 3.*

lib. 4. tit. 12. Cardinal. Tusch. tom. 8. lit. V. concl. 81. & in verbis narratiuis Summi Pontificis probat generaliter text. in Clem. 1. de probat. & notant omnes de illius materia agentes in locis in quatto casu referendis.

37 *Secundus casus* proponitur in d. c. si Papa, vers. si autem, quando scilicet Princeps priuilegium exemptionis concedendo, aut index de exemptione ipsa sententiam proferens, apponunt verba prædicta quod Ecclesia sit iuris Beati Petri, aut ad Ecclesiam Romanam pertineat, vel similia, & recte decidit ex illis exemptionem plene probari, ex ratione supra adducta; ut scilicet verba aliquid operentur, & ne maneant sine effectu, quemadmodum remanent nisi concedendo quod iuris Beati Petri specialiter existant, concessa censeatur exemptio ab Ordinariorum potestate, & quod soli Papæ B. Petri successori subiiciantur, & sic procedit resolutio, quam post Abb. supra receptam ostendi.

38 *Tertius casus est*, quando verbis priuilegij narratiuis quod Ecclesia iuris B. Petri existit, accedit solutio census, & hic est proprius casus dict. cap. recipimus, videbatur enim his duobus concurrentibus, quod priuilegium narret Ecclesiam iuris esse B. Petri, vel ad Ecclesiam Romanam pertinere, & insimul quod eidem census soluat, satis concludit specialem subiectionem, & ab ordinariis exemptionem, quia solutio census non leue exemptionis præstat argumentum, iuxta text. in cap. quanto, ibi, cum nihil teneatis ab eis propter quod, &c. de consub. Sed tamen Pontifex sub distinctione resolutio, utrum census in signum subiectionis, an vero protectionis soluat; & in priori casu solutio census, in signum subiectionis facta ab Ecclesia, quæ Beati Petri iuris esse dicitur, efficaciter probat exemptionem; non ita in posteriori, quando soluitur in signum protectionis, ex rationibus, quas circa vtrumque membrum infra explicabo.

39 *Quartus casus erit*, si quæras vtrum ex verbis narratiuis priuilegij, aut sententiæ non principaliter ad exemptionem concedendam, sed propter aliud prolatis, plene probetur exemptio, si sententia, aut Princeps in illis principaliter suam fundat intentionem, qui casus in illis iuris non deciditur, sed pendet ex iis, quæ latissime Doctores scripserunt de materia & intellectu text. in dict. Clem. 1. de probation. quæ prosequuntur Cosm. in pragmat. sanction. tit. super declarat. Clem. litteris, & Rebuff. in concordatis super eadem Clem. Mant. Dialog. 79. & Paralip. cap. 40. Gabriel commun. tit. de probat. concl. 2. Flamin. Parif. de resign. benefic. lib. 8. quaestio. 11. Mascard. de probat. conclus. 1233. Cardinal. Tusch. tom. 6. conclus. 62. & sequenti, quorum dicta breuiter colligendo communis resolutio est, tria copulatiue requiri, ut verba hæc narratiua plenam efficiant probationem. Primum, quod à Pontifice Romano, seu alio Principe superiore non recognoscens proferantur, ut deducitur ex text. ibi, litteris nostris. Secundum, quod sint de facto proprio, ibi, quibus non dignitates, &c. reseruas. Tertium, quod super illis gratia vel intentio Principis principaliter fundetur, ibi, quibus gratia, vel intentio nostra fundatur, quæ omnia & singula breuissime prosequi poteris cum Mascard. & Gabr. proxime citatis locis, qui hunc inferunt ad text. in Clem. ultim. vers. similiter, de sentent. excomm. Institut. de procedat, quia non agit de facto proprio ipsius Pontificis, ut ibi interpretatur glos. pen. melior glos.

verb. narramus in fine in d. Clem. 1. & resolutio notabiliter Calderin. cons. 2. de priuileg. & plene adducti à Mascard. dict. conclus. 1233. à num. 52. notantes ad casum quotidianum in quo vulgo erratur, si Princeps aliquem Doctorem nominat, aut equitem, non enim gradum, aut dignitatem inde probari, aut conferre voluisse dicendum est auctoritate illius text. Quare ad nostrum propositum redeundo concludendum est, quod si Princeps per verba narratiua, in quibus principaliter fundat suam intentionem, dicat Ecclesiam suscepisse in ius B. Petri, plene probata censeatur debet exemptio, non ita si eadem verba ponantur in sententia Iudicis inferioris.

20 *Sexto Pontifex exemptionem à potestate ordinariorum concedere videtur*, si recipiat in specialiter subiectos Ecclesiæ Romanæ. d. cap. si Papa, §. similiter, glos. verb. à quorumcunque, in cap. ne aliqui, de priuileg. in 6. Erasmus à Cochier dict. parte 1. quaest. 9. num. 1. vers. si recipiat. Secus vero dicendum, si Pontifex recipiat aliquos in filios, ut expresse probat idem cap. si Papa, §. non sic filios, vbi glos. Franc. & Doctores, Erasmus à Cochier dict. quaest. 9. num. 9. Ratio autem differentie inter eorundem casus, quando Pontifex aliquos recipit in specialiter sibi subiectos, vel speciales filios, notat gloss. verb. non existunt in dict. cap. si Papa; in priori enim casu si alicui inferiori præter Pontificem subiiciantur, iam non sunt ipsi Pontifici specialiter subiecti, atque subinde talis concessio, & similes manifeste inducunt exemptionem à potestate Ordinariorum, quod in posteriori non contingit, ex eo enim quod in speciales filios recipiantur, non sequitur quod sint specialiter subiecti, vnius enim filios alteri quam parenti subiectos esse non inconuenit, immo & in iure, & in vsu quotidiano videmus in aliorum transfere potestatem, vel per seruitutem, iuxta l. cum sequentibus, ff. de iis, qui sunt sui vel alieni iuris, vel per adoptionem, l. 1. & per totum ff. de adoptionib. vel quoad iurisdictionem, l. qui iurisdictioni ff. de iurisdic. omnium iudic. vel quoad tributa, & reliqua omnia, in quibus subiectionis ratio potest considerari, & ideo specialis hæc filij denominatio non exemptionem, sed magis honoris titulum, & speciale amoris pignus denotat; & ideo sic recepti in filios ea gaudent priuilegij prærogatiua, ut ab alio præter Romanum Pont. aut eius Legatum excommunicari, aut interdici non possint, quamuis alia remaneant sub Ordinariorum potestate, ut decidit text. in cap. 1. de verbor. signif. lib. 6. Verum obstat quod ius harum exemptionum regularatur ad instar emancipationum, manumissionum, & eiusmodi iurium, idque præsertim ex Rebuff. resp. 142. quorum similitudine licet argumentari, quod sicut dominus seruum eximit à seruitute nominando filium, l. vnic. §. similique modo C. de latina libertate tollen. ita quoque Pontifex. Sed omnia differentie ratione, quam ponit gloss. verb. non existunt, in dict. cap. si Papa, & Socin. in dict. cap. recipimus, à num. 41. quod illic solius domini, qui seruum nominat filium suum, seruatur præiudicium, hic vero quod de exemptione agimus, versatur præiudicium Ordinarij à cuius potestate eximitur, facilius respondeat Instantiæ exemplum Caronis, qui liberum dixit seruum, quem dominus in filium adoptauit, speciali fauore libertatis constituisse, ut etiam liber fiat is, quem dominus apud acta, id est in figura iudicij filium nominauit, ut deducitur ex §. vltim. Institut. de adoptionib. & notauit Duen. reg. 341. limit. 3. sentit Donel. comment. iuris Civilis lib. 2. cap. 15. §. factis.

§. factis, ibi, hæc sunt Iustin. Constitutione, mellius Cuiac. dum ibidem notat per ralem nominationem iure nouo fieri cinem Romanum, qui olim tantum fiebat Latinus.

21 *Septimo, ex solutione census facta Sedi Apostol. exemptio probatur à potestate Ordinariorum*, si appareat quod sit in signum subiectionis, & percepta libertatis; unde colligitur ex solutione tantum census huiusmodi exemptionem non probari, ut probat text. in dict. cap. recipimus, ibi, non omnes censuales ab Episcoporum subiectione habentur immunes, dict. cap. si Papa, vers. & est idem, iuncto vers. si verò dicatur simpliciter, vbi notauit Franc. & post Abb. in dict. cap. recipimus, Socin. num. 3. & Dec. num. 2. cum segg. Valac. de iure emphyt. quest. 32. num. 6. & post illum Felician. de consub. in proem. num. 6. Et ratione confirmatur, quia nomen, census, æquiuocum est, varias habens significationes, ut explicat Valac. & Felician. locis citatis, Roderic. de annuis redditib. lib. 2. quaest. 21. num. 66. cum sequentibus. & ideo recte sequitur ex solutione census necessarium non probari specialem subiectionem, & exemptionem ab Ordinariorum potestate, iuxta vulgarem regulam quod probatio debet concludere per necessesse, non per potest esse, ut Doctores colligunt ex l. neque natales, C. de probation. & in cap. in presentia, eod. tit. cum similibus, de quibus Mascard. conclus. 671. num. 11. Cardin. Tusch. tom. 6. lit. P. conclus. 765.

22 *Intellige autem regulam prædictam deficere, vbi alie coniecturæ concurrunt cum solutione census*, succedit enim, vulgaris regula, que non presumunt singula, multa collecta iuuant, de qua glos. verb. legitimis in l. 2. ff. de excus. tuor. recepta ex infinitis, quos citat Gabr. lib. 2. commun. tit. de probation. conclus. 1. in princip. Exemplum ad nostrum propositum adducunt Doctores, veluti si Ecclesia soluens censum existat in diocesi Episcopi, cui soluitur, nam cum Episcopus in tota sua Diocesi habeat iure communi fundatam intentionem, cap. cum Episcopis, de officio Ordin. in 6. merito solutio census facta ab Ecclesia intra eandem diocesim existente concludit quod fiat in signum subiectionis, ut concludunt Federic. de Senis, quem referunt, & sequuntur Abb. per text. ibi in cap. 1. num. 4. de relig. domibus. Decian. in d. cap. recipimus, num. 6.

23 *Non obstat dict. cap. recipimus, vbi cum solutione census concurrebat receptio sub protectione Papæ, vel etiam quod de iure B. Petri existebat, & tamen hæc duo, vel tria simul iuncta non sufficere ad probandam exemptionem* decidit Pontifex, & notant post Abb. num. 1. Socin. num. 8. & 43. ac Deci. in princip. Respondetur enim illud vulgare, que non presumunt singula, multa collecta iuuant, & procedere quando singula genere suo perfecta sunt, non ita si vitiosa sint, & genere suo imperfecta, ut scripsit Bald. in l. 1. num. 2. C. de legitimis hered. commendat Menoch. de presump. lib. 3. pres. 39. num. 6. & faciunt multa quæ copiose adducit Gabr. d. concl. 1. num. 33. cum segg. Cum ergo ex dictis constet censum esse quid æquiuocum, & inde subiectionem non inferri, & ex dicendis etiam appareat friuolam, & debilem esse aliam coniecturam ex receptione sub protectione, atque aliam de iure B. Petri ex supra resolutis, merito neque omnia simul iuncta concludunt.

24 *Hinc etiam inferri potest intellectus ad text. in sepe citato cap. si Papa, vers. idem dicimus, dum decidit non probari huiusmodi exemptionem si Barbos. de Episcopo, Pars III.*

circa aliquid specialiter libertas concedatur, veluti ne quis ab Ordinariis excommunicari, aut interdici possit, & deinde adiciatur clausula quod in signum perceptæ libertatis census annuus persoluat, cum enim census præstetur in signum illius libertatis, quæ percepta est, hæc autem non simpliciter data sit, sed specialiter quoad certum articulum, merito quoad illum restringitur exemptio, & quoad alia Ordinarius manet subiectus, nec duplex clausula cum restricta sit, & limitata ultra expressa operatur, iuxta generalem regulam l. in agris, ff. de acquir. rerum dominio, & ad nostrum propositum consuluit Bart. cons. 59. quem sequuntur plures alij, de quibus Dec. in d. cap. recipimus, num. 9. & magis ad nostros terminos, & intellectum text. in cap. cum capella, de priuileg. censuit Rot. decis. 744. part. 1. diuers. quod licet iuxta priuilegij sui formam excommunicari non possint, vel suspendi ab Ordinario capellani, de quibus ibi, aliis tamen penis ab eo puniri valent.

26 *Vtrum autem ex receptione sub protectione Sedis Apostolicæ exemptio ab Ordinariorum potestate probetur, solet ab aliquibus in dubium vocari, cuius partem negatiuam probat text. in cap. ex parte 18. de priuileg. & in cap. recipimus, ibi, ad iudicium perceptæ protectionis, eod. tit. vbi Cardin. in princip. Socin. à num. 7. Dec. à num. 13. Mascard. de probat. conclus. 713. num. 2. Erasim. à Cochier dict. part. 1. quest. 9. num. 3. latè Gail lib. 2. obseru. 54. à princip. vbi num. 4. testatur esse communem omnium scribentium sententiam. Ratio autem facilis est, nam protegere idem est, ac defendere, ut notat gloss. in l. desertorem, §. vlt. ff. de re mil. ac subinde non importat superioritatem, imò in inferiori, sicut & defensio verificatur, ut patet in militibus, qui pro salute Regis & patriæ ad eius assistunt custodiam, ut per gloss. in rub. C. de domesticis, & protect. lib. 12. vbi in l. 1. bene explicat Cuiac. protectores dici eos, qui armatam militiam subeuntes non solum defendendi corporis sui, verum etiam protegendi lateris Principis sollicitudinem patiuntur, & ex auctoritate quam adducit ex Castodoro colligitur ab his domesticos differre, quia domestici familiariter militat, & aula Regiæ videntur iugiter excubare, quorum omnium munus, & qualitates bene describit, 9. tit. 9. part. 2. vbi Gregorius Lopez multa ad propositum adducit. Sic etiam Romanæ Ecclesiæ protector dicitur Imperator in Clem. 1. de iureiur. & tamè non ideo superior est Papæ, aut ipsius Ecclesiæ Rom. cap. solita, de maiorit. & obed. immo inferiorem se profiteretur, in cap. Valentinianus 63. dist. ibi, cui & nos, qui gubernamus Imperium, sincere nostra capita submitimus. Pater etiam in Ecclesiarum patronis, qui eas tueri, & defendere tenentur, nihil tamen iuris, vel superioritatis in eas possunt vsurpare, cap. filius, vel nepotibus 16. quest. 7. ibi, saluare sollicitudinem, iuncto ibi, non licet quasi proprii iuris, &c. consonat cap. præterea 23. de iurepatron. cum similibus; unde ciuitates sub Imperij protectione positas non subiectas esse, sed confederatas censeri ex Bart. in l. 1. C. de excusat. munerum lib. 10. & Bald. notauit Dec. in d. cap. recipimus n. 18. & 17. Gail. d. obseruat. 54. n. 1.*

27 *Verum obstat maximè text. in cap. ad audientiam 34. de appellation. vbi iuncta glos. clarè deciditur quod postquam aliquis Sedis Apostol. protectioni se subiecit, non debet aliqua sententia ab Episcopo condemnari, imò gesta ab illo inualida pronuntiat, & consequenter probat subiectos protectioni* D D D d Sedis

Sedis Apostol. eximi ab Ordinariorum potestate, immo in tacita subiectione, quae fit per itineris arreptionem ad ipsam Sedem Apost. hoc ipsum decidit text. in cap. 1. de clericis. peregrin. quorum iurium auctoritate Fr. Emman. quest. Regul. tom. 2. quest. 63. art. 3. in fine, tenet per receptionem in sua protectione, quam saepe facit Papa in privilegiis Religionibus concessis, facile induci exemptionem a potestate Ordinariorum.

Pro resolutione tamen aduertendum dixi, duos esse casus in proposito inter se longe diuersos. Primus quando qui generaliter subicitur, aut recipitur sub protectione Sedis Apost. in quo procedit text. in dict. cap. recipimus, & in dict. cap. parie, cum similibus, dum regulam negatiuam constituunt quod positi sub protectione Sedis Apostol. non eximuntur a iurisdictione Ordinarij. Secundus est, quando pendente aliqua causa in iudicio, quis propter grauiam sibi illatum, vel comminatum ponit se sub protectione Sedis Apostol. & talis subiectio habet effectum appellationis, & consequenter suspendendi iurisdictionem iudicis inferioris, a quo sic tacite appellat, iuxta generalem regulam text. in cap. si a iudice, de appellat. in 6. cum similibus, atque ita ex hoc capite gesta, postquam quis se subiecit Sedi Apost. seu magis appellauit, tanquam attentata, seu innouata appellatio pendente sunt inualida, aut remedio attentatorum reuocanda, iuxta distinctiones, de quibus Doctores in materia cap. non solum, de appellat. lib. 6. & sic procedit text. in dict. cap. ad audiendum; eius enim ratio non consistit in subiectione insurgente ex eo, quod ille se posuerit sub protectione Apostolica Sedis, sed in vi, & virtute tacite appellationis, quae illis verbis includitur, & explicat eleganter Preposit. ibi a num. 3. cum seqq. & post eum Marant. de oratione iudic. part. 6. cap. de appellat. num. 133. sicut in simili de arreptione itineris ad Papam ex causa grauaminis probat text. in cap. meminimus 9. & in cap. dilecti 5. de appellat. cap. cum olim, in fine, de dolo, & contum. & ex alijs prosequitur late Lancellet. de uent. part. 2. cap. 1. 2. ampl. 6. vbi n. 8. bene aduertit tunc effectum appellationis, & suspendendi iurisdictionem inferioris solum considerari, & operari quoad causam, vel articulum grauaminis, quoad reliqua uero manere potestatem & iurisdictionem Ordinariorum, iuxta text. in dict. cap. dilecti, ibi, cum pro causa, & propter dictam causam, &c.

Quamuis uerba privilegij vt supra considerata exemptionem concludant in illis casibus, quibus ea concludere supra probauimus, ac proinde sic excepti in totum eximantur ab Ordinariorum iurisdictione, & soli Romano Pont. immediate maneat subiecti, cap. pen. de offic. Ordin. cap. cum Episcopus eod. tit. in 6. cap. per exemptionem, de privileg. eod. lib. gloss. verb. accephalus in cap. nulla 93. dist. 11. cum multis quae late explicant Socin. in dict. cap. recipimus num. 53. cum seqq. Fr. Emman. dict. tom. 2. quest. 63. art. 9. & 11. Card. Tusch. dict. liti. E. concl. 294. & conclus. 565. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 43. num. 190. Tamen uarij sunt casus in quibus deficit haec regula, & Ordinarij sua in emptos exercent iurisdictionem, vigin-ti quatuor enumerat Socin. in dict. cap. recipimus num. 160. cum multis seqq. multo plures cumulat Erasim. a Cochier de iurisd. Ordinarij in exemptos part. 2. quest. 45. vbi prosequitur casus 116. non paucos cumulatui & ego ipse hac part. 3. alleg. [105. num. 14. cum seqq.] ad quem locum remitto Lectorem, dummodo tamen vnum & alterum, quia generales sunt, mente teneat, primus est is de quo in cap. 1. in principio de privileg. lib. 6. dum probat privilegium exem-

ptionis non prodesse exemptis quominus coram Ordinariis possint conueniri ratione delicti, contractus, aut rei sitae, de cuius materia & intellectu late egimus in principio huius allegat. Alter casus est in causis uisitationis, ab his enim simplex exemptio neminem eximit si de illis specialis, & expressa mentio non fiat, notauit ex alijs Paul. Fusch. de uisitat. lib. 2. cap. 20. num. 10. & censuit Rot. decif. 186. num. 2. part. 1. diuersimodum contrarium scripserit Iacob. de Graff. in aureis decif. part. 2. lib. 3. cap. 28. num. 70. & Altamiran. de uisitat. verb. diocesim propriam num. 68. nisi per simplicem, & vniuersalem exemptionem intelligas illam, in qua de uisitatione specialis mentio fit: vnde quia uisitationi annexa est procuratio, cap. cum ex officij, de prescript. Erasim. a Cochier de iurisd. Ordinarij in exemptos, lib. 3. quest. 27. num. 2. + generale exemptionis privilegium minime sufficit vt exempti ab onere procuratoris liberi censeantur, sed requiritur specialis de illa mentio, vt probat text. in cap. cum instans, de confis. & in cap. accedentes, de prescript. vbi communis ex Paris. num. 7. Marian. de uisitat. num. 45. Illud in praesentiarum aduertere oportet, quod respectu Diuinorum Pontificaliter celebrandorum explorati iuris est Episcopos in quacumque Ecclesia, etiam exempta sua diocesis ea celebrare posse Clem. 2. de priuil. vbi Zabari. num. 5. in fine, vers. hoc inferitur, & simili num. 5. vers. quinto quero, & Imola num. 4. & 10. Bonif. Vitali. num. 13. vers. nam in loco exempto, Pauin. in tract. de uisitat. part. 2. quest. 3. num. 2. vers. poterunt enim, vnde inferitur posse Sedem Pontificalem ad diuina celebranda constituere. Bonif. in dict. Clem. 2. num. 30. vers. ratio decidendi est, Rot. decif. 236. apud Farinac. part. 2. recent.

Tandem notari oportet exemptionem prodesse quoad potestatem Ordinarij, non ita quoad potestatem Legati de latere, hic enim eandem quam Summus Pontifex, cuius uices gerit, in exemptos exercere ualet potestatem, vt per text. quem ad hoc singularem dicit, notauit Ioan. Andr. in cap. 1. de uerb. signific. in 6. iuncta gloss. ibi, verb. de latere, commentat Roman. sing. 507. Lecl. Zech. de Republ. Ecclesiast. tit. de officio Illustrissimi Legati num. 4. post princ. Fr. Emman. dict. tom. 2. quest. 63. art. 4. & confirmatur ex generali doctrina, quam ex text. qui de exemptis agit in cap. si Abbatem, ibi, a nobis, vel Apost. Sedis legato, de elect. lib. 6. quod scilicet in nomine Sedis Apostolicae ueniat eius Legatus, notant scribentes ad varios casus, vt per Nicol. Garc. de benef. part. 1. cap. 5. num. 10. & 12. & ad notabilem quaestionem, quod scilicet appellatione proposita ad Sedem Apostolicam, seu Papam nomine proprio S. D. N. Urbani VIII. potest Legatus cognoscere de eadem appellatione, ex Fr. Emman. & alijs Valac. conf. 62. Cabed. diuers. iuris argument. lib. 4. cap. 20. num. 11. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 12. num. 30.

Vtrum autem exemptionis privilegium a iurisdictione Episcopi suffragetur exemptis non probata quasi possessione exemptionis? cui quaestio-ni eleganter, vt solet, respondit Rota in Sipontina iurisdictionis 23. Maij 1613. coram Cardin. Sacrato, impressa per Farinac. decif. 491. a num. 4. part. 1. recent. in hac uerba: Ad euitandam manutentionem Ordinarij non sufficit exhibitio privilegij, nisi uicarius adsit quasi possessio exemptionis, vt habetur in cap. cum persona, de priuil. lib. 6. ibi, quia de priuilegio facium fidem in libertatis, vel exemptionis possessione, non uolentia, non clandestina, nec concessa precario, de qua si de quorundam eisdem fecerim, non iuribentur. Si enim Papa mandat

mandat eos non turbari in possessione per necessarium anteedens praesupponit quod possideant, quia priuatio praesupponit habitum, iuxta not. in l. decem, ff. de uerb. obligat.

Et iste intellectus attenditur ex eo, quia d. cap. cum persona emanauit ad fauorem iurisdictionis Ordinarij, vt patet in principio, ibi, Ordinariorum correctiones, & ordinationes, subiectis, ac eorum forum sine iudicio declinantes, ut uolentes super hoc de salubri remedio prouiderent, statim, ut hi, qui se assuerunt per priuilegia, seu indulgentias Apostolicae Sedis exemptionis, hoc Ordinarij iurisdictioni, &c. ex qua narratur processum colligitur cautela finalis, si scilicet da haeredib. ipsi. Quidrad. conf. 103. num. 2. Roman. dicit. 38. num. 1. Adex. conf. 160. num. 10. lib. 6. Si igitur allegantes privilegium exemptionis, per solam exhibitionem privilegij antequam de illius iuribus cognoscatur, libera-ritur Alii exercitio iurisdictionis Episcopi, dispositio text. emanasset ad illorum fauorem, siquidem per regulas iuris sola exhibitio privilegij non tolleretur exercitum iurisdictionis Ordinarij.

Nam eo ipso quod Ordinarij exercent iurisdictionem in vna parte suae diocesis, videtur constitui in qua possessione exercendi, quoad omnes, in quibus alter non habet particularem quasi possessionem, Abb. conf. 71. col. fin. vers. tertio ad idem, ibi, nec alius erat in possessione, lib. 2. Felin. in cap. audiendum, n. 19. in 3. declar. de prescript. Rebuff. in tract. de decim. quest. 9. num. 29. Menoch. reprob. reser. n. 135. Cephal. conf. 369. n. 5. cum pluribus seqq. Rot. in causa Ortolan. decimarum, 27. Iunij 1598. coram Gypsijs, & in Valentina decimarum 27. Octobr. 1598. coram Bononiensibus Seraph. & in terminis iurisdictionis tradit Innoc. in c. dilectus num. 3. vers. possessionem ex eo. Host. num. 1. vers. ex predictis etiam, Ioan. Andr. n. 8. Butr. num. 1. 5. Boich. n. 1. de capellis. Monach. Verall. decif. 306. part. 1.

Et proinde per istam exhibitionem privilegij, quae cernit petitorium, remaneret Episcopus priuatis sua quasi possessione, contra notat per Abb. in cap. 1. num. 4. Butr. num. 2. ut lite pendente, Lancellet. de attentat. part. 2. cap. 17. num. 161. & seq. Et in specie quod sola exhibitio privilegij exemptionis non impediatur manutentionem, fuit decifum in causa Carthaginen. decimarum 27. Iunij 1590. coram Gypsijs.

Nec potest subditus dici constitutus in quasi possessione exemptionis ex eo solum quod non appareat superiorum illum exercuisse iurisdictionem, nisi probetur quod uenerit casus exercendi, & uolens exercere fuerit repulsus, & repulsioni acquiescit, vel aliam habuerit se pro spoliato, vt per Innoc. Host. Ioan. Andr. Butr. Boich. & Verall. loci supra allegatis.

Et licet gloss. in dicto cap. cum persona, verb. turbentur, innuat quod sola exhibitio privilegij sufficit per §. seq. infra eodem? argumen loquitur contra regulas iuris, vt patet ex predictis, & dicit argumentum ipsum a contrario sensu, vt aduertunt Lap. Anch. & alij infra allegandi, quod argumentum non ualet ad inducendam correctionem iuris, vt late per Euerard. in loco a contrario sensu, num. 8. prout induceretur in proposito casu, & iste est communis intellectus illius cap. cum persona, vt per Lap. ibi num. 4. vers. & hoc uideatur, & uel. num. 6. vers. hoc tamen, Gemin. in §. si uero, vers. & hoc uideatur, Franc. ibid. n. 3. vers. & hoc procedat, dum dicunt, exhibentem privilegium, ita demum euitare manutentionem Episcopi, si ipse est in quasi possessione exemptionis, Hadenus dicit Barbof. de Episcopo. Pars III.

Rotae decifio, & ita si exemptus alleget possessionem & priuilegium, proculdubio erit manutendus contra Episcopum nitentem sola iuris communis dispositione, vt censuit eadem Rot. decif. 447. num. 3. apud Farin. part. 1. recent. & decif. 577. num. 3. part. 2. recent.

Vtrum uero exemptio privilegio suo renuntiare possit, quaestio est ad praesens institutum non conterminanda; in qua negatiue responderi text. in cap. cum tempore, de arbit. & per illum tradunt Abb. ibi num. 2. & in cap. siue num. 3. de offic. Ordin. & in cap. 1. num. 19. de re iudic. Alberic. in litem uideatur franda-re, ff. de regulis iuris, Castr. conf. 43. lib. 1. Bapt. de arbit. lib. 2. cap. 4. Gail lib. 1. obseruat. 40. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloss. 9. num. 121. Couarr. lib. 2. var. cap. 4. num. 1. Viu. tom. 1. commun. opinio. 277. Perez ad l. 2. vers. utrum autem fari sit. 1. lib. 3. Ordin. pag. 467. Sureda. de aliment. tit. 1. §. 1. 3. num. 2. [Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 36. art. 3. vers. praeterea facit, & tom. 2. q. 64. art. 10. Cenedanon. quest. 26. sub num. 9. verb. cogitandum tamen, Aloyf. Ricc. in decif. Curie Archiep. de cap. part. 1. decif. 163. n. 6. Crescent. decif. 61. de foro comp. Seraph. decif. 1025. ante num. 16. Lortet. de re benef. lib. 1. q. 24. num. 239. & 239. vbi num. 257. post Seraph. decif. 182. num. 4. subdit non censeri exemptionibus derogatum per derogationes generales, cum semper obstat regula de iure quaesito. nouissime Tamburin. de iure Abbatissar. disp. 17. q. 4. Erasim. a Cochier de iurisd. Ordinarij in exemptos p. 2. q. 7. n. 2. & 3. & p. 3. q. 34. Galerat. de renunciat. tom. 2. cont. 2. renunc. 140. n. 18. late & eleganter Rota in Vlixbonen. monasterij 19. Nouemb. 1625. coram R. D. meo Coccino Decano.

De ratione autem huius decisionis non conueniunt Doctores, quidam enim existimant quod etiam exempti a potestate Ordinarij, soli Romano Pont. subiciantur, qui subinde eorum efficitur diocesis, iuxta text. in cap. auctoritatem, iuncta gloss. verb. diocesis, de priuileg. lib. 6. succedit regula text. in dict. cap. significasti, de foro comp. quod nullus clericus sine praesentia diocesis uoluntate potest in iudicem non suum consentire, atque ita notatur Ioan. Andr. Butr. num. 12. Abb. num. 11. & Socin. num. 42. vers. ex quibus inferitur, in d. cap. cum tempore, Fr. Emman. quest. Regul. tom. 1. quest. 36. art. 1. & tom. 2. q. 63. art. 10. & hanc rationem licet aliam insimul addat, veram & receptam non negat D. Barbof. in l. 1. art. 3. num. 47. ff. de iudic.

Verum licet haec ratio efficax sit, quando agitur de proroganda iurisdictione iudicis non sui, in quibus terminis procedit dict. cap. significasti, non ita quando agitur de sola renuntiatione privilegij, quo ab Episcopi iurisdictione quis eximitur. Quare illa ratio uideatur conformior, quod in exemptione uer-satur fauor ne dum exempti, sed etiam superioris, qui eximit, cuius interest huiusmodi exemptionem totam conseruare, ac proinde interest Romani Pont. qui est superior, subditos suos ab alijs non iudicari, quam rationem post Erasim. a Cochier d. q. 7. n. 3. Gail, & alios praestat Rot. in d. Vlixbonen. monasterij, coram R. D. meo Coccino Decano.

Vnde inferitur non esse distinguendum cum Angel. in §. idem iuris, num. 44. Instit. de except. Feder. de Senis confil. 14. Felin. in cap. P. & G. num. 13. de officio deleg. & Fusch. de uisitat. lib. 2. cap. 8. num. 11. uerum privilegium exemptionis in priuatoium singularem fauorem, vel in gratiam Sedis Apost. Religionis, aut Ecclesiae concessum sit, ita vt in primo casu ei possint exempti renuntiare ex text. in d. cap. significasti, secus uero in secundo, quo casu asserunt procedere decisionem text. in d. cap. tempore, aduertere

namque debuissent quod in exemptione non solum versatur favor illius priuatae personae, sed etiam superioris eximentis, id est Romani Pont. Hic inter est permultos habere immediatè subiectos, vt post Rebuff. resp. 142. aduertit Erasim. à Cochier d. tract. p. 1. q. 1. n. 17. & magis in his terminis p. 2. q. 34.

Ex qua etiam ratione pariter inferitur veram non esse sententiam glos. verb. libertatis in dict. cum tempore, dum ait huiusmodi priuilegio exemptionis post se renuntiare in prauidicium exempti, non verò exempti, quia, vt bene aduertit Abb. ibi num. 7. non potest considerari aliquis effectus quantum ad exemptum, nam ius libertatis est ita coniunctum inter exemptum & superiorem, vt commode separatio fieri non possit; quare nec etiam veritate nititur, quod ait Alberic. in l. si quis in conscribendo 39. num. 9. de Episcopis & clericis, quòd scilicet possit renuntiare priuilegio specialis exemptionis, quando motu proprio non fuit concessum; Sylu. enim in sum. verb. exemptio §. 10. dicit contrarium esse verius, euidentissima ratione, quia exemptio fit gratia exemptoris, quod dictum sequitur Atil. in eod. verb. num. 8. Rebuff. dict. resp. 142. col. 2. vers. exempta, refert & sequitur Rota in d. Vlixbonen. monasterij coram Romano D. meo Coccino.

ALLEGATIO CXXIV.

Episcopo competens iurisdicctio si inferiori concedatur, vel aliter acquiratur, an in dubio iudicanda sit quasi cumulatiua, vel potius priuatiua?

S V M M A R I V M.

- 1 Iurisdicctio in dubio cumulatiua, & non priuatiua quasi iudicatur.
- 2 Iudicium inferiorum dationes sunt odiosae, & Ordinariorum prauidicium includunt.
- 3 Opponitur contra principalem conclusionem.
- 4 Reg. generi, de regulis Iuris lib. 6. & num. 5. declaratur.
- 5 Iurisdicctio quando priuatiuae quaesita, vel data iudicanda sit, ostenditur.
- 6 Cap. auditis, de praescriptione declaratur.
- 7 Iurisdicctio quando priuatiuae data est alicui Iudici an possit subiecti sine eius consensu, alterius Iudicis iurisdicctionem prorogare, ostenditur.
- 8 [Concessio specialis cum clausula, vt is solus de illis causis cognoscat, priuatiuae facta dicitur.
- 9 Iurisdicctio quando assignatur alicui castro, vel loco, vt ibi tractetur causa per Iudicem illius loci, est priuatiua.
- 10 Iurisdicctio quando concessa est Praelatis Regularibus in suis vel Monachos, vel Fratres, priuatiuae praesumitur concessa ad Episcopum.
- 11 Magistratus specialis videtur datus priuatiuae ad generalem.
- 12 Iudices Ordinarij & generales quando sunt plures, & vni ex illis certum genus causarum specialiter committitur, videtur concessum priuatiuae ad collegam.
- 13 Data iurisdicctio, seu possessionis cumulatiuae praesumptione, quid probandum ad eam praescribendam contra illum, qui iurisdicctionem exercet, vel possessionem habet cum alia cumulatiuae.]



VRISPICIONEM in his terminis cumulatiuae quaesitam in dubio iudicari merito probant Ioan. And. Host. Anton. Imol. Felin. à num. 2. in cap. pastoralis, de officio Ordin. Bart. per tex. ibi in l. 1. ff. de officio Praefecti Urbis, Couar. in cap. alma mater part. 1. §. 12. num. 3. Roland. conf. 80. à num. 22. lib. 2. & conf. 1. num. 134. Grammat. conf. 72. per totum, Paris. conf. 9. num. 11. lib. 4. Menoch. de arbitr. lib. 1. quest. 40. à num. 5. & remed. 3. retin. num. 367. Vant. de nullit. iur. ex defectu iurisdicctionis num. 25. Cabed. part. 2. decis. 13. à num. 1. Put. decis. 238. lib. 3. in correctis. affirmat magis communem Iasim l. quod in rerum §. si quis. post n. 8. & in l. Titia textores, in princip. à num. 29. ff. de legat. 1. Ruin. conf. 7. num. 5. lib. 4. Rot. apud Farin. decis. 121. num. 4. part. 1. recent. & decis. 30. num. 3. part. 2. recent. [Gregor. XV. decis. 4. num. 5. Rota in Meliten. praeminentiarum 9. Iunij 1625. corà R. P. D. Vbaldo in fin.] Gregor. Auend. Azuned. & alij, quos refert, & sequitur Gutier. practice. lib. 3. quest. 24. à num. 2. Soar. de Pace in practica tom. 2. preclud. 1. num. 9. [Ioan. Garcia de nobilit. glos. 1. num. 5. vers. facit praeterea. Marefcot var. lib. 1. cap. 54. nouissime D. Felician. de Vega nunc Archiep. Mexican. in relect. cap. ex tenore 11. num. 44. de foro compet.] Surd. conf. 1. num. 73. lib. 5. post Abb. n. 7. in cap. caeterum, de iudic. vbi docet concessa iurisdicctio à lege Rectori in causis concernentibus suam professionem, iuxta reg. l. vlt. de iurisdicct. omnium Iud. in personis illorum, qui sunt de Collegio, in dubio censi concessam cumulatiuae, & ided non censi ademptam potestatem Ordinatio loci etiam respectu earundem causarum, idque ad varia statuta, & iurisdicctionem concessiones in praxi expendunt nouiores modo citati, vt per Gutier. vbi supra, affirmantes in his terminis locum esse praesumptioni. Vnde possessionem in dubio praesumi potius cumulatiuae quam priuatiuae acquisitam, tenent Seraph. decis. 339. num. 2. Post, in tract. mandati de mantenendo obseru. 73. num. 31.]

Pro quibus in auctoritatem adducuntur primò d. 2. l. 1. ff. de officio Praefecti Urbis, text. optimus in dict. l. vlt. vers. ita tamen C. de iurisdicctio omnium iudic. l. si in aliquam, l. ne quicquam 9. de offic. Proconsul. l. in prouinciali 3. ibi, vel per Praetorem, vel per arbrium. ff. de noni operis nunciari. l. solemus 61. §. latrunculator. ff. de iudic. iuncta reg. l. eius militis 35. §. militia, iuncto summario, ff. de militari testam. Auth. de defensoribus ciuitatum, §. & iudicare, in princip. col. lat. 3. l. tam collatores 18. C. de re militari lib. 2. bonus text. in cap. per hoc 18. de heret. lib. 6. [Et maxime cum alias receptum sit quod qualibet lex noua addens personam alicui dispositioni nunquam videtur excludere aliam, quae in ea habebat ius interueniendi, iuxta tex. singularem in l. 1. C. de offic. Praefecti Urbis, ex quo ita docent Paul. de Castro in l. cum Praior 12. ff. de iudic. num. 5. D. Felician. de Vega in relect. dict. cap. ex tenore n. m. 44.] Secundo si ratione agamus, illud facit quòd huiusmodi inferiorum iudicium dationes sunt odiosae, & Ordinariorum prauidicium includunt, regulasque Iuris infringunt, quibus sua vniciue iurisdicctio conseruari praecipitur, cap. peruenit, ad finem 11. quest. 1. cap. Episcopi 9. quest. 2. & ided omnino restringi debent, vt minus quam fieri possit in dubio Ordinariis prauidicent. l. quod verò 1. ff. de legib. reg. odia, reg. qua à Iure exorbitant, de regulis Iuris lib. 6. Vnde in obscuris quando res hinc inde aequaliter dubia est, sequimur id, quod minimè est, l. sepe in stipulatione 35. ff. de reg. Iuris, c. ex par. 18. de censib. plures, vt per refert Tiraq. de retractu lib.

lig. §. 1. glos. 18. num. 73. Couar. in cap. indicante num. 4. de testamem.

Denique ex eadem ratione dicere solemus iurisdicctionem delegatam esse odiosam, & ided restringendam propter prauidicium Ordinariorum, quorum potestati aliquatenus derogatur; igitur, &c.

In contrarium verò, quòd scilicet in his terminis iurisdicctio in dubio censetur concessa priuatiuae, non leuiter obstat reg. generi 34. de regulis Iuris lib. 6. quam ad propositum expendit Alexand. III. in cap. 2. de officio Legati, dum inquit, quòd si post constitutum legatum generale in prouincia, qui Ordinarius est, ex cap. 2. illo iur. lib. 6. Pontifex committit in eadem prouincia certam causam specialem, derogatur per specialem commissionem generali, itaut priuatiuae constituitur, neque possit Legatus circa causam specialem commissa cognitionem assumere, aduertit Felin. in c. 2. n. 8. vers. similia secundo, de foro compet. consonat cap. vnic. §. vlt. de prohibita feudi alienat. c. ex transmissa 6. cap. verum 7. de foro compet. quibus habetur Iudicem in causa feudi (qualis est dominus directus, et si feudatarius sit clericus) datum esse priuatiuae ad proprium Episcopum. Rursus in contrarium facit quòd iurisdicctio ab inferioribus legitime praescripta non cumulatiuae, sed priuatiuae acquiritur, vt sentit glos. 1. in cap. pastoralis 11. de officio Ordinari. vbi Abb. num. 7. & Felin. num. 5. idem Abb. num. 7. & Felin. num. 9. in cap. auditis, de praescript. plures, vt per Couar. d. n. 3. Balb. de praescript. 1. par. 5. principali num. 88. & par. 2. num. 22. Auend. lib. 1. Praetorum cap. 5. num. 25. mouentur per tex. in d. cap. auditis 15. ibi, pleno iure subiectas, & ibi, Episcopo super illis silentium imponatis, quasi Episcopus per Abbatem praescriptionem ita censetur priuatus iurisdicctio, & alius iuribus Episcopalis, vt perpetuum sit eidem Iudicium impositum, similiter expendunt eadem verba in cap. cum olim 18. in fine, ibi, perpetuum silentium imponendo, illo iur. de praescript.

Verum retenta priori sententia, quae verissima est, non obstant in contrarium adducta, nam ad primum de dicta reg. generi, sunt qui respondeant limitari in iurisdicctioe, itaut fauore illius, & ratione boni publici per dationem Iudicis specialis non censetur derogatum generali, quia per cumulationem pluriu Iudicium, multo magis bono publico consulitur, arg. l. 1. §. huius studij §. in magistratibus, ff. de iust. iuuar. c. prudentiam 21. vers. illa quippe, ibi, iudicium quod plurimorum, &c. de offic. deleg. ita Dec. in cap. caeterum n. 5. de iudic. Couar. in cap. alma mater part. 1. §. 12. num. 3. sic intelligentes tex. in d. l. 1. de officio Praefecti Urbis, & in auct. de defensor. ciuitatum §. & iudicare, col. lat. 3. & cap. per hoc 17. de heret. lib. 6. Sed haec Doctorum limitatio manifestè confunditur per tex. in d. cap. 2. de officio Legati. Insuper ex eo, quia nulla proponitur differentia ratio inter materias iurisdicctionis, & caeteras; text. verò in d. l. 1. cum modò citatis procedunt secundum communem sententiam, quam sequimur, quia in dubio iurisdicctio ab inferioribus quaesita, vel aliter concessa cumulatiua praesumitur, vt per Doctores in initio huius Allegat. citatos. Si tamen ex legitimis coniecturis colligatur iurisdicctio esse speciali iure priuatiuae quaesitam, vel alicui secundo loco specialiter data in fauorem aliquarum personarum, vel alias quando certa causa specialiter alicui committitur, tunc priuatiuae quaesita, vel data iurisdicctio iudicanda erit. Ratio est, quia fauor illarum personarum, specialis certaeque causae datio demonstrant derogatum esse iurisdicctioe generali, & competenti: consulitur enim maxime & personis,

& certae causae in eo quòd Iudices specialiter constituantur, vt ita specialiter designati, & non multis intenti opportunius valeant causas diffinire, & personarum, certaeque causae iustitiae, vtilitatisque prouidere, vt in omnibus iudicijs specialibus experientia docet; ita in terminis Iacob. de Arena in l. quod in rerum §. si quis ff. de legatis 1. aduertit eleganter ex alijs Cabed. Lusitan. decis. 13. num. 9. par. 2. obseruant plures; vt per Riminald. in §. 1. Instit. de donat. num. 182. Dec. num. 5. in d. cap. caeterum, Castr. in l. si procuratorio §. Iulianus num. 2. ff. de procuratorib. Afflict. dec. 101. Quo supposito dicendum est reg. generi, &c. non habere locum quando vel ex mente disponentis, vel alias legitime constat noluisse concedentem derogare generi per speciem, vel propter prauidicium tertij, quòd concedens in dubio inferre non praesumitur, quando aliud non exprimit, l. 2. §. si quis à Principe, ff. ne quid in loco publico, cap. super eo 12. de offic. deleg. post alios Pinel. in rub. C. de rescind. vendit. par. 1. cap. 2. num. 8. vel si publica vtilitas offenditur, cui regulariter non parum consulitur quando plures Iudices ad causarum definitionem constituantur, arg. d. vers. illa quippe, iuuat l. duo ex tribus 29. ff. de re iudic. cum alijs: planè hic mentis defectus verosimiliter praesumitur ad effectum ne in dubio iurisdicctio inferioribus competens ex priuilegio, praescriptione, consuetudine, vel alio iure speciali censetur priuatiuae competere, vt constat ex fundamentis, & Doctoribus initio huius Allegationis citatis.

Ad secundum ex d. cap. auditis, respondetur ibidem non agi de praescriptione in dubio, sed de illa tam clara, & absoluta; vt non solum in Abbatem transtulerit omnem iurisdicctionem, & iura Episcopalia, de quibus ibi, sed etiam omnino exemerit ab Episcopi iurisdicctioe, & pleno iure subiecerit, puta ex verbis tex. ibi, ab eius iurisdicctioe prorsus exceptas, & ibi, pleno iure possessa, ac tandem ibi, ad iudicantes illas. Abbati pleno iure subiectas, itaque Abbas ibidem praescribens per integrum tempus praescriptionis Episcopo excluso solus quasi possidet, solus iura Episcopalia exercet, vt constat ex praedictis verbis, ac subinde nil mirum si praescriptio tam clara & absoluta fuerit priuatiua respectu Episcopi, etenim si ibidem res foret dubia, neque constaret quòd Abbas pleno iure possedisset, sane tunc tex. contrarium respondisset, quia tamen tantum praescriptum quantum possessum, cap. cum in una 30. de decim. & Abb. in d. cap. auditis, non solum possidet illa omnia, sed ita solus, vt Episcopus nunquam possederit, neque usus fuerit, merito non cumulatiua, sed priuatiua iurisdicctio iudicatur, vt text. habet.

Vtrum autem quando iurisdicctio priuatiuae data est alicui Iudici, possint subiecti sine eius consensu alterius Iudicis iurisdicctioem prorogare? Negant Doctores communiter, sed inclius late D. Barbosa. l. 1. art. 3. num. 48. cum segg. resoluit quòd si in priuatiua aliquorum gratiam priuatiuae iurisdicctioe data sit, non prohibentur alterius Iudicis iurisdicctioem prorogare, cum quo prosequere: plene enim, & eruditè hunc articulum examinat, [qui eadem l. 1. p. 4. n. 60. ff. de iudic. subdit quòd quando Princeps concedit aliquibus Iudices certos priuatiuae, videntur quidem prohibuisse, ne alij Iudices propria auctoritate in illis causis se intromittant, non videtur autem tollere potestatem partibus, vt si velint, non possint prorogare alterius Iudicis iurisdicctioem.

Aliquibus modis limitatur supra dicta resolutio, & primò si in concessione speciali addatur clausula, vt is solus de illis causis cognoscat, nam tunc vt particu-

la solus, aliquando operetur, dicendum est in illis causis priuatiue ei fuisse concessam iurisdictionem. Ita Rip. de peste tit. de remed. preseru. n. 62. Menoch. de presump. lib. 2. pres. 18. n. 13. vbi num. 14. sublimitat quando iurisdictione competit ex consuetudine, D. Barbof. d. l. 1. p. 4. num. 98. ff. de iudic. vbi num. 103. soluit superiores Iudices speciales non videri excludos.

Secundo limitatur quando iurisdictione assignatur alicui castro, vel loco, vt ibi tractetur causa per Iudicem talis loci, & castri, quia tunc iam est aperta mens concedendi vt sit priuatiua. Rom. sing. 21. & cons. 393. n. 10. Fel. in c. pastoralis limit. 1. de offic. Ord. Crauer. cons. 411. num. 28. versterio cessat, Menoch. d. lib. 2. pres. 18. num. 10. & 11. Ioseph. Sesse tom. 4. decis. 438. num. 24.

Tertio limitatur quando concessa est iurisdictione Praelatis Regularibus in suos, vel Monachos, vel Fratres, hoc sane casu praesumitur concessa priuatiue ad Episcopum, Putc. decis. 239. lib. 3. Menoch. d. lib. 2. pres. 18. n. 22.

Quarto limitatur eo casu, quo constaret Magistratum specialem creatum esse, quia generalis propter multitudinem negotiorum non poterat illa commode expedire, nam tunc specialis videbitur datus priuatiue ad generalem, quia aliter non esset successum necessitati publica, propter quam creatus est, ex l. 2. §. cum placuisset ff. de orig. iuris. D. Barbof. in d. l. 1. p. 4. n. 123. vbi id declarat.

Quinto limitatur quando iurisdictione specialis conceditur per viam priuilegij in fauorem certarum personarum, nam tunc vt priuilegium aliquid operetur, credendum est iurisdictionem datam fuisse priuatiue ad alios Iudices, & non cumulatue: ita videtur probare tex. in l. nec quisquam vers. 1. ff. de offic. Proconsul. Vicent. de Franchis decis. 417. num. 7. par. 2. Menoch. d. lib. 2. pres. 18. num. 18. Ioan. Garc. de nobil. glof. 1. num. 6. versum facit, D. Barbof. in d. l. 1. par. 4. num. 134.

Sexto limitatur quando sunt plures Iudices Ordinarij, & generales, & vni ex illis certum genus causarum specialiter committatur, videtur concessum priuatiue ad collegam: nam cum praedictus ex sua generali potestate possit de illis cognoscere, vt commissio illa specialis aliquando operetur, debet specialis commissio ceteri facta priuatiue, quoniam aegeri iuncta glof. verb. mandatum C. de conuen. fisci de bit. lib. 10. Menoch. d. lib. 2. pres. 18. n. 12. D. Barbof. d. l. 1. p. 4. n. 143. cum seqq.

Sed dubium remanet, data praesumptione iurisdictionis, seu professionis cumulatue, quid probandum ad eam praescribendum contra illum, qui iurisdictionem exercet, vel possessi onem habet cum alio cumulatue? Dic quod necesse habet illum probare cum ista qualitate, quod scilicet actus possessorios fecerit priuatiue quoad alium. Mantie. decis. 207. n. 1. cum seqq. Seraphin. decis. 399. n. 1. Post. d. obseru. 73. n. 29. & quod etiam probet prohibitionem, & quod aduersarius prohibitioni acquieuerit, Greg. XV. dec. 472. num. 1. & decis. 493. n. 1. Post. d. obseru. 73. n. 30.]

ALLEGATIO CXXV.

Episcopi confessio an, & quando Ecclesiae praedictet?

SVMMARIVM.

Ecclesia tanquam corpus sicut sine anima confes-

sonem per seipsam facere non potest.

Confessio Praelati habentis administrationem communem cum Capitulo non nocet, nisi sit facta cum consensu Capituli.

Confessio Praelati Ecclesiae praedictat, sicut & tutoris, procuratoris & similia si sit facta ex necessitate iudicij per modum contentiose iurisdictionis, seu extra & absque necessitate iudicij per viam iurisdictionis voluntariae.

Confessio Praelati, seu procuratoris dicitur voluntaria quando fuit facta non procedente Iudicis iussu.

Confessio Praelati, seu procuratoris voluntaria non praedictat, nec est apta ad obligandam Ecclesiam, seu principalem in aliquo.

Confessio Praelati, seu procuratoris voluntaria reuocari debet, quamvis geminata facta sit, & etiam non docto de errore.

Cap. si diligenti, de praescriptionibus, declaratur.

Citare Episcopum non sufficit, nisi etiam citetur Capitulum quando agitur de praedictio Ecclesiae, itaui sententia contra Ecclesiam lata citato solum Episcopo sit nulla, & inualida. Intelligitur vt num. 9.



Vt Ecclesia tanquam corpus sicut sine anima confessionem per seipsam facere non possit, ex reg. text. in cap. Romana §. in vniuersitatem, de sentent. excommuni. lib. 6. ac proinde per Praelatum, seu alium de ipsa Ecclesia fieri debeat, non erit extra materiam quaerere an, & quando Ecclesiae ipsi praedictet haec Episcopi, seu Praelati confessio? In qua quaestione quidam constituunt differentiam inter confessionem Praelati non habentis Capitulum, vel saltem habentis administrationem diuissam ab illo, iuxta terminos text. in cap. edoceri, de rescript. glof. pen. vers. & si vnus, in cap. potuit, de locato, & per contrarium t inter confessionem eiusdem Praelati administrationem communem cum Capitulo gentis, ita ut priori casu confessio noceat, posteriori vero minime, nisi cum consensu Capituli facta sit, glof. celebris in cap. de Constantino puliana, verb. ne quis, 2. 2. dist. glof. verb. de veritate vers. sed nunquid, in cap. dudum il. 2. de elect. gl. verb. nulla, ad fin. in c. vlt. de presc. & verb. comitentur, per text. ibi in cap. 2. de iust. lib. 6. quas sequuntur in specie relati per Menoch. cons. 39. num. 24. Abb. in d. cap. vlt. de prescript. num. 43. & in d. cap. 2. de capellis monach. num. 4. quem refert Dec. cons. 474. n. 7. Card. Tusc. tom. 2. lit. C. concl. 669. n. 34. & seq. Mascard. de probat. concl. 367. num. 10. cum duobus seqq. faciunt quae Rot. decis. 118. a num. 1. apud Farin. par. 1. recent. consensus autem Capituli debet praestari collegialiter, & Capitulo ad id legitimo congregato, ad notata per Rot. decis. 377. num. 3. par. 2. recent.

Alij vero Summo cum iudicio subdistingunt inter confessionem factam in iudicio, & ita ex necessitate illius per modum contentiose iurisdictionis, in quibus terminis ferè omnes agnoscunt solius Praelati confessionem Ecclesiae praedictare, sicut & tutoris, procuratoris, vel similia, sic intelligentes tex. in cap. suborita, vbi glof. 1. de re iudic. & d. cap. 2. vbi glof. verb. sponte, de capellis monach. & cap. vlt. de cons. & c. 1. in fine princip. & ibi glof. vt lite non contest. l. non solum in princip. ff. de procurator. cum similibus, & inter confessionem factam extra & absque necessitate iudicij per viam iurisdictionis voluntariae, quae casu non praedictare Ecclesiae communiter reuelant iuxta

iuxta textus, quos ita asserunt procedere in incertum §. sed an & ipsos, ff. de cons. §. si defensor 10. in princ. alia §. sine, in princip. vers. §. de inuicem, actionib. l. proinde §. si procurator, ff. ad legem Aquilianam, quam distinctionem tradidit Bart. post alios antiquiores in d. §. sed an, & ipsos, num. 2. vbi Paull. Cuman. & alij, Sarmien. & plures ab eo relati lib. 3. sicut cap. 1. §. n. 5. citati ab Octauian. Pedemont. decis. 39. num. 6. & 34. Surd. decis. 326. num. 4. lib. 3. & sequitur Rot. in Mas. filien. pecuniaria 6. Iunij 1611. coram Gregor. XV. impressa per Farin. decis. 334. num. 5. par. 1. recent. & in Viridunen. Abbatia 27. Novembris 1615. coram Buratto, impressa per eundem Farin. decis. 768. num. 5. p. 2. recent. & in Mediolanen. Fabrica 29. Ianuarij 1616. coram R. P. D. Pirouano, impressa per eundem dec. 779. n. 2. eadem p. 2. recent.

Dicitur autem Praelati, seu procuratoris confessio voluntaria, quando fuit facta non procedente Iudicis iussu, vt per Alex. cons. 222. num. 16. lib. 2. Rot. in Pampilonen. decimarum de Gongara 14. Maij 1610. coram Reuerendissimo Bononien. & in d. Viridunen. Abbatia coram Buratto decis. 768. num. 5. in med. p. 2. recent. Vel nullo Iure cogente, vt post Agid. dec. 694. in princip. exemplificat Rot. in d. Mediolanen. pensionis, coram R. P. D. Pirouano decis. 779. n. 2. in med. p. 2. recentior.

Amplia aded verum esse confessionem Praelati, seu procuratoris voluntariam non praedictare, nec aptam reperiri ad obligandam Ecclesiam seu principalem in aliquo, per ea quae tradunt Bald. in l. 1. n. 30. C. de confessis, Paris. cons. 27. num. 92. lib. 1. vol. 1. Aufret. in addit. ad Capell. Tholof. decis. 392. Honded. consil. 66. num. 72. vol. 1. quos refert, & sequitur Rot. d. decis. 779. num. 2. in fine, vt t reuocari debeat etiam non docto de errore, vt per Rot. decis. 19. de procurat. & decis. 2. de confess. in notis, & in Pampilonen. decimarum 10. Maij 1610. coram Card. Sacrato, & quauis geminata facta fuisset secundum Caputaq. decis. 198. par. 1. & Rot. d. decis. 768. num. 5. in fine p. 2. recentior.

Non obstat cap. si diligenti, de prescript. ibi, cum secundum confessionem tuam, &c. ex quo deduci videtur Ecclesiae praedictare confessionem simplicem solius Praelati, quia responderet ad hunc text. varios adduci intellectus, nec placet quem refert glof. 2. ibi, scilicet confessionem illam praedictare soli Archiepiscopo consentienti, quia si adueras, praedictat etiam Ecclesiae Pisanae circa quasi possessionem, & praescriptionem. Nec ite placet responderi in proposito agi de negotio, quod Archiepiscopus ipse tractauerat, & de quo aliter quam per confessionem illius consistere non poterat, in qua specie confessio ipsius Praelati valere, & praedictare tenet glof. vlt. in d. c. vlt. probata à Tiraq. de retractu lig. §. 1. glof. 14. num. 48. prout intellexit Abb. in d. cap. vlt. a num. 43, siquidem hic intellectus nec in se verus est, nec conuenit textui, ex his quae post Anton. & Imol. notat Paris. in eod. cap. vlt. n. 54. in princip. & in d. cap. si diligenti num. 8. vers. vide Abbat. Quare vltra alios intellectus, de quibus per Doctores in d. cap. de Constantino puliano, & per Paris. vbi supra, Crot. in l. re conuenit in fine, ff. de leg. 3. obtinuit communis confessionem solius Archiepiscopi in proposito attendi, & praedictare Ecclesiae, quia cum liquido constaret Iudicium Calaritanum, & totam Sardiniam ad Romanam Ecclesiae patrimonio iam immediate pertinere, vt tex. habet in princip. & deducitur ex cap. ego Ludouicus 63. dist. & cap. Constantinus 2. 96. dist. vti que Iuris praesumptio erat pro confessione Archiepiscopi, ac subinde non illa tanquam Ius & praesumptioni conformis apparebat,

maximè verosimilis, & ita admittenda fuit absque alio concursu vel consensu Capituli, etiam in eiusdem praedictum, prout intelligit Abb. num. 4. & alij in d. cap. si diligenti, communis ex Paris. d. num. 8. in princip. & d. num. 54. vers. quarta, Curt. de feudis 1. par. quest. 8. num. 16. Aym. de antiquit. par. 1. cap. propositum, a num. 73. Sed nec is communis intellectus Iure probatur, nec videtur sufficere quod confessio sit verosimilis, vt alteri quam consentienti praedictare possit, vt aduertit Crot. vbi supra, & licet tota Sardinia ad Romanam Ecclesiam spectaret, potuit nihilominus Ecclesia Pisana aliquo titulo, vel Iure speciali habere quasi possessionem, de qua in d. cap. si diligenti. Vnde cum tex. contrarium non aperiat, nec principaliter de confessione dubitatum sit, longe verius, & securius videtur supponere terminos habiles, & ita quod confessio secundum Iuris regulas valuit etiam in Ecclesiae praedictum: nam siue dicamus (vt ex littera colligi videtur) quod Archiepiscopus in iudicio apud Pontificem Max. agebat, vel defendebat causam suam, vel saltem communem, siue cum Ecclesia Pisana, in qua specie solus agere, & conueniri potuit, iuxta communem in d. cap. edoceri, vbi late Felin. a num. 2. merito confessio Archiepiscopi ex necessitate iudicij procedens praedictat etiam Ecclesiae, vt supra resoluimus; si verò dicamus confessionem fuisse illic factam per viam voluntariae iurisdictionis, & absque necessitate iudicij, tunc vt Ecclesiae, vel Capitulo praedictet, necessarium requiritur consensus, vel mandatum speciale, nec sufficit generale, iuxta d. §. sed an, vbi Bart. n. 2. & ita supponendi sunt termini habiles, id est, quod intencuerint omnia necessaria, arg. cap. 1. in l. 1. C. de transact.

Verum autem quando agitur de praedictio Ecclesiae, sufficit citare Episcopum absque eo quod citetur Capitulum, ita ut sententia contra Ecclesiam lata citato solum Episcopo sit nulla, & inualida? In qua quaest. Rota in vna Montis Regalis iurisdictionis 5. Iunij 1606. coram Penia, impressa per Farin. decis. 118. par. 1. recent. censuit in his terminis sententiam latam contra Ecclesiam citato solum Episcopo esse nullam & inualidam, & praecipue ex eo, quia appellacione Ecclesia non solum venit Capitulum, cap. cum clerici, vbi glof. verb. Ecclesia Placentina, de verb. signif. sed etiam, quia illius defensio praesertim in arduis, non pertinet ad Episcopum solum, sed etiam coniunctim ad Capitulum, Felin. in d. cap. edoceri n. 3. vers. prima declaratio, & descript. Innoc. in cap. fin. in verb. requiratis, & ibidem Zabarel. in 2. opposit. & Anchar. notab. 5. & Butr. num. 9. & 27. Abb. n. 1. & 2. de maiorit. & obed. Lap. alleg. 48. n. 8. vers. quero quid in arduis, Roman. cons. 369. n. 21.

Verum Farin. in apostilla ad d. decis. 118. lit. C. obseruat quod vt sententia praedictet Capitulo, necessaria est illius citatio, ad not. per Roman. d. num. 21. in fine, & Felin. in cap. fin. num. 3. & 4. de maiorit. & obed. additque vt sententia valeat, sufficere citationem Episcopi, ex tex. in cap. expofuit de dilat. cap. fin. de duo & contrum. Bellam. in d. cap. fin. de maiorit. & obed. num. 9. in 3. opposit. Zabarel. cons. 134. in 2. dubio, cum alijs ibidem citatis. Ratio autem quare non sit necessaria huiusmodi citatio Capituli, est, quia magis principaliter interest Episcopi, & ad illum magis pertinet huiusmodi defensio, Butr. in cap. dilecti num. 17. de maiorit. & obed. Abb. in cap. cum olim. col. 5. vers. factum, de testib. & pro validitate iudicij sufficit citare illum, cuius principaliter magis interest. Felin. in d. cap. fin. de maiorit. & obed. num. 3. & 4. Aduertit tamen

idem Farin. aliud esse Episcopum facere aliquem actum, quo amittitur libertas Ecclesie; & Ecclesia inducitur in seruitutem, & tunc favore libertatis non amittenda; requiritur consensus omnium, & aliud esse Episcopum facere actum quo defenditur libertas Ecclesie, ut liberetur a seruitute in qua reperitur constituta, & hoc casu favore Ecclesie solus Episcopus, & quilibet alias admittitur ad vindicandam Ecclesiam a seruitute, vide ibi per eum.

ALLEGATIO CXXV.

Episcopi negligentia an et quando per alios suppleatur?

S V M M A R I V M.

- 1 Negligentia est rationis cunctatio, seu tarditas in efficaciter imperando eo quod est iam bene consultatum, & iudicatum.
2 Virtus, cui negligentia opponitur, est prudentia.
3 Negligentia formalis & propria vitium non semper constituit peccatum mortale & in Confessione specifiandum, nisi in duobus tantum casibus.
4 Iurisdictio contentiosa est illa, que redditur in iniurios.
5 Iurisdictio voluntaria dicitur illa, que in volentes exercetur.
6 Archiepiscopus in prima instantia non habet iurisdictionem cuiuscumque negligentia pretextu circa causas pertinentes ad subditos suffraganeorum.
7 Statutum, editum, seu quolibet aliud preceptum Archiepiscopi concedentis, aut iubentis, ut subditi Episcoporum suffraganeorum ad eius Curiam pro audiendis, & terminandis suis causis in prima instantia, accedant, est nullum.
8 Archiepiscopus non potest in prima instantia cognoscere de causis pertinentibus ad subditos Episcopi sui suffraganei, etiam si is ob excommunicationem in se latam impediatur vti Episcopali iurisdictione.
9 Iurisdictio contentiosa Episcopi excommunicati non tantum non deuoluatur ad Archiepiscopum pro suis culpis, sed nec etiam pro illius negligentia, contra aliquos citatos, n. 10.
10 Deuolutio iurisdictionis, ut inducatur ad Archiepiscopum ex capite negligentia, vel ex alia qualibet causa, non est satis eam non inuenire prohibitam Archiepiscopo, sed oportet ut inueniatur expresse in iure eidem concessa.
11 Deuolutionis negotium non pendet ex solis rationibus, vel ex rei natura, sed ex sola legis dispositione.
12 Cap. cum sumus 9. q. 3. declaratur.
13 Archiepiscopus non potest adiri in prima instantia per viam simplicis querela propter negligentiam Episcopi, secus per viam appellationis.
14 Spectantia ad iurisdictionem voluntariam, si per negligentiam omittatur, multoties suppletur per alios, & ad hunc finem ad eos sepe deuoluuntur potestas negligentibus competens.
15 Deuolutio inducitur ob negligentiam Prelatorum Ecclesiasticorum non procedit ex natura rei, seu aliqua ratione concludenti, sed immediate tri-

- buenda est voluntari, & dispositioni legis Canonice.
17 Dominij deuolutio de vno in alium fit per prescriptionem a lege inductam ne rerum dominia essent in incerto.
18 Deuolutio potestatis Prelatorum Ecclesiasticorum propter negligentiam non inducitur extra casus a Iure expressos.
19 Ius instituendi ob negligentiam Prelati in instituendis presentatis etiam idoneis, non deuoluuntur ad proximum superiorem, sed patronus legitimo tempore presentatis potest interpellare Episcopum pro institutione facienda.
20 Deuolutio ubi expresse a iure inducta reperitur non semper fit ad proximum superiorem.
21 Cap. 1. de suppl. neglig. Prelat. in Decretalib. declaratur.
22 Episcopo negligente prestare absolutionem ab excommunicatione a se lata in eum, qui ex iusta causa petiit absolui, potestas absoluendi an ad Archiepiscopum deuoluatur ex capite negligentie, ostenditur.
23 Absoluendi potestas ex solo capite negligentia quo casu ad Archiepiscopum deuoluatur, ostenditur.
24 Archiepiscopus per simplicem querelam adiri non potest ob negligentiam Episcopi absolutionem ab excommunicatione deneganti.
25 Appellatione interposita ad Archiepiscopum ob absolutionem ab excommunicatione denegatam, an, & quando debeat excommunicatum absolueri, ostenditur.
26 Cap. significauit, de officio Ordinar. declaratur.
27 Cap. nullus, de iure patronat. declaratur.
28 Episcopo negligente concedere in se petitum consensum ad decimas, &c. ad Romanum Pont. pro eo consensu prestando recurrendum est, & non ad Archiepiscopum, amplius quamuis negligens sit inferior Episcopus, n. 33.
29 Cap. cum sumus, ver. similiter, 9. quest. 3. declaratur.
30 Cap. 2. de transactionib. declaratur.
31 Licentia ab Episcopo iniuste petita, & ab eo per iniustam negligentiam non exhibita, ut obtineatur, non potest per viam simplicis querela recurri ad alium quam ad ipsum Rom. Pont.
32 Archiepiscopus non potest supplere Episcopi negligentiam in prestandis licentiis, sed solum compellere ipsum Episcopum iniuste negligentem concedere dispensationem ab illo ex iusta causa per officium iudicis petitam.
33 Archiepiscopus potest adiri ad effectum compellendi Episcopum, ut consentiat, quamuis eo negligente concedere pro eo consensu prestando recurrendum esset ad Summum Pont.
34 Archiepiscopus poterit prestare consensum denegatum ab Episcopo, & illius negligentiam in eo prestando supplere, ubi actum fuerit remedio appellationis.
35 Negligentia iniusta Prelati circa provisionem beneficiorum non conuincitur, nisi per lapsum certi temporis.
36 Negligentia eorum, quibus incumbit provisione maiorum dignitatum, conuincitur per lapsum trium mensium.
37 Negligentia providere debentium inferiores dignitates, & beneficia, conuincitur per lapsum sex mensium.
38 Negligentia patronorum in presentationibus ad benefici

- neficia faciendi ut conuincatur, praesinitium laicus est tempus quadrimestre, Ecclesiasticis autem semestere.
41 Semestre tempus quare potius quam aliud ad providendum de beneficiis inferioribus concessum fuerit ordinariis collatoribus, remissum.
42 Tempus ad conuincendam eligentium, seu collatorum negligentiam praesinitium non computatur, nisi a die notitia vacationis.
43 Tempus a lege, vel ab homine praesinitium in dubio aliud non apparet, intelligitur continuum, intellige, ut num. 44.
45 Tempus ad providenda beneficia praesinitium datur in odium negligentium.
46 Tempus conferendi currit ab eo tempore, quo Episcopus potuit, vel scire debuit vacationem.
47 Visitare debet Episcopus bis, aut semel saltem singulis annis diocesim suam.
48 Ignorantia vacationis beneficii non praesinitur in Episcopo.
49 Tempus ad conuincendam eligentium, seu collatorum negligentiam non currit legitime impeditis, intellige ut ibi.
50 Tempus ad conuincendam collatoris negligentiam statutum non potest per superiorem aritari.
51 Deuolutio potestatis ad Superiorem non habet locum ex negligentia eorum, qui Canonici, & praebendas in Ecclesia non numerata minimè prouident.
52 Prelato iniuste negligenti instituere bene presentatum, aut confirmare bene electum, nullus certus terminus a Iure praesinitur.
53 Papa nullum tempus praesinitum est ad conferenda beneficia, quia non habet Superiorem, qui possit eius negligentiam supplere.
54 Collatores conuicti eorum negligentia per lapsum temporis ad conferenda beneficia sibi a Iure praesinita statim pro ea primò occurrente collatione amittunt ipsi iure potestatem prouidendi, & aliter facta collatio est nulla, ut n. 55. etiam si mora sit vnus etiam dies, ut num. 56.
57 Mora purgatio non admittitur, ubi dies & poena simul a lege, vel ab homine ponuntur.
58 Cap. licet canon. de elect. lib. 6. declaratur.
59 Collator negligens infra praesinitum tempus conferre licet non possit iure proprio, potest tamen iure alieno procedere ad collationem faciendam.
60 Collatori non elabatur tempus praesinitum ad conferendum si intra illud pro viribus fecit, quamuis prouiso effectum sortita non fuerit.
61 Patrono non labitur tempus datum ad presentandum si bona fide presentauit coram non habente ius instituendi.
62 Collator, seu elector fraudulentè se gerens in collatione beneficii, que effectum sortita non fuit, non potest iterum prouidere.
63 Episcopus in conferendo negligens potest beneficium sic deo datum vniere.
64 Potestas prouidendi beneficia Ecclesiastica ex negligentia Prelatorum, quibus hoc munus incumbit, deuoluunt regulariter de inferiori ad primum superiorem donec perueniat ad Papam.
65 Patrono negligente intra tempus sibi praesinitum ad presentandum in beneficio, deuoluunt ius conferendi ad instituendum, & procedit etiam in patronis Regularibus, ut n. 66.
66 Clem. vnica, de suppl. neglig. Prelat. declaratur.
67 Instituenti ad conferendum ex negligentia patroni etiam laici sex menses a die deuolutionis, & notitia reseruantur.

- 68 Prelatus Episcopo inferior si ius conferendi beneficia habuerit, eo negligente conferendi potestas deuoluuntur ad Episcopum.
69 Potestas collatorum Regularium ex negligentia in conferendis beneficiis, an, & quando ad Episcopum deuoluatur, ostenditur.
70 Deuolutio, que in casu negligentie fieri debet ad Episcopum, non potest fieri Sede vacante ad Capitulum.
71 Capituli Cathedralis Ecclesie ob negligentiam in conferendis beneficiis, que ad suam collationem separatiim ab Episcopo pertinent, ad ipsum Episcopum tanquam immediatum superiorem fit deuolutio, etiam si Episcopus collationi interesse debuerit, ut Canonici, & n. 72.
73 Compromissario per Capitulum electo ad conferendum negligente deuoluuntur ipsius potestas ad Episcopum.
74 Beneficiorum collatio, ubi ad Episcopum & Capitulum communiter spectauerit, tunc deuolutio ex Capituli negligentia non fiet ad Episcopum, sed potius ad Archiepiscopum, & n. 77.
75 Episcopo negligente intra debitum tempus conferre beneficia ad suam collationem separatiim a Capitulo spectantia, collatio deuoluuntur ad ipsum Capitulum.
76 Deuolutio in quibus casibus fiat a superiore ad inferiorem, remissum.
77 Ius conferendi quando spectat simul ad Episcopum & Capitulum, qui inter se provisionem diuiserunt per turnos, si Capitulum in suo turno non conferit infra tempus a Iure statutum, aut conferit indigno, non fit deuolutio ad Episcopum, sed ad Archiepiscopum.
78 Collatio beneficiorum ubi spectat ad Episcopum iure speciali, vel deuolutio, eo negligente non deuoluuntur ad Capitulum, sed ad superiorem.
79 Episcopus ubi fuerit exemptus, & Romano Pontif. immediatè subiectus, eo negligente potestas ad solum Romanum Pont. deuoluuntur.
80 Deuolutio ob negligentiam fit gradatim de Episcopo ad Capitulum, de Capitulo ad Archiepiscopum, de Archiepiscopo ad Patriarcham, & de hoc ad Summum Pontificem.
81 Papa potest quandocumque ex vi maioris potestatis sibi semper reseruata conferre, quin deuolutionis ordinem spectare teneatur.
82 Papa in beneficiis inferiorum conferendis vti potest non solum iure deuolutionis, sed etiam iure prouisionis.
83 Deuolutio ex negligentia dimanans fit cum onere, & qualitatibus requisitis in prima provisione.
84 Deuolutio ex negligentia fit ad superiorem, qui dolose non procurauerit negligentiam collatoris.
85 Superior si ante deuolutionem iure deuoluo conferat, collatio est nulla, quantumvis postea deuolutio contingat.
86 Ordinarius si iure ordinario beneficium in iurisdictione contulerit sperto patrono infra tempus datum ad presentandum, talis collatio valet non presentante, nec contra dicente patrono.
87 Deuolutio cessat in reseruatis.
88 Deuolutio fit sibi, ad quos spectat, prouident indignis, seu inhabilibus, & incapacibus.
89 Vicarius si contulerit beneficium indigno non fit deuolutio, nec est Episcopus conferendi potestate priuatus.



NEGLIGENTIA est rationis cunctatio, seu tarditas in efficaciter imperando eo quod est iam bene consultatum, & indicatum, vt definit Valent. tom. 3. disput. 4. quest. 5. puncto 1. vers. negligentia; vel est omisio aduum rationis, qui necessarii sunt, vt opus suo tempore fiat, secundum Lessi. de Iustit. lib. 1. cap. 2. num. 19. Virtus igitur, cui opponitur, est prudentia, vt post D. Thom. 2. 2. quest. 5. art. 2. & Caiet. ibidem, Tabien. & Syluest. in summ. verb. negligentia, resoluunt late explicantes Valent. dict. quest. 5. puncto 1. & Lessi. d. num. 19.

Licet autem vitium formalis & propria negligentia sit contra specialem prudentia virtutem ex proximè dictis, tamen ob id non semper constituit peccatum mortale, & in confessione specificandum, sed tunc solum quando negligentia per se & ex directa intentione fuerit voluntaria, vt est contra prudentiam, nec semper etiam in hoc euentu constituit peccatum mortale, nisi in duobus tantum casibus.

Primus est, si ex negligentia committatur, vel omittatur aliquid, ad quod non omittendum, vel non committendum negligens teneretur ex aliquo præcepto siue diuino, siue humano obligante ad culpam mortalem, prout tradunt D. Thom. d. quest. 5. art. 3. in corpore, Syluest. Tabien. & alij summissæ verb. negligentia, Iacob. de Graff. in aureis decision. par. 1. lib. 3. cap. 5. num. 132. & 146. & par. 2. lib. 3. cap. 15. num. 81. Lessi. d. cap. 2. sub num. 20. Valent. d. puncto 1. vers. quarto notandum, pariter obseruantes quod negligentia circa opus prohibitum sub veniali tantum, non vero sub mortali obliget solum ad veniale. Iuxta quam resolutionem reducendum, & intelligendum est illud quod de Prælato negligente tradunt indistinctè Gregor. Lop. l. 50. glof. 2. col. 2. post princip. Ludou. Gom. in reg. de annali quest. 28. in epilogo casuum negligentia casti. 140. post glof. verb. reatu in cap. ea que, de officio Archid. resoluentes negligentiam in Prælato esse peccatum mortale, vt non sit ita generaliter, & indistinctè accipiendum, sed potius moderandum iuxta grauitatem eorum quas Prælati negligenter omiserit, iuxta modo resoluta.

Secundus autem casus in quo negligentia obligat ad mortale, tunc continget quando intellectus in imperando, & voluntas in exequendo se habuerint adeò remisse circa ea, que sunt Dei, sicque ea quis omittat cum tali iniuria propria salutis spiritualis, vt nihil curet Dei amicitiam, immo totaliter ab ipsius charitate deficiat, tunc etenim etiam si nõ interueniat illa directa contra prudentia volitio, adhuc tamen constituitur specificè negligentia peccatum mortale in Confessione specificandum, vltra illud aliud ex ipso lethali opere ex negligentia commissio insurgens, maxime si hac negligentia sequatur ex contemptu, vt resoluunt D. Thom. d. art. 3. in corpore, Valent. d. vers. quarto notandum, & constat ex iis, que eleganter vt solet, agens de transgressione legis ex contemptu, resoluunt nouissime Soar. de legib. lib. 3. cap. 24. à princip.

Negligentia Prælatorum Ecclesiasticorum, de quibus agit in tit. de supplenda negl. Prælatorum, contingere potissimum potest duobus modis, vel in iis, que spectant ad eorum iurisdictionem, vel contentiosam, qualis est illa que redditur in inuitos, vt explicant communiter Doctores in l. 2. ff. de offic. Præcons. post glof. ibi verb. contentiosam, Marant. de ordine indic. par. 4. distict. 18. vel circa ea, que ad voluntariam pertinent, que est illa, que in volen-

tes exercetur, vt prædicti Doctores explicant, prout est ordinatio, consecratio, benedictio, auctoritatis, seu decreti interpositio, absolutio, beneficiorum promissio, dispensatio, & his similia, vt notant Doctores in cap. decernimus, de iud. Franc. in cap. cum nullus sub n. 5. de tempor. ordin. lib. 6. vbi Ancl. sub n. 2. Domin. sub n. 3. vers. Religiosi, Couar. lib. 3. par. c. 20. n. 6. cum seqq. Boer. decis. 30. Vant. de nulli. iur. ex defectu iurisdictionis, n. 109. Henriq. in sum. lib. 6. c. 7. §. 1. iuncta lit. G, qui hanc duplicem iurisdictionis speciem, & cuiuslibet exempla notant ad varios effectus, maxime ad intellectum & limitationem tex. in l. vlt. ff. de iurisl. omnium iud. & in c. vlt. §. statuto, de constit. lib. 6. vbi late controuertit Ludou. Gom. n. 57. cum seqq.

De negligentia Prælatorum in iis, que pertinent ad iurisdictionem contentiosam.

Quoad Prælatorum negligentiam in expediendis iis, que pertinent ad iurisdictionem contentiosam, resoluendum est Archiepiscopum in prima instantia non habere iurisdictionem cuiuscunque negligentia præteritum circa causas pertinentes ad subditos Prælatorum suffraganeorum, vt probant text. in cap. nullus Primas, 9. quest. 3. cap. 1. de offic. Legati, cap. pastoralis de officio Ordin. cap. 1. eod. tit. lib. 6. cap. 1. de foro compet. eod. lib. cap. 1. de suppl. negl. Prælat. eod. lib. cap. Romana §. cum vero, de appellation. eod. lib. tradunt Couar. pract. cap. 9. num. 2. cum seqq. Henriq. in sum. lib. 11. de Matrimon. cap. 3. §. 4. Spin. in speculo testam. glof. 15. princip. num. 39. & 40. Sanch. de Matrim. lib. 3. dist. 28. n. 3.

Vnde inferitur nullum esse edictum, statutum, sententiam, seu quodlibet aliud præceptum Archiepiscopi concedentis, aut inuentis, vt subditi Episcoporum suffraganeorum ad eius Curiam pro audiendis, & terminandis suis causis in prima instantia inconsulto Episcopo accedant, nam cum earum respectu Archiepiscopus nullam habeat potestatem iuxta Doctores proximè citatos, succedit reg. ea que sunt, de regulis iuris lib. 6. tex. in cap. ceteri clerici, de iud. & in cap. quod autem, de penit. cum similibus, iunctis his, que de nullitate legis, aut statuti intentati à non habente sufficientem potestatem scribit post alios Soar. de legib. lib. 1. cap. 8. & in specie probat dictum cap. 1. de spp. negl. Prælat. lib. 6.

Amplia adeò verum esse Archiepiscopum non posse in prima instantia cognoscere de causis pertinentibus ad subditos Episcopi sui suffraganei, vt procedat, etiam si is ob excommunicationem in le latam impediatur vt Episcopali iurisdictione, ita probat text. in d. cap. 1. de supplenda negl. Prælat. lib. 6. vbi Doctores, tradunt Ioan. And. in cap. pastoralis in princip. sub num. 21. de officio Ordin. vbi Arrian. num. 3. in fine, Butr. num. 16. Panorm. sub num. 10. & Felin. num. 5. in fine, Dec. in cap. sollicitudinem num. 5. de appellat. Host. in sum. de offic. Ordin. §. quid pertinet sub num. 7. col. 3. post med. Syluest. in sum. verb. Archiepiscopus num. 3. Petr. Gregor. syntagm. Iuris par. 2. cap. 9. num. 35. lib. 17. Ratio est, quia deuolutio potestatis de vno ad alterum induci non potest, nisi in casibus à iure expressis, vt infra ostendemus, nec de vno ad alium ad eam inducendam argui potest, etiam si ratio videretur eadem in vitroque, nisi verba casus expressi conueniant, ita ut alium comprehendant, iuxta ea, que notantur in reg. ea que à iure exorbitant, de regulis iuris lib. 6. atque casus in quo Episcopus suffraganeus excommunicatus fuerit, aut aliter suspensus, expressus non est quoad hunc effectum, vt expressit text. in dict. cap. 1. ibi, cum id non inueniatur à iure

à iure concessum, de supp. negl. Prælat. lib. 6. Igitur, &c.

Rursus amplia, vt non tantum non deuoluatur Episcopi excommunicati iurisdictione contentiosa ad Archiepiscopum pro suis culpis, sed nec etiam pro illius negligentia; in hanc etenim licet ille incedat circa exercitium Episcopalis iurisdictionis contentiosæ, tamen non ob id eadem iurisdictione per viam regulæ ad Archiepiscopum deuoluatur ad effectum, vt Archiepiscopus per viam simplicis querelæ adiri possit vltra casus in iure specialiter expressos: que ampliatio probatur ex eo, qui deuolutio potestatis, aut iurisdictionis alicui competens non est ex eius negligentia inducenda, nisi in casibus à iure expressis, vt clare probat d. cap. 1. atque nullibi in iure inuenitur concessum, vt per viam regulæ iurisdictione Episcopi ex eius negligentia deuoluatur ad Archiepiscopum. Igitur, &c. quare merito ita resoluunt Domin. sub num. 5. col. 2. in d. cap. 1. Abb. in cap. si quis contra num. 4. de foro compet. & in cap. pastoralis, n. 10. de officio Ordin. vbi eandem regulam constituit in quolibet iudice negligente, sequitur Felin. ibid. sub n. 6. & in cap. quoniam, in fine, eod. tit. Gregor. Lop. l. 11. tit. 5. par. 1. glof. 6. & quoad causas iam copatas coram iudice negligente agnoscit Gail. lib. 1. obseru. 28. n. 1. & 3. & habetur inter communes opinioniones tom. 1. lib. 4. sub tit. de rebus creditis n. 139. & tum. 2. lib. 7. sub tit. de appell. n. 26.

Contrarium verò, immo quod generaliter ex negligentia Episcopi deuoluatur iurisdictione ad Archiepiscopum, tenuerunt glof. verb. culpis in d. cap. 1. de suppl. negl. Prælat. lib. 6. & verb. exceptis in cap. pastoralis, de offic. Ordin. & verb. Capitulum in cap. irrefragabilis, eod. tit. & in sum. 9. quest. 3. Hostien. in sum. tit. de officio Ordin. §. quod pertinet, sub num. 7. col. 2. in med. cui adhaeret Ancl. in dict. cap. 1. sub num. 1. Franc. sub num. 3. Domin. sub num. 5. col. 3. post princip. & Monach. sub num. 1. & 2. Azor. instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 34. quest. 10. vers. squares. Ex illo tantum fundamento quod licet in d. cap. 1. expressum sit, vt pro culpis Episcopi non deuoluatur iurisdictione ad Archiepiscopum, id tamen expressum non est respectu negligentia eiusdem Episcopi, ac proinde quod ea stante licet huiusmodi deuolutio, præsertim quia cum Episcopus per eam negligentiam peccet in ipsammet iurisdictionem, quam per negligentiam definit exercere, per culpas autem de quibus in illo tex. non peccauerit in eam, nil mirum si ob hanc fiat iurisdictionis offensæ deuolutio ad Archiepiscopum, licet non fiat propter illam.

Retenta tamen nostra ampliatio non obstat fundamentum illorum, qui contrarium tenuerunt, facile enim responderet quod ad inducendam iurisdictionem deuolutionem ad Archiepiscopum ex capite negligentia, vel ex alia qualibet causa, non est satis eam non inueniri prohibitam Archiepiscopo, sed oportet vt inueniatur expresse in iure eidem concessa, vt habetur in d. cap. 1. quia scilicet huius deuolutio est de genere prohibitorum, nam inter alia que sunt de genere prohibitorum, respectu Archiepiscopi potissimum locum obtinent actus iurisdictionales in prima instantia exercendi inter subditos Episcoporum suffraganeorum, nam huiusmodi iurisdictionis exercitium generaliter non solum prohibetur à iure per modum consequutium, id est, in consequentiam sacrorum Canonum, qui singulis Episcopis suam in suos subditos ordinariam iurisdictionem priuatiue concesserunt, sed etiam per modum directum, videlicet directe prohibendo Archiepiscopis ne in prima instantia iudicent, vel audiant causas eorum, qui Episcopis subduntur, vt Babaf. de Episcopo. Pars III.

constat ex text. in cap. 1. de officio Ordin. lib. 6. cum aliis supra adductis.

Ad confirmationem vero prædicti fundamenti ex diuersitate rationis, quæ cernitur inter culpas, de quibus in d. cap. 1. de suppl. negl. Prælat. lib. 6. & negligentiam, de qua in dicta eius glossa, facile etiam ex dictis responderet negotium huius deuolutionis non pendere ex solis rationibus, vel ex rei natura, sed ex sola legis dispositione, vt infra ostendetur, n. 16. Vnde cum nulla lege dispositum inueniatur vt per viam reg. iurisdictione etiam contentiosa Episcopi ex eius negligentia ad Archiepiscopum deuoluatur, sequitur non esse in his terminis deuoluendam, quatumuis ipsa per huiusmodi negligentiam offensa sit, sed alio potius remedio ordinatio vtendum erit, vt infra diceretur.

Præterea pro glof. Hostien. & communi non facit tex. cui plurimum innituntur in cap. cum sumus 9. quest. 3. quia responderetur procedere in suo casu, esseque vnum ex illis in quibus in iure expressum specialiter reperitur, vt non obstante regula negatiua, quam supra firmauimus in vers. rursus amplia, num. 9. iurisdictione Episcopi ex sua negligentia deuoluatur ad Archiepiscopum, vt cum Abb. in cap. nullus num. 7. de iure patron. infra late resoluemus, quæ etiam ratione specialiter à prædicta regula negatiua excipitur, & procedit tex. in aubem. de quæstione vers. si verò, & in cap. Romana §. sanè vers. notoria, de censib. lib. 6. & in cap. venerabilis §. sanè, de sentent. excommunic. eod. lib. & in cap. ad reprimendam, de officio Ordin. de quibus late infra agemus: sic etiam procedit Concil. Trident. sess. 13. de reformat. cap. vltim. versic. quod si, prout etiam ex eadem ratione specialitatis procedunt alia iura, in quibus specialiter expressum reperitur, vt de vno ad alium iudicem fiat deuolutio iurisdictionis ex negligentia, vt videre est in cap. significauit, de offic. Ordin. & in cap. quanto, eod. tit. & in cap. ex tenore, & in cap. ex transmissa, & in cap. licet 10. de foro compet. & in Clemen. 1. vers. non igitur, de celebr. Missarum, & in cap. excommunicamus §. volumus, de heret. cum aliis, quæ facile colligi poterunt ex traditis per Host. d. col. 3. in med. & per Gom. in epilogo casuum negligentia post reg. de triennali possessore.

Extra hos autem speciales casus standum est prædictæ nostræ, & Abb. ac aliorum regulæ negatiuæ ex fundamentis de quibus supra. Circa quam tamen aduertere oportet eam solum procedere ad effectum, ne in prima instantia per viam simplicis querelæ possit adiri Archiepiscopus propter negligentiam Episcopi; non verò ad effectum ne ad eum recurri possit per viam appellationis: etenim ad eum ex capite prædictæ negligentia appellari poterit, proindeque ad eum causa deuoluetur, sicque parti per negligentiam Episcopi laesa iustitia per Archiepiscopum diligenter ministrabitur, & constat tum ex generali & ordinatio appellationis remedio à lege omnibus expressè non prohibitis concessio ad reparandum grauamen à iudice iniuste illatum, iuxta tex. in l. 1. ff. de appellat. cum vulgaribus, tum etiam ex iis, que resoluunt Sanch. de Matrim. lib. 3. dist. 28. num. 4. & diximus in prima parte huius tract. tit. 4. de Archiepiscopali præstantia num. 61. cum seqq.

De negligentia Prælatorum in iis, que pertinent ad iurisdictionem voluntariam.

Vidimus supra de Prælatorum negligentia in expediendis iis, que pertinent ad iurisdictionem

Officia de foro Eccles. par. 3. q. 12. a. n. 73.

nem contentiosam, restat nunc ut videamus de illa, quae contrahitur in expediendis iis, quae spectant ad iurisdictionem voluntariam, in qua constituendum est ad illam spectantia, si per negligentiam formalem, siue propriam, siue impropriam omittatur, suppleri multoties per alios, & in hunc finem ad eos saepe deuolui potestatem negligentibus competentem, ut singula singulis referendo constat ex text. in cap. 1. cum seqq. de suppl. neglig. Pralat. & in cap. 2. & in cap. quia diuersitatem, & in cap. cum nostris, & in cap. dilectus, & in cap. postulatistis, de concess. prebend. & in cap. ne pro defectu, de elect. & in cap. postquam 50. dist. & post Ordinarios in praecitatis iuribus obseruant & prosequuntur Syluest. in summ. verb. beneficium 2. n. 6. & 7. & verb. Pralatus n. 4. late Rebuff. in praxi benefic. de deuolutionib. Henric. in summ. lib. 7. cap. 25. a n. 4. in fine, Iacob. de Graff. in aures decisionib. par. 1. lib. 3. cap. 5. num. 132. & num. 146. & par. 2. lib. 3. cap. 15. num. 81. Gutier. canon. quest. lib. 1. cap. 28. Petr. Gregor. synagm. iuris p. 2. lib. 17. cap. 9. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 3. cap. 34. versicul. quares, & late libr. 6. cap. 27.

Intellige tamen hanc deuolutionem inductam ob negligentiam Praelatorum Ecclesiasticorum non procedere ex natura rei, seu aliqua ratione concludenti, siue eam consideremus ut poenalem, prout considerant Doctores post glos. in cap. duobus, de rescript. lib. 6. & in cap. quauquam, de elect. cod. lib. teste Petr. Gregor. dist. cap. 9. num. 27. siue ut principaliter inductam in publicum fauorem ex rationibus, de quibus infra, non inquam deuolutio hac concluditur in prima consideratione, licet enim ratio postulet, ut haec negligentia, utpote culpabilis, non maneat impunita, iuxta reg. text. in l. i. vulneratus ff. ad legem Aquil. & in cap. ut fama, de sentent. excomm. tamen nulla est ratio, quae concludat hac vel illa poena fore puniendam. Rursus nec concluditur in vltima consideratione, potuit enim alia via negligens cogi, ut idemmet a sua negligentia desisteret, & proprio muneri satisfaceret, ac tandem per hoc vtilitati publicae consuleret. Igitur solum restat ut dicamus hanc deuolutionem immediate tribuendam esse voluntari & dispositioni legis Canonicae, quamuis fatendum sit eam pluribus rationibus bonum Ecclesiae concernentibus, immo & ipso legum Ciuiliu exemplo suaderi. De rationibus constat; nam aliter Ecclesiae, aut earum iura diu in suspensio essent Pasto-ribus & Praefectis viduatae; vel absolute, ut quia propter negligentiam prouiso nec fit, nec tam cito, & commodè fieri ab ipso negligente speratur, ut obseruat Erasim. à Cochier de iurisd. Ordin. in exemptis p. 2. quest. 30. num. 2. vel secundum quod, ut ipse dum in expediendis Ecclesiasticis muneribus se negligenter gerit uti inutilis suo muneri, & officio; oportuit igitur secundum suadentem rationem hac via obuiare huic diuturna creationi tanquam nimium periculosa, & animabus subditorum, & Ecclesiae dispendiosa, iuxta text. in c. quam periculosum, de elect. & in cap. 1. & 2. 34. dist. in cap. 1. & 3. 86. dist. Deinde ut obuietur avaritiae Praelatorum, qui alioquin permitterent Ecclesias diutius vacare, ut tandem pro eo tempore eorum fructus colligerent, quos in ipsa earum collatione referuare, & colligere non possent, iuxta re- sponsum Pont. in cap. vnic. vers. omnibus, et Ecclesiastica beneficia. Denique ut eorum negligentia puniatur in eo in quo per eam deliquerunt, iuxta reg. text. in cap. postulatistis, de cleric. excomm. minist. & in cap. litteris, de tempor. ordin. prout ex Doctorum sententia tradit Petr. Gregor. d. n. 27. Et haec satis de ratio-

nibus, quibus praedicta ob negligentiam deuolutio suaderetur.

De exemplo autem legum Ciuiliu patet ex l. 2. §. si mater ff. ad senatuscons. Tertull. cui etiam addi potest ea dominij deuolutio, quae de vno in alium fit per praescriptionem a lege inductam ne rerum dominia essent in incerto, neve tamen lata dominorum negligentia impunita remaneret, contra text. in cap. vigilanti, de praescript. iuncta l. 2. ff. de usucap. Sic etiam nemini licuit inter Ethnicos impunè vineam suam incultam habere, immo Romani nota infamiae afficiebant eum, qui negligenter fundum suum arasset, vel vineam pro derelicto habuisset, vt ex Aul. Gellio lib. 4. cap. 13. referet Petr. Greg. d. cap. 9. n. 26. vbi plura alia exempla adducit.

Cum igitur iuxta praedicta constet hanc potestatis Praelatorum Ecclesiasticorum deuolutionem inductam propter negligentiam, non concludi, & immediate deduci ex natura rei, nec ex alia ratione concludenti, sed immediate procedere ex voluntate, & determinatione iuris Canonici, iam sequitur eam non esse inducendam extra casus ab eodem iure expressos, ut vltra vulgarem regul. de legibus poenali- bus, & odiosis non extendendis traditum à Doctoribus in regul. odia, & in regul. in poenis, de regulis iuris lib. 6. probat expressè dist. cap. 1. de suppl. neglig. Pralat. lib. 6. supra non semel ponderatum.

Vnde colligitur ob negligentiam Praelati in instituendis praesentatis etiam idoneis ius instituendi non deuolui ad proximum superiorem, sed par- tum legitimo tempore praesentantem, iuxta text. in cap. vnic. §. verum, de iurepar. lib. 6. posse interpellare Episcopum pro institutione faciendâ, quamuis illud post praesentationem lapsum fuerit, arg. text. in cap. cum inter 18. de elect. & eo adhuc negligente posse recurrere ad superiorem, qui terminum ad institu- tionem faciendam praesiguit inferiori, arg. text. in cap. ad reprimendam, de offic. Ordin. & in cap. si graue, de prebend. Ratio est, quia licet negligentia Episcopi circa collationem beneficiorum operetur hanc deuolutionem iuxta infra dicenda, expressum tamen non est ut eam operetur, quando solum versatur circa praedictam institutionem, vnde succedit nostra resolutio; quare ita tenent Abb. in cap. 2. num. 12. de concess. preb. Lambert. de iurepar. par. 1. lib. 1. q. 1. art. 20. num. 8. declarat. 2. cum seqq. Petr. Greg. d. cap. 9. num. 45.

Vbi autem à iure praedicta deuolutio expressè inducta reperitur, non semper fit ad proximum superiorem, quasi hic deuolendi ordo praesè dependeat ex natura rei, id est ex ea subordinatione, qua fit de inferioribus ad superiores; licet enim huiusmodi ordinatio per se, & natura rei plures effectus producat, & concludat in materia obedientiae superioribus debita, iuxta illud Pauli ad Hebraeos 13. obedite Praepositis vestris, ex reg. text. in cap. omnis anima, de censib. licet item praedicta subordina- tio concludat superiorem posse compellere inferior- em, ut faciat quod facere tenetur, ut bene considerat Petr. Gregor. dist. num. 45. & post multos variis in locis, Lambertin. dist. an. 20. tamen non concludit praedictum deuolendi ordinem, nec proinde ut proximus superior conficiat quod inferior facere tenebatur, vt in quodam casu ad hanc materiam pertinente, de quo infra ex Ioann. Andr. Cardin. Panorm. in cap. pastoralis, de offic. Ordin. super gloss. 2. referet Nauarr. in cap. placuit, num. 142. de Penitent. dist. 6. & in pluribus aliis casibus tradit post alios Lambertin. vbi proxime; nec id mirum, cum pra-

dicta subordinatio, dum aliud à iure expressum non reperitur, eò solum tendat ut inferiores obtemperent iustis superiorum praecipis, vt constat ex resolutis per citatos Doctores, quapropter ordo praedictae deuolutionis aliunde desumendus est, im- mediate videlicet ab expressa legislatoris voluntate, ita vt secundum eam deuolutio fiat modo ad hunc, modo ad illum, licet superior non sit, prout in iure fuerit expressum, iuxta ea, quae supra diximus, & idè cautè legendus est Erasim. à Cochier de iurisd. Ordinar. in exemptis part. 4. quest. 30. per totam; quo pacto procedit multiplex, & diuersus deuolendi ordo, quem Ius Canonicum in hac materia praescripsit, vt ex infra dictis, quatenus spectet ad Episcopos, sigil- latim apparebit.

Primo igitur ex hucusque dictis infertur intelle- ctus ad text. in cap. 1. de suppl. neglig. Pralat. in Decretal. dum inquit quòd si Episcopus diocesanus legiti- me requisitus negligat benedicere Cisterciensem Abbatem, ipse Abbas poterit monachos proprios benedicere, & caetera ad Abbatis iam benedicti offi- cium spectantia exercere, quasi propter huiusmodi negligentiam potestas benedicendi Episcopo iure communi competens deuoluatur in totum ad ius ipsum Canonicum, & ab hoc censetur obtenta illa benedictio per Abbatem neglectum, vt in effectu post Innoc. & Host. sentiunt ibidem Ioan. Andr. n. 4. Butr. n. 11. Panorm. à num. 2. & alij communiter, idem ex rationis identitate resoluentes in confirmatione per negligentiam ab Episcopo legitime requisito nõ exhibita Abbati electo, quasi hic tanquam ab ipsa lege Canonica confirmatus possit omnia in tempo- ralibus ad iuris correctionem pertinentibus gerere, quae solum post confirmationem, non autem ante illam geri possunt, iuxta text. in cap. non, & in cap. transmissam, de elect. quod tamen vltimum non probamus, cum hic modus deuoluendae & supplendae potestatis Episcopalis, quoad huiusmodi confirma- tionis articulum non exprimitur à iure prout ex- primi necesse erat, vt induci possit, iuxta supra reso- luta.

Secundo infertur resolutio illius quæst. an scilicet Episcopo negligente praesare abolitionem ab excommunicatione à se lata in eum, qui ex iusta causa petiit absolui, potestas absoluedi ad Archiepi- scopum deuoluatur ex capite praedictae negligentiae Pro cuius solutione praemittendum est iustitiam causae ob quam petitur huiusmodi absolutio, dupli- citer contingere posse; primo quando excommuni- catus contendi, & coram eodem excommunicatore allegat eandem excommunicationem esse iniustam, proindeque humiliter petit eius reuocationem, & abolitionem; secundò quando ipse licet fateatur iustam fuisse praedictam excommunicationem, tamè coram eodem se praesentat emendatum, & parere paratum.

In terminis primi casus resoluendum est, hanc ab- soluedi potestatem multiplici quidem via posse ad Episcopum deuolui, sed ad nullam ex illis excepta vna, de qua infra, necessarium est considerare praedi- ctam negligentiam quasi eidem tribuenda sit huius- modi deuolutio, nam absque alicuius negligentiae respectu potest illa fieri; & primo per remedium ap- pellationis vbi excommunicatio in fauorem alterius colligantis, videlicet pro offensa ei facta, vel pro debite non soluto lata fuit, iuxta text. in cap. venera- bilibus in princ. de sent. excomm. lib. 6. tum etiam, quia Archiepiscopus ad quem appellatum est, poterit de- rigere si dubitetur, an iusta, vel iniusta fuerit excom- municatio, ab eadem absoluere, nisi ex honestate

velit ad excommunicatorem remittere excommu- nicatum absoluedum, vt in eodem text. in §. sane, vers. quod si, & in cap. per tuas, vers. nisi, de sentent. ex- comm. & in cap. ad reprimendam, vers. tu vero, de officio Ordin. iuxta intellectum Innoc. qui in d. cap. per tuas, num. 4. credit ibi actum fuisse per viam appellationis. Secundo praedicta deuolutio absque respectu ali- cuius negligentiae fieri potest per remedium sumpli- cis etiam querela, vbi causa iniustae excommuni- cationis non versatur inter subditos Episcopi sus- taganeae, sed potius inter ipsum suffraganeum, & suum subditum, iuxta reg. text. in cap. 1. 99. dist. & in cap. per singulas 9. quest. 3. & in cap. si clericus 1. 1. quest. 1. & text. in specie in dist. cap. venerabilibus, in princ. vers. sed si, & in d. cap. ad reprimendam, vers. tu vero, iuxta vnum intellectum, quem plurimum adiuuant illa verba eiusdem text. ibi, eidem Episcopo satisfaciat competenter, dum per ea satis demonstratur cau- sam iniustae excommunicationis versari ibi inter ipsum subditum, & Episcopum; quod idem erit etiam huiusmodi causa versetur inter ipsos subdi- tos, dummodo tamen excommunicatus contra suum Episcopum ex tali iniustitia praetendat interesse, iuxta d. cap. venerabilibus, in princ. vers. sed si, & text. qui sic intelligitur in cap. sacro 48. vers. caueat, de sentent. excomm. iuncto vers. caueatque, ibi, excommunicator con- demnetur ad interesse excommunicato, quibus verbis satis ostenditur in eo text. contra Episcopum excommu- nicatorem actum fuisse ad interesse, cum aliter non posset super eo ferri sententia condemnatoria, iuxta reg. text. in l. vt fundus, ff. communi dividundo, cum vulgaribus; atque ita multiplici via potestas absoluedi deuolui poterit ad superiorem Archie- piscopum, sed non ex capite negligentiae, vt supra diximus, quippe quod etiam ante vllam Episcopi excommunicationem negligentiam in absoluteione impendenda potest excommunicatus eam ab Ar- chiepiscopo postulare, interposita contra Episco- pum vel appellatione, vel sumplici querela, iuxta supra dicta.

Via igitur per quam in terminis praedicti primi casus potestas absoluedi ad Archiepiscopum deuoluetur ex solo capite negligentiae, tunc continger, quando post interpositam dictam appellationem, seu querelam apparuerit prima facie ex tenore pro- cessus excommunicationem fuisse iuste prolatam, & ob hanc causam Archiepiscopus excommunicatum absoluedum ad excommunicatorem remiserit, prout (nisi periculum sit in mora) tenetur aded remittere, vt antea non possit eum absoluere, ne aliter excom- municatori fiat iniuria manifesta, prout fieret si eo nouo requisito per alium in talibus terminis absol- ueretur, vt constat ex dist. cap. venerabilibus, §. sane in princ. & ex dist. cap. sacro, ibi, qui si absque periculo mo- re, &c. iuncta reg. text. in cap. seruetur 11. quest. 3. Facta igitur huiusmodi remissione si contingat excommu- nicatorem requisitum ab excommunicato absol- uitionem illi per malitiosam negligentiam non exhibere, tunc ad Archiepiscopum absoluedi potestas deuoluetur, vt constat ex dist. §. sane, ibi, nisi excom- municator requisitus malitiose illi absoluitiois beneficium denegat exhibere, intelligendo haec verba non tantum de denegatione qua verbis, sed de illa etiam qua factis, puta per praedictam negligentiam explicatur, prout intelligi necesse est, quia aliter illuloria ma- neret eorum dispositio, cum facile absolutio, qua verbis non denegatur, posset factis exhibitione eius negligendo denegari, & iniuste retardari contra in- tentionem eiusdem text. & in his terminis verum cur dicere hanc deuolutionem fieri immediate ex

capite negligentia formalis, quippe quod si hac non daretur, non posset in his terminis pro huiusmodi absolutione ad Archiepiscopum recurri vlla alia via, sed solum ad ipsum Episcopum excommunicatorem, vt patet ex d. §. sane.

24 Quod attinet verò ad secundum casum, dicendum est in eius terminis potestatem absolventi nullatenus deuolui ad Archiepiscopum ex sola negligentia Episcopi excommunicatoris, ita vt per simplicem querelam ille adiri possit pro huiusmodi absolutione impetranda, cum enim deuolutio hæc non reperitur in Iure expressa, succedunt supra resoluta num. 18. Restat igitur, vt in hoc casu locus tantum sit appellacionis remedio, iuxta ea, quæ de licentia ad assistendum matrimonio per negligentiam à proprio Prælo non exhibita dicit Sanch. de matrim.

25 lib. 3. disp. 28. num. 4. † Interposita autem huiusmodi appellacione, & per eam delata causa ad Archiepiscopum, ipse poterit, & debabit statim absoluerè excommunicatum cautione recepta quod ipse præbit excommunicatoris mandato circa ea propter quæ fuit ab eo iniuste excommunicatus, vt efficaciter colligitur ex text. in terminis excommunicationis etiam iniuste loquuto, in cap. per tuas 40. de sentent. excommunicat. & in c. venerabilibus, §. porro, eod. tit. in 6. quod ampliatur vt Archiepiscopus non teneatur in hoc casu excommunicatum remittere ad excommunicatorem pro huiusmodi absolutione impendenda, sic limitata decisione text. in d. §. sane, quia scilicet (vt ex eodem textu constat) remittendi necessitas, & absoluedi prohibitio de qua ibi, omnino cessat, vbi excommunicator requisitus malitiose illi absolutionis beneficium denegat exhibere, hæc autem malitiosa denegatio datur in hoc casu supposita prædicta negligentia excommunicatoris pro huiusmodi absolutione requisiti, iuxta supradicta in vers. precedenti.

26 Tertio infertur intellectus ad cap. significauit, de officio Ordinar. dum probat stante negligentia Iudicis delegati à Papa circa processum causæ, quæ super incestuosa quorundam coniunctione vertebatur, posse Ordinarium, qui eos ob eam causam infamatos excommunicauerat in pristinam excommunicationis sententiam reuocare, quantumuis ab ea fuerint per eundem delegatum absoluti, vt scilicet procedat specialiter, cum in eo expressum sit, vt ad prædictum effectum ex negligentia talis delegati fiat ad ipsum Ordinarium deuolutio potestatis, quæ soli delegato, non vero Ordinario competeat in eam causam, supposita Summi Pontificis delegatione, & ad hoc ad eandem causam per eam delegationem, vt pote ex certa scientia factam inducta iuxta reg. text. in cap. pastoralis, §. præterea, ibi, iurisdictionem priorum Iudicum reuocare, de offic. deleg. iuncta reg. text. in cap. vt nostrum, de appellat. resoluunt Host. Henric. Abb. n. 2. & omnes in dict. cap. significauit, & post Vincent. Rip. Staphil. & alios tradit Couar. præd. cap. 9. num. 14. in fine. Intellige prædictam deuolutionem, de qua in dict. cap. significauit, solum habere locum ad effectum repetendæ excommunicationis, de qua ibi, non vero ad effectum vt huiusmodi Ordinarius ad definitiuam vsque sententiam in causa procedere possit, vt denotare videntur verba eiusdem text. ibi, quæcunq; causa, &c. & obseruant gloss. vlt. Innoc. & Doctores communiter, vt per Abbat. ibidem n. 5.

27 Quarto infertur intellectus ad text. in cap. nullus, de iurepatron. dum probat Episcopo negligente concedere iuste petitum consensum ad decimas & Ecclesias in proprietatem, hoc est, ad redditus, & prouentus temporales à laico retentos, iuxta text. in c.

exirpanda in princip. de prebend. religioso etiam loco per eundem laicum donandos requisitum, iuxta terminos text. in cap. illud, de iurepatron. ad Romanum Pontif. pro eo consensu præstandum recurrendum esse, vt procedat ex eo, quia sic in eo text. expressum est, vt in his terminis ex Episcopi negligentia potestas præstandi huiusmodi consensum auferatur ab eo, & ad Romanum Pont. deuoluatur, vt per eum suppleatur.

28 Amplia primò huiusmodi potestatem aded ad Romanum Pont. deuolui, vt ille solus, non autem Archiepiscopus possit ea vtij, & prædictam Episcopi negligentiam supplere consensu ab eo iniuste non exhibito; cum enim in Iure non inueniatur expressum, vt in hoc casu ad Archiepiscopum hæc potestas deuoluatur, immo oppositum efficaciter colligatur, ex d. cap. nullus, succedunt supra resoluta; & ita ex hoc fundamento hæc sententiam tenent Panorm. ibi num. 3. post Card. & Ioan. Andr. ibidem, quos sequitur Roch. de iurepatron. verb. pro eo quod, num. 16. Paul. de Citadinis in simili tract. part. 9. num. 10. in fine, Lambert. in eod. tract. part. 2. lib. 1. quest. 1. art. 20. num. 8. cum seqq.

29 Quamuis contrarium tenuerit Calderin. relatus à Panorm. vbi proxime num. 2. Palat. in repet. rub. de donation. inter virum & vxor. §. 2. 2. num. 4. & quoad speciem text. in d. cap. nullus, sequitur post alios Cald. Pereira de eximiet. emp. h. cap. 1. 1. num. 28. in fine, licet ibidem num. 29. hoc non admitat in ea quæstione an consensus directi domini ex ipsius negligentia in alienatione emphyteusis non exhibitus suppleri possit per Præsidentem, & in eum potestas consentiendi ad huiusmodi officium deuoluatur. Nec pro Calderin. & sequacibus facit text. in cap. cum sumus, vers. similiter 9. quest. 3. quia cum Panorm. & alijs post eum relatis responderetur procedere tantum in suo casu, videlicet, vbi negligentia Episcopi versatur circa Constitutionem economi, de quo ibi: hoc itaque casu ad Archiepiscopum prædicta potestas constituendi deuolueret, quia sic expressum est in eo text. non tamen inde poterit argui ad alios casus non expressos, proindeque nec ad eum, de quo agimus in terminis text. in d. cap. nullus. Sic etiam pro sententia Calderini non facit text. (cui multum innititur Palat. vbi proxime) in cap. 2. de transact. † dum probat, compositionem super decimis faciendam esse de consensu Episcopi, vel Archiepiscopi, quali (vt Palat. inducit) Archiepiscopus pro huiusmodi consensu ad eundem sit, vbi Episcopus iniuste neglexerit consentire; responderit enim facillime cum altero ex antiquis præceptoribus verba huius text. id non probare, quippe quod intelligenda solum respectiue, scilicet quoad Episcopum respectu sui Episcopatus, & ad Archiepiscopum respectu sui Archiepiscopatus, pertinet facultas consentiendi in prædicta decimarum compositione, quando ea alioquin licite fieri potest, iuxta ea quæ ad illius textus, & similibus explicationem latè post alios tradit Suar. de relig. tom. 1. tract. 3. lib. 4. cap. 51. num. 16. cum seqq.

31 Amplia secundo supra positam illationem, vt procedat non solum in actibus in quibus Episcopi consensus requiritur per modum auctoritatis ad eos solemnizandos, & formandos, vt in specie text. in dict. cap. nullus, sed etiam in illis, in quibus huiusmodi consensus non ita exhibendus desideratur, sed solum ad colligendam eius voluntatem, & licentiam ne aliter absque ea videatur iure aliquo sibi competente priuari, contra reg. id quod nostrum, ff. de reg. iur. prout videre est in casu in quo clericus, nec ex causa

causa studij potest à sua Ecclesia abesse absque licentia Episcopi, iuxta text. in cap. relatum, de cleric. non resid. & in casu in quo absque illa nullus potest Ecclesiam construere, iuxta text. in cap. nemo, de consecrat. dist. 1. nec in ea iurpatronatus acquirere, iuxta text. in cap. nobis, de iurepatron. & in casu in quo abli que eadem licentia nullus potest ab alieno Episcopo Ordines suscipere, iuxta text. in cap. cum alijs, ibidem 9. quest. 2. & in cap. 1. cum seqq. de tempor. ordinat. lib. 6. & Concil. Trident. sess. 14. de reformat. cap. 2. & sess. 23. etiam de reformat. cap. 8. & alibi. In his etiam, & alijs similibus casibus, quos ad ordandam decisionem text. in d. cap. nullus, congerit Lambert. in d. art. 20. & alij, vt per Roch. verb. pro eo quod num. 13. resoluere pro obtinenda Episcopi licentia iuste perita, & ab eo per iniustam negligentiam non exhibita, non posse per viam simplicis querelæ recurri ad alium, quam ad ipsum Romanum Pontificem, cum aliud in iure non reperitur expressum, vt bene post Abb. & alios plures resoluunt Roch. d. verb. pro eo quod, num. 16. & Lambert. d. art. 20. num. 8. cum seqq.

32 Quamuis contrarium absque bono fundamento tenuerit vnus ex antiquis præceptoribus Conimbricensis Academiae in scholis ad d. cap. nullus, credens distinguendum esse inter prædictos duos modos requirendi consensum Episcopalem, quasi in primo procedat nostra resolutio, proindeque prædictum consensum requisitum, scilicet per modum auctoritatis solus Romanus Pontif. supplere possit, ex eo quia is solum, & non Archiepiscopus, nec alius Romano Pontif. inferior, ex reg. text. in cap. propositus, de concess. prebend. potest supplere Iuris defectus huiusmodi, & actum solemnitates necessarias, prout prædictus consensus, & auctoritas, qui vt talis debuit ad validitatem prædictæ donationis alijs non valitur, necessarii concurrere, iuxta text. in l. obit-gari, §. tutor, ff. de auctor. tutorum, & in cap. pen. iuncta gloss. verb. mandantibus, de re iudic. lib. 6. art. 2. in posteriori modo à cellante huiusmodi ratione dicendum est, licentiam ab Episcopo ex negligentia nostri exhibitam posse per Archiepiscopum suppleri. Hæc itaque distinctio quoad secundam vicem admittenda non est, aduertere namque debuisset colendissimus præceptor, quod vt ad Archiepiscopum deuoluatur prædicta potestas ad supplendam Episcopi negligentiam, non satis est quod agatur de supplenda tali re, quæ cadere possit sub potestate Archiepiscopi, sed ulterius requiritur quod talis deuolutio reperitur in Iure expressa, iuxta ea quæ diximus sup. num. 18. Vnde in omnibus speciebus, in quibus illa non reperitur expressa, prout non reperitur in illis, quas supra ex Lambertin. retulimus, concluditur eam non esse admittendam, proindeque in illis non posse Archiepiscopum supplere Episcopi negligentiam in præstandis prædictis licentijs, iuxta hanc secundam ampliacionem, prout etiam non potest eam supplere, sed solum compellere Episcopum iniuste negligentem concedere dispensacionem ab illo ex iusta causa per officium Iudicis petitam, vt bene resoluunt Lambert. d. num. 8. post gloss. ad hos terminos reducendam verb. cause, in fine, in cap. exigente 1. quest. 7.

33 Amplia tertio, supradictam secundam illationem procedere, etiam si agatur de consensu ad prædictam donationem iuste petito, & per negligentiam non exhibito ab eo, qui fuerit inferior Episcopo, & cui eum consensum exhibere spectabat ratione verbi gratia, iuris quasi Episcopalis: adhuc enim ad solum Romanum Pontif. & non ad alium ipsi inferiorem

perititbit supplere, & præstare eundem consensum, ex ea ratione, quia oppositum non reperitur expressum, vnde succedunt illa, quæ resoluimus supra n. 16. cum seqq.

34 Contrarium verò in his terminis tenet Lambert. d. art. 20. num. 22. existimans in illis posse Episcopum præstare huiusmodi consensum; primò, quia ipse respectu omnium sibi inferiorum Prælatorum habet intentionem fundatam ad iurisdictionem in eos exercendam, sicut in cæteros omnes in eiusdem diocesi existentes, iuxta text. in cap. ornes Basilica 16. quest. 7. Secundo, quia res de facili reuertitur ad suam naturam, iuxta text. in cap. ab exordio, 35. dist. cum vulgaribus. Recenta tamen nostra ampliacione non obstant Lambertini fundamenta, nam ad primum respondet potest, non habere locum, vbi constitit Prælatum inferiorem, ex speciali titulo priuatiuè habere iura Episcopalia, & per consequens potestatem præstandi prædictum consensum; tunc enim eius respectu cessabit Ordinaria Episcopi iurisdictione, iuxta text. in cap. auditis, cum alijs ibidem, de prescript. & consequenter illa tam propria fiet ipsius inferioris Prælati, quantumuis in Episcopali diocesi existentis, vt ad instar cæterorum eius bonorum non possit absque ipsius consensu ab eodem auferri, etiam si in eius exercitio negligens fuerit, nisi in casibus à Iure expressis, iuxta reg. id quod nostrum, ff. de reg. iur., ex quo consequitur respõsio ad vltimum fundamentum, neque enim regressus ad pristinam naturam admitti potest, vbi adhuc durat primus ab ea discessus, vt in nostris terminis.

35 Limita iam primò prædictam illationem sic: explicatam, & desumptam ex d. cap. nullus, vt procedat solum quoad effectum ne Archiepiscopus quidem, sed solus Romanus Pontif. possit præstare prædictum consensum ab Episcopo per negligentiam non exhibitum, non vero procedat ad effectum compellendi Episcopum, vt consentiat prædictæ donationi, hæc enim compellendi facultas competit etiam Archiepiscopo; ita ut is pro compellendo Episcopo adiri possit quin Romanus Pontif. adæatur. Cum enim Archiepiscopus sit Ordinarius superior Episcopi, iuxta text. in cap. pastoralis, de offic. Ordinar. nil mirum si eum sic iniuste negligentè compellere possit; quare ita tenent Ioan. Andr. Card. Panorm. citatis locis, & alij communiter, vt per Roch. d. verb. pro eo quod, num. 15. Paul. de Citadin. d. part. 9. num. 10. Lambert. d. num. 8. cum seqq. Quicquid oppositum tenuerit Host. relatus à Panorm. in d. cap. nullus, licet enim de solo Romano Pontif. mentionem faciat, id tamen procedit solum respectu supplendi consensum ab Episcopo per negligentiam non exhibitum, vt idem text. habet, non vero respectu prædictæ compulsionis, hæc enim, tanquam casibus ab eodem text. ommissis, regulanda est iuxta regulam ordinariam, textus in d. cap. pastoralis, vt docet illa alia reg. text. in l. commodissime, ff. de liberis, & posthum. & ita in effectu respondent, & prædictam decisionem text. in d. cap. nullus, intelligunt supra citati Doctores, & alij communiter, vt per Lambert. d. art. 20. num. 9. & quidem bene, quicquid ipse ibidem aliter respondeat intelligens ided in eo text. solius Romani Pontificis mentionem fieri, quia eius decisio dirigeatur in Episcopum Adonensem, qui eum solum, & non alium superiorem recognoscebat; aduertere namque debuisset Lambertin. (prout nos modo aduertimus lapsi aliquando) verba eiusdem text. generalia esse ad quemlibet Episcopum, vt patet ibi, si quis Episcopus, &c. Secundo

Secundo quod etiam si daremus cum ipso Episcopo Adonensi particularibus verbis ad eum destinatis Romanum Pont. loquutum fuisse in eorum text. tamen postquam is ad corpus Iuris Canonici redactus fuit, communis a Gregorio I. X. iam non ut epistola priuata ad priuatum, sed ut lex generalis ad omnes censendus est.

36 Limita secundo, vt procedat solum ad effectum ne per viam simplicis querelae negotiorum ita deuoluatur ad Archiepiscopum, vt ipse possit prestare predictum consensum, non vero procedat vbi actum fuerit remedio appellationis, & super ea plene pronunciatum contra Episcopum sententia transeunte in rem iudicatam: nam tunc ipse Archiepiscopus prestare poterit huiusmodi consensum, & Episcopi negligentia in eo prestando supplere, quasi in his terminis ex natura appellationis suspendente, & deuolvente, iuxta reg. text. in cap. pastoralis, §. verum, & in cap. ut debitas, cum aliis ibidem, de appellat. & in cap. Romana, §. si vero, & in cap. cum appellationibus, & in cap. non solum, eod. tit. in 6. & que post alios prosequitur Rebuff. in concord. tit. de finolis appellat. in princ. & tom. 3. ad leges Gallic. tit. de appellat. art. vlt. gloss. unica num. 2. r. Duñ. reg. 42. Couarr. pract. cap. 23. num. 1. ad eundem Archiepiscopum sit declarata potestas negligentis Episcopi, & in illum transfusa, vt in terminis licentia, vt alienus Sacerdos assistat matrimonio concedenda ab Episcopo, qui iniuste negligit eam concedere, post Spin. Segur. & Fr. Emman. bene resoluit Sanch. de matrim. lib. 3. disp. 28. num. 4. quorum tamen resolutio ita caute accipienda est, vt intelligatur negligentiam Episcopi in his terminis præbere quidem insufficientem causam ad iustificandam predictam appellationem, itaque ea probata coram Archiepiscopo sit ab eo pronuntiandum contra Episcopum negligentem, & post huiusmodi pronuntiationem sit in eius defectum predicta licentia per Archiepiscopum concedenda, non vero eidem præbere ius deuolutionis ante predictam pronuntiationem, cum hoc in Iure expressum non sit iuxta supra resoluta; nam deuolutio Iuris ad Archiepiscopum, vbi locum habet, operatur vt ad eum, tanquam ad immediatum Ordinarium recurrere possit per viam simplicis querelae, quod tamen secus est, vbi non ex Iure deuolutio, sed mediante remedio appellationis Archiepiscopus adsumus est, vt constat ex text. in cap. 1. in princ. de foro compet. lib. 6. & in cap. venerabilibus, in princ. vers. neutra, de sentent. excomm. eod. lib. & in cap. 1. de officio Legati, post alios prosequitur Couarr. pract. cap. 9. num. 2. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 34. quæst. 10. Quæ resolutio summe notanda est, non solum ad speciem text. in d. cap. nullus, sed ad omnes alias, quarum meminimus supra in vers. amplius secundo, num. 31.

REGVLA PRIMA

De negligentia Prælatorum Ecclesiasticorum circa beneficiorum provisionem.

37 Iusta Prælati negligentia circa provisionem beneficiorum non conuincitur, nisi per lapsum certi temporis. Constat hæc reg. ex text. in cap. 2. cum seqq. de suppl. neglig. Prælat. & in Clem. unica, eod. tit. & in cap. 2. & in cap. quia diuersitatem, cum aliis ibidem de concess. præbend. & in cap. ne pro defectu, de elect. cum multis aliis Azor. instit. moral. part. 2. lib. 6. cap. 27. Nicol. Garc. de benef. p. 10. c. 3. n. 1.

38 Dixi, nisi per lapsum certi temporis, quia hoc tempus non semper est idem, sed modo breuius, modo

longius, videlicet pro diuersitate casuum, & Canonicarum dispositionum, nam in maiotibus dignitatibus, vt Archiepiscopalis, & Episcopalis, & Abbatibus Regularium Ecclesiarum prouidendis negligentia eorum, quibus hæc prouisio incumbit, conuincitur per lapsum trium mensium, vt colligitur ex text. in dict. cap. ne pro defectu, & in cap. postquam 50. dist. sic antiquata decisione text. in cap. dilectus, de concess. præbend. vt obseruat gloss. vlt. & omnes ibi, & in d. cap. 2. vbi gloss. 4. huic similis verb. deuoluatur vers. scias tamen in cap. quamquam, de elect. lib. 6. vbi omnes notant, Nicol. Garc. d. p. 10. c. 2. n. 3. & 4.

39 In aliis vero inferioribus dignitatibus, & beneficiis conuincitur negligentia illa prouidere debentium per lapsum sex mensium, siue per electionem, siue per collationem prouisio eorum sit expedienda, vt constat ex Concil. Lateranen. IV. sub Alex. III. de quo in cap. 2. de concess. præb. & ex text. in cap. cum nostris, & in cap. dilectus, & in cap. postulatibus, & in dict. cap. quia diuersitatem, eod. tit. & in cap. sicut, cum aliis ibidem, de suppl. neglig. Prælat. & in Clem. unica, eod. tit. docent Cuch. instit. maior. lib. 4. tit. 1. num. 168, Nicol. Garc. d. part. 10. cap. 2. num. 5. cum seqq.

40 Præterea ad conuincendam etiam patronorum negligentiam in presentationibus ad beneficia faciendis, præfinitum laicis est tempus quadrimestre, Ecclesiasticis autem semestre, iuxta text. in cap. vnic. de iure patron. lib. 6. atque ita in his, & aliis collationibus, de quibus supra post Ordinarios in dictis iuribus obseruant Rebuff. in praxi, tit. de deuolution. num. 3. & 4. Petr. Greg. synagm. Iuris part. 2. lib. 17. cap. 9. num. 22. Gutier. canon. quæst. lib. 1. cap. 28. Perez l. 1. tit. 3. lib. 1. Ordin. pag. 59. Io. Aloyf. Ricc. in collect. decis. part. 1. collect. 119. Azor. d. lib. 6. cap. 27. quæst. 2. Cardos. in praxi iudicium, & aduocat. verb. in patronatus, num. 15. & 16. Menoch. de arbit. casu 572. num. 5. Nicol. Garc. de benef. part. 5. cap. 9. num. 209. cum seqq. & dixi supra hac part. 3. alleg. 72. a num. 126.

41 Cur autem semestre tempus potius, quam aliud ad prouidendum in beneficiis inferioribus concessum fuerit Ordinariis collatoribus, consule Petr. Gregor. d. cap. 9. num. 28. & 29. vbi id tribuendum credit voluntati Lateranensis Concilij, mota tamen ex pluribus vtriusque Iuris exemplis, & negotiis, in quibus ad negligentiam conuincendam præscripti sunt sex mentes, vt videre est in absentia clericorum, iuxta text. in cap. ex tua, de cleric. non resid. & ædilitio edicto, iuxta text. in l. cum sex. ff. de adilit. edict. & in dilationibus, iuxta text. in l. C. de dilationib. & in appellationibus, iuxta text. in l. sancimus, C. de appellation. cum aliis similibus, vt per Menoch. d. casu 572. num. 5. cum seqq.

42 Declara. huiusmodi tempus ad conuincendam eligentium, seu collatorum negligentiam præfixum non computari, nisi à die notitiæ vacationis, vt constat ex text. in d. cap. quia diuersitatem, in fine, & in cap. licet, de supplenda neglig. Prælat. & patet ex ea ratione, quia cum huiusmodi tempus, iuxta modo dicta præscriptum sit ad conuincendam, & cohibendam culpabilem Prælatorum negligentiam, hæc autem talis esse nequeat stante eorum probabilis ignorantia, vt potest quia hæc stante, deficit voluntas, quæ ad inducendam culpam requiritur, iuxta reg. text. in cap. cum voluntate, de sentent. excomm. & in cap. 2. in princ. iuncto fine, ibi, ignorantes, de constitut. prosequitur post alios latè Couarr. in cap. alma mater, part. 1. §. 10. num. 12. consequitur huiusmodi tempus à solo die notitiæ vacationis esse computandum; vnde merito hanc declarationem post Ordinarios in d. cap. quia diuersitatem, & in dict. cap. 2. obseruant Rebuff. vbi sup.

sup. n. 10. & in concord. tit. de nominat. Regia §. 1. in gloss. verb. intra sex menses in princ. Petr. Greg. d. c. 9. n. 30. & 31. Greg. Lopez l. 8. verb. supresse tit. 16. p. 1. Cald. Pereira de renouat. emphyt. g. 5. n. 25. Azor. d. lib. 6. c. 26. g. 10. Zerol. in praxi Episc. p. 1. verb. in patronatus, §. 8. dub. 1. Flores de Mena var. lib. 1. g. 3. n. 6. Mantic. decis. 270. n. 3. & decis. 158. n. 1. & alij plures, quos refert Nic. Garc. d. p. 10. c. 2. n. 15. Rot. [decis. 309. p. 1. recuss. in posthum.] decis. 173. n. 1. apud Fatim. p. 2. recet. vbi post Mohedan, decis. 4. n. 1. & seq. de probation. etiam fuit dictum probationem scientiæ debere esse veram, & concludentem, vt præsumptua non sufficiat, quod etiã habetur dec. 186. n. 2. p. 2. recent. Mant. dec. 271. n. 4.

43 Huic tamen declarationi obstat videtur text. in cap. 3. de præbend. lib. 6. dum probat tempus à lege datum Romano Pont. ad conferenda beneficia, quæ licet ad Ordinarium collationem spectent, tamen in Romana Curia vacarunt, continuum esse, & ita currere à die vacationis. Deinde obstat videtur, quia o mne tempus à lege vel ab homine præfinitum in duobus, dum aliud non appareret, intelligitur continuum, iuxta text. in l. nunquam §. 1. ff. de usufruct. & post gloss. celebrem ad rub. ff. de diuers. & tempor. præscript. & Doctores in cap. vnic. per text. ibi de iura & honest. cleric. lib. 6. resoluit Anton. Gom. var. tom. 3. cap. 1. num. 3. hinc contra alios deducens tempus certum pro quo aliquis ad carcerem, verbis gratia, condemnatur, continuum esse debere, & proinde non sufficere interpolatum, & consequenter contra eosdem sentiens idem in Doctore, cui certum aliquod priuilegium concessum sit, si per aliquod tempus legitur fore resoluendum, nisi statuto suo vniuersitatis, prout Salmanticensis, captum fuerit, vt non interpolaretur per iustam absentiam, vel infirmitatem, & in nostra celebri Conimbricensi Academia, vt habetur in eius statuti lib. 3. tit. 22. §. 1. tempus infirmitatis non discontinuat vicennium ad iubilationem, & ad eius priuilegia præfinitum; extra hos terminos optima ratione procedunt prædicta Gomezij resolutiones, quippe quod ex differentia gloss. verb. continuu in Clem. 1. de integritate restitut. receptæ conuincit ex Doctores ibi, vt per Menoch. remod. 35. recuper. n. 115. Cuiac. lib. 1. obseru. 18. licet tempus vitæ non diebus feriatibus, nec absentibus, nec impeditis currat, currit tamen, atque omnem interpolationem excludit tempus, quod fuerit continuu prout esse debet in dubio dū aliud legitime non constitit iuxta supra dicta, & post Baptis. in praxi §. 12. in princ. c. 1. pertransit tanquam indubitatum, Cald. Pereira in l. si curatorem, verb. infra legitimum n. 3. C. de integ. restit. refert conuincit receptum Salzed. ad Bern. in pract. c. 68. lit. A. Mynsing. cont. 3. obseru. 59. n. 4. & in casu frequentissimo notat Nau. cons. 37. n. 2. de Regul. quod cū ita sit, videtur dubia prædicta secunda declaratio.

44 Quapropter pro pleniori explicatione & solutione harum difficultatum aduertendum est, dupliciter quoad nostrum intentum contingere posse quod tempus à lege præfinitum, vel enim præfinitum potest in odium eius, cui præfinitur, & intra tale tempus ita iubetur facere, vt alter eo elapso, aut lucrū amittat, vt in auct. hoc amplius, C. de fideicom. aut damnium censetur, vt in dict. c. quia diuersitatem, vel rursus præfinitum potest in fauorem, aut odium non eius, qui facere debet, sed alterius, vt in dict. cap. 3. vbi in fauorem Ecclesiarum ne diu vacarent, & Ordinarium, vt ita citius suam conferendis potestatem reassumerent, & res ad pristinam causam rediret, non autem in odium Summi Pontif. tempus vnius tantum mensis ipsi fuit ad prouidendum in prædictis beneficiis assignatum, vt bene ibidem obseruat gloss. verb. numerandum post princip. & alij ibidem. Inter vtrumque Barbos. de Episcopo. Pars III.

modum illud est discrimen, nam in primo tempus non currit, nisi à tempore notitiæ, proindeque non currit probabiliter ignorantia propter rationem supra positam num. 42. & in his terminis tempus non currit continuum, cum supposita prædicta ratione non sumus in dubio, immo appareat intentio legis volentis, vt tempus sit vitale, nec proinde ad huiusmodi terminos pertinere possunt resolutiones relatæ ex Gomezio dict. num. 3. In posteriori vero modo tempus contra ignorantem currit à die, verbis gratia, vacationis; ratio est, quia cum in his terminis non agatur de odio, sed fauore eiusdem ignorantis ne ipsi præiudicium aliquod inferatur, nihil est quod eius scientia & negligentia expectetur, sed illud solum ex quo liberius sequitur alterius fauor principaliter intentus, ac proinde solius vacationis dies attendetur, & exinde tempus computetur, iuxta text. in d. c. 3. quem sic eleganter intelligit gl. d. verb. numerandum recepta per Abb. in repet. c. cum esses n. 34. de testament. & per Rebuff. in concord. tit. de nominat. Regia §. 1. in gloss. verb. à die vacationis, & dict. tit. de deuolut. num. 15. & per Tiraq. de retractu lig. §. 35. gloss. 4. num. 26.

45 Cum ergo tempus huiusmodi, vt supra præfixu ad prouidenda beneficia detur in odium negligentium, vt innuit Nic. Garc. d. p. 10. c. 2. n. 16. idè vbi primum Prælati sciuerit Ecclesiam vacasse, statim incipiet currere tempus ad sui negligentiam in prouidendo conuincendam statutum, vt aperte deducitur ex d. quia diuersitatem, & ex d. c. licet. Quorum decisiones ampliantur procedere non solum vbi Prælati prædictam vacationem actualiter sciuerit, sed etiam vbi eam scire debuerit, vt quia adhibita ea diligentia quæ eius professio postulauerit, scire poterit prædictam vacationem: nam licet à parte rei eam ignoret, tamè si eam scire debuit non excusabitur, cum huiusmodi ignorantia sit crassa, & ita ab eo tempore computabitur tempus quod sibi ad beneficium conferendum assignatum est, vt bene resoluit post alios Rebuff. d. tit. de deuolut. n. 10. Petr. Greg. d. n. 31. in fin. Rot. decis. 323. n. 2. p. 2. recent. & apud Nic. Garc. d. p. 10. c. 2. n. 29.

46 Vnde fit quod si vacatio sit de facto insimul, & de iure, vt aiunt, veluti quia contingit morte beneficiarij, tunc vt tempus ad prouidendum currat Episcopo, non expectabitur eius actualis, & vera notitia, quia in his terminis eius ignorantia crassa est & supina, ac proinde non excusat, iuxta ea, quæ resoluit Zerol. d. verb. in patronatus, §. 8. dub. 2. Gom. in c. 2. de constitut. in 6. n. 4. Nicol. Garc. d. p. 10. c. 2. n. 30. debuit enim scire, quippe quod scire potuit de morte sui beneficiarij si debitam suæ professioni diligentiam adhiberet, & visitando scilicet bis aut semel saltem singulis annis diocesim suam, & ita intra quodlibet semestre antequam hoc idem tempus ad conferendū sibi datū labatur, prout eam tenetur sic visitare iuxta text. in c. venerab. de cens. quam rationem post alios considerat Greg. Lop. d. gloss. verb. scipisse, & Mantic. dec. 271. n. 5. & ex ea prædicta sententiã tenuit in specie Petr. Greg. vbi proximè post Rot. dec. 6. in nou. aliis 263. an. 1. de iure, & alios quos ibidè refert, quorum sententiã licet non leuiter inuuetur ex dictis, & etiam arg. text. in c. cum in tua, qui matrim. accusar. poss. in ver. alioquin, tamen ita est accipienda, & moderanda, vt dicamus in dubio quidem contra huiusmodi Episcopum scientiam præsumi, nec ei prædictam ignorantiam, vt potest crassam prodesse, nisi ipse tot, & tam verosimilis probabilis ignorantia causas per arbitrium Iudicis considerata beneficij qualitate, modo vacationis & locorum distantia, ac remotioris & fama regulandas allegauerit, & probauerit, vt bene resoluit Rot. d. decis. 6. Mascard. de probat. concl. 625. à n. 9. Zerol. d. §. 8. dub. 1. & 2. & alij citati à Nicol.

Garc. dicit. cap. 2. num. 31. sentit in effectu Petr. Gregor. ubi proxime, dum resoluti ignorantiam vacationis non imputari Episcopo, quando vacatio non ita de facto, sed de iure contigerit, cum hæc potuerint impunè esse incognita Episcopo, quod exemplificari potest in ea, quæ resultat ex Matrimonio beneficiati iuxta terminos text. cum sua materia in cap. de clericis, de clericis coniug. si illud fuerit clandestine contractum, vel etiam in ea, quæ inducitur per ademptionem secundum incompatibilis beneficii, iuxta terminos text. in cap. de nullitate, de præbend. in remotiori alia provincia forsan existentis & incogniti Episcopo primi beneficii vacantis.

Secundo declara huiusmodi tempus ad conuincendam eligentium, seu collatorum negligentiam non currere legitime impeditis, siue fuerit impedimentum iuris, siue facti, vt est text. in specie in dict. cap. quia diuersitatem, & docent Rebuff. dicit. de deuolut. n. 13. Couar. in cap. nos qui sem num. 4. de testament. Menoch. de arbitr. casu 182. num. 59. & 60. Gutier. canon. lib. 1. cap. 28. num. 2. cum seqq. Pincl. in aut. nisi tricenale num. 46. C. de bonis matern. Petr. Gregor. dicit. cap. 9. num. 33. cum seqq. Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 1. quæst. 13. num. 4. cum seqq. Cabed. Lusit. decis. 76. n. 6. part. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. §. 3. proem. num. 38. cum seqq. Nicol. Garc. dicit. part. 10. cap. 2. num. 17. Intelligit procedere tantum ubi impeditus negligens non fuerit in remouendo eo impedimento, si enim cum posset illud remouere, tamen negligenter omisit, erit in negligentia culpabili quoad iuris effectus, ac si nullum impedimentum haberet, iuxta reg. text. in l. qui potest 134. ff. de regulis iuris, obseruant gloss. suspensionis in dict. cap. quia diuersitatem, Panorm. in cap. vlt. de elect. Petr. Gregor. dicit. cap. 9. n. 37. & alij, vt per Menoch. de arbitr. casu 118. ad finem, plures, vt per Flamin. d. quæst. 13. num. 27. Intelligit etiam procedere ubi constituerit impedimentum fuisse causam immediatam omissionis, si enim tale non fuerit, sed mediatam solum causam præbuerit, non excusabit, vt resoluunt Panorm. in cap. plerumque, num. 6. de rescripti. & alij, vt per Flamin. d. quæst. 13. num. 30. Demum intelligit vt procedat etiam si huiusmodi impedimentum proueniret ex tali culpa, sine qua id non contingeret, dummodo tamen ad illud non fuerit ex se, & natura sua, vel à communitate accidentibus ordinata, adhuc enim taliter impeditus negligens non censetur quoad effectus iuris, vt probat expressè text. in d. cap. quia diuersitatem, & in specie docent Menoch. Cou. Gutier. & Pincl. supra citatis locis, Valasc. de iure emphyt. quæst. 27. num. 17. 39. & 40. apud quos est vulgata illa conclusio, culpam ad culpam non ordinatam non esse considerabilem.

Tertio declara prædictum tempus ad conuincendam collatoris negligentiam statutum non posse per superiorem archæari, proindeque non posse Episcopum certam temporis metam præfigere inferiori Ordinatio, intra quam debeat conferre ea beneficia ad quorum collationem certum tempus à iure præfixum sit, iuxta supra resoluta num. 37. cum seqq. aliter enim iam ab Episcopo priuaretur iure suo abique proprio consensu contra reg. l. quod nostrum ff. de regulis iuris; vnde meritò hanc sententiam in his terminis tenet Rebuff. dicit. ut. de deuolutionib. num. 14. sequitur Azor. dicit. cap. 27. verspen. bene aduertentes quod oppositum ex iusta causa per Episcopum fieri posse respectu beneficiorum pro quorum collatione non fuerit adhuc certus terminus à lege præfixus, veluti respectu canonicatum, & præbendarum, quæ cum electo in Canonicum nascuntur, & cum

eo defuncto desinunt, vt illis scilicet Ecclesiis, ubi non est certus numerus præbendarum, & Canonicorum, iuxta text. in cap. dilecto, vers. præterea, de præbend. in his enim neque certum tempus ad prouidendum præfixum est, vt pote quia illud solet tantum præfinitum à iure quoad beneficia, quæ vacant, qualia non sunt hæc, quia nunquam vacare censentur, sed cessare, & euanescere, quando prouisus vel moritur, vel aliter fit ab illis alienus, vt constat ex d. cap. dilecto, vers. præterea; neque rursus in illis locum habet deuolutio potestatis ad superiorem ex negligentia eorum, qui prædictas præbendas, seu Canonicatus possunt denuò creare, & conferre, quia cum nunquam vacare censentur, vt modo dictum est, non verificantur in illis verba, & intentio Lateranensis Concilij prædictam deuolutionem respectu solum beneficiorum vacantium inducentis, in d. cap. 2. cum similibus, de concess. præbende, vt bene post Innoc. & Host. resoluti Abb. in cap. cum Ecclesia, n. 7. ex mente gloss. 1. ibi, de elect. quem sequitur Greg. Lopez l. 9. gloss. 1. tit. 16. part. 1. & in specie est text. expressus in cap. ex parte, de concess. præbende, per quem ita etiam resoluti Rebuff. in concord. ut. de nominat. Regia, §. 1. in gloss. verb. intra sex menses, vers. item quando. In his igitur terminis si Episcopus viderit Ecclesiæ seruirio expedire vt aliqui ex prædictis Canonicis, & præbendis, qui iuxta supra dicta esse deserunt, iterum nonis ministris conferantur, posse Canonicis assignari certum terminum etiam sex mensibus breuiorem, intra quem sic debeant Ecclesiæ de ministris prouidere, alioquin elapso termino ipse prouidebit, prout arg. text. in cap. irrefragabili, §. excessus, & in cap. quanto, & in cap. ad reprimendam, de officio Ordin. resoluunt Host. & alij communiter, vt per Abb. d. num. 7. sequuntur Rebuff. & Azor proxime citatis locis, quod idem ex eadem ratione dicendum videtur respectu illius Prælati qui iniuste negligit instituere in quolibet beneficio bene præsentatum, aut confirmate bene electum, quæ scilicet constat nullum certum terminum ad instituendum, seu confirmandum à iure præfinitum, vt post alios resoluunt Rebuff. d. gloss. intra sex menses, vers. in institutione, & seq. & in d. ut. de deuolution. num. 6. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. institutio, §. 3. & verb. in patronatus, §. 8. dub. 3. & part. 2. verb. institutio, Anastas. Germon. de indultis Cardin. §. volumus à num. 76. & alij plures, quos refert & sequitur Nicol. Garc. de benefic. part. 10. cap. 4.

Quarto, & vltimò declara supradictam regulam de negligentia Prælatorum in conferendis beneficiis per lapsum præfixi temporis conuincenda habere locum in solis Prælati Romano Pont. inferioribus, in illo vero minime, etenim ipsi nullum tempus præfixum est ad conferenda beneficia, quia non habet superiorem, qui possit eius negligentiam supplere, vt arg. text. in cap. aliorum 9. quæst. 3. resoluti in specie Rebuff. d. ut. de deuolut. n. 5. & d. gloss. intra sex menses, vers. P. p. vero. Nec obstat text. in cap. 3. de præbend. lib. 6. quia reiecta sententia Rebuffi dictis locis inaduertenter existimantis hanc vltimam limitari ne procedat in terminis d. cap. 3. quasi in eo specialiter præfinitur tempus ad conuincendam Summi Pont. negligentiam in conferendis beneficiis in Curia vacantibus, responderetur tempus de quo ibi, non esse datum ad conuincendam prædictam negligentiam in Summo Pont. nec itidem ibi agi de ea per Ordinarios, & antiquos collatores supplenda, sed solum de consulendo favori Ecclesiæ, & Ordinariorum, iuxta ea quæ diximus supra in vers. quapropter, num. 44.

REGULA II.

Postquam Collatorum negligentia commissa fuerit per lapsum temporis de quo in prima regula statim, pro ea primò occurrente collatione amittunt ipso iure potestatem prouidendi huiusmodi beneficia, ea enim potestate sic priuantur à lege Canonica, vt constat ex text. in dict. cap. 2. cum aliis ibidem, de supplend. neglig. Prælat. & in d. c. 2. de concess. præbende, cum aliis supra citatis à n. 37.

Vnde inferunt collatores beneficiorum sic negligentes elapso conferendi tempore non posse pro ea primò occurrente collatione beneficia huiusmodi conferre, aliterque factam collationem esse nullam, cum enim per huiusmodi negligentiam amiserunt potestatem conferendi, succedit vulgaris reg. ea que sunt, de regulis iuris lib. 6. & in l. factum à iudice, ff. cod. cum iis, quæ circa eius materiam post scribentes utrobique prosequuntur Vant. de nullitate, tit. de defectu iurisdictionis à n. 9. Grauat. ad Octavian. de stylo Curia lib. 7. cap. vlt. num. 40. & ita in specie dicitur ex text. in cap. licet, & in cap. vlt. de suppl. neglig. Prælat. & post gloss. verb. menses in d. cap. 2. de concess. præb. ubi Abb. d. num. 11. & omnes ibidem, obsecrat Rebuff. d. ut. de deuolutionib. num. 27. cum seqq. Azor d. cap. 27. quæst. 6. post Host. ex sim. illius ut. de suppl. neglig. Prælat. sub num. 7.

Amplia huiusmodi corollarium, vt procedat etiam si huiusmodi collatores intra modicum tempus iuris, etiam diei sequentis post lapsum prædicti temporis à lege Canonica ad conferendum præfinitum, velint moram in conferendo purgare, adhuc enim nec conferre poterunt, nec si de facto conferant, collatio valebit, vt omnes proxime citati obseruant. Accedit communis illa Doctorum traditio, secundum quam vbi dies, & pena simul à lege, vel ab homine ponuntur, non admittitur mora purgatio, vt generaliter ad hominis, seu legis dispositiones, & ad contractus siue bonæ fidei huc stricti iuris, per text. in l. trahit lilia, §. de illo ff. de adimib. & obligat. & in l. magnam C. de contrab. & committenda stipul. & in l. 1. vers. nisi ff. de pen. legata, & in l. 2. C. de iure emphyteut. refert ex aliis Valasc. de iure emphyt. quæst. 5. num. 13. Couar. var. lib. 3. cap. 17. num. 4. vers. multo minus, Gutier. de iuram. confirmat. part. 1. cap. 56. à num. 4. & alij plures, vt per Cened. ad Decretal. collect. 144. num. 6. Ratio autem quare huiusmodi mora purgatio non permittitur collatori negligenti intra debitum tempus beneficia prouidere, est quia aliter fieret præiudicium tum ipsi legi Canonice, quæ de tali collatore pro ea occurrente collatione non bene confidit, tum etiam alteri tertio in quem elapso prædicto tempore statim ab eadem lege transferretur ius prouidendi iuxta infra dicenda in 3. regula. Qua etiam ratione procedit text. in cap. licet canon. de elect. lib. 6. idem enim in eo moræ purgatio non admittitur, quia aliter fieret considerabile præiudicium tum ipsi Ecclesiæ, si tam periculosa beneficiati negligentia in suscipiendo Sacerdotio non cohiberetur, vt constat ex verbis eiusdem text. tum etiam ipsi collatori, & omnibus, quibus prædictæ Ecclesiæ prouisio incumbit, & prouidendi facultas iterum se offert supposita priuatione. Non obstat cap. litteras, de suppl. negligent. Prælat. quia respondetur cum gloss. vlt. & scribentibus ibidem, cum text. procedere ex speciali Papæ, & non alterius inferioris dispensatione inducta per eundem Summi Pont. patientiam, de qua ibi, vt bene declarat Panorm. ibidem num. 2. immo post d. gloss. vlt. ibidem, egregie aduertens hanc dispensationem ibi operari validi-

tatem collationis prout ex nunc, non autem prout ex tunc, iuxta vulgò notata in reg. non firmatur, de regul. iuris lib. 6. & in cap. 3. de iis, quæ sunt à Prælati, & alibi, vt per Barbat. plures referentem cons. 7. col. 1. & 2. lib. 3. & per Tiraq. in l. si vniquam, verb. reuertatur, num. 415. cum seqq.

Limita primò prædictum corollarium, vt procedat solum ad effectum ne collator negligens infra præfinitum tempus conferre iuxta resoluta in prima regula, possit iure proprio procedere ad prædictam collationem faciendam, non verò ne id possit iure alieno, videlicet ex commissione eius, ad quem ex præfata sibi negligentia prouisio de beneficio deuoluta fuerit iuxta infra dicenda in 3. regula; quam limitationem tenent Rebuff. d. ut. de deuolut. num. 30. & Azor d. cap. 27. quæst. 16.

Limita secundo, vt procedat solum quando collator intra prædictum legitimum tempus non fecit, quod respectu huiusmodi prouisionis spectabat ad ipsum, non verò ubi illud pro vitibus fecit: tunc enim si prouisio non fuerit effectum sortita, vt quia prouisus noluit acceptare, aut post consensum se prædicto iure abdicauit, aut etiam quia prouisio ob aliquod occultum vitium irrita fuit, non deuoluitur ad alium potestas prouidendi, immo ideminer poterit iterum prouidere intra aliud tantum tempus, quod sibi integrum à die prædicti dissensus, renunciationis, aut irritationis reseruatur, ac si denuò beneficium vacaret, vt probat text. in cap. si electio, de elect. lib. 6. per quem post Abb. & Rot. variis in locis ita resoluunt ibi Domin. num. 2. Anch. col. 2. in princ. Franch. sub num. 4. Tiraq. in l. boues, §. hoc sermone, limit. 1. n. 4. ff. de verb. significat. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. num. 38. Rebuff. d. ut. de deuolution. num. 35. Azor d. cap. 27. quæst. 7. Put. decis. 200. aliàs 194. in correctis lib. 1. ubi ait quod resolutum beneficium non vacare per mortem præsentati, qui non fuit institutus, sed per mortem primi, & potuisse patronos de nouo præsentare, Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 45. §. 3. num. 6. Roch. de iure patron. verb. honorificum, quæst. 37. ubi loquitur in patrono qui bona fide præsentauit coram non habente ius instituendi, & dum interim tempus datum ad præsentandum laberetur, & postea intelligeret ius instituendi spectare ad alium, coram illo volebat præsentare, & tandem cum Lap. alleg. 95. affirmatiuè responderet iuxta huius limitationis resolutionem, quod etiam tradit Garc. d. part. 10. cap. 3. num. 7. Quæ quidem secunda limitatio ad eam vera est, vt huiusmodi collator, seu elector possit in eius terminis iterare collationem, seu electionem, non semel, sed etiam pluries, donec tandem collatio, seu electio effectum sortiat, vt post gloss. verb. aliam, in d. cap. si electio, & Ordinarios ibi, resoluunt Molin. d. num. 38. Azor d. cap. 27. quæst. 6. Et procedit etiam in patrono absque effectu, inculpabiliter tamen præsentante, vt docent Franch. num. 4. in fine, Domin. num. 6. & Anchar. col. 2. in princ. in dict. cap. si electio.

Sublimita tamen, ne procedat ubi collator, seu elector se gesserit fraudulenter in prædicta collatione, quæ effectum sortita non est, tunc etenim non poterit eam iterari, immo potestas conferendi, seu eligendi deuoluetur ad eum ad quem alioquin in casu omnimodæ negligentie deuoluenda est, iuxta infra dicenda in 3. regula, vt constat ex dict. cap. si electio, ubi omnes notant, & post eos Azor ubi proxime, quia vna cum illis post gloss. verb. fraudulenter, optima ratione hanc fraudem exemplificat in eo collatore, seu in iis electoribus, qui vltima die termini sibi iuxta supra positam primam regu-

Jam ad providendum præfixi inter se conveniunt, ut eligant eum quem discessurum noverant, ut ita novius terminus sibi daretur ac si beneficium de novo vacaret. Deinde sublimita ut procedat solum in iis collatoribus, quibus iure proprio competit conferre, seu eligere, non vero in iis, quibus id munus conceditur solum iure devolutionis; unde si v.g. Archiepiscopus ad quem hæc potestas ex negligentia inferioris collatoris delata fuerit, conferat, vel eligat, collatio tamen seu electio absque culpa etiam sua effectum non habuerit, iuxta terminos text. in *dist. cap. si electio*, non poterit iterum conferre nec eligere, sed potius hæc facultas pertinebit ad eos, qui negligentes extiterant. Ratio est, quia horum negligentia non priuat eos iure suo pro tota illa vacatione, sed solum pro prima collatione, seu electione, quæ primo occurrerit, etiam si effectura non habuerit, nec per eam cessaverit eadem vacatio, cuius respectu ipsi fuerant negligentes, ut per argumentum à fortiori deducitur ex text. in *c. cum vintoniensis, de elect. iuncto communi intellectu*, ut per *Abb. ibi, à num. 11*. Cum igitur occurrere prima collatione etiam inutili cesser prædicta priuationis pena, & per consequens ius devolutionis ex ea dimanans, consequitur posse prædictos negligentes reassumpro proprio iure in prædictis terminis conferre, non autem superiores ad quos illud fuerat devolutum, quam sententiam tenuit *Abb. vbi proxime, num. 12*, & ante eum tenuerant *Hofst. & alij*, ut per *glos. verb. integrum in dist. cap. si electio*, quam ex prædicto fundamento sequuntur *Domin. in illo text. sub num. 6*. *vbi Anch. col. 1. post med. Tirag. dist. limit. 1. num. 49*. *Azor. dist. 2. 7. quæst. 7. & quæst. 14*.

Limita tertiò ne procedat quoad effectum vniendi beneficium: hanc enim ipsius vniõnem Episcopus in conferendo negligens facere adhuc poterit cum solemnitatibus alioquin ad Ecclesiarum vniõnes necessariis, iuxta ea, quæ post ordinarios in *cap. sententia vniõne, de excessib. Prælat. vbi Panorm. n. 2*. prosequuntur *Rebuff. in praxi sub tit. de vniõnibus beneficiorum num. 38, cum seqq.* *Azor. insti. moral. part. 2. lib. 6. cap. 28. quæst. 4. 12. & 13. cum seq.* Ratio huius limitationis est, quia ius vniendi longe diuersum est à iure conferendi, hoc enim ad titulum beneficii, illud vero ad eius proprietatem spectat, ut constat ex traditis per Doctores proxime citatos, unde licet negligentia in non conferendo operetur pro prima collatione amissionem iuris ad conferendum Episcopo competentis, quia sic in iure expressum est tamen à cessante huiusmodi ratione id operari non debet respectu iuris vniendi, arg. eorum quæ habentur in *l. si seruitus, ff. de seruit. urban. præd. & in cap. pastoralis, de privileg. vbi constat quod vno iuri sublato, remanet aliud, quod ab illo separatum est; atque ita prædictam limitationem tenent *Panorm. vbi proxime n. 6*. *Inol. in cap. 1. num. 18. ne sede vacante*, & post *Federic. de Senis conf. 111. col. 3*. *Rebuff. dist. tit. de vniõnibus num. 31*. *Azor. dist. cap. 28. quæst. 15*. *Rot. decis. 186. n. 2. p. 2. recentior*.*

REGULA III.

Canonicis dispositionibus inductum est, ut potestas providendi beneficia Ecclesiastica ex negligentia Prælatorum, quibus hoc munus incumbit, devoluantur regulariter de inferiore ad proximum Superiorem, donec perveniat ad Papam, ita tradunt Doctores in *cap. postulatis*, per text. *ibi, de concess. præbende, Panorm. in c. 2. n. 7. de concess. præbende*.

Rebuff. dist. tit. de devolutionibus n. 7. *Petr. Gregor. syn. tagm. Iuris part. 2. lib. 7. cap. 9. num. 38*. *Azor. insti. moral. part. 2. lib. 6. cap. 27. in princip. & quæst. 2*. *Nicol. Garc. de benef. part. 10. cap. 3. in princip. Mant. decis. 260. num. 2*. *Rot. in Verellen. capella 28. Junij 1606. coram Card. Marquemont. impressa per Fatim. decis. 186. p. 2. recentior*. & huius regulæ materiam per sequentes casus distinctè explicare conabor.

Primus igitur casus ut ab inferioribus incipiamus ille est, quando patronus neglexerit ad beneficium Ecclesiasticum presentare intra tempus sibi præstitutum iuxta supradicta n. 40. in hoc etenim casu ius conferendi ad instituentem tanquam ad proximum huius negotij superiore devoluetur, iuxta text. in *cap. 3. & in cap. cum propter*, & in *cap. eam te de inrepatron*, notant *Card. in Clem. unica, num. 5. & 9. cum seqq. de suppl. neglig. Prælat. Panorm. & alij communiter in d. cap. 2. de concess. præbenda*, idem *Panorm. in cap. 1. num. 10. de elect. Gregor. Lopez l. 9. gloss. 1. tit. 16. part. 1*. *Rebuff. d. tit. de devolut. num. 54*. *Roch. de inrepatron. verb. honorificum, quæst. 33*. *Petr. Gregor. d. num. 38*. *Azor. d. cap. 27. quæst. 5*. obseruantes hoc idem resoluendum esse quamvis instituens fuerit Episcopo inferior, & cui ex aliquo speciali titulo, veluti præscriptionis, aut simili spectauerit instituendi potestas, adhuc enim ad eundem ius conferendi in prædictis terminis devoluetur, idque adeò ut Episcopus illud nullatenus prætereire possit; quæ communis ampliatio probatur efficaci ratione desumpta ex eo quia sine culpa sua nemo debet alterius odio absq; causa per legem approbata gravari, ex *reg. non debet sine culpa, de reg. iur. in 6. & in l. factum 197. ff. eod.* cum concordantiis; at qui taliter gravaretur Prælati Episcopo inferior si iure instituendi sibi legitime competente priuaretur, sic eodem ad Episcopum delato propter negligentiam patroni. Igitur, &c.

Quæ quidem ampliatio adeò vera est, ut procedat etiam in patronis Regularibus, adhuc enim his negligentibus collatio iuxta supradicta devoluetur ad instituentem etiam si non sit Episcopus, sed alius ipsi inferior, ut bene resoluit *glos. verb. dispositionem, in d. Clem. unica*, quam expressè sequuntur *ibi Imol. n. 33*. *Card. n. 5*, & *Rebuff. d. tit. de devolutionibus n. 26*. & est de mente omnium, quos modo citavimus. Non obstat quod negligentia Prælatorum Regularium circa beneficia ad eorum dispositionem pertinentia suppleri debet per Episcopum, iuxta text. in *d. Clem. unica*, quia respondetur illius decisionem procedere in beneficiis pertinentibus ad solam Prælatorum Regularium præsentationem, quippe quod per eam perfectè non disponitur de beneficio, prout ille text. requirit, sed tantum paratur via ad disponendum, nec per eam datur ius in beneficio, sed tantum ius petendi se admitti ad beneficium, iuxta notata in *c. cum Beroldus, de re iudicata*, quorum argumento sic in specie respondent, & d. *Clem. unica* intelligunt, & iuxta eius mentem iuncta qualitate materiæ restringunt *Card. & Imola vbi proxime*, apud quos, maximè apud *Card. loco num. 2*. vide quando verba, *dispositio beneficiorum*, extra terminos text. in *d. Clem. unica*, porrigantur etiam ad præsentationem, & electionem ad intelligentiam text. in *cap. 2. in princip. & in cap. cum in illis, §. cum autem, de præbend. lib. 6*. vbi omnes norant, & in *Clem. 1. post gloss. ibi, verb. quamvis, eod. tit.* post alios *Flamin. Paris. de resignat. benef. lib. 3. quæst. 6. num. 90*.

Facta sic prædicta ad instituentem devolutione ex negligentia patroni non presentantis, instituenti ad conferendum iex menses à die devolutionis, & notitæ ad hoc munus referantur; etiam si patronus

patronus esset laicus, cui soli quatuor menses ad præsentandum competere, iuxta text. in *c. 1. de inrepatron. lib. 6*. cum enim huiusmodi devolutio in effectu nihil aliud operetur, quàm remotionem illius seruitutis, quam veluti habebat instituit, eaque sublata ipse vtatur non noua, & aliena, scilicet patroni, sed antiqua & sua potestate, consequitur quod prout si Ecclesia non esset patronata sex menses ad conferendum haberet, iuxta *cap. 2. de concess. præbenda*, cum aliis Iuribus supra adductis, pariter eosdem habeat in prædictis terminis: quare ita docent *Roch. vbi supra num. 63*. & post *Lambertin. & alios Azor. d. cap. 27. quæst. 11*. Hæc de prædicto primo casu, ad quem etiam spectat negligentia eorum quibus incumbit de beneficiis providere etiam per electionem, hæc enim supplebitur per confirmantem, quippe quod ad eum illa interveniente devoluitur ius eligendi eodem prorsus modo, & ratione, quibus devoluitur propter negligentiam in præsentando, ut docet *glos. d. verb. dispositionem*, quam plurimum in hoc commendat *Panorm. d. cap. 1. n. 10. de elect.* quem sequitur *Rebuff. d. tit. de devolutionibus n. 18*.

Secundus casus est, in quo Prælati Episcopo inferiori, ratione v.g. iurisdictionis quasi Episcopalis sibi legitime alioquin acquisita habuerit ius conferendi beneficia Ecclesiastica, etenim eo negligente conferendi potestas devoluetur ad Episcopum tanquam ad proximum superiorem, ita probant text. in *d. cap. 2. ibi, Episcopus de concess. præb. & in Clem. unica de suppl. neglig. Prælat.* & notant *Rebuff. d. tit. de devolut. n. 25*. *Petr. Greg. d. n. 38. in fine*, *Azor. d. c. 27. quæst. 4*.

Amplia primò, ut præfata secundi casus resolutio procedat etiam in collatoribus Regularibus, horum etenim potestas ex negligentia in conferendis beneficiis ad Episcopum devoluetur, ut ipse possit conferre tanquam Ordinarius si illi exempti non fuerint, at vero tanquam Sedis Apostolicæ delegati si exempti sint, & Romano Pontif. immediate subiecti, ut constat ex text. in *d. Clem. unica*, vbi notant omnes, *Rebuff. vbi proxime num. 37. & 39*. *Petr. Gregor. d. cap. 9. num. 38*. *Zerol. in praxi Episcop. par. 1. verb. beneficia vers. ad iterum*. *Azor. d. cap. 27. quæst. 4*. optimè id intelligentes de Episcopo illius loci in quo sita fuerint beneficia, etiam si collatores in alia diocesi morentur, quod etiam vltra *glos. verb. locorum in dist. Clem. unica*, tradunt *Cald. Pereira de emp. cap. 14. num. 14. & Nicol. Garc. de benef. p. 5. cap. 3. num. 28*. Quam tamen ampliacionem declarata, ut procedat solum in iis Prælati Regularibus, qui immediate subunt Romano Pontifici, non vero in iis, licet exempti à iurisdictione Episcopi, tamen non subunt immediate Romano Pontif. sed alij Prælati, iuxta terminos text. in *Clem. 1. de rescriptis*, horum etenim potestas ex prædicta negligentia devoluetur ad huiusmodi Prælatum, non vero ad Episcopum etiam tanquam delegatum Sedis Apostol. sicque in eis locum non habebit decisio text. in *d. Clem. unica, de suppl. neglig. Prælat.* quippe quod extra terminos cum tanta prædicti Prælati iniuria & præiudicio trahenda non est, sed potius inducenda ordinaria devolutio, quæ scilicet gradatim fit ad proximum superiorem, quo argumento vltra alia iura in idem expensa hanc sententiam post *glos. verb. Prælati in d. Clement. unica, tenent ibi Card. num. 6. & Imol. num. 31. & 32*. Deinde declarata supradict. ampliatio, ut pro ea parte quæ prædictam conferendi potestatem devoluit ad Episcopum tanquam Sedis Apostol. delegatum ex nova decisione text. in *d. Clem. unica*, procedat solum respectu beneficiorum, & Ecclesiarum, quæ prædictis Regularibus Prælati fuerint subiectæ

pleno iure, id est, non solum in temporalibus, sed etiam in spiritualibus, harum itaque Ecclesiarum respectu locum absolute habet prædicta ampliatio, ad eamque necessaria fuit decisio nova prædictæ *Clem. unica*, nam cum præfata regularium, & monasteriorum exemptio, & immediata subiectio simpliciter data porrigeretur ad huiusmodi Ecclesias quantumvis populum habentes, ex *reg. in toto, de reg. Iuris lib. 6*. & ex ratione text. in *cap. cum non liceat. de præscript.* inde resultabat ut Episcopus prout non poterat in eos, ita nec in eas suam iurisdictionem exercere, & per consequens nec negligentiam in eis conferendis supplere, iuxta text. sic in prædictis terminis intelligendum in *cap. 2. vers. nisi, de suppl. neglig. Prælat.* & ita necessaria fuit commissio & potestas Sedis Apostol. Episcopo noviter data in *dist. Clem. unica*.

Utrum autem devolutio, quæ in casu negligentie fieri debet ad Episcopum iuxta supra resoluta in hoc secundo casu, fiat Sede vacante ad Capitulum, quæstio est difficilis, in qua affirmatiuam partem tuncur Ioan. Andr. in *cap. quamquam, de elect. lib. 6*. quem sequuntur *Panorm. cap. 2. num. 3. ne Sede vacante*, & *Petr. Gregor. dist. cap. 9. num. 43*. Contra quos melius oppositum tenent idem *Panorm. sibi contra in cap. cum olim sub num. 2. col. 2. in med. de maiorit. & obed. Ioan. Monach. in dist. cap. quamquam num. 7*. quem sequitur *Prob. ad eundem ibi, Rebuff. d. iii. de devolut. num. 93*. *Azor. d. cap. 17. num. 93*. Quorum sententia probatur ex eo, quia devolutio in iis etiam casibus in quibus à iure expressè decernitur, non debet fieri nisi ad eum solum Prælatum, qui ab eodem iure fuerit expressus, iuxta supra resoluta n. 18. constat autem nullibi in iure Canonico expressum esse, ut devolutio, quæ de Prælati Episcopo inferioribus ex eorum negligentia faciendæ est, fiat ad Capitulum, nam text. in *cap. 2. in fine, de concess. præb.* loquitur solum in devolutione collationis iure proprio competente Episcopo negligenti; igitur, &c. Deinde eadem sententia probatur ex text. in *d. c. 2. ne Sede vacante*, vbi regula negatiua ponitur aduersus Capitulum, ut videlicet illud non succedat in collatione competente ipsi Episcopo, dum aliud in iure cautum non inuenitur; atqui beneficia taliter ad Episcopum devoluta dici verè possunt pertinere ad collationem ipsi competentem; rursus & in iure non inuenitur cautum, ut in ea Capitulum succedat, immo oppositum satis expressè deducitur ex generalitate verborum, de quibus in proxime citato *cap. 2*. igitur, &c. Non obstat quod hæc devolutio pertineat ad Episcopum ratione iurisdictionis Episcopalis, ac proinde in ea debeat succedere Capitulum Sede vacante ex *reg. text. in cap. pen. de suppl. neglig. Prælat. lib. 6*. quia respondetur quod licet devolutio de qua agimus, pertineat ad Episcopum ratione iurisdictionis Episcopalis, id tamen non tollit quominus verum sit huiusmodi iurisdictionem versari in his terminis circa beneficiorum collationem, & propterea illam in eis exerceri ex capite negligentie commissæ per primos collatores: quæ cum ita sint, necesse est fateri illam iurisdictionem non devolui nisi ad eum tantum Prælatum, qui ad hunc effectum in iure fuerit expressus iuxta supra resoluta, proindeque ad Capitulum utpote in iure non expressum minime devolui.

Propter negligentiam Capituli Cathedralis Ecclesie in conferendis beneficiis, quæ ad suam collationem separatim ab Episcopo pertinent, ad Episcopum tanquam ad immediatum superiorem fit devolutio, iuxta text. in *d. cap. 2. de concess. præbend. vbi*

Panorm. num. 6. & omnes alij, resoluit eleganter glos. verb. Capitulum in cap. irrefragabili, de officio Ordin. expressit l. 9. tit. 16. par. 1. ubi Gregor. Lopez, Rebuff. d. tit. de deuolut. num. 21. Petr. Gregor. d. cap. 9. num. 40.

72 Azor. d. cap. 27. quæst. 2. Quod ampliabilis f. vt procedat etiam si Episcopus eorum collationi interesse debuerit vt Canonice, etenim adhuc in his terminis nisi eam dolose impederit, & ita ipsum Capitulum in negligentiam induxerit, vtetur iure deuolutio, vt constat ex cap. postulatistis, de concess. prebend. v. s. nisi forte, vbi omnes obseruant, & post alios Rot. decis. i. in nouis, de suppl. negl. Prelatorum, aliàs 3. 3. exponit eleganter d. l. 9. tit. 16. par. 1. Ratio est, quia licet Episcopus qualitercumque eidem collationi debuerit interesse, sit naturaliter vna & eadem persona, ita vt ipsi pariter, ac aliis de Capitulo possit illa negligentia naturaliter imputari, quia tamen actus, qui à communitate sub ratione vniuersi geruntur, non tribuitur ciuilitur singulis, sed soli communitati, ex tex. l. 1. §. si autem ff. ad Trebell. & in cap. Episcopus, vers. qui manumittitur 1. 2. quæst. 2. & traditis per Archid. in capitulis 81. dist. 1. & per Felin. num. 2. in cap. omnipotens, de accusat. ideo prædicta negligentia singulis de Capitulo, & ita Episcopo vt Canonice tribui non potest, & per consequens nec imputari quominus ad eundem vt Episcopum fiat huiusmodi deuolutio. Ampliabilis etiam prædictam resolutionem, f. vt procedat non solum quando negligentia contingit in ipsomet Capitulo, sed etiam in compromissario per illud electo ad conferendum, hæc etenim negligentia adeo imputatur Capitulo, vt ob eam ipsius potestas deuoluatur ad Episcopum, vt bene voluit glos. verb. Episcopo in cap. si compromissarius, de elect. lib. 6. quam sequuntur Dom. ibidem sub n. 6. & Franc. sub n. 2.

74 Vbi autem beneficiorum collatio ad Episcopum & Capitulum communiter spectauerit, tunc deuolutio ex capite negligentia non fiet ad Episcopum, sed potius ad Archiepiscopum tanquam ad proximum superiorem, d. cap. postulatistis, d. l. 9. pariter. Ratio est, quia in his terminis Episcopus & Capitulum censentur ciuilitur vnum corpus, quasi Episcopus caput sit, Canonici verò membra, iuxta tex. in c. nouis, de his, que fiunt à Prelatis sine consensu Cap. proinde negligentia in regio corpore imputari, & ab eo toto potestas deuolui debet ad Archiepiscopum, vt potest respectu totius prædicti corporis immediatum superiorem, Non obstat tex. cap. unico vers. idem, ne sede vacante lib. 6. quia respondetur eum tex. non loqui, nec procedere in casu negligentia, de qua loquimur, sed solum loqui in casu impotentia resultantis ex suspensione, vel excommunicatione, vt ille text. habet, vnde cum in eo contra id quod antea ratione præiudicij ex tali deuolutione Capitulo insurgentis dictabat reg. tex. in l. id quod nostrum ff. de regulis iuris, iuncta tex. in l. coheredibus C. familie hereticæ. nouiter inductum fuerit, vt Capitulo suspensio à prædicta beneficiorum collatione ad se communiter & ad Episcopum pertinet, vel omnibus de ipso Capitulo singulariter excommunicatis ad eundem Episcopum, vt potest non culpabilem conferendi potestas deuoluatur, tamen non potest inde inferri ad casum negligentia Capitulo in simul, & Episcopo contingentis, tum quia id expressum non reperitur iuxta supra resoluta à num. tum etiam quia stante ea negligentia idemmet Episcopus culpabilis est, & proinde indignus prædicto iure deuolutionis, ex quibus ita resoluit glos. verb. Capitulum in d. cap. irrefragabili, Abb. in d. cap. 2. num. 6. Gregor. Lop. d. l. 9. itaut demerit vitos alioquin doctissimas Rebuffum, Petr.

Gregor. & Azorium proximè citatis locis, inaduerter expressisse Capitulum negligente ad Episcopum collationem deuolui, non solum quando ipsa diuisim, sed etiam quando coniunctim pertinet ad vtrumque, contra expressum text. in d. cap. postulatistis, & alia modo à nobis resoluta.

75 Tertium casus ex prædicta tertia regula resultans est de Episcopo negligente intra debitum tempus conferre beneficia ad suam collationem separatim à Capitulo spectantia; tunc etenim collatio deuoluitur ad ipsum Capitulum, iuxta tex. in d. cap. 2. de concess. prebend. vbi notant omnes, tradunt Rebuff. Greg. Lop. & Azor. vbi proximè, Nicol. Garc. d. p. 1. o. cap. 3. num. 33. ex qua resolutione obiter notabis in hoc casu fieri deuolutionem à Superiore ad inferioriorem, quia scilicet sic expressim reperitur, prout etiam reperitur in aliis casibus, de quibus in cap. vlt. vers. quod si 65. dist. & in cap. 2. vers. si vero 89. dist. & in cap. cum simus 9. quæst. 3. obseruat Panorm. in d. c. 2. num. 6. de concess. preb. nec id mirum, cum oppositam præcisè non concludatur ex rei natura, sed totum à priori pendeat ex iuris dispositione iuxta supra resoluta, num. 16.

77 Limita primò hunc tertium casum, vt non procedat vbi collatio pertinet ad Episcopum in simul, & ad Capitulum, tunc etenim deuolutio non fiet ad ipsum Capitulum, sed potius ad proximum superiorem, nempe Archiepiscopum iuxta tex. in d. cap. postulatistis, & quæ supra resoluimus, vnde bene Nicol. Garc. d. par. 1. o. cap. 3. num. 35. obseruat, quòd quando ius conferendi spectat simul ad Episcopum & Capitulum, qui inter se prouisionem diuiserunt per turnos, si Capitulum in suo turno non confert infra tempus à iure statutum, aut confert indigno, non fit deuolutio ad Episcopum, qui est par collator cum Capitulo, sed ad Superiorem, quia diuisio non tollit, aut mutat ius deuolutionis, quæ est ad proximum Superiorem, & non ad eundem inferioriorem, qualis est in hoc casu Episcopus; additque ipse Garcia idem esse, quando per Canonicum, qui in turno Capitulo ex commissione, seu ordine ipsius prouisio competit, non prouideretur infra tempus.

78 Limita secundò, vt procedat solum quoad beneficia spectantia ad collationem Episcopi proprio iure, non verò vbi ad eundem pertinerint iure speciali, vel deuoluto, tunc etenim hæc collatio negligente Episcopo non deuoluetur ad Capitulum, sed ad Superiorem, vt docent Abb. in d. cap. 2. num. 6. & 8. de concess. preb. Felin. in d. cap. irrefragabili, num. 3. Franc. in cap. vnic. §. cum verò num. 3. & 4. ne Sede vac. lib. 6. Rebuff. d. tit. de deuolut. à num. 21. Cassad. decis. 8. de prebend. Anastas. Germon. de indultis Cardin. §. volumus num. 56. Azor. d. tit. cap. 27. quæst. 2. Nicol. Garc. d. cap. 3. num. 34.

79 Limita tertio, vt non procedat vbi Episcopus fuerit exemptus, & Romano Pontif. immediate subiectus, tunc enim illo negligente potestas ad solum Romanum Pontif. non autem ad Capitulum deuoluetur, vt resoluunt Panorm. in d. cap. 2. num. 7. & 8. Rebuff. d. tit. de deuolut. num. 36. & in concordatis tit. de collation. §. si quis verò, in gloss. verb. ad alium vers. in exemptis, Rot. apud Nicol. Garc. d. par. 1. o. cap. 3. n. 3. & satis constat ex text. in cap. licet, de suppl. negl. Prel. si intelligas ibidem agi de beneficio, cuius collatio negligenti Archiepiscopo competeat, vel iure proprio, vel iure deuoluto, ob negligentiam scilicet sui Capituli, cui alioquin eadem collatio specialiter competeat, vt satis constat ex eodem text. ibi, quæ vel ad Archiepiscopum, vel ad Capitulum donatio pertinet.

nebat, & nihilominus in eo. tex. deciditur, quod licet collatio beneficij Archiepiscopo competere iure proprio, & proinde ob eius negligentiam esset iuxta prædictum tertium casum ad Capitulum regulariter deuoluenda, tamen quia Archiepiscopus Romano Pontif. erat immediate subiectus, neque alium Superiorem habebat, hæc deuolutio non fiat, nisi ad eundem Romanum Pontificem.

80 Extra terminos igitur præcedentium trium limitationum libere pro creditæ resolutioni supra resoluta ex negligentia Episcopi ad Capitulum deuoluitur, adhuc per huius negligentiam non fiat, tunc item deuoluetur ad proximum Superiorem, nempe ad Archiepiscopum, iuxta tex. in cap. 2. de concess. prebend. tunc eodem Archiepiscopo adhuc negligente fiet illa ad Patriarcham, cui idemmet subdit, iuxta tex. in cap. duo, in fine, vers. nisi causa, de officio. Ord. & quæ ibi communiter notantur, atque ita gradatim ad Summum Pontif. scilicet enim concluditur ex illo ordine de inferiori scilicet Prelato ad superiorem à lege Canonica ad huiusmodi deuolutionem præscripto ex tex. in Clem. si de beneficio, in fine, de preb. iuncta gloss. ibidem verb. succedentium, & ita in specie hæc deuolutionem gradatim sic faciendam obseruant Doctores in d. cap. 2. de concess. prebendæ, maxime Panorm. num. 7. Syluest. in summ. verb. beneficium in 2. num. 6. Azor. d. cap. 27. quæst. 11. & alij citati per Nicol. Garc. dist. par. 1. o. cap. 3. num. 41. Quamuis oppositum, immo quod licet ea vsque ad Archiepiscopum gradatim fiat, tamen ab eo non ad Patriarcham, sed semper ad Summum Pontificem immediate faciendam sit, teneatur absque ratione, & tex. id probante Rebuff. d. tit. de deuolut. num. 23. in fine, & num. 24. sequitur Imol. in d. Clem. si de beneficio quæst. 2. & Petr. Gregor. d. cap. 9. sub num. 38. quorum sententia solum procedere poterit in Archiepiscopo exempto & Romano Pont. immediate subiecto, iuxta tex. in d. cap. licet, de suppl. negl. Prelat. aliter enim ex eodemmet tex. ibi, cum, pro eo, &c. contra eos constat semota exemptione deuoluendam fuisse potestatem ad alium ipsi Archiepiscopo Superiorem, & ita ad Patriarcham, & rectum ordinem est Archiepiscopo Superiori, iuxta tex. in c. 1. vers. reliqua, 99. dist. & in cap. antiqua, de priuileg.

81 Quamuis, vt supra dictum est, deuolutio gradatim ad Romanum Pontif. sit faciendam, tamen non per hoc ligantur interim manus eius, quominus possit procedere ad collationem huiusmodi beneficiorum inferioribus collatoribus competentium, ea enim si ordinariis legibus, & Iuri eorum ordinario deferre noluerit, poterit ex vi maioris potestatis sibi semper referuatæ conferre, quin prædictam deuolutionis ordinem spectare teneatur, ex reg. tex. in cap. ita dominus 1. 9. dist. & in cap. cuncta per mundum, & in cap. aliorum 9. quæst. 3. & in cap. omnes 22. dist. & in cap. 2. in princip. & in cap. dudum, & in cap. si à Sede, de preb. lib. 6. & in cap. quia diuersitatem, vers. nisi, de concess. prebend. cum his, quæ circa potestatem Papæ in beneficiis scribit latè Specul. tit. de legatis, §. nunc ostendendum, Nauar. in cap. non liceat Papæ §. 3. maxime n. 4. 1. quæst. 2. post alios Pinel. in rub. de rescind. vendit. par. 1. cap. 2. num. 29. eum seqq. Samien. silect. lib. 1. cap. 8. num. 25. Vnde meritò hæc nostram resolutionem obseruat in materia prædictæ deuolutionis Rebuff. d. tit. de deuolut. num. 46. cum seqq. Petr.

82 Gregor. d. cap. 9. num. 23. oprimè resoluentes f. Summum Pont. in beneficiis inferiorum conferendis vti posse non solum iure deuolutionis, sed etiam iure

re præuentionis, iuxta tex. in d. cap. dudum, vel iure concurrentis, iuxta d. cap. quia diuersitatem, vers. nisi, & cap. si ea tempore, de elect. lib. 6.

83 Circa prædictam deuolutionem ex negligentia dimanantem notandum est primò illam, fieri cum onere, & qualitatibus requisitis in prima prouisione, quod probatur tum ex generali reg. quæ habet rem transire cum sua causa, ex l. alienatio, ff. de contrah. empt. & ex l. traditio, ff. de acquir. rerum dominio, & subrogatum assumere naturam eius, in cuius locum subrogatur, ex l. si eum §. qui iniuriarum, §. si quis canion. §. fuerat, Insti. de actionib. tum etiam ex tex. in specie in Clem. vnic. de suppl. negl. Prelatorum, vnde meritò hæc declarationem tenent Doctores in d. Clem. vnic. & maxime Anch. ibidem num. 6. Felin. in d. cap. cum accessissent col. 2. de consuet. quem sequitur Gregor. Lopez l. 9. gloss. 1. tit. 16. par. 1. Roch. de iure patr. verb. honorificum, quæst. 3. sub num. 63. Rebuff. d. tit. de deuolut. num. 40. cum seqq. Azeued. l. 5. num. 2. tit. 6. lib. 1. noue Recopil. Petr. Gregor. d. cap. 9. num. 23. Gutier. conf. 1. num. 31. Azor. d. cap. 27. quæst. 8. Cabed. Lusitan. decis. 4. 2. num. 4. & decis. 98. num. 9. par. 2. & de patronat. Regia Corone cap. 28. num. 3. & 4. Perez de Lara de annuers. & capellan. lib. 2. cap. 10. num. 27. Nicol. Garc. d. p. 1. o. c. 3. n. 42.

84 Secundo notandum est deuolutionem prædictam procedere, dummodo is ad quem ea faciendæ erat, non procurauerit dolose negligentiam collatoris, aliter enim ad huiusmodi dolum non deuoluetur potestas conferendi, vt constat ex tex. cap. postulatistis, in fine, de concess. preb. vbi omnes notant, maxime Panorm. num. 6. & 7. subinde meritò inferens quod si aliquis dolose procurauerit alterius delictum, vbi ex lege, vel statuto alioquin applicata sunt ipsi bona committentis huiusmodi delictum, non habebit in hoc casu prædicta bona, quod etiam tenuit Roman. conf. 263. Sicul. conf. 18. profequitur latius exemplificans etiam in adulterio vxoris procurato per maritum, & in aliis delictis Palat. in repet. rub. de donat. inter virum & uxorem §. 70. num. 21. cum seqq. Verum autem stante prædicto dolo collator in præfatam negligentiam incidens amittat pro ea collatione potestatem conferendi, itaut ea neque ad alium Superiorem exclusio prædicto dolo deuoluatur, controuertit glos. vlt. in d. cap. postulatistis, hinc inde varia iura adducens, sed placet distinctio Ioan. Andr. ibi iuncta declaratione, Panor. ibidem n. 15. quem vidisse fat erit.

85 Tertiò notandum est, vt tunc demum & non aliter ius conferendi per deuolutionem tribuatur, quando ipsa iam facta fuerit post amissam scilicet collatoris potestatem per lapsum temporis, & per negligentiam ipsius legitime coniectam; ceterum si ante huiusmodi deuolutionem Superiori iure deuoluto conferat, collatio nulla erit quantumuis postea deuolutio contingat, nec per huius superuenientiam conualescet, nisi denuo fiat, vt per text. in cap. ex parte vers. nos igitur, de concess. prebend. resoluunt Felin. in cap. cum ex officio num. 37. de prescript. Rebuff. d. tit. de deuolut. num. 32. Petr. Gregor. d. cap. 9. num. 23. Azor. d. cap. 27. quæst. 6. Nicol. Garc. d. par. 1. o. cap. 3. num. 31. estque adeò vera, vt procedat etiam si is, qui iure deuoluto à se putato contulit, haberet potestatem ad conferendum iure ordinario, quod enim potuit noluit, quod voluit adimplere nequiuit. c. cum super, de officio deleg. l. multum interest vers. si verò, C. si quis alteri vel sibi, & ita resoluunt Rebuff. vbi proximè n. 52. vbi num. 53. inde inferat ad casum notabilem; Non obstat quòd si Ordinarius iure ordinario beneficium iuris patronatus contulerit spreto patrono infra

infra tempus datum ad presentandam, talis collatio valet non presentante, nec contradicente patrono, quia respondet Garc. d. cap. 3. num. 32. ex quo Ordinarius tunc confert ex iure & potestate, originali collatio ab eo facta pretero patrono solum, est nulla in fauorem patroni, atque adeo eo volente, & reclamante, non alias.

§7 Quarto notandum est, de resolutione cessare in referuatis, quippe cum beneficia referuata Ordinarius conferre non possit, nec etiam illius negligentia dari possit in illorum collatione, vt per Callad. d. c. 8. num. 3. & 8. de publ. Rota in Vercellen. capelle 28. Iunij 1606. coram Card. Marquemontio, impressa per Farin. d. c. 186. n. 2. p. 2. recent.

§8 Quinto notandum est, de resolutione huiusmodi fieri, si ij ad quos spectat, prouident indignis, seu inhabilibus, & incapacibus, cap. cum in cunctis, §. fin. de elect. vbi dixi, cap. si compromissarius eod. tit. in 6. Zech. de benef. & personis, cap. 3. n. 5. Nicol. Garc. de benef. par. 10. cap. 3. num. 2. Cardin. Mant. d. c. 158. per totam, vbi ait quod quamuis non possit argui negligentia Ordinarij, nisi a die scientie, tamen ille debebat scire conditionem eius, cui contulit beneficium, quia ita presumitur cum antequam conferat de vita, & moribus illius debeat inquirere, & plenam eius notitiam habere, cap. in nouis, de elect. cap. bona il. 2. in fine, vbi notat Abb. num. 15. de postulat. Pralat. Rebuff. in pract. benef. sub tit. de penis contra collatores indignis conferentes, num. 1. ac prouide dicatur esse in mora iuxta supra resoluta. Verum si Vicarius contulerit beneficium indigno non fieri deolutionem, nec esse Episcopum conferendi potestate priuatum, nisi habeat ratam collationem resoluunt Rebuff. in pract. benef. tit. forma Vicariatus num. 140. Sbrozz. de Vicario Episcopi lib. 3. quest. 37. quos refero ego ipse in collect. ad dict. cap. cum in cunctis num. 38.

ALLEGATIO CXXVII.

Episcopalia iura, & iurisdicatio an, & quando ab inferioribus prescribi possint?

§ V M M A R I V M.

- 1 Iurisdicatio & iura Episcopalia possunt per Romanum Pontif. privilegio concedi aliis quam Episcopis.
- 2 Privilegio qua acquiri possunt acquiruntur etiam prescriptione.
- 3 Iurisdicatio, & iura Episcopalia etiam cum territorio prescribi possunt ab inferioribus.
- 4 Res sacra que proprio dicantur.
- 5 Insuperonatus, ius eligendi ad beneficium, ius decimandi, & similia licet non emanent, nec transferantur aliquo temporali dato, sunt tamen in commercio, quatenus per aliquos titulos acquiruntur, transferuntur, & retinentur.
- 6 Iurisdicatio Episcopi non prescribitur per iurisdictionales actus ab alio factos nomine ipsius Episcopi.
- 7 Iura Episcopalia ardua, & que solis Episcopis referuantur, prescribi possunt ab inferioribus, non procedit in referuatis Ordini, vt n. 8.
- 8 Cap. quanto, de consuetud. declaratur.
- 9 Collatio, seu institutio beneficiorum contra Episcopos prescribi potest, ita ut ad alios inferiores pertineat.

- 10 Cap. ex frequentibus 3. de institut. declaratur.
- 11 Institutio auctorizabilis prescribi non potest.
- 12 Contrarium verius.
- 13 Cap. cum olim, de prescript. & in cap. cum satis, de officio Archid. concilianur.
- 14 Iura Episcopalia prescripta non competunt prescribenti accumulatiue cum Episcopo, sed priuatiue.
- 15 Contrarium non est improbabile.
- 16 Iurisdicatio, & potestas specialis alicui communicata intelligitur accumulatiue, non vero, priuatiue respectu illius qui Ordinarij de iure habet.
- 17 Visitandi ius alicui concessum non censetur concessum priuatiue quoad Episcopum, nisi expresse dictum sit quod Episcopus non possit visitare.
- 18 Prima opinio de prescribente priuatiue procedit, vbi prescribens solus usus est iurisdictione, secundum vero de prescribente accumulatiue vbi prescribens & prescriptus simul exerceuerunt.
- 19 Iurisdicatio priuatiue ab Episcopo prescribi non potest, quia saltem penes eum remaneat habitus, licet actus sit penes inferiorem, quo negligentia reuertitur ad Episcopum.
- 20 Responderi obiectis.
- 21 Cap. auditis, in fine, de prescript. declaratur.
- 22 [Episcopalia iura que sunt in quibus Episcopos habet fundatam intentionem de iure communi.
- 23 Iurisdictionem exercendam in omnibus Ecclesia sua diocesis fundatam intentionem habet Episcopus de iure communi.
- 24 Exercitium Iurisdictionis spiritualis quoad omnes personas sua diocesis habet Episcopus de iure communi.
- 25 Episcopus exercet iurisdictionem in loca & personas sua diocesis licet exemptionem allegent nisi privilegio exhibitio, & diligenter excusso.
- 26 Mantentio in quibus rebus & causis danda est Episcopo etiam respectu exemptorum seu monasterij exempti.
- 27 Exemptus seu privilegiatus mantentionem consequitur contra Episcopum si in possessione illius exemptionis, seu privilegij reperiamur.
- 28 Causarum omnium cognitio pertinet ad Episcopum in sua diocesi, in eaque habet fundatam intentionem de iure communi.
- 29 Et in cognitione causarum criminalium, & matrimonialium.
- 30 Examinatores deputare pro collatione Parochialium spectat ad Episcopum de iure communi.
- 31 Confessarios approbare spectat ad Episcopum, & in quasi possessione debet mantenteri.
- 32 Beneficiorum omnium super collatione habet Episcopus intentionem fundatam de iure in tota sua diocesi.
- 33 In cura animarum non habentium proprium Parochum habet Episcopus assistentiam Iuris.
- 34 Super decimis pradiorum, qua sunt in nullius Parochia, & super decimis pradiorum existentium in Ecclesia Cathedrali, qua sit Parochialis, habet Episcopus assistentiam Iuris communis.
- 35 Quarta decimarum in exactione pro sua portione Pontificali habet Episcopus intentionem fundatam de iure intra limites sue diocesis.
- 36 Cathedralitici pro credito habet Episcopus Iuris assistentiam contra Ecclesias sibi subditas ratione visitationis, seu procuracionis vsque ad dupl. solidos.
- 37 Mantentio in materia iurisdictionali competit ratione solius Iuris communis.
- 38 Mantentio vigore assistentie Iuris communis competit

- competit absque alia probatione.
- 39 Assistentiam Iuris communis habens pro se, dicitur habere liquidissimam probationem.
- 40 Assistentia Iuris communis quando est offuscata, & redditur turbida, tunc non sufficit vt competat mantentio.
- 41 Mantentio non datur ex sola Iuris communis assistentia quando aliter est in possessione, & quando ex aduerso allegatur & probatur exemptio, privilegium, seu titulus, vna cum prescriptio-nes in possessione.
- 42 Episcopo sine possessione non datur mandatum de mantendo in quarta decimarum, super qua habet de iure communi fundatam, intentionem.
- 43 Decimarum in materia Rota non dat mandatum de mantendo propter Iuris communis assistentiam, nisi probata etiam quasi possessione.]



VM iurisdictione, & iura omnia Episcopalia saltem a Pontifice Max. possunt priuilegio concedi aliis quam Episcopis, cap. cum contingat, de foro comp. cap. accedentibus 12. de excessib. Pralat. cap. Abbates 3. de priuileg. lib. 6. §. 2. & ea, que possunt priuilegio acquiri, acquiruntur etiam prescriptione, vt vulgo dicitur ex cap. super quibusdam, vers. preterea, de verb. significat. d. cap. accedentibus, in fine, vbi glos. cum aliis traditis per Couar. lib. 1. var. cap. 10. n. 14. & Gabr. commun. sub tit. de prescript. concl. 1. a princip. iam sequitur iurisdictionem, & omnia iura Episcopalia etiam cum territorio prescribi posse ab inferioribus, quare ita probantur in cap. auditis, & in cap. de quarta 4. & in cap. cum olim 18. vers. quia, de prescript. & in cap. ult. de offic. Archid. glos. 2. in cap. quicumque 16. quest. 3. Calderin. conf. 2. de prescript. Balb. eodem tract. 1. par. 5. a num. 83. Boer. d. c. 133. num. 10. Couar. in cap. alma mater par. 1. §. 12. num. 3. Abb. in cap. cum contingat num. 11. de foro compet. Rot. in Volaterranen. seu nullius iurisdictionis 13. Aprilis 1584. coram Orano, & in Constantin. iurisdictionis 18. Maij 1611. coram Reuerendissimo Atrebaten. impressa per Farin. d. c. 324. num. 12. par. 1. recent. & in Baren. iurisdictionis 16. Februarij 1609. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, impressa per eundem d. c. 243. num. 9. par. 2. recent. vbi etiam fuit dictum, quod ad hoc propositum debet probati immemorialium, aut quadragenarium cum titulo.

4 Non obstat quod insuperonatus, ius eligendi ad beneficium, ius decimandi, & reliqua fere omnia iura Episcopalia, & Parochialia, sunt spiritualia, vel spiritualibus annexa, cap. quanto, de iudic. cap. de iure, de iure patron. cap. Messana, vbi omnes, de elect. cap. eiusdem, que, & cap. cum olim, ibi, vniuersa spiritualia, de prescriptio. dicuntur res sacre, cap. super eod. de transact. Atqui res sacre prescribi non possunt. l. v. sicapionem 9. ff. de v. s. cap. §. sed aliquando, Inst. eodem tit. Igitur, & c. Responderet enim res sacras in proposito intelligi illas, que per Pontifices specialiter consecrantur, & in vsum diuinorum benedictione quadam sanctitatis constituta dicuntur, & sacra constituuunt, vnde strictè loquendo sacre efficiuntur, per quam consecrationem eximuntur à commercio, vt iam non sint in bonis alicuius. l. in tantum, vers. sacre, ff. de rerum diuis. §. sacre. Inst. eod. explicat post D. Thom. & alios Nanar. de spoliis §. 17. num. 7. Planè ius patronatus, & spiritualia, de quibus supra, non sunt eiusmodi, quia permanent in bonis eorum, quibus competunt, & veluti iura propria ab illis administrantur, qui licet non plenum, restitutum Barbof. de Episcopo. Pars III.

tamen dominium, & veram quasi possessionem habent, ac subinde licet illa iura non emanant, neque transferantur aliquo temporali dato, vel retento ad vitandum simonia vitium, d. cap. super eo, nihilominus tamen sunt in commercio, quatenus per aliquos titulos acquiruntur, transferuntur, & retinentur, vt colligitur ex cap. 1. cum aliis, de iure patron. Clem. sephores, eod. tit. cap. querelam, ibi, in quasi possessione, cap. cum Ecclesia 31. ibi, iure suo, de elect. cap. 1. ibi, in re facerdotum 16. quest. 7. cap. 2. de transact. cum aliis intellige iurisdictionem resolutionem procedere vbi prescribitur absque villo Episcopi ministerio, quia illius iurisdictione non prescribitur per iurisdictionales actus ab alio factos nomine ipsius Episcopi, vt post Ruin. conf. 217. num. 13. vers. allegat etiam lib. 1. censuit Rot. in Marsiceni. iurisdictionis 26. Aprilis 1609. coram Patriarcha Manzanedo, impressa per Farin. d. c. 248. n. 6. p. 2. recent.

Amplia id ipsum procedere etiam in iuribus Episcopalibus arduis, & que solis Episcopis, & ipsorum dignitati referuantur, vt colligitur ex d. c. cap. cum olim, vers. quia, & constat, quia cognitio causarum matrimonialium est de arduis, que soli Episcopo referuantur, & ex stylo Curia committuntur, d. c. cap. accedentibus, Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 20. vers. ad hoc, & tamen text. in dict. cap. auditis, probat huiusmodi cognitionem legitima prescriptione posse inferioribus acquiri, vt ibi notant omnes, vt per Parif. num. 3. glos. 2. & vlt. per text. ibi, d. c. accedentibus, glos. 1. in cap. litteras, de restitut. spoliar. communis ex Palat. in reper. cap. per vestras, de donation. inter virum & uxorem, vlt. ab. 2. §. 1. num. 33. Balb. vbi sup. num. 85. Couar. de sponsal. par. 2. cap. 8. §. 12. in princip. quicquid dicat Host. in dict. cap. litteras, quem sequitur las. in l. more maiorum, ff. de iurisd. omnium iud. num. 49.

Non obstat cap. quanto, de consuetud. vbi ius conferendi sacramentum Confirmationis vti res ardua, est Episcopis referuata, vt text. habet, non potest prescribi ab inferioribus nisi Episcopis, nam vltra multa, que ad illius materiam & intellectum tradunt D. Thom. vbi Caiet. par. 3. quest. 71. art. 11. Cou. lib. 1. var. cap. 10. Martin. Ledesm. 1. 4. q. 13. art. 11. respondetur principalem huius allegationis regulam, & ampliationem huiusmodi procedere in iis, que referuantur dignitati, & iurisdictioni Episcopali, non autem in referuatis Ordini, de quibus agit cap. quamuis 68. dist. 1. male allegatum à glos. 2. in d. cap. accedentibus. Planè collatio Sacramenti Confirmationis ex Apostolorum traditione referuata est Ordini Episcopali, vt probat text. sic intelligendus in d. c. quanto, cap. 1. cum scgg. de consecrat. dist. 1. cum aliis per me adductis sup. par. 2. alleg. 30. vnde meritò prescribi non potest ab iis, qui non habent ordinem Episcopalem, quippe qui non possunt in ea specie habere possessionem legitimam, sine qua non prescribitur reg. sine possessione lib. 6. & ita intendunt glos. 4. vers. item, Abb. num. 6. Parif. 4. in dict. cap. auditis. Balb. vbi sup. num. 89. vers. tertio, Couar. d. c. 10. num. 14. iuuat cap. aqua, vers. non, de consecrat. Ecclesie, vel Alt. Nec aliud probat cap. peruenit 95. dist. vbi ex priuilegio & commissione Sedis Apost. possunt non Episcopi Sacramentum Confirmationis conferre, ac subinde poterunt id ipsum acquirere prescriptione immemorali, arg. cap. super quibusdam, vers. preterea, de verb. significat. nam vltra alia, que ad intellectum d. c. peruenit, tradunt Doctores, vt per Couar. d. c. 10. n. 7. & 10. & Martin. Ledesm. vbi sup. satisfit, vt per eundem Couar. n. 14. & per citatos à Gabr. commun. sub tit. de prescript. concl. 1. a n. 16.

9 Ex quibus inferitur, collationem, seu institutionem beneficiorum contra Episcopos præscribi posse, itaut ad alios inferiores pertineat, vt probat *cap. cum olim, versic. quia*, ibi, *institutionibus, de prescripi.* & suaderet ex eo, quia supra diximus iurisdictionem & iura Episcopalia posse præscribi ab inferioribus, collatio autem & institutio beneficiorum pertinet ad iurisdictionem & iura Episcopalia, *cap. conquereute 16. de officio Ordin. cap. nosii 9. de elect.* Ergo, &c.

10 Non obstat *cap. ex frequentibus 3. de institut.* quia solum reprobat consuetudinem, vel præscriptionem, per quam clerici recipiebant beneficia ab iis, qui potestatem non habebant, intrudentes se sine auctoritate alicuius legitimi superioris, ad quem id iure pertinet, iuxta quem sensum Pontifex in eo text. agit de consensu Episcopi, vel officialium, non vt excludat alios, qui priuilegio, vel præscriptione legitima instituendi potestatem habuerint, immo tacite eisdem includit, dum simpliciter non egit de Episcopis, & officialibus, sed adiecit, *qui de iure possunt*, quæ verba licet passim intelligantur expositiue, multo planius, vt pungit Abb. *ibi num. 8.* accipiuntur restrictiue ad præcedentia, quasi textus agat non de consensu Episcopi, vel officialium quorumcumque, sed illorum, qui de iure possunt. Ita quod vbi Episcopi, vel officiales iure non possunt, necessarius sit, & sufficiat consensus aliorum, qui aliàs possunt, planè vbi aliquis contra Episcopum præscripsit collationem, vel institutionem, iam non Episcopus, sed præscribens potest de iure conferre, iuxta *d. cap. cum olim.*

11 Licet supradicta illatio de plano procedat in institutione tituli collatiua, tamen non desunt qui aliter sentiant in institutione illa, quam vocant authorizabilem, per quam in beneficiis curatis committitur populus, vel animarum cura obseruantes limitari regulam, *d. cap. auditis, & d. cap. cum olim. de prescripi.* dum habent iura Episcopalia præscribi posse, vt non procedat in dict. institutione authorizabili, per dict. *cap. ex frequentibus*, ita tenent Guid. Papæ in dict. *cap. auditis num. 1. ad finem*, & alij, quos refert Felin. *num. 8. Miles, & alij*, de quibus Gilchen *de prescripi. par. 3. o. 10. num. 10.*

12 Sed his non obstantibus verius est institutionem etiam authorizabilem præscribi posse, vt intendunt gloss. *1. ad fin. in dict. cap. ex frequentibus, gloss. 2. in cap. cum Bertoldus, de re iudic.* Abb. in dict. *cap. cum olim num. 5. & in cap. cum ex officio, num. 6. de prescripi. & in dict. cap. auditis num. 6.* vbi post alios Felin. *num. 8.* testatur in tota Italia ita seruari, Balb. *1. par. 5. num. 88.* communis ex Paril. in dict. *cap. auditis num. 5.* & colligitur ex dict. *cap. cum olim versic. quia*, vbi Ecclesiæ ad Episcopum pertinentes possunt ab aliis pleno iure præscribi, itaut vel quoad omnia, vel quoad pleraque grauissima, de quibus in *d. versic. quia*, eximantur ab Episcopi potestate; igitur præscribi poterunt etiam quoad institutionem hanc, in qua non apparet maior, vel diuersa ratio; iunat idemmet text. in dict. *versic. quia*, in verbo, *institutionibus*, sub quo comprehenditur omnis institutio ad Episcopum pertinens, siue tituli collatiua, siue authorizabilis sit. Facit tandem text. in *cap. cum satis, de offic. Archid.* dum probat institutionem hanc posse competere Archidiacono de licentia & mandato Episcopi, igitur non occurrit cur similiter per legitimam præscriptionem acquiri nequeat.

13 Non obstat *d. cap. cum satis*, dum videtur pr obare

Archidiaconum, siue mandato Episcopi obtentu alicuius consuetudinis habere non posse institutionem authorizabilem, quia omni illis multorum interpretationibus, quorum aliqui interpretantur de consuetudine, vel præscriptione non completa, alij distinguunt inter præscriptionem, & consuetudinem, vt in hac procedat *d. cap. cum satis*, in illa dict. *cap. olim*, nonnulli vero in præscriptione sine titulo, & bona fide, facilius intelligitur cum Card. in *Clem. 1. in princip. opposit. 6. de excessib. Prælat. Balb. de prescripi. 1. par. 5. quest. 11. num. 6. & Gilchen. eod. tract. par. 3. cap. 10. num. 10.* quod in *d. cap. cum satis*, solum prohibet Pontifex consuetudinem, seu magis præscriptionem, per quam aliquis inferior intendit instituire in beneficiis nomine proprio, non ita si præscribat nomine, & vice Episcopi tanquam ipsius Vicarius faciat institutionem, vt deducitur ex littera eiusdè text. ibi, *sine licentia & mandato Episcopi*, quæ verba ostendunt quod si præscriperit vt faciat tanquam de mandato Episcopi non esse prohibitum, iuncta vulgari reg. quod omnia, quæ priuilegio acquiri possunt, acquiruntur etiam præscriptione, *d. super quibusdam, §. præterea.*

14 Iura hæc sic præscripta non competunt præscribenti accumulatiue cum Episcopo, quasi ille cum hoc insimul accumularetur, vt vterque vtatur & locus sit præuentioni, sed potius priuatiue respectu Episcopi, itaut solus abbas præscribens vtatur, Episcopus vero priuatur, & excludatur ne amplius vti valeat, vt probant dict. *cap. auditis, in fine, ibi, silentium imponentes, &c.* obseruatur ibi Abb. *num. 7. Felin. num. 9. & Paril. num. 7.* post alios idem Abb. & Imol. per text. ibi in *d. cap. cum olim, Abb. num. 7. & Felin. num. 5. in cap. pastoralis in princip. de officio Ordin. Bald. cons. 201. lib. 1. Marian. n. 8. in c. cum coningat, de foro comp. Balb. de prescripi. 1. par. 5. num. 88. & par. 2. num. 22.* refert alios Couar. in *cap. alma mater par. 1. §. 12. n. 3. & sequitur Rot. apud Mant. decis. 296. num. 1.* vbi intelligit de præscriptione longissimi temporis, Auend. *lib. 1. Prætorum cap. 5. num. 25.* ex quibus iam hodie hæc videtur recepta sententia, pro qua non leuiter vrget natura præscriptionis, secundum quam, ea, quæ præscribuntur, acquiruntur, itaut alius contra quem præscribitur, omninò ab illis excludatur, & eius dominium vel ius omninò petimatur, *l. 1. post princip. ibi, excludebantur, &c. C. de usufruct. transform. l. qui 23. ibi, dominium noster, ff. de usufruct. capion. gloss. pen. in fine in l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquir. possess.*

15 Contrariam nihilominus sententiam, immo quod iurisdic. & iura Episcopalia, vel similia non priuatiue, sed accumulatiue ad Episcopum præscribantur, probarunt Ioan. Andr. Host. Anton. Imol. & alij in *d. cap. pastoralis, Roland. cons. 80. à num. 22. lib. 2.* quam & praxi seruandam, & communem (antiquorum fortasse) testatur Couar. dicto loco, Pro quibus facit, quia iurisdic. & potestas specialis alicui communicata, intelligitur accumulatiue, non verò priuatiue respectu illius, qui Ordinariam de iure habet, itaut locus sit præuentioni, arg. *l. 1. C. de officio præfecti Vrbi, l. ultim. C. de iurisdic. omnium iudic. cap. per hoc, de heret. in 6. communis in dict. cap. pastoralis, & alibi, vt per Roman. cons. 393. num. 1. cum seqq.* Ruin. qui de comuni testatur *cons. 7. num. 5. lib. 4.* Couar. & Rol. citatis locis, Rot. ex sententia Illustrissimorum interpretum Concilij in *causa Pisen. iurisdictionis 15. Iunij 1590.* coram Card. Plato, & in *Montis Regalis iurisdictionis 27. Nouembris 1606.* coram R. D. meo Coccino Decano, impressa per Farin. *dec. 121. n. 4. p. 1. recent.*

recentior. & in *Abulen. iuris visitandi 28. Iunij 1600.* coram Gregor. XV. impressa per eundem *decis. 30. num. 3. par. 2. recentior.* & in eadem coram eodem *10. Nouemb. 1600.* impressa per eundem Farin. *dec. 33. num. 1. d. p. 2. recentior.* vbi fuit dictum quod iurisdictionem alicui concessum, non censetur concessum priuatiue quoad Episcopum, nisi expresse dictum sit quod Episcopus non possit visitare, tum etiam quia si iurisdic. & iura Episcopalia in proposito præscriberentur priuatiue, vtique Episcopus priuatur iure obedientiæ, & procuratoris debitæ. *conuap. cum non liceat, & cap. cum ex officio, de prescripi.*

18 Vnde ex mente Abb. in *d. cap. auditis, n. 14. & in d. cap. pastoralis, num. 7.* Roland. *cons. 439. n. 11. vers. 3. lib. 3.* & aliorum dici potest priorem opinionem procedere vbi per integrum præscriptionis tempus præscribens solus vsus est iurisdictione, & iuribus præscriptis, Episcopus verò, vel aliàs contra quem præscriptio processit, intra illud tempus vsus non fuit: tunc enim ex quo solus ille vel quasi possedit, solus acquirit, & ita priuatiue, vt colligi potest ex *l. si quisquam, ff. de diuersis, & temp. prescripi.* Posterior verò opinio procedat, vbi etiam is contra quem præscriptio completur, intra tempus illius exercuit iurisdictionem, vel iura alia, quæ similiter alius præscribens quasi possidens exercuit: tunc enim quia is non solus, sed accumulatiue cum illo præscribit, & acquirit, vt videmus contigisse in plerisque causis mixti fori, de quibus cognitio cum natura sua esset temporalis ex præscriptione accumulatiue pertinet ad Ecclesiasticos, qui non soli, sed etiam laici cognoscentibus accumulatiue cognouerunt. Illud tamen aduertere oportet, quod iurisdictionem non potest iurisdic. priuatiue ab Episcopo quin saltem penes eum remaneat habitus, licet actus sit penes inferiorem, quo negligente reuertitur ad Episcopum, vt obseruatur Abb. in *cap. cum coningat num. 18. de foro comp. Erafm. à Cochier de iurisd. Ordin. in exemptis par. 1. quæst. 6. num. 20. Rot. decis. 514. n. 1. p. 1. diuers.*

20 Nec aduersatur quod Episcopus, vel is contra quem præscribitur exercens iurisdictionem, vel iura alia intra tempus præscriptionis, videtur præscriptionem interrumpere, ita vt iam amplius nec etiã accumulatiue possit alius præscribere, quia refellitur ex mente Abb. *d. num. 14.* & aliorum, si dicas huiusmodi vsus Episcopi tantummodo interrumpere & impedire præscriptionem priuatiuam, cui soli aduersatur, & ita efficere ne præscribens, qui solus non exercuit, solus acquirat, non vero interrumpere ne is, qui accumulatiue cum alio quasi possedit, accumulatiue cum illo acquirat, quia huic acquisitioni accumulatiue non aduersatur simplex vsus illius contra quem præscribitur, cum quo stare potest vsus alterius accumulatiue, ita vt locus sit præuentioni. Sic sane retenta hac concordia cessant omninò, & componuntur argumenta supra in vtramque partem adducta. Nam text. *d. cap. auditis, in fine*, procedit vbi Abbas per integrum præscriptionis tempus solus quasi possedit, & exercuit iura Episcopalia in Ecclesiis de quibus ibi, idem intendit *cap. auditis, de integ. rescri. ibi, pleno iure possessa.* Sic similiter i natura præscriptionis rectè defenditur in proposito, dum præscribens acquirat eo modo quo possedit, & ita priuatiue si solus, accumulatiue vero si non possedit solus, in quo posteriori casu alter contra quem præscriptio currit, priuatur, & excluditur ab illo iure, quod antea habebat, secundum quod solus iurisdictione, & aliis iuribus vtatur, & nunc post præscriptionem cogitur admit-

tere alium secum accumulatiue vtentem iurisdictione, & iuribus incorporalibus, quæ possunt à pluribus in solidum obtineri, licet in rebus corporalibus aliud seruetur. *l. si vt certo §. si duobus ff. Commodari*, sicut etiam vbi iurisdic. specialis alicui committitur in fauorem personæ, per huiusmodi commisionem derogatur potestati ordinariæ, *cap. studij, de officio legati.*

[De iuribus Episcopalibus, in quibus & super quibus per iuris communis assentiam ad solum Episcopum spectat cognitio, & illi datur absque alia probatione manentio.

22 Vm supra variis in locis de his iuribus Episcopalibus egimus, nihil ex professo de iuris communis assentiam & fundata intentione, quam in illis habent Episcopi ad plura deferuente diximus, quare in hoc loco aliquid dicere operæ pretium duximus, postquam de horum iurium præscriptione supra tractauimus. Multa igitur sunt huiusmodi iura.

23 Primo, Episcopus habet fundationem intentionem de iure communi super iurisdictione omnium Ecclesiarum, id est, exercendi iurisdictionem quoad omnes Ecclesias suæ diocesis, *cap. omnes Basilica 16. q. 7. cap. conquereute, de officio Ordin.* plures refert Post. in *tract. mandati de manutenendo, obseruat. 45. num. 6.* Seraphin. *decis. 1104. num. 1. & decis. 1228. num. 1.* Rota *decis. 525. num. 1. par. 1. recentissim.* aliàs in posthumis Farinacij, & quoad omnia loca existentia intra fines diocesis, etiam quod sint nullius, Rota *decis. 501. n. 1. p. 2. recentior.*

24 Secundo, Habet etiam iuris communis assentiam in exercitio iurisdictionis spiritualis quoad omnes personas suæ diocesis, *dist. cap. conquereute, de officio Ordin. cap. cum Episcopus, eod. tit. lib. 6. Caputaq. decision. 306. num. 1. & 7. lib. 1. & decis. 203. lib. 3.* Post. *dist. tract. obseruat. 29. num. 17.* Rota *decision. 713. num. 1. par. 4. diuers. & decision. 171. num. 2. & decision. 491. num. 1. par. 1. recentior.* Etiam si illæ personæ profiteantur se inseruire capellæ exemptæ à iurisdictione Episcopi, Rota *decision. 726. num. 2. vers. & quatenus part. 1. diuers. & decision. 313. num. 2. part. 2. recentissim.* Non est enim inhibendum Episcopo quominus suam iurisdictionem exerceat in loca & personas suæ diocesis, etiam sub prætextu exemptionis, seu priuilegiis, nisi eo exhibitio, & diligenter discussio, itaut manutenendus veniat donec de exemptione, seu priuilegio dispuretur *cap. cum persona, de priuileg lib. 6.* Seraphin. *decision. 595. sub num. 1. & decision. 1067. num. 3.* Beltramin. *ad Gregor. decision. 312. sub num. 4.* Rota apud Marches. *de commission. part. 1. pag. 957. & apud Pacif. de Saluiano interd. decis. 42. n. 6.*

25 Etiam vbi de exemptione & priuilegio constitit, adhuc manutenendus est Episcopus respectu monasterij exempti quoad ea quæ concernunt clausuram ipsius monasterij, & quoad visitationem curæ animarum, & administrationem Sacramentorum, admisionem ministrorum etiam amonibillium, & in his, quæ pertinent ad Ordines, Rota apud Marches. *commission. part. 1. pag. 958. in princip. & num. 2.* Postius *dist. tract. obseruat. 45. num. 16.* & respectu exemptorum, qui habent suas Ecclesias & loca in territorio, & intra fines suæ diocesis ex sola iuris communis, & Concilij Trident. assentiam erit danda

manutentio Episcopo in conuocatione Synodi, in visitatione Ecclesiarum Parochialium earum Rectorum secularium, necnon eorum correctione in concementibus, curam animarum, eorundemque institutione, & destituitio, & concessione litterarum dimissorialium, Ordinumque collatione; Seraphin. decif. 1278. in princ. num. 1. & in fine, quae est interdum rfas decif. 166. par. 4. & apud Marchel. dist. par. 1. pag. 982. refert Post. dict. tract. obseru. 45. n. 15.

27 Quae tamen restringenda veniunt eo casu, quo ille, qui exemptionem, seu privilegium exhibet, sit etiam in quasi possessione illius exemptionis, quia tunc illi, & non Episcopo manutentio datur, d. cap. cum persona, de priuil. in 6. Marefcot. var. resolu. lib. 1. p. 11. n. 21. & 22. cum seqq. Aloyf. Ricc. in collect. decif. collect. 1314. Rota apud Marchefan. d. p. 1. pag. 980. num. 2. & inter recentior. decif. 491. num. 4. 7. & 9. p. 1. vbi num. 8. & 10. ait quod in quasi possessione exemptionis tunc quis constitutus dicitur si probaretur venisse casum, & Ordinarium voluisse exercere iurisdictionem, & fuisse repulsum, & repulsioni acquiescisse, vel habuisse se pro spoliato, non autem ex eo solo quod non appareret superiorem in eum exercuisse, refert Post. d. obseru. 45. n. 17. & 18.

28 Tertio. Episcopus habet iuris communis assistentiam, ac in eo fundatam intentionem in cognitione causarum omnium, iuxta tex. in d. cap. cum persona, & ibi Doctores, de priuileg. in 6. Rota decif. 306. num. 1. apud Postium post dictum eius tractatum. Et sic in cognitione causarum civilium, & mixtarum Rota decif. 383. num. 2. par. 2. recentissim. Et in cognitione causarum criminalium, glos. verb. per Capitulum in cap. in refragabilis §. excessus, de offic. Ordin. Caputaq. decif. 203. par. 3. Rot. apud Marchel. de commiss. par. 1. pag. 1069. in ult. impres. & decif. 197. a num. 1. & decif. 306. num. 3. & 5. apud Postium, & inter recentior. decif. 447. p. 1. & decif. 610. par. 2. vbi fuit dictum non solum de iure communi, sed etiam vigore Concilij Trident. Episcopum habere fundatam intentionem in cognitione causarum criminalium intra limites suae diocesis, & donec de contraria immemorabili discutitur manutendum esse in sua possessione, proindeque per Concilium sess. 24. de reformat. cap. 20. prope fin. sublatam esse quadragenariam cum titulo, seu priuilegio, eadem Rota inter recentissim. decif. 126. num. 1. par. 2. Et quod in cognitione causarum criminalium & matrimonialium habeat Episcopus infra limites suae diocesis fundatam intentionem tenent Seraph. decif. 595. num. 4. Rota decif. 273. num. 1. & decif. 382. num. 1. & decif. 610. num. 2. par. 2. recent. Vnde Sacra Congreg. Concilij in nullius, sine Conuersatione. 20. Augusti 1627. censuit causarum matrimonialium & criminalium cognitionem ad Episcopum spectare donec per alium praetendentem probetur immemorabilis; & quod sit nullius; & iterum in Theatina Abbacia S. Ioannis in Venere 11. Septemb. 1621. fuit resolutum spectare ad Episcopum cognitionem causarum matrimonialium & criminalium etiam in Abbacia exemptionis, donec per tres sententias conformes, vel vnicam, quae in rem iudicatam transferat, Abbaciam praefatam, ac loca illi subiecta, seu ab ea dependentia nullius diocesis esse constituti.

30 Quarto. Episcopus cum habeat iuris assistentiam in deputandis examinadoribus pro collatione Parochialium, in quasi possessione iuris huiusmodi debet manutentio, vt per Mantie. decif. 228. n. 6. Post. in d. tract. obseru. 10. n. 18.

31 Quinto. Et in quasi possessione approbandi Confessarios ob eandem rationem manutentio

est, Rota decif. 332. p. 1. recent. Post. d. obseru. 10. n. 19. Rota apud eundem decif. 197. n. 13.

32 Sexto. Episcopus habet fundatam intentionem de iure communi super collatione omnium beneficiorum suae diocesis, d. cap. omnes Basilicae 16. q. 7. Selu. de benefic. p. 2. q. 22. num. 41. Seraphin. decif. 799. num. 1. Gregor. XV. decif. 291. num. 1. vbi Adden. sub num. 4. Rot. decif. 382. num. 1. & decif. 416. num. 1. par. 2. recentior. & decif. 125. num. 1. apud Postium post eius tract.

33 Septimo. Episcopus habet assistentiam iuris in cura animarum Ecclesiarum non habentium proprium Parochum, cap. cum iatis, vbi Abb. num. 1. & 2. Cardin. Anch. & alij de officio Archid. Butr. in cap. 1. num. 7. de capell. monach. Rota decif. 93. num. 2. par. 2. recentissim.

34 Octauo. Habet quoque fundatam intentionem de iure communi super decimis praediorum, quae sunt nullius parochiae, cap. quoniam in 2. dicto, vbi Hofl. n. 1. & 2. Abb. num. 2. & Boich. etiam 2. de decim. cap. dudum, vbi glos. verb. de iure communi in vers. verius puto, & ibi Anch. num. 1. in fine. Butr. num. 2. eod. tit. Coccin. decif. 118. num. 5. & decif. 237. num. 2. & decif. 485. num. 1. & decif. 254. num. 1. Post. d. tract. obseru. 45. num. 46. Rota decif. 262. num. 1. par. 2. recentior. Et super decimis praediorum existentium in Ecclesia Cathedrali, quae sit Parochialis, Coccin. decif. 38. num. 1. & decif. 254. num. 4. Post. dict. obseruat. 45. num. 45.

35 Nono. Intentionem fundatam habet Episcopus in exactioe quartae decimarum pro sua Pontificali intra limites suae diocesis, cap. de his, cap. decernimus 10. q. 1. cap. conuenerunt, & ibi Hofl. num. 15. Ioan. Andr. num. 40. Imol. num. 8. Butr. num. 4. de officio Ordin. Rebuff. de decim. q. 7. num. 11. Marefc. d. lib. 1. cap. 11. num. 17. Seraphin. decif. 1449. num. 4. Post. d. obseru. 45. num. 54. Gregor. XV. decif. 519. num. 1. & 2. Rota decif. 402. num. 1. par. 2. recentior. vbi etiam quae dicatur Pontificalis portio intellige probata possessione, vt infra ostenditur n.

36 Decimo. Episcopus habet iuris assistentiam pro credito Cathedralici contra Ecclesias sibi subditas ratione visitationis seu procurationis vsque ad duos solidos, cap. 1. 10. q. 3. cap. conuenerunt verb. annos solidos, de offic. Ordin. Pauin. de visitat. p. 1. q. 5. n. 13. Rota decif. 465. n. 1. p. 2. recentissim.

37 Pro quorum iurium assistentia, & manutentio in cognitione est obseruandum quod in materia iurisdictionali competit manutentio ratione solius iuris communis, d. cap. cum persona §. fin. de priuil. lib. 6. Caputaq. decif. 306. num. 7. lib. 1. Rota decif. 145. n. 5. in fine, & seq. p. 1. diuersor. & decif. 313. n. 2. in fine par. 2. recentissim.

38 Vigore enim assistentiae iuris competit manutentio, etiam alio non probato, seu absque alia probatione quasi possessionis, Caputaq. decif. 206. in princ. num. 1. 2. & 7. par. 1. & decif. 201. par. 2. Marefcot. dict. lib. 1. cap. 11. num. 3. Verall. decif. 203. par. 2. Seraphin. decif. 1067. num. 3. Mantie. decif. 40. sub num. 4. & decif. 322. num. 2. Coccin. decif. 471. Cardin. Caualec. decif. 193. num. 1. & decif. 506. num. 2. & 4. & decif. 617. num. 1. Rot. apud Pacificum decif. 39. num. 2. & 3. & decif. 42. num. 5. & apud Postium decif. 125. num. 1. & decif. 184. num. 2. & decif. 306. num. 21. eadem Rota decif. 416. num. 1. par. 2. recentior. Habens enim pro se assistentiam iuris communis, dicitur habere liquidissimam probationem, glos. verb. ostendit in l. si tutor, vbi Bald. num. 2. C. de priuil. int. Rota decif. 4. in fine par. 2. diuersor. & decif. 313. num. 8. in fine par. 2. recentissim.

Tunc

40 Tunc autem sola iuris assistentia absque alia probatione releuat ad effectum manutentionis, de qua agimus, quando nihil adest in contrarium, seu assistentia non est offuscata, & redditur turbida, secus e contra, vt si respectu Episcopi sit incertum, & dubium, an locus sit intra fines diocesis, vel pendeat de superbis, vel adfit contra eum sententia, seu assistentia sit turbida, vel offuscata actibus, & probationibus in contrarium, Marefcot. d. lib. 1. cap. 11. num. 11. Greg. XV. decif. 312. num. 1. & adden. sub num. 4. vers. limitatur. Seraph. decif. 1278. num. 1. & 5. Rota apud Post. decif. 184. n. 6. & decif. 187. n. 9. & decif. 200. n. 25. & decif. 305. n. 4. & decif. 306. n. 2. eadem Rot. decif. 382. n. 5. & decif. 501. n. 2. par. 2. recentior. At si actus contrarij sint turbidi interim donec probentur, debet concedi manutentio, eadem Rota dict. decif. 382. num. 6.

41 Similiter ex sola iuris assistentia manutentio non datur, quando alius est in possessione, Beltramin. ad Greg. decif. 312. num. 4. vers. item assistentia, Caualec. decif. 655. num. 10. Rot. decif. 165. sub num. 1. part. 2. diuersor. & decif. 685. num. 2. in fine p. 1. recentior. & decif. 423. num. 3. & decif. 505. num. 4. part. 2. etiam recentior. & decif. 184. num. 6. apud Postium: intellige si possessio sit alicuius temporis considerabilis, Beltramin. d. num. 4. vers. item assistentia, Rota apud Post. decif. 200. num. 24. Et quando ex aduerso allegatur, & probatur exemptio, priuilegium, seu titulus, vna cum praescriptione, vel possessione, quia tunc manutentio debet qui titulum, & praescriptionem, seu possessionem allegat, & probat donec super petitorio cognoscatur, Marefcot. d. lib. 1. cap. 11. num. 5. & 18. Gutier. pract. lib. 3. q. 14. num. 65. Seraph. decif. 595. num. 2. & 3. & decif. 1382. num. 1. & decif. 1386. num. 1. Rota decif. 382. num. 4. & decif. 493. num. 2. p. 2. recentior. & apud Post. decif. 166. num. 20.

42 Denique licet Episcopus habeat in quarta decimarum fundatam intentionem intra limites suae diocesis, vt dixi supra n. Attamen sine possessione non datur illi mandatum de manutendo, Marefcot. d. lib. 1. cap. 11. num. 17. Seraph. d. decif. 1449. Post. d. obseruat. 45. num. 55. sed probata quasi possessione eidem manutentio conceditur, Seraph. decif. 1380. num. 1. Rota decif. 402. num. 2. par. 2. recentior. Sicut etiam in materia quarumcumque decimarum Rota non dat mandatum de manutendo propter iuris communis assistentiam, nisi probata etiam quasi possessione, Beltramin. ad Greg. XV. decif. 312. in fine. Post. d. obseru. 45. num. 42.]

ALLEGATIO CXXVIII.

Episcopis, & Prelatis inferioribus debita obedientia, an possit a subditis praescribi.

S V M M A R I V M.

- 1 Obedientiam Episcopis, & Prelatis debitam subditi praescribere non possunt.
2 Obedientia numeratur inter iura Episcopalia.
3 Praescriptio omnis extinguens omnino obedientiam Episcopo dioecetano iure communi debitam indistincte prohibetur.
4 Praescriptio qua iuri seu bono publico nocet, repugnantiam, confusionem, & inordinationem continet, prohibetur.

- 5 Praescriptio per quam obedientia Episcopo debita non extinguitur, sed transferatur ad alium, non excluditur.
6 Exemptionem a reuerentia debitam Episcopo nemo in iocum praescribit.
7 Prelatus inferior potest praescribere, ut in sua parochia praecedat Episcopum.
8 Exemptio extinguere praescribi non potest, sed irreflatim.
9 Populus non exemptus Abbacia exempta praescribere potest contra Episcopum exemptionem.
10 Obedientia qua iure speciali debetur potest praescribi.
11 Praescriptio etiam immemorialis non potest extinguere omnino obedientiam Episcopo dioecetano iure communi debitam.
12 Episcopalia iura licet regulariter praescribi possint, nonnulla tamen excipiuntur speciatim iure prohibita.
13 Cap. cum olim, il. 2. de priuileg. declaratur.
14 Cap. cum persona, vers. si autem, de priuileg. lib. 6. declaratur.
15 Subditus Ecclesiae Romanae, & ab Ordinarij Episcopi subiectione exemptus, ut quis per praescriptionem dicatur, qua requiratur, ostenditur.



BEDIENTIAM Episcopis, & Prelatis debitam subditos praescribere non posse probat text. cap. cum non liceat, ibi, praescriptione non obstante, de praeser. vbi gloss. & Doctores tradunt gloss. 4. in cap. audis, eod. tit. gloss. vbi in cap. cum inter, de consuetud. gloss. verb. consuetudine in cap. 2. de Pann. & remiss. lib. 6. Rot. decif. 1. de praeser. in nouis, alias 239. Aret. Alex. & Iason a num. 9. in l. 3. qui putat, ff. de acquirend. hered. lat. Balb. de praeser. 1. par. 5. a n. 9. Peregr. de iure fisci lib. 6. tit. 8. num. 9. Obstat tamen quod obedientia numeratur inter iura Episcopalia, cap. conuenerunt, de offic. Ordin. igitur praescribi potest, iuxta cap. cum olim, cap. audis, de praeser. Rursus obstat cap. cum olim 2. ad fin. de priuileg. cap. cum persona, eod. tit. in 6. vbi omnimoda exceptio a potestate, & subiectione Episcopi, & ita ab obedientia eiusdem potest praescriptione comparari. Accedit, quia ratio, quam text. in d. cap. cum non liceat, in princip. sentit, non videtur sufficiens, imo nec vera, licet enim subditus contra Episcopum praescribat obedientiam, non propterea recedit a capite, cum adhuc maneat subiectus Roman. Pont. qui existit Vicarius Christi Domini, qui est caput omnium Ecclesiarum, iuxta illud Pauli ad Ephes. 1. ipsius dedit caput supra omnem Ecclesiam, Clem. 1. in princ. de iureiur.

Verum vt quae sit breuiter resoluitur, sequentem constituo conclusionem. Omnis praescriptio extinguens omnino obedientiam Episcopo dioecetano a subdito iure communi debitam indistincte prohibetur. Patet conclusio, siquidem t. omnis illa praescriptio prohibetur, quae iuri, seu bono publico nocet, repugnantiam, confusionem, & inordinationem continet, & nerum Ecclesiasticae disciplinae infringit, vt constat ex l. praescriptio, C. de operibus publ. iuncta l. 1. ff. de usufruct. cap. licet, in princip. ibi, confusio nasceretur 16. q. 3. d. c. cum inter; sed praescriptio omnino extinguens obedientiam Episcopo dioecetano a subditis iure communi debitam est eiusmodi, quia maxime nocet iuri, & bono publico, quod in subditorum obedientia consistit. cap. sciendum, vers. obedientia 8. quest. 1. cap. vltim. in princip. 23. quest. 1. insuper continet repugnantiam, confusionem, & inordinationem.

GGGg 3 dum

dum membrum suo capiti non obtemperat, sed ab eo recedit, & quis accephalus efficitur, cap. nulla 93. dist. & qui subditus est superiori non agnoscit per obedientiam, quae versatur in exequendis superiorum praeceptis, & est de intrinseca ratione superioritatis, ex latere adductis per S. Thom. 2.2. quae. 104. art. 1. Syluest. & Summistas verb. obedientia, in quo manifesta repugnancia, confusio, & inordinatio cernitur, & tandem infringitur vis & nervus potestatis Ecclesiasticae, dum Episcopis, qui proprie sunt Praelati, & superiores Ecclesiastici, subtrahitur obedientia sine qua inanis est potestas, quae in imperando consistit, l. potestatis 2 §. in princip. ff. de verb. significati.

5 Dixi in conclus. omnis, ut ita includatur etiam immemorialis, & cum titulo, ut infra ostendetur. Dixi etiam, omnino extinguitur, ad excludendam praescriptionem, per quam obedientia Episcopo debita non extinguitur, sed transferretur ad alium, qui in subditis Episcopi eadem praescribit, vel cui ipsimet subditi se subiciunt, quoad illam, quia exemptionem a reverentia Episcopo debita nemo ipse totum praescribit, ut per Fel. in cap. si diligenti n. 2.4. de foro compet. & in cap. cum inter num. 3. de re iud. Cast. in l. sed si hoc §. parvorum num. 4. ff. de in ius vocando, Rom. sing. 482. Henric. Bottr. de synod. p. 3. n. 47. cum seqq. in parte tamen praescribi posset, v. g. quod Praelatus inferior in sua Parochia praecedat Episcopum, ex Felin. in d. c. cum non liceat eolum. i. Balb. de praescript. 1. partis princ. quae. 1. n. 6. in fine, quos refert Erasim. Cochier de iurisd. Ordin. in exemptos p. 1. quae. 6. num. 16. & ita

8 t exemptio extinguitur praescribi non potest, sed translatae, Mil. in repet. verb. praescribi non potest exemptio. Roman. cons. 239. Butr. in dist. cap. auditis col. 7. vers. oppono quod non possit, de praescript. Balb. d. quae. 12. n. 9. sub fin. Unde t populum non exemptum Abbatiae exemptae praescribere posse contra Episcopum exemptionem, ut subdit Abbatiae exemptae tradunt Abb. in d. cap. cum non liceat, num. 17. Caccialup. in tract. de unioib. art. 3. num. 20. cum seqq. Erasim. Cochier dist. quae. 6. num. 10.

10 Adieci, iure communi debitam, ut excludatur ea, quae iure speciali debetur, quam text. in d. cap. cum non liceat, & ratio praedicta non includit. Sic sane hanc conclusionem satis probat d. cap. cum non liceat, cuius verba in principio, ibi, a capite membra recedere, intelliguntur de recessu totali, & absoluto, per quem omnino tollitur obedientia: sicut etiam verba illa, obedire sibi tanquam Episcopo vestro, & ibi, sicut alij clericici sua dioecesis, significant textum agere de obedientia iure communi debita Episcopo dioecetano, cui clerici, & Ecclesiae totius dioecesis iure communi subiciuntur, & obedire tenentur, cap. omnes Basilica 16. quae. 7. dist. cap. cum persona, ad fin. de privileg. lib. 6. observant gloss. 2. & omnes in dist. cap. cum non liceat.

11 Sic similiter conclusio praedicta, & text. in d. cap. cum non liceat, procedunt etiam in praescriptione immemoriali, ut satis deducitur ex ratione praehabita, & ex verbis illius text. quae in proposito simpliciter, & absolute praescriptionem reiciunt, ac subinde nec immemorialis locum habet, & ita notant Rot. ubi supra, & alij, ut per Aretin. in dist. l. is qui putat. n. 3. Pro quibus efficaciter virget, quia in terminis d. c. cum non liceat, ius commune (quo Episcopi in subditos suae dioecesis fundatam habent intentionem d. cap. cum persona, ad finem) est contra subditos praescribentes, & pro Episcopo contra quem praescribitur, & consequenter licet praescriptio non esset prohibita, non fuit admittenda, nisi vel quadraginta annorum

cum titulo, vel immemorialis, iuxta cap. de praescriptione lib. 6. observant in specie Paris. in d. cap. cum non liceat, num. 46. Balb. ubi supra num. 94. & alij, igitur d. c. cum non liceat, praescriptionem prohibet, necessarium intelligi debet de illa, quae alias semota prohibitione fuit admittenda, & ita etiam de immemoriali, quicquid contradicant, Olerad. consil. 172. post princip. post alios Ias. ubi supra a num. 10. quorum fundamenta facile tolluntur ex dictis praerallegata allegata.

12 Nec retenta praedicta conclusione obstant argumenta supra in princip. adducta; nam ad primum ex mente gloss. 4. in d. cap. auditis, Bellam. & aliorum in d. cap. cum non liceat, Ioan. Andr. Domin. & Francisc. in d. cap. cum persona, vers. si autem, responderet fatendo inra Episcopalia ut plurimum praescribi posse, non tamen omnia, quia excipiuntur nonnulla specialim iure prohibita, in quibus diversis ratio, & gravissimum praesudicium ita suadet, ut in cap. cum ex officij, de praescript. & similibus; unde licet subditi praescribere possint exemptionem, & libertatem a nonnullis oneribus, in quibus subiciuntur Episcopo, iuxta d. cap. auditis, cum similibus, non tamen praescribere valent exemptionem ab obedientia, de qua hic, quippe quae praescribi prohibetur propter gravissimum praesudicium, & absurda supra relata, quae in aliis iuribus praescribendis non reperiuntur, & in eis non tollitur intrinseca ratio superioritatis, nec membra a capite recedunt, ut in proposito contingit.

13 Nec item obstat d. cap. cum olim, il 2. de privileg. quia cum Paris. dist. num. 42. Balb. 1. part. 5. num. 92. & communiter ex Aret. in d. l. is qui putat, num. 3. ff. de acquirend. haered. responderet illum non agere de praescriptione per quam eiusmodi obedientia omnino extinguitur, ut in terminis dist. cap. cum non liceat, sed per quam ab Episcopo transferretur ad Ecclesiam Romanam, cui se monasterium subiecerat. Qui intellectus satis suadet, ex d. cap. cum olim, vers. nos igitur, ibi, exprimebant ius nostrum, & ibi, in nos lesio monasterij redundaret, siquidem Pontifex in vers. quia vero, admittit praescriptionem continentem id ipsum, quod privilegia concedebantur privilegij concedebatur exemptio a subiectione Episcopi, ita ut monasterium quoad illam subieceretur Ecclesiae Romanae.

14 Sic sane text. in d. cap. cum persona, vers. si autem, ex omnium sententia ibi, similiter procedit in ea praescriptione, quae secundum ius commune admitti potuit contra obedientiam, & subiectionem Episcopi, & sic in ea per quam quis ita eximitur ab Episcopo dioecetano, ut obedientia illi debita non extinguitur, sed per praescriptionem acquiratur alij, cui se subditi subiecerunt; pro quo intellectu videntur verba illius text. quae expendit Paris. in d. cap. cum non liceat, facit text. in d. cap. cum ex officij, de praescript. ibi, quamvis alius, &c. nam ubi per praescriptionem obedientia Episcopo debita acquiratur alij in quem transferretur, proprie loquendo subditus non praescribit obedientiam, quam non extinguit, sed alius illam praescribit in subditis contra Episcopum, & in eius praesudicium, iuxta gloss. verb. praescripsit, in d. cap. cum olim, cum similibus, ac subinde manet obedientia, & subditi non sunt accephali, nec absolute recedunt a capite, immo recognoscunt illud, cui se in locum Episcopi subiecerunt. Sic similiter notabis quoad effectum, t ut quis per praescriptionem dicatur subditus Ecclesiae Romanae, & ab Ordinarij Episcopi subiectione exemptus, requiritur quo ab ipsa Ecclesia Romana habitus sit & tractatus tanquam

quam subditus immediatus quoad illa, in quibus Episcopo subieciatur, & ita Ecclesia Romana per praescriptionem acquirat subiectionem specialem; nec sat est quod tractetur tanquam subditus quoad uniuersalem subiectionem, quam attento iure absolute praescriptione Ecclesia Romana habet in omnes fideles, ut bene advertunt ex mente aliorum Felin. in d. cap. cum non liceat, num. 12. ad finem, Paris. n. 45. Balb. ubi supra num. 93. Caltal. de Imperat. quae. 54. num. 6. Pro quibus facit, quia aliter cum eiusmodi subiectione uniuersalis semper maneat, sed per admittenda esset praescriptio contra obedientiam Episcopo debitam, & ita esset illa forsua prohibitio dist. cap. cum non liceat, iuuat d. cap. cum olim, ubi in vers. quia vero, iuncto vers. nos igitur, agit Pontifex de exemptione & praescriptione, per quam Ecclesia Romana acquirerebat ius, quod tolli poterat, & eo sublata ipsa Ecclesia Romana lesionem incurreret, id quod intelligi non potest de subiectione uniuersali, quae per exemptionem, vel praescriptionem non acquiritur Ecclesiae Romanae; nec ab eadem vllatenus tolli potest, iuxta cap. 1. & 2. dist. cum vulgaribus.

ALLEGATIO CXXIX.

Episcopi visitatio an praescribi possit.

S Y M M A R I V M.

- 1 Visitatio praescribi non potest.
- 2 Episcopus si aliquam Ecclesiam a se generaliter eximat, non potest visitationem, & correctionem a se abdicare.
- 3 Contraria opponuntur.
- 4 Visitatio illa proprie dicitur quae Ordinarij Ecclesiasticis ad correctionem subditorum, & reformationem Ecclesiarum iure incumbit.
- 5 Visitatio aliquando competit iura communi, aliquando iure speciali.
- 6 Visitatio iure communi competit Episcopis intra dioecesim, Archiepiscopis etiam intra prouinciam & Legato Apostol.
- 7 Visitatio competit etiam alijs, qui consuetudine, privilegio, fundatione, vel Ecclesiae institutione, seu alias ius habent visitandi.
- 8 Praescriptio contra visitationem multis modis contingere potest, aliquando absolute illam extinguendo, aliquando vero transferendo.
- 9 Praescriptio tollens omnino visitationem iure communi iniunctam, merito prohibetur, quamuis admittatur, quae illam transfert, vel alijs accumulatur.
- 10 Praescriptio omnino visitationem tollens quare prohibetur, ostenditur.
- 11 Praescriptio quae transfert visitationem, vel alij accumulatur, nullo iure prohibetur.
- 12 Consuetudo visitandi in praesudicium Episcopi debet esse praescripta saltem spatio 40. annorum.
- 13 Cap. cum ex officij, de praescri. declaratur.



14 VISITATIONEM praescribi non posse probat text. in cap. cum ex officij, ibi, nec contra visitationem, de praescript. tradunt gloss. 2. in cap. irrefragabili, de officio Ordin. Host. in summ. de officio Archid. num. 5.

15 Marian. de Visitat. a num. 19. Bernard. reg. 604. quia nec Episcopus si aliquam Ecclesiam a se generaliter eximat, potest visitationem & correctionem a se ab-

dicare, ut post Feder. consil. 11. num. 4. refert Rot. in Abulen. iuris visitandi 28. Junij 1600. coram Gregor. XV. impressa per Farin. decif. 30. num. 7. part. 2. recent. ubi hoc intelligit in Ecclesia iam constructa, & fundata, secus autem in fundatione.

3 Sed obstat quod iura Episcopalia praescribi possunt, cap. auditis, cap. cum olim, de praescriptione. cum late traditis sup. alleg. praecedentibus; igitur & visitatio praescribetur, quippe quae est de iuribus Episcopalis. cap. conquereute, de officio Ordin. Nec satisfacit ratio gloss. verb. visitationem in d. cap. cum ex officij, existimantis visitationem continere obedientiam, quae Praelatis debetur, ac subinde praescribi non posse, iuxta cap. cum non liceat, de praescript. resellitur enim, tum quia obedientia, & subiectione huiusmodi non magis cernitur in visitatione, quam in coeptione debitorum in institutionibus, & reliquis iuribus Episcopalis, quae praescribuntur, ut satis deducitur ex cap. 2. in princip. ibi, in scrutinio, bapismate, & similibus subiectionem postulans, de capellis Monach. iuncto d. cap. auditis, vers. quia; tum etiam quoniam Abbates, de quibus in d. cap. cum ex officij, licet ab Archiepiscopis non visitarentur, in reliquis tamen omnibus agnoscebant, & non subtrahebant obedientiam Metropolitanae debitam. Et tandem quia dist. cap. cum non liceat, agit de praescriptione, per quam directe, & absolute tollitur obedientia; non vero de illa obedientia, quae per indirectum cernitur in hoc, vel illo actu particulari, alioquin nullum ius Episcopale praescribi posset, cum in omnibus obedientia, & subiectione per indirectum considerari valeat.

4 Quare pro terminorum cognitione primo advertendum duxi, quod licet visitatio, sicut & verbum visitare multipliciter accipitur tam apud bonos Auctores, quam in sacris literis, ut constat ex Calepino, Thesauris, & alijs, Marian. de visitat. in princip. nihilominus tamen ex mente iuris in dist. cap. conquereute, de officio Ordin. & cap. 1. §. vlt. & per totum de censib. lib. 6. cum alijs, visitatio quatenus spectat ad Pastores Ecclesiarum describi potest, ut sit illa, quae Ordinarijs Ecclesiasticis ad correctionem subditorum, & reformationem Ecclesiarum iure incumbit.

5 Secundo, advertendum est hanc visitationem, vel ius visitandi ad morum, & Ecclesiarum reformationem aliquando competere iure communi, aliquando vero iure speciali. Priori modo t competit Episcopis intra dioecesim, dist. cap. conquereute, cap. cum venerabilis, 21. de censibus, item & Archiepiscopis Metropolitanis non tantum intra suam dioecesim, sed etiam intra prouinciam quoad dioeceses suffraganeorum, ut in d. cap. cum ex officij, & in cap. septima 14. & in cap. cum nuper 25. de consil. c. 1. eodem tit. in 6. quamuis suffraganei non sint negligentes, cap. vlt. de censib. in 6. prosequitur Marian. ubi sup. num. 7. vers. tertio, & num. 8. vers. quarto, Rulæ. de praeseminia Archiepiscop. dignitatis privileg. 16. communis contra gloss. verb. consuetudine in dist. cap. cum ex officij, & contra gloss. 1. in d. cap. cum nuper, quae tamen loquuntur ante tempora, dist. cap. vltim. licet hodie id temperatum sit per Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 3. competit etiam hoc priori modo legato Apostol. qui Ordinarius est, cap. 2. de officio legati, & ita visitat, cap. procuraciones 23. in princip. ibi, Sedis Apostol. legatis, de censib. t Secundo competit alijs, qui consuetudine, privilegio, fundatione, vel Ecclesiae institutione, seu alias ius habent visitandi, ut etiam sunt Archidiaconi, cap. mandamus, de officio Archidiacon. ubi gloss. & Doctores, gloss. 1. in cap. cum satis, eod. tit. communis, ut per Marian. & alios citatos

à Sarmen. lib. 3. selet. cap. ultim. qui tamen verius putat etiam in terminis iuris communis visitationem Archidiacono competere, iuxta quæ intelligit d. cap. procurationes, dum de Archidiacono agit, & Concil. Trident. dist. c. 3. vers. Archidiaconi.

8 Tertio, aduertendum præscriptionem contra visitationem iure communi, vel speciali competentem multis modis contingere posse, aliquando absolute extinguendo, & tollendo omnino visitationem ipsam, ita vt subditi iam amplius à nemine visitentur; aliquando vero non tollendo, nec extinguendo, sed transferendo visitationem, vel ius visitandi ad alium, ita vt maneat quidem visitatio, sed tamen non is ad quem pertinebat, sed alius visitet, & tandem aliquando non tollendo, nec transferendo, sed accumulando, ita quod maneat visitatio penes illum ad quem spectabat, sed tamen non sit penes illum solum, sed per præscriptionem alius eidem in visitatione accumuletur, vt colligitur ex d. cap. cum ex officio, cum ibi traditur per Doctores.

9 His ita præmissis quæstio sub hac vnica resoluitur conclusione: Præscriptio tollens omnino visitationem iure communi iniunctam, merito prohibetur, quamuis admittatur, quæ illam transfert, vel alius accumulatur, sicut etiam admittitur, quæ omnino tollit visitationem iure speciali competentem.

10 Probat conclusio quoad priorem eius partem, nam merito prohibetur præscriptio impediens morum correctionem, & Ecclesiarum reformationem, argum. cap. cum inter, & cap. ex parte, de consuetud. cum aliis, quippe quæ cedit in damnum publicum, & ex eo proueniunt multo maiora mala in Republ. quam sit bonum vitandi lites, certitudinem dominiorum, pro quibus bono publico introducta fuit præscriptio. l. 1. ff. de usucap. sed præscriptio omnino tollens visitationem iniunctam iure communi impedit morum correctionem, & reformationem Ecclesiarum, & ita obuiat bono publico, quod per visitationem prætenditur, ac subinde maiora mala proueniunt; igitur, &c. Iuuat d. cap. irrefragabili, in princ. vers. ut autem, cap. ad nostram, de appellat. quare ita tenent Molin. de iustit. tract. 2. disp. 79. vers. obedientia, & disp. 85. lit. A. in fine, Erasim. à Cochier de iurisd. Ordin. in exemplis part. 3. q. 27. ante num. 1.

11 Posterior vero pars suadet, quia præscriptio illa admittenda est, quæ nullo iure prohibetur, nec impedit morum, aut Ecclesiarum reformationem, nec aliàs obuiat bono publico, d. l. 1. sed præscriptio, quæ transfert visitationem, vel alij accumulatur, sicut etiam omnino tollens illam, quæ comperit iure speciali, nullo iure prohibetur, morum, & Ecclesiarum reformationem non impedit, nec bonum publicum offendit, cum adhuc ipaneat visitatio facienda ab eo, in quem transfertur, vel accumulatur, vel etiam ab ipso, cui iure coniungitur, penes quem etiam sublata visitatione iure speciali competentem remanet visitatio iuris communis, per quam bonum publicum reputatur. Ergo sanè conclusionem recipiunt in effectu omnes in d. cap. cum ex officio, Host. & supra citati expendentes, quod in visitatione iuris communis, de qua in illo text. versatur ius publicum, contra quod præscriptio admitti non debet, argum. l. præscriptio. C. de operibus publ. & l. ult. in princ. ff. de usucap. sequitur quoad istam partem, Rot. in nullius de Conarruias 16. Martij 1612. coram R. P. D. meo Pirouano, impressa per Fatin. decis. 394. num. 2. part. 1.

12 recem. vbi etiam fuit dictum, quod si consuetudo visitandi in præiudiciu Episcopi debet esse præscripta saltem spatio 40. annorum, & satis eandem conclusionem probat d. cap. cum ex officio, quod agit de vi-

sitatione iure communi competente, qualis est illa, quam Archiepiscopus exercet in prouincia, & dicit contra visitationem hanc præscribi non posse, quæ verba intelliguntur de præscriptione, quæ ex diametro opponitur, & omnino tollit visitationem, hæc enim præscriptio propriè, & absolute loquendo dicitur contra visitationem; cum vero Pontifex subiungit, quamuis alius contra eandem præscribere possit, aperte significat admitti præscriptionem per quam transfertur, vel accumulatur visitatio, quia talis præscriptio absolute loquendo non est contra visitationem, quam non tollit, sed contra Prælatum, cui præiudicat, iuxta quem sensum verba illa text. aliquo modo, non sunt intelligenda de modo per quem præscribitur transferendo, vel accumulando, sed de modo per quem præscribitur contra visitationem, scilicet tollendo, & extinguendo illam, nam quoad hoc nullus modus præscriptionis admittitur, veluti si præscribarur sine titulo, vel cum illo, per tempus quadraginta annorum, vel vltimus, & similes, qui omnes ad tollendam visitationem iure communi coniunctam nullatenus profunt. Sic planè tollitur argumentum de quo supra, licet enim iura Episcopalia præscribi non prohibeantur, quia per illorum præscriptionem non ita præiudicatur bono publico, sed magis Episcopo contra quem præscribitur, nihilominus tamen visitatio iure communi competens præscribi prohibetur ob grauissimum Reipubl. detrimentum, quod illa sublata sequeretur.

ALLEGATIO CXXX.

Episcopis debita procuratio ratione visitationis, an præscribi possit?

S V M M A R I V M.

- 1 Procuro accipitur pro sustento, & procuratio pro sustentatione.
- 2 Procuratio in iure Canonico dicitur sustentatio, vel refectio illa, quæ Ordinariis ratione visitationis, vel legatis Apost. iure legationis debetur.
- 3 Procuraciones ab Ecclesijs visitatis præstandas esse Episcopis, & Archiepiscopis visitantibus, quam ratione lex Canonica constituit, ostenditur.
- 4 Episcopi vt ad synodum celebrandam allicerentur, statuta sunt vt Cathedralicum in honorem Cathedralæ solueretur ab omnibus vocatis ad synodum.
- 5 Præscriptio omnis prohibetur contra procuracionem ratione visitationis iure communi debitam manente visitandi onere.
- 6 Procuraciones, quæ ratione visitationis iure aliquo speciali debentur, præscribi possunt.
- 7 Procuratio manente visitandi onere præscribi non potest, secus in simul cum illo.
- 8 Præscriptio an admittatur de iure communi contra partem procuracionis, & quid attentio. Concil. Trid. vt num. 9.
- 9 Procuratio ratione visitationis iure communi debita non potest præscribi immemoriali præscriptione manente visitandi onere.
- 10 Procuratio respectu modi potest præscribi.
- 11 Procuratio futura licet præscribi non possit, potest tamen præscribi præterea, id est, annorum præteritorum.

P R O

1 **P**RO terminorū cognitione, & faciliori huius quæstionis resolutione primò aduertendum duxi, quod vltra alias acceptiones, de quibus per Calepin. Thesaur. & alios verbum, procuratio, accipitur pro sustento, & procuratio, pro sustentatione, vt ex alijs obseruantidem Calepin. & Thesaur. in quo sensu frequenter iure Canonico procuratio importat sustentationem, quæ aliquando prandium, aliquando conuiuium, vel refectio dicitur, de qua passim in titulis de censibus in Decretalibus, Sexto, & Clementinis, licet autem iuxta hanc acceptioem variaz in iure reperiantur procuraciones, quæ variis de causis debentur, vt colligitur ex gloss. vlt. & Doctoribus in cap. accedentes, de censib. Clement. 2. vers. ipsi, illo tit. Marian. de visitat. num. 3. frequentius tamen & passim apud Pontifices procuratio dicitur sustentatio, vel refectio illa, quæ Ordinariis ratione visitationis, vel legatis Apostol. iure legationis debetur, de priori agit cap. conuenero, de offic. Ordinar. d. c. procuraciones, cap. cum ex officio, de præscriptione, de posteriori vero text. in dist. cap. accedentes, & in cap. cum infantia, de censib. & in Clement. 1. eodem tit.

2 **S**ecundo, aduertendum est valde dubium esse, quam ratione lex Canonica constituerit procuraciones ab Ecclesijs visitatis præstandas esse Episcopis & Archiepiscopis visitantibus, quibus pro spiritualium administracione ad congruum eorumdem status, & onerum sustentationem assignantur redditus opulenti, quæ pro his omnibus satis sufficiunt, argum. cap. cum ab omni, vers. nos, de vita, & honest. cleric. varias congerit Marian. vbi sup. num. 37. inter quas probabilior videtur illa, quæ colligitur ex dist. cap. cum ex officio, vers. quia secundum, & ex cap. si Episcopus, de offic. Ordinar. lib. 6. scilicet quod cum visitantibus spiritualia pertinent in visitationem Ecclesiarum quas visitant, merito ab eisdem præstantur procuraciones, & ita temporalia in sustentationem; licet enim redditus Episcopatus, vel Archiepiscopatus sufficiant etiam ad huiusmodi opus visitationis peragendum, nihilominus lex Canonica prudenter intellexit, ne contemnat negotium bono publico maxime conueniens, sed facilius expeditur, & vt visitantes magis alliciantur, & ne pertimescant difficultatem in vidualibus de loco ad locum deferendis, aut in eisdem inquirendis per Episcopatum, vel prouinciam, satis, & vtilius esse procuraciones visitantibus solui, vt sic toti incumbant visitationi, & prouentus illi quos interim non expendunt, cedant in alios vsus, & necessitates communes, vt bene considerat Abb. in dist. cap. cum ex officio num. 9. & in d. cap. procuraciones num. 5. Marian. vbi supra, & alij. Sic in simili, vt Episcopi ad Synodum celebrandam alliciantur, statutum fuit vt Cathedralicum in honore Cathedralæ solueretur ab omnibus vocatis ad Synodum, vnde & Synodaticum dicitur, pro quo duo solidi persolui iubentur, d. c. conuenero, vbi gloss. & Doctores, c. placuit 10. q. 3. Borra. de Synodo n. 38. & 81. Couar. de numism. c. 3. §. 2. n. 8.

3 **Q**uibus sic præmissis quæstio sub vnica resoluitur conclusio. Contra procuracionem ratione visitationis iure communi debitam manente visitandi onere prohibetur omnis præscriptio. Probat, nā omnis præscriptio tollens visitationem iure communi iniunctam merito prohibetur ex adductis sup. alleg. 129. at præscriptio contra procuracionem ratione visitationis iure communi debitam saltem iuris præsumptione tollit in effectu visitationem ipsam, qua Ordinarij Barbos. de Episcopo. Pars III.

4 **P**ræsumuntur negligere, & omittere admittā præscriptione contra procuracionem, quæ ad visitationem peragendam iure instituitur. Igitur, &c. & ita hanc rationem satis præsentit Pontifex in dist. cap. cum ex officio, de præscript. dū dicit contra procuracionem ratione visitationis debitā præscribi non posse, quemadmodum nec contra visitationem ipsam, eandem rationem probant omnes ibi, aduertentes procuracionem esse annexam visitationi, ac subinde de illa & de ista circa præscriptionem idem esse iudicium, arg. c. super eo, de parochiis.

5 **D**ixi in conclus. iure communi debitam, quia de hac agit dist. cap. cum ex officio, & ita excluduntur procuraciones, quæ ratione visitationis iure aliquo speciali debentur, contra quas non prohibetur, sed admittitur præscriptio, per quam manente procuracione debita iure communi non tollitur, nec efficitur inutilis visitandi potestas, & ita obseruant post Imol. Card. & alios, Felin. in d. c. cum ex officio, n. 15. Marian. de Visit. n. 54. Bernard. reg. 604. vers. sexto. Iuuat illud vulgare, quia facilius tollitur id, quod competit iure speciali, quam quod iure communi nititur. l. eius 5. militia ff. de milit. testamento.

6 **A**dici, manente visitandi onere, quia eo manente prohibetur præscriptio, vt viget inconueniens de quo supra, alias enim (nisi aliud obstat) infirmum cum visitandi onere procuratio præscribi potest, quia non tollitur, nec impeditur tūc visitatio, quæ à præscribente exercenda est, in quem sensum possunt accipi verba dist. cap. cum ex officio, ibi, quamuis alius contra eundem præscribere possit vtramque, nam cum Pontifex ibi incipiat à procuracione de qua erat cōtrouersia, merito dictio illa, vtramque, intelligenda est de vtraque infirmum, id est, procuracione, & visitatione, non verò de vna, vel altera per se, quia procuratio absque visitatione non præscribitur, licet incipiendo à visitatione possit illa absque procuracione præscribi, secundum gloss. in fine, in reg. 15. de regulis Iuris lib. 6. Felin. in cap. auditis num. 10. de præscript. Gabr. com. tit. de præscript. concl. 2. n. 4.

7 **I**ntellige primò conclusionem procedere, ac proinde prohibitam esse præscriptionem contra procuracionem vt supra, ratione visitationis debitam, siue totam, siue partem, veluti cum minuitur quantitas alias soluenda, iuxta cap. cum Apostolus de censibus, Extrauag. 1. illo tit. inter communes, idque intendit gloss. 1. in fine, in cap. relata 10. q. 1. Abb. num. 13. & alij, vt per Felin. num. 16. & Paris. num. 10. in dist. cap. cum ex officio, & suadet ex illo text. ibi, quæ ratione visitationis debetur, siquidem procuratio, quæ debetur ratione visitationis est illa integra, de qua in dist. cap. cum Apostolus, & rursus ex eodem text. ibi, nec contra visitationem ipsam potest aliquo modo præscribi, nam aliquo modo præscribitur contra procuracionem si quoad aliquam eius partem admittatur præscriptio. Iuuat & ratio supra expensa in vers. Secundo aduertendum, sicut enim omitteretur, & negligitur visitatio admittā præscriptione contra totam procuracionem, ita etiam si contra partem illius notabilem admittatur, manente residua, quæ fortasse minima, cum non sufficiat Ordinarius de suo expensurus à visitatione retardabitur, & consequenter cum eadem sit ratio in parte, quæ in toto, idem vtrobi- que dicendum est, arg. l. qua de tota, ff. de rei vendicat. Ex quibus hac sententia non est improbabilis, licet Doctores communiter in dist. cap. cum ex officio, & alibi, vt per eundem Abb. num. 13. & Felin. dist. num. 16. in princ. ac Marian. de Visitat. n. 47. & 55. & alij contradicant, admittentes præscriptionem contra partem procuracionis, quorū

HHH opinio

opinio non probatur hodie per dist. Extravag. 1. ver. nustra, vt existimant Felin. & Paris. cit. locis, quia text. ille non approbat prescriptiones minuentes procurationem, de qua ibi, sed consuetudines, in quibus longe diuersa videtur ratio, ex infra dicendis; & insuper verficulus ille referri potest ad consuetudinem alicuius loci, vel prouinciae, vt intendunt Abb. num. 17. post alios Paris. num. 11. & omnes in dist. cap. cum ex officij, Anch. & communis in cap. vlt. de censib. lib. 6. Marian. vbi supra num. 56. quorum sententia licet non probetur in dist. cap. cum ex officij, quod de prescriptione, non vero de consuetudine agit, satis tamen probatur in dist. cap. vlt. & suadet ex ratione supra expensa, iuncto cap. irrefragabilis, in princip. ibi, nulla consuetudo, de officio Ordinar.

Verum id hodie locum non habet ex Trident. sess. 24. de reform. cap. 3. vers. in his verbis, qui text. de consuetudine propria intelligendus est, iuxta tit. de consuetud. vnde non habet locum in prescriptione, de qua in dist. cap. cum ex officij, tum quia decisio illa tanquam exorbitans à Iure, de quo in dist. cap. vlt. restringenda est ad consuetudinem propriam, de qua loquitur, non vero extendenda ad prescriptionem, quae ex proprietate sermonis differt à consuetudine, vt patet ex tit. de prescription. & ex tit. de consuetud. tum etiam, quia in consuetudine admittenda viget multò maior, & longè diuersa ratio, cum in ea detur frequentia actuum totius multitudinis, vel maioris partis, pro qua magis praesumitur, & cui magis faciendum est, & insuper cum consuetudo rationabilis esse debeat, cap. vlt. de consuetud. necessarium in ea supponitur ratio, seu causa aliqua iusta, per quam coheratur, at vero in prescriptione, de qua in d. c. cum ex officij, nec ratio eiusmodi requiritur, nec multitudinis, vel maioris partis, sed vnus cuiusque singularis praescribentis actus supponitur.

Secundo intellige procedere etiam in prescriptione immemoriali, vt probat expressè text. in dist. cap. cum ex officij, nam Abbas & Prior, de quibus illi, callegabant prescriptionem immemoriam, vt pater ibi, cum non meminerint, &c. quam allegationem cum Pontifex reiecerit, ibi, praemissam allegationem eorum nullam penitus reputantes, apertè significatur in proposito non admitti prescriptionem etiam temporis excedentis hominum memoriam, vt obseruant Vincent. & antiquiores, Abb. num. 4. Paris. 3. Felin. in princip. & alij in d. c. cum ex officij, Ioan. Andr. & Abb. in cap. cum instantia, de censib. Felin. in cap. accedentes n. 6. vers. fallit tertio, cum segg. & ibi Paris. num. 13. de prescript. Duen. reg. 144. ampl. 3. Pro quibus facit etiam dist. cap. cum ex officij, ibi, nec contra visitationem ipsum potest aliquo modo praescribi, nam si admittitur praescriptio temporis excedentis hominum memoriam, vtique aliquo modo praescribitur, id quod text. ille negat; vnde ex his & aliis hac sententia probanda videtur, quicquid contradicant Marian. vbi supra num. 52. & Abb. sibi contrarius conf. 26. n. 4. lib. 1.

Tertio intellige prescriptionem in proposito non prohiberi respectu modi, vt scilicet procuratio potius in fructibus his, vel illis, quam in pecunia, vel è conuerso, seu iuxta alium quemuis modum diuersum praescribitur, vt obseruant Doctores communiter in dist. cap. cum ex officij, Marian. vbi supra n. 49. Bernard. dist. reg. 604. vers. 1. Inuit gl. recepta verb. compositiones in Clem. 2. de censibus, & quod habetur in c. exigi, illo tit. lib. 6. & apud Concl. Trid. d. c. 3. vers. si tamen in optione.

Quarta & vltimo intellige procedere in prohibitione prescriptionis contra procurationem futu-

ram, ne scilicet in futurum eximatur quis à solutione illius, admittitur tamen praescriptio contra procurationem praeteritam, id est, annorum praeteritorum, secundum omnes in dist. cap. cum ex officij, quia cessat ratio supra expensa in vers. secundo aduertendum, cum nullum vertatur praedictum visitationis, quam iam pro illis annis praecessit, sed solius Ordinarij, cui quantitas soluenda est, contra quem praescribi posse apertè docet Pontifex in d. c. cum ex officij, ibi, quamuis alius contra eundem.

ALLEGATIO CXXXI.

Episcopatum, seu diocesum fines ap praescribi possunt?

S V M M A R I V M.

- 1 Fines dicuntur eo quod finiunt aliquid, & termini, vel limites, quia terminant, & limitant.
- 2 Fines dupliciter considerantur, vel in quantum fines sunt, per quos praedia à praedijs distinguuntur, vel non in quantum fines sunt, sed in quantum solum, vel pars aliqua praedij ab illis occupatur.
- 3 Fines praediorum etiam Ecclesiasticorum praescribi possunt.
- 4 Diocesum, prouinciarum, seu, parochiarum fines praescribi non possunt, quia non priuata, sed publica auctoritate constituti sunt, vt n. 5.
- 6 Praescriptio intra fines diocesum, prouinciarum, seu, parochiarum admittitur ad effectum, vt praescribens intra illos obtineat iurisdictionem, vel Iura Episcopalia, seu parochialia.
- 7 Fines ipsi praescribi non possunt ad effectum, vt desinant esse qui antea erant, & restringantur, vt alij extendantur, & sint vbi non erant.
- 8 L. vlt. C. de fundis limitroph. lib. 11. declaratur.
- 9 Finibus diocesum coherencia praescribi non possunt.
- 10 Praescriptio etiam immemorialis prohibetur in praescribendis finibus diocesum, prouinciarum, & parochiarum.
- 11 Fines diocesum quatenus fines sunt, & habent rationem finiendi praescribi non possunt, nisi considerentur respectu soli, quod occupant quoad dominium & proprietatem eiusdem.
- 12 Praescriptio admittitur, vbi de finibus non apparet.
- 13 Episcopus contra Episcopum locum per se conuersum ad Fidem triennio praescribit.
- 14 Cap. 1. de praescript. declaratur, & num. 16. & 17.
- 15 Opponitur contra communem textum intellectum, & respondetur numeris segg.
- 18 Cap. placuit l. 2. l. 6. q. 3. declaratur, & concordatur cum d. c. 1. de praescript.



NEQVA mad praesentis quaestiones resolutionem deueniamus, sciendum est fines tam in Iure nostro, quam apud bonos Latinae linguae Auctores dici eo quod finiunt aliquid, sicut & termini, vel limites dicuntur, quia terminant, & limitant, vnde actio finium regundorum, de qua in tit. ff. & C. finium regundorum, & in cap. ex litteris 3. de probation. dicitur illa, per quam habentes praedia rustica confinia, petunt illorum fines regi, id est, decerni, & suis locis constitui, vt ex Hefid. & alijs tradit Verrut. verb. fines.

Rursus sciendum est huiusmodi fines dupliciter considerari, vel in quantum fines sunt, per quos pra-

non offenditur vbi manentibus finibus sicut antea intra illos praescribitur; nec obstat dist. cap. cum sim, vers. attendendum, satisfit enim vt per gl. vlt. communiter recepta ex Card. ibi.

Amplia primo supradictam resolutionem ex saepe citato c. quia indicante, desumptam esse seruandam etiam in finibus Regnorum, Comitatum, vel statuum secularium, vt obseruant Paris. ibi, n. 17. Abb. in d. c. super eo, in fine, Balb. Alciat. & Mich. Grass. citatis locis expedientes text. in l. vlt. C. de fundis limitroph. lib. 11. qui tamen non agit de finibus huiusmodi, nec prohibet illorum praescriptionem, sed loquitur in praedijs limitroph. seu limitaneis, qui assignabantur militibus limitaneis, id est dispositis, & constitutis per limites, Regni, vel Prouinciae ad repellendos hostium incursum, vt ex alijs explicat Valasc. de iure emphyt. p. 1. q. 16. n. 11. ac subinde non proponitur illic quod praedia essent limites, nec prohibetur praescriptio propter limites, sed propter milites, quibus erat assignata, & pro bono publico vlucapi prohibita, ex ratione longe diuersa, quam ex Lamprid. refert Alciat. vbi supra n. 25. Nec item probatur hac ampliatio ex text. in l. nomine, col. 2. vers. bandalorum, ff. de officio Praefecti praetorio, quia non agit de praescriptione, nec illam prohibet concurrentibus necessarijs, vt intendunt post alios Henric. in d. c. super eo, & in c. si diligenti, n. 1. de praescript. Vnde melius suadebitur communis ampliatio, arg. d. c. super eo, cum similibus, iuncta ratione praedicta.

Amplia secundo id ipsum locum habere etiam in iis, quae coherant finibus, de quibus hic, vt apertè probat text. d. c. super eo, ex quo ita colligunt omnes, gloss. & communis in d. c. quicumque, & in d. cap. cum sim, vbi Abb. num. 9. Balb. & Syluest. citatis locis iuuat reg. l. quae Religiosis 44. ff. de rei vendicat. expressè per Doctores in cap. quanto, per text. ibi, de indic.

Amplia tertio procedere etiam si praescriptio immemorialis proponatur, siquidem & hac excluditur per generalia verba dist. cap. super eo, cum similibus, & per rationem praedictam, Abb. illic num. 1. Felin. in d. cap. quia indicante, num. 5. in fine, & satis intendit gloss. vlt. in c. felix 16. q. 1. Pro quibus facit, quia alia vix esset differentia inter praescriptionem finium, & praescriptionem intra fines, quoniam licet intra fines praescriptio non prohibeatur, quia tamen Iuris communis praesumptio est contra possidentem, non procedit praescriptio, nisi cum titulo per quadraginta annos, vel nisi sit immemorialis, cap. 1. de praescript. in 6. igitur vt aliqua sit differentia in finibus ipsis, qui vltra praesumptionem Iuris communis resistentis speciatim praescribi prohibentur, fateri oportet praescriptionem cum titulo per quadraginta annos, vel etiam immemoriam admittendam non esse, quamuis contradicat Curr. conf. 56. quem referunt & sequuntur addit. vlt. ad Abb. in d. c. super eo, Balb. vbi supra, Paris. in dist. cap. quia indicante, num. 17. & conf. 11. n. 22. lib. 1. existimantes in proposito admittendam esse praescriptionem, quae hominum memoriam excedit, quasi haec prohibita praescriptione non censetur sublata cum vin habeat priuilegium, arg. c. super quibusdam, vers. praeterea, de verb. significat. sed fundamentum refellitur ex his quae dixi in tract. de claris vlt. vsus frequent. claus. 88. de num. 2. secundum Lugdun. impres.

Intellige iam primo supradictam resolutionem, vt tantum procedat in finibus quatenus fines sunt, & habent rationem finiendi, itaut per praescriptionem desinant esse fines qui, & vbi antea erant; si vero considerentur non in quantum fines sunt, sed respectu soli quod occupant quoad dominium, &

Intellige iam primo supradictam resolutionem, vt tantum procedat in finibus quatenus fines sunt, & habent rationem finiendi, itaut per praescriptionem desinant esse fines qui, & vbi antea erant; si vero considerentur non in quantum fines sunt, sed respectu soli quod occupant quoad dominium, &

Intellige iam primo supradictam resolutionem, vt tantum procedat in finibus quatenus fines sunt, & habent rationem finiendi, itaut per praescriptionem desinant esse fines qui, & vbi antea erant; si vero considerentur non in quantum fines sunt, sed respectu soli quod occupant quoad dominium, &

Intellige iam primo supradictam resolutionem, vt tantum procedat in finibus quatenus fines sunt, & habent rationem finiendi, itaut per praescriptionem desinant esse fines qui, & vbi antea erant; si vero considerentur non in quantum fines sunt, sed respectu soli quod occupant quoad dominium, &

proprietatem eiusdem, ita ut maneat apud fines, & retineant finiendi rationem, sicut antea, quamvis sub dominio alterius, utique admittenda est prescriptio, quia proprie loquendo non prescribuntur fines, ac proinde cessant confusio, & rationes, de quibus supra. Ita intendunt glof. in dist. cap. quicumque, Card. in dist. cap. quia indicame, & ibi Felin. num. 5. in princip. & vers. considera, Parif. num. vlt. & Balb. ubi supra, qui tamen post glof. in d. cap. quicumque, in fine, falso existimant fines iure pro vicietatis prescribi, vbi fines ipsi non manent amplius, sed desinunt esse tales, siquidem longe verius est prescriptionem iure proprietatis in proposito dici, vbi terra, vel solum ipsum prescribitur quoad dominium, ut alicuius efficiatur proprium; interim tamen manent fines sub ratione finium, quia adhuc post prescriptionem habent rationem finiendi, & limitandi, sicut antea, iuxta supra dicta.

Intellige propterea tantum procedere vbi de finibus constat, nam si de illis non appareat, admittitur prescriptio, quia non prescribuntur fines, ac subinde cessant verba disti. cap. super eo, & ratio praedicta, ut satis expressit ibi Pontifex, text. in d. cap. inter. vers. ob hoc, cum seq. 16. quast. 3. Qualiter autem de finibus constare possit, & quae probatio in eis sufficiat, vide Doctores, quos retuli par. 1. huius tract. tit. 1. cap. 7. num. 12. & Rot. decis. 295. apud Farin. par. 1. recentior.

Singulare est in hac materia, quod Episcopus contra Episcopum locum per se conuersum ad Fidem triennio prescribit, ut expressè probat text. in c. 1. de prescrip. t. cuius quidè decisio procedit in Fidei Catholicae fauorem, ita ut Episcopus proprius diligens fiat ne intra tam breue temporis spatium amittat locum & partem dioecesis, quae à Fide defecerat, & aliàs sperans acquirere intra illud maiori cum diligentia procuret ut locus ille, vel pars dioecesis, ad Fidei, & Ecclesiae vnitatem reuertatur, ita glof. 1. in fine, & Abb. communis in d. cap. 1. glof. 4. & omnes in cap. placuit. il. 2. 16. quast. 3. glof. vlt. in reg. possessor. de regulis Iuris lib. 6. Balb. de prescrip. 1. par. 4. quast. 1. in fine, Couar. in reg. possessor. par. 2. §. 1. 1. num. 8. Mench. illustr. cap. 72. num. 6.

Verum contra hanc resolutionem, & communem intellectum d. cap. 1. obstat primo text. in cap. vlt. de prescrip. & generalia eius verba, ibi, nulla valeat, &c. insuper & ratio illic addita, quae in fauorem Fidei Catholicae negligenda non fuit, immo eo magis admittenda, quod Fides Catholica magis abhorret peccata, & magis aliena est ab omni iniustitia, & legis naturalis, seu diuinæ violatione, neque par credere est maximos Ecclesiae Pontifices inter Ecclesiasticos, & praesertim Episcopos admittere prescriptionem cum mala fide, quam in cap. vigilanti, & in d. de prescrip. inter seculares, & in foro seculari absolute improbarunt arg. text. in l. in arnam C. de inoffic. testam. Secundo obstat quod tempore d. cap. 1. & Concilij Africani, ex quo desumitur circa annum 425. non apparet lege aliqua, quae contra Ecclesias, & Episcopos quadraginta prescriptionem requirat; vnde sermo Fidei fauore fortasse eo tempore minor sufficiebat, ac subinde per illud cap. 1. non limitatur text. in c. de quarta, & in cap. illud, eod. tit. de prescrip. Tertio vrget dist. cap. placuit il. 2. 16. quast. 3. quod habetur in Concil. Mileuitano sub Innoc. 1. cap. 24. ut constat tom. 1. Concil. pag. 484. col. 2. & rursus refertur in d. Concil. Africano cap. 88. vbi in eadem specie de qua hic agitur, in Fidei fauorem procedit prescriptio per sex tantummodo menses, nec requiritur triennium.

His tamen non obstantibus praedicta resolutio & communis intellectus retinendus est, & ad primum responderetur, negari non posse fauorem Fidei in proposito attendi, & ex auctoritate legis Pontificiae maxime operari, primo circa possessionem, quae lex ibi & iustificat, & tribuit Episcopo conuertenti, ut ex Iuris auctoritate iustus sit possessor, arg. l. in se possidet, de acquir. possess. quam possessionem neque iustificat, neque tribuit regulariter in aliis casibus; sanè Episcopus conuertens, de quo in d. cap. 1. quamuis sciret plebem, & partem dioecesis, quam conuertebat esse alienam, & ad alium Episcopum pertinere, in actu practico non habebat conscientiam rei alienae, vel peccatum iniustae retentionis, quippe qui ex legis auctoritate iustus, & absque peccato possidebat d. l. in se, & consequenter non mala, sed bonae fidei possessor erat, ut intendunt Angel. in l. 1. n. 63. C. de iudic. Couar. ubi supra. Secundo circa tempus, quia sufficit in proposito triennium, cum aliàs attempto Iure spatium quadraginta annorum esset necessarium, cap. de quarta, cum similibus, de prescrip. Denique circa titulum, qui omnino requirebatur in hac prescriptione in qua Episcopus intra alienam dioecesim contra ius commune prescribebat, cap. si diligenti, ad finem, ibi, in suis titulis, eod. tit. de prescrip. c. 1. eod. tit. in 6. & tamen in praesenti suppletur à lege in fauorem Fidei Catholicae, qui exceptis his tribus, & circa malam fidem nihil operatur.

Ad secundum responderi poterit, quod licet tempore dict. Concilij Africani non requireretur quadragenaria prescriptio contra Ecclesias, vel Episcopos, nihilominus tamen quo tempore Gregorius d. cap. 1. sub tit. de prescrip. iam erat receptissima huiusmodi prescriptio, vnde ex mente illius videtur ille text. eo loci adiectus, ut in fauorem Fidei limitetur, reg. dist. cap. de quarta, & dist. cap. illud, cum similibus.

Ad tertium communis concordia est, quod text. in d. cap. 1. de prescrip. suppleri debeat per d. c. placuit, & è conuerso, ita quod sex menses, de quibus in d. cap. placuit, à tempore monitionis computandi, non tribuant ius loci conuersi, quasi Episcopus conuertens per illos prescribat, sed requirantur ut Episcopus proprius monitus constituatur in mora, & negligentia, qua interueniente fit facultas alij Episcopo conuertendi, & si post conuersionem proprius Episcopus per triennium non recuperat, inducitur prescriptio loci conuersi glof. 1. & communis in dist. cap. 1. glof. 3. in d. cap. placuit, glof. in d. reg. possessor. probat ex multis Couar. ubi supra. Anastas. Germón. animadu. lib. 1. cap. 20. Sed haec communis concordia non satisfacit, tum quia diuinat ad vtrumque textum, nam in d. cap. 1. nulla fit mentio monitionis, aut sex mensium, sicut nec in d. cap. placuit, vllum est verbum de triennio, tum etiam, quia sex menses, de quibus in d. cap. placuit, non praesumuntur tantum ut Episcopus proprius moram incurrat, sed etiam vt illis elapsis alius conuertens statim locum acquirat, ita quod vltior expectatio triennij non requiratur, prout significat verbum, pertinet, de quo in eo text. praesertim si adiungantur verba illa, quae important plenum ius competens Episcopo proprio negligenti, quod idem post sex menses acquiritur conuertenti. Nec aliquid probant verba illa, post leges, quia vt constat ex eodem Conc. Africano cap. 88. & passim alibi intelligunt, id est, post leges latas de Donatistis haereticis, vel contra eosdè haereticos, & propterea omissa sunt à Gregorio qui per illum text. in d. c. 1. voluit constituere legem generalè nõ habito respectu

respectu ad Donatistas, vel leges eorundem, de quibus Concil. Africanum loquebatur: aliàs enim si verba praedicta referrentur ad leges monitionis necessarias, vt credit Couar. sanè Gregorius non omisisset, vel omittens aperte significaret non esse necessariam monitionem, nec illam posse à nobis suppleri, quam cum antea esset in integro Pont. Greg. rescacuit. Quare de hoc studio lectori cogitandum relinquo.

ALLEGATIO CXXXII.

Episcopali Sede vacante an currat prescriptio contra Ecclesiam?

SVMMARIVM.

- 1 Prescriptio ipso iure dormit contra Ecclesiam quocumque modo vacantem.
- 2 Ecclesia dum vacat vtpote carens legitimo defensore iure agere prohibetur.
- 3 Ecclesia quasi vacare dicitur ad hoc vt contra illam prescriptio non currat, quando licet Praelatum habeat, is tamen quoad res illius, vt oportet, tuendas inutilis est.
- 4 Praelato excommunicato existente tam contra Ecclesiam, quam contra ipsum, prescriptio non currit.
- 5 Prescriptio ipso iure dormit contra Ecclesiam Pastore viduatam non solum in rebus ad Ecclesiam, vel mensam Praelati pertinentibus, verum etiam in iis, quae Ecclesiae, vel Praelato insimul cum Capitulo & clericis communes sunt.
- 6 Prescriptio non currit inerrim dum vivit Praelatus, qui rem Ecclesiae tenere alienauit.
- 7 Ecclesia vacare dicitur ad hoc vt prescriptio contra illam non currat, quando caret proprio, & immediato Pastore.
- 8 Duo opponuntur contra superius resoluta.
- 9 Prescriptio contra vacantem Ecclesiam dormit non ex eo quod deficit is, contra quem prescribitur, adest enim Ecclesia, sed quoniam ea vacante non est qui agere possit.
- 10 Prescriptio an & quando progrediatur contra hereditatem iacentem, ostenditur.
- 11 Hostilitatis, schismatis, vel pestis, an exilij tempore dormit prescriptio contra Ecclesiam.
- 12 Impedimento facti existente videtur aliquibus currere prescriptionem contra Ecclesiam, quamuis illi ex iusta causa detur restitutio.
- 13 Alij intelligunt procedere vbi tempore belli, vel schismatis grassantis non reddiunt ius partibus.
- 14 Nonnullis placet distinctionem Iuris & facti procedere attento Iure Civili, non autem isto Pontificio, quo attento putant prescriptionem dormire ipso iure, stante aliquo facti impedimento.
- 15 Aliquibus videtur idè impedimentum facti equiparari impedimento Iuris in hoc casu, quia hoc expressum est in Iure.
- 16 Prescriptio ipso iure dormit contra eos qui non Iure, sed facto aliquo impediuntur, vbi huiusmodi facti impedimentum non fuerit, seu generale.
- 17 Episcopo capto à paganis, seu schismaticis tunc Sedes Episcopalis quasi vacare dicitur, & iurisdicctio Episcopalis pertinet ad Capitulum, non vero ad Archiepiscopum.
- 18 Mors civilis non equiparatur naturali quoad iuris

effectus, nisi quando ex qualitate, & natura regotij mors civilis fuerit eiusdem effectus, cuius est mors naturalis.

- 19 Archidiaconus, vel alius de Capitulo, qui ex legitima consuetudine, vel privilegio iurisdictionem Sede vacante exercere potest, id poterit in vacatione vera, non autem in ficta.
- 20 Episcopus quando captus fuerit à paganis, vel schismaticis ad qua extendatur, & circa que versetur administratio Capitulij, remissum.
- 21 Capitulum Sede vacante exercere potest omnem potestatem, administrationem, & iurisdictionem Episcopalem Ordinariam exceptis casibus in Iure expressis.
- 22 Capitulum Sede vacante potest exercere iurisdictionem Episcopalem Ordinariam si necessarium fuerit ad vitandum Episcopatus praedictum, & periculum ex Episcopi defectu, seu absentia alioquin imminens.
- 23 Capitulum occasione Sedis etiam si dè vacantis non potest ita libere etiam in necessariis administrare, quin teneatur reddere rationes nono Episcopo.



ONTRA Ecclesiam quocumque modo vacantem Praelato, nusquam currere, sed ipso iure dormire prescriptionem, probat text. in cap. 1. vers. si tamen, de prescrip. cap. de quarta, vers. nisi, cap. auditis, vers. quod si, eod. tit. tradunt [Abb. in c. cum de puati num. 19. de iudic. & in cap. 1. vbi Felin. num. 5. vers. dum. Abbas, de prescrip.] Bart. in l. naturaliter num. 24. ff. de vscap. Arnulph. de commendis quast. 9. Guid. Papae decis. 152. Aym. de antiquorum par. 4. cap. materia num. 68. Balb. de prescrip. 2. par. 6. princip. à num. 7. Molin. de iustit. tract. 2. disp. 78. num. 7. Rota decis. 415. num. 3. p. 2. recentissim. t. quicquid controvertat, & confundat Annib. in d. l. naturaliter, n. 298. Iuuar ratio, nam Ecclesia dum vacat vtpote carens legitimo defensore iure agere prohibetur, cap. vlt. ne Sede vacante, ac subinde contra huiusmodi Ecclesiam iure impeditam dormit ipso iure prescriptio, quantuncumque adfint omnia ad illam necessaria, iuxta reg. l. 1. §. vlt. C. de annali except. & facit, quia durante pupillari aetate etiam illa dormit contra pupillum, l. sicut, C. de prescrip. triginta, Surd. decis. 4. num. 1. Rot. decis. 419. num. 4. apud Farin. par. 1. recentior. [Ratio quoque resolutionis principalis ea potuit esse, quia mortuo Praelato, Rectore, beneficiato, seu altero dignitate, vel officium detinente vacat quidem possessio Praelaturae, beneficij, dignitatis, & officij, & sic carent legitimo defensore, licet bonorum & Iurium illius possessio retineatur per ipsam Ecclesiam, dignitatem, vel officium, quae nunquam moriuntur, & nunquam desinunt possidere, ac civiliter scilicet, Salust. Tiber. in pract. Auditor. Camera lib. 2. cap. 1. in fine, Boccac. de interdico vti possid. cap. 2. n. 91. Pontan. de spol. lib. 3. cap. 9. num. 149. Redoan. de spol. Eccles. q. 7. n. 35. & q. 14. num. 28. & 29. & q. 15. n. 11. Seraphim. decis. 1127. num. 2. Canaler. decis. 299. num. 2. Coccin. decis. 49. sub num. 2. Nicol. Garc. de benefic. par. 5. cap. 5. num. 38. Paz de tenua cap. 50. num. 25. Cyriac. controuers. forens. lib. 2. controuers. 300. num. 38. Rota decis. 390. sub num. 2. & 3. par. 1. diuers. vbi huiusmodi possessionem per Ecclesiam retentam vocat civilem, seu ciuillissimam, & in Colimbien praestimoniorum 10. Decembris 1631. coram R. P. D. Duno-zetto, & 18. Iunij 1632. coram eodem.]

Primo intellige principalem resolutionem procedere etiam vbi Ecclesia quasi vacat, vt quia licet Praelatum habeat, is tamen quoad iuris effectus &

res Ecclesie vt oportet tuendas inutilis est, vt pote hereticus, aut schismaticus, probat text. in d. cap. 1. vers. i. in si iuncto cap. pen. de suppl. neglig. Pralat. lib. 6. resoluit Balb. vbi supra, inuat reg. cap. 2. de translatione. Episcopi, vers. scilicet, iuxta glos. ult. per text. ibi, ad l. ult. C. ad legem Flavianam, recepta communiter ex Couar. pract. cap. 7. num. 27. Tiraq. ad leges conub. p. 6. num. 12.

† Sic idem est vbi Prælatus excommunicatus existit, quia cum iure agere prohibeatur, cap. intelleximus, de iud. tam contra Ecclesiam, quam contra ipsu etiam in rebus propriis præscriptio dormit, iuxta c. quia diuersitate, de concess. prebend. glos. magna in c. prima actione 1. quest. 3. communis, vt per Abb. n. 7. Felin. etiam 7. Paris. 18. cum seqq. in d. cap. 1. Balb. de præscripi. 1. p. 6. n. 24. id ipsum admittentes quantumcumque excommunicatio iusta sit.

Secundo intellige procedere non tatum in rebus ad Ecclesiam, vel mensam Prælati pertinentibus, verum etiam in iis, quæ Ecclesie, vel Prælato infimul cum Capitulo, & clericis communes sunt, ex Abb. num. 4. Felin. 5. in fine, & aliis in d. cap. 1. Balb. p. 2. sexta num. 7. Ial. in l. si emancipati num. 18. C. de collat. pro quibus vltra reg. l. si communem ff. quemadmodum seruantes, facit quod in huiusmodi rebus communibus administratio ad Prælaturam pertinet, quo deficient Capitulorum, vel Clerici agere prohibentur. c. edoceri, de refer. Hôl. & communis in cap. 1. & vlt. ne sede vacante.

Tertio intellige, seu potius amplia procedere etiam dum viuunt Prælatus ille, qui rem Ecclesie temerè alienauit, vel aliquid aliud contra sacros Canones, & in Ecclesie præiudicium fecit, quia scilicet dum is viuunt perinde, quoad hoc, ac si Ecclesia nõ haberet Prælaturam, cum habeat ad hoc inutilem, quem lex verosimiliter non credit venturum contra id, quod temerè fecit, vt probat text. in cap. si Sacerdotes 169. 3. quem ad hoc notant glos. verb. causa, in cap. 1. de integ. restit. lib. 6. Felin. num. 10. in d. cap. 1. post alios Roman. sing. 267. Rebuff. in compend. alienat. num. 37. Balb. 1. p. 5. n. 8. Cald. Pereira in l. si curatorem, verb. infra legitimum, num. 5.

Quarto intellige Ecclesiam in proposito vacare, vbi caret proprio, & immediato Prælato, qui pro rebus Ecclesie iure agere debuit, qualis est Episcopus respectu Cathedralis, Abbas respectu Abbatialis Ecclesie, quantumcumque non desint alij Prælati superiores, & mediati, vt satis probat d. cap. 1. ibi, fuerit Episcopus, & ibi, acceperit Episcopum, docet Innoc. in cap. olim 1. de restit. spoliat. Abb. num. 2. & alij, vt per Felin. 5. in dicit. cap. 1. Vnde licet Sede Imperiali vacante succedat interim Ecclesia, & summus Pontifex Imperium regat, cap. licet, de foro comp. vbi communis, quia tamen deficit Imperator proprius, & immediatus Imperij superior contra Imperium, vt pote vacans, dormit interim ipso iure præscriptio, Bart. in d. l. naturaliter num. 28. & ibi Annib. num. 30. Abb. num. 3. Felin. 5. Paris. 12. in d. c. 1. Balb. 2. par. 6. num. 8.

Verum prædictis & aliis, quæ hic traduntur per Doctores, duo maxime obstant, primum quod vt præscriptio aliqua mero iure procedat, nec attenditur, nec requiritur existentia illius contra quem præscribitur, probat Bart. in d. l. naturaliter n. 8. receptus communiter ex Balb. 3. p. 6. n. 23. Igitur quantumcumque Ecclesia vacet & careat Prælato, præscriptio contra illam progredietur. Rursus obstat, quia contra illam hereditatem iacentem non dormit præscriptio, quinimò procedit nõ solum, quæ antea fuerat inchoata, verum etiam noua, arg. l. vlt. ff. de vsucap. l. sed si conditione §. seruus alienus ff. de heredit. insti-

tuend. resoluunt post alios Crot. in l. si is qui n. 35. ff. de vsucap. Annib. in d. l. naturaliter n. 303. tradit Abb. in d. cap. de quarta num. 8. & ibi Felin. num. 18. de præscr. Ergo idem erit vacante Ecclesia, præsertim quia hereditate iacente hæres hereditarias actiones exercere prohibetur, l. aut prætor, ff. de iure delibet.

Sed reterentis prædictis, ad prius argumentum vltra Annib. vbi supra, cuius resolutio confunditur ex d. cap. 1. & ex dicit. cap. de quarta, & cap. auditis, in quibus iuribus probatur præscriptionem contra vacantem Ecclesiam dormire ipso iure, dici potest in his terminis dormire non ex eo quod deficit is, cõtra quæ præscribitur, adest enim Ecclesia, sed quoniam ea vacante non est qui agere possit, vt satis innuit d. c. 1. ibi, si autem non fuerit, non præiudicetur Ecclesie, & c. ac subinde quia dum Ecclesia vacat regulariter ius impedit, ne quis interim agat d. c. vlt. & per totum ne sede vacante. Merito contra illam vt pote iure impeditam agere præscriptio dormit.

Ad posterius verò argumentu vltra Abb. n. 8. qui difficultati succumbens verius putat cõtra hereditatem iacentem non progredi, sed dormire præscriptionem, arg. d. cap. 1. cum similibus, responderi potest longe diuersam esse rationem in Ecclesia vacante, & in hereditate iacente, vel vacante; in hac enim si aliquis sit hæres, qui adire possit, succedit reg. l. qui potest facere, de regul. iuris, lib. 6. vel poterit institutus bonorum possessionem agnoscere & administrare, iuxta l. si quis 2. 3. in princip. cum suis §. ff. de hered. instituen. tradit Anton. Gom. tom. 1. var. cap. 2. num. 13. quod si hæres non appareat, dabitur curator qui administrare, & agere possit, iuxta reg. l. 1. ff. de curat. bonis dand. tradit Menoch. de arbit. casu 150. à princ. quod si nullus extat qui succedere possit, & ita hereditas verè vacat, deferretur fisco, cuius procurator administrat. l. 1. §. qui bona ff. de iure fisci, Menoc. vbi supra. Vnde merito stantibus his, & aliis, qui iacete, vel vacante hereditate agere possunt, non datur in ea impedimentu iuris agendi, prout datur in Ecclesia; neque refragatur dicit. l. aut Prætor, ibi, actiones exercere, quia procedit tantum intra tempus deliberandi, & etiam in eo non simpliciter, sed absque causæ cognitione, denegat agendi facultatem, planè si hereditate iacente hæres factu aliquo impediatur, licet præscriptio mero iure procedat, dabitur nihilominus contra eum restitutio, secundum Abb. & omnes præcitatos.

Quinto intellige, seu potius amplia procedere etiam hostilitatis tempore, tunc enim dormire ipso iure præscriptionem, probant text. in cap. prima actione 169. 3. & in cap. ex transmissa, ibi, præscriptio hostilitatis tempore non corrente, de præscr. & id ipsum de tempore schismatis probat cap. cum vobis, 14. eod. iit. de præscr. Gratian. in cap. si Sacerdotes vers. item 169. 3. tradunt Abb. & communis in dicit. cap. ex transmissa, Bart. in d. l. naturaliter num. 16. & 23. vbi etiam nouiores ff. de vsucap. Dom. conf. 153. Balb. de præscr. 2. p. 6. à num. 3. Paris. conf. 104. à num. 143. lib. 1. post alios Rebuff. de pacificis possess. num. 301. cum seq. Rip. de peste 2. p. princ. à num. 121. Roland. conf. 79. num. 20. & conf. 81. à num. 16. lib. 1. idem resoluentes de tempore pestis (quasi tunc sit bellum inter Deum & homines) exilij, captiuitatis, & similibus, tradit decif. Pedem. 177. num. 5. vbi idem concludit de tempore, quo per treugam, & inducias bellum hinc inde remittitur.

Sed obstat maximè quod impedimentum proueniens ex bello, schismate, & prædictis similibus non est impedimentum iuris, sed facti, quia non lex, sed factum impedit tunc in iudicio agere, & lites exercere,

exercere, ac subinde præscriptionem iure currere debet quamuis illi ex iusta causa detur restitutio, iuxta l. & Attilicinius ff. de seru. rustic. cum similibus, & ita in specie obseruat Annibal. in l. naturaliter n. 294. & 303. intelligens text. in d. cap. ex transmissa, & in d. cap. cum vobis, procedere impetrata prius restitutione contra præscriptionem cursum, quod tamen est contra expressa verba d. cap. ex transmissa, supra relata, & d. cap. cum vobis, ibi, cursum præscriptionis impediunt, cum similibus præcitatis, in quibus aperte dicitur præscriptionem in his terminis ipso iure, & ita secluso omnino restitutionis beneficio non currere.

13 Nec satisfacit resolutio communis Bartol. vbi supra, & omnium in dicit. cap. ex transmissa, & in locis præcitatis, secundum quos text. ille & similes procedunt, vbi tempore belli, vel schismatis grassantis non redditur ius partibus, & cessant omnia iudicia ita quod iuris potius quam facti impedimentum subsistat, tum quia hæc explicatio restringit verba illius text. & similibus, qui simpliciter, & indistinctè dicunt bello, vel schismate durante præscriptionem non currere; tum etiam quia quamuis partibus ius non reddatur, & lites in forensibus controuersis non exerceantur, quia tamen hoc non à lege aliqua, sed ex facto impediende prouenit, magis facti, quam iuris impedimentum diceretur, vt per se patet.

14 Vnde alij putant distinctionem & differentiam illam impedimentum iuris & facti tantum procedere atrento iure Ciuili, non autem isto Pontificio, quo inspecto præscriptio non procedit ipso iure, sed dormit interim dum etiam impedimentum facti perdurat, & ita intelligunt text. in d. c. ex transmissa, & in dicit. vobis, cum similibus, prout opinantur, Imol. in princip. per text. ibi, in cap. quia diuersitate, de concess. prebend. Paris. in d. cap. ex transmissa num. 23. & alij relati per Pinel. in aut. nisi, num. 47. C. de bonis matrem. præsentit glos. magna in d. cap. prima actione. Sed & hæc resolutio communiter reicitur, vt per eundem Pinel. confunditur enim ex d. cap. cum vobis, ibi, secundum iuris ordinem, & ex vulgari reg. cap. 1. de noui operis nunciat.

15 Tandem aliis videtur in specie d. cap. ex transmissa, & d. cap. cum vobis, impedimentum facti æquiparari impedimento iuris, & illo sicut hoc stante præscriptionem dormire, quia iure cautum reperitur, vt in his casibus speciatim iure expressis limitetur prædicta differentia communis collecta ex dicit. l. & Attilicinius, cum aliis, idque intendunt Abb. num. 13. ad fin. Felin. num. 8. in dicit. cap. ex transmissa, Boer. dec. 40. num. 3. Pinel. vbi supra num. 43. ampl. 2. & num. 47. colum. 2. Adhuc tamen hæc explicatio non satisfacit, tum quia refragantur verba d. cap. cum vobis, ibi, secundum iuris ordinem, quæ innuunt nihil ibi speciale contra iuris regulas contineri; tum etiam quia Doctores passim admittunt præscriptionem dormire tempore pestis, in quibus nihil speciatim iure expressum reperitur.

16 Quare probabiliter dici potest communem illam traditionem, quæ docet descriptionem ipso iure dormire contra eos, qui non iure, sed facto aliquo impediuntur, locum non habere vbi huiusmodi facti impedimentum commune, seu generale est, & vti tale notorium omnibus; tunc enim perinde ac si esset impedimentum iuris, præscriptio impeditur ipso iure, nec est necessaria restitutio, & in his terminis procedunt text. in d. cap. ex transmissa, & in d. cum vobis, cum similibus; id quod suaderet, quia vbi facti impedimentum generale est, & notorium omnibus, ita quod neque probatione, neque prote-

statione, aut excusatione vlla indigeat, eadem ferè videretur virgere ratio, quæ stante iuris impedimento suadet præscriptionem ipso iure dormire, etenim lex de illo communi, & notorio facti impedimento certa est, & frustra restitutionem requireret, quæ nihil aliud quam circuitum & dilationem inutilem, litè, labores, & expensas continere videretur, cū certissimè & notissimè sit restitutione in omnem euentu, & similibus cõperere, absque vlla probationis, aut causæ cognitionis necessitate. Iuuant quæ aliàs circa sententiam contra ius constituti onis, & ius litigatoris notantur in cap. 1. & in cap. cum inter, & in cap. inter ceteras, de re iudic. Nam licet sententia contra ius constitutionis ipso iure non valeat, neque appellatio necessaria sit, d. cap. 1. de sententia & re iudic. per contrarium verò contra ius litigatoris prolata ipso iure valeat, & appellatio requiratur d. cap. cum inter, nihilominus si sententia contra ius litigantis pronunciata notoriam contineat iniustitiam, perinde ac si contra ius constitutionis proferretur, non tenet ipso iure, neque appellatio necessaria est, d. c. inter ceteras, quia videlicet lex, quæ certa est, de huiusmodi iniustitia notoria statim per se occurrit, & appellationem, & eius circuitum superfluum non requirit. Sic similiter licet in proposito differant impedimentum iuris, & facti, vbi hoc particulare est contra aliquem, & à probatione pendet, nihilominus tamen vbi generale, seu commune, & infimum notorium quoad omnes proponitur, perinde ac iuris impedimentum iudicabitur, & lex ipsa per se occurrens absque aliqua restitutione præscriptionem impedit, & iuxta hunc sensum intelligi potest opinio Abb. dicit. num. 13. & aliorum, quos supra proxime citauimus, vt scilicet impedimentum facti & iuris æquiparentur in specie dicit. cap. ex transmissa, & dicit. c. cum vobis, quia in iuribus facti impedimentum ex bello, & schismate proueniens generale est, & notorium omnibus. Vnde si pares termini proponantur, idem dicendum est in quouis alio simili, vt putà pestis; in reliquis autem impedimentis facti, quæ nec generalia, nec notoria sunt, procedit communis differentia, quæ notari possunt ad ea, quæ prædicti Doctores resoluunt circa præscriptionem contra eos, qui in captiuitate, exilio, vel carcere sunt, vt infra ostenditur.

17 Sexto intellige, seu potius amplia procedere Episcopo capto à paganis, seu schismaticis; nam tunc Sedes Episcopalis quasi vacare dicitur, & iurisdic-tio Episcopalis pertinet ad Capitulum, non verò ad Archiepiscopum, ac si Episcopalis Sedes per mortem vacaret, vt obseruant omnes per text. ibi in cap. si Episcopus 3. de suppl. neglig. Pralat. lib. 6. Alex. conf. 110. à num. 6. vol. 6. Marian. Socin. conf. 92. in princip. vol. 1. Paulin. de potest. Capituli Sede vacante par. 1. princip. quest. 1. sub num. 4. † Ratio est, quia licet mors ciuili non æquiparetur naturali quoad iuris effectus, ex text. in l. sed si mors 13. ff. de donat. inter virum & uxor. & in l. cum pater 77. §. hereditatem et 1. ff. de legat. 2. & in l. Statius Florus 48. §. Cornelio Felicio ff. de iure fisci, cum similibus, tamen quando ex qualitate, & natura negotij mors ciuili fuerit eiusdem effectus, cuius est mors naturalis, tunc vtraque mors æquiparabitur, vt per text. in l. actione §. publicatione ff. pro socio, & in l. si necem §. si deportatus ff. de bonis liberi. & in cap. 1. §. 1. ne sede vacante libr. 6. cum similibus, quæ adducunt Mench. de success. creat. §. 21. num. 172. vers. est tamen verum, Pelacz de maioratu par. 2. quest. 3. num. 36. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 13. num. 94. Gutier. canon. quest. lib. 2. cap. 1. num. 44. Card. Tusch. tom. 5. lit. M. conclus. 393. num. 24. & 25. Atqui in hoc casu mors ciuili

ciuilibus proueniens ex seruitute Episcopi a paganis, vel schismaticis iusto bello capti supposito defectu & absentia Episcopi impediti apud hostes, quomihus Ecclesiam suam & Episcopatum gubernet, iam operatur idem incommuniens quod lex Canonica vitare, & regimini Ecclesie prouidere intendit, dum alioquin propter illud statuit, vt Episcopo naturaliter mortuo contra Ecclesiam prescriptio non curat, sed ipso iure dormiat; Igitur; &c.

19 Illud aduertendum duxi, adeo verum esse in hoc casu Episcopalem iurisdictionem pertinere ad Capitulum, vt nullo modo eam exercere valeat Archidiaconus, vel alius de Capitulo, qui ex legitima consuetudine, vel priuilegio istam sede vacante exercere potest; vt resoluunt Dominicus in dist. cap. si Episcopus 3. num. 6. & Franc. num. 2. ex ea ratione; quia consuetudo & priuilegium huiusmodi verificari solum debent in vacatione propria, & vera, quae scilicet contingit per mortem, aut per alium similem modum; iuxta ea, quae late prosequitur Pauin. de potestate Capituli, prelat. 7. num. 4. cum seqq; non vero in vacatione ficta, quae scilicet contingit per capturam Episcopi, de qua agimus, vel per alium similem modum, ex adductis per Pauin. vbi proxime num. 13. nam sic postulat consuetudinis & priuilegij natura; quod videlicet ita restringatur vt minus laedatur ius commune, iuxta reg. ea quae a iure exorbitant, & reg. odia, de regni iuris lib. 6. & text. in cap. vlt. de offic. Archid. & in cap. sane, & in cap. porro, de priuileg.

20 Constito igitur administrationem Episcopatus ad Capitulum pertinere, quando Episcopus captus fuerit a paganis, vel schismaticis, ac si sedes Episcopalis hoc modo fictè vacauerit, superest videndum ad quae extendatur, & circa quae versetur haec administratio, sed quia huius loci non est peculiarem huius rei disputationem facere; ideo sit satis legere glos. vltim. in cap. his qua, de maior. & obediens. glos. vlt. in cap. cum olim, eod. tit. vbi Abb. a num. 2. Dominicus num. 4. & Anch. n. 2. in d. cap. si Episcopus, Decian. in cap. & si clericus si de adulteriis num. 21. de iudic. Bart. in l. vbi adsunt num. 2. ff. de tutor. & curat. datis ab eis, prosequitur per varia exempla Pauin. de potest. Capituli par. 1. princip. quest. 1. cum seqq. Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de deuolution. num. 57. cum seqq. Menoch. de arbitrar. casu 209. num. 9. Couar. in cap. Ioannes num. 2. de testament. Gregor. Lopez l. 2. glos. 6. iii. 6. par. 5. Sarmien. select. lib. 3. cap. 15. sub num. 1. Azued. de Curiam Pisanam lib. 1. cap. 8. num. 10. cum seqq. Lambertin. de iurisdiction. lib. 1. quest. 2. princip. partis part. 9. num. 1. & 2. Molin. de iustit. tom. 6. tractat. 5. disputat. 11. num. 3. cum seqq. Card. Tusch. tom. 1. liter. C. conclus. 56. cum duabus seqq. Cardof. in praxi iudic. & aduocat. verb. Capitulum num. 2. apud quorum plures licet controuersum sit an regula affirmatiua pro Capitulo, an vero negatiua contra illud exceptis casibus a iure expressis constituenda sit in hac materia, tamen verior, & receptior est regula affirmatiua, quod videlicet Capitulum Sede vacante exercere possit omnem potestatem, administrationem; & iurisdictionem Episcopalem ordinariam tam in temporalibus, quam in spiritualibus, exceptis casibus, quae vel in iure in contrarium exprimuntur, vel ex aliqua ratione concludente pro expressis habentur, vt contra alios pro regula constituit Rebuff. vbi proxime num. 58. Card. Tusch. d. concl. 56. num. 5. Azued. d. c. 8. n. 10. cum seqq. Molin. d. dist. 11. n. 3. & est communis, vt per eosdem per text. in d. c. si Episcopus, & in c. vlt. de suppl. negl. Prelat. lib. 6. & in c. vnic. de maior. & obed. eod. lib. & in d. cap. cum olim, cum similibus.

21 Declara tamen hanc resolutionem, ne procedat, nisi quatenus exercitium iurisdictionis Episcopalis ordinariae necessarium fuerit ad vitandum Episcopatus praedictum, & periculum ex Episcopi defectu, seu absentia alioquin imminens. Cessante autem huiusmodi necessitate non poterit Capitulum vt praedicta iurisdictione, neque etiam ius Canonicum eam illi indulget, vt esset administrator voluntarius, sed solummodo necessarius, qui tanquam talis sola necessaria ministraret, vt tradit glos. verb. Capituli in Clem. 1. §. 1. de haeret. Panorm. in cap. his qua, in sine, de maior. & obed. Imola variè exemplificans in c. 1. sub n. 15. ne Sede vacante, Pauin. d. p. 1. princ. q. 7. sub n. 7. Rebuff. vbi proxime num. 86. Sarmien. dist. cap. 15. n. 3. Signorol. conf. 28. Sic queritur, vers. sed si Ecclesia, Azued. d. cap. 8. n. 11. & 12. Card. Tusch. d. concl. 56. num. 4. 1.

22 Rursus declara ne possit Capitulum occasione Sedis etiam fictè vacantis, ita liberè etiam in necessariis administrare, quin teneantur reddere rationes nouo Episcopo, has enim reddere tenetur, vt in omni administratore alienarum rerum resoluunt Doctores in l. si procurator §. 1. ff. mandati, & in l. 1. §. officio ff. de iur. & rationibus distrah. & in Clem. 2. §. illi etiam, de relig. domib. prosequitur late post alios Menoch. de arbitrar. casu 209. Card. Tusch. tom. 1. liter. A. concl. 203. cum seqq. Et in Capitulo sic administrate per se, vel per officiales suos adest decretum Concilij Trid. sess. 24. de reform. cap. 16. intendunt Rub. conf. 131. num. 3. Tusch. de visitat. lib. 1. cap. 15. n. 31. Menoch. vbi proxime num. 8. & 9. Cardof. d. verb. Capitulum num. 11. Rot. decis. 402. apud Farin. par. 1. recent. Alias plures limitationes, & declarationes viles, & necessarias per quas restringitur potestas Capituli Sede vacante, vide per Doctores supra citatos num. 20. & per Gutier. canon. lib. 2. cap. 17. n. 13. Cardof. citato loco num. 8. cum seqq. Thom. Valalc. allegat. iuris tom. 1. alleg. 5. n. 11. Nicol. Garc. de benef. p. 12. c. 2. §. 1. num. 67.

ALLEGATIO CXXXIII.

Episcopali Sede vacante quis possit deputare Visitatorem?

SUMMARIUM.

- 1 Papa solus deputare potest visitatorem sede vacante, nec id permittitur Capitulo, immo nec Archiepiscopo, nisi ob negligentiam vel malitiam ipsius Capituli, & probatur num. 2. & 3.
4 Capitulum Sede vacante non potest exercere nisi necessaria.
5 Contrarium tamen quod Capitulum Sede vacante possit visitatorem deputare, tenem plures, quod probatur n. 6. & 7.
8 Distingunt alij inter visitationem generalem & particularem, illam Capitulo negantes, hanc vero illi concedentes.
9 Capitulum Sede vacante posse deputare visitatorem, id est administratorem generalem Episcopatus in spiritualibus, & temporalibus receptior tenet opinio.
10 Cap. vltim. de suppl. negl. Prelat. lib. 6. declaratur & num. 15.
11 Cap. is cui 42. de elect. lib. 6. declaratur, & n. 15. Cap.

- 12 Cap. obitum, & in cap. vltim. 61. dist. declaratur.
13 Capitulum Sede vacante non potest Visitatori generalis in spiritualibus & temporalibus a se constituto plenam omnino, & vndique liberam administrationem concedere.
14 Capitulum Sede vacante habet etiam ius visitandi in ordine ad morum correctionem, & potest ad hoc munus particularem visitatorem deputare.
16 Cap. charitatem 12. q. 2. declaratur.
17 Procuraciones visitationis facta per visitatorem a Capitulo Sede vacante deputato quomodo reseruande Episcopo futuro successori.
18 Concil. Tridentin. sess. 24. de reformation. cap. 3. declaratur.
19 Capitulum Sede vacante potest in ordine ad morum correctionem deputare non solum visitatorem particularem, sed etiam generalem totius diocesis.
20 Capitulum Sede vacante secundum communem opinionem non potest visitatorem respectu exemptorum, & Sedi Apostol. immediate subiectorum.
21 Distinguitur cum Molina.
22 Capitulum Sede vacante potest succedere etiam in iurisdictione delegata commissa in perpetuum Episcopali muneri.
23 Visitator Episcopali vacante deputatus eo ipso censetur habere generalem administrationem, quamuis ea non exprimat in mandato.
24 Procurator non censetur habere liberam & generalem administrationem, nisi id in mandato exprimat.
25 Ratio differentiae datur.
26 Administratores vniuersitatum censentur habere administrationem cum libera.
27 Cap. cum vobis 19. de elect. & cap. 2. de donat. declaratur.
28 Beneficia spectantia ad solam collationem Episcopi non potest visitator Episcopali Sede vacante deputatus ab inferiore a Papa conferre, sed si sit deputatus a Papa, vt num. 29.
30 Visitator specialis a Papa pro aliqua diocesi deputatus, an possit generalis Episcopi, vel Capituli Sede vacante visitare, ostenditur, & n. 31. & 32.

OLYM summum Pontificem posse deputare visitatorem, nec id permittitur esse Capitulo, immo nec Archiepiscopo, nisi ob negligentiam, vel malitiam ipsius Capituli, videtur colligi ex text. in cap. vltim. in princ. de suppl. negl. Prelat. lib. 6. & in cap. is cui 42. de elect. eodem lib. & ex cap. obitum, & cap. vltim. 61. dist. & cap. charitatem 12. q. 2. tradunt Monach. in dist. cap. vlt. num. 5. & 6. de suppl. negl. Prelat. lib. 6. Imol. in cap. 1. sub num. 15. col. 2. in sine, & col. 3. post med. ne Sede vacante, Tusch. de Visite. lib. 1. cap. 2. sub num. 10. Boer. decis. 2. n. 29. & videtur facere Concil. Trid. sess. 24. de reformat. cap. 3. vers. Visitatores.

Primo probari videtur haec sententia ex ea ratione, quali si Capitulum possit visitatorem Sede vacante constituere, esset ex eo, quia Capitulo tunc competit munus visitandi, si enim sibi compereret, non possit illud alteri committere, ex reg. text. in c. Daibertum 1. q. 7. & in l. nemo plus iuris ff. de regulis iuris. Atqui munus visitandi videtur non competere Capitulo; igitur pariter videtur non posse ad hoc munus visitatorem deputare. Consequentia legitimi Barbose de Episcopo. Pars III.

me colligitur. Minor autem probari videtur ex eo, quia si dictum munus Capitulo compereret, possit Capitulum recipere procuraciones qua debentur ratione praedictae visitationis, iuxta reg. tex. in cap. conuenerunt, de offic. Ordin. & in cap. accedentes, & in cap. cum ex officio, de prescript. cum similibus. Atqui haec procuraciones, vt quia sunt fructus Episcopatus, iuxta dist. cap. conuenerunt, in sine, videtur reseruanda futuro Episcopo successori, ex reg. text. in cap. cum vos, in sine, de offic. Ordin. & in cap. praesenti eod. tit. in 6. cum similibus. Igitur per argumentum a cessantibus praedictis visitandi muneris procuracionibus, videtur resoluendum hoc munus Capitulo non competere Sede vacante.

Secundo inuari videtur ex eo, quia huiusmodi visitatio non videtur adeo necessaria, quin possit commode differri in tempus Episcopi futuri successoris, vt credit Monach. dist. num. 6. Vnde videtur succedere communis resolutio quae dicitur non posse Capitulum Sede vacante exercere nisi necessaria, vt per glos. verb. Capituli in Clem. 1. §. 1. de haeret. Pauin. de potest. Capituli, p. 1. princ. q. 7. sub n. 7. Azued. ad Curiam Pisanam lib. 1. c. 8. n. 11. & 12. Sarmien. select. lib. 3. cap. 15. num. 3.

Contrarium tamen, immo quod Capitulum Episcopali Sede vacante possit visitare per se, vel per alium, & ita visitatorem deputare, nec huiusmodi deputationem soli Summo Pontifici competere, tenuit glos. verb. Capituli post med. in dist. Clement. 1. §. 1. de haeret. & sustinet post Archid. Abb. in c. cum olim, n. 2. col. 3. post princ. de maior. & obed. Marian. Socin. de Visitat. q. 11. sub n. 4. Pauin. de potestate Capituli, p. 1. princip. q. 7. sub n. 1. & 2. & sub n. 3. Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de deuolut. n. 65. Syluest. in summ. verb. Capitulum n. 3. Molin. de iustit. tom. 6. tract. 5. disput. 11. sub num. 7. Card. Tusch. tom. 1. liter. C. concl. 56. num. 12.

Quorum sententia probatur primo ex ea ratione, quia Capitulum Sede vacante succedit in iurisdictione Ordinaria ad Episcopum pertinente tam quoad spiritualia, quam quoad temporalia necessaria, si specialiter Capitulo non sint prohibita, vt supra proxima allegatione prope finem probauimus. Atqui munus visitandi per se, vel per alium pertinet ad iurisdictionem Episcopalem ordinariam, rursus & eius executio necessaria est in ordine ad morum correctionem & vitam subditorum spiritualem reparandam, & totum constat ex text. in c. conuenerunt, de offic. Ordin. cum similibus, iuncto etiam text. in cap. 1. §. sane, de censib. lib. 6. & ex Concil. Trid. d. cap. 3. vers. visitationem. Igitur, &c.

Deinde in eandem sententiam expenditur idem met text. in d. cap. vlt. de suppl. negl. Prelat. lib. 6. vers. nisi forte, quem supra pro contraria opinione adduximus in princip. dum enim in dist. vers. nisi forte, inquit ad Episcopum deuolui potestatem deputandi visitatorem Sede vacante, si Capitulum negligenter, aut perpetuam administrauerit in spiritualibus, & temporalibus, consequenter probat eandem potestatem in eodem Capitulo originaliter comparatione Archiepiscopi residere, prout constat in quolibet negligente residere originaliter ea munera, quae ex Capituli negligentia ad alium deuoluuntur, vt per eum suppleantur, iuxta text. in c. 2. de concess. praben. & in c. 1. & per totum, de suppl. negl. Prelat.

In hac controuersia distinguit Ioan. And. in d. gl. verb. Capituli, in sine, inter visitationem generalem, in qua visitator discurrere intendat per totam dioc-

cesim, & hanc negat Capitulo, sic intelligens Monachi, & sequacium sententiam; & inter visitationem particularem, pro aliquo scilicet particulari crimine in præsens damnum Episcopatus vergente vitando, & hanc visitationem concedit Capitulo Sede vacante, sic intelligens sententiam Archid. & sequacium secundo loco relatum, quam distinctionem sequuntur multi, quos refert Pauin. d. q. 7. n. 3.

9 Ego verò, reiecta hac distinctione, ad clariorem huius quæstionis resolutionem ante omnes aduertendum duxi, duas quæstiones sub hac vnica ab omnibus fere Doctoribus hucusque relatis confundi, quasi vna & eadem tantum esset, cum tamen duæ sint inter se diuersæ. Quapropter constituere oportet aliud esse quærere, an Capitulo Sede vacante possit deputare visitatores, id est administratorem generalem Episcopatus in spiritualibus & temporalibus; aliud verò esse quærere, an possit deputare visitatorem particularem pro expediendo, scilicet munere visitationis ad hunc solum particularem finem, vt in ea agatur de morum correctione; etenim si de prima quæstione sermo fuerit, affirmatiuè resoluedum est; tum propter fundamenta in fauorem Capituli supra adducta in vers. contrarium n. 5. iuncta reg. text. in l. imperium, in fine, & in l. more maiorum ff. de iur. i. c. omnia iud. tum etiam propter text. in dict. Clem. 1. §. propter quod, in fine de heret. & denique propter decretum Concilij Trid. sess. 24. de reform. cap. 16. resoluunt Domin. in d. cap. vlt. in fine, Rebuff. d. iii. de deuolut. num. 62. Pauin. de potestate Capituli p. 2. princ. q. 10. sub num. 2. Gutier. canon. lib. 2. cap. 17. num. 22. Cardot. in praxi iudicum verb. Capitulum num. 3. Molin. de iustit. tom. 6. tract. 5. disp. 11. sub num. 1. Card. Tusch. d. conclus. 56. num. 5. qui omnes generaliter resoluunt posse Capitulo Episcopali Sede vacante constituere visitatorem, id est administratorem generalem, de quo in hac prima quæst. & etiam Vicarium generalem, & ceteros officiales necessarios pro administratione Episcopatus.

10 Qua retenta opinione non obstant fundamenta, quæ pro prima num. 2. & 3. supra adduximus, quia responderetur text. in d. cap. vltim. de Supplenda neglig. Pralat. lib. 6. non negare facultatem Capitulo iuxta supra dicta competentem Episcopali Sede vacante ad constituendum visitatorem, id est administratorem generalem Episcopatus antequam is constituitur à Summo Pont. sed solum decidere, quod nec Archiepiscopus, nec quilibet alius superior, excepto eodem Romano Pont. potest sine causæ cognitione, videlicet negligentis, aut proteruæ Capituli administrationis visitatorem illum constituere; qui intellectus & responsio ad d. cap. vlt. constat expressè ex littera eiusdem, si totum eius principium attente legatur, & exceptio quam facit in vers. Nisi forte, ad priora verba eiusdem text. referatur cum promiscua terminorum relatione, propt. est de natura exceptionis ad regulam, iuxta tex. in l. nam quod liquida §. vlt. vers. sed si ita ff. de penn. legata, cum iis, quæ ad eius materiam post alios prosequitur Couar. var. lib. 2. cap. 5. num. 5. & 6. & satis eundem intellectum sentit gloss. verb. potest in d. cap. vlt. iuxta quem ille text. tantum abest quod intendat negare Capitulo hanc potestatem deputandi visitatorem generalem in spiritualibus, & temporalibus Sede vacante, vt imò in eadem potestate defendat, & prohibeat turbati ab Archiepiscopo, vel quolibet alio superiore sine cognitione causæ legitimæ, quando Capitulum ea potestate vti voluerit, dum aliud ab ipso Summo Pont. circa eandem dicti visitatoris depu-

tationem non fuerit ex plenitudine potestatis, & ex generali omnium Ecclesiarum cura sibi competente dispositum, prout ab eodem disponi potest, tum ex verbis tex. in c. pen. de suppl. neglig. Pralat. lib. 6.

Præterea aduersus hanc eandem dictæ primæ quæstionis resolutionem non obstat text. in d. cap. is, cui, quia responderetur eum text. non negare quod Capitulo Sede vacante possit dictum generalem visitatorem deputare iuxta nostram resolutionem, sed solum intendere aliud longè diuersum per quod modificari, & limitari debet eadem resolutio iuxta infra dicenda num. 20. Ad text. verò in d. c. obitum, & in d. cap. vlt. ultra responsionem Innoc. in cap. ad abolendam, de heretic. quam sequitur Pauin. dist. quæst. 7. num. 2. responderetur verum quidem esse in terminis horum iurium deputatum fuisse à Summo Pontif. visitatorem prædictum generalem, sed id non contigisse ex eo quod Capitulo non posset illum constituere si à Summo Pont. non esset constitutus, sed solum ex eo, quia vel Capitulo deputatio huiusmodi indebite differeret, vt innuunt verba text. in d. cap. obitum, ibi, assiduis adhortationibus, &c. vel quia Summus Pont. aliunde noluit in eadem deputatio- ne præuenire ipsum Capitulo, prout potest ex plenitudine potestatis, iuxta tex. in d. cap. vlt. de suppl. neglig. Pralat. lib. 6. in princip. iuncto eius intellectu supra adducto; & ex cura vniuersali quam ipse impedit, & impedere potest omnibus Ecclesiis, iuxta text. in cap. grandi, eod. tit. & lib. prout pro ratione prædictæ deputatiõis exprimit text. in d. cap. vlt. post princip. 61. dist. Ad qua autem attendere debeat Capitulo in creatione huius visitatoris generalis, & cæterorum officium ab eo deputandorum pro necessaria Episcopatus administratione, vide post alios Fusch. de visitat. lib. 1. cap. 15. n. 32. cum seqq.

Hæc tamen resolutio modificatur & limitatur, vt licet Capitulo Sede vacante possit dictum generalem visitatorem constituere in spiritualibus, & temporalibus, tamen non proinde possit ei concedere plenam omninò, & vniuersalem liberam administrationem, nam cum hæc ita sumpta, nec ipsi competat Capitulo, immo causam quantumuis generalem habeat, nequeat exercere in multis, in quibus eadem limitatur, vt suo loco diximus, succedit reg. text. in l. nemo plus iuris, ff. de regulis iuris, & in cap. Daibertum 1. quæst. 7. & ita secundum hanc limitationem procedit text. qui sic intelligendus est in dist. c. is cui, prout bene intelligit Monach. in d. c. vlt. n. 1. de suppl. neglig. Pralat. lib. 6.

14 Quod verò attinet ad secundam quæst. an scilicet Capitulo Sede vacante habeat ius visitandi in ordine ad morum correctionem, & possit ad hoc munus particularem visitatorem deputare, resoluedum est etiam affirmatiuè propter fundamenta adducta sup. in vers. contrarium tamen, num. 5. per quæ merito ita tenent ibi Archid. & reliqui post eum citati, quicquid oppositum minus bene crediderint Monach. & alij post illum relati num. 1.

15 Neque aduersus hanc secundæ quæstionis resolutionem, obstant fundamenta illorum, de quibus sup. num. 1. 2. & 3. nam ad text. in dist. cap. vltim. de suppl. neglig. Pralat. lib. 6. & in dist. cap. is cui, & in dist. cap. obitum, & in dist. cap. vlt. 61. distinct. responderetur non pertinere ad hanc resolutionem secundæ quæstionis, sed solum ad resolutionem primæ, de qua supra in vers. Ego verò num. 9. & ita in iuribus agi de alio longè diuerso visitatore ab eo, de quo hic agimus, iuxta ibidem dicta pro eorum intellectu. Ad text. verò in c. charitatem 12. q. 2. responderetur quod vel Summus

Summus Pont. ibi se iniecit deputationi visitatoris animarum ex plenitudine potestatis, & ex cura Ecclesiarum quam habet, vel quod in eo text. non constat à quonam deputari fuerint visitatores huiusmodi, de quibus ibidem agitur in vers. visitatores, nec id text. decidit, sed solum addit de iusto subsidio eidem adhibendo pro labore visitandi parochias, ac proinde in deputatione de illis facta in casu eiusdem text. supponendi sunt termini habiles iuris communis, secundum quos ipsismet Capitulo poterat eos deputare iuxta nostram resolutionem.

17 Præterea ad primum fundamentum responderetur concedendo maiorem, sed negando minorem, pro qua non facit illud, quod ibidem adducitur de procuratoribus huius visitationis reseruandis Episcopo futuro successori tanquam fructibus Episcopatus; quia responderetur quod licet hoc verum sit, tamen id non tollit quominus dicto visitatori per Capitulo deputato exhibeatur ex illis iusta sustentatio, & ex eisdem ea deducatur tanquam impensa necessaria, & redundans in vtilitatem Ecclesiæ & Episcopatus, prout quoad omnes similes impensas, & onera necessaria generale est in omnibus fructibus Episcopatus Sede vacante perceptis, iuxta text. in d. cap. præfenti, vers. pro, & in d. cap. cum vos, in fine, cum adductis per Molin. de iustit. tom. 1. disp. 1. q. 7. col. 2. in fine, & col. 3. & per Nicol. Garc. de benef. tom. 1. p. 1. c. 2. num. 89. cum seqq.

18 Ad secundum verò fundamentum facile responderetur negando antecedens, aliter enim absurdè sequeretur quod Episcopatus sine debita morum correctione maneret, ac inde oues eo tempore pabulo & antidoto spiritali destituerentur, vt post Archid. bene considerat Pauin. dist. quæst. 7. sub num. 1. Ad Concil. verò Trident. d. cap. 9. responderetur, non loqui de Visitatoribus à Capitulo deputandis Episcopali Sede vacante, prout nos loquimur, sed agere solum de eis ab eodem constituendis in vita ipsius Episcopi, vbi ex aliqua speciali ratione, aut priuilegio munus hoc visitandi competit Capitulo, tunc etenim solum, & non in nostris terminis Concilium Trident. requirit approbationem Episcopi viui in constitutione huiusmodi visitatorum à Capitulo faciendam, vt patet ex tenore eiusdem Concilij.

19 Quæ quidem resolutio ampliatur, vt procedat non solum in visitatione particulari, sed etiam in generali totius diocesis, adhuc enim etiam hæc vltima competit Capitulo Sede Episcopali vacante, proindeque poterit in ordine ad morum correctionem visitatorem huiusmodi deputare, sic enim concluditur ex fundamentis huius nostræ resolutionis, de qua in vers. quod attinet, num. 14. Vnde merito sic resoluunt Archid. Abb. & reliqui antiqui & moderni supra relati in vers. Contrarium tamen, num. 5. Quicquid oppositum in visitatione generali tenuerint Ioan. Andr. in gloss. dist. verb. Capituli in fine, in Clem. 1. §. 1. de hereticis, & alij citati per Pauin. d. quæst. 7. n. 3. sic accipientes sententiam Monachi num. 5. & 6. in d. cap. vlt. de supplenda neglig. Pralat. lib. 6. & indistinctè negant Capitulo facultatem visitandi, & deputandi visitatorem in ordine ad solam morum correctionem.

20 Limitanda tamen viderat prædicta resolutio, ne procedat respectu exemptorum, & Sedi Apost. immediatè subiectorum, hos etenim Capitulo Sede vacante non videntur posse ita visitare per se, vel per alium, nam licet hæc eorum visitatio incuberet Episcopo si viueret, iuxta text. in Clem. attendentes, in B. vob. de Episcopo, Pars 1. 1.

princ. vers. hoc igitur, de statu monach. Concil. Trid. sess. 25. de Regul. c. 9. tamen, quia Episcopus viuus taliter exemptos visitare non poterat iure Ordinatio, sed solum iure delegationis Apost. vt constat ex eodem decreto, & ex d. Clem. attendentes vers. hoc igitur; & rursum Capitulo Sede vacante succedit solum in his, quæ competunt Episcopo ex iurisdictione Ordinaria, non verò ex delegata, iuxta ea, quæ per text. in c. pastoralis §. præterea, de officio Ord. resoluunt Abb. in d. c. cum olim sub n. 2. col. 3. in med. Pauin. disto tract. de potest. Capituli p. 1. princ. q. 10. Card. Tusch. d. conclus. 56. n. 5. Molin. d. disp. 11. sub n. 8. & 9. Ideò inferri videtur Capitulo non posse taliter exemptos visitare Sede vacante: & ita ex hoc fundamento resoluit in terminis Abb. d. col. 3. in med. & Marian. Socin. sub d. n. 4. Pauin. d. p. 1. princ. q. 7. n. 2. qui tamen id restringit q. 10. sub n. 4. & 5.

21 Verum in hac limitatione nunc placet potius distinguere cum Molin. d. disp. 11. n. 8. & 9. inter casum in quo aliquid iurisdictionis in perpetuum committitur muneris Episcopali ex delegatione Sedis Apostolicæ, vt ex officio deinceps competat Episcopis, & inter casum in quo id eidem Episcopo, & sub nomine dignitatis, & consequenter etiam eius successori à Summo Pont. delegatur ad aliquam peculiarem tantum causam, vel negotium, iuxta text. in cap. quoniam Abbas, de offic. deleg. Etenim in hoc vltimo casu iurisdictione delegata non transit in Capitulo Sede vacante, & ita procedit limitatio communis Doctorum, de qua supra, quam ad dictam regulam affirmatiuam pro successione Capituli Sede vacante retulimus numero procedenti. At in primo casu non procedat eadem limitatio, sed potius dicta regula affirmatiuè standum est, & secundum eam resoluedum Capitulo in dubio succedere etiam in huiusmodi iurisdictione in perpetuum Episcopali muneris delegata, nisi aliud aliunde legitime colligatur ex mète delegatis. Ratio est, quia supposita perpetuitate huius delegationis, per quam id de quo actum fuerit, annectitur in perpetuum Episcopali muneris, non quidem principaliter in bonum Episcopi, nec tanquam eius priuilegium, sed in bonum eorum, in quos ea iurisdictione taliter delegata exercetur, vel aliorum, & Ecclesiæ, consequitur eandem iurisdictionem censendam esse vt accessoriam, immo vt partem totius iurisdictionis Episcopalis in communi, ac proinde vt talem transituram in Capitulo, in quod Sede vacante transit per viam regulæ tota Episcopalis iurisdictione, vt sanè cum iudicio aduertit Molin. sub d. n. 8.

22 Cum ergo hoc ita se habeat in iurisdictione in perpetuum Episcopali muneris delegata, iam inferitur prædictam limitationem, de qua supra num. 20. veram non esse in terminis d. Clem. attendentes, vers. hoc igitur, & Concil. Trident. dist. cap. 9. & similia, cum constet iurisdictionem delegatam, de qua in his iuribus, commissam esse in perpetuum Episcopali muneris, ac proinde quod in ea succederet etiam Capitulo Sede vacante, sicque poterit eius virtute visitare in spiritualibus prædictas moniales taliter exemptas iuxta modo resoluta: quod magis confirmatur ex eo, quia, vt bene aduertit Molin. sub d. num. 8. ante finem, credendum non est, nec id esset cõsentaneum rationi quod intenderet Concil. Trid. & Clemens distis locis, vt toto tempore Sedis quoquo modo vacantis monasteria monialium sic exempta, & soli Summo Pont. immediatè subiecta, & eorum moniales distantur visitatione, & quolibet alio regimine spiritali, quod ab eodem Clemente, &

ab eodem Concil. Trid. tantopere dictis locis intencitur, & procuratur.

23 Visitator huiusmodi Sede Episcopali vacante deputatus eo ipso censetur habere generalem administrationem, quamvis ea non exprimat in mandato, ita post Lap. & Ioan. Andr. observant Domin. num. 10. Anchar. sub num. 2. Franch. etiam num. 2. per text. ibi in dict. cap. ultim. de suppl. neglig. Pralat.

24 lib. 6. Non obstat t cap. cum nobis 1 q. in fine, ibi, in procuratorem concedimus, &c. de elect. & per argumentum à fortiori cap. 2. de donat. ibi, sit procurator, qui tamen non censetur habere liberam & generalem administrationem, nisi id in mandato exprimat iuxta text. in l. mandatum 60. ff. de procurat. & cap. qui generaliter in princip. eod. tit. lib. 6. quia respondetur hæc iura procedere, & concludere solum in procuratore priuati, aut ad negotia priuata, seu causas singulares, nostram vero resolutionem procedere in visitatore, id est administratore corporis cuiusdam mystici, & vniuersalis, prout est Ecclesia, & Episcopatus, in eum finem constituto, vt per eum expediatur vniuersitas omnium causarum & negotiorum, quæ cadunt sub administratione constituentis, videlicet Capitali, aut similis. t Ratio differentia sumenda est tum ex maiori dignitate dicti officij visitatoris, quod quidem dignius est quam officium procuratoris, vt pro solutione huius obstaculi considerat Domin. dict. num. 10. tum etiam propter naturam commissionis factæ visitatori, quæ cum ordinetur in dictum finem, consequenter postulat in eodem visitatore prædictam generalem & liberam administrationem, per quam solum, & non aliter ille finis sufficienter assequi potest: vnde succedit reg. text. in l. 2. ff. de iurisd. omni. iud. & in l. 3. §. qui habet. ff. de serui. rustic. & in l. 1. §. 1. ff. si usufructus petatur, cum similibus. Vnde merito dicit Bart. in l. preses num. 4. C. de transact. quod t administratores vniuersitarum censentur habere administrationem cum libera, quod etiam tenent Dec. cons. 204. incip. Vbi eleganti, sub num. 5. & Card. Tusch. tom. 5. lit. A. conclus. 45. num. 25. quod tamen secus est in procuratore priuati, aut ad causas singulares, & negotia priuata constituto, quippe quod hic sufficienter potest ea procurare absque generali illa administratione. Verba autem text. t in dict. cap. cum nobis, & in dict. cap. 2. quatenus loquuntur de procuratore, non sunt intelligenda de procuratore proprio, & formali, qualis est ille, qui vel priuati negotia, & causas singulariter, vel vtiliter administrat, iuxta text. in l. 1. ff. de procuratorib. vel vnam & alteram, & ita singulares causas & negotia corporis etiam mystici, & vniuersalis singulariter tantum gerit, iuxta text. in cap. quia in causis, de procurator. sed intelligenda solum sunt de procuratore improprio, qualis aliquando vocatur abusuè quilibet administrator etiam si generalem alicuius corporis mystici, verbi gratia, Ecclesie & Episcopatus administrationem gerat, iuxta text. in cap. Saluator, vers. nomine 1. quest. 3. & in cap. is cui 42. in princ. de elect. lib. 6. obseruat glos. 1. & ibi Doctores in dict. cap. quia in causis, idque adeo vt etiam si ipsemet Episcopus, seu quilibet alius Prælatus aliquando dicatur procurator suæ Ecclesie, vt in dict. cap. 2. cum tamen constet eum non esse propriè & formaliter eius procuratorem, quippe quod non administrat aliena omnino negotia, sed veluti sua, nec rursus mandato domini, sed iure suo, secus ac ille qui propriè & formaliter est procurator alterius, iuxta text. in d. l. 1. in princip. ff. de procurator.

25 Beneficia autem spectantia ad solam collationem Episcopi non potest visitator Episcopali Sede vacante deputatus ab inferiori à Papa conferre, vt probat text. in sape citato cap. vlt. de supplenda neglig. Pralat. lib. 6. & ibi obseruant Domin. num. 3. Franc. sub num. 2. Menoch. num. 1. & 2. Cardos. in praxi iudicium, verb. Visitatio num. 14. Ratio est, quia siue hic visitator generalis deputetur à Capitulo, prout deputari potest, iuxta sup. resoluta in vers. Ego verò, num. 9. siue deputetur ab Archiepiscopo ex iure deuoluto propter negligentiam, vel malitiam eiusdem Capituli, iuxta eundem text. in vers. nisi forte, nunquam habere potest maiorem potestatem, quam is à quo deputatus est, iuxta reg. text. in cap. Daiberum 1. quest. 7. & in l. nemo plus Iuris. ff. de regul. Iuris; atqui nec ipsum Capitulum, nec ipse Archiepiscopus vtens sola eius potestate ex capite dicti iuris deuoluti potest Sede vere, vel sicte vacante conferre beneficia ad solam Episcopi collationem spectantia, iuxta text. in cap. 2. ne Sede vacante, cui similis in cap. vlt. de regularibus. lib. 6. & in cap. 1. in princip. de institution. eod. lib. cum iis, quæ late prosequuntur Monach. d. num. 2. Pauin. de potest. Capituli, par. 2. princip. quest. 1. Molin. dict. tract. 5. disput. 12. num. 11. cum seqq. Rebuff. in praxi benefic. par. 1. tit. de deuolut. à num. 70. Igitur, &c. cum quibus, & præcipue Rebuff. vbi proxime, n. 103. potest ampliari, vt procedat etiam in beneficiis parochialibus.

26 Si verò talis visitator, id est, administrator generalis Sedis vacantis à Summo Pont. deputatus fuerit, poterit tunc conferre beneficia etiam spectantia ad solam Episcopi collationem, vt probat dict. cap. vlt. de suppl. neglig. Pralat. & tradit Rebuff. d. tit. de deuolutionib. num. 99. Ratio est, quia huiusmodi visitator Sede vacante potest omnia, quæ competenter Episcopo viuo, & iam confirmato, vt constat ex text. in cap. is, cui 42. de elect. lib. 6. atqui Episcopus electus, & confirmatus potest beneficia conferre, cap. nosti, cap. transmissam, de elect. Igitur, &c. quam rationem sequitur glos. vlt. communiter recepta in d. c. vlt.

27 Vtrum autem dato speciali visitatore à Papa pro aliqua diocesi deputato, possit generalis Episcopi, vel Capituli Sede vacante visitare, quæstio est dubia: quod autem vbi datur specialis visitator generalis visitare non possit, tenent Felin. in cap. cum venerabilis num. 2. in fine, de except. Bald. in aub. habitum num. 58. C. ne filius pro patre, vbi dicit quod quando datur specialis visitator per Papam, derogatum est visitatori generali, quod tamen n. 59. asserit hoc verum, quando est datus ad petitionem visitandorum, non quando Motu proprio: ratio diuersitatis est, vt explicat Corn. cons. 76. post num. 8. lib. 1. quia quando datur ad postulationem, datur ad fauorem ipsorum, quando datur motu proprio, potest alia subesse causa, & quod specialis visitator quando est datus fauore visitandi, solus visitet, tradit Angel. in l. testamenta vers. si fauore personarum, C. de testam. & facit quod dicit Iacob. de Arena in l. quod in rerum §. si quis post n. 1. quem sequitur Alberic. n. 2. & Bald. n. 1. ff. de legat. 1. quod Episcopus non potest visitare Fratres Humiliatos de Mediolano, quibus per priuilegium fuit indultum, vt per ministrum visitentur, idem tradunt Corn. cons. 30. n. 4. lib. 2. Ruin. cons. 7. n. 6. lib. 4. Troil. de Maluct. de oblation. p. 2. dub. 4. n. 13. alias 44. cum seqq. Rimin. iun. cons. 715. n. 10. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præf. 18. sub n. 16. vers. nonus est casus, Surd. cons. 56. n. 13. vers. & exemplum de visitatore.

Contrarium tamen, quod visitator specialis à Papa deputatus nõ faciat quominus Episcopus visitet, tradit

tradit Anchar. in cap. si tibi, num. 2. vers. quid ergo si Papa, de rescript. lib. 6. sequitur Ias. in l. quod in rerum, §. si quis post, sub num. 6. vers. breuiter his non obstantibus, ff. de legat. 1. & decisionem Iacobi de Arena esse dubiam asserit Menoch. consil. 468. sub num. 14. vers. respondetur primo, vbi adducit multos dissentientes.

32 Sed prima opinio proculdubio est vera, & rationibus Ias. respondet Menoch. vbi supra, & quamuis Aretin. in d. cap. si quis post, dubitet de doctrina Iacobi de Arena, tamen (vt aduertit Ruin. d. cons. 7. sub

num. 6.) idem Aretin. cons. 102. sequitur doctrinam Angeli, quado fauore personæ est datus visitator, ita Rota in Abulen. iuris visitandi 28. Iunij 1600. coram Gregorio XV. impressa per Farin. decis. 30. num. 9. cum seqq. part. 2. recent. quæ tamen in eadem coram eodem 10. Decembris eiusdem anni, impressa per eundem Farin. decis. 33. num. 2. eadem part. 2. recent. censuit hoc procedere in Prælo Regulari, cui speciali iure censetur concessa iurisdicctio priuatiuè, ex Abb. in cap. pastoralis, sub num. 6. vers. sed in Regularibus aliud puro, & ibi Felin. num. 4. de officio Ordinar.

F I N I S.



IIIi 3

ALIA

ALIA

huic vltimæ editioni adiecta, suis locis
reponenda.

P A R T E P R I M A

R Ag. 113. num. 22. in fine, adde, Castill. con-
uener. tom. 4. part. 2. lib. 5. cap. 123. ex num. 16.
Ceual. commun. contra commun. quest. 900.
ex num. 84. Valenzuel. tom. 1. conf. 90. ex num.
89. Christoph. de Paz de ienua tom. 1. cap. 32. ex
num. 89.

Ibidem num. 23. in fine. Iuuat etiam, quia pro-
bationes puritatis sanguinis sunt difficiles, vt opti-
mè considerant Torrelblaca in practica. Juris spirit.
lib. 13. cap. 22. ex num. 7. his verbis. Probatio autem hui-
usmodi adeo omnibus difficillima visa est, vt vix vnus ex
millibus dari possit, qui in rigorosa scruatorum acceptione
possit satisfacere; nam ad hoc vt quis dicatur non descen-
dere ex Iudæis, aut Mauris, probare debet antecessores
suos, qui primi Euangelium susceperunt, non fuisse ex Iu-
dæorum, aut Mahometanorum proluie, sed ex Gentilibus,
seu Paganis conuersos; quod omnino est improbabili-
simum quia tempore promulgationis Euangelij tota His-
pania Iudæis scatebat, Ioseph. lib. 10. antiq. Iudæic. c. 11.
& lib. 11. cap. 5. & lib. 14. c. 1. & seq. & contra Apion.
lib. 1. Philo in Flaccum, Strabo Geographia lib. 5. Lorin.
in actis Apostol. cap. 8. Garibai lib. 5. cap. 4. Mariana
lib. 4. cap. 4. Puenie de las Monarchias tom. 1. lib. 2. c. 33.
§. 1. Peñalosa libro de las excelencias de España, cap. 4.
Tum etiam, quia post Maurorum inuasionem, fideles adeo
in eorum captiuitate oppressi fuerunt (vt multi eorum qui
ad Mahometanos ritus non transferunt) cum eorum sili-
bus se copulabant, vt temporalibus honoribus potirentur;
& qui in eorum inuasionem ad Montana Legionis, & alibi
se receperunt, dum Hispaniam recuperarunt, quamplu-
res eorum cum siliabus Maurorum, & infidelium ma-
ximam inierunt, cum inter ipsosmet Hispania Reges ta-
lia coniugia non fuissent indigna, vt probant Seryius
de marim. hæret. c. 1. & 2. Thom. Sanch. tract. eod. tom. 2.
lib. 7. disp. 72. ex num. 2. D. Ioan. Solorzan. de iure India-
rū. lib. 3. cap. 5. ex n. 13. Tum demum, quia licet non sit iam
longa successio querenda (quamuis macula ascendentiū
ab Adamo impedimentum faciat) quia nec testes, nec in-
strumenta de illis reperiri possunt, quamuis ad posteriora
secula nos conuertamus, non minoris difficultatis est pro-
bare nullū ex suis progenitoribus maculam contraxisse; nā
vt ait Peñalosa in libro relato (quem edidit post memorialē,
quē scripsit D. nostro Regi infra referendum) d. c. 4. Porque
es verdad que a doze generaciones viene a tener cada
persona quatro mil y noueçientos y seis ascendientes, y es
posible que tenga otros tantos linages, porque no auia de
cajar sempre con dispensacion, y pues en toda Castilla,
y Andaluzia no ay millon, y medio de vezinos, y por
poco que se estienda cada linage tendra mas de treinta
personas, no se que se rigo en el mundo pueda de poner de
sem. jante calidad, ni que escriuas se puedan hallar
que lo allanen todo. Hactenus Torrelblaca.

Ag. 159. num. 29. in fin. Alphons. de Mendoza in
suis quodlib. 9. Fr. Didac. de la Mota en el libro de la
Orden de Sanctiago, c. 1. Fr. Francisc. Diago en su histo-
ria de los Condes de Barcelona, lib. 1. c. 6. Ferdin. de Mé-

doça in defens. Cōciliij Iberit. lib. 1. c. 10. & lib. 2. c. 45.
Fr. Francisc. Ximen. lib. 10. cap. de diuis. Apostolor. Fr.
Ioan. de Pineda en su monarchia eclesiastica, part. 2. lib.
10. cap. 25. Petr. Canis. de B. Virgine. lib. 5. cap. 21.
Petr. de Natalib. in catal. Sanctior. lib. 6. cap. 133. Greg.
Lopez Madera en las excelencias de España, cap. 6.
Anton. Possen. in Bibliotheca selecta, tom. 1. lib. 4. cap. 2.
Cosmus de Magallanes in comment. super epist. ad Ti-
moth. in proom. sect. 15. Iacob Pamel. in annot. ad Ter-
tullian. de Indæ. cap. 7. num. 14. Martin. Delr. diquis.
magical. lib. 2. q. 16. sect. 5. Stephan. Durant de ritib. Ec-
cles. lib. 1. cap. 2. num. 4. P. Pineda de rebus gestis Salo-
monis, lib. 8. cap. 1. selecta 7. Maluenda de Antichristo,
lib. 3. cap. 6. D. Ioan. de Solorzano de iure Indiarum,
lib. 1. cap. 14. num. 34. nouissimè Michaël de Salinas
Vizucla en el libro intitulado, España primogenita de
Iesu Christo, con decision de la venida, y predicacion de
Sanctiago. Et in Urbana Breuiarij Romani recogni-
tione in festo sancti Iacobi Apostoli die 25. Iulij
restituta est lectio de certa professione Sancti Iacobi
in Hispaniam vno omnimodo consensu, & applausu comprobata, opera & diligentia Doctoris
Michaëlis de Eire Ximenes; vnde affirmatiua, quæ
habebatur in Breuiario Pij V. de predicatione eiusdem
Apostoli in Hispania, & per recognitionem
Clementis VIII. reducta fuerat ad traditionem Ec-
clesiarum illius prouincias; nunc merito restituta
à S. D. N. Urbano VIII. in ampliori forma cognoscitur,
dum in lectione quinta eiusdem sic habetur.
Post Iesu Christi ascensum in Cœlum, in Iudæa, & Sa-
maria eius diuinitatem predicantibus, plurimos ad Christi-
anam Fidem perduxit. Mox in Hispaniam profectus,
ibi aliquos ad Christum conuertit, ex quorum numero se-
ptem postea Episcopi à B. Petro ordinati in Hispaniam
primi directi sunt, &c.

P A R T E S E C U N D A

Ag. 214. n. 19. Cuch. in insti. canon. lib. 2. tit. 4.
num. 66. Lorich. in thesauro, verb. Cardinalis, §. 7.
Hieron. Llamas in summ. part. 3. cap. 3. §. 3. Campan.
in diuersiuris Canon. rub. 6. cap. 2. num. 11. Sebast. Cæ-
sar in relect. de ecclesiast. hierarch. part. 1. disp. 2. §. 5.
num. 2. Granad. de Sacram. in 3. part. contr. 9. tract. 2.
disp. 2. num. 1. Marat. tom. 3. tract. de sacram. Ordinis,
disp. 8. sect. 1. num. 8. Pintus de Ordine quest. 6. art. 1.
num. 46. Monet. de consecrator. cap. 5. num. 35. me cita-
to in hoc loco, nouissimè Diana moral. resol. part. 5.
tract. 2. de potest. & priuileg. S. R. E. Cardinal. resol. 5.
vers. notandum, vbi reprobatur Ledesinam, & Resol.
contrarium tenentes, & in principio illius Resol.
tenet Cardinales conferre posse primam Tonfura-
ram, & minores Ordines in suis titulis.

Ag. 273. num. 3. in fin. me citato in hoc loco nou-
issimè Nouar. in lucerna Regul. verb. dispensare, num.
1. & 2.

Ag. 294. num. 1. in princ. ibi, Licentia patet euagē-
di. Non enim possunt clerici, vt possent laici, sine
sui Episcopi licentia domicilium mutare extra dice-
cesum, cap. non oportet, cap. si quis, cap. si quis Presby-
ter 23. cap. propter eos 7. q. 1. & istis locis notant Ar-
chid. & Gemin. Carol. de Grassis de effectib. clerical.
effectu 25. Carlanal. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. quest. 8.
sect. 2. num. 1085. prope fin. vbi per cap. si quis in clero
ead. causa & quest. subdit nec posse clericos sine
eiusdem licentia à sua Ecclesia abesse.

Ag. 311. num. 1. in fin. ibi, cap. 1. à num. 14. Ste-
phan. Daluin de potestate Episcoporum, cap. 23. num. 5.
vbi ait Sacerdotem non approbatum si tentet hoc
conferre Sacramentum, nihil facere non solum pet
accidens ob indispositionem, & malam conscientiam
pœnitentis, sed etiam per se ex defectu pote-
statis in Confessario.

Ibid. num. 4. in fin. ibi, cap. 13. num. 10. Stephan.
Daluin d. cap. 23. num. 5. vers. quæ in re, vbi aduertit
pro pœnitentibus hoc in negotio simpliciter, & bona
fide procedentibus, nihil quidem fieri virtute iu-
risdictionis ex parte ministrantis, sed bene ex parte
Dei ministrantis, & bonam intentionem pœnitentis,
& contritionem attendentis, & approbantis.

Ibid. num. 6. in fin. nouissimè Doctor Ioannes
Machado vir indefessus iudij, in libro del perfiso Con-
fessor, y Cura de almas, lib. 1. part. 1. tract. 3. docum. 3.
à princ.

Ag. 312. num. 16. in fin. ibi, cap. 2. num. 38. nouis-
simè Stephan. Daluin d. c. 23. n. 14. vbi refert ratio-
nem, quia cum Concilium clare dicat nullum ad
Confessiones idoneum nisi Parochiale beneficium
habeat, quod est præsentis temporis, si quis iam be-
neficium Curatum, quod habebat, dimiserit, non est
idoneus reputandus; & deinde reprobatur resolutio-
nem Henrici d. §. 3. in commento, dum tenet quod, si
qui beneficium Curatum abdicauit, verè sit doctus,
& communi errore vulgi censetur adhuc approba-
tus, tunc valere absolutionem, & exaudiri posse ait
de validitate absolutionis coram Deo, durante bona
fide, & ignorantia inuincibili pœnitentium, cui sup-
plet diuina bonitas, non autem de validitate sim-
plici, & absoluta omnium pœnitentium, etiam ma-
tam fidem, aut ignorantiam affectatam habentium.
Addit etiam idem Stephan. Daluin decisione S. Cō-
gregationis, quæ interrogata, An Sacerdos, qui ali-
quando approbatus, & idoneus iudicatus sit, atque ideo
in Parochum assumptus fuerit, dimissa postea Parochiali,
haberi etiam nihilominus debeat adhuc idoneus ad Con-
fessiones valide audiendas, itaui hæc particula decreti
Conciliij, beneficium obtineat, extendatur etiam ad, vel ob-
tinuerit? Respondit non haberi.

Ag. 313. num. 17. in fin. Stephan. Daluin d. c. 23.
num. 6.

Ibid. num. 19. in fin. Henrici in sum. lib. 6. de Pœnit.
cap. 6. §. 3. Stephan. Daluin d. cap. 23. num. 9. vers. quoad
primum, vbi ex Henrici. Emman. Sà, & Suarez censet
beneficiarium Curatum iuxta intentionem Conci-
lij esse idoneum reputandum simpliciter, & pro
quocumque loco siue dicecesis, ita ut sit vbi que proxi-
mè capax iurisdictionis, si aliunde conferatur ab eo,
qui potest delegare, vel mediante Bulla, aut simili
priuilegio eligendi Confessorem; hancque fuisse
sententiam grauius quorundam Prælatorum,
qui interfuerunt Concilio, & omnium Theo-
logorum, & Iuris peritorum Salamanticensium; & in-
ter Hispanos, Lusitanosque hanc etiam esse consue-
tudinem, vt Parochi sese murud iuuent ex solo suo
consensu non solum intra eandem dicecesim (quod
est certius, & frequentius etiam pluribus in locis

Galliæ & Lotharingiæ) sed etiam in confinio diuer-
sarum Dicecesum. Verum hæc resolutio procedere
poterit ex vi consuetudinis, maxime hoc videntibus
Prælatibus, tacentibus, & consecretariè
(implicitè saltem) consentientibus; qua quidem non
interueniente sequenda, & amplectenda est Sacre
Congregationis decisio, de qua testantur citati nu-
mero præcedenti, quæ aliquando consulta respon-
dit, Prouisum de Parochiali Ecclesia per concu-
sum censendum esse approbatum, & idoneum mini-
strum ad audiendas Confessiones dumtaxat in ea ciui-
tate, vel oppido, vbi sita est Parochia, non autem passim
per totam dicecesim; cuius etiam meminit Stephan.
Daluin d. cap. 23. num. 13. vers. cuius quidem.

Ag. 318. num. 45. in princ. ibi, presententurque ipsi
Episcopi. Stephan. Daluin de potest. Episcoporum, cap. 35.
num. 2. dum ait, quod Regulares non approbat Episcopus
in Confessarios, nisi à Prælatro suo exponantur
saltem interpretatiue, iuxta Clem. dudum, §. statum-
mus, de sepultur. quæ est alia plana Papæ intentio, ne
alias proprio præiudicetur Prælatro, à quo pender
subditorum voluntas ex voto quod emittunt.

Ag. 320. num. 54. in fine. Pro coronide huius
duodecimæ obseruationis te scire volo quæ supra
diximus de restrictione, & reuocatione licentiarum
ab Episcopis ipsis Regularibus concessarum pro
Confessionibus audiendis in casibus enumeratis lo-
cum habere quantum ad iurisdictionem ab ipsis
Episcopis delegatam tantum; quare poterit Genera-
lis Religiosis, aut Prouincialis expostum, & appro-
batum Confessorem ab Episcopo reprobare, & apud
quosdam (vt apud Patres Iesuitas) etiam potest
iurisdictionem limitare circa personas certas au-
diendas, aut certos casus, vt vix vocis oraculo de-
clarauit Gregorius XIII. pro Societate Iesu, vt refert
P. Claudius in compendio Societatis verb. gratia, §. 2.
Stephan. Daluin de potest. Episcoporum, cap. 35. num. 3. vbi
ex ea ratione procedere ait, quia iurisdictione in Regu-
lares non deriuatur, nisi medio proprio Prælatro sal-
tem Generali, & cum consensu eius expresso, aut ta-
cito, ne quid derogetur debita subiectioni, & obedi-
entia erga proprios Prælatos; subditque ibidem
num. 4. ex Syluest. Angel. Lopez, Nauar. Fr. Emman.
Henrici, & aliis, quod si Prælatro expressis verbis
non reprobet, sed tanquam prohibeat audire Confes-
siones, aut ne iunior Sacerdos (licet sit doctus, &
pius) audiat foeminarum Confessiones, propter pericu-
lum, aut decentiam personæ, aut Ordines, non
tollit propterea approbationem à se, vel ab Episco-
po datam, & valere absolutio postea data, quam pro-
hibitus impendit secularibus viris, aut foeminis; &
quia peccat contra Prælati prohibitionem rationi
consentaneam, posset utique ab illo puniri.

Ag. 326. num. 1. in fin. Eandem licentiam Epi-
scopi in reedificanda Ecclesia iam diruta, quasi sit
noua, requirit Camill. Borel. de præstantia Regis Ca-
thol. cap. 37. num. 10. cum seqq. vbi id probat ex linter
stipulantem, §. sacram, ff. de verb. oblig. in qua habetur,
quod quando ædificium est funditus destructum, si
reedificatur, dicitur nouum opus, & ex doctrina Do-
ctorum in l. 1. §. si quis ædificium, ff. de noui oper. nunciat.
dum dicunt, quod si vetus ædificium est funditus
destructum, & reficitur, tunc potest ei nouum opus
nunciari, quia dicitur de nouo facere.

Ag. 338. num. 36. post princ. ibi, d. cap. 21. num. 14.
Megal. in suo promptuario Theolog. moral. verb. Abbas,
num. 18. & verb. Calix, num. 3. me citato in hoc lo-
co Nouar. in Lucerna Regular. verb. benedicere,
num. 5.

Ag. 340. num. 46. in princ. ibi, cap. 31. §. 1. Camill.
Borel.

Ibid. num. 15. in fine, ibi, cap. 11. num. 36. Petr. de Bollo d. §. 3. vers. *veria* pag. 367. vbi ideo ait excusari Episcopum si mitteretur legatus ad Pontificem pro tractandis negotiis Fidei, aut ad Principes pro negotiis pacis & Ecclesie, vbi non facile inuenitur alius quam Episcopus ita dextre ea negotia tractaturus.

Ibid. num. 17. in fin. ibi, a num. 388. Contra quos inuenitur Rebuff. in praxi tit. de dispensat. de non residen. num. 5. quem refert Card. Anton. Zapata in discursu de la obligacion de residir p. 1. concl. 5. num. 6. ibi. *Quidam ex nostris Prelatis terruerunt nos qui in vita populam sibi commissam non visunt, nec quidem instrunt. Quid ergo faciunt? curas secularium Principum, & aliorum, cum terrenis sint, assumunt, &c.*

Pag. 84. num. 20. in fin. Sed pro dolor iam hodie suam negligunt sic commendatam obligationem non minus docte quam in se excandescit Diuus Chrysostomus in Genesi c. 31. & homil. 57. his verbis. *Vidisti Pastoris Iacob vigilantiā, que exurgit aduersus eos, quibus rationales greges crediti sunt, qui magnā presertim negligentiam, & quotidie iuxta Prophetiam pecudes alias mactant, alias a bestiis captas contemunt, alias vero raptas reducere non curant, vide quid dicat, die urebar astu, & nocte gelu, & discendebat somnus ab oculis meis, quis hac nunc potest dicere quod propter eos, quos pascis, tot ferat pericula, & labores.* Refert Petr. de Bollo in *oconomia Canonica classi* 2. §. 4. cap. 3. pag. 223.

Pag. 94. num. 70. in med. ibi, etiam de reform. c. 1. late de hac personali Parochorum residentia Petr. de Bollo in *oconomia Canonica classi* 2. cap. 3. §. 3. & in §. 4. tractat quibus de causis liceat Pastori à grege sibi commissio discedere.

Pag. 98. num. 106. in fin. ibi, d. cap. 1. num. 16. Non enim quandoque satisfacit Parochus suae obligationi, nec vere & formaliter residere dicitur si absque causa legitima per se non ministraverit, etiam quod sui loco alium substituerit. Ita Possuin. d. cap. 1. n. 11. Valq. de benefic. cap. 4. §. art. 2. dub. 1. Lessi. de iustit. lib. 2. cap. 34. dub. 29. num. 159. Laymann in Theolog. moral. lib. 4. tract. 2. c. 6. quos refert & sequitur Card. Zapata in el discursu de la obligacion in Conciencia y Justicia que los Prelados tienen de proueer los dignidades y beneficios ecclesiasticos en personas que puedan y quieran y tengan intencion y proposito de residir p. 1. concl. 2. n. 2. vers. lo teneto, Beja p. 4. casu 28. vers. ad id; quod procedit etiam si adit consuetudo deseruendi per Vicarium, vt optime tradit Henric. de Bottis in tract. de synodo Episcopi concl. 10. num. 49. ibi, *Auenio etiam quod non valet consuetudo quod quis in beneficio Curato possit deseruire per Vicarium, vt dicunt Gemin. & Card. in cap. frustra dist. 8. Ripa in cap. cum M. Ferrariensis num. 41. de constit. & lib. 1. resp. cap. 14. num. 33. peccat enim mortaliter regulariter Curatus in non residendo, quia facit contra naturalem institutam, quia tenetur ipsemet ex suscepto officio gerere omnium Christi curam, teste Caiet. in sum. peccatorum verb. beneficium ecclesiasticum el. 1. Ioan. Maior in 4. sent. dist. 24. q. 7. &c. & ex Conc. Remensi cap. 11. refert Adam. Conuentus lib. 6. politior. cap. 45. §. 8. Card. Zapata d. p. 1. concl. 3. vers. *mas por satisfacer.**

Pag. 107. num. 179. in fin. In aliis vero beneficiis residentiam requirentibus illud acceptans tenetur sub peccato mort. absolutum propositum residendi habere, ac omnibus beneficij oneribus satisfacere, vt arg. cap. quia nonnulli, de cleric. non resid. ibi, *talis ad hoc persona ualeat, que residere in loco, & curam ipsius per se ipsam ualeat exercere, &c. cap. relatum, eod. tit. ibi, vt persona tali Ecclesia, vel beneficium ecclesiasticum*

conferatur, que residere in loco, & curam eius per se ualeat exercere, &c. l. generaliter sancimus C. de Episcop. & cleric. ibi, Eos tamen clericos & monachos huiusmodi habere beneficium sancimus, qui apud sacrosanctas Ecclesias, vel monasteria permanent, non diuagantes, neque circa Diuina ministeria desides, cum propter hoc beneficium eis indulgeamus, vt omnibus aliis derelictis, Dei omnipotentis ministeriis inhaerant, &c. l. 2. tit. 16. p. 1. & aliter de istos sobredichos dene ser tal que quiera y pueda seruir la Iglesia quotidianamente por si mismo, segun que conuiente, e a menester el lugar que tiene cada vno dellos, &c. vbi ita ait Gregor. Lopez In vniuersis requiritur voluntas, & possibilitas seruendi quotidie Ecclesia personaliter in his, quae cuilibet ex eis incumbunt, &c. & ex cap. commissio §. ceterum, de elect. lib. 6. ibi, non intendens promoueri, iuncto ibi, ipsam postmodum dimissurus, &c. refouunt in terminis Host. in d. cap. relatum n. 2. vbi Butr. num. 4. & Abb. num. 5. Syluest. verb. beneficium 3. in fine, Sot. de iustit. lib. 30. q. 5. art. 6. Nau. miscel. 44. num. 2. & miscel. 45. num. 2. Toled. in sum. lib. 5. cap. 9. vers. 4. Baños 2. 2. quest. 12. art. 1. Flamin. de resignat. lib. 4. q. 1. n. 42. Fr. Emman. in sum. tom. 1. verb. beneficium cap. 50. num. 15. Gutier. Angel. Rebuff. & alij, quos refert & sequitur Cardin. Zapata in el discursu de la obligacion in Conciencia y Justicia que los Prelados tienen de proueer los dignidades y beneficios ecclesiasticos en personas que puedan y quieran y tengan intencion y proposito de residir p. 1. concl. 3. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. num. 89. Marc. Anton. de eccles. residen. par. 3. c. 3. n. 3. Ad plura infert idem Cardin. Zapata d. discursu, in quo eadem p. 1. concl. 4. late probat non esse licitum beneficium acceptate cum proposito residendi dum illud obtinuerit, & dimittendi quando se obtulerit occasio renunciationis, & concl. 5. similiter sustinet habentem impedimentum ad residendum propter aliquod seculare officium, quod obtinet sine animo illud dimittendi, si acceptet beneficium cum residentia, peccare mort. & concl. 6. pariter probare intendit ab obligatione intentionis perpetuae residentiae nobilitatem, seu qualitatem Parochi eam non excusare, & concl. 8. refoluit peccare mort. illum, qui beneficium cum animo dubio siue conditionali non residendi acceptat.

Pag. 120. num. 60. prope fin. ibi, cap. 2. num. 48. Quintanaduen. ecclesiasticum lib. 1. cap. 5. in fine, vbi subdit non posse alteri qui Vicarius generalis non sit, hoc ius conferendi beneficia mandare, Doctores in cap. ult. de officio Vicar. & in cap. deliberatione §. ult. de officio deleg. in 6. Et tunc Vicarius huiusmodi, cui hoc ius ab Episcopo speciatim mandatum est, quibuscumque personis recte conferet, praterquam ipsi Episcopo, cuius ille vice fungitur, cap. 2. de constit. in 6. Quintanaduen. citato loco.

Pag. 132. num. 169. prope fin. ibi, gloss. 43. a. n. 193. Sahagun in cap. 1. num. 24. de offic. deleg. Steph. Grat. discept. forens. tom. 2. cap. 383. ex num. 15. vers. minus obstat, & tom. 5. cap. 893. num. 35. Nicol. Garc. de benefic. p. 1. c. 6. n. 76. & 78. me citato in hoc loco Ioseph. Vela de potest. Episcoporum circa inquirenda crimina in suis diocesisibus commissio par. 1. num. 128. cum seqq.

Pag. 140. num. 16. in med. ibi, cap. 13. num. 5. me citato in hoc loco Nouar. in lucerna Regular. verb. le. Etio n. 5.

Pag. 199. num. 58. in fin. ibi, in secunda editione, me citato in hoc loco Card. Anton. Zapata in el discursu de la obligacion in Conciencia y Justicia que los Prelados tienen de proueer los dignidades y beneficios p. 1. concl. 6. n. 12.

Pag. 200. num. 69. in fin. Canonici enim literati &

& eruditi esse debent. Host. in cap. 2. de institut. Card. in cap. cum in cunctis num. 7. de elect. Cardin. Bononien. part. 7. serm. 3. Nau. in cap. si quando, de rescript. except. 11. num. 49. ibi, *Canonici ius requirit personam litteratam propter maturitatem consilij sibi annexam, & quia Canonici debet vocari in Capitulo, & consulere Episcopo, &c. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. num. 69. Cardinal. Anton. Zapata in el discursu de la obligacion in Conciencia y Justicia gloss. Prelados tienen de proueer los dignidades y beneficios part. 1. concl. 6. num. 11.*

Pag. 203. num. 84. in fine. Debet tamen Parochus, & tenetur sub peccato mort. habere propositum Ordines sacros suscipiendi, vt probat text. in §. commissio §. ceterum, de elect. in 6. Iacob. de Grassis in decif. aureis lib. 2. cap. 97. num. 13. Cardinal. Anton. Zapata in el discursu de la obligacion in Conciencia y Justicia que los Prelados tienen de proueer los dignidades y beneficios ecclesiasticos, & c. part. 1. concl. 1. a princ.

Pag. 206. num. 97. in fin. ibi, in simili tract. dub. 33. Villalob. in sum. tom. 2. tractat. 8. diff. 3. cum seqq. lae Trulen. in exposit. Decalogi lib. 7. cap. 11. dub. 8. Petr. de Bollo in *oconomia Canonica classi* 2. cap. 3. §. 5. pag. 173.

Eod. n. ibi, tit. de benefic. n. 6. late Cardin. Anton. Zapata in el discursu de la obligacion in Conciencia y Justicia que los Prelados tienen de proueer los dignidades y beneficios & c. par. 2. concl. 1. vbi concl. 2. probat maiorem vel minorem idoneitatem ad Curatā esse considerandam respectu maioris utilitatis ipsius Ecclesie, cui prouidetur.

Pag. 207. num. 101. in princ. ibi, beneficia possit conferre. Debet enim talis persona quae, quae residere in loco, & curam Ecclesie per se ipsam ualeat exercere, cap. quia nonnulli, de cleric. non resid. cap. relatum eod. tit. Card. Anton. Zapata in el discursu p. 1. concl. 2. num. 4. & p. 2. concl. 2. num. 7. ita ut nullo modo conferendum sit beneficium illi, qui praesumit nolle residere. Zabarel. in d. c. relatum ad fin. & dicit Imola ibi super gl. verb. cum esset, quod si aliquis dicit se uelle residere, & tamen non habet intentionem residendi, non debet admitti, si hoc apparet, vel ex circumstantiis possit praesumi quod non intendebat residere, prout eos citat Card. Anton. Zapata in d. discursu, par. 2. conclus. 2. num. 4. quod adeo verum est vt collator possit prouisum obstringere ad iurandum quod residet in beneficio. Ita Cosin. in pragm. sanct. tit. de collation. §. sequuntur qualificationes, verb. uoluerit, Garc. de benefic. part. 8. cap. 2. num. 29. & 31. Azor. instit. mor. part. 1. lib. 11. cap. 15. in fine, & part. 2. lib. 6. c. 9. quas. 9. Valer. Reginald. tom. 2. lib. 30. cap. 13. in fine, Card. Anton. Zapata d. p. 2. concl. 4. n. 9. Debet etiam quis eligi, qui se promoueri ad sacerdotium intendat, alias enim conferens cum eum non crederet ad talem Ordinem promouendum, prater diuinam quam exinde incurrit offensam ad seruandam indemnem eandem Ecclesiam obligatur, vt probat c. commissio §. ceterum, de elect. lib. 6. Cardin. Anton. Zapata in d. discursu, p. 1. concl. 1. num. 1. Nec est admittendus, qui animo absoluto mutandi statum clericalem accipit beneficium, secus si non certo & absoluto, sed conditionali si aliquid conuenientius suo proposito superueniat, id faciat. Ita Nauarr. de orat. miscel. 44. num. 2. alias miscel. 49. num. 20. & conf. 17. de cleric. non resid. Sanch. de matrim. lib. 7. disp. 45. num. 10. Azor. d. part. 2. lib. 6. cap. 9. q. 4. Card. Anton. Zapata d. part. 1. concl. 4. Nec ille venit beneficiandus, qui ea beneficia accipit animo & intentione illa postmodum Barbof. de Episcop. Pars III.

resignandi, vt statuit Paulus IV. in sua const. 33. incip. *Inter ceteras, sub dat. 26. Nouemb. 1557.* ob idque Curiae Romanae stylus iam obtinuit vt in commissione examinis ad beneficia curam animarum habentia quae per concursum prouidentur, inseratur haec claus. *Presbitero prius iuramento, quod illud non accipiat animo renuntiandi, Nau. conf. 16. de cleric. non resid. Elamin. Parif. de resignat. benefic. lib. 9. q. 10. n. 4. & 5. Gonzal. gloss. 15. num. 9. Fr. Emman. in sum. tom. 1. verb. beneficium concl. 15. Garc. de benefic. part. 11. cap. 3. num. 191. in fine, vbi illam Constitutionem procedere ait in sic obtinentibus, seu impetrantibus beneficia in Curia Romana seu à Papa, non ab Ordinariis, seu extra Curiam, & Flautius Cherub. in schol. ad dictam const. refoluit non incidere in eius prohibitionem, qui obtinet beneficium non certo & absoluto animo resignandi, sed conditionaliter si aliquid conuenientius suo proposito superueniat, refert Cardin. Anton. Zapata in dict. discursu, par. 1. conclus. 7. num. 7. Nulla enim beneficia etiam Curata postulant animum perpetuo illa habendi, nam sufficit quod beneficiarius ea recipiat, donec pinguis possit obtinere, vel donec de Pontificis licentia illa renuntiet, vel permuet cura alio, & in hoc casu nullam peccatum incurrit, neque ad aliquam obligatur fructuum restitutionem, Nau. in man. c. 25. num. 119. vers. decimo, & conf. 1. num. 2. de praben. Fr. Emman. d. verb. beneficium, cap. 56. num. 7. Vega in sum. tom. 1. cap. 36. casu 23. Lessi. de Iustitia, lib. 2. cap. 34. num. 136. Nicol. Garc. in addition. ad 3. part. cap. 4. post num. 58. vers. sextum dubium est; Sanchez de Matrimo. lib. 7. disp. 45. num. 12. Valq. in opus. de benefic. c. 3. §. 3. dub. 1. num. 43.*

Quod attinet uero ad dignoscendam maiorem minorēve identitatem in prouisis ad beneficia, sciendum praeferrī debere illum qui altero, &c.

Pag. 209. num. 104. in fine allegationis. Pro coronide materia electionis Parochorum addo elegantia uerba Petri de Bollo de *oconomia Canonica classi* 2. c. 3. §. 3. in princip. pag. 209. *Varia excitant in Ecclesia Dei tragodias plus equo Prelati negligentiores in Pastorum electione; multi ex hac incuria uirginitatem & certant non Pastores, sed mercenarij euaserunt, semetipsos pascentes, nubes sine aqua quae ueni is circumferuntur, arbores autumnales, infructuosae, eradicatae, fluctus feri maris, despumantes confusa scandala sydera errantia, quibus procella tenebrarum aeternis in arumnis nisi festinent ad respiciencia portum seruata est, vt conuenitur S. Indas in epistola. Hi sunt qui secuti impios filios Heli sum tantum in diuinis lucrum exigunt, nihil interim curantes quomodo cultus Dei praestetur, & sic populum à pietate & charitate retrahunt, se solos ditare, & otio torquentes beare satagunt, quidam Magnatum coquinas inserunt, alij aulicos sequuntur luxus, alij uenationibus, alij certo lucro, sed sordido dant opera: pau. i Ecclesias ciuilibus crediti uenerantur, non ut eorum propagetur salus, sed ut optimos proventus recipiant, &c.*

Pag. 242. num. 8. prope fin. ibi, tit. 1. num. 11. Vnde si beneficiorum permutandorum collatio pertineat ad Episcopum & Capitulum simul & coniunctim, Sede vacante solum Capitulum permutationes admittere poterit, quasi iure quodam accrescendi; secus uero quando soli competit Episcopo beneficiorum permutandorum collatio, ita Boët. Ep. de saturn. permu. benefic. iure, ad Clement. unic. de rerum permutat. num. 303

Ibid. num. 9. in fine. Boët. Ep. de saturn. permu. K K K k 2. benefic.

benef. iure ad cap. cum olim, de rer. permu. n. 119. vbi quærit, si beneficiorum permutandorum collatio non pertineat ad Episcopum, sed ad alios quosdam Episcopo non inferiores; vtrubi resignatio talis ei causa permutationis fieri debeat? & responder rationem permutationis beneficiæ approbandæ cogere, vbi Episcopum nihilominus hac de re dicamus adeundum; quandoquidem cæteri collatores Episcopo minores hac approbandæ, vel reprobandæ permutationis auctoritate carent, cap. quæstum, de rerum permu. nisi consuetudine, vel præscriptione sibi liceret, idem Boët. Epo ad cap. vnic. de rerum permu. in 6. num. 125.

Pag. 243. num. 20. in med. ibi; d. cap. 29. q. 6. Boët. Epo ad d. cap. cum olim, de rerum permu. n. 110. vbi resoluit permutationem collationemque absque patroni consensu factam ipso iure valere, sed collatoribus, vel patronis eam non ferentibus reuocandam, rescindendamve; vel vt nostri loquuntur annullandam, cap. quod sicut 28. de elect. cap. cum in Ecclesiis 33. de prebend. in 6. & respondet textum in cap. decernimus 16. q. 17. de permutatione non agere, sed de vitraæa Episcopi collatione beneficii non permutati, sed simpliciter vacantis, vbi patroni nominatio, siue præsentatio iam locum inuenerat; plus itaque permittitur Episcopo in beneficiis permutatis, vt pote non simpliciter vacantibus, quam in beneficiis simpliciter vacantibus, vbi collatoribus, & patronis acquisitum est iam ius.

Ibid. num. 11. in fine. Requiritur in permutatione beneficiorum consensus Episcopi, vt penitus tollatur ambitionis præsumptio, & pura partium nundinatio, quæ non potest non esse periculossima conscientis propter præsentissimum simoniam merum: at interueniente Episcopi consensu beneficia iure collationis, & institutionis canonicæ possidentur, quia partes permutantes prius beneficia sua resignare tenentur in Ordinarij manus, & deinceps fit compermutantibus eorundem beneficiorum collatio cum institutione Canonica hinc inde, cessat ideo simonia, cessante nimirum priuata nundinationis temeritate; nec enim qui se permutant, dicendi sunt habere beneficia hæc ex permutatione, sed ex institutione Canonica, quam tunc permutatio fuerit causa sine qua non fuisset ventum ad hanc institutionem. Ita Boët. Epo de saturnino permu. benef. iure, ad cap. cum olim, de rerum permu. num. 75.

Ibid. n. 12. in fin. Boët. Epo de saturn. permu. benef. iure, in Clem. de rerum permu. num. 294. vbi reddit rationem quia non simpliciter, nec ex mera gratia confertur beneficium vacans ex resignatione propter permutationem facta, sed beneficium vnum in locum alterius beneficii succedit, non pro singulari lucro, vel ex causa lucrativa, neque pro noua locupletione, sed pro iusta pensatione proprii beneficii pro beneficio alieno resignati, itaut nihil noui videatur acquisitum.

Beneficia cum alijs beneficiis ita sunt permutanda, vt nec cum spiritualibus alijs rebus inter se se permutari valeant, nec etiam cum pensionem quamrunis tituli vice fungatur, & affirmantem habeat cum beneficiis; quia pensiones defuncto pensionario mox redeunt ad sua beneficia vnde delibantur, tanquam ad suam naturam, & cum eis coalescunt, & absorbentur, & intercedunt; ideoque nihil inuenirent viri diuitiarum suis in manibus, qui beneficia sua cum talibus pensionibus permutassent: ita Boët. Epo ad d. Clem. vnic. num. 261. vbi deinde num. 292. pag. 154. hinc non inferri ait, quasi beneficia quoque permutanda necessario prolixus esse debeant eiusdem

generis, vel qualitatis, possunt enim beneficia simplicia permutari cū dignitatibus & Curatis, & vice versa, dummodo capacitas personarum non desit.

Ibid. n. 13. in fin. ibi, num. 4. vers. idem. Optime Boët. Epo de saturn. permu. benef. iure, ad Clem. vnic. de rer. permu. num. 333. cum seqq. vbi de triangulo non mathematico, sed beneficiorum permutatorio.

Ibid. n. 15. in fin. Vide latius infra alleg. 85. n. 3. & 11. cum seqq.

Pag. 244. num. 25. in fin. Solutus tamen erit Summi Pont. ex iure quidem communi permutationes beneficiorum admittere, quæ sunt in Ecclesiis ab Ordinario exemptis, & immediatè subiectis Apost. Sedis, sed ex consuetudine, vel indulgentia potissimum Pontificis poterit esse capitis inferioris earundem Ecclesiarum, vel etiam Capituli, siue Collegij cuiuspiam; ita Boët. Epo de saturn. permu. benef. iure, ad Clem. vnic. de rerum permu. in 6. num. 126.

Pag. 247. n. 50. in fin. ibi, §. 14. in fin. Sed tutius est vt dicamus renunciationem beneficii coram ordinario factam in fauorem alterius, hoc est, adiecto modo vt conferatur illi, vel illi, esse simoniacam, nisi fieret in manibus Papæ secundum stylum Curia: à multis seculis obseruatū. Ita Nau. in man. c. 23. n. 117. vers. ad 10. doctæ & pie Boët. Epo d. irrad. de saturnino permu. benef. iure, ad cap. olim num. 83. de rerum permu. vbi reprobatur Duaten. qui nimis audacter, vt ille ait, scripsit, lib. 8. de sacris Ecclesiæ minister. de benef. c. 2. §. quomodo beneficium euuandum si, huiusmodi conditionem ad simoniacum ambitum nihil pertinere, & dicit nouam, singularem, ac insolentem hanc opinionem; & idem Boët. Epo vbi supra n. 86. differit cur Pontifex vitium simoniam hic purget, Episcopos non item? & num. 87. sic ait, sed omni pactione sepulta, longissimeque per ipsam resignationem reiecta, si quempiam commendauerit Episcopo, simpliciterque beneficium resignauerit, nihil peccabit aut Episcopus, aut resignator vt illo commendatio ad hoc beneficium prouehendo; quinimo per humaniter uterque faciet, si modo commendatus ille beneficium non fuerit indignus: at vero si resignatio condicionalis fuerit, id est in fauorem facta, & non aliter, & Episcopus, & resignator peccarent, si ratio fauoris huius haberetur; Episcopus quidem propter admisionem, & adiutam à se pactionem talem simoniacam; resignator propter ipsam pactionem simoniacam. Unde perspicitur quantum referat au libere pro, vsus Ecclesiastica beneficia resignentur, an vero pactionibus interuenientibus; nam legem dicere beneficiorum resignationibus, id est spiritualibus actionibus est improbum; sed Episcopo quempiam nuda tantum commendari per ipsam resignationem nihil habet improbitatis, conditio nempe seu lex inducit simoniam, iuxta glossographum atque Doctores in cap. cum pridem, & in cap. pactionibus vlt. sup. de pactionibus; at sola nudaque commendatio, nihil minus. Hactenus Boët. Epo, qui n. 91. cum seqq. disputat, an condicionalis hæc, vel in fauorem resignatio facta coram Ordinario sit omnino nulla, sic videlicet vt nec resignanti quidem noceat, sed beneficium suum perinde retineat, quasi non resignasset; an vero resignatio quidem valeat ipsa, sed conditio sola reiciatur, itaut ordinarius perinde possit id conferre cuilibet alteri cuiunque velit ipsemet, ac si simpliciter & pure facta fuisset resignatio?

Pag. 249. num. 1. in fin. nouissime D. Felician. de Vega, nunc Archiep. Mexicanus in relect. ad cap. quanto 3. de iudic. num. 15. cum seqq. vbi metipsum in hoc loco allegat.

Pag. 275. num. 128. in fin. me citato in loco nouissime D. Felician. de Vega nunc Archiepisc. Mexicanus

canus in relect. cap. quanto 3. de iudic. n. 27.

Pag. 288. num. 5. in med. ibi, num. 194. declar. 3. Ratio autem, quæ mouere potuit Pontifices, ac Patres Concilij Trid. ad Adiunctos huiusmodi creandos pro cognoscendis & decidendis grauioribus Capitularium causis, illa magis communiter assignari solet, scilicet ad temperandam emulationem Prælatorum, & oppositionem, quam habent cum Capitulis, & Canonicis, iuxta considerata per Abb. in c. fin. num. 6. de consuet. Federic. de Senis conf. 247. Verall. decif. 62. num. 4. part. 2. Cassad. decif. 6. de priuileg. Seraph. decif. 465. num. 1. iam enim attento iure communi iurisdictione ordinaria ad Episcopum insimul cum Capitulo spectabat, vt probatur in cap. Episcopus, & in cap. si quid, & in cap. felix, & in cap. fin. autem 15. q. 7. ibi, Solutus autem ad exclusionem aliorum Episcoporum, non suorum clericorum, sine quorum presentia sententia erit irrita, &c. & sic intelligendus est text. in c. 1. ead. causa & quest. ibi, libere, & in cap. si quis cum clerico 22. q. 2. ibi, nullam communem cum alijs iudicibus, &c. & in cap. demum, de capell. monach. ibi, Solutus Episcopi, &c. quia non excluduntur proprii Capituli assensum, sed tantum aliorum Episcoporum, & exterorum Adiunctorum, & ita sentiunt in proposito Anton. de Butr. in cap. irrefragabili, de offic. Ordin. num. 20. ibi. Si attenditur ius commune de iure principaliter potestas spectat ad Episcopum de consensu Capituli, Abb. in princ. num. 2. & in cap. 7. de excess. Prælat. num. 2. ibi, Episcopus de iure communi etiam causam alienam non debet sine consensu Capituli audire, &c. gloss. in cap. 1. de excess. Prælat. & in cap. irrefragabili, vbi bene Felin. num. 3. Oldrad. conf. 251. Mohedan. decif. 7. de præscript. alijs 154. ibi, quia de iure communi iurisdictione spectat ad Episcopum, & Capitulum, &c. Sarauia de Adiunctis q. 1. per tot. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloss. 47. num. 13. Ad quod est etiam decisio Rotæ 321. n. 2. p. 2. diuersi. qua deciditur per prædictum decretum Concilij potius extendi quam minui Episcoporum iurisdictionem in Cathedralium Capitula, & potius illis ablatam, quam de nouo concessam, & perspicue habetur decif. 243. num. 5. part. 1. diuersi. & decif. 321. num. 2. p. 2. etiam diuersi. Cardin. Mantica. decif. 180. & idem Sarauia q. 2. resoluit nullam de nouo per Concilium Capitulis iurisdictionem tribui.

Pag. 292. num. 29. in fin. nouissime me citato in hoc loco Mendez à Castro in praxi Lusitana pag. 2. lib. 2. cap. 3. num. 36.

Ibid. num. 32. in med. ibi, resolut. 7. num. 1. Gabriel Berart. in speculo visitat. secular. cap. 27. num. 62. nouissime Mendez à Castro, in praxi Lusitana pag. 2. lib. 2. cap. 3. num. 32. pag. 45.

Ibid. num. 33. in fin. ibi, num. 104. cum sequentibus. Salgado de protecl. Regia p. 2. cap. 15. num. 61. me citato in hoc loco nouissime Mendez à Castro in praxi Lusit. pag. 2. lib. 2. cap. 3. num. 34. pag. 45.

Pag. 293. num. 34. in fin. Gabr. Berart. in speculo visitat. secular. cap. 27. num. 67. Salgado d. cap. 16. num. 68. Mendez à Castro d. cap. 3. num. 34. in fine, pag. 45.

Ibid. num. 38. in princ. ibi, cap. 21. nouissime me citato in hoc loco Mendez à Castro d. part. 2. lib. 2. c. 3. num. 35. pag. 45.

Ibid. in fin. vbi etiam dicit & existimat vim non inferri à visitatore si recusatus processerit ad vltiora: limitat tamen quando ipse visitator ante visitationem fuerat iam iudicatus pro suspecto: & quod etiam possit recusari visitator quando procedit compilato processu resoluunt Salgado de protecl. Regia part. 2. cap. 15. num. 63. & Mendez à Castro d. p. 2. lib. 2. cap. 3. num. 35. pag. 45.

Pag. 298. num. 2. in fin. me citato in hoc loco

Mendez de Castro in praxi Lusitana part. 2. lib. 2. c. 3. num. 31. in princ.

Ibid. num. 18. in med. ibi, in praxi aurea resol. 176. me citato in hoc loco Mendez à Castro in praxi Lusitana part. 2. lib. 2. cap. 3. num. 31. versio. nec etiam Ecclesiæ.

Pag. 300. num. 26. prope fin. ibi, cap. 3. num. 46. me citato in hoc loco Mendez à Castro in praxi Lusitana part. 2. lib. 2. cap. 3. num. 31. versio. Item Ecclesiæ Militum S. Ioannis.

Pag. 311. num. 56. in fin. me citato in hoc loco nouissime D. Felician. de Vega nunc Archiep. Mexicanus in relect. cap. cum sit generale, de foro compet. num. 45.

Pag. 319. num. 1. in fin. Erecta enim & constituta sunt huiusmodi Collegia vt adolescentes, & pauci à teneris annis ad pietatem & religionem informantur, doceanturque in his, quæ spectant ad disciplinam ecclesiasticam, quasi in Dei obsequium, & in Ecclesiæ, & diuini cultus ministerium perpetuo inseruituri, iuxta id, quod habetur in Concilio Trident. d. cap. 18. Quæ quidem Collegia fori electionem habent vt possint pro suis rebus agere coram Iudice ecclesiastico, vel seculari, vt concludit Nouat. in praxi electionis fori q. 43. à num. 1. & Aloyf. Ricc. in 3. p. praxi var. resolut. resol. 413. per tot. vbi dicit seminaria hæc pia loca siue religiosa vocari tanquam prædictis rebus destinata, simulque alijs pietatis ac charitatis operibus, quæ inibi exercentur in Ecclesiæ, & totius Reip. decus & ornamentum, & ob hanc considerationem in resol. 412. etiam concludit quod sicut Ecclesiæ habet immunitatem, vt ad eam confugientes tuti sint, ne ab illa extrahantur, iuxta text. in cap. inter alia 6. de immunit. Ecclesiæ, ita & idem in his Collegiis, vt ante eum tradidit in propriis terminis Marc. Anton. Genuesi. in præcl. Archiep. Neapol. cap. 17. num. 10. vbi refert sic fuisse decusum in illo Archiepiscopatu cum quodam homicida, qui ad domum cuiusdam Collegij seminarij confugerat etiam per alteram portam, quam ordinationem, per quam pueri ingrediebantur.

Pag. 325. num. 23. in fin. Et nouissime S. D. N. Urbanus VIII. in sua Constit. incip. Debitum pastoralis officij, Kalendis Iunii 1629. indulget Clericis Regularibus pauperum Matris Dei scholarum piarum, vt de cætero perpetuis futuris temporibus in Verbe arbitrio Cardinalis Vicarij pro tempore existentis, quibuscuque processibus, & alijs quibuscumque actibus publicis quocumque tempore de more, vel celebrandis, aut ab Ordinarijs locorum quibusuis indicendis interesse minimè teneantur, nec vbique locorum per quoscumque Ordinarios huiusmodi, aliasque personas inuiti cogi, aut compelli possint, auctoritate Apost. perpetuo concedit, & indulget, desuper ab eisdem Ordinarijs, vel alijs personis molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus vquam posse.

Pag. 334. num. 4. in med. ibi, num. 70. & 71. nouissime me citato in hoc loco D. Felician. de Vega in relect. rub. de foro comp. num. 13.

Ibid. num. 5. ibi, auctorit. 30. post princ. me citato in hoc loco D. Felician. de Vega id relect. d. rub. de foro compet. num. 14.

Pag. 335. num. 6. in fin. nouissime me citato in hoc loco D. Felician. de Vega in relect. d. rub. de foro compet. num. 9.

Pag. 338. num. 3. in fin. Cuius Conciliaris decreti præcipua causa fuit, & sic statuendi genuina ratio, ne scilicet partes extra suas Prouincias & Dioceses tot

sumptibus, & inconmoditatibus degere & litigare cogentur, vt per Flor. de Mena var. lib. 1. q. 1. 2. n. 8. Aloys. Ricc. in praxi aurea. resol. 1. 26. Ioan. Maria Nouar. in pract. noui iuris Pontif. de causis prima instantia concl. 1. alias 5. 4. n. 3. Stephan. Gratian. disceptat. forens. tom. 5. cap. 8. 37. num. 15.

Pag. 339. num. 13. vers. Guardo in conseruatoribus. Vnum tamen singulare in hac materia tibi aduertendum duxi, quod Ioan. à Cochier. de iurisdic. Ordinarij in exemptis tom. 2. part. 1. §. 13. num. 5. tradidit, cum alibi non inueniatur ita facile, eius autem verba sunt quæ sequuntur. Itaque licet exempti immediate subiecti sint Summo Pontifici, cap. auctoritate, de priuileg. in 6. Chopin. de sacra politica, lib. 2. tit. 4. num. 6. fol. 231. ac Legato eius à latere, cap. si Abbatem, de elect. in 6. Glossemateries in pract. Sanctior. tit. de causis, verb. subiectio, non tamen poterim in prima instantia euocari ad Romanam Curiam, & ita pactis inter Romanum Pontificem, Reges Francie, Hispanie, Belgique Principes restatum reliquit Chopin. d. tit. 4. num. 8. fol. 233. Proinde si contingat eos euocari, habebunt ius renocandi domum ad Patres Prouinciales siue Iudices, quos ex priuilegio sortiuntur, quippe quod ecclesiastica causa alibi quam in patriis iurisdictionibus à Pontifice ratione priuilegiorum committi non soleant, vt Guichardinus in sua historia refert. Si autem quidpiam contra hanc libertatem fuerit licet eis, quorum intererit querula libello supplicare Pontifici, immo etiam officium Conseruatoris priuilegiorum implorare, Chopin. d. loco: estque id à Concilio dispositione non alienum, sess. 14. cap. 20. &c.

Ibid. num. 15. in fin. nouissime Carlaual. de iudic. & foro compet. lib. 1. tit. 1. disp. 1. q. 8. sect. 2. num. 1083. vbi hanc resolutionem firmat etiam in Clerico, qui contrahendo, vel delinquendo etiam sine superioris sui consensu, sortitur iudicium iudicis loci contractus, quasi tacite eius iurisdictionem protogeret, quod etiam in his terminis tenent Caroc. decif. 52. n. 24. Sigism. Scacc. de sent. & re iudic. gloss. 7. q. 3. limit. 1. num. 43. cum seqq. D. Mar. Currelli in Codice legum Sicular. ad leg. Petri 11. not. 7. num. 6. cum seqq. pag. 298. cum seqq. Et licet Salgado, ex infra dicendis id intelligat quando contrahit sine expressa fori renunciatione, insinuans contrarium esse vbi hæc adest fori renunciatio, quod quàm sit difsonum à iure infra ostendimus, interim tamen ipse sciat hanc suam opinionem auctoritate, & ratione destitutam, immo contrarium in his propriis terminis tenet Carlaual. d. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 8. sect. 6. num. 1251. pag. 514. his verbis, Amplianda autem est hæc resolutio vt procedat etiam si clericus contrahens extra locum domicilij renunciauerit foro sine sui superioris licentia, nam ex vi huius renunciationis remittendus est ad iudicem ecclesiasticum loci contractus, vt supra tetigi num. 1083. & docuit Barbosa. in d. l. 1. art. 3. n. 223. quem sequutus est Capiblanco. in pragm. 8. p. 2. n. 153. de Baronibus: ratio est, quia renunciatio ista nõ dat fori, sed corroborat forum contractus à iure constitutum, in d. cap. dilecti, de foro comp. &c.

Pag. 347. num. 13. in fin. Cened. pract. quest. 14. à num. 2. me citato in hoc loco D. Felician. de Vega in relect. cap. ex tenore 11. de foro comp. num. 41.

Pag. 348. num. 14. in princ. ibi. quam inter viuos executor. nouissime Carlaual. de iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 5. num. 334. pag. 155. vbi leges Iuris Ciuilis executionem legatorum Episcopis iniungentes, intelligit agere de legatis piis, & num. 335. tenet executionem testamentorum quoad ea, quæ merè prophana sunt, & pietatem non concernunt, non pertinere ad Episcopalem, aut ecclesiasticam iurisdictionem, sed ad solos seculares iudices, si hæres sit laicus, & tunc hæ-

redem pro legatis prophanis soluendis, esse conueniendum apud secularem iudicem, non apud ecclesiasticum.

Ibid. num. 15. in med. ibi. de causis mixtis. num. 5. Giurba ad consuet. Senatus Messanenses, part. 1. cap. 2. gloss. 13. num. 4. nouissime D. Felician. de Vega in relect. cap. ex tenore 11. de foro comp. num. 45. vbi subdit quod si non contingat dari negligentiam in hæredibus, vel aliis executoribus nominatis à defunctis, itaut transactus fuerit annus, & legata non habent qualitatem quod pia sint, & pauperibus relicta, non possunt iudices ecclesiastici se intromittere pro illorum implemento; & num. 46. dicit idem esse etiam intra annum cum contigerit quod executores sint moniti vt adimpleant legata, quia similiter tunc data negligentia deuoluitur executio ad iudicem ecclesiasticum, vt expressum est in aublicis testator, C. de Episcop. & cleric. & in cap. si hæredes 6. de restam. quod dum dicit Episcopum posse præcipere hæredi quod adimpleat testatoris voluntatem, intelligitur vt procedat etiam intra prædictum annum, quia semper quod possibile fuerit talis voluntas exequenda est, secundum Couar. ibi num. 4. & hoc esse verum tam quoad legata pia, quam non pia, concludit Marc. Anton. Genuel. d. num. 25.

Pag. 362. num. 5. in princ. ibi. sub eodem tit. in nouis, nouissime me citato Mendez à Castro in praxi Lusit. p. 2. lib. 2. c. 1. n. 21.

Pag. 365. num. 30. ante med. ibi. d. p. 1. n. 46. Bobadil. in sua politica lib. 1. c. 17. n. 101. Ceual. de cognit. per viam violent. q. 13. Marra de iurisd. p. 2. c. 21. à num. 15. Cened. practic. q. 37. nouissime D. Felician. de Vega me citato in hoc loco in relect. c. ex tenore 11. de foro compet. num. 39.

Pag. 372. num. 19. in fin. ibi. vna parte tantum informant. De qua declaratione meminuit Paulus V. constit. 4. incip. Decret Romanum Pont. 20. Augusti 1605. dum tenet quod cum quæretetur, an monasteria ante annos quadraginta ædificata deberent quartam funeralium soluere, Eminentissimi S. R. E. Cardinales Decretorum sacri Conc. Trid. interpretes censuerunt Monasteria ædificata à quadraginta annis citrà, non teneri ad solutionem quartæ funeralium huiusmodi, si modò sint eius Religionis, cui à Sede Apost. ante quadraginta annos indultum sit, vt eandem quartam non teneantur soluere Episcopo.

Pag. 394. num. 8. in fin. ibi. quod sustinemus. nouissime S. D. N. Urbanus VIII. per suas litteras in forma Breuis incip. Apostolatus officium, sub Dat. Romæ apud S. Petrum 2. Aprilis 1631. Mors proprio, & ex certa scientia reuocat, cassat & annullat omnes, & singulos licentias legendi, & habendi libros quoscumque ob hæresim, vel falsi dogmatis suspicionem, seu per Constitutiones Apost. etiam ratione Astrologie iudiciariæ, vel alias quomodolibet prohibitos, quibuscumque personis laicis, & ecclesiasticis tam secularibus, quàm Regularibus cuiuscumque Ordinis, Societatis, & instituti existentibus, ac quacumque dignitate etiam ecclesiastica fulgentibus, cuiuscumque status, gradus, conditionis, qualitatibus, & præeminentiæ etiam speciali nota, & mentione dignis, ac per litteras Apost. ad tempus, vel ad vitam, & aliter quomodocumque à Romanis Pontificibus, non verò à metipso concessas, &c.

Ibid. num. 13. in fin. nouissime in generali Congreg. S. R. & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apost. montis Quirinalis coram S. D. N. Urbano VIII. & Eminentissimis S. R. E. Cardinalibus aduersùs hæreticam prauitatem Inquisitoribus generalibus à sancta Sede Apost. specialiter deputatis, die 18. Septembris 1625. S. D. N. pro debito sui Pastoralis

ralis officij corrigere volens abusus nonnullorum in Statu Sedi Apost. mediare, vel immediate subiecto existentium, qui libros à se compositos extra præfatum Statum absque vlla Ordinariorum, & Inquisitorum loci, vbi degunt, approbatione, imprimendis transmittunt, statuit, & decreuit, vt in posterum nemo in Statu prædicto degens, cuiuscumque conditionis, gradus, ordinis, & dignitatis existat, libros de quauis materia tractantes, & ubicumque compositos audeat aliò deferre, vel mittere imprimendos, sine expressis in scriptis approbatione Eminentissimi D. Cardinalis S. D. N. Vicarij, & Magistri sacri Palatii, si in vrbe: si vero extra urbem existat, sine Ordinarij, & Inquisitoris loci illius, siue ab iis deputatorum facultate, & licentia operi præsigenda. Libros autem, quos contra presentis decreti tenorem imprimi contigerit, præter alias pœnas arbitrio sua Sanctitatis instigendas absque alia declaratione ex nunc prohibet, & pro expresse prohibitis haberi vult, & mandat, &c.

Pag. 414. num. 36. in fin. nouissime S. D. N. Urbanus VIII. Constitutione sua, incip. Humana salutis auctor, sub dat. Roma apud Sanctum Marianam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ 1625. Kal. Nouembris interdicit & prohibet singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus etiam Generalibus, ceterisque Ecclesiis, & locorum piorum vtriusque sexus Præsulis, & Prælatis, seu ciuitates, terras, castra, oppida, villas, arces, fortalitia, territoria, districtus, iurisdictiones, aut quauis alia loca, vel bona iurisdictionalia suarum Ecclesiarum, monasteriorum, & locorum piorum, in feudum, vel enaphyteusim concedere, aut ultra triennium locare, aut concessiones, inuestiuras, & locationes huiusmodi post finitum illarum tempus, vel alias quando-cumque renouare, prorogare, vel de nouo facere etiam ad fauorem descendentiũ hæredum, vel consanguineorum illorum, qui dictas terras, seu bona iurisdictionalia obtinuerunt, seu obtinent, etiam intuitu meritorum, etiam si concessiones, & alia præmissa in euidens, imò euidenssimam vtilitatem Ecclesiæ, Monasterij, vel loci pii cedant, audeant, vel præsumant, &c.

Pag. 421. num. 4. ibi. auctorit. 19. in fin. Marra de iurisd. p. 2. c. 4. n. 4. me citato in hoc loco Escouar in tractatib. selectiss. tract. 2. p. 2. q. 2. §. 3. n. 123.

Ibid. num. 5. in fin. Escouar me citato in hoc loco d. §. 3. num. 62.

Ibid. num. 7. post princ. ibi. p. 2. art. 2. n. 5. me citato in hoc loco Escouar in tractatib. selectiss. tract. 2. p. 2. q. 2. §. 3. num. 54.

Pag. 422. num. 9. in med. ibi, Ricc. resol. 235. in fin. nouissime me citato in hoc loco Escouar dict. §. 3. num. 56.

Ibid. num. 10. in fin. nouissime me citato in hoc loco Escouar d. §. 3. num. 58.

Ibid. num. 11. in fin. nouissime me citato in hoc loco Escouar d. §. 3. num. 60.

Ibid. num. 12. in fin. nouissime Escouar dict. §. 3. num. 59. & 63.

Ibid. num. 13. in fin. Miranda in man. Prelar. tom. 9. 59. art. 4. Hieron. Roderic. in compend. quest. regul. resol. 62. mun. 4. me citato in hoc loco Escouar dict. §. 3. num. 64.

Ibid. num. 14. in fin. me citato in hoc loco nouissime Escouar d. §. 3. num. 94.

Pag. 423. num. 15. post princ. ibi, Ricc. d. resol. 235. num. ult. nouissime me citato in hoc loco Escouar d. §. 3. num. 111.

Ibid. num. 20. ibi, dict. cap. 1. num. 9. nouissime me citato in hoc loco Escouar dict. §. 3. num. 72.

Pag. 424. num. 32. post princ. ibi, Lazar. sect. 1. q. 10. nouissime me citato in hoc loco Escouar d. §. 3. n. 112.

Ibid. num. 35. post princ. ibi, d. c. 1. n. 29. Lazar. d. sect. 2. q. 3. n. 2. nouissime me citato in hoc loco Escouar d. p. 3. q. 4. §. 2. num. 9.

Ibid. num. 36. in fin. nouissime me citato in hoc loco Escouar §. 2. num. 11.

Pag. 425. num. 37. in fin. nouissime me citato hoc loco Escouar in tractatib. selectiss. tract. 2. p. 2. q. 2. §. 3. num. 119.

Ibid. n. 39. post princ. ibi, d. cap. 15. n. 90. Gutierrez canon. lib. 1. c. 11. n. 89. me citato in hoc loco Escouar d. §. 3. n. 122.

Ibid. num. 40. in fin. me citato in hoc loco Escouar d. §. 3. num. 118. vbi hanc praxim laudare Ioan. Gutierrez. alicert.

Pag. 426. num. 43. post med. ibi, promulgari debet. refert me citato in hoc loco Escouar dict. §. 3. num. 129.

Ibid. num. 45. ibi, §. 4. num. 1. Marra de iurisd. p. 3. c. 7. ex n. 11. Bonacin. d. puncto 1. §. 3. n. 3. & me citato in hoc loco nouissime Escouar in tractatib. selectiss. tract. 2. p. 2. q. 2. §. 3. à num. 30.

Ibid. num. 46. in fin. ibi, Vgolin. vbi proximè. Vnde eximuntur ab obligatione denunciandi seiplos occisor, fur, & focius criminis, nisi legitime in iudicio fuerint interrogati, secundum Lazar. canon. quest. sect. 2. q. 14. num. 1. Marra de iurisd. part. 3. cap. 7. n. 10. cum seqq. Vgolin. d. cap. 45. §. 4. num. 1. & me citato in hoc loco Escouar d. tract. 2. p. 2. q. 2. §. 3. à num. 30. vbi num. 33. subdit quod Confessarius sollicitans ad venerea in actu sacramentalis Confessionis delictum suum coram Inquisitore ultra propalare non tenetur, & quod femina, & alius quilibet pœnitens se prodere non teneatur si sollicitet Confessarium.

Ibid. num. 47. in fin. ibi, ff. de ver. signif. Velasco. de priuileg. pauper. part. 2. q. 65. §. 1. num. 175. & seq. me citato in hoc loco Escouar d. tract. 2. part. 2. q. 2. §. 3. num. 35.

Ibid. num. 50. in princ. ibi, d. c. 2. n. 1. ad fin. me citato nouissime in hoc loco Escouar in tractatib. selectiss. tract. 2. p. 2. q. 2. §. 3. num. 10.

Pag. 427. num. 51. in princ. ibi, de testib. cog. in nouis, nouissime & latissime me sapius in hoc loco citato Escouar in tractatib. selectiss. tract. 2. part. 2. q. 3. §. 6. per tot.

Ibid. n. 52. in princ. ibi, ad testificandum ita. Auil. de censur. p. 2. c. 5. disp. 5. dub. 2. Lazar. de blasphem. q. 12. num. 12. & de moni. sect. 3. q. 11. Filliuc. in quest. moral. tract. 14. cap. 2. quest. 7. Marra de iurisd. part. 3. cap. 7. num. 1. & 2. me citato in hoc loco Escouar dict. §. 3. num. 16.

Pag. 428. num. 56. in fin. ibi, puncto 1. §. 3. n. 6. Portel. in dub. Regular. tom. 1. verb. correctio fratrum, n. 11. Castro Palao in opere mor. tract. 4. disp. 2. punct. 4. n. 12. & 14. me citato in hoc loco Escouar d. §. 3. num. 43. vbi etiam aduertit filium denunciare patrem hæreticum aliter non teneri nisi periculum peruersionis plurimum immineret.

Ibid. num. 63. in fin. nouissime & latissime me citato in hoc loco Escouar d. part. 2. quest. 3. §. 4. per tot.

Pag. 429. num. 70. in fin. Soufa de Confess. sollicitant. part. 2. cap. 8. num. 10. & 11. Ioan. Sauc. in select. disp. 51. sub num. 9. Cabreiros de metu lib. 1. cap. 8. num. 29. me citato in hoc loco Escouar d. tract. 2. p. 2. q. 3. §. 7. num. 4.

Ibid. num. 71. in fin. nouissime me citato in hoc loco Escouar in tractatib. selectissim. tract. 2. p. 2. q. 2. §. 3. num. 22.

Pag. 430. num. 72. post princ. ibi, sect. 2. 7. 8. & 9. Castro Palao in opere mor. tract. 6. disp. 3. punct. 14. num. 5.

num. 5. nouissimè & latissimè me pluries citato in hoc loco Escouar d.p. 3. b. 3. §. 3. per tot.

Ibid. num. 73. in fin. me citato in hoc loco Escouar d. tract. 2. p. 2. q. 2. §. 3. num. 24.

Ibid. num. 75. in med. ibi. p. 1. c. 79. num. 18. me citato in hoc loco nouissimè Escouar in tractatib. selectissimis, tract. 2. p. 2. q. 1. num. 27.

Ibid. num. 75. ibi, dicta q. 1. n. 7. me citato in hoc loco Escouar d. p. 2. q. 5. §. 2. num. 15.

Pag. 454. num. 15. in fin. In dubium etiam ab aliquibus reuocabatur, an Regulares, qui ultra vota solita etiam votum emittunt de non petenda, aut acceptanda extra Religionem dignitate, per quamcumque eorum translationem, seu habitus priuationem, seu dimissionem à voto huiusmodi liberentur? Ad cuius decisionem emanarunt litteræ in forma breuis à S. D. N. Urbano incip. Cum scut. die 21. Maij 1635. in quibus declarat & decernit quousumque Regulares cuiusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti etiam quomodolibet exempti etiam Societatis Iesv ultra alia vota etiam votum, promissionem, seu iuramentum solemniter, sine simpliciter emittentes, aut præstantes de non petenda, nec procuranda, minusve acceptanda aliqua dignitate, neque aliqua superioritate extraneorum Religionum, per quamcumque translationem hætenus, & in posterum quandocumque de sua ad aliam Religionem, vel Ordinem, & per quamcumque expulsiōem, habitusque Regularis dimissionem pro tempore factas, non esse nec fore, minusve dici, aut censi posse, seu debere à presatio voto, promissione, seu iuramento liberatos; sed eos hætenus, & pro tempore translatos, expulsos, ac à delatione habitus Regularis absolutos, vel priuatos, quarumcumque dignitatum huiusmodi proinde incapaces, & au illas petendas, & acceptandas, & obinendas, inhabiles remanere in omnibus, & per omnia, perinde ac si translati, expulsos, seu à delatione habitus liberati, seu priuati non fuissent.

Pag. 461. num. 8. ibi, l. 7. de Episcopis n. 44. nouissimè die 26. Maij huius currentis anni 1640. Sacra Congr. Eminentissimorum Cardinalium Concilij Trid. interpresum censuit Episcopum Colimbriensem uti Sedis Apost. delegatum potuisse quoad clausuram monasteriorum monialium Conuentus de Cellas Ordinis Cisterciensis Regularibus eiusdem Ordinis subiectum visitare, etiam assumpto secum Vicario generali, & Confessario earundem Monialium, Monialesque ipsas in eis, que ad eandem clausuram pertinent, examini subicere, feruatis etiam suspitione violata clausura, & quarumque superiorum Regularium negligentia, ipsæque inconsultis, & irrequisitis: ac insuper eidem Episcopo licuisse Rectorem Collegij dilecti Ordinis ex supradicta causa inobedientem declarare in penam excommunicationis, ac alias comminatas incurrisse. I. Card. Pamphilius.

Pag. 486. num. 20. in fin. Clemens VIII. statuerat professionem per eos emissam, qui probationis animum in Monasteriis, seu domibus Regularibus ad id designatis, vel ab Apost. Sede approbatis minime fecerint, inualidâ existere; sed S. D. N. Urbanus VIII. Constit. sua incip. Religiosos viros 2. Aprilis 1631. Ordinariis locorum, in quibus talia monasteria consistunt, seu eorum Præfectis iniungit, vt omnes & singulos Religiosos prædictos, ad professionem denuo seruatis aliâ seruandis, emittendam absque nouo probationis anno ex speciali Sedis Apost. benignitate recipiant. Postmodum idem S. D. N. die 5. Ianuarij 1636. ad occurrendum motibus, qui possent in Religionibus oriri occasione receptionis nouitiorum, & professionis per eos emissa in Conuentibus non designatis contra formam decretorum sanctæ mem. Clementis VIII. de nouitijs ad habitum Regularum, & professionem non ad-

mittendis nisi in Conuentibus designatis, audita super hoc sententia S. Congregationis Concilij declarauit, ac decreuit huiusmodi receptos, & professos contra formam dictorum decretorum allegantes propterea nullitatem receptionis non posse super huiusmodi nullitate post lapsum quinquennij quouomodo audiri. Quod si aliqui contra formam prefatorum decretorum recepti & professi, à Religionem infra quinquennium exire, vel superiores extra eam respectiue illos eicere voluerim, eadem Sanctitas sua decreuit, vt iam ipsi professi, quam superiores respectiue teneantur iura, que sibi fauere visa fuerim, prius deducere coram eadem sacra Congr. qua ex speciali etiam sua Sanctitatis facultate super hoc concessa prouidebit; inhiabentes propterea Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & Prelatis inferioribus iurisdictionem exercentibus, ac quibuscumque iudicibus Ordinariis, & delegatis etiam causarum Palatii Apost. Auditoribus, & S. R. E. Cardinalibus, etiam de latere Legatis, Sedisque Apost. Nuncijs ne in posterum in hoc quoquo modo se ingerant absque speciali eiusdem S. Sedis commissione sub pena ipso facto incurrenda, quod ad Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & Primate interditi ab ingressu Ecclesie, quoad Abbates, Prelatos inferiores, ac alios iudices prædictos excommunicationis late sententia: quo verò ad Nuncios, & ad S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos indignationis sue Sanctitatis, & penarum arbitrio eiusdem penandarum.

Pag. 492. num. 20. in fin. ibi, non ita si intra claustra. Hætenus declaratio sacre Congr. quam originale præ manibus habui. Refert Summus Pont. Paulus V. in quadam sua Constit. 34. aliâ 23. incip. Religiosorum 24. Augusti 1607. in Bullario nouo tom. 3. pag. 223. quod in facta Congreg. S. R. E. Cardinalium Tridentini Concilij interpretum expositum fuit in Hispaniarum Regnis quosdam Ordinarios locorum contendere Religiosos intra claustra degentes coram ipsis Ordinariis conueniri debere in causis civilibus, cap. volentes, de priuileg. in 6. comprehensis, propter illius inuolutionem à Concilio Trid. factam sess. 7. cap. 14. quo præfatos Religiosos eorum priuilegijs abrogatis, defendunt comprehendi. Præterea eisdem locorum Ordinarios pariter contendere eisdem Religiosos intra claustra degentes in prima instantia coram ipsis conueniri debere, ex decreto eiusdem Concilij Trid. sess. 24. cap. 20. de reform. Et subdit ab eadem sacra Congr. fuisse responsum, neque Constitutione in generali Concilio Lugdunensi edita, quæ incipit, Volentes, neque decreto Concilij Trid. cap. 14. sess. 7. comprehendi Regulares, ideoque eos iuxta eorum priuilegia coram suis Superioribus, vel Conservatoribus esse conueniendos: necnon decretum eiusdem Concilij Tridentini dict. cap. 20. sess. 24. de reformat. ad Regulares non pertinere, nec eorum Conservatorias imminuere, nec quoad primam illarum instantiam aliquid noui inducere; quam declarationem idem Summus Pont. in eadem constitutione approbat, & seruari mandat quibuscumque non obstantibus, &c.

Pag. 523. num. 4. in fin. ibi, q. 45. num. 96. Adest prohibitio ad quæstum publicandi Indulgentias, & Confessionalia, emanata à sanctæ mem. Pio V. in sua constit. 99. incip. Quam plenum. 4. Non. Ianuar. anno Incarnationis Dominicæ 1570. necnon reuocatio Indulgentiarum quomodolibet concessarum contentiuum facultatem quæstuari, & pro quibus consequendis portigendæ sunt manus adiutrices, prohibitioque de cætero quæstuari, & quæstores deputandi, ab eodem Pio V. in constit. 30. incip. Esti dominici gregis, sub dat. Roma apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1567. sexto Id. Februarij.

Pag. 531. n. 4. ibi, gloss. verb. infanti in d. c. vlt. nouissimè doctissimus Ioan. Machado in tract. del perfero Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 11. docum. 6. num. 5. vers. la quinta.

Ibid. num. 7. in fin. ibi, vers. quarto. nouissimè Ioan. Machado d. tract. del perfero Confessor y Cura de Almas, lib. 1. part. 3. tract. 11. docum. 6. num. 4.

Ibid. num. 10. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. docum. 6. n. 5. in fin.

Ibid. num. 11. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. tract. del perfero Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 11. docum. 6. num. 9.

Ibid. num. 12. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. docum. 6. num. 3.

Pag. 532. num. 15. ibi, vers. secundo. nouissimè Ioan. Machado d. lib. 1. part. 3. tract. 11. docum. 6. num. 2.

Ibid. num. 17. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. lib. 1. p. 3. tract. 11. docum. 6. num. 7.

Ibid. num. 18. in fin. ibi, d. cap. 1. sup. 11. nouissimè Ioan. Machado d. docum. 6. num. 8.

Pag. 533. num. 21. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. tract. del perfero Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 11. docum. 6. num. 10.

Ibid. num. 23. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. tract. del perfero Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 11. docum. 6. num. 22.

Ibid. num. 24. in med. ibi, tract. 17. num. 146. nouissimè Ioan. Machado in d. tract. del perfero Confessor y Cura de Almas, lib. 1. part. 3. tract. 11. docum. 6. num. 11.

Pag. 534. num. 32. prope fin. ibi, sect. 5. num. 21. nouissimè Ioan. Machado d. tract. del perfero Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 11. docum. 6. n. 9.

Ibid. num. 34. in fin. ibi, cap. 1. q. 2. nouissimè Ioan. Machado d. docum. 6. num. 20.

Ibid. num. 36. prope fin. ibi, cap. 24. num. 25. nouissimè Ioan. Machado d. tract. del perfero Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 11. docum. 6. num. 13.

Pag. 535. num. 37. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. lib. 1. p. 3. tract. 11. docum. 6. num. 15.

Pag. 536. num. 45. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. tract. del perfero Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 11. docum. 6. num. 12.

Ibid. num. 47. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. docum. 6. num. 26.

Ibid. num. 48. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. docum. 6. num. 21.

Ibid. num. 50. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. tract. del perfero Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 11. docum. 6. num. 23.

Pag. 540. num. 14. ibi, art. 1. vers. aduertendum tamen est, pag. 398. Soufa de sollicitant. tract. 1. p. 2. q. 3. n. 3. & 4. Ioan. Sanc. in selectis disp. 11. n. 33. & 34. Castro Palao in opere morali tract. 4. disp. 9. punct. 9. num. 2. nouissimè me citato in hoc loco Escouar in selectis tractatib. tract. 2. p. 1. q. 2. vbi num. 9. ampliat ad Nuncium & Officiales Sedis Apost. qui licet edictis sollicitantium contineantur, non debent tamen eorum causas tractari, nec ipsi puniri per Inquisitores.

Ibid. in fin. & in puncto quod Episcopus electus nondum consecratus Inquisitori subiciatur, post Freitas, Acuña, Ioan. Sanc. Castro Palao, & alios tenet Escouar d. tract. 2. p. 1. q. 2. n. 9. & p. 3. q. 1. n. 20. Verum licet dixerim Episcopos, Nuncios, & Papæ officiales exemptos ab Inquisitorum iurisdictione, nihilominus tamen poterunt Inquisitores probationes recipere contra ipsos, quam ad Sedem Apost. mittere debebant, ex text. in d. cap. Inquisitores 16. vers. tamen, vbi gloss. verb. nunciare, plures congesti Barboza de Episcop. Pars III.

à Fatinac. de heresi, q. 186. §. 5. n. 121. & à D. Acuña q. 12. de Confess. sollicitant. n. 9. & ibi Freitas n. 30. Martin. Bonacin. de onere & obligat. denunc. punct. 3. sub n. 8. vers. secundo sequitur, post med. Ioan. Sanc. d. disp. 11. n. 33. & 34. Soufa de sollicitant. tract. 2. c. 3. n. 4. & 5. vbi n. 8. subdit quòd hoc intelligi debet de informatione tantum, non verò de fulminando processum, nec de puniendo, sed tantum ad mittendum receptas informationes ad Sedem Apost. conueniunt Castro Palao in opere morali, tract. 4. disp. 9. punct. 6. n. 4. & Fagundez de quinque Ecclesia præceptis præc. 2. lib. 4. cap. 3. sub n. 64. Suar. de Fide disp. 20. sect. 4. n. 25. & alij apud Dian. moral. resol. p. 4. tract. 8. resol. 21. in fin. quos omnes refert & sequitur Escouar d. tract. p. 3. q. 2. num. 8. vbi num. 9. post Fatin. Castr. Palao, Fagundez, & D. Acuña, addit Inquisitores posse tales carcerare & carceratos ad Papam transmittere si eos suspectos de fuga animaduertant, dummodo tamen hac facultate parcissime, & ex vrgentissimis, & grauib. causis vtantur.

Pag. 552. in Summ. ibi, 8. Heres adeundo hereditatem, in quantum contrahat, & cum quibus. adde.

9. Officia quæcumque veluti notariatus Audientie Episcopalis expirant mortuo Episcopo, potestque nouus successor illa concedere.

10. Episcopus non potest concedere furum in præiudicium successoris.

11. Officij datio, seu concessio quando fuit facta ab Episcopo ad vitam officialis cum consensu Capituli, non potest reuocari à successore.

12. Episcopus successor non potest reuocare officia sua Audientie concessa ab antiquo, & que ex diuturno tempore, & longa quasi possessione possidentur.

13. Officia à Prelato defuncto concessa non possunt reuocari à successore si confirmata sunt à Summo Pontifice.

14. Officium collatum sine concessum à Prelato, iametsi concedatur cum clausula ad beneplacitum, vel ad libitum, seu ad voluntatem concedentis, non potest reuocari ab ipso Prelato concedente nisi iusta & legitima causa interueniat.

Pag. 553. num. 9. in fin. ibi, n. 20. off. solut. matr. adde.

Cum supra ageremus, an & quando teneatur Episcopus ratam habere alienationem factam à prædecessore? nunc se offert videndum an mortuo Prelato, qui concessit officia sui Episcopatus, possit eius successor ipsa officia denuo concedere alijs, vel debeat primam concessionem ratam habere? In quo dubio vera resolutio est quod mortuo Episcopo expirant Notariatus, & similia officia, potestque nouus successor illa concedere, auctoritate gloss. verb. contestata in Clem. procuratorem, de procurat. & Afflic. de off. 101. Molin. de primog. lib. 1. c. 25. num. 5. Mastrill. de Magistrat. lib. 1. c. 20. num. 50.

Cuius resolutionis præcipua ratio illa est, quia Prælati non potest concedere futura in præiudicium successoris, ex traditis per Bald. in cap. 1. quæ successoris feudum dare teneantur, immo successor potest gratiam & concessionem à prædecessore factam reuocare, vt tradunt Curr. & alij in l. digna vox, C. de legib. per text. in cap. si cui, de præbend. lib. 6. & probatur in cap. intellecto, & de iureiur. & in cap. Abbate sanæ, de re iudic. lib. 6. Decian. conf. 25. n. 2. vol. 1. & conf. 2. num. 123. vol. 2. vbi ait hoc procedere etiam si gratia vel concessio fiat per prædecessorem nomine dignitatis.

Tripliciter resolutio de qua supra num. 9. limitatur, & primo quando officij datio, seu concessio facta ab Episcopo ad vitam officialis cum consensu Capituli

Capituli, quoniam in ea specie Ecclesia ipsa videtur contrahere, quæ nunquam moritur, *cap. liberti* 12. g. 2. Afflict. d. decis. 101. n. 2. & 3. qui hanc limitationem aliorum auctoritate firmat.

12 Secundò limitatur in officiis concessis ab antiquo, & quæ ex diuturno tempore, & longa quasi possessione possidentur, in his namque officiales, & notarij inquietari non possunt, immo debent conferuari per nouum successorem, quoniam ex eo longi temporis cursu præsumitur titulus, vt resoluta ita iudicatur referens Ceuall. *commun. contra commun.* q. 425. num. 1. vbi num. 5. ampliatur etiam prædicti Notarij accepta pecunia fuissent creati ad libitum Episcopi, adhuc enim eo mortuo non poterunt amoueri à successoribus suis.

13 Tertio limitatur si huiusmodi officia à Prælato defuncto concessa, confirmata sunt à Papa, ex traditis per Rip. in c. 1. num. 14. de iudic. & per Gutierrez. *pract. lib. 3. q. 11. num. 9.* & ea est ratio, quia per illam confirmationem dicitur de nouo dare, seu concedere qui confirmat, Bart. & alij in l. & quia, ff. de iuris. d. omni. iudic. Gutierrez. d. lib. 3. q. 17. num. 40. Perr. Gregor. *synagm. iuris lib. 17. c. 15. num. 27.*

14 Officium verò collatum, sine concessum à Prælato, tamen si concedatur cum clausula ad beneplacitum, vel ad libitum, seu ad voluntatem concedentis, non potest renouari ab ipso Prælato concedente, nisi iusta & legitima causa interueniat, quod in specie rradit Nicol. Boër. *decis. 149. n. 2. & 24. & de auctoritate magni Consilij num. 154.* vbi de officiali constituto ab Episcopo ad sui beneplacitum, Greg. Lop. l. 2. *verb. manenterle en el tit. 10. part. 2. & l. 4. verb. acabar en el su tiempo, tit. 3. part. 3.* Burg. à Pace *conf. 21. n. 5.* Guillelm. Benedict. in *cap. Raynutius, verb. duas habens filias, num. 40.* Gutierrez. d. lib. 3. *pract. q. 11. num. 4.* vbi num. 9. agit de Vicario Episcopi confirmata à Papa, & ait non posse remoueri per Episcopum, Ceuall. *commun. q. 425. num. 24. cum seqq.*

Pag. 575. num. 11. in princip. ibi, de priuileg. lib. 6. Stephan. Daluin de potest. Episcoporum. Abbatum, & c. cap. 12. per tot. & cap. 21. ex num. 25. declarat diuersas exemptionum species.

ADHVC ALIA

ad nos æquo ferius delata, suis quoque locis inferenda.

P A R T E S E C U N D A.

R *Ag. 414. num. 2. ante med. ibi, dub. 6. concl. 4.* Villalob. in *summ. tom. 1. tract. 19. diff. 12. n. 2.* nouissimè me citato Ioan. Machado in *tract. del perfo Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 13. docum. 14. n. 4.* vbi hanc partem dicit probabilem; ac contrarium in quocumque interdito locali, aut personali generali tenet.

Pag. 418. n. 1. prope fin. ibi, num. 2. cum seqq. nouissimè Ioan. Machado in *tract. del perfo Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 16. docum. 10.*

Pag. 426. num. 47. in med. ibi, per Summum Pontificem dispensabilis. nouissimè Ioan. Machado in *tract. del perfo Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 12. n. 3.* vbi tenet ex irregularitate quæ contrahitur ex homicidio iusto, & quod procedit ex defectu lenitatis posse Episcopum dispensare virtute

Concilij Trid. in d. c. 6. cuius exceptionem de homicidio voluntario intelligendam esse ait de iniusto.

Ibid. post med. ibi, & puncto ult. num. 10. Vnde contra Aragon. 2. 2. *quest. 64. art. 8.* & Salo *ibidem controu. 4. conclus. ult.* melius tenent Villalob. in *summ. tom. 1. tract. 21. differ. 18. num. 10.* Diana in *resolut. moral. part. 4. tract. 2. resol. 70.* Candid. *diff. quis. moral. disp. 17. art. 15. dub. 4.* Ioan. Machado d. *docum. 12. n. 4.* quod omnes priuilegia habentes dispensandi in quibuscumque irregularitatibus, excepto homicidio voluntario, dispensare possunt in irregularitate, quæ provenit ex homicidio iusto, & ex defectu lenitatis.

Ibid. in fin. Hinc licet Suar. Filliuc. & alij, quos sequitur Bonacin. de *cenfur. disp. 7. q. 4. punct. 5. n. 13. in fin.* existimauerint solum Summum Pont. dispensare posse in irregularitate proveniente ex assistentia in bello iniusto, & illius cooperatione quamvis nullum occiderit, aut mutilauerit, nihilominus contrarium verius est, dummodo suis manibus nullum homicidium commiserit, aut membri mutilationem, vt nouissimè sentit Ioan. Machado d. *docum. 12. n. 2.*

Ibid. num. 49. prope fin. ibi, resol. 5. questionis Ioan. Machado d. *lib. 1. p. 2. tract. 17. docum. 12. num. 7.* vbi asserit me pro hac opinione sexdecim hoc in loco citasse Doctores.

Ibid. num. 48. in fin. & nouissimè Ioan. Machado in *tract. del perfo Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 16. docum. 13. ibi, Quando el homicidio es verdadera y formalmente inuoluntario y casual, como si yendo un hombre a cauallo se le rompiesen las riendas y arrojasse alguno, ya hemos dicho arias que del mismo derecho contra que del no prouiene irregularidad, y por consiguiente no necessita dispensacion; aunque Mayolo sence que por derecho nuevo del Concilio Tridentino es necessaria dispensacion, & c.* Quibus autem casibus incurrat irregularitas ex homicidio casuali vide eundem Ioan. Machado d. *tract. 16. docum. 11. per tot.*

Pag. 428. n. 59. in fin. nouissimè Ioan. Machado in *tract. del perfo Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 16. docum. 10. num. 4.*

Pag. 441. in fin. nouissimè S. D. N. Vrbanus VIII. in Breui, incip. *Magnum in Christo 20. Junij 1637. vltra pœnas, quibus ordinariè puniri solent illi qui sub merito nomine, seu cognomine, adhuc prima uxore viuente, ad secundas nuptias transire audent, decernit vt huiusmodi sic delinquentes damnentur ad trirèmes in perpetuum, quod si inhabiles reperiri fuerint, publice fustigentur, & damnentur ad carceres in perpetuum; si vero pro qualitate, & enormitate delicti grauiore pœnas meruerint, etiam Curia seculari arbitrio eorundem Congregationis vniuersalis, & generalis Inquisitionis Cardinalium puniendi tradantur.*

Ibid. num. 45. in fin. S. D. N. Vrbanus VIII. per suas litteras in forma Breuis, incip. *Apostolatus officium, die 23. Martij 1628.* ampliavit constitutionem Clementis VII. contra non promotos ad sacrum Presbyteratus Ordinem, sacramentales Confessiones audientes, aut Missam celebrantes Curia seculari præuia degradatione tradendos edita, ad omnes etiam minores viginti quinque annis, dummodo vigesimum ætatis annum compleuerint.

Pag. 448. n. 1. prope fin. ibi, p. 7. c. 12. n. 4. nouissimè Ioan. Machado in *tract. del perfo Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 6. à princ.*

Pag. 449. n. 1. 3. prope med. ibi, in Ecclesia q. 12. n. 2. nouissimè Ioan. Machado d. *p. 3. tract. 17. docum. 6. n. 4.*

Ibid. n. 5. in fin. ibi, d. c. 17. n. 11. me citato in hoc loco nouissimè Ioan. Machado d. *lib. 1. part. 3. tract. 17. docum. 6. num. 5.*

Pag. 452. num. 57. in fin. ibi, resol. 16. per tot. nouissimè me citato Ioan. Machado d. *lib. 1. part. 3. tract. 17. docum. 6. num. 8.*

Pag. 453. n. 60. post princ. ibi, Bellet. d. §. 7. num. 26. nouissimè Ioan. Machado d. *lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 6. num. 9.*

Ibid. in med. ibi, q. 8. n. 3. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. *n. 9. in fin.*

Ibid. prope fin. ibi, vers. de deformitatibus, & me citato in hoc loco Ioan. Machado d. lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 6. num. 10.

Ibid. in fin. ibi, si promoueat, & celebret. Quamuis Suar. de *cenfur. disp. 55. sect. 2. num. 16.* Miranda d. *tom. 2. q. 8. art. 3. concl. 1.* Balles in *verb. irregularitas 2. num. 16.* existimauerint arbitrari Religiosorum defectus, & deformitates an Ordinis executionem impediunt, vel scandalum gignunt & pertinere ad eorum Prælatos, non verò ad Episcopos.

Ibidem num. 2. in fin. nouissimè me citato in hoc loco Ioan. Machado in *tract. del perfo Confessor y Cura de Almas, lib. 1. part. 3. tract. 16. docum. 7. num. 2. & 3.*

Pag. 454. num. 13. ibi, cap. 9. q. 4. nouissimè me citato Ioan. Machado d. *lib. 1. p. 3. tract. 16. num. 3. docum. 6.*

Pag. 459. num. 29. in fin. ibi, cap. 18. à num. 1. Et infamiam ex delicto graui publicè resultantem inducere irregularitatem interim dum persona sit emendata, tenet Bonacin. d. *q. 3. punct. 1. n. 5.* Balles. *verb. irregularitas 10. num. 6.* licet alij, ex quorum numero sunt Soar. & Tolet. quos refert & sequitur Ioan. Machado d. *docum. 6. num. 8.* existimauerint irregularitatem non contrahi ex delicto graui vnde infamia facti provenit.

Pag. 460. num. 31. in fin. ibi, vt de nouo obtineat. nouissimè Ioan. Machado d. *docum. 6. num. 8.* ita ait: *Pero si la infamia es de derecho dudan los Doctores se podra dispensar en ella el Obispo, Algunos, como Filliucio y Layman lo niegan, pero otros como Bonacina, Henriquez, Reginaldo, y Bosso lo afirman fundados en que puede dispensar en el adulterio, y otros delitos menores que el, porque dispensado directamente en el delicto, es iusto auer dispensado directamente en la infamia que del resulta, & c.*

Pag. 465. in fin. Vtrum virtute Concil. Trid. *sess. 24. de reform. cap. 6.* possit Episcopus dispensare in illegitimitate quando est occulta ad Ordines maiores, & beneficia Curata? in quo dubio nouissimè Ioan. Machado in *d. tract. del perfo Confessor y Cura*

de Almas, lib. 1. p. 3. *tract. 17. docum. 2. num. 4.* ita ait: *Si quando la ilegitimidad es oculta pueda entonces el Obispo dispensar para Ordenes maiores y todos beneficios, dispensan tambien los Doctores. Muchos mas communmente lo niegan, como son Suares, Sayro, y Marchino, fundados en que la facultad que goza por el Concilio es para dispensar en las irregularidades ocultas, que nacen de delicto, pero esta de la ilegitimidad no prouiene de delicto, sino de indecencia. Mas no obstante esto Auila, Coninck, Layman, Diana y otros defienden que si, fundados en que aunque verdaderamente la ilegitimidad caufe en la persona alguna indecencia, con todo esto intrinsecamente pende del delicto de los padres, & c.*

Pag. 466. num. 3. ibi, de presump. nouissimè Ioan. Machado in tract. del perfo Confessor y Cura de Almas, lib. 1. part. 3. tract. 17. docum. 12. num. 1. ibi, de donde resulta que sempre el derecho presume que los estudiosos y letrados son virtuosos, & c.

Pag. 467. num. 11. ibi, q. 4. num. 2. nouissimè Ioan. Machado d. *docum. 12. num. 5.* vbi citat Villalob. contrarium tenentem.

Ibid. num. 14. in med. ibi, q. 8. art. 7. concl. 1. Menoch. de *arbitr. cent. 5. casu 425. num. 58.* Peirinis *tract. 2. de Relig. Prælato q. 3. cap. 7. num. 10.* nouissimè me citato in hoc loco Ioan. Machado d. *tract. del perfo Confessor, lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 12. num. 4.* vbi num. 6. idem cum Villalobos sentit quoad Canonicos & Cantores Cathedralium Ecclesiarum.

Pag. 477. num. 1. in fin. Balles. *verb. irregularitas 4. num. 6.* me citato in hoc loco Ioan. Machado in *tract. del perfo Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 3. num. 2.*

Pag. 478. n. 5. in med. ibi, clericali §. 6. n. 26. Ioan. Machado d. *docum. 3. num. 7.*

Ibid. n. 7. in fin. nouissimè Machado d. *docum. 3. n. 8.*

Ibid. n. 9. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. *docum. 3. num. 9.*

Ibid. n. 10. in med. ibi, dict. n. 15. in fin. nouissimè Ioan. Machado d. *docum. 3. num. 8.*

Ibid. n. 11. in med. ibi, d. c. 6. n. 9. nouissimè Ioan. Machado d. *docum. 3. num. 11.*

Pag. 479. n. 5. in med. ibi, Bellet. d. §. 6. n. 40. nouissimè Ioan. Machado d. *docum. 3. n. 12.*

Pag. 480. n. 22. in fin. nouissimè me citato in hoc loco Ioan. Machado in *tract. del perfo Confessor y Cura de Almas, lib. 1. p. 3. docum. 4. tract. 17. num. 1. cum seqq.*

Ibid. num. 26. post princ. ibi, alias corrupta contraxit. Ioan. Machado d. *lib. 1. p. 3. tract. 17. docum. 4. n. 4. cum seqq.*

F I N I S.

FORMVLA

FORMVLARIVM
EPISCOPALE,

JN QVO

Varia continentur formulæ ad Episcopalem
iurisdictionem ritè & rectè exercendam
maximè vtilis, & necessaria:

AUCTORE

AVGVSTINO BARBOSA, I. V. D. Lusitano,
Protonotario Apostolico.

*Addita mantissa Apostolicarum constitutionum, & decretorum quæ in hoc opere minutatim,
& per partes adducta, hic integrè, & ad verbum inseruntur.*



AD LECTOREM.

Non semel in componendis litteris ad Episcopale munus ritè obeundum expediri solitis, errores quamplures fiant, ob multiplicem earum varietatem, qua Episcopi novelli, & alij inexperti Vicarij quandoque minus bene, & iuridicè utuntur, unde nullitates, & iurgia oriri solent in magnum utriusque partis detrimentum; ideo gratum me Episcopis facturum esse censui, si principaliores formulas ad Episcopalem iurisdictionem ritè & rectè exercendam necessarias, & opportunas in unum redigerem libellum. Quapropter aliquas summa qua potui diligentia, castigatiores condidi, alias ex Actis Ecclesie Mediolanensis, & Archiepiscopali Bononiensi, quibusdam mutatis collegi; ac demum nonnullas ad quindecim ferè, accepi à doctissimo D. Iulio Laurorio Protonotario Apostolico, & Illustrissimo, ac R^{mi} D. mei Cardinalis Muti Auditore, Iuris utriusque consultissimo, & à me multis nominibus commendando, cuius Formularium uniuersale duobus tomis diuisum, & innumeras penè in omni materia formulas continens propediem tot lucem aspiciat, expectamus. Latina lingua, & sub Episcopi nomine presentes formulas proferendas esse volui, licèt & vernacula lingua, ac de mandato, & cum subscriptione Vicarij generalis, earum quamplures expediri soleant. In quo tamen cuiuslibet Episcopatus consuetudines legitimè prescriptas seruandas esse admoneo. Sub Illustrissimi & R^{mi} D. mei Roderici à Cunha Archiepiscopi ac domini Brachara Augusta, Hispaniarumque Primatis nomine formulas hasce euulgandas esse censui, ut sic Archiepiscopatus illius, à quo originem duco, & doctissimi viri, ac vigilantissimi Pastoris memoriam recolerem, cuius admirer-ne magis humanitatem nobilitati coniunctam, ac omnium litterarum scientiam, & rerum variarum cognitionem nescio. Meritò igitur consultoque illius vberioribus supersedeo laudibus, quia felix, ut ille ait,

—dicique beatus
Ante obitum nemo, supremaque funera debet.

INDEX FORMULARVM Episcopalium, quæ hîc continentur.



Aternatiuæ acceptatio tripliciter ponitur, form. 89. 90. & 91.

Beneficij creatio cum reservatione iurispatronatus de assensu Episcopi ob augmentum, form. 53.

Beneficij simplicis unio facta Parochiali exigui redditus, form. 76.

Beneficij simplicis vacantis per liberam resignationem de eo factam in manibus Episcopi, form. 34.

Beneficiorum simplicium unio facta Collegio seminarij, form. 80.

Canonicatus, & præbendæ vacantium per obitum collatio facta per Episcopum familiari præfenti, form. 65.

Canonicatus, & præbendæ collatio vigore Bullarum Apostolorum, form. 66.

Canonicatus, & præbendæ Ecclesiæ Collegiatae collatio, form. 67.

Canonicatus, & præbendæ resignatorum ex causa permutationis pro aliis Canonicatu, & præbenda collatio, form. 73.

Capellaniarum duarum in Ecclesia Collegiata unio cum dismembratione fructuum alterius, form. 78.

Celebrandi licentia pro Presbytero abesse volente ad biennium, form. 32.

Celebrandi licentia pro Presbytero alienæ diocesis, form. 34.

Collatio Ecclesiæ Parochialis, form. 63.

Collatio Parochialis vacantis per assequutionem, seu ingressum Religionis, aut contractum Matrimonij, form. 64.

Collatio facta familiari præfenti de Canonicatu, & præbenda Ecclesiæ Cathedralis vacantibus per obitum, form. 65.

Collatio Canonicatus, & præbendæ, vigore Bullarum Apostolicarum, form. 66.

Collatio Canonicatus, & præbendæ Ecclesiæ Collegiatae, form. 67.

Collatio facta per Decanum, & Capitulum de Capellania ad eorum collationem spectante, form. 68.

[Collatio, & prouisio auctoritate ordinaria facta de beneficio per obitum vacante, in fauorem absentis, ead. form.]

Collatio litterarum Capellaniæ, ead.]

Collatio Parochialis vacantis per resignationem ex causa permutationis, pro Canonicatu, & præbenda, form. 72.

Collatio Canonicatus, & præbendæ resignatorum ex causa permutationis pro aliis Canonicatu, & præbenda de licentia Episcopi, in cuius diocesi sunt, form. 73.

Collatio beneficij simplicis vacantis per liberam resignationem de eo factam in manibus Episcopi, form. 74.

Confessoris secularis licentia, form. 23.

Confessoris Regularis licentia, form. 24. & alia 25.

Confessoris monialium licentia, form. 26.

Confessoris monialium licentia ad crates tantum, siue allocutoria, form. 27.

Confessoris monialium licentia, necessitate urgente intra claustra monasterij ministraturi Sacramenta, form. 28.

Confessoris monialium licentia cum facultate casuum Episcopo reseruatorum, form. 29.

Confirmationis sacramenti administratio indicitur, form. 22.

Confraternitatis erectio, form. 95.

Confraternitatem erigendi assensus, form. 96.

[Consecratio Episcopalis testimonij, form. 104.]

Denunciatio in Ecclesia illius qui ad Ordines promouendus est, form. 3.

Depositarij deputatio, form. 57.

Dimissoriae litteræ pro prima Tonsura, form. 11.

Dimissoriae litteræ pro Ordinibus minoribus, form. 12.

Dimissoriae litteræ ad sacrum Subdiaconatus Ordinem, form. 13.

Dimissoriae litteræ ad sacrum Diaconatus Ordinem attenta absentia Ordinarij parentis, form. 14.

Dimissoriae litteræ ad sacrum Presbyteratus Ordinem stante absentia Ordinarij, form. 15.

Dimissoriae litteræ ad omnes sacros Ordines stante Episcopi, & Ordinarij parentis absentia, form. 16.

Dimissoriae litteræ, quæ mihi Presbytero Romam proficiscenti concessæ fuerunt, form. 33.

[Dispensatio auctoritate ordinaria pro illegitimo ad Ordines minores, & beneficium simplex, form. 18.]

Dispensatio super denunciationibus matrimonij, form. 30.

Dispen

Dispensatio auctoritate Apost. concedenda super Matrimonio iam contracto ob aliquod impedimentum dirimens, form. 31.

Donationis Iurispatronatus assensus, form. 84.

E

Edictum assignendum factum coram Episcopo presentatione de beneficio iurispatronatus, form. 61.

Edictum pro examine Ordinandorum, form. 10.

Edictum de examine eorum qui Ecclesiæ Parochiali præficiendi sunt, form. 58.

Edictum pro visitatione Cathedrali, form. 94.

Ecclesiæ Parochialis, vide *Parochialis*.

Erectio beneficij cum reservatione iurispatronatus de assensu Episcopi ob augmentum, form. 53.

Erectio Parochialis Ecclesiæ cum unione beneficij simplicis, form. 54.

Erectio nouæ Parochialis cum dismembratione alterius, form. 55.

Eleemosynas colligendi facultas in Parochia tantum pro Confraternitate, form. 39.

Eleemosynam colligendi facultas in Vrbe, & diocesi, form. 40.

Eleemosynas colligendi pro locis piis facultas, form. 41.

Exactoris, & depositarij bonorum Ecclesiæ vacantis deputatio, form. 57.

Examinis, & approbationis ad Parochialem vacantem fides, form. 59.

Examinis, & approbationis in concursu, & electionis ad Parochialem vacantem in mense Apost. fides, form. 60.

F

Factoris deputati ad negotia, & res monasterij monialium, licentia illud ingrediendi, form. 50.

Facultas euulgandi nomina eorum, qui Ordinis sacramento initiandi sunt, form. 2.

Fides examinis, vide *Examinis fides*.

Functionum exercitarum litteræ testimoniales, form. 9.

H

Hospitale creandi, seu fundandi assensus, form. 97.

I

Indictio diei sacre Ordinationis, form. 1.

Indictio administrationis sacramenti Confirmationis, form. 22.

Indulgentiarum concessio, form. 37.

Indulgentiarum concessio, qua ut debet Episcopus post solemnem benedictionem in Vesperis, & Missis cantatis, form. 38.

Informationes assumendi de veritate miraculorum facultas, form. 81.

Institutio Ecclesiæ Parochialis de iure-

patronatus, formul. 62.

Iuramentum præstandum ab admittendis intra clausuram monasteriorum monialium, form. 52.

[Iuramentum cum Bullis ad Episcopum transmissum, ad effectum illud emittendi ante eius consecrationem, form. 103.]

Iurispatronatus donationis assensus, form. 84.

L

Litteræ testimoniales pro prima Tonsura à proprio Ordinario collata, form. 17.

Litteræ testimoniales collationis primæ Tonsuræ pro bastando cum dispensatione ad minores Ordines, & beneficium simplex obtinendum, form. 18.

Litteræ testimoniales collationis Sacri Ordinis Subdiaconatus ad titulum patrimonij, form. 19.

Litteræ testimoniales collationis sacrorum Ordinum vigore Breuis extra tempora, form. 20.

Litteræ testimoniales Ordinis suscepti in propria diocesi ab alieno Episcopo de Ordinarij licentia, form. 21.

M

Magistri scholæ testimonium pro iis, qui ad minores Ordines promoueri volunt, form. 8.

[Mandatum procuræ ad impetrandam confirmationem perseuerationis factæ per Regem nostrum, ad Episcopatum sui Regij patronatus, & ad expediendas de eo litteras Apostolicas, form. 100.]

Mandatum procuræ Episcopi nominati per Regem nostrum ad se obligandum de soluendis medijs annatis antiquarum pensionum super Episcopatu auctoritate Apostolica impositarum, form. 101.

Mandatum procuræ ad consuetudinem nouis pensionibus super Episcopatu imponendis, form. 102.

Mandatum procuræ ad capiendam possessionem alicuius Episcopatus, form. 105.]

Matrimonialium denunciationum dispensatio, form. 30.

Medico & Chirurgo licentia concessa septa monasterij monialium ingrediendi, form. 47.

Monialium professionis recipiendæ facultas, form. 43.

Monialium monasteria visitandi facultas, form. 44.

Monialium monasteria visitandi facultas ex delegatione Apostol. form. 45.

Monialium monasteria pro ingredientibus licentia, form. 46. cum seqq.

Monialium Confessores, vide *Confessores monialium*.

Monialium in Ecclesia pro Prædicatore licentia, form. 36.

Monitoriales ad finem reuelationis, for. 98.

Natalium, morum, & professionis Fidei attestationes, form. 88.

Operariis quomodo concedenda licentia ingrediendi monasteria monialium, for. 48.

Oratorium simplex construendi facultas, form. 85.

Ordinationis Sacrae Indictio, form. 1.

Ordinum minorum dimissoriales litterae, form. 12.

Ordinis Subdiaconatus dimissoriales litterae, form. 13. & eiusdem collatio, form. 19.

Ordinis Diaconatus dimissoriales litterae, form. 14.

Ordinum sacrorum collationis vigore Breuis extra tempora litterae testimoniales, form. 20.

Parochialis Ecclesiae erectio cum vnione beneficii simplicis, form. 54.

Parochialis nouae erectio cum dismembratione alterius, form. 55.

Parochialis Ecclesiae de iure patronatus institutio, form. 62.

Parochialis Ecclesiae collationis litterae, form. 63.

Parochialis vacantis per assequutionem, seu ingressum Religionis, aut contractum Matrimonij collatio, form. 64.

Parochialis vacantis per resignationem ex causa permutationis pro Canonatu, & praebenda collatio, form. 72.

Parochialis vnio facta alteri simili propter earum paupertatem, form. 75.

Parochiali exigui redditus vnio facta de beneficio simplici, form. 76.

Parocho licentia concessa se absentandi per triginta dies, form. 87.

Paupertatis attestatio pro iis, qui ob illam in Romana Curia dispensationem matrimonialem impetrare intendunt, form. 82.

Pontificalia munera vt Episcopus in aliena diocesi exercere possit facultas, form. 86.

[Possessio Episcopatus, form. 106.]

Prædicatori quadragesimali quomodo licentia concedatur, form. 35.

Prædicatori in Ecclesia Monialium quomodo licentia concedatur, form. 36.

Professionis recipiendae monialium facultas, form. 43.

Puellam recipiendi in monasterio ad habitum Religionis facultas, form. 42.

Praebendarum aliquarum Ecclesiae Colle-

giatae insignis ob tenuitatem suppressio, form. 79.

Praebendae tenui dignitatis Ecclesiae Cathedralis vnio quomodo faciendae, for. 77.

[Resignatio alicuius beneficii in manibus Ordinarij facta coram Notario, form. 68.]

Resignationes etiam ex causa permutationis recipiendi facultas, form. 69.

Resignatio faciendae de beneficio per proprium Rectorem coram Episcopo cum eius admittance, form. 70.

Resignatio faciendae de beneficio per procuratorem coram Episcopo cum eius admittance, form. 71.

Seminario vnio, seu applicatio beneficiorum simplicium faciendae, form. 80.

Suppressio aliquarum praebendarum Ecclesiae Collegiatae insignis ob tenuitatem, form. 79.

Synodus dioecesis quomodo habenda, form. 100.

[Testimonium iuramenti ab Episcopo emittendi ante consecrationem, form. 107.]

Vicarij deputatio ad Parochialem vacantem donec de Rectore prouideatur, form. 56.

Vicarij generalis Episcopi deputatio, form. 92.

Vicarij generalis à Capitulo Sede vacante deputatio, form. 93.

Vicarij foranei deputatio, form. 99.

Villicis, seu colonis quomodo licentia concedenda ad ingrediendum septa monasterij monialium, form. 49.

Visitandi monasteria monialium facultas, form. 44.

Visitandi monasteria monialium ex delegatione Apostolicae facultas, form. 45.

Vnio Ecclesiae Parochialis, quomodo faciendae alteri simili, propter earum paupertatem, form. 75.

Vnio beneficii simplicis quomodo faciendae Parochiali exigui redditus, form. 76.

Vnio quomodo faciendae tenui praebendae deputatis Ecclesiae Cathedralis, form. 77.

Vnio duarum capellaniarum in Ecclesia Collegiata cum dismembratione fructuum alterius, form. 78.

Vnio, seu applicatio beneficiorum simplicium collegio seminarij, form. 80.



FORMVLÆ
CIRCA SACRAMENTVM ORDINIS.



Illam illa omnia que sacris Canonibus, Concilio Tridentino, Cathedralismo, & ipso Pontificali Romano praeipiuntur, seu traduntur de Sacramento Ordinis ritè administrando, & recipiendo, legere, & cognita habere debeant, non solum qui pastorale officium, & ministerium habent, sed etiam quicumque ad Ordines, siue minores, siue maiores promoueri postulant, & ipsi etiam Parochi, quorum opera vii debent Episcopi in eiusdem Sacramenti administratione, vt denuntiationes fiant in Ecclesia, & alia plura parentur, & perficiantur, quae decretis Concilij Tridentini statuta sunt: sicut vt nihil praetermittatur eorum, quae ad huius sacrae functionis grauitatem pertinent, primum ponam formulam edicti indictionis sacrae Ordinationis, quam mox sequetur quaedam breuis instructio, qualiter se gerere debeant Parochi in denuntiationibus, litteris testimonialibus, & aliis, quae sui muneris sunt, erga Ordinandos praestandis, deinde subsequetur formula alterius edicti, quo dies, locus examinis, & ratio ab examinatore seruanda promulgatur. Demum adiciam varias formulas litterarum testimonialium collationis, & dimissoriae ad vnumquemque Ordinem spectantes: omnia ad praescriptum S. Concilij Tridentini sess. 23. de reform. cap. 5. & 7. accommodata in hunc qui sequitur, modum.

FORMVLA PRIMA

Indictionis diei sacrae Ordinationis.

D Rodericus à Cunha, Dei, & Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus & Dominus Bracharae Augustae, Hispaniarumque Primas, &c. Auxiliante Domino Deo, ac Salvatore nostro Iesu Christo, nos ex sanctae Matris Ecclesiae instituto sacram Ordinationem solemniter celebraturi, vt quicumque ad Ordines admitti perentres, paratiores, & praemissis iis omnibus, quae à sacris Canonibus, & Concilio Tridentino praeipiuntur, accedant, hoc publico edicto vniuersos, & singulos admonemus, nos generales clericorum Ordinationes in nostra Metropolitana Ecclesia intra Missarum solemnia celebraturos die Sabbati post... qua erit dies Mens. ... praesentis anni. Omnes igitur & singuli incolae Ciuitatis, & dioecesis Bracharensis, seculares ad primam clericalem tonsuram initiandi, aut ad minores, vel maiores Ordines promoueri cupientes, ante vnum mensem praecedentem dictas Ordinationes, nomina, & cognomina sua describi, faciant per N. Camerae Archiepiscopalis notarium à nobis ad id deputatum, ab eoque suscipiant facultatem euulgandi eorum nomina: & deinde omnibus iis testimoniis, facultatibus, seu licentiis, & si opus fuerit, dispensationibus necessariis muniti se praesentent coram RR. NN. & N. examinatore pariter per nos deputatis in loco, die, & hora quae illis significabuntur. Regula-

res vero quorumuis Ordinum Bracharae, & per totam dioecesim commorantes, ipsi etiam ante mensum, vt supra, faciant nomina sua per eundem notarium describi, & se praesentent coram dictis examinatore, ac illis ostendant licentiam authenticam suorum superiorum, & fidem de aetate probatam ab Ordinatione loci, vbi baptizati fuerint. Item de vita, moribus, aliisque per praedictos examinatos videndis, & recognoscendis. Exteri autem tam seculares, quam Regulares, feria secunda & tertia praecedentibus diem sacrarum Ordinationum, videlicet die... Mens... se praesentent coram eisdem deputatis examinatore eum suorum Ordinariorum litteris dimissoriis, in quibus testimonium sit de aetate & approbatione eorundem ab eisdem suis Ordinariis facta. Quibus omnibus, & singulis notum sit, quod elapso dictorum dierum termino nemo ulterius admittetur. Dat. Bracharae Augustae in Archiepiscopali Palatio die... Mens... Ann....

FORMVLA II.

Facultatis euulgandi nomina eorum, qui Ordinis Sacramento ini-riandi sunt.

D Rodericus, &c. Reuerende dilecte noster. Pro nostra Bracharensis Ecclesiae utilitate iam in proxima sacra Ordinatione N. promouendum censemus, quemadmodum in Domino pie expedit. Quamobrem

Quamobrem nos, fide, prudentia, circumspectio- neque tua confisi, tibi N. his litteris mandamus, vt quamprimum die Dominico festiue intra Missarum solemniam populo sequenti in Ecclesia tua illius nomen & cognomen promulges, denuncies, desideriumque pium exponas; deinde tu etiam absque notario de eius ipsius natalibus, aetate, vita, ac moribus diligenter iussu nostro inquiras, idque vtrumque ad praescriptum instructionis inserta a te praestari iubemus. De promulgatione autem, denunciatione & inquisitione eiusmodi, quam praestitisti, & de eo item, si quid illo nomine, causae ad te delatum erit, litteras sigillo tuo obtinatas ad nos accuratè mittas. Vale in Domino, Dat. Bracharæ Augustæ die... Mens... Ann...

Pro obseruantia supradicti mandati Illustrissimi Domini Archiepiscopi Parochus in praesentia duorum proborum virorum deferre debet quilibet testi iuramentum de veritate dicenda circa aetatem, natales, & habilitatem ordinandi: tunc separatim & secreta coram illis duobus probis viris examinet quemlibet testem, & eius dicta scribat, illum sic interrogando.

An nouerit N. qui fuit denunciatus in Ecclesia, & vult ordinari?

An cognouerit eius parentes, & quanto tempore, & qua occasione nouit?

An sciat, quod dictus N. sit eorum filius, & quomodo sciat?

An sciat, quod eundem N. illi, quos eius parentes testantur, pro suo filio aluerint, tenuerint, ac tractauerint, & an communi voce & fama omnium eum pro talium filio haberi & reputari, sine ulla suspitione contrarij, sciat?

An sciat quo anno, mense, die sit natus, & ubi natus sit?

An sciat eundem N. esse legitime natum ex iisdem parentibus, videlicet ex legitimo Matrimonio, & quomodo sciat eosdem parentes esse coniuges legitimos?

Rogetur etiam, an ordinandus careat rationis usu, sit irregularis, aut excommunicatus, suspensus, interdictus, hereticus, aut de fide suspectus, hereticorum filius, cuius parentes in haeresi mortui sunt, & etiam ipsorum nepotes usque ad secundam generationem per lineam masculinam descendentes, aut usque ad primam per lineam femininam, aut apostata, neophytus, simoniacus publicus, usurarius publicus, condemnatus per iurij causam, obligatus Curiae, infamis, homicida, vel mutilans, aut qui homicidio, seu mutilationi causam dedit, miles qui bello interfuit ubi mors hominum successit, qui in foro seculari criminalibus officiis est perfunctus, aut a delictis criminalibus subscripsit, seu interfuit, ex quibus sententia sanguinis euenerit, solemniter poenitens, bigamus, coniugatus, exceptis iis, quorum coniuges in sacra claustra monialium se receperint, ibique professionem emisserint, a spiritibus immundis vexatus, morbo caduco obnoxius, hermaphroditus, notabiliter deformatus, & defectu aliquo corporis manifesto notatus, moribus captus, rariocinii obligatus, seruus sine mancipium, peregrinus, ignotus, officio aliquo infami & sordido perfunctus, non confirmatus, promotus per salum, vel furium? De his qualitatibus Ordinandorum late egi, allegat. 10. num. 24. cum sequent.

FORMULA III.

Denunciandi in Ecclesia illum, qui ad Ordines promouendus est.

Ego N. Parochus Ecclesiae S. N. de mandato Illustrissimi & Reuerendissimi Domini D. Roderici à Cunha Archiepiscopi denuncio N. qui ad Ordinem N. admitti petit: horum igitur omnes & singulos, qui hic adsumt, aut ad quos huius rei notitia peruenerit, vt si aliquod cognoscunt Canonicum impedimentum, quominus idem superius denunciatus possit ad supradictum Ordinem admitti, Christiana charitate ducti me de omnibus certiorum faciant, &c. Commodius vero erit denunciare vulgari sermone, vt ab omnibus intelligi possit.

FORMULA IV.

Litterarum testimonialium Parochi emanantium vigore facultatis euulgandi nomina Ordinandi.

Ego N. Parochus, siue Rector Ecclesiae S. N. oppidi N. huius diocesis Bracharenfis admonitus de Ordinationibus sacris habendis ab Illustrissimo & Reuerendissimo D. Roderico Cunha Archiepiscopo Bracharenfi: & rectè perspectis omnibus quae ab ipsius Amplitudine praecipua sunt, seu admonita, denunciatus in Ecclesia intra Missarum solemniam N. ex Parochia mea, qui ad Ordinem N. promoueri cupit, & postulat, & de natalibus, de vita, & moribus ipsius certior fieri curauit, eumque idoneum esse existimo, quatenus ex cognitis intelligere poterit, qui ad praedictum Ordinem admittatur; fidemque facio, illum sapienter infra annum sacram Confessionem, & Communionem frequentare solitum fuisse, & me ac reliquos doctrinae Christianae ministros sua opera, & assiduitate iuuasse (vel ad Christianae doctrinae scholam venire solitum esse, si minor sit). In quorum fidem, &c. mea manu subscripsi, & sigillo Ecclesiae meae Parochiali muniui, Dat. in aedibus Parochialis Ecclesiae S. N. hac die...

Si vero alicuius difficultatis impedimentum obesse videat, illud ante Ordinationis diem Illustrissimo Archiepiscopo significet, neque testimoniales litteras amò conficiat, quam ab eodem Illustrissimo Domino, quid agendum sit acceperit.

FORMULA V.

Litterarum testimonialium de titulo patrimonij.

Cum ego N. Notarius publicus ciuitatis Bracharenfis in actis meis habeam plura iura N. ex quibus constat, illum habere patrimonium vetè & pacificè possidere bona immobilia, quae iusta & vera aestimatione quinquaginta millia numerum nostratum pretio vendi possunt, & sita sunt in loco... quorum redditus efficiunt summam viginti quinque aureorum numerum singulis annis percipiendorum,

FORMULA IX.

Litterarum testimonialium functionum exercitarum.

Ego N. Parochus, siue Curatus Ecclesiae Collegiatae, &c. vel Parochialis, &c. S. N. praesentibus litteris testor, N. promotum Bracharæ ab Illustrissimo Archiepiscopo D. Roderico à Cunha ad Ordinem N. & meae Ecclesiae consignatum, vt in ea eiusdem suscepti Ordinis functiones exerceat, ad praescriptum eiusdem Illustrissimi Archiepiscopi praedictas functiones singulis diebus Dominicis, festisque in eadem mea Ecclesia exercuisse. In quorum fidem, &c. praesentes mea manu subscripsi, & sigillo Ecclesiae praedictae muniui, hac die... Mens... Ann...

Vide Concil. Bracharen. IV. aet. 2. cap. 2. & 3.

FORMULA X.

Edicti pro examine Ordinandorum.

Sciant omnes, & singuli tam minores, quam maiores Ordines susceperunt, & ad illos promoueri cupientes, Illustrissimum & Reuerendissimum D. D. Rodericum à Cunha Archiepiscopum Bracharen. feria... quae erit... huius mensis... sabbato, & feria... sequentibus, & sic in qualibet hebdomada diebus praedictis usque ad diem celebrationis sacrarum Ordinationum in Archiepiscopali palatio ad praescriptum Sacri Concilij Trident. adscriptis Sacerdotibus, & aliis prudentibus viris peritis diuinae legis, & in Ecclesiasticis functionibus exercitatis, examen Ordinandorum habiturum. Quapropter quicumque ad Ordines promoueri voluerint, hora & diebus praedictis adsint personam, & examini se subiiciant, nam non nisi examinati, & approbati ad Ordines admittentur. Dat. Bracharæ Augustæ, &c. N. Vicarius generalis.

Deputati ad examinandos eos qui ad Ordines, siue minores, siue maiores promoueri petunt, antequam ad examen articuloventur, inquirant ab eo, qui ad examen accessit, hac qua sequuntur.

Quo nomine vocetur? Cuius sit? Si Bracharenfis, aut dioecesanus, & cuius sit Parochia?

An litteras habeat Parochi, in quibus testetur de denunciatione à se ipsi facta circa natalia, vitam, & mores, quod debitis temporibus Confessus fuerit, & Communicauerit, quod doctrinae Christianae scholas frequentauerit?

An si ad minores Ordines promouendus est, habeat litteras à Magistro scholae in qua caueatur, aut instituitur, similiter de vita, & moribus testimonium afferentes?

Si beneficium aliquod habet, quale sit, cuius redditus, an Bullas habeat, quas ostendat, aut saltem legitimam fidem?

Si beneficium non habet, & ad titulum patrimonij promoueri petit, quod habeat patrimonium, & an litteras testimoniales patrimonij, & de bonis publicatis, ad quorum titulum ordinari vult?

piendorum, rogaueritque me notarium praedictum idem N. vt de hoc illi testimoniales litteras conficerem, cum, vt asserit, ad Ordines Ecclesiasticos cupiat promoueri, cautionemque idoneam praestiterit de eis non alienandis priusquam illi ex Ecclesia redditibus, aut aliunde suppetat, vnde arbitrio Ordinarij decenter viuatur; propterea per praesentes litteras fidem facio, & attestor hac omnia ita se habere, vt supra dixi, & eas solito signo, meaque propria manu roborauit, hac die... Mens... Ann...

De titulo patrimonij agit Conc. Brachar. IV. aet. 2. c. 6. & dixi supra alleg. 19. & 20.

FORMULA VI.

Publicandi bona ad quorum titulum quis ordinandus sit Subdiaconus.

Queritis dilectissimi in Domino N. ad sacrum Subdiaconatus Ordinem promouendum esse ad titulum patrimonij illi assignati in & super bonis & iuribus infra scriptis, quae sunt valoris annui auroreorum viginti quinque... vt ipse asserit. Quare si quae fictio, vel alia fraus subest, vel aliud propter quod bona ipsa, & iura non pacificè & vere à praedicto N. promouendo possideantur, vel si quae bonorum, & iurium ipsorum pars aere alieno, alioue modo obstricta sit, vnde is deinde initiatus non habeat satis vnde viuatur, ad me, vel ad Illustrissimum Archiepiscopum, seu ad eius Vicarium generalem quamprimum studeatis deferre.

FORMULA VII.

Litterarum testimonialium de huiusmodi bonis publicatis.

Attestor Ego N. Parochus S. N. loci N. huius Archiepiscopatus Bracharenfis inter Missarum solemniam, dum frequens adesset populus me denunciatus, N. promouendum fore ad sacrum Subdiaconatus Ordinem ad titulum patrimonij, seu bonorum immobilium infra scriptorum valoris annui auroreorum viginti quinque, videlicet... vt si quae subessent fraudes, seu fictiones eo praescripto deferrentur, neque hucusque quicquam contrarium delatum fuit, quin ad eorumdem bonorum, & reddituum titulum ordinari possit. In cuius rei fidem, &c.

FORMULA VIII.

Testimonij magistri scholae pro iis qui ad minores Ordines promoueri volunt.

Ego N. qui approbatus, & emissa Fidei professione Grammaticam, seu, &c. doceo publice in oppido Vimaransenfi, Bracharenfis diocesis fidem facio N. qui ad Ordinem N. admitti petit, meum gymnasium modeste frequentare solitum fuisse, bonae indolis esse, bonis moribus praeditum, Christianè educatum, & in litteris satis proficientem. In quorum fidem, &c. praesentes mea manu subscripsi hac die...

Si aliquo Ordine initiatus fuerit, an habeat litteras testimoniales authenticas manu & sigillo Episcopi munitas Ordinum susceptorum?

An ab ultimo Ordine, quem suscepit, ad eum quem nunc petit, debuit intercesserit interstitium?

Si Regularis sit Bracharen, aut in diocesi commorans, an licentiam habeat suorum superiorum, in qua testimonium sit de vita, & moribus, & fides de aetate probata ab Ordinario loci ubi baptizatus fuit, & an similiter habeat testimoniales litteras suscepti, si ad alium Ordinem promovitur?

Si sit externus tam secularis, quam Regularis, an habeat litteras dimissorias sui Ordinarij, in quibus appareat ab eo fuisse approbatum, & praecepta à Concilio Trident. servata esse, & an similiter habeat litteras suscepti Ordinarij si in aliquo Ordine sit constitutus?

His omnibus breuiter cognitis, ad examen ipsum venient iuxta decretum Sacri Concilij Trident. in quo quidem examine nulla regule, nullique articuli ipsi praescribi possunt, tum quia iuxta variam examinandorum conditionem, aetatem, & professionem non potest uniformis omnibus examinandi norma constitui, sed hoc potius examinatorum prudentia, & circumspectioni relinquendum est, tum etiam ne forte existiment examinandi, se de his tantum interrogandos fore, & circa alia quandoque scita necessaria minime laborandum, tum denique quia ex ipsis decretis Concil. Trident. idoneam examinis formam examinatores colligere possunt.

Nam ut habetur in eodem Trident. Concil. sess. 23. de reformatione. cap. 4. Primitus non initentur qui sacramentum Confirmationis non susceperint, & Fides rudimenta edocti non fuerint, quique legere & scribere nesciant, quapropter hi diligenter super doctrina Christiana (qua parua dicitur) examinandi erunt, vide sup. alleg. 11. num. 1. cum seqq.

Et in eodem Concilio sess. 23. de reformatione. cap. 12. statutum est, ut minores Ordines iis, qui saltem latinam linguam intelligant, per temporum interstitia conferantur, ut accuratius quantum sit huius disciplina pondus possint edoceri. Vide sup. alleg. 11. num. 6.

Et in eodem Concilio eadem sess. cap. 12. deciditur, ut Subdiaconi & Diaconi ordinentur, habentes bonum testimonium, & in minoribus Ordinibus iam probati, & litteris & iis que ad Ordinem exercendum pertinent, instructi, &c.

Et in eodem Concilio etiam eadem sess. cap. 14. habetur, ut qui ad Presbyteratus Ordinem assumuntur, si sint, qui ad populum docendum ea, que scire omnibus necessarium est ad salutem, ac ministranda sacramenta diligenti examine precedente comprobentur, &c. Concil. Brachar. IV. a. 2. cap. 10.

Quapropter Examinatores dum hoc munere persungunt eiusdem Concilii Trident. sanctiones pro viribus sectari conentur, & in unoquoque Ordine, quod ipsum Concilium spectant, diligenter animadvertant, ne Theologicos articulos, aut alia graviora extra Ordinum ministeria examini immisceantur.

FORMULA XI.

Dimissorias litterarum pro prima Tonsura.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. Scholari nostrae Bracharensis diocesis, Salutem in Domino. Tibi de legitimo Matrimonio, ut nobis constat, procreato, cuius vita, & morum probitas, per testificationes nobis factas comprobantur,

quique etiam per examen iussu nostro specialiter factum idoneus nobis renunciatus fuisti, ut à quocumque Catholico Antistite quem malueris, gratiam & communionem sanctae Sedis Apost. habente, & in propria diocesi residente, vel in aliena de Ordinarij loci licentia Pontificalia exercete, ad primam clericalem Tonsuram ritè ac licitè promovendi possis, & valeas, facultatem concedimus, & impartimur. In quorum fidem praesentes litteras manu nostra signatas, sigilloque nostro munitas, & per notarium Camerae Archiepiscopalis subscriptas ei concessimus. Dat. Brachar. August. die, Mens. Ann.

FORMULA XII.

Dimissorias litterarum pro Ordinibus minoribus.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. clerico nostrae diocesis, Salutem in Domino sempiternam. Ut à quocumque Catholico Antistite gratiam & communionem S. Sedis Apost. obtinente, & in propria diocesi residente, vel in aliena de Ordinarij loci licentia Pontificalia exercente, quae malueris, valeas statutis ad id temporibus, ad quatuor minores Ordines stante tua idoneitate, & nostra dispensatione super temporum interstitiis, ob necessitatem, & utilitatem Ecclesiae, ritè facete promovendi, & harum serie tam dicto Antistiti praefatos Ordines conferendi, quam tibi illos suscipiendi licentiam damus, & concedimus. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORMULA XIII.

Dimissorias litterarum ad sacrum Subdiaconatus Ordinem.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. nostrae Bracharen. diocesis, in quatuor minoribus Ordinibus constituto, Salutem in Domino. Tibi de legitimo matrimonio, ut nobis constat, procreato, cuius vita, & morum probitas per testificationes nobis factas comprobantur, quique etiam per examen iussu nostro specialiter factum idoneus nobis renunciatus fuisti, ut à quocumque, quem malueris, Catholico Antistite gratiam & communionem S. Sedis Apost. obtinente, in propria diocesi residente, vel in aliena de licentia Ordinarij loci Pontificalia exercente, ad Sacrum Subdiaconatus Ordinem ad titulum tui sufficientis patrimonij, de quo nobis legitime constat, liberè, ac licitè, servata forma S. Concilij Trident. promovendi possis & valeas, & tam dicto Antistiti praedictum Ordinem conferendi, quam tibi illum suscipiendi tenore praesentium licentiam concedimus, & impartimur. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORM

FORMULA XIV.

Dimissorias litterarum ad sacrum Diaconatus Ordinem, attenta absentia Ordinarij petentis.

D Rodericus, &c. Ut à quocumque Catholico Antistite gratiam & communionem S. Sedis Apost. habente, & in propria diocesi residente, vel in aliena de licentia Ordinarij loci Pontificalia exercente ad sacrum Diaconatus Ordinem statutis à Iure temporibus promovendi valeas, eidem Antistiti praefatum Ordinem conferendi, tibi que illum suscipiendi licentiam tenore praesentium concedimus, & impartimur; attenta tua à nobis absentia, ac probatis & morum testimonio, quod te absente accepimus, servatis tamen ab eodem Antistite Sacri Concilij Trident. super hoc decretis circa examen de te faciendum, approbationem legitimam & interstitia, super quibus conscientiam eius oneramus. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORMULA XV.

Dimissorias litterarum ad sacrum Presbyteratus Ordinem stante absentia Ordinarij.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. nostrae Bracharensis diocesis in Diaconatus Ordine constituto, Salutem in Domino sempiternam. Ut à quocumque quem malueris, R. M. D. Catholico Antistite gratiam, & communionem S. Sedis Apost. obtinente, & in propria, seu in aliena diocesi de Ordinarij loci consensu Pontificalia exercente, ad sacrum Presbyteratus Ordinem iuxta Constitutiones Summorum Pont. factorum Canonum, & S. Concilij Trident. ad titulum tui patrimonij, de quo nobis legitime constat, dummodo ad id idoneus reperiaris, super quo Conscientiam dicti R. M. Antistitis oneramus, promovendi possis, & valeas, stante nostra absentia, tenore praesentium dicto R. M. Domino illum conferendi, tibi que ab eo suscipiendi, dispensationes quoad interstitia propter Ecclesiae utilitatem ac necessitatem, licentiam concedimus, & gratiosè elargimur; de tua aetate, vita, & moribus, ac de proclamationibus in Parochiali Ecclesia diebus festis per Curatum factis, & nobis praesentatis fidem indubitatum facientes. In quorum, &c. Dat. &c.

FORMULA XVI.

Dimissorias litterarum ad omnes sacros Ordines stante Episcopi, & Ordinarij petentis absentia.

D Rodericus, &c. Vniuersis, & singulis praesentes nostras litteras visuris, lecturis pariter, & audituris, Salutem in Domino sempiternam. Cum dilectus nobis in CHRISTO N. nostrae Bracharensis diocesis in quatuor minoribus Ordinibus con-

stitutus, in eis que legitime versatus, cupiat ad sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines quam citius promoveri, illosque propter nostram & ipsius à dicta diocesi absentiam suscipere minime queat, nobis supplicauerit, ut eidem dictos Ordines ab alieno Antistite suscipiendi licentiam concedere dignemur. Nos igitur attendentes, petitionem hanc fore iustam, & rationi consonam, eundem N. quem legitimo Matrimonio natum in aetate legitima constitutum, nullo vitio, crimine, defectu, irregularitate, vel alio simili Canonico impedimento, quod sciamus, detentum, alicuius excommunicationis, seu alterius censurae vinculo obstrictum, sed bonae vitae, conversationis, & famae, optimique moribus ornatum esse comperimus, ut à quocumque quem maluerit, Catholico Antistite gratiam, & communionem S. Sedis Apost. habente, & in propria diocesi residente, vel in aliena de Ordinarij loci licentia Pontificalia exercente ad dictos sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus Ordines in temporibus ad id à Iure statutis, & servatis interstitiis à S. Concilio Trident. designatis, ad titulum patrimonij sui, cuius fructus, &c. de quo legitime nobis constitit; dummodo quoad litterarum scientiam idoneus reperiaris, promovendi possit, & valeat, harum serie tam dicto R. M. Antistite dictos Ordines conferendi, quam dicto N. illos suscipiendi licentiam damus, & concedimus. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORMULA XVII.

Litterarum testimonialium pro prima Tonsura à proprio Ordinario collata.

D Rodericus, &c. Vniuersis praesentes litteras inspecturis, fidè facimus, & attestamus, quod nos hodie sabbato quatuor temporum, generalem Ordinationem in nostra Ecclesia Metropolitana celebrantes dilectum nobis in CHRISTO N. scholarem nostrae Bracharensis diocesis procreatum ex N. & N. coniugibus, de Parochia S. N. examinarum, & ad probatum ad primam clericalem Tonsuram ritè promovimus, & clericali charactere insigniuimus, clericali que militia, ac Ecclesiae S. N. adscripsimus. In quorum fidem praesentes litteras nostro signo sigilloque munitas ei concessimus. Dat. Brachar. August. &c.

FORMULA XVIII.

Litterarum testimonialium collationis prima Tonsurae pro bastardo, cum dispensatione ad minores Ordines, & beneficium simplex obtinendum.

D Rodericus, &c. Vniuersis & singulis praesentes nostras litteras inspecturis, lecturis pariter, & audituris, Salutem in Domino sempiternam. Notum facimus, & attestamus, quod nos die sabbati quatuor temporum die... Mens. in Ecclesia nostra Metropolitana sacros Ordines celebrantes dilectum nostrum N. scholarè huius nostrae diocesis ad hoc repertum idoneum intra Missarum solemnia

b 2 nia

runtur Patrinus, & Marina simul, quemadmodum in sacramento Baptismi; eorum verò est de gerendo adversus Principem tenebrarum bello, Confirmatos instrue, & non solum spirituali opere, ubi necesse sit, pro viribus iuvare, atque idcirco antiquissimi ritus observatio illa mystica est, ut Patrinus, siue Marina dextra Confirmandum teneat, quò Episcopo offeri, aut si iam adultus sit, pedem suum super dexteram Patrini, siue Marine ponat, nempe ut intelligat se ad id usque tempus imbecilem spiritualibus viribus fuisse, neque adversus Satanam fortiter pugnare potuisse, nisi per hoc Sacramentum confirmetur, & sustentetur, Patrini & Marine maiores natu esse debent ipsis Confirmandis, ut in officio suo erga eos, quos suscipiunt, melius satisfacere possint; nec etiam qui sacro Chrismate nondum Confirmati sunt, vel eo ipso die quo confirmantur, item nec illi qui excommunicationis, aut interdicti vinculo irretiti sunt, quive item Paschali tempore proximo sacram Communionem non sumpserunt, nec verò prater ea, qui in gravi, publicòve peccato iacent. Viri pueros, & feminae puellas suscipere in hoc Sacramento debent. Idemque eodem die duos, aut tres ad summum pueros, puellâve suscipere licet, non autem plures.

Res porro, quæ ad ministrandi huius Sacramenti usum necessarie apparatus, erunt hæc. Indumenta sacra tum Archiepiscopi, tum assistentium, Vasculum Chrismatis in pellicula rûe & decenter accommodatum, lana gossipina,

seu bombacium ad usum abstergenda frontis sacro Chrismate illite, cuius bombacii tanta copia parabitur, quanta satis videbitur pro ratione multitudinis fidelium ad Confirmationem suscipiendam convenientium Mantilia duo usui Ecclesiastico addicta, unum ad abluendam, alteram verò ad abstergendam frontem. Pelus due, una ad bombacium colligendam, altera ad manus lavandas. Medulla panis ad abstergendas manus, & manutergii. Cerei duo, qui præferentur Archiepiscopo Sacramento hoc ministranti. Vas aque ad alterum manile madefaciendum.

Habeat unusquisque Parochus librum, qui nulli alij usui inferuiat, nisi ut in eo describantur nomina, & cognomina Confirmatorum, patrunque & matrum parochia in qua habitant, item similiter Patrinorum, seu Marinorum, necnon ipsius Episcopi ministrantis, tum dies, mensis, & annus, & nomē ipsius Ecclesie, in qua Chrismata sunt ministrata, in hanc formam. Liber Confirmatorum Sacramento Chrismatis Parochiæ S.N. die... Mens... Ann... N. ætatis annorum... filius N. & N. ex Parochia sancti N. Chrismatis sacramento fuit Confirmatus ab Illustrissimo & Reverendissimo Domino D. Roderico à Cunha Archiepiscopo ac Domino Bracharæ. Patrinus, seu Matrinx fuit N. ex Parochia sancti N. ministratum verò fuit hoc sacramentum in Ecclesia Collegiata, seu Parochiali sancti N.

CIRCA SACRAMENT. POENITENTIÆ.

VAMVIS Presbyteri in sua Ordinatione à peccatis absoluendis potestatem accipiant, decernit tamen sancta Tridentina Synodus sess. 23. de reform. cap. 15. nullum etiam Regularem posse Confessiones secularium etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut Parochiale beneficium, aut ab Episcopo per examen, si illi videbitur esse necessarium, aut aliàs idoneus iudicetur, obtineat, privilegii, & consuetudine quacumque etiam immemoriali non obstantibus. Quare visum fuit mihi non inutile, formulas inserere, quibus hæc licentiæ sint concedendæ, & sunt quæ sequuntur.

FORMULA XXIII.

Licentiæ pro Confessario seculari.

D Rodericus à Cunha, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus, ac Dominus Bracharæ Hispaniarumque Primas, &c. dilecto nobis in Christo Presbytero N. præsentium tenore tibi per examinatos nostros idoneo reperto, & per nos approbato, ut in Civitate, & diocesi nostra Bracharensi. (si verò sit restricta ad locum vel Ecclesiam, dicatur, ut in loco N. seu in Ecclesia N.) Confessiones fidelium audire, & poenitentes absolvere valeas, præterquam à casibus & censuris nobis reservatis facultatem concedimus & impartimur. Te in Domino admonentes, ut quæ pro recta huius Sacramenti administratione per sacros Canones sancita, vel à nobis ordinata fuerint, attentè perlegas, accuratèque observes. In quorum fidem, &c. Dat. Bracharæ Augustæ ex Archiepiscopali Palatio die....

Mens... Ann...

* * *

FORMULA XXIV.

Licentiæ pro Confessario Regulari.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in Christo fratri N. Ordinis S.N. præsentium tenore tibi à tuo superiore nobis legitime præsentato, & per nos approbato, ut in Civitate, & diocesi nostra in Ecclesia monasterij, seu Conventus Ordinis tui, ubi habitas, & in aliis item Ecclesiis quæ non sunt Ordinis tui, dum tamen admoveas priùs Parochiæ Curatum, Confessiones fidelium audire, & poenitentes absolvere valeas, præterquam à casibus, & censuris nobis reservatis, & privilegio tibi non concessis, facultatem concedimus, & impartimur. Te in Domino admonentes, & hortantes, ut quæ pro recta huius Sacramenti administratione per sacros Canones sancita, vel à nobis ordinata fuerint, attentè perlegas, accuratèque observes. In quorum fidem, &c. Dat. Bracharæ Augustæ, &c.

FORMV

FORMULA XXV.

Licentiæ pro eisdem primæ Classis Confessariis Regularibus.

D Rodericus, &c. Tibi dilecto nobis in Christo Fratri N. Ordinis S.N. à tuo Superiore legitime præsentato, & à nobis approbato Poenitentia sacramentum in Civitate, & diocesi Bracharensi in Ecclesiis tui Ordinis, atque etiam grauter arguantibus, quorum Confessiones tu aliàs audire continearis in eorum domibus, monito tamen priùs ipsius argotantis Parocho, ubi aegritudo non sit repetita, aut mortis periculum non imminet, (quo casu ipso etiam non monito, volumus tibi licere, ita tamen ut quamprimum Confessione audita, eundem certiore facias, testimonio item huiusmodi Sacramenti per te ministrati manu tua subscripto familiaris infirmi relicto, ut medico exhiberi possit ad formam Constitutionis Pij Papæ V. Conciliorumque tum Provincialium, tum dicecesanorum) ministrandi facultatem per... tenorè præsentium concedimus, atque impartimur. Te in Domino admonentes, &c.

FORMULA XXVII.

Licentiæ pro Confessario Monialium ad crates tantum, siue allocutoria.

D Rodericus, &c. Concedimus licentiam tibi N. Presbytero per examinatos nostros idoneo reperto, & per nos approbato, ut possis in Ecclesia monasterij S.N. Confessiones audire in Confessionali tantum ad id deputato tempore, & hora decenti post ortum Solis, & vsque ad horam Completorij, quod Confessionale duas habeat claves, quorum altera servetur ab Abbatissa, altera maneat apud Confessorem, nihilque extra Confessionem ibi agas, nec in alio loco possis absque licentiâ Abbatissæ loqui cum illis Monialibus. Sacramentum autem Communionis ministrare non possis, nisi in loco, aut fenestella consueta cum debito cultu, & caeremoniis. Dona verò cuiuscumque generis nullo colore à qualibet Moniali, seu alia intra claustra Monasterij manente accipias, sub poenis, &c. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORMULA XXVIII.

Licentiæ pro Confessore Monialium necessitate urgente intra claustra Monasterij ministraturo Sacramenta.

D Rodericus, &c. Tibi N. Confessori & Curato Monialium S.N. à nobis deputato licentiam concedimus, ut iuramento priùs præstito si infirma fuerit aliqua Monialis, atque in lecto iacens de licentiâ Abbatissæ intràs superpelliceo, & stola, aliisque officio tuo necessariis tecum delatis, absque villo tecum socio possis ingredi claustra dicti Monasterij, sociatus semper duabus, aut tribus grautoribus Monialibus ad id deputatis, & dato campanulæ signo, ut cæteræ omnes Moniales in tuo aduentu in Ecclesiam, aut cellulam suam se recipiant, tu ipse verò comitatus, ut supra, recta via accedas ad cellam argotantis ad Confessionem audiendam, interimque Camera ostium maneat apertum, peractaque Sacramentorum administratione statim discedas. Quod si contingat eam mori, & sepulturæ tradi debere, tunc etiam cæmeterium funeris causa ingredi possis, non aliter ac supra dictum est, sub poenis, &c. In quorum fidem, &c.

FORMULA XXIX.

Licentiæ amplissimæ, etiam cum facultate casuum Episcopo reservatorum pro Confessario Monialium.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in Christo N. Presbytero, tibi cuius vita, & morum probitas per testimonios nobis factas probantur, ut Monialium Monasterij S.N. Confessiones audire, eisdemque Ecclesiastica Sacramenta possis, cum facultate

facultate castum nobis reſeruatorum, necnon prædicti Monasterij clauſurâ in caſibus yrgentis neceſſitatis, atq; Cõſellario aliâs permiſſis, ingredi, ſeruatis tamen quæ in Conc. Prouincialibus, & Synodo dice-

cẽſana Bracharẽſi, ac etiam decretis generalibus Viſitationis Apoſt. Sacerdotibus, & Confellarijs Monialium præſcripta ſunt ad... his noſtris litteris facultatem concedimus, & impartimur, &c. Dat. &c.

CIRCA SACRAMENT. MATRIMONII.

SACRVM Concil. Trident. ſeſſ. 24. de reformat. Matrim. cap. 1. animaduertens, prohibitiones clandestinorum Matrimoniorum olim à Sacris Canonibus factas propter hominum inobedientiam non prodeſſe, & graua peccata perpẽdens, quæ ex eiſdem clandestinis coniugijs ortum habent, præcipit, vt antequam Matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis feſtiuis diebus in Eccleſia intra Miſſarum ſolemnia publicè denunciatur, inter quos Matrimonium ſit contrahendum. Quod in hunc qui ſequitur modum fieri poterit. Notum ſit omnibus, quod N. ex Parochia S. N. contracturus eſt Matrimonium cum N. filia N. & N. huius Parochiæ, atque idcõ ſi quis ſciat aliquod intercedere inter ipſos impedimentum conſanguinitatis, affinitatis, cognationis ſpiritualis, quæ in Baptiſmo, & Confirmatione naſcitur, aut cuiuſiuis Canonicæ prohibitionis, ob quam Matrimonium contrahere non poſſint, neque debeant, certiore faciat me Parochum, aut Illuſtriſſimum D. Archiepiſcopum, ſiue eius Vicarium generalem, &c. Poſt tres denunciations ſic factas in Eccleſia Parochiali, vt ſuprà Parochus de illis fidem præſtabit ab eo ſubſcriptam, & Eccleſiæ Parochialis ſigillo munitam, in hac videlicet forma. Teſtor ego N. Parochus S. N. à me denunciatum fuiſſe in mea Eccleſia prædicta intra Miſſarum ſolemnia Matrimonium contrahendum inter N. ex mea Parochia, & N. ex Parochia S. N. infraſcriptis feſtiuis diebus, hoc eſt, prima denunciatio die... ſecunda die... tertia die... neque aliquod impedimentum cognitum eſt, quominus Matrimonium celebrari poſſit. In quorum fidem, &c. die... Menſ. Ann... Fgo N. Parochus, &c.

Quia verò aliquando probabilis debet eſſe ſuſſicio Matrimonium malitiõſè impediri poſſe, ſi tõe præceſſerint denunciations, tunc Ordinarius ipſe ſi expedire iudicauerit, vt denunciations ipſe remittantur, poterit ex diſpoſitione S. Concilij Trident. dict. cap. 1. & Conc. Brachar. IV. act. 4. cap. 34. concedere licentiã contrahendi illis omiſiſis, in hunc qui ſequitur modum.

FORMVLA XXX.

Diſpenſationis ſuper denunciationsibus
Matrimonij.

D Rodericus à Cunha, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus, ac Dominus Bracharæ Auguſtæ, Hiſpaniarumque Primas, &c. iuſtis de cauſis animum noſtrum mouentibus his noſtris litteris facultatem tibi concedimus, vt tribus, vel ſaltem duobus teſtibus præſentibus N. & N. in Matrimonium (cum nullum ex informationibus oretenus ſuſceptis inter eos legitimum detectum fuerit impedimentum) coniungere valeas; ita tamen vt celebrato Matrimonio intra... denunciations tribus continuis feſtiuis diebus ex præſcripto Concilij Trident. fiant, & interim ſponſi ſe à carnali copula abſtineãt; in reliquis verò forma ab eodẽ S. Concilio Trident.

noſtrisque Prouinciali, & Diocceſana ſynodis præſcripta ſeruetur. In quorum fidem, &c. Dat. Bracharæ Auguſtæ, &c.

FORMVLA XXXI.

Diſpenſationis auctõritate Apoſt. concedendæ ſuper Matrimonio iam contractõ ob aliquod impedimentum dirimens.

D Rodericus, &c. Dilectis nobis in CHRISTO N. & N. Salutem in Domino. Oblatæ nobis nuper pro parte veſtra petitionis ſeries continebat aliâs vos in... coniunctos inuicem Matrimonium contraxiſſe, illudque poſtea conſumãſſe, in eodemque ſic contracto Matrimonio legitimè viuere cupere, quia ſi Matrimonium inter vos non ſequeretur,

tur, graua exinde ſcandala, & alia incommoda in animarum veſtrarum periculum poſſent verofimiliter exoriri, tuque... perpetuò diffamata, & forſan innupta remaneres. Verum cum deſiderium hoc veſtrum adimplere non poſſitis abſque Sedis Apoſt. diſpenſatione, propterea nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt nobis in præmiſſis de abſolutionis beneficio, ac diſpenſationis gratia, auctõritate Apoſt. nobis in hac parte conceſſa, prout ex litteris S. D. N. D. Urbani diuina prouidentia Papæ VIII. ad nos hac de re ſcriptis opportunè prouidere dignaremur. Nos igitur ſaluti animarum veſtrarum conſulere volentes, præmiſſis ex cauſis animum noſtrum mouentibus, ſeu aliâs omni meliori modo, cum tu... propter hoc ab aliquo raptâ non fueris, auctõritate Apoſt. qua fungimur in hac parte, vos à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Canonicis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel cauſa latis, quibus quomodolibet ob inceſtus rearum, & exceſſus hu-

iuſmodi innodati forſan exiſtitis, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluimus, & liberamus, iniuncta vobis ſalutari pœnitentiã... qua peracta, vt impedimento... gradus huiuſmodi ac Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſt. cæteriſque contrarijs nequaquam obſtantibus, Matrimonium inter vos publicè, videlicet coram proprio Parocho, & duobus, vel tribus teſtibus in Eccleſia, omiſſis tamen denunciationsibus (quas hac vice ex gratia ſpeciali remittimus) contrahere, & in eo poſtmodum remanere liberè, & licitè poſſitis, & valeatis, auctõritate Apoſt. harum litterarum ſerie diſpenſamus. Diſtantiam vero... gradus prædicti vobis non obſtare declarantes, prolem ſuſceptam, ſi quæ ſit, & ſuſcipendam, legitimam nunciandõ. In quorum fidem præſentes manu noſtra ſignatas, & per infraſcriptum notarium Camerae Archiepiſcopalis ſubſcriptas, ſigilloque noſtro munitas fieri iuſſimus. Dat. Bracharæ Auguſtæ.

CIRCA FACULTATES CELEBRANDI, & prædicandi.

VIA Concil. Trident. ſeſſ. 23. de reformat. cap. 16. in fine, commendat vt nullus Clericus peregrinus ſine commendatitijs ſui Ordinarij litteris ab eollo Epifcopo ad diuina celebranda, & Sacramenta adminiſtranda admittatur; pariterque ſeſſ. 24. de reform. cap. 4. prope finem ſtatuit, vt nullus tam ſecularis, quam Regularis cuiuſcumque Ordinis, contradicente Epifcopo prædicare audeat; niſi Regularis ipſe, ſic, vt ſupponimus, in Eccleſia ſui Ordinis prædicare volens à ſuo Superiore de vita, moribus, & ſcientia examinatus, & approbatus ſit, ac cum eius licentiã ſe perſonaliter coram Epifcopo præſentet, ab eoque benedictionem petat antequam prædicare incipiat; illo ſuperaddito, quod ſi in Eccleſiis, quæ ſuorum Ordinum non ſunt, prædicare velit, ultra Superioris ſui facultatem teneatur licentiã Epifcopi obtinere, vt ait idem Trident. Concil. ſeſſ. 5. de reformat. cap. 5. idcõ formulas concedendi has licentiã in hunc qui ſequitur modum, ſubiicio.

FORMVLA XXXII.

Litterarum dimiſſorialium Miſſæ Sacram
faciendæ pro Presbytero abeſſe volente
ad biennium.

D Rodericus à Cunha, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus, ac Dominus Bracharæ, Hiſpaniarumque Primas, &c. Dilectõ nobis in CHRISTO N. Presbytero Bracharenſi, Salutem in Domino ſempiternam. Tibi vt ad ciuitatem Vlixbonenſem, ac ad alia huius Regni loca proficiſci, ibique Sacram facere, Confeſſiones Chriſti fidelium audire, aliãque diuina Officia celebrare, de licentiã tamen Ordinarij loci, ſeu illius Vicarij generalis, poſſis & valeas, hiſce litteris per biennium facultatem concedimus, & impartimur; atteſtantes te in facto Presbyteratus Ordine conſtitutum eſſe, non excommunicatum, ſuſpenſum, interdictum, ſeu

Eccleſiaſtica cenſuræ vinculo irretitum, nec de aliquo crimine ad præſens inquitum, vel diffamatum, quod ſciamus, ſed bonis moribus præditum. Quare teiſum omnibus in Chriſto Patribus Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis DD. Archiepiſcopis, Epifcopis, Abbatibus, Prioribus, Vicarijs, cæteriſque officialibus quibuſcumque quantum cum Domino poſſumus pro commendato per præſentes danus. In quorum fidem, &c.

FORMVLA XXXIII.

Litterarum dimiſſorialium, quæ mihi Presbytero Romam proficiſcenti conceſſæ fuerunt.

D Alphonſus Furrado de Mendoça, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopus, ac Dominus Bracharæ Auguſtæ, & Hiſpa

Hispaniarumque Primas, &c. Omnibus, & singulis Illustrissimis & Reuerendissimis Dominis ac DD: Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatibus tam secularibus, quam Regularibus, ac eorum Officialibus, locum tenentibus, aut vicegerentibus, seu quibusvis aliis ministris ubique terrarum existentibus, Salutem ac summam felicitatem. Notam faciamus, & attestamus, quod ex hoc Archiepiscopatu Bracharenfi proficiscitur Romam, atque in alias Orbis terrarum Regiones R. Doctor Augustinus Barbola, oriundus ex oppido Vimaranesi huius diocesis, zite & recte ordinatus, vir sanè doctus, ac in iuris Pontificij, Casareique facultatibus apprime versatus, cuius ac patris eius viri doctissimi cura, & operæ libri in lucem iam editi in omnium ore cum communi utilitate versantur. Ipse verò Augustinus bonis moribus præditus, nullius criminis infamia laborat, nullo impedimento à sacrorum in primisque Presbyteratus Ordinis exercitio prohibetur; estque homo staturæ mediocris, coma capitis, ac barbæ rubra, cicatrice in sinistra capitis parte locata, facie alba, ætatis circiter triginta annorum. Quare Illustrissimas & Reuerendissimas Dominationes vestras, Illustrissimi Præsules, vosque Dominos Officiales Reuerendissimos obnixè deprecamur, vt R. Presbyterum Augustinum Barbolam prædictum in vestris singulis diocesis, seu Ecclesiis benignè ac charitatiuè recipi, ac tractari, eique necessaria ad sanctissimum Missæ Sacrificium peragendum, reliquosque Ordines exercendos, curetis & iubeatis; similiter & nos quicquid ab Illustrissimis, & Reuerendissimis Dominationibus vestris, ac vestris Officialibus, & ministris per suas nobis litteras fuerit iniunctum, ac commendatum, libentissimè suscipiamus, & promptissimè exequemur. Dat. Bracharæ Augustæ sub signo nostro, sigilloque huius Curiaë pridie Idus Aprilis anno à Natiuitate Domini MDCXX. &c.

FORMVLA XXXIV.

Facultatis celebrandi pro Presbytero alienæ diocesis.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO R. Presbytero N. diocesis N. Salutem in Domino sempiternam. Cognita sacrarum ceremoniarum peritia tua, perspectisque Ordinarij tui litteris commendatitijs facultatem tibi concedimus ad mens. . . . Missæ Sacrum faciendi in Vrbs, & diocesis nostræ Bracharenfis Ecclesiis, quæ tamen monialium non sint, consensu tamen earundem Ecclesiarum Rectorum, vel Vice-Rectorum accedente, & dummodo in habitu & tonsura incedas, & in altari non petas eleemosynam, In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORMVLA XXXV.

Licentia pro Predicatore quadragesimali.

D Rodericus, &c. Vniuersis, & singulis presentibus nostras litteras inspecturis, lecturis pariter, & audituris, Salutem in Domino sempiternam. Cùm proprium nostri muneris sit, animarum nostræ Bracharenfis diocesis saluti consulere, diuinique cultus incrementum semper curare, quadragesimali tamen tempore commisso nobis gregi maiori studio inuigilandum videtur. Quare cum in oppido N. nostræ diocesis de idoneo concionatore à nobis pro futura quadragesima prouidendum sit, te R. Fratrem N. Ordinis S. N. de vita, morum integritate, ac scientia à tuo superiore multipliciter commendatum, vt nobis per patentes ipsius litteras constet, præuia Fidei professionis per te coram nobis emissionem, verbi Dei Predicatore per dicto oppido N. in toto quadragesimali tempore facimus, & nominamus, mandantes R. Rectori, clero, & populo dicti oppidi, vt benignè te recipiant, & in omnibus vt decet excipere curent: & insuper tua stante approbatione tibi facultatem concedimus, vt durante dicto quadragesimali tempore in prædicto oppido Sacramentum Pœnitentiæ administrare, & CHRISTI fidelibus peccata sua confitentibus absolutionem impertiri valeas cum facultate absoluendi etiam à casibus nobis referuatis à Dominica Palmarum per totam octauam Paschæ duratura. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORMVLA XXXVI.

Licentia pro Predicatore in Ecclesia Monialium.

D Rodericus, &c. Tibi R. P. N. Ordinis S. N. à Superiore tuo, & à nobis approbato facultatem concedimus, vt in Ecclesia exteriori monasterij Monialium S. N. quæ clausa sit, nullique auditores presentes adsint, exceptis capellano, & socio tuo, possis ex suggestu verbum Dei die predicare cum deuotione, & iuxta S. Ecclesiæ Romanæ doctrinam, & peracta concione. statim ab Ecclesia discedas, nullo protus colloquio, aut quouis negotij genere ad crates, rotas, aut alia loca intermixto sub quouis pietatis, aut etiam consanguinitatis prætextu, nec munere villo etiam minimo accepto iuxta formam Bullæ felicis record. Clementis Papæ VIII. sub pœnitentijs arbitrio nostro, &c. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

CIRCA

CIRCA INDVLGENTIAS.

Nimiam facilitate Ecclesiastica disciplina eneruetur, statuit Concil. Trident. sess. 25. in decreto de Indulgent. vt in illis concedendis moderatio iuxta veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem adhibeatur. Vetus autem consuetudo desumitur ex text. in cap. cum ex eo 14. prope fin. de Pœnit. & remiss. vbi decernitur vt cum dedicatur Basilica, non extendatur Indulgentia ultra annum, siue ab vno solo, siue à pluribus Episcopis dedicetur, & deinde in anniuersario dedicationis tempore quadraginta dies de iniunctis pœnitentijs indulta remissio non excedat, qua, & in aliquibus festiuitatibus, ac post Vesperum, & Missam cantatam vtuntur Episcopi in hunc qui sequitur modum.

FORMVLA XXXVII.

Concessionis Indulgentiarum.

D Rodericus Dei & Apost. Sedis gratia Archiepiscopus, ac Dominus Bracharæ, Hispaniarumque Primas, &c. Vniuersis CHRISTI fidelibus presentes litteras inspecturis, Salutem in Domino. Quanto frequentius fidelium mentes ad opera deuotionis inducimus, tanto salubrius animarum suarum saluti consulimus. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, omnibus & singulis Christi fidelibus vtriusque sexus verè pœnitentibus & confessis, qui Ecclesiam S. N. à primis Vesperis vsque ad occasum Solis eiusdem diei festi deuotè visitauerint, ibique pias ad Deum preces pro felici statu S. Maris Ecclesiæ, ac hæresum extirpatione, & pace inter Principes Christianos effuderint, quadraginta dies de iniunctis eis, seu quomodolibet debitis pœnitentijs, harum serie misericorditer in Domino in forma Ecclesiæ consueta remittimus, & relaxamus, presentibus post dictum diem minimè valituris: quas in huius rei fidem manu nostra signauimus, sigillò-

que nostro, ac Notarij Camerae Archiepiscopalis subscriptione muniti iussimus. Dat. Bracharæ Augustæ, &c. Quod si Indulgentia auctoritate Summi Pontificis delegata concedatur, loco eorum verborum, & quadraginta dies de iniunctis, &c. dicatur, septem, aut decem annos, &c. de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta auctoritate Apost. nobis delegata misericorditer in Domino concedimus, &c.

FORMVLA XXXVIII.

Concessionis Indulgentiarum, qua vti debet Episcopus post solemnem benedictionem in Vesperis, & Missis cantatis.

Illustrissimus, & Reuerendissimus D. D. Rodericus à Cunha, huius S. Sedis Bracharenfis Archiepiscopus dat, & concedit omnibus hinc presentibus quadraginta dies de vera Indulgentia in forma Ecclesiæ consueta. Rogate Deum pro felici statu S. D. N. D. Urbani diuina Prouidentia Papæ VIII. Dominationis suæ Illustrissimæ, & sanctæ Matris Ecclesiæ.

CIRCA QVÆSTORES ELEEMOSYNARVM.

Quia quæstores eleemosynarij nullo modo per se, nec per alium predicare possunt, vt disponit Concil. Trident. sess. 5. de reformat. cap. 2. in fine, nec Indulgentias predicare, vt statuit idem Concil. sess. 21. de reformat. cap. 9. Idèd Episcopus in concedenda illis facultate colligendi eleemosynas hac, vel simili forma vti debet.

FORMVLA XXXIX.

Facultas colligendi eleemosynas in Parochia tantum pro Confraternitate S. N.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO, Tibi N. homini laico, cuius vita, & mores per testificationes nobis factas probantur, his

nostris litteris eleemosynas nomine Confraternitatis, seu Ecclesiæ S. N. petendi facultatem damus, his infra per te seruatis conditionibus: eleemosynas solum intra fines Parochiæ S. N. eiusque viciniam ostiatim colligas, præ foribus eiusdem Ecclesiæ in iis petendis subsistens nullo modo per Ecclesiam vagando procurare, aut colligere eas tibi licebit. Vas illud, quodcumque sit, quo vteris ad eleemosynam excipiendam, duabus clauibus claudatur, quæ diuerso fabrilis opere sint, earum altera apud N. à nobis electam, altera verò apud eum qui pro tempore eiusdem

eiusdem Confraternitatis Prior extiterit. Illud officium gratis, vel constituta certa mercede præstabis nec villo modo elemosynæ particeps sis. In quorum fidem, &c. Datum, &c.

FORMULA XL.

Facultatis colligendi elemosynam in Urbe, & Diocesi.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. Salutem. Necessestatis, atque aliis domesticis difficultatibus,.... quantum possumus succurrere volentes, tibi homini laico, cuius vita, & morum probitas nobis per testificationes factas commendantur, elemosynas quaerere, petere, & colligere in Urbe & Diocesi nostra per presentes licere volumus, præstito prius per te corporaliter tactis scripturis iuramento, quod elemosynas quas collegeris, fideliter,.... consignabis, nec Indulgentias aliquas promulgabis, non prædicabis, nec orationes recitabis, priuilegia nulla, aut Sanctorum imagines, vel campanulas, aut alia quæstoris insignia deferes, vel ostendes, nec minis, aut persuasionibus, vel alio aliquo indirecto modo, seu artificio, sed pie, simpliciter & omni conueniente modestia tibi ad effectum & finem prædictum illas tribuere curabis. Omnibus præterea Rectoribus, Vicariis, & Præpositis Ecclesiarum præcipimus & mandamus, ut suis quoque in Ecclesiis populo te suo comendent, ad promptamque tibi exhibendam elemosynæ largitatem in Domino hortentur, quod cum fecerint, sciant, quicquid de temporalibus facultatibus in pauperibus opem ferendo dempserint, id omne multiplicatum in æterna retributione recepturos. Presentibus tamen post menses,.... minimè valituris. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORMULA XLI.

Licentia quæ iis, qui elemosynas pro locis pijs colligunt, concedi solent.

D Rodericus, &c. Ordinibus, & singulis Rectoribus, Plebanis Vicariis perpetuis, capellanis, & curatis ciuitatis & Diocesis nostræ Bracharæ notum facimus, & attestamus, quod diligenter admoniti, & bene instructi de paupertate, & necessitate, qua premitur hospitale S.N. loci N. pro pastora-

li nostro munere, paterna charitate, qua loca omnia pia complectimur ad colligendas, & exquirendas elemosynas, quæ in eiusdem hospitalis vsum, & non in alium conuertantur, deputauimus, N. quem ad hoc munus rectè & fideliter obeundum idoneum esse certiores facti sumus, quemque iuramenti obligatione deuinximus ne pro aliqua portione, & rata elemosynarum, quas colliget, particeps fiat, neque eas, aut earum partem sibi applicet, quamuis certam quantitatem hospitali prædicto se soluturum pacto, vel instrumento obligetur, sed eas, ut collegerit, hospitali consignet, neque per aliam personam colligere easdem faciat, sed ipsemet quaerat, & colligat. Ante verò quam prædictus N. quaerere, aut colligere elemosynas incipiat, teneatur presentes nostras litteras vobis consignare, vobisque sese cognoscendum præbere, ut animaduertere possitis, an ea ad quæ illum obligauimus, rectè seruet, quæ sunt videlicet: Ne, cuiusvis generis ea sint priuilegia, gratias, Indulgentias publicet, ne deferat campanulam, crucem, aut alias quælibet sacras imagines populo ostendendas, ne prædicet, ne orationes, aut Psalmos recitet, aut concinat: neque quicquam sacrum Latino, aut vulgari sermone populo enunciet, ne commutet vota cuiuscumque generis ea sint, aut absoluat, ne campis, agris, domibus, animalibus, aut aliis rebus benedicat, neque quouis signo animalia, ianuas, domos, aliave fignet, neque maledicat, aut comminetur iis qui elemosynam non tribuunt, nulla arte, nullisque verbis vtatur ad eosdem perterrefaciendos: sed modestè elemosynas petat, non tanquam debitas, sed à fidelium charitate libere exposcendas, illisque rebus acquiescat quæ sponte sibi tribuuntur. Quæ omnia & singula, si ab ipso N. minimè obseruari videbitis, statim ab hoc quaestu, & elemosynarum collectione illum prohibebitis, & elemosynas, quæ collectæ erunt, in manibus Massarij deponatis, ipsumque N. ad nostrum Archiepiscopale tribunal deferetis. Quod si manifestum vobis non sit, illum omnino his nostris præceptis repugnare, in aliqua tamen super hoc dubitatione estis, tunc presentium litterarum nostrarum vigore, prædictum hospitale populo commendabit, & prædictum N. semel tantum elemosynas quaerere permittetis, populūque vestrum de omnibus iis ad quæ N. prædictus tenetur, admonebitis. Ceterum hortamur omnes etiam, atque etiam, ut pro singulorum qualitate pecuniam, frumentum, oleum, vinum, aliæque prædicto hospitali impertiant, sciāntque quod retribuet gratiam, qui offert similitudinem, & qui facit misericordiam, offert sacrificium. Hanc autem deputationem nostram nolumus esse validam, aut duraturam, nisi sex mensum spatio. In quorum fidem, &c. Dat. Bracharæ Augusta, &c.

CIRCA LICENTIAS SPECTANTES AD PVELLAS

Religionis habitum petentes.

PVELLA quæ Religionem ingredi postulat, antequam examinetur, & Capitulo Monialium proponatur, supplicem libellum exhibet, in quo suum exprimit Episcopo desiderium ingrediendæ Religionis: Episcopus verò, ut admonet Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 17. vel eo absente, seu impediēte, eius Vicarij, aut aliquis eorum sumptibus ab eis deputatus puella voluntatem secretò examinare, & diligenter explorare debet, illam de his potissimum interrogando:

De libera & pia puella Religionis ingrediendæ voluntate?

An precibus, aut minis parentum, vel cuiusvis alterius inducta fuerit?

Quamdiu cogitauerit de ingrediendæ Religionis?

Qua potissimum de causa Monialis fieri velit?

An Religionis vim, & pondus intelligat?

An sit conscia votorum, quæ in ea emittuntur?

An regulas, & constitutiones norit, quæ propria sunt illius Monasterij, in quo Religionem profiteri cogitat, & an illarum obseruationi totam se tradere omnino cupiat, & libenter amplectatur?

Interrogatur etiam de doctrina Christiana, an scilicet in ea rectè ritèque insituta sit?

An sciat legere? eamque se presente legere iubeat.

Tum etiam si examen fiat proximè ante professionem, videat an rectè dicere officium norit.

Quod si examen ab alio quàm Episcopo, aut Vicario fiat, is qui eam examinauerit, totum id quod in examine deprehenderit, in scriptis ad eundem Vicarium deferret.

Cognita per examen ut supra factum libera puella Religionis ingrediendæ voluntate, nisi aliquid aliud ex iis, quæ ad Religionis ingressum in huiusmodi puellis requiruntur, ob stare videatur, Vicarius pro dote, & aliis solitis Monasterio præstari, à parentibus sponsonem accipit, qua confecta, statim Monialibus cogendi Capituli facultatem concedit; si verò Monasterium Monialium non Ordinario, sed Regularibus subiectum sit, ipse Vicarius examinis tantum confecti testimonium puella tradit.

Deinde puella per calculos à Monialibus approbata, earum Præfeta, seu Abbatissa statim de suffragiorum exitu Superiorem admonet, illique cum dies ingrediendæ Religionem instat, tam ætatis puella à Parocho ex libro baptisterio, si is reperiatur, & suscepta Confirmationis testimonium, quàm etiam instrumenti depositionis dotis, & aliorum, quæ monasterio traduntur confecti, exemplum authenticum exhibetur.

Omnibus ita confectis examinatur secundo puella eadem ut supra ratione, sed accuratius aliquantò, eiusque voluntate perspecta facultas ingrediendi pro habitu, & suscipiendi illum à Vicario datur, in hunc qui sequitur modum.

FORMULA XLII.

Facultatis recipiendi puellam in Monasterio ad habitum Religionis.

D Rodericus, &c. Cum voluntatem N. diligentè explorauerimus, eamque liberam & piam esse quantum humano iudicio, existimari potest, cõpeterimus, eandem quoque N. ætatem annorum XVI. expleuisse nouerimus, nihilque habere sciamus contra sacra decreta, & conditiones ac requisita, iuxta monasterij Ordinis S. N. instituta, vidimus quoque fidem instrumenti depositi, & obligationis dotis, seu elemosynæ monasterio debite, vbi professio legitime emittatur, iuxta taxam annis superioribus præscriptam, licentiam & facultatem concedimus, ut ea in monasterij S. N. ad Religionem admittatur, recipiaturque, & professionem emittere valeat, cuius tempus Præfeta nobis ante mensem denunciet, sub pœna Concil. Trident. decreto expressa, & constitutum ex nunc fiat rursus, & quæcūque alia quæ in hoc genere decreta sunt, obseruentur. Dat. &c.

Habita supra dicta Vicarij licentia ad monasterium

puella ducitur, paucis tamen comitata affribus, & sine ulla pompa, & statò die inter Missarum solemnias, ut moris est, ab ipso vicario, seu deputato ab eo sacris adhibitis benedictionibus, postquam ipsa caelesti cibo refecta fuerit, vetere homine cum alibis suis sese spoliando ad Communionis fenestellam humiliter, & deuotè recipit Regularem habitum sibi à Vicario, vel ab eo, quem ille deputauerit, foris manente oblatum.

Probationis anno currente, ante mensē quàm nouitia proficiatur, ex Concil. Trident. sess. 25. de Regular. cap. 17. in fine. Præfeta Monialium Superiorem sub pœna suspensionis ab officio ad arbitrium Episcopi, admonere debet, ut iterum de voluntate nouitia a Vicario examen fiat, aut ab alio, ut supra, Sacerdote; & cum Episcopus pro facultate sibi decreto Concilij Trident. data voluntatem Nouitia explorare voluerit, hoc agere ei licet loco, vbi crates monasterij sunt, nec propterea à septis illa egrediat, nisi causa sit, probabilisve eiusdem Episcopi iudicio suspicio, quamobrem potius esse censuerit, ut alio loco eius voluntas perquiratur, tunc vel in Ecclesiam monasterij exteriorē, vel in aliam proximam, prout commodius, decentiusve posse fieri viderit, illam perducere iubeat. Quæ in Ecclesia presentibus marronis duabus, atate gratibus, honestè, & nouitia gradu cognitionis quantum potest propinquioribus, quas ipsa, aut moniales delegerint, eius animum, voluntatemque Episcopus rectè indaget loco paulo remotiori, ita ut quæ ad sunt matrona, videri non

tamen auribus percipere possint, indignationem, respon-
sionem. Quod autem à puella parentibus alimentorum,
seu educationis nomine, aut pro aliis rebus ad eandem
puella, vel monasterij usum pertinentibus etiam ex con-
suetudine persoluitur, de eo satisfactum fuisse monasterio
Prefecta Monialium Vicario in scriptis testatum faciet,
ut de nouitia ad professionem recipienda Capituli cogendi
facultas deur, si Ordinario subiectum sit monasterium,
aut examinis testimonium, si Regularium cure subiaceat.
Denique Capitulo habito si nihil ob stare deprehendatur,
& nouitia decimum sextum sue ætatis annum expleuerit
professionis emittenda facultatem concedet Vicarius, ut
infra.

CIRCA FORMVLAS LICENTIARVM VISITANDI
Monasteria Monialium.

Sub obestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis æterna præci-
pit vniuersis Episcopis S. Concilium Trident. sess. 25. de Regularib. cap. 5. in
princ. ut in omnibus Monasterijs sibi subiectis Ordinaria, in alijs verò Sedis
Apostol. auctoritate clausuram Sanctimonialium ubi violata fuerit, diligenter
restitui, & ubi inuiolata est conseruari maximè procurent. Quod quidem cum non nisi per
uiscitationem exequi possit, quomodo per illam suo muneri satisfacere debeat Episcopus, se-
quentibus formulis explicabo.

FORMVLA XLIV.

Facultatis visitandi monasteria
Monialium.

Rodericus à Cunha, Dei, & Apostolicæ Sedis
gratia Archiepiscopus, ac Dominus Bracharæ
Augustæ, Hispaniarumque Primas, &c. Tibi dilecto
nobis in CHRISTO Reuerendo N. per presentes fa-
cultatem damus, & mandatum visitandi omnia &
singula Monialium cœnobita ciuitatis & diocesis
nostræ Bracharensis, teque Visitatorem nostrum
constituimus, ut nostra, & alia quacumque nobis
compertenti auctoritate, Canonicas sanctiones, & sa-
cra Concilij Trid. nostræque Prouincialis, & diocæ-
sanæ synodi decreta, aliaque statuta, regulas, & ordi-
nationes de obseruantia Regulari, pietate, moribus,
Religione, regimine bonorum, administratione,
clausura; & alijs rebus omnibus in capite & mem-
bris omnium & singulorum monasterij eorundem,
executioni cures, & facias mandari, sub pœnis ac
censuris suo arbitrio infligendis, vbi & quando ius-
tum fuerit, liceat tibi volumus. Item coercendi, &
cogendi omnes & singulas vtriusque sexus personas
in prædictis omnibus, & ad ea pertinentibus tibi
potestatis facimus, atque ad huiusmodi visitationis
acta nomina, & vicè Cancellarij nostri Archiepi-
scopi recipienda, & conscribenda eligere, & assumere
tibi liceat vnum quem volueris ex N. N. & N. si qui-
tamen horum notarij non sint, ad acta publica scri-
benda non adhibeantur. Postremò tibi etiam facul-
tatem damus, ut causa & occasione huiusmodi visi-
tationis, quoties opus fuerit, septa & clausuram eo-
rundem monasteriorum possis vnà cum vno ex illis,
quos superius nominauimus, tibi adiuncto comite,

FORMVLA XLIII.

Facultatis recipiende professionis Monialium.

Concedimus licentiam R. Matri N. Abbatis-
sæ monasterij S. N. vt stante Superiore in Ec-
clesia exteriore ad fenestellam sanctissimæ Com-
munionis, & seruatjs alijs Ordinibus præscriptis,
possit recipere expressam, & solemnem professio-
nem N. iam approbatam, & faciet nos certiores in
scriptis fidem gerentibus de die, & coram quo di-
cta N. emiserit professionem. In quorum fidem, &c.
Dat. Bracharæ Augustæ, &c.

ingredi, cui etiam comiti eo casu intra eadem septa
ingrediendi licentiam impartimur. Præsentimus ad
beneplacitum nostrum, & donec reuocentur per
nos dumtaxat duraturis. In quorum fidem, &c.

FORMVLA XLV.

Facultatis visitandi monasteria Monia-
lium ex delegatione
Apostolica.

Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO
Reuerendo N. salutem in Domino. De tua fi-
de, prudentia, ac in rebus gerendis experientia in
Domino confisi, auctoritate Apost. nobis per diuer-
sas litteras tum Apostolicas, tum etiam Illustrissi-
morum D. D. Cardinalium super reformatione spe-
cialiter concessa tibi per presentes committimus, &
mandamus, vt monasteria Monialium S. S. N. N. &
N. Ordinis S. N. existentia in diocesi N. prout expe-
diens tibi videbitur, visites, & de ipsorum monaste-
riorum statu, ac ipsarum Monialium vita, & mori-
bus, Regularibus institutis, ac monasticæ disciplinæ
obseruantia diligenter inquiras, ac super his, & qui-
buscumque abusus, nec non criminibus, excessibus,
& delictis, si quæ deprehenderit, processus facias, in-
formationes quascumque sumas, atque alia quæ tibi
ad aures committimus, & quacumque in præmissis, &
circa ea necessaria, seu quomodolibet opportuna
fuerint, facias, geras, & exequaris. Super quibus om-
nibus & singulis plenam, amplam, & omnimodam
potestatem tibi concedimus, & impartimur. Mandā-
tes omnibus, & singulis Abbatissis, Priorissis, Præ-
fectis, & alijs quibuscumque superioribus ditorum monaste-

monasteriorum, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub
pœna priuationis officiorum obtentorum, atque
etiam censuris, aliisque pœnis Ecclesiasticis arbitrio
tuo infligendis, vt mandatis tuis pateant, ne te in vi-

sitatione, correctione, aliisque per te faciendis quo-
quo modo impediatur per se, nec per alios quouis
quæsito colore, vel prætextu. In quorum fidem, &c.
Dat. &c.

CIRCA LICENTIAS PRO IIS, QVI NECESSITATE
vrgente erunt intra claustra Monasteriorum
Monialium admittendi.

INGREDI verò (vt verbis vtar Concilij Trid. sess. 25. de Regul. cap. 5.)
intra septa monasterij nemini licet cuiuscumque generis, aut conditionis, sexus,
vel ætatis fuerit sine Episcopi, vel Superioris licentia in scriptis obtenta, sub
excommunicationis pœna ipso facto incurrenda. Dare autem tantum Episcopus,
vel Superior licentiam debet in casibus necessarijs: quare in his licentijs concedendis sequen-
tibus formulis vti poterit.

FORMVLA XLVI.

Pro Confessore ministraturo Sacramenta.

Vide qua habes sub formula XXXI. usque ad
XXXIX.

FORMVLA XLVII.

Pro Medico, & Chirurgo.

Tibi N. Medico licentiam concedimus ad an-
num duraturam, vt iuramento prius præstito
septuaginta monasteriorum Monialium Sanctorum N. &
N. ingredi possis ad curandum infirmitatem earum
quæ in infirmaria communi in lecto, vel vbi ea non
fuerit, in propria camera in lecto iacent, nec ad cra-
tes se transferre possunt, iureiurando te obstringen-
tes, vt omni honestate seruata, nō ingeras te in alias
vllas res, nec cū alijs Monialibus, aut domicellis in
monasterio manentibus loquaris, sed recta via eun-
do, & redeundo comitatus semper duabus grauioribus
Monialibus ad id ab Abbatissa deputatis, præce-
denteque semper ad tui ingressum campanule signo,
& non nisi post ortum Solis ingrediaris, & ante oc-
casum exeat, sub pœnis si contrafeceris, &c. In quo-
rum fidem, &c. Dat. &c.

FORMVLA XLVIII.

Pro Operarijs, Fabris, baiulis, aliisque au-
xiliarijs, & artificeibus.

Tibi N. fabro lignario, seu baiulo, aut camenta-
rio, siue... licentiam concedimus, vt iuramento
prius præstito clausuram monasterij S. N. ingredi
possis, sociatus duabus ad minus Monialibus ex an-
tiquioribus ab Abbatissa deputatis, atque in eo ope-
re tuam per dies... præstare, quam quantoctius perficere
curabis, nec ad alia loca monasterij accedes, ne-
que alijs te rebus, aut colloquijs vlllo pacto immi-

sceris, tractando tantum cum Abbatissa, aut alijs de-
putatis ad illud opus, ita vt ante ortum Solis non in-
grediaris, & ante occasum semper exeat, seruesque
in omnibus præstitum in manibus nostris iuramen-
tum, sub pœnis, &c. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORMVLA XLIX.

Pro villicis, seu colonis.

Tibi N. villico monasterij S. N. licentiam damus,
vt quando res ad agros, & officium tuum per-
tinentes ad crates in alloquatorio publico expedi-
re non poteris, & frumenta, vinum, aut alia omnino
necessaria intra clausuram erunt deferenda, tunc in
hospitium tantum cum dictis rebus admitti possis
præsentibus Monialibus deputatis, vbi de alijs rebus
quibuscumque extra officium tuum loqui non de-
beas, nec etiam ibi comedere, aut amplius quàm ne-
cessitas deponendi dictos fructus postulari, manere,
cum in factoris æde, vt possis cibum sumere tibi
commoditas erit præbenda. Atque hanc ob causam
ante omnia iuramentum præstare debebis in ma-
nibus eorum, qui à nobis sunt deputati, sub pœ-
nis, &c.

FORMVLA L.

Pro factoribus urbanis.

Tibi N. factori deputato ad res omnes mona-
sterij S. N. concedimus licentiam per annum
duraturam, vt si aliquando ex magna necessitate
oportuerit te ingredi septa monasterij (cum alio-
quin res, & negotia tua ad crates in alloquatorio
publico expedire debeas) vt tunc non nisi post or-
tum Solis, & associatus duabus Monialibus leniori-
bus deputatis, & dato signo campanulæ, recta via
pergas ad locum vbi opera tua fuerit necessaria, &
quamprimum inde te expedire procures, ita vt om-
nino exeat ante occasum Solis, nec interim cum ali-
qua alia loquaris, aut litteras, seu nuntium intus, vel
extra deferas, & in omnibus iuramentum in mani-
bus nostris, seu eorum, quos deputauimus, præstes,
sub pœnis, &c.


FORMULA LI.

Pro Olitore, aut alio huiusmodi operario.

Tibi N. licentiam concedimus per sex menses duraturam, ut iuramento prius praestito, quando ab Abbatissa vocatus, necesse fuerit te ingredi claustra monasterij S. N. hortis, aut vitidarij colendi, seu fructus legendi, aut alterius similis operis causa non aliter, quam recto itinere in locum deputatum pergas, post ortum Solis associatus semper duabus Monialibus senioribus ab Abbatissa deputatis, nec in alium locum transeas, nec cum alia vlla sub quocumque pretextu loquaris, aut litteras, vel nuncium intus, siue extra deferas, sed in omnibus iuramentum in manibus nostris praestitum obserues, & ante Solis occasum exeat, sub poenis, &c.

FORMULA LII.

Iuramenti praestandi ab admittendis intra clausuram monasteriorum Monialium.



CIRCA BENEFICIORVM ERECTIONES.

In formulis beneficiariis adstruendis Episcopi aliquando inconsiderate se agunt, unde nullitates nascuntur, & lites. Quare circa hanc quotidianam materiam aliquas principales formulas in presenti adiicere opera pretium duxi, praecipue circa erectiones, promissiones, institutiones, & uniones quorumcumque beneficiorum, in hunc qui sequitur modum.

FORMULA LIII.

Erectiones beneficij cum reservatione Iurisdictionis, de assensu Episcopi ob augmentum.

D Rodericus à Cunha, Dei & Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus ac Dominus Bracharæ Hispaniarumque Primas, &c. Vniuersis, & singulis has praesentes litteras inspecturis, visuris, & lecturis tam praesentibus, quam futuris, Salutem in Domino. Notum facimus, & attestamus, qualiter in pertinentiis ciuitatis Bracharensis, & prope, vbi dicitur N. existit quadam capella seu Ecclesia sine cura sub inuocatione S. Mariae, &c. carens Rectore, capellano, & beneficiato, nullos redditus habens nisi ducatos decem debendos per N. nec in beneficium Ecclesiasticum erecta fuit. Quare comparati coram nobis Mag^{us} N. & ob suam magnam deuotionem qua erga praedictam Ecclesiam gessit, & gerit eam dotaui de alio annuo reddito, siue censu ducatorum xv. ad complementum ducatorum xxv. de summa annui census emphyteutici perpetui ducatorum, debendum in medietate mensis Augusti cuiuslibet anni

per Mag^{um} N. super his bonis, videlicet.... prout latius in instrumento dotationis confecto Bracharæ sub die... manu notarij N. apparet, cum reservatione iurisdictionis praesentandi Rectorem & Rectores, seu capellanum, & capellanos in dicta Ecclesia, seu capella per ipsum Mag^{um} N. suosque heredes, & successores ex se descendentes tantum. Nos igitur attendentes, & considerantes, quod in iis, quae ad diuini cultus augmentum tendunt, fauorabiliter esse debemus, propterea huiusmodi supplicationibus inclinati dictam Ecclesiam, seu capellam Ordinaria auctoritate, & omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma nobis de iure permisis, in perpetuum beneficium Ecclesiasticum erigimus, & erectum esse volumus, & summam praedictam illi sic erecto loco dotis appropriamus, & applicamus; nec non praefato Magnifico N. heredibus, & successoribus ex se descendentes tantum iurisdictionis, & praesentandi Rectorem & Capellanum, & Rectores, & Capellanos toties quoties casus vacationis occurrerit instituendum, & confirmandum; & instituendos, & confirmandos per Archiepiscopum Bracharensem pro tempore existentem in Ecclesia, seu capella praedicta ad celebrationem vnius Missae in die lunae cuiuscumque hebdomadae pro salute animae fundatoris, & donatoris, & suorum heredum, & successorum teneri, & obligatum esse, iuribus tamen nostrae

Metropo

Metropolitanae Ecclesiae semper saluis, & expressè reseruatis. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORMULA LIV.

Erectionis Parochialis Ecclesiae cum unione beneficij simplicis.

D Rodericus, &c. Vniuersis & singulis has praesentes nostras litteras inspecturis, visuris, & lecturis pariterque audituris, Salutem in Domino. Significamus qualiter in generali visitatione per nos facta in dicta nostra Ciuitate, & dioecesi Bracharensi reperimus, quod in loco N. nuncupato eiusdem dioecesis, non aderat Ecclesia Parochialis, vbi populus, & Christi fideles ibi commemorantes sanctissima Sacramenta iuxta temporis opportunitatem recipere potuissent, quando ipsa Sacramenta erant ministranda tempore indigentiae, ab Ecclesia N. per vnum miliarium distantem recipiebant per Presbyterum non certum, nec proprium Parochum pro Rectore Ecclesiae N. longius distante, cuius erant Parochiani, non sine ipsarum animarum periculo, ac proinde ob carentiam Ecclesiae Parochialis, Parochi, & Curati in dicto loco N. qui continuè apud eos persistere, eidemque Sacramenta omnia opportunis temporibus ministraret, Missasque ac alia diuina officia Dominicis, & festiuis diebus celebraret, aliquando accedebant ad Ecclesiam praedictam N. & non ad propriam, & multoties occurrebat omitti praecipuum de audienda Missa in dictis diebus Dominicis, & festiuis, & non semel dicti loci habitatores absque Ecclesiae Sacramentis ob praedictam causam, & loci distantiam moriebantur. Propterea attendentes nos saluti animarum prout possumus, consulere, & scandalis occurrere, quae pro dictis causis oriri in dies potuissent, accedente etiam consensu, & beneplacito ipsorum huiusmodi dicti loci, qui etiam nos humiliter supplicarunt, & maxima cum instantia requisierunt pro erectione, & deputatione Ecclesiae Parochialis in dicto loco pro eorum salute, & commoditate, cum deputatione alicuius Sacerdotis Parochi, obligantes se etiam penes acta Curiae Cameralis nostrae Ciuitatis Bracharensis vnusquisque ipsorum ad dandam, & consignandam quandam pecuniarum summam, & certam vini & frumenti quantitatem dicto Parocho, ut commode sustentari possit. Ideo inuocato ad hoc Domini nostri IESU CHRISTI nomine, eiusque Matris Virginis semper Mariae, & Sanctorum N. & N. Patronorum ciuitatis & dioecesis nostrae auxilio, per tenorem praesentium erigimus, statuimus, eligimus, & deputamus in Parochiam Ecclesiam Sancti N. existentem in medio dicti loci N. in qua, cum fuerit accommodata, & bene apta, & reserata, volumus, & mandamus deponi sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, fontem baptismalem, & alia quae ad Ecclesiam Parochialem pertinent, quae omnia Sacramenta iuxta opportunitatem temporis ministrari volumus, & mandamus, ipsi dicti loci N. per Sacerdotem & Parochum per nos & successores nostros pro tempore existentes eligendum & deputandum, qui etiam Missas in Ecclesia praedicta diebus Dominicis & festiuis celebrare debeat, & tenetur. Declarantes etiam ex nunc in antea & in perpetuum dictam Ecclesiam S. N. in medio dicti loci N. existentem esse Ecclesiam Parochialem & curatam, electionemque & deputationem Parochi & successorum in futurum pro cura animarum fidelium in dicto loco existentium spectare & pertinere ad nos, & successores nostros pro tempore existentes, & ad meram collationem & provisionem nostram Ordinariam, nulli iurisdictionis seruituti subiectam, ad ipsosque Parochos spectare & pertinere omne id totum, & quicquid per homines dicti loci N. vtr supra Parochianos, promissum exiit, & sic praenominatam obuentionem, ac omnes alias elemosynas pro tempore in dicta Parochiali Ecclesia S. N. prouenientes. Quia tamen redditus huiusmodi sunt adeo tenes, ita ut non sufficiant pro congrua Parochi sustentatione, idcirco ad illius commoditatem, & aliorum pro tempore in dicto loco existentium, beneficium simplex sine cura, Sancti N. nuncupatum, in loco N. huius dioecesis existens, cum omnibus iuribus & pertinentiis suis, vnimus, annectimus, & incorporamus dictae Parochiali Ecclesiae S. N. ita ut ex nunc prout ex tunc fuerit, & sit dictum beneficium simplex, & Ecclesia vbi illud existit cum iuribus, fructibus suis omnibus, redditibus, & obuentionibus incorporata, vnita, & aggregata praedictae Ecclesiae Parochiali S. N. Concedentes Parocho ipsius, qui pro tempore erit, liberam & plenariam potestatem, quod possit per se, vel per procuratorem suum nomine suo, & dictae Ecclesiae S. N. auctoritate huius vnionis apprehendere corporalem possessionem ipsius Ecclesiae, cum iuribus, & pertinentiis suis, ipsamque tenere, & possidere nomine dictae Parochialis perpetuo vnitam & incorporatam pro euidenti utilitate, & augmento dictae Parochialis Ecclesiae S. N. ac ipsius Parochi. Quam quidem vnionem, incorporationem, & aggregationem supra factam, ratam, gratam, & firmam habentes, & tenentes, ipsamque omni tempore promittentes non reuocare, nec contrauenire quoquo modo de iure, vel de facto. Ut autem praedictam Parochialem Ecclesiam S. N. sic de nouo erectam de idoneo Rectore quamprimum, ut decet, prouideamus, nos pro exercitio curae in populum & vtriusque sexus homines in dicto loco habitantes, nominamus & deputamus dilectum nobis in Christo N. Presbyterum, qui populo & Ecclesiae praedictis in diuinis, & animarum cura regenda praesit, & tanquam habilem, & idoneum per R. R. Patres examinatos in Synodo Dioecessana deputatos repertum praesicimus, illique curam, regimen & administrationem Sacramentorum pro populo, & inhabitatoribus dicti loci committimus, ac eidem de praefata Ecclesia sic nouiter erecta prouidemus, Mandantes, &c. In quorum fidem, & testimonium, &c. Dat. &c.

Vbi ob locorum distantiam sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & diuina officia audienda Parochiani accedere non possunt, concedit Concil. Trident. sess. 21. de reformat. cap. 4. vers. in iis, Concil. Bracharen. IV. act. 4. cap. 26. auctoritatem Episcopis, etiam inuicis Regibus, novas Parochias constituendi, etiam tanquam Sedis Apostol. delegatis, assignata Presbyteris praesicendis Ecclesiis nouiter erectis congrua portione ex fructibus Ecclesiae Matricis, & si necesse fuerit compellendi populum, eam ministrare quacumque reservatione generali, vel speciali, vel affectione super dictis Ecclesiis non obstantibus.

FORMULA LXII.

Erectionis nouæ Parochialis cum dismembratione alterius.

D Rodericus, &c. Vniuersis, & singulis presentibus litteris inspecturis, Salutem in eo qui est omnium vera salus. Circa Ecclesiarum & locorum statum salubriter dirigendum, & iuxta Pastoralis officij nostri debitum in his eis libenter assistimus per quæ animarum occurritur periculis, & personarum commoditatibus prouideretur, & quemadmodum Ecclesiarum ipsarum necessitas exigit, causæ suadent rationabiles, Catholici populi incrementum exposcit, quatenus Ecclesiarum earundem status immutetur, seu in melius reformetur, prout rerum, temporum & locorum circumstantiis pensatis id cognoscimus in Domino salubriter expedire. Sanè pro parte incolarum, & inhabitatorum loci N. nostræ Diocesis, qui sub Ecclesia Parochiali Sancti N. existit, nobis expositum fuit lamentabili cum querela quod flumen N. inter dictum locum, & præfatam Parochiam mediat, quod rapido decursu per sepe labitur, multa pericula ipsis inhabitatoribus dicti loci ad eorum Matricem Ecclesiam diebus Dominicis, & festiuis nauigio tendentibus sæpè numero obuenerunt, plures ex ipsis repetitis vicibus submersi sint, etiam cum funeribus versus dictam Ecclesiam nauigio delati, nonnulli ex ipsis Sacramenta Ecclesiastica desiderantes sine ipsis ab hac vita plerisque vicibus decesserunt, ac interdum in festo Natiuitatis Domini nostri IESV CHRISTI, cum tribus diebus sequentibus nullus de dicto loco propter inundationem aquarum intermediarum, & ventorum, ac aliarum tempestatum abundantiam ad Ecclesiam peruenire poterat, ac multo plura his similia ipsis contigissent. Nec etiam Vicarius perpetuus dictæ Parochialis Ecclesiæ S. N. consentire voluit, vt alius Sacerdos ipsis incolis dicti loci N. in capella Sancti N. notabiliter constructa, & fundata Missam celebraret. Et quoniam Prior & Capitulum insignis Collegiæ Ecclesiæ Vimaraniensis, quibus dicta Ecclesia Parochialis incorporata dicitur, tantum haberet in decimis, redditibus, & censibus, quod si separatio, seu dismembratio dictarum Ecclesiarum fieret, vt præfertur, bene ipsis superesset, unde eorum Vicario perpetuo deputando, congrua fieret prouisio; petentes propterea dismembrationem, seu separationem dictæ Ecclesiæ, quodque ipsis Sacramenta Ecclesiastica in capella eorum ministranda essent, de cetero ordinari, & Sacerdotem ipsa Sacramenta populo ibidem ministrantem, ac cæmeterium pro mortuis eorum tumulandis deputari humiliter postularunt, officium nostrum in & super præmissis implorantes. Nos igitur de præmissis diligenter inquirere volentes, dilecto nobis in Christo R. Abbati N. dedimus in mandatis, vt ad dictum locum accederet vnà cum notario publico, ac super propositis & gestis omnibus, & singulis, ac eorum circumstantiis, supradictis inquireret veritatem, vt in litteris nostris desuper confectis, & eidem presentatis plenius continetur. Præsentata deinde nobis inquisitione facta vnà cum attestationibus testium per eundem R. Abbatem coram N. nostræ Curia notario iurato, receptorum, iuratorum, & examinatorum, ac ex relatione dicti R. Abbatis inuenimus, præmissa omnia & singula non solum veritate fulciri, sed & (proh dolor!) euidentis facti illa & multo

maiora, quæ merito nos ad dismembrationem, seu separationem vnus Ecclesiæ ab alia inducunt, & præsertim animarum pericula, viarum discrimina, personarum necessitas, & incommoda, ab omnibus, & singulis eiusdem loci notitiam habentibus fore, & esse ad eam publicam, & notoriam, quod nulla tergiversatione celari possit. Idcirco dictum locum N. cum suis hominibus, incolis, & vniuersitatibus, à Parochia dictæ Parochialis Ecclesiæ S. N. auctoritate nostra Ordinaria, & à Sede Apost. delegata separauimus, diuisimus, & dismembrauimus, & futuris temporibus dismembratas, separatas, & diuisas esse volumus, dictam capellam S. N. cũ suo loco, & districtu vsque ad ... in Parochialem Ecclesiam erigentes, constituentes, & ordinantes, dantes & concedentes vniuersitati, & incolis ac habitatoribus dicti loci, & sui districtus, plenam & liberam potestatem apud dictam Parochialem Ecclesiam Sancti N. cæmeterium, fontem baptismalem, campanile, campanas, & alia iura, & insignia Parochialem Ecclesiam demonstrantia edificari, & construi faciendi. Et nihilominus pro exercitio curæ in populum, & vtriusque sexus homines in dicto loco, & districtu habitantes faciendo, dilectum nobis in Christo N. Presbyterum, qui populo, & Ecclesiæ prædictis in diuinis, & animarum cura regenda præsit tanquam habilem, & idoneum à R. R. Patribus examinatoribus in Synodo Diocesana deputatis examinatum, & approbatum præcimus, & deputamus, illique curam, regimen, & administrationem Ecclesiasticorum Sacramentorum pro populo, & inhabitatoribus dicti loci, & districtus committimus, ac eidem de Ecclesia sic nouiter creata prouidemus. Volentes, & mandantes Priori, Canonicis, & Capitulo insignis Ecclesiæ Vimaraniensis prædictis pro tempore existentibus, quatenus de cetero singulis annis in festis Natiuitatis Domini nostri IESV CHRISTI, & sancti Ioannis Baptistæ de vniuersis fructibus decimalibus, quos ipsi infra limites dicti loci percipiunt, quinquaginta modios farraginis & millij, triginta frumenti, ac viginti scuta monetæ, quæ omnia eidem N. vt Curato, & suis in dicta Ecclesia Curatis, & successoribus Ecclesiæ prædictæ nouæ per nos erectæ vnà cum legatis, oblationibus, & aliis Ecclesiasticis obventionibus ipsi Ecclesiæ Parochiali nouæ cæcensibus, & fiendis pro ipsis noui Curati sustentatione deputamus, & ordinamus, persolvere habeant, & teneantur, & debeant cum effectu, omnibus aliis iuribus, ipsis Priori, Canonicis, & Capitulo permanentibus, & illis saluis, & vt honor competens dictæ insigni Ecclesiæ Vimaraniensi, in dicta noua Parochiali S. N. referretur. Prior, Canonici, & Capitulum Ecclesiæ huiusmodi pro tempore existentes ad nouam Ecclesiam prædictam, quoties ipsam de cetero per celsū, aut decessum dicti Curati, & illius successorum vacare contigerit, personam habilem, & idoneam infra tempus à Iure statutum coram nobis, & nostris pro tempore successoribus per nos instituendā, præsentabunt, quæ sic instituta in ipsa noua Ecclesia, Papalia, Episcopalia, ac alia iura, & onera eidem incumbentia sine Prioris, Canonicorum, & Capituli prædictorum, ac alterius cuiuscūque præiudicio supportabit, sustinebit, & subibit, ac sustinere sit adstrictus. Volentes nihilominus, & statuentes, vt omnes & singuli vtriusque sexus homines dictæ Ecclesiæ nouæ subditi, a ratem legitimam habentes, qui Sacramento Sanctissimæ Eucharistiæ annuatim comunicari consueverunt, & apti sunt, annis singulis in festo Ascensionis Domini prædictam Matricem Ecclesiam processioniter visitare, & in signum recognitionis

tionis singuli vnus denarium argenteum ad Altare inibi offerre, & in processionibus aliis eandem Matricem Ecclesiam ad consueta loca processionem temporibus fieri consuetis, associare debeant, & teneantur. Quæ omnia & singula nos Rodericus Archiepiscopus præfatus ex certa scientia, auctoritate nostra Ordinaria, & à Sede Apost. ex decreto

Concilij Trident. delegata, & omnibus melioribus modo, via, iure, causa & forma nobis de iure permissis, statuimus, ordinamus, ac ab omnibus, quorum interest, vel intererit, quosque præfatus negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum inuolabiliter obseruari volumus, & præcipimus. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

CIRCA HABENDVM CONCURSUM AD
Parochiales Ecclesias vacantes.

*V*IA Episcopus statim habita notitia vacationis Parochialis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea vicarium cum congrua eius arbitrio fructuum portionis assignatione, constituere debet, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec de Rectore prouideatur, vt statuit Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 18. ille igitur constituendus erit in hunc qui sequitur modum.

FORMULA LVI.

Deputationis Vicarij ad Parochialem vacantem donec de Rectore prouideatur.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in Christo Presbytero N. Salutem in Domino. Parochiali Ecclesia S. N. loci N. vacante, ne ob id animæ dicti loci in Sacramentorum susceptione, & ceteris spiritualibus adiumentis detrimentum sentiant, illi de Sacerdote prouidere volentes, qui hæc omnia ministraret, agatque, cognita per examen coram nobis ab examinatoribus factum sufficientia tua, te Vicarium ipsius Ecclesiæ S. N. constituimus, & deputamus, cum auctoritate Missas, & alia diuina Officia celebrandi, Sacramenta ministrandi, & alias Ecclesiasticas functiones obeundi, ad quæ teneretur, & quæ animarum quilibet Rector, & administrator præstare, & obire solet, cum congrua portione fructuum dictæ Parochialis tibi debito tempore assignanda, presentibus vsque eo duraturis, quousque de perpetuo Rectore à nobis vel à Sede Apost. (si mensis sit Apostolicus) prouisum fuerit. In quorum testimonium, &c. Dat. &c.

Qua Vicarij deputatione facta donec de Rectore prouideatur, debet statim fieri deputationis alia depositarij, & exactoris bonorum Ecclesiæ vacantis in hunc qui sequitur modum.

FORMULA LVII.

Litterarum deputationis depositarij, & exactoris bonorum Ecclesiæ vacantis.

D Rodericus, &c. Magnifico N. Salutem in Domino. Consueuimus sæpè pro recta rerum Ecclesiasticarum administratione, præsertim temporalium, opera laicorum virorum prudentia & pietate maxime prælucentium, in huiusmodi vtique rebus Ecclesiasticis commodius & tutius consultum sit. Vacante igitur Parochiali Ecclesia S. N. lo-

ci N. huius Diocesis, tua prudentia & singulari pietate plurimum freti, te in exactorem, & depositarium quoruncumque fructuum, reddituum, prouentuum, & obventionum ad dictam Parochialem quomodolibet spectantium tam hæcenus perceptorum, & maturatorum, quàm etiam in futurum similiter maturandorum, ita ut contra quoscumque pro exigendis & consequendis fructibus huiusmodi, etiam iuris omnibus remediis, atque aliis modis, & formis, prout tibi melius videbitur, cum facultate etiam ab aliis quibuscumque depositariis rationem reposcendi, agere possis, & valeas, deputamus, donec aliud per nos super administratione huiusmodi expressè decretum fuerit, nec non bona, possessiones, ac iura nouis colonis locandi, veteresque confirmandi, prout melius expedire censueris, seruatis in his tamen solitis ac debitis conditionibus, fructusque per te sic exactos in depositum habeas, nobis, vel cui à nobis iniunctum fuerit, rationem suo tempore redditurus. In quorum fidem, &c.

Porro Episcopus, vel eius Vicarius generalis intra dies decem à die habita notitie vacationis Ecclesiæ, debet conuocare omnes qui se examini per concursum subicere voluerint, proposito editto ad valuas Cathedralis & vacantis Ecclesiæ, alijque publicis locis si videbitur, hac forma.

FORMULA LVIII.

Edicti de examine eorum, qui Ecclesiæ Parochiali præficiendi sunt.

D Rodericus, &c. Vacante Parochiali Ecclesia Sancti N. nostræ diocesis, cupientes eidem de idoneo prouiderè Rectore, atque Sacri Concilij Tridentini decreta pro viribus Deo adiuuantè exequi, tenore presentium requirimus, & monemus, primò, secundò, tertio, & peremptoriè omnes, & singulos Presbyteros, & clericos volentes ad examen per concursum faciendum se præsentare, ac omnes volentes clericos ad id aptos nominare, quatenus infra decem dies proximè futuros à die assensionis presentis, edicti computandos, debeant in actis Notarij infra scripti N. nostræ Curie describi-

facere eorum nomina, aetatem & patriam, ut de eorum natalibus, vita, & moribus, ac aliis rebus ad vacantem Ecclesiam gubernandam opportunis iuxta decreta dicti S. Concilij inquiri, & transacto constituto tempore examinari possint coram nobis, ac examinatoribus in Synodo Diocesana deputatis, ut ex iis, quos confecto examine, aetate, doctrina, prudentia, aliisque rebus ad curam animarum bene gerendam, rationem opportunis idoneos esse competentum erit, nos quem ceteris magis idoneum censuerimus, illum Ecclesiae vacantis Rectorem, Parochumve eligamus, ac praeficiamus. Quod sane sicut nos pro eo quod debemus integrè, sanctèque in Domino praestare cupimus, ita omnes, praecipueque illos quorum Ecclesiae & Curae spirituali per nos conscribendum, ac prouidendum est, magno opere hortamur, ac requirimus, ut hanc nostram sollicitudinem, pastoraleque studium, omni supplicatione, omnique intima pietate, ac religiosis precibus continenter adiuuent. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORMULA LIX.

Fidei examinis, & approbationis ad Parochialem vacantem.

D Rodericus, &c. Vniuersis, & singulis ad quos praesentes litterae peruenerint, indubitam fidem facimus, & attestamus, quod cum Parochialis Ecclesia Sancti N. nostrae Diocesis, quam Presbyter N. dum uiuere, obtinebat, per ipsius obitum, qui de mense N. praesentis anni extra Romanam Curiam diem suum clausit extremum, vacauerit, & vacet ad praesens, cumque occasione vacationis huiusmodi per publica edicta vocati sint, qui examinari uellent, iuxta formam sacrosancti Concilij Tridentini, cum tribus examinatoribus in Diocesana Synodo deputatis, & electis, Presbyterum N. huius Diocesis transacto tempore inter alios plures examinamus, ipsumque ad praefatam Ecclesiam regendam, gubernandam, & obtinendam moribus, aetate, doctrina, & aliis rebus ad id opportunis magis idoneum iudicauimus, & approbauimus. In quorum fidem praesentes manu nostra subscriptas, & nostro sigillo obsignatas fieri iussimus, & ab aliis examinatoribus subscribi curauimus. Dat. Bracharæ Augustæ, &c.

FORMULA LX.

Fidei examinis & approbationis in concursu, & electionis ad Parochialem vacantem in mense Apostolico.

Illustrissimo & Reuerendissimo Domino S.D.N. Dacario, & quibuscumque praesentes litteras inspecluris, lecturis, seu uisuris significamus, vacante nuper de mense N. proxime praeterito Parochiali Ecclesia, Abbatia nuncupata, sub inuocatione Sancti N. loci N. huius Bracharensis Diocesis per obitum N. fuisse per Curiam nostram mediantibus edictalibus iuxta formam & praescriptum S. Concilij Tridentini, & constitutionis felicis record. Pij Papae

V. vocatos omnes de sic vacante Ecclesia prouideri volentes, quatenus intra terminum decem dierum comparere in eadem Curia ad faciendum describi, & annotari nomina ipsorum, & cum in eodem termino multi comparuissent, tandem iisdem descriptis legitime uocatis & citatis, sub die 15. praesentis mensis coram nobis rigoroso praefato examine per tres examinatores in Diocesana Synodo deputatos factam fuisse experientiam de scientia & sufficientia singulorum descriptorum, ac demum seruatis de iure seruandis per dictos tres examinatores fuisse repertum, habitum, & existimatum idoneum vita, moribus, aetate, scientia, & aliis a iure requisitis ad obtinendam a Sede Apostolica dictam Parochialem Ecclesiam N. Sacerdoti loci N. huius Diocesis, & tanquam habilem, & idoneum approbatum, & successiue a nobis post examen, & approbationem praedictam, fuisse magis idoneum reputatum, & iudicatum, & ut talem pro obtinenda dicta Parochiali Sedi Apostolica proponendum, & approbandum, prout proponimus, & approbamus (declaretur hic an alia obtineat beneficia.) In quorum fidem praesentes litteras subscriptione & sigillo nostris munitas fieri iussimus. Dat. Bracharæ Augustæ, &c.

In beneficio de iure patronatus sit a patrono praesentatio intra tempus a iure statutum, coram Episcopo de persona in tali beneficio, seruatis seruandis ab eo instituenda, Episcopus uero generaliter in vacanti Ecclesia, & aliis locis publicis edicta publice proponi iubet, ut qui sint, qui se uelim opponere, comparere, assignato peremptorio termino competente, ut iure probatur, in cap. ult. de elect. lib. 6. quod in praesentatione locum habere, nisi consuetudo sit in contrarium, tradunt gloss. ibi uerb. electionem, Pute. decif. 297. lib. 1. & decif. 473. lib. 2. in correctis, Litter. de re benef. lib. 2. quaest. 13. num. 30.

FORMULA LXI.

Edicti assignandi facta coram Episcopo praesentatione de beneficio iure patronatus.

D Rodericus, &c. Vniuersis, & singulis hoc praesens edictum inspecluris, uisuris, & audituris pariter, & lecturis, Salutem in Domino. Nuper vacante Parochiali Ecclesia S. N. per obitum N. ultimi & immediati Rectoris eiusdem, comparuit coram nobis N. laicus nobilis Bracharensis, asserens se patronum, & habere iure patronatus, seu esse in quasi possessione ipsius, & iuris praesentandi Rectorem ad dictam Ecclesiam cum illam vacare contingerit, & sic praesentauit nobis in Rectorem R. N. petens illum a nobis institui. Nos dictam praesentationem sic coram nobis factam de dicto R. N. infra tempus a iure patronis laicis datum ad praesentandum de praedictis ueram notitiam non habentes admissimus, si & in quantum. Quare tenore praesentis nostri edicti requirimus, & monemus omnes & singulos aliquod ius ut praesentantes, vel ut praesentari praetendentes, in praedictis vel contra dictam praesentationem & personam praesentantis, seu praesentati, opponere volentes, & quomodolibet sua interesse putantes, quatenus infra terminum nouem dierum, quorum tres pro primo, tres pro secundo, & reliquos tres pro tertio, & ultimo peremptorio termino

termino eis, & cuilibet ipsorum assignamus, comparere debeant coram nobis ad dicendum, opponendum, & allegandum quicquid uoluerint, quare non debeat procedi ad peritam institutionem, vigore dictae praesentationis coram nobis factae: alioquin dicto termino elapso, & aliquo non comparente, & legitime se non opponente procedetur per nos iuribus praesentatis, & praesentati ualentibus, & ipsius praesentati meritis requirentibus ad eius institutionem, prout iuris fuerit, non obstante, quod de tempore dato ad praesentandum super sit, ut de praemissis nullus ignorantiam allegare possit, hoc praesens publicum, & generale edictum per infra scriptum Camerae nostrae notarium describi fecimus, & sigillo nostro munitimus, & per nuncium nostrae Curiae ad ualvas Ecclesiae Metropolitanae Bracharensis, & dictae Ecclesiae Sancti N. legi, affigi, & dimitti fecimus, a nemine auferendum sub excommunicationis poena, nisi per eundem nostrum nuncium. Dat. Bracharæ Augustæ in Archiepiscopali Palatio die... Mens... Ann...

FORMULA LXII.

Institutionis Ecclesiae Parochialis de iure patronatus.

D Rodericus, &c. Vniuersis, & singulis has praesentes nostras institutionis litteras inspecluris, uisuris, & lecturis, tam praesentibus, quam futuris, Salutem in Domino. Notum facimus, & attestamus, quod vacante Parochiali Ecclesia S. N. loci N. huius nostrae Diocesis per obitum N. illius dum uiuere ultimi & immediati possessoris, quae de iure patronatus infra scripti patroni laici existit. Comparens postmodum coram nobis, & in nostra Curia N. clericus... asserens, se fuisse praesentatum a patrono dictae Parochialis & iure patronatus in ea habente, & existente in pacifica possessione, seu quasi praesentandi Rectorem, siue Rectores in eadem Parochiali toties quoties casus vacationis occurrerit, petens a nobis, ordinario iure institui & confirmari in Rectorem dictae Parochialis cum eius honoribus & oneribus solitis, & consuets: & volentes in praemissis mature procedere, quoddam generale edictum ad instantiam praedicti N. expediri, & ad ualvas Ecclesiae nostrae Cathedralis, & dictae Parochialis affigi, legi & dimitti iussimus, per quod citari & moueri fecimus omnes, & singulas personas sua quomodolibet interesse putantes, quatenus infra terminum certum, & competentem, in eodem edicto praesentatum

comparere debuissent coram nobis, & in dicta nostra Curia, ad dicendum, opponendum, & allegandum quicquid uoluerint tam contra personam praesentatam, quam praesentantes, quare dicta institutio fieri debuisset. Quo edicto affixo, & postmodum eleuato, accusatisque debitis contumaciis, & quia ex quibusdam scripturis, & aliis iuribus productis, & praesentatis, existentibus penes infra scriptum actuarium clare constitit, & constat, de vacatione, & praesentatione praedictis, & quod N... praesentans fuit, erat, & est uerus eiusdem Parochialis patronus, & existere in pacifica possessione, seu quasi iure patronatus, & praesentandi in Rectorem. Idcirco eundem R. N. per examinatores in synodo diocesana deputatos examinatum, & approbatum, tanquam habilem, idoneum, & sufficientem, instituendum, & confirmandum duximus, prout ipsam tenore praesentium instituiimus, & confirmamus, de illaque te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum, & acceptantem per bireti capiti tuo impositionem inuestimus. Quocirca uniuersis, & singulis personis Ecclesiasticis, notariisque ac tabellionibus publicis ciuitatis, ac diocesis nostrae in uirtute sanctae obedientiae, ac sub poenis & censuris contra inobedientes Superiorum mandatis a iure inflictis, & arbitrio nostro infligendis, per praesentes praecipimus, & mandamus, ut cum pro parte tua vigore praesentium requisiti fuerint, vel eorum aliquis requisitus fuerit, ad ipsam Parochialem Ecclesiam praefati loci accedant, teque vel procuratorem tuum pro te incorporalem, realem, & actualem possessionem praedictae Parochialis Ecclesiae, ac omnium illi forsitan annexorum iurium, ac pertinentiarum praedictorum seruatis seruandis, inducant auctoritate nostra, & defendant inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, quem nos etiam harum serie amouemus, & denunciamus amotum. Fictalibus uero, colonis, & aliis arrendatariis, de praedicta Parochialis Ecclesiae, ac omnium illi annexorum, iuriumque & pertinentiarum praedictarum fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obuentibus, uniuersis tibi, vel procuratori tuo legitime debito tempore respondeant, atque ab aliis quantum in se fuerit, responderi faciant. (Et si contigerit eum cui de beneficio prouidetur, aliud incompatible obtinere, addatur.) Volumus autem ac praesentium tenore declaramus, per huiusmodi Parochialis pacifica possessionis adeptionem, alteram Parochialem Ecclesiam loci N. vel Canoniarum, ac praebendam, quos obtines in Cathedrali Ecclesia N. eo ipso vacare, &c. In quorum fidem praesentes manu nostra signatas, & per infra scriptum Camerae Archiepiscopalis notarium subscriptas, sigillique nostri appensione munitas fieri iussimus. Dat. Bracharæ Augustæ, &c.

CIRCA VARIAS BENEFICIORVM COLLATIONES.

FORMULA LXIII.

Litterarum collationis Ecclesiae Parochialis.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in Christo N. Presbytero Bracharensi, Salutem in Domino. Inter cetera quae pro Pastoralis nostri officij debito

praestare cupimus, illud praecipue nobis cordi est, ut Parochialibus Ecclesiis, quibus de Rectoribus per nos prouidendum est, tales praeficiamus, qui officio, & ministerio curae animarum, quod omnium gratissimum est, laudabiliter satisfaciant. Vacante igitur nuper de mense Februarij proxime praeterito nobis Alternatiua beneficio gaudentibus Parochiali Ecclesia, Abbatia nuncupata sub inuocatione Sancti N. oppidi N. huius Bracharensis diocesis per obitum N.

illius dum viveret ultimi possessoris, fuerunt per Curiam nostram mediantibus edictalibus iuxta formam & præscriptum S. Concilij Trid. & Constitutionis felicis record. Pij Papæ V. vocati omnes de sic vacante Ecclesia prouideri volentes, quatenus intra terminum decem dierum comparerent in eadem Curia ad faciendum describi, & annotari nomina ipsorum, & cum in eodem termino multi comparuissent, tandem iisdem descriptis legitime vocatis, & citatis sub die... coram nobis rigorofo prævio examine per tres examinatores in diocæsana synodo deputatos, facta fuit experientia de scientia, & sufficientia singulorum descriptorum, ac demum seruatis de iure seruandis fuisti per dictos tres examinatores repertus, habitus, & existimatus idoneus, vita, moribus, ætate, scientia, & aliis à iure requisitis, & vt talis ad hanc Parochialem Ecclesiam regendam eiusque curam per te ipsum gerendam nobis ab eisdem renunciatus fuisti, & successiue à nobis post examen, & approbationem prædictam magis idoneus reputatus, & iudicatus. Nos igitur eidem Ecclesie, ac animabus illi subditis de idoneo Rectore prouidere volentes, tibi, quem præ cæteris summo cum iudicio delegimus Parochialem eandem cum illi forsân annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentiis suis vniuersis conferimus, & assignamus, de illaque te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum, & acceptantem per birreti capiti tuo impositionem inuestimus. Quocirca vniuersis, &c. vt in form. 62.

FORMULA LXIV.

Collationis Parochialis vacantis per assequutionem seu ingressum Religionis, aut contractum Matrimonium.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. Presbytero Bracharenfi, Salutem in Domino sempiternam. Cum itaque Parochialis Ecclesia Sancti N. loci N. huius nostræ diocæsif, ex eo vacauerit, & vacet ad præfens, quod dilectus noster nuper dictam Ecclesiam Parochialem obtinens Ecclesiam similem Parochialem Sancti N. etiam nostræ diocæsif, tunc certo modo vacantem per nos sibi collatam auctoritate nostra ordinaria pacificè assequutus exitit. Nos eidem Ecclesie per assequutionem huiusmodi, vel aliis quomodolibet vacanti de idoneo Rectore prouidere volentes, tibi qui à RR. Patribus examinatoribus in Synodo diocæsana deputatis in concursu iuxta facti Concilij, & Constitutionis felicis record. Pij Papæ V. præscriptum examinatus, prudentia, moribus, ætate, & doctrina ad hanc Parochialem Ecclesiam regendam, eiusque curam per te ipsum gerendam idoneus nobis renunciatus fuisti, & quem nos ipsi præ cæteris, qui ad eandem nobis renunciati fuerunt, delegimus, Parochialem eandem Ecclesiam cum illi forsân annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentiis suis vniuersis conferimus, & assignamus, de illaque te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum, & acceptantem per birreti capiti tuo impositionem inuestimus. Quocirca, &c. vt supra form. ... Vel si vacat per ingressum Religionis dicatur. Cum itaque Parochialis Ecclesia S. N. loci N. nostræ diocæsif vacauerit, & vacet ad præfens ex eo quod nuper dilectus noster N. illam obtinens deuotionis zelo ductus mona-

sterium S. N. Ordinis S. Francisci situm in oppido Vimaranesi huius diocæsif ingressus est, expressa professione eiusdem Ordinis subsequuta. Vel si vacat per contractum Matrimonij, sic dicatur. Cum itaque Parochialis Ecclesia S. N. huius nostræ diocæsif vacauerit, & vacet ad præfens, ex eo quod dilectus noster N. illam obtinens Matrimonium per verba de præfenti cum quadam muliere legitime contraxit, atque illud carnali copula subsequuta consummavit. Nos eidem, &c.

FORMULA LXV.

Litterarum collationis factæ familiari præfenti de Canonicatu, & præbenda Ecclesie Cathedralis vacantibus per obitum.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. Iuris Canonici Licentiatu familiari nostro clerico N. diocæsif, Salutem in Domino sempiternam. Grata familiaritatis obsequia, que nobis hactenus impendisti & adhuc sollicitis studiis impendere non desistis; nec non litterarum scientia, vita, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus personam tuam familiari experientia, quam etiam fide dignorum testimoniis, iuuari percipimus, nos inducunt, vt tibi reddatur ad gratiam liberales. Cum itaque, sicut accepimus, Canonicatus, & præbenda Cathedralis Ecclesie Bracharenfis, quorum collatio, prouisio, & omnimoda dispositio ad nos hac vice spectare dignoscuntur, & quos quondam N. qui extra Romanam Curiam de mense Aprilis, nobis personaliter & verè residentibus, alternatiue beneficio gaudentibus, diem clausit extremum, vacauerint, & vacent ad præfens. Nos volentes tibi, qui à RR. Patribus examinatoribus in synodo diocæsana deputatis examinatus, & idoneus repertus fuisti, qui etiam continuus commensalis noster existis, præmissorum obsequiorum, & meritorum tuorum intuitu gratiam facere specialem, Canonicatum, & præbendam prædictos sic vt præmittitur vacantes, cum plenitudine Iuris Canonici, ac omnibus iuribus, & pertinentiis suis tibi auctoritate Ordinaria tenore præsentium conferimus, & prouidemus de eisdem. Teque coram nobis personaliter constitutum in corporalem possessionem Canonicatus, & præbendæ, iuriumque & pertinentiarum prædictorum per annuli nostri traditionem, & birreti tui capiti tuo impositionem inducimus, & inuestimus de eisdem, recepto primitus à te, & per te præfinito ad sancta Dei Evangelia corporali iuramento, quod nobis, & successoribus nostris Archiepiscopis Bracharenfis obediens eris, & fidelis, ac sanctæ Matris Ecclesie, nostrisque & successorum nostrorum parebis mandatis, eisdemque Canonicatu, & præbendæ, ac ipsi Ecclesie leuicundum ipsius statuta, consuetudines, ordinationesque deseruies, & deseruiri facies in diuinis, sed & libertates eiusdem Ecclesie, ac Canonicatus, & præbendæ prædictorum manutenebis, & defendes pro posse, nihilque quod ad dictos Canonicatum, & præbendam pertinet, alienabis, seu distrahes, sed alienata, & distracta ad ius, & proprietatem eorundem Canonicatus, & præbendæ reduces, & reduci procurabis pro posse. Quocirca vniuersis & singulis perso-

personis Ecclesiasticis, & præsertim Decano, Canonici & Capitulo dictæ nostræ Ecclesie Bracharenfis, aliisque notariis, ac tabellionibus publicis quibuscumque per ciuitatem & diocæsif nostras prædictas ac alias vbilibet constitutis, tenore præsentium committimus, & damus in mandatis, quatenus ipsi vel eorum alter, qui super hoc fuerit requisitus, ad prædictam Ecclesiam accedant, seu accedat, teque vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem, realem, & actualement possessionem Canonicatus, & præbendæ, iuriumque & pertinentiarum prædictorum ponant, & inducant, ac defendant indultum, anoto exinde quolibet illicito detentore, ac te, vel procuratorem tuum tuo nomine, in præfata Ecclesia Cathedrali, in Canonicum recipi faciant, seu faciat, & in fratrem, stallo tibi in choro, & loco in Capitulo ipsius Ecclesie cum plenitudine Iuris Canonici assignatis, tibi que de ipsorum Canonicatus, & præbendæ fructibus, redditibus, & pertinentiis, iuribus, & obuentioibus vniuersis integrè respondeant, & faciant ab aliis quantum in eis fuerit, plenariè, & integrè responderi, Contradictores eadem auctoritate, per censuram Ecclesiasticam compefcendo. In quorum omnium & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentem litteras fieri, & per notarium nostræ Camere Archiepiscopalis infra scriptum subscribi, & publicari mandauimus, sigillique nostri iussimus, & fecimus appensione muniri. Dat. Brachara Augustæ, &c.

FORMULA LXVI.

Litterarum collationis eiusdem generis, si collatio faciendâ sit vigore Bullarum Apostolicarum.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. clerico Bracharenfi, Salutem in Domino. Cum per te nobis præsentata fuerint litteræ Apostolicæ Sanctissimi in CHRISTO Patris, & Domini nostri Vibani diuina prouidentia Papæ VIII. in pergamenis scriptæ, eius verò Bulla plumbea cordula canapis more Romanæ Curie pendente bullata, quas nos ea qua decet reuerentia recepimus, & sunt tenoris infra scripti, videlicet: VRBANVS Episcopus Seruus seruorum Dei, &c. Venerabili Fratri Archiepiscopo Bracharenfi, &c. (& ponatur tota Bulla) & successiue debitam instantiam nobis feceris, vt ad ipsarum litterarum exequutionem procederemus, iuxta traditam seu directam per eas à Sede Apostolica nobis formam. Nos igitur volentes mandatum Apostolicum nobis in hac parte directum reuerenter exequi, vt tenemur, te prius per diligentem examinationem de te factam ad hoc idoneo reperto, verificatisque contentis in præmissis litteris Apostolicis auctoritate Apostolica nobis commissa, qua fungimur in hac parte, præfatos Canonicatum & præbendam, sic vt in dictis litteris Apost. vacantes cum illi forsân annexis, ac omnibus iuribus, & pertinentiis suis vniuersis contulimus, & assignauimus, ac conferimus, & assignamus, de illisque te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum, & acceptantem per birreti tui capiti tuo impositionem, cum Iuris Canonici plenitudine, inuestitimus, & inuestimus per præfentes. Quocirca, &c. in supra proxima formula. Fictalibus verò, vt in form.

in omnibus, & per omnia iuxta præinsertarum litterarum Apostolicarum vim, tenorem, formam, & continentiam. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORMULA LXVII.

Litterarum collationis Canonicatus, & præbendæ Ecclesie Collegiatae.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO N. clerico N. diocæsif, Salutem in Domino. Cum sicut accepimus, Canonicatus, & præbenda in Collegiata Ecclesia S. N. loci N. huius nostræ diocæsif, quos Reuerendus Canonicus N. illorum vltimus possessor obtinebat, per obitum eiusdem N. de mente, &c. vacauerint, & vacent ad præfens, ne diuinus cultus in ipsa Collegiata Ecclesia detrimentum patiatur, eidem Ecclesie de idoneo Canonico prouidere volentes, tibi N. cuius vita & morum probitas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quæ nobis ipsis nota sunt, & aliorum fide digno commendantur testimonio, præfatos Canonicatum, & præbendam, sicut, vt præfertur, siue alio quouis modo vacantes, cum illis forsân annexis, & omnibus iuribus & pertinentiis suis vniuersis auctoritate nostra Ordinaria, & etiam vigore, &c. ac omnibus melioribus modo, via, iure, causa, & forma, quibus melius possumus, & debemus, conferimus, & assignamus, de illisque te coram nobis propter hoc flexis genibus humiliter constitutum, & acceptantem per birreti tui capiti tuo impositionem cum iuris Canonici plenitudine inuestitimus, Recepto primitus à te, &c. Quocirca vniuersis, &c. Contradictores, &c. vt in form. 65. mutatis mutandis.

FORMULA LXVIII.

Litterarum collationis factæ per Decanum, & Capitulum de capellania ad eorum collationem spectante.

Vniuersis, &c. Ioannes de N. Decretorum Doctor Decanus, & Capitulum sanctæ Sedis N. Salutem in eo qui sine fine vinit, & regnat. Cum itaque capellania ad altare S. N. situm in Ecclesia nostra, cuius collatio, prouisio, & omnimoda dispositio ad Decanum pro tempore existentem, & Capitulum dictæ Ecclesie quoties vacat, pertinet pleno iure, quam quondam N. dictæ capellanie capellanus dum viveret obtinebat, per ipsius N. obitum, qui nuper vita suæ diem clausit extremum, vacauerit, & vacare noscatur ad præfens; nos, volentes dilectum nostrum N. clericum N. diocæsif apud nos de litterarum scientia, vita, ac morum honestate aliisque virtutum meritis multipliciter commendatum, horum intuitu, fauore prosequi gratioso, capellania ipsam sic vacantem cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis præfato N. auctoritate nostra contulimus, assignauimus, & prouidemus etiam de eadem, prout tenore præsentium conferimus, assignamus, ac prouidemus, ac ipsum N. in corporalem, realem, & actualement possessionem, seu quasi, capellania, iuriumque & pertinentiarum prædictorum poni & induci mandamus ac ponimus, & inducimus per

per presentes, & exinde ab eo in forma solita, & consueta accepimus iuramentum prestari consuetum exhibitis solemnitatibus in talibus fieri solitis, & consuetis. In quorum omnium testimonium presentes litteras sigilli nostri Capituli appensione munitas prefato N. duximus concedendas. Dat. &c.

ALIA FORMULA.

Collationis, & promissionis auctoritate Ordinaria facta de beneficio per obitum vacantibus, in fauorem absentis.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in Christo clerico N. diocesis, Salutem in Domino, &c. Vite, & morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, & virtutum merita, quibus apud nos fide digno commendari testimonio, nos inducunt ut tibi reddamus ad gratiam liberales. Cum itaque sicut accepimus, perpetuum simplex seruitorium beneficium ecclesiasticum, aut prestimonium, vel prestimonialis portio in Ecclesia S. N. eius collatio, promissio, & omnimoda dispositio ad nos, & successores nostros, dum & quoties vacat, pleno iure pertinet, quod seu quam quondam N. illius vltimus possessor dum vixit, obtinebat, per ipsius N. obitum, qui nuper suum clausit diem extremum (vel certo modo, quem hic pro expresso haberi volumus) vacauerit, & vacet ad presens. Nos tibi promissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes beneficium prefatum, sicut promittitur vacans, cum omnibus iuribus, & pertinentiis tibi, auctoritate nostra Ordinaria, conferimus, & de illo, seu illa tenore presentium etiam prouidemus. Quocirca vniuersis, & singulis personis ecclesiasticis, specialiter Rectori, seu Vicereктору dictae Ecclesiae de N. ac Notariis, & tabellionibus publicis quibuscumque per ciuitatem & diocesim nostras praedictas constitutis, & eorum cuilibet in solidum presentium tenore damus in mandatis, quatenus ipsi, vel eorum alter, qui super

hoc fuerit requisitus ad dictam Ecclesiam de N. accedant, vel accedat, & te, vel procuratorem tuum tuo nomine in corporalem, realem, & actualem possessionem beneficii, prestimonij, aut prestimonialis portiois, iuriumque, & pertinentiarum praedictorum inducant, vel inducat, auctoritate nostra, & defendant, seu defendat inductum, amoto exinde quolibet illicito detentore, ac se vel procuratorem tuum praedictum ad beneficium prefatum, ut est moris, admittant, seu admittat, & tibi de illius fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obventionibus vniuersis integre respondeant, & faciant ab aliis plenarie, & integre responderi, contradicentes per censuram ecclesiasticam compescendo. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium promissorum praesentes litteras fieri, & per Notarium, & Secretarium nostrum infra scriptum subscribi, sigillique nostri iussimus, & fecimus committeri. Datum N. sub anno a natiuitate Domini N. die vero N. mensis N. praesentibus pro testibus, &c.

ALIA FORMULA.

Litterarum collationis Capellaniae.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in Christo N. &c. Salutem in Domino sempiternam Vitae, ac morum, &c. Cum itaque sicut accepimus perpetua Capellania in Ecclesia de N. fundata per quondam N. cuius collatio post patroni praesentationem ad nos pertinet, quam quondam N. illius vltimus possessor, dum vixit obtinebat, per ipsius N. obitum (qui nuper diem suum clausit extremum) vacauerit & vacet ad presens. Nos tibi promissorum meritorum tuorum intuitu specialem gratiam facere volentes, Capellania praedictam, ut promittitur vacantem, & ad quam per eius moderatum patronum coram nobis nominatus, & praesentatus existis, cum omnibus iuribus, & pertinentiis tibi auctoritate nostra Ordinaria conferimus per presentes. Quocirca, &c. In quorum fidem, &c. ut in praecedenti formula.]

CIRCA RESIGNATIONES ETIAM EX CAUSA permutationis coram Episcopis faciendas.

FORMULA LXIX.

Facultatis recipiendi resignationes etiam ex causa permutationis.

D Rodericus, &c. Reuerendo N. Decretorum Doctori, &c. Salutem in Domino. Cum nonnulli in ciuitate & diocesi nostris dignitates, personatus, & officia, seu beneficia frequenter desiderant ex rationabilibus causis de expressis in constituto, felicis record. Pij Papae V. pure & libere in manibus nostris resignare, seu ad inuicem permutare; Nos diuersis etiam Ecclesiis nostrae occupatis negotiis, omnibus praemissis intendere non valentes, & personarum huiusmodi, quibus fieret sumptuosum, personaliter, vel per suos procuratores nostram adire

praesentiam, volentes parcere laboribus & expensis, de tua industria specialiter confidentes, tibi, ut a quibuscumque personis cuiuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, nostrarum ciuitatis, & diocesis praedictarum ex eisdem, & quibuslibet eorum dignitates, personatus, Canonicatus, seu beneficia quaecumque Ecclesiastica continentibus, etiam si ipsi, vel eorum alteri cura imminet animarum qui huiusmodi beneficia ex causis rationabilibus de expressis in dicta Constitutione, & non aliis pure & libere resignare, seu ad inuicem permutare desiderant, eorumque beneficia per resignationem, vel ex causa permutationis huiusmodi faciendam recipias, alteramque personarum loco alterius instituendi, seu inuestiendi ipsa beneficia, sic ut praemittitur, resignata conferendi, ac ipsam permutationem ad debitum effectum deducendi, prouiso, si opus fuerit, de vita, moribus, & scientia eorumdem examine, seruatisque aliis de iure seruandis. Contradi-

dictores, & rebelles per censuram Ecclesiasticam compescendo, & coercendo, recepto tamen prius ab ipsis personis dicta sua beneficia libere resignare, seu ad inuicem permutare desiderantibus corporaliter per eas praestito iuramento super eo quod nulla simoniaca prauitas, aut alia illicita pactio inter eos ex huiusmodi permutationibus interueniet, & omnia alia & singula faciendi in praemissis necessaria, & quomodolibet opportuna plenam, & liberam concedimus potestatem.

Indictione, die, mense, & Pontificatu, quibus supra, praesentibus ibidem N. N. & N. testibus ad praemissa vocatis, atque rogatis D. resignans suo se hic subscripsit nomine, &c.]

FORMULA LXXI.

Resignationis faciendae de beneficio per procuratorem coram Episcopo, cum eius admissione.

FORMULA LXX.

Resignationis faciendae de beneficio per proprium Rectorem coram Episcopo cum eius admissione.

D Rodericus, &c. Vniuersis, &c. Noueritis, quod cum R. Presbyter N. Rector Parochialis Ecclesiae Sancti N. loci N. huius Bracharensis Diocesis Ecclesiae ipsa quam obtinebat, ex certis rationabilibus causis ad hoc animum suum mouentibus, & praecipue, quia corpore impeditus non poterat nec potest muneris suo satisfacere, & animarum curae incumbere, resignare intenderet Ecclesiam ipsam, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, in manibus nostris sponte & libere iuxta formam Constitutionis felicis record. Pij Papae V. resignauit, aliunde habens, quod in vita possit commode sustentari, de quo nobis legitime constitit, & nos sic factam resignationem admittere curauimus, prout tenore praesentis publici instrumenti admittimus, recepto per nos primitus ab eodem N. quod in resignatione huiusmodi non interuenit dolus, &c. corporali iuramento. In quorum fidem, &c. Dat. Bracharum Augustae, &c.

IN nomine Domini, &c. R. Presbyter N. Canonici praebendatus in Collegiata Ecclesia Sancti N. huius Bracharensis Diocesis deuotionis zelo ductus ingrediendi Religionem S. N. desiderans & affectans iuxta formam Constitutionis felicis record. Pij Papae V. eisdem Canonicatum & praebendam, quos in dicta Ecclesia obtinet, resignare, &c. Ideo in manibus praefati Domini Archiepiscopi per discretum virum N. Clericum procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum prout de sua procuracionis mandato legitime per publicum instrumentum fidem fecit, ex praedicta causa, sponte, pure, & libere, ac simpliciter resignauit, idemque Dominus Archiepiscopus resignationem huiusmodi sic, ut praemittitur, ut in manibus suis factam admisit, & recepit, praestito per eundem procuratorem, nomine quo supra, procuratorio, quod in huiusmodi resignatione non interuenit fraus, dolus, seu quauis illicita pactio, ad sancta Dei Euangelia corporaliter iuramento, &c.

Vide sup. alleg. 69. num. 43.

FORMULA LXXII.

Litterarum collationis Parochialis vacantis per resignationem ex causa permutationis pro Canonicatu, & praebenda.

ALIA FORMULA.

Resignationis alicuius beneficii in manibus Ordinarij facta coram Notario.

IN nomine Domini. Amen. Notum sit vniuersis, & singulis hoc praesens publicum instrumentum visuris, lecturis, & audituris quod in loco N. anno a natiuitate eiusdem Domini, &c. Indictione, &c. Die vero, &c. mensis, &c. Pontificatus S. D. N. &c. in mei Notarij publici Apostolici, testiumque infra scriptorum praesentia personaliter constitutus N. &c. ex certis rationabilibus causis ad hoc animum suum mouentibus renuntiavit, sponte, & libere omnibus melioribus modo, via, & forma, quibus de iure potuit, & debuit Parochialem, seu beneficium N. cum omnibus iuribus & pertinentiis suis in manibus Illustrissimi, & R. D. Archiepiscopi N. &c. ad quem dicti beneficii promissio spectat, & dictus D. renuntians in verbo Sacerdotis tacto pectore (vel ad Sancta Dei Euangelia) iuravit quod in resignatione huiusmodi non interuenit, nec interueniet, nec interuenire speratur fraus, dolus, simoniae labes, aut quauis alia illicita pactio, vel etiam corruptela (vel & dictus D. renuntians in manibus mei Notarij corporale praestitit iuramentum quod in resignatione, &c.) Actum in dicta Ciuitate N. sub anno,

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in Christo N. Presbytero nostrae Diocesis, Salutem in Domino sempiternam. Desideria iusta perentium congruo fauore prosequenda sunt, in votis eorum, quae a rationis tramite non discordant, nosque libenter ad ea exhibemus promptum & benignum. Cum itaque hodie tu per te ipsum Canonicatum & praebendam Ecclesiae S. N. & dilectus noster in Christo N. Parochialem Ecclesiam Sancti N. nostrae Diocesis, quam obtinebat, per dilectum nostrum N. procuratorem suum ad eo ab hoc specialiter constitutum, ex causa permutationis de ipsis inter vos fiendae, & non aliis, sponte, & libere resignaueris in manibus nostris; Nosque resignationem ex causa praedicta admissis votis tuis, in hac parte fauorabiliter annuentes, Parochialem Ecclesiam praedictam per huiusmodi resignationem vacantem, tibi qui per RR. Patres examinatos in Synodo diocesana deputatos, examinatus, & idoneus reperitus fuisti, cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, auctoritate nostra Ordinaria conferimus, assignamus,

& prouidemus etiam de eadem. Téque coram nobis personaliter constitutum, in corporalem possessionem, seu quasi, Parochialis Ecclesiae, & pertinentium prædictorum per annuli nostri traditionem inducimus, & inuestimus de eadem, præstito per te, & per nos recepto ad sancta Dei Evangelia corporali iuramento, quod nobis & successoribus nostris Archiepiscopis Bracharen. fidelis, & obediens eris, sanctae Matris Ecclesiae, nostrisque & successorum nostrorum parebis mandatis; dictaque Ecclesiae in spiritalibus, & temporalibus, ac diuinis benè, & laudabiliter deseruias, & deseruiri facies, oneraque ipsius Ecclesiae debita supportabis, & iura nostra persolues, tertas, domos, vineas, & alias possessiones atque iura Parochialis Ecclesiae manutenebis, & defendes pro posse, nihilque quod ad dictam Ecclesiam pertineat, alienabis, vendes, seu distrahes; sed alienata, distracta, & vendita ad ius, & proprietatem dictae Parochialis Ecclesiae reduces pro posse, & reduci procurabis. Quocirca, & c. vt in form. 62.

FORMVLA LXXXIII.

Litterarum Collationis Canoniciatus & præbendæ resignatorum ex causa permutationis pro aliis Canoniatu, & præbenda de licentia Episcopi, in cuius diocesi sunt.

D Rodericus, & c. Dilecto nobis in Christo N. Canonico N. Salutem in Domino sempiternam. Desideria iusta petentium congruo favore prosequimur, & in votis eorum quae à rationis tramite non discordant, libenter exhibemus nos promptum & benignum. Cum itaque hodie tu per dilectum nostrum N. clericum nostrae Diocesis Canoniatum & præbendam, quos in nostra Ecclesia Cathedrali obtinebas, & dilectus noster N. Canoniatu & præbenda, quos in Ecclesia similiter Cathedrali N. obtinebat, per etiam dilectos nostros N. & N. procuratores vestros, à vobis specialiter constitutos, in manibus nostris ex causis permutationis de ipsis inter vos faciendae, & non alias, sponte, & libere resignaueritis. Nos resignationem huiusmodi ex causa prædicta, auctoritate nostra Ordinaria quoad partem, & ex speciali commissione per Reuerendissimum in Christo Patrem D. N. Dei & Apost. Sedis gratia Episcopum N. quoad aliam, super hoc nobis in modum qui sequitur factam. N. Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus N. R. in Christa Patri, Domino N. Episcopo N. Salutem, & c. recepimus, & admisimus. Nosque vigore commissionis huiusmodi votis vestris in hac parte fauorabiliter annuentes, prædictos Canoniatum, & præbendam Ecclesiae Cathedralis N. tenore præsentium tibi conferimus, & assignamus, ac prouidemus etiam de eisdem, teque licet absentem, in personam dicti procuratoris tui coram nobis propter hoc personaliter constituti, in corporalem possessionem, seu quasi Canoniatum, & præbendam, iuriumque & pertinentium prædictorum, per annuli nostri traditionem inducimus, & inuestimus de eisdem, præstito per te, vel procuratorum tuum prædictum pro te, in manibus nostris ad sancta Dei Evangelia corporali iuramento, quod eidem D. Episcopo

po N. & exinde successoribus suis Episcopis fidelis, & obediens eris, ac sanctae Matris Ecclesiae, eiusdem Domini N. Episcopi, & successorum suorum parebis mandatis, iura, libertates Ecclesiae N. necnon Canoniatum, & præbendam prædictos, aduersus omnes manutenebis, & defendes, eidemque Ecclesiae ratione Canoniatum, & præbendæ deseruias, & deseruiri facies laudabiliter, in diuinis, ac nihil quod pertinet ad eisdem Canoniatum & præbendam alienabis, nec distrahes, sed alienata, & distracta ad ius, & proprietatem dictorum Canoniatum, & præbendæ reduces, pro posse, & reduci procurabis. Quocirca vobis R. Decano, & Capitulo Ecclesiae N. prædictae, vice & nomine præfati D. Episcopi, præsentium tenore damus in mandatis, quatenus eundem N. vel procuratorem suum eius nomine, in, & ad corporalem & actuale possessionem Canoniatum, & præbendam, iuriumque & pertinentium prædictorum recipiatis; amoto ab eis quolibet detentore illicito, ac eundem N. vel procuratorem suum prædictum ad eisdem Canoniatum & præbendam, in præfata Ecclesia N. in Canoniatu recipiatis, & in fratrem, stallumque sibi in choro, & locum in Capitulo ipsius Ecclesiae cum Canonici iuris plenitudine assignetis, sibi que de ipsorum Canoniatum & præbendæ fructibus, redditibus, prouentibus, iuribus, & obventionibus vniuersis integrè respondeatis, & ab aliis plenariè, & integrè respondere faciatis. In quorum fidem, & c. Dat. & c.

FORMVLA LXXIV.

Litterarum collationis beneficii simplicis vacantis per liberam resignationem de eo factam in manibus Episcopi.

D Rodericus, & c. Dilecto nobis in Christo N. clerico Bracharen. in iure Canonico Licenciato, Salutem in Domino sempiternam. Litterarum scientia, vitæ ac morum honestas, aliaque probitatis & virtutum merita, quibus fide digno commendaris testimonio, nos inducunt, vt tibi ad gratias reddamur liberales. Cum itaque beneficium simplex, & c. quod nuper N. illius vltimus, & immediatus possessor obtinebat, per simplicem resignationem dicti N. ad præscriptum Constitutionis sacelicis record. Pij Papæ V. in manibus nostris spontè & libere factam, & per nos auctoritate nostra Ordinaria admissam liberè vacare noscatur. Nos meritum tuorum intuitu, tibi, qui ad hoc examinatus, & idoneus repertus fuisti, præfatum beneficium conferimus, & assignamus, ac prouidemus de eodem, teque coram nobis personaliter constitutum, in corporalem possessionem, seu quasi dicti beneficii, iuriumque & pertinentium per annuli nostri in manibus tuis traditionem inducimus, & inuestimus de eodem, recepto à te primitus, & c. Quocirca, & c. vt in form. mutatis mutandis. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præsentis litteras collationem, & prouisionem nostram in se continentes fieri, & per secretarium nostrum infra scriptum subscribi, & publicari fecimus, nostrisque sigilli iussimus appensione communiti. Dat. Bracharæ Augustæ die... Ann...

CIRCA

CIRCA VNIONES.

QUAMVIS singulis Ecclesiis singulos Rectores præficiendos esse veteres sanctiones iubeant, quandoque tamen postulat plebis utilitas, vt quae antea plures, ac diuersa erant, nunc in vnum veluti corpus redigantur, ac simul coniunctæ pro vna Ecclesia habeantur; quandoque etiam vt quae coniunctæ, connexaque vnionis vinculo habebantur, nunc dirimantur, singulaeque seorsum tanquam recens erectæ constituantur, & gubernentur. Quae omnia cum ab vna tantum ratione publicae utilitatis adiuuanda proficiantur, non possunt inter se pugnantia, sed maximè ad eundem finem consentientia, & coeuntia censerentur.

Quamobrem Concil. Trident. sess. 21. de reform. cap. 5. constituit, vt possint Episcopi, etiam tanquam Apostolica Sedis delegati, iuxta formam iuris, sine tamen præiudicio obtinentium facere vniones perpetuas quarumcumque Ecclesiarum Parochialium, & baptismalium; & aliorum beneficiorum curatorum, vel non curatorum cum curatis, propter earum paupertatem, etiam si dictæ Ecclesiae, vel beneficia essent generaliter, vel specialiter reseruata, aut qualitercumque affecta. Quae vniones etiam non possunt reuocari, nec quoquo modo infringi vigore cuiuscumque prouisionis etiam ex causa resignationis, aut derogationis, aut suspensionis. Quod quidem Concilij Trident. decretum declaratur per aliud sess. 24. de reformat. cap. 13. statuens, Parochiales Ecclesias vniondas non esse monasteriis quibuscumque, aut Abbatibus, seu dignitatibus, siue præbendis Ecclesiae Cathedralis, aut Collegiatae, siue aliis beneficiis simplicibus, aut hospitalibus, Militiis, &c. Quare ad præscriptum decretorum Concilij Tridentini, prædictorum, poterit Episcopus facere vniones in hunc, qui sequitur, modum.

FORMVLA LXXV.

Vnionis Ecclesiae Parochialis, alteri simili propter earum paupertatem.

D Rodericus, & c. Vniuersis, & singulis praesentibus litteras auditis, lecturis, & inspecturis, illis praesertim, quorum interest, intererit, aut interesse, quosque infra scriptum tangit negotium, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, Salutem in Domino sempiternam. Ad hoc vt Ecclesiarum omnium per ciuitatem & Dioccesim nostras Bracharenses consistentium, ac illas obtinentium personarum status salubriter dirigi, seruati que possit honestius, ac personae ipsae, animarum cura & officio inibi incumbentes habeant redditus sufficientes, vt ex altari viuere possint, nostri libenter fauoris impartimur praesidium, potissimè cum temporum requirit necessitas, causa persuadent rationabiles, & diuini cultus augmentum salubriter id exposcit. Exhibita siquidem nobis nuper per dilectum in CHRISTO N. Rectorem Ecclesiae Parochialis Sancti N. huius Diocesis petitio continebat, quod in dicto loco alia Parochialis Ecclesia sub inuocatione Sancti B. consistit, cuius fructus, redditus, & prouentus, ad sustentationem Rectoris eiusdem pro tempore existentis, propter eorum exiguitatem & tenuitatem minime suppetunt, & sicut eadem petitio subiungebat, si Parochialis Ecclesia Sancti B. dictae Ecclesiae similiter Parochiali Sancti N. quae in medio loci & commo-diori situ existit vniretur, annecteretur, & incorporaretur, per hoc congrua remaneret portio Rectori

Ecclesiae S. N. in eaque diuina officia maiori cum decore celebrarentur, cultusque diuinus in eisdem augmentaretur. Quare per dictum N. fuit nobis humiliter supplicatum, vt super praemissis prouidere auctoritate Ordinaria dignaremur. Nos igitur attendentes petitionem huiusmodi praemissis veris existentibus, esse iustam & consonam rationi, de praemissis omnibus & singulis ac eorum circumstantiis vniuersis inquisimus, & nos informauimus diligenter, & quia per informationem legitimam, & diligentem per nos à nonnullis testibus fide dignis coram nobis per praefatum N. ad informandum animam nostrum, & desuper omnibus & singulis praenarratis, productis, ac ritè receptis, & ad iurandum admittis, intrasque examinatis, factam & receptam examinationem; reperimus, omnia & singula per dictum N. asserta, vt praemiseruntur, veritate fulciri. Idcirco auctoritate nostra Ordinaria, & Sedis Apostol. delegata, qua fungimur in hac parte, & omnibus aliis melioribus modo, via & forma, quibus de iure possumus, Parochialem Ecclesiam S. B. prædictam cum omnibus vrbibus, & pertinentiis suis eidem Parochiali Ecclesiae S. N. in perpetuum vniimus, incorporauimus, & annexuimus, ac ex nunc vniimus, incorporamus, & annectimus per praesentes; ita quod cedente, vel decedente moderno ipsius Parochialis Ecclesiae S. B. Rectore, seu illam alias quomodolibet dimittente, etiam si actu quouis modo vacet, & eius dispositio ad nos hac vice pertineat, liceat Rectori dictae Ecclesiae S. N. pro tempore existenti, corporalem, realem, & actuale, Ecclesiae S. B. iuriumque & pertinentium prædictorum possessionem auctoritate propria liberè apprehendere, illisque fructus, redditus, & prouentus huiusmodi percipere, & habere, ac in suos, & di-

starum Ecclesiarum vsus, & vtilitatem conuertere, & perpetuo retinere, cuiusvis alterius Superioris licentia super hoc aliis minimè requisita. Volumus autem quòd si vnionem, annexionem, & incorporationem huiusmodi effectum sortiri conuergerit, Parochialis Ecclesia S. B. prædicta debitis propterea non fraudetur obsequiis, nec animarum cura in ea aliquatenus negligatur, sed eius debitè, si opus fuerit, supportentur onera consueta. Quæ omnia & singula, necnon præsentis litteras nostras, & in eis contenta vobis omnibus & singulis supradictis, & vestrum cuiuslibet intimamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentis, ne de præmissis ignorantiam aliquam prætere de valeatis, seu etiam allegare. Vobisque nihilominus, & vestrum cuiuslibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, quam in vos, & vestrum quemlibet, si mandatis, & inhibitionibus nostris huiusmodi non parueritis cum effectu, sex dierum canonica monitione præmissa, quorum duos pro prima, duos pro secunda, &c. assignamus, ex tunc ferimus, in his scriptis distinctè præcipiendo inhibemus, ne dicto N. aut Rectori pro tempore existenti dictæ Ecclesiæ Sancti N. vel procuratori suo quominus corporalem, realem, & actualem possessionem dictæ Parochialis Ecclesiæ Sancti B. per nos vt præmittitur, vnire, sic vacantis ad præsens, vel quamprimum, vt præmittitur, illam vacare contigerit, iurisque & pertinentiarum eiusdem etiam auctoritate propria libere apprehendere, eiusque fructus, redditus, & prouentus in suos, & prædictarum Ecclesiarum vsus & vtilitatem conuertere valeat, vt præfertur, omniaque & singula supradicta ne suum debitum fortiantur effectum minimè impedimentum aliquod præstitis, vel alicui, seu aliquibus publicè, vel occultè, directè, vel indirectè quouis quæsito colore, vel ingenio, ipsam impedientibus detis, seu aliquis vestrum, det consilium, opem, vel fauorem. In quorum omnium & singulorum, &c. Dat. &c.

FORMVLA LXXVI.

*Vnionis Beneficij simplicis Parochiali exi-
gui redditus faciendæ.*

D Rodericus, &c. Cum in visitatione Ecclesiæ Parochialis Sancti N. loci N. nostræ Diocesis Bracharensis, aliarumque Ecclesiarum, & locorum priorum dicti loci per nos his elapsis diebus habita comperimus inter cætera, Parochialem ipsam adeo exiguis fructus habere, vt ex eis Parochus pro tempore minimè sustentari possit, volentes pro munere nostro quantum possumus fructus dictæ Parochialis aliquatenus augere, vt etiam clericis veste talaris, superpelliceo indutus Curato celebranti ministrare possit, donec aliunde prouideri possit, pro commoda sustentatione Parochi, quemadmodum à Sacris Canonibus, & Sacro Concilio Trident. traditum est, ideo tam auctoritate dicti Sacri Concilij Trident. quam nostra Ordinaria, & aliis omni meliori modo, &c. interuenientibus quibuscumque solemnitatibus tam Iuris, quam facti etiam extrinsecis, in similibus requisitis, eidem Parochiali vnimus, & applicauimus, ac vni-

mus, & applicamus beneficium simplex Sancti N. situm in loco N. cum suis iuribus & pertinentiis tam spiritualibus, quam temporalibus, quod nunc tenetur, & possidetur à N. sine tamen præiudicio dicti possessoris, & sine diuini cultus diminutione. Committentes in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna quibuscumque clericis ciuitatis & Diocesis nostræ in solidum, quatenus ad omnem Parochi dicti loci N. requisitione debeant cum nomine suo & suorum successorum in dicta Parochiali, vel procuratorum suum, imponere & inducere in, & ad corporalem, realem, & actualem possessionem, & tenentam dictæ Ecclesiæ simplicis S. N. iuriumque & pertinentiarum eiusdem inductum manuteneudo, & defendendo, amoto exinde quolibet alio detentore, quem & nos sine præiudicio actorum per præsentis amotum decernimus, & declaramus. In quorum fidem, &c.

Insuper statum Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 15. in Ecclesiis Cathedralibus, & collegiatis insignibus, ubi frequentes, adeoque tenues sunt præbende simul, cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decenti Canonico gradui pro loco & personarum qualitate non sufficiant, licet Episcopis cum consensu Capituli aliquot simplicia beneficia, non tamen Regularia iis vnire. Cuius quidem decreti decisio ita intelligenda est, vt vni fiat singulis præbendis distributio, non autem mensa Capitulari, vt est communis Doctorum resolutio, secundum Gabr. conf. 188. num. 3. & 4. lib. 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. glof. 37. num. 25. Garc. de benefic. part. 1. cap. 2. n. 171. Gratian. discept. for. c. 274. n. 34. in fine, Ret. decif. 565. p. 2. recent.

FORMVLA LXXVII.

*Vnionis tenuis præbende, dignitati Ec-
clesiæ Cathedralis fa-
ciendæ.*

D Rodericus, &c. Vniuersis & singulis litteras præsentis nostras vnionis, & incorporationis inspecturis, & lecturis, tam præsentibus, quam futuris, Salutem in Domino. Notum facimus, & attestamus, qualiter in generali visitatione per nos facta in nostra Ciuitate, & diocesi Bracharensi, reperimus Ecclesiam, seu capellam sine cura sub inuocatione S. N. instructam & ædificatam in terra N. destitutam esse legitimo Rectore, quam Ecclesiam seu capellam, ad hoc vt seruitium dignitatis N. existentis in nostra Cathedrali magis accrescat, & facilius supportari possit, præbendæ dictæ dignitatis N. & eius possessori, & successori pro tempore existenti, & legitime intranti vnâ cum iuribus, introitibus, redditibus, & prouentibus applicauimus, prout præsentium tenore applicamus, vnimus, annectimus, & incorporamus, illamque Ecclesiam, seu capellam, iura, introitus, prouentus, & redditus quomodolibet ad illam spectantes & pertinentes, ex nunc, perpetuè & in futurum prædictæ dignitati N. & eius præsentis, & pro tempore existenti possessori in præbendam conferimus, & assignamus. Decernentes, alteri cuiuscumque prouideri in futurum minimè posse ac prouisiones quaslibet cassamus, irritamus, & annullamus, & irritas fortè esse declaramus. In quorum omnium fidem, &c.

FORM

FORMVLA LXXVIII.

*Vnionis duarum Capellaniarum in Ecclesia
Collegiata cum dismembratione fru-
ctuum alterius.*

D Rodericus, &c. Cum in Ecclesia Collegiata S. N. oppidi N. huius nostræ diocesis duar. ad sint capellaniæ, vna sub inuocatione sancti N. quam olim obtinebat Presbyter N. & modo vacat per prouisionem eiusdem ad Ecclesiam Parochialem sancti N. altera verò sub inuocatione sancti B. quam olim obtinebat Presbyter N. & modo per ipsius obitum de mense Februarij proximè præteriti, nobis verè & personarum residentibus, ac Alternatiua beneficio gaudentibus, vacat, ambæ æqualis oneris & seruitij Missas videlicet celebrandi, & Horas Canonicas in choro recitandi, imparis tamen redditus, & valoris. Capellania enim Sancti B. ad viginti, illa verò sancti N. ad triginta scutorum moneta valore ascendit. Propterea appetentes vt cultus diuinus augeatur, & ministri Ecclesiæ ad Dei seruitium magis animentur, cum iuxta illud Apostoli, qui altari seruit, de altari viuere debeat, nec vnus quidem esuriat, alius ebrius sit, statuimus, & decernimus, vt dicta capella sancti B. dismembratur, disuniatur, ac separetur, & dicta capella sancti N. perpetuè vnatur, annectatur, & incorporetur, prout præsentis decreto dismembramus, disunimus, & separamus, & præfata capellæ sancti N. perpetuè vnimus, annectimus, & incorporamus, ita vt in futurum successores ad dictam capellaniam sancti N. redditus omnes, prouentus, & emolumenta ad aliam capellam sancti B. spectantia, licet ex nunc & in posterum habere, tenere, possidere, & frui valeat, prout in præmissis, & singulis omnibus, nostram auctoritatem pariter, & decretum interponimus, prædicto & omni alio meliori modo, &c. Volumus autem, quòd per huiusmodi vnionem, annexionem & incorporationem dicta capellania S. B. debitis non fraudetur Missis consueta. In quorum fidem, &c. Dat. Bracharæ Augustæ, &c.

Vbi autem in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, frequentes, adeoque tenues sunt præbende simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decenti Canonico gradui pro loco & qualitate non sufficiant, nec per vnionem aliquorum beneficiorum simplicium tenuitati huiusmodi prouideri potest, licet Episcopis cum consensu Capituli, & paronarum, si de iure paronarum laicorum sint, aliquibus ex iis suppressis, quarum fructus, & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus quotidianis applicentur, eas ad pauciores numerum reducere: ita tamen vt tot super sint, quæ diuino cultui celebrando, ac dignitati Ecclesiæ commode valeant respondere. Quæ quidem suppressiones, vt præfertur, factæ, ex quibuscumque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus tolli, seu impediri non poterunt, vt clarè disponit Concil. Trident. sess. 24. de reform. cap. 15. Quare in hac materia Episcopus prouideri poterit in hunc qui sequitur modum.

FORMVLA LXXIX.

*Suppressionis aliquarum præbendarum Ec-
clesiæ Collegiatae insignis ob tenuitatem.*

D Rodericus, &c. Cum in visitatione insignis Collegiatae Ecclesiæ S. N. oppidi N. huius nostræ diocesis per nos iis elapsis diebus habita, compererimus, quindecim, adeoque tenues ibi esse præbendas simul cum distributionibus quotidianis, vt sustinendo decenti Canonico gradui pro loci & personarum qualitate non sufficiant, nec per valorem aliquorum beneficiorum simplicium huiusmodi tenuitati prouideri possit; Nos verò cupientes vt ministri Ecclesiæ ad Dei seruitium magis animentur, & competenti piratitia ad psallendum in choro alliciantur, quod euenire non aliter posset, quam si aliqua ex dictis præbendis supprimeretur, quarum fructus & prouentus reliquarum præbendarum distributionibus applicentur: Nosque attendentes prædictum quindecim præbendarum numerum, qui ad præsens in dicta insigni Collegiata reperitur, posse ad decem reduci, cum quibus diuino cultui celebrando ac dignitati Ecclesiæ sine aliquo diuini cultus præiudicio responderi poterit, ideo dictis quindecim præbendas primo loco per cessum vel decessum, aut alio quouis modo vacantes, extringendas & supprimendas duximus, prout per præsentis extingimus, & supprimimus, illarumque fructus, & prouentus reliquarum decem præbendarum distributionibus quotidianis applicamus, tam auctoritate sacri Concilij Trident. quam nostra Ordinaria, ac aliis omni meliori modo, &c. declarantes, huiusmodi suppressionem sic vt præfertur factam ex quibuscumque prouisionibus, etiam vigore resignationis, aut quibusvis aliis derogationibus, vel suspensionibus tolli seu impediri non posse. In quorum omnium & singulorum fidem, &c. Dat. &c.

Vt per beneficiorum vniones, seminariorum necessitati consulatur, commendat Concil. Trident. sess. 23. de reformat. cap. 18. vt Episcopi beneficia aliqua simplicia cuiuscumque qualitatis, & dignitatis fuerint, vel etiam præstimoniam, seu præstimoniales portiones nuncupatas etiam ante vacationem, sine cultus diuini, & illa obtinendum præiudicio, seminariorum collegiis applicent, & incorporent, etiam si talia beneficia sint reservata, vel affecta, ita vt nec per resignationes ipsorum beneficiorum, vniones, & applicationes huiusmodi suspendi, vel villo modo impediri possint; sed omnino quacumque vacatione non obstante, etiam si in Curia, effectum suum sortiantur. Vnde colligitur Episcopum iis vnire non posse beneficia illa qua personalem residentiam requirunt, qualia sunt Parochie, Canonicatus, & alia huiusmodi, sicut nec beneficia reservata, quando post eorum vacationem vnio fieret, vt clarè idemmet Concilij Trident. decretum insinuat. Quare Episcopus vniones, seu applicationes Collegio seminarij facere poterit in hunc qui sequitur modum.

FORMVLA LXXX.

*Vnionis, seu applicationis beneficiorum sim-
plicium Collegio seminarij.*

D Rodericus, &c. Cum iam diu seminarium Ecclesiasticum in hac Vrbe N. ex præscripto fa-

cri Concilij Trident. fuerit erectum, neque redditus & annui prouentus eidem hactenus applicati ad eam summam perueniant quæ ad sustentandos centum eiusdem collegij aliuos sufficiat, ut Ecclesia quam vberimos in Domino fructus ex hoc seminario capiat, auctoritate eiusdem sacri Concilij Trid. Concilijque Prouincialis, ac etiam nostra Ordinaria, & alias omni meliori modo, &c. cum consilio R.R.N. & N. deputatorum dicti seminarij ad præscriptum sacri Concilij Trident. electorum, &c. presentium, &c. harum tenore eidem Seminario unimus, & applicamus beneficia hæc simplicia in diocesi nostra constituta, nempe beneficium simplex Sancti N. situm, &c. & aliud beneficium simplex in Ecclesia Sancti N. &c. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna omnibus officialibus nostris Ecclesiasticis ciuitatis & diocesis nostræ

N. in solidum, quatenus ad omnem requisitionem agentium pro dicto seminario, debeant eos, vel aliquem eorum in solidum nomine dicti seminarij inducere in, & ad corporalem, & actuale possessionem, & tenutam dictorum beneficiorum pro tempore vacantium, & inductum manutendo, & defendendo; amoto, seu amotis quocumque, seu quibuscumque detentoribus, faciantque dicto seminario, seu pro eo agentibus de quibuscumque fructibus, decimis, prouentibus, & obuentibus dictorum beneficiorum à quibuscumque debitoribus, pro tempore debitis integre respondere; fraude, & cauillatione cessantibus quibuscumque. Et hæc omnia sine præiudicio nunc possidentium, & sine diuini cultus diminutione, & ad præscriptum dicti Concilij, & alias omni meliori modo, &c. In quorum fidem, &c.

CIRCA VARIA.



*I*n M Tridentini Concilij decreto sess. 25. in decreto de inuocat. venerat. & reliq. Sanct. statutum sit, nulla admittenda esse noua miracula, nisi recognoscere, et approbante Episcopo, qui simul atque de eis aliquid compertum habuerit, adhibitis in consilium Theologis, & aliis pijs viris, ea faciat quæ veritati, & pietati consentanea iudicauerit, ideo formulam facultatis assumendi informationes de veritate miraculorum, hic inserere opera pretium duxi, in hunc qui sequitur modum.

FORMVLA LXXXI.

Facultatis assumendi informationes de veritate miraculorum.

D Rodericus Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Archiepiscopus ac Dominus Brachara, Hispaniarumque Primas, &c. dilectis nostri in Christo Reuerendis N.N. & N. Salutem in Domino. Cum ad aures nostras deuenerit, in oppido N. nostræ Bracharensis diocesis, ad imaginem Beatissimæ Virginis Mariæ de N. nuncupatæ, à nonnullis diebus citra, magnum fieri concursum populi, sub eo prætextu quod aliquot ibi edita fuerint, & in dies edantur miracula, volentes ea quæ possumus diligentia & sollicitudine, quemadmodum ex S. Concilij Tridentini decreto tenemur, de ipsorum miraculorum veritate inquirere, vobis de quorū solertia, pietate & fide plurimum confidimus, committimus, & mandamus, vt ad locum superscriptum accedatis, assumpto vobiscum aliquo notario, omni diligentia, & indagine de præmissis informationes assumatis, & ad nos referatis, vt quid deinceps sentiendum sit cum Theologorum, & aliorum piorum virorum consilio deliberare valeamus. Dantes vobis harum serie facultatem qualescumque cuiusvis gradus, & conditionis personas ad perhibendum super præmissis veritatis testimonium, omnibus remedijs de iure opportunis cogendi, ac interim etiam populi concursum, quatenus vobis expedire videatur, etiam per censuras Ecclesiasticas prohibendi, ac reperimendi, aliaque faciendi, gerendi, & exequendi, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodo libet opportuna. In quorum fidem, &c. Dar. Brachara Augustæ die... Mens... Ann...

FORMVLA LXXXII.

Attestationis paupertatis pro iis, qui ob illam in Romana Curia dispensationem Matrimoniam impetrare intendunt.

Nos N. Vicarius generalis pro Illustrissimo & Reuerendissimo Domino, D. Roderico à Cunha Archiepiscopo ac Domino Brachara Augustæ, Hispaniarumque Primas, &c. Notum facimus, & attestamus, nobis constare per testes fide dignos, ac iudicialiter examinatos, N. & N. huius nostræ diocesis esse pauperes, & miserabiles, suaque industria, ac labore quotidiano victum quaerere, & hac de causa dictum N. non posse accedere ad Curiam Romanam, & pro veritate, & ad instantiam dictorum præsentis manu nostra firmatas, ac sigillo quo in similibus vtimur, munitas fieri iussimus. Dar. Brachara Augustæ die... Mens... Ann... Ego N. Notarius Apostolicus subscripsi.

FORMVLA LXXXIII.

Facultatis profanandi Ecclesiam ratione rationis facienda.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in Christo Reuerendo N. Salutem in Domino; his nostris litteris

litteris tam auctoritate nostra Ordinaria, quam etiã vigore Sacri Concilij Tridentini, aliarumque facultatum Apostol. nobis desuper concessarum, aliasque omni meliori modo, iure, via, causa, & forma, quibus melius, & validus possumus, licentiam, & facultatem tibi concedimus, profanandi Ecclesiam S.N. monasterij N. per nos superioribus diebus suppressi, ad effectum, vt hæc quoque Ecclesia incorporari possit alijs dicti monasterij adibus, cum licentia & decreto nostro nuper N. per N. venditis, omnimodisque vices nostras tibi in præmissis, & circa præmissa committimus, & delegamus. In quorum fidem, &c.

FORMVLA LXXXIV.

Assensus Dominationis iurispatronatus.

D Rodericus, &c. Assentimur, & assensum præstamus donationi iurispatronatus factæ per Magnificum N. confito iam nobis ex actis nostræ Curia, prædictum N. donantem tempore donationis fuisse legitimum patronum iurispatronatus, vt supra donati, saluis tamen iuribus tertij, si tempore datæ alteri legitime ius quaesitum fuerit, &c. In quorum fidem &c. Dar. &c.

FORMVLA LXXXV.

Facultatis construendi Oratorium simplex in quo celebretur.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in Christo N. loci N. huius nostræ diocesis, Salutem in Domino. Tuo desiderio annuentes, vt in eo loco oratorium sub inuocatione sancti N. cum vnico altari, super quo celebrari exinde possit, extruere valeas, quod situ... & alia requisita habeat ad præscriptum instructionis fabricæ Ecclesiæ de Ecclesijs simplicibus, oratorijs, & capellis, in quibus Missa sacrum aliquando fieri consuevit, tibi facultatem concedimus, & impartimur, accedente tamen consensu Parochi, & sine Parochialis Ecclesiæ præiudicio, & quod super eius altare minime celebretur, nisi eo oratorio prius visitato, & iterum ea de re facultate à nobis in scriptis obtenta. In quorum fidem, &c. Dar. &c.

FORMVLA LXXXVI.

Facultatis Concessæ Episcopo munera Pontificalia exercendi in aliena diocesi absente illius Episcopo.

P Erillustri & Reuerendissimo in Christo Patri Domino N. Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopo N. Salutem in Domino. Cum ob diurnam absentiam, & itineris distantiam, quibus nos à ciuitate nostra Bracharensi derinemur, munera Pontificalia clero, & populo Bracharensi minime exhibere possumus, ne propterea Ecclesia debitis ipsis muneribus, & obsequijs spiritualibus destituatur, quantū

cum Domino licet, provideere cupientes quæ ad Dei honorem, & animarum salutem, & diuini cultus augmentum pertinent, Reuerendissimam Dominationem vestram etiam atque etiam rogamus, & in Domino requiritimus, quatenus postquam per dictam ciuitatem ei iter facere contigerit, dignetur in die Cœnæ Domini proximè ventura olea Catechumenorum & infirmorum, ac Chrismatum benedicere, & consecrare, & in die Sabbati sancti proximè futuri sacram Ordinationem in Cathedrali, vel alia Reuerendissimæ Domini. Vestræ bene visa Ecclesia dictæ ciuitatis celebrare, & primam Tonsuram, minoresque & maiores, etiã Presbyteratus Ordines diocesanis, & exteris, ac etiam Regularibus clericis conferre, debitas litteras dimissorias à suis Ordinarijs & Superioribus habentibus, alias tamen à nobis approbatis, conferre Ecclesias, cœmeteria, & altaria consecrare, & pollutas, seu pollutam reconciliare; Sacramentum Confirmationis etiam in Parochialibus Ecclesijs ministrare; campanas, corporalia, palas & alia Ecclesiastica paramenta benedicere, Calicisque, ac patenas consecrare: seruatis tamen in præmissis iis, quæ hoc de genere à sacris Concilijs, & Romano Pontificali præscripta sunt. Pro quibus omnibus muneribus, & eorum quolibet exercendo amplitudini tuæ facultatem concedimus, &c. vltra beneplacitum nostrum non valituram. In quorum fidem, &c. Dar. &c.

FORMVLA LXXXVII.

Licentia Parocho concedenda se absentandi per triginta dies.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in Christo Presbytero N. Rectori Parochialis Ecclesiæ S.N. Salutem in Domino. Quia nobis significasti, legitimam causam, qua per aliquos dies à Parochia tua abesse possis, licentiamque petisti, dummodo interim de substituto idoneo, & à nobis approbato primum provideas, quod ab Ecclesia tua possis abesse per dies triginta, qui à presentium data initium capiant, his litteris facultatem concedimus: durante tamen absentia, vt Missæ Sacrificium offerre possis, fidem præsentis scripto facimus, re nulla Ecclesiastica censura esse innodatum, nec de aliquo crimine, quod sciamus, ad præsens inquisitum, vel diffamatum, sed bonis moribus præditum. In quorum fidem, &c. Dar. &c. Vide Concil. Bracharense I V. act. 3. cap. 7.

FORMVLA LXXXVIII.

Attestationis Natalium, morum & professionis Fidei.

D Rodericus, &c. Vniuersis, & singulis præsertim litteras inspecturis, lecturis, & audituris, Salutem in Domino sempiternam. Ad habendam de fide, moribus, doctrina, caritate, & natalibus certam scientiam dilecti nobis in Christo N. clerici Bracharensis pro parte illius requisiti fuimus, vt expectam super his inquisitionem facere dignaremur. Nos huius

modi honestæ requisitioni annuere volentes, prouidos viros Reuerendos Doctores N.N. & N. quorum fidem, religionem, & animi integritatem probatam habemus, scorum super vita, moribus, ætate, religione, & natalibus præmissis medio iuramento examinandos coram nobis duximus, & deinde collectis singulorum depositionibus, comperimus, præfatum N. esse ætatis circiter triginta annorum clericali characterè insignitum, & in quatuor minoribus Ordinibus ritè constitutum, legitimis natalibus ortum, honestis moribus præditum, nec vlla proflus hæresis labe pollutum, sed in communi uisione fidelium qui sanctam Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam profitentur, constantè vixisse, & viuere, ac proinde nec parentibus vlla hæresis, aut perfidiæ legitima infamia maculatis procreatum, illumque in celebri Conimbricensi Academia in iure Canonico laureatum esse; inde subiectos de fide articulos illi coram nobis genibus flexis præsentibus probis viris Reuerendis N. & N. testibus ad hæc vocatis, & specialiter rogatis legendos, & profitendos iuxta nullam sceleris record. Pij Papæ IV. tradidimus, quibus ad vnum alta & intelligibili voce perlectis, & professis, se illa omnia & singula, sicut scripta sunt, omni tempore seruaturum iureiurando promisit, & affirmavit in hunc qui sequitur modum, videlicet. Ego N. firma fide credo, &c. In quorum fidem, &c. Dat. &c.

FORMVLA LXXXIX.

Acceptationis Alternatiue.

D Rodericus, &c. Beneficium, & gratiam Alternatiue per regulam Cancellariæ Apost. à S. D. N. D. Urbano diuina prouidentia Papæ VIII. nuper concessam & promulgatam Romæ in eadem Cancellaria Apost. debita qua decet reuerentia, & gratiarum actione acceptare volentes, & intendentes, harum serie animum & voluntatem nostram declarantes, præfatam gratiam Alternatiue acceptamus, ac ea vti velle declaramus. In quorum fidem, & testimonium præmissorum præsentibus nostras iuxta præfatæ regulæ dispositionem parentes litteras manu nostra propria subscripsimus, & nostro in simili-bus solito sigillo imprimi, ac per infra scriptum Secretarium nostrum scribi iussimus, & ad R. eiusdem S. D. N. Papæ Datarium transmitti curauimus. Datum, &c. *Ponit Fusi de Visitat. lib. 2. cap. 28. num. 33.*

Quibus missis & recognitis à R. D. Datario solet addi fides, eas fuisse adnotatas in Cancellaria, & posse acceptationem vti Alternatiue, sub hac forma. Pro parte Reuerendissimi D. N. Episcopi N. presentatæ, & recognitæ fuerunt literæ acceptationis gratiæ Alternatiue mensium concessæ à S. D. N. D. Urbano diuina prouidentia Papæ VIII. Episcopis apud suas Ecclesias verè & personaliter residentibus. In quorum fidem, &c. N. Datarius.

FORMVLA XC.

Acceptationis eiusdem Alternatiue.

D Rodericus, &c. Intendentes, & volentes obseruare regulam referuatiuam mensium

Apostol. S. D. N. D. Urbani diuina prouidentia Papæ VIII. necnon frui gratia, & beneficio Alternatiue, Episcopis apud Ecclesias, aut Dioceses suas verè, & personaliter residentibus per eandem regulam concessa. Propterea, humiliter, & debita cum reuerentia, ac omni meliori modo, quo possumus, & debemus, libenter præfatæ Alternatiue gratiam acceptamus, ac ea vti velle declaramus. In cuius voluntatis, acceptationis, & declarationis fidem præsentibus litteras per nostrum Secretarium, & Apostolicum Notarium scriptas nostra manu propria subscripsimus, sigillique nostri soliti impressione muniti fecimus, & illas ad R. D. eius D. N. Papæ Datarium transmittere curauimus, iuxta formam & ad effectum de quibus prædicta Regula. Dat. in adibus nostris, &c. testibus ad præmissa vocatis & præsentibus N. & N. sub die... *Ponit Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gl. 62. in fine.*

FORMVLA XCI.

Acceptationis eiusdem Alternatiue.

D Rodericus, &c. Cum iam diuino munere, vt tenemur, in nostra Ecclesia personaliter residentiamus, habeamusque notitiam regulæ S. D. N. D. Urbani diuina prouidentia Papæ VIII. de Alternatiue gratia acceptanda ab Episcopis apud eorum Ecclesias, seu in eorum Diocesis verè, & personaliter residentibus, vt de omnibus, & quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, secularibus, & Regularibus ad liberam dispositionem, seu præsentationem, vel electionem pertinentibus, quæ in mensibus Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris quomodocumque vacantibus, Episcopi ipsi, sicut præmittitur, residentes, libere disponere valeant, prout in dicta regula latius continetur, cuius exemplum vidimus, & perlegimus, in qua etiam decernitur, vt Episcopo, qui Alternatiue prædictæ gratiam acceptare voluerit, acceptatione huiusmodi per parentes suas litteras, ipsaque ad R. D. eiusdem S. D. N. Papæ Datarium transmittere teneatur: Alternatiue gratiam prædictam per præsentibus litteras parentes omni meliori modo, via, & iure quibus melius, & efficacius debemus, & possumus, cum suis omnibus, & singulis conditionibus, limitationibus, & requisitis, & aliam quam forte successores Summi Pont. concesserint, & publicari fecerint, acceptamus. Et sic has nostras parentes litteras manu nostra signatas, & nostro sigillo munitas, per nostrumque infra scriptum Cancellarium subscriptas, ad R. D. Datarium præfatum, transmitti mandamus. In quorum fidem, &c.

FORMVLA XCII.

Deputationis Vicarij Generalis Episcopi.

Posui supra allegat. 54. num. 56.

FORM

FORMVLA XCIII.

Deputationis Vicarij Generalis à Capitulo Sede vacante.

Posui supra allegat. 54. num. 159.

FORMVLA XCIV.

Edicti pro visitatione Cathedralis.

D Rodericus, &c. Salubre Visitationis munus ad factorum Canonum, & Sacri Concilij Trid. præscriptum ingredi, ac perficere cupientes, congruè fore existimauimus, à nostra Metropolitana Ecclesia incipiendum, &c. Hoc igitur præsentibus edicto ad omnium notitiam deducimus, nos crastina die diuina adiutrice gratia xi. huius mensis post Missarum solemniam visitaturus dictam nostram Metropolitanam Ecclesiam. Monemus itaque omnes RR. Decanum, Dignitates, Canonicos, Quartanarios, Presbyteros, Clericos, cæterasque personas Ecclesiasticas quocumque nomine nuncupatas, dictæ Ecclesiæ inferuentes, vt præparent se, vel eorum quemlibet ad hanc visitationem recipendam, & ostendant eorum Ordinum Bullas, suorum omnium beneficiorum titulos, dispensationes, statuta Ecclesiæ prædictæ, obligationum onera, inuentarium præterea bonorum, iurium, & reddituum ad eos & eorum Capitulum, & Ecclesiam præfatam quomodolibet spectantia, cum nota distincta instructorum, aliarumque publicarum scripturarum, ac repertorium mobilium, visitationi prædictæ conueniant, & intersint quousque illa perfecta fuerit, sub penis nostro arbitrio reseruatis. Et ne ignorantia causa ab aliquo allegari possit, volumus, præsentibus has nostras litteras in valuis Metropolitanæ prædictæ affigi, vt per affixionem illarum omnes citentur, ac teneantur ac si personaliter moniti, requisiti, ac citati essent. In quorum fidem præsentibus nostras litteras propria manu subscriptas, nostro sigillo muniti iussimus. Dat. Bracharæ Augustæ, &c.

FORMVLA XCV.

Erectionis Confraternitatis.

D Rodericus, &c. Vniuersis, & singulis has præsentibus litteras inspecturis, ac lecturis, Salutem in Domino sempiternam. Significamus, qualiter pro parte R. P. Guardiani, & Fratrum Ordinis N. Ecclesiæ S. N. fuit nobis præsentata supplicatio quedam, ad effectum intus dictam Ecclesiam S. N. construendi, & edificandi Capellam vnam sub invocatione Conceptionis Beatissimæ Virginis, ad honorem omnipotentis Dei, & remissionem peccatorum populi, cum potestate erigendi Confraternitatem, ac librum conficiendi, & in eo adscribendi omnes Confratres dictæ Confratriæ adscribi volentes. Nos enim huiusmodi attendentes supplicationi non esse denegandum assensum, tenore præ-

sentium licentiam concedimus, & impartimur prædicto R. P. Guardiani, & Fratribus eiusdem Ecclesiæ S. N. Ordinis N. erigendi, construendi, & edificandi prædictam Capellam intus præfatam Ecclesiam, sub inuocatione Conceptionis B. Virginis, illamque cum campanili, campanis, cœmeterio, calicibus, patenis, ornamentis, & paramentis Ecclesiasticis in ea existentibus, iuribus, & pertinentiis Ecclesiæ prædictæ, accipiendi, & gaudendi omnibus, & singulis priuilegijs, prærogatiuis, immunitatibus, exemptionibus, indulgentiis, indultis, & gratiis solitis, & consuets, ac etiam à nobis concedendis, scilicet quadraginta diebus indulgentiarum, si quos habet tam Capella ipsa, quam prædicta Confratria, & in prædictis, & circa prædicta nostrum assensum pariter, & consensum impartimur. Mandantes prædictis omnibus, & singulis Abbatibus, Vicariis, Rectoribus, Presbyteris, & Clericis nostræ iurisdictioni subiectis, sub pena excommunicationis, qualiter prædictum R. Guardianum, & Fratres circa præsentem erectionem, ac constitutionem dictæ Capellæ Confraternitatis construendæ intus prædictam Ecclesiam non impediant, & molestent; & qui in dicta die præsentibus erunt, gaudeant præsentibus indulgentiis à nobis concessis. Imò omne auxilium, consilium, & fauorem præstent, amoto exinde quolibet alio illegitimo detentore, prout nos per præsentibus amouemus. Contradictores quoque, & rebelles per censuras Ecclesiasticas compescendo. In quorum omnium, & singulorum fidem, &c.

FORMVLA XCVI.

Assensus erigendi Confraternitatem.

VT diuinus cultus, & CHRISTI fidelium deuotio quotidie magis, ac magis in Oppido N. huius Bracharen. Diocesis augeatur, concedimus petitam licentiam, vt super vno ex altaribus Parochialis Ecclesiæ S. N. erigi possit Confraternitas sub inuocatione S. N. accedente tamen, & saluo semper S. D. N. diuina prouidentia Papæ N. Sanctæ Sedis Apostolicæ auctoritate, consensu, & beneplacito, &c.

FORMVLA XCVII.

Assensus creandi, seu fundandi Hospitalis.

D Rodericus, &c. Viso supradicto Memoriali nobis porrecto super creatione, seu fundatione faciendâ cuiusdam Hospitalis in Oppido N. huius nostræ Diocesis, dictæ fundationi, & creationi nostrum consensum, assensum, & beneplacitum præstamus, extra tamen præiudicium iurium Episcopali, & Ecclesiæ Parochialis, intra cuius fines erigetur, eique sic erecto omnia priuilegia, immunitates, & exemptiones impartimur, quæ alijs Hospitalibus de iure competunt, cum facultate construendi altare, seu Capellam ad effectum celebrandi, iuxta mentem testatoris, necnon campanilia extruendi, & campanas retinendi, & præ-

reca sepulturam ædificandi, pro factore, eiusque hæredibus, & successoribus, eiusdemque Hospitalis, bonorum, & introitum magistrum, & administratorem constituimus oratorem, eiusque hæredes, & successores, quatenus iuris fuerit, qui debeant facere inuentarium dictorum bonorum, & introitum, atque promittere, & iurare in manibus nostris, & successorum nostrorum, de vtilia faciendò, & inutilia prætermittendo, rationemque de administratis fideliter reddendo nobis, & successoribus nostris pro tempore, seu aliis de nostro, seu successorum nostrorum ordine, singulis annis, & toties quoties nobis videbitur, cum reliquorum restitutione. In quorum fidei, &c.

FORMVLA XCVIII.

Monitorialium ad finem reuelationis pro rebus deperditis.

D Rodericus, &c. Vniuersis, & singulis RR. DD. Abbatis, Priuilegiis, Plebanis, Rectoribus, Vicariis perpetuis, Capellanis, Clericis, & Officialibus, quarumcumque Ecclesiarum per Ciuitatem, & Diocesim Bracharen. Salutem, & mandatorum nostrorum Obedientiam. Expositum nobis nuper est per N. loci N. quod nonnulli iniquitatis filij, quos profusus ignorat, census, terras, domos, possessiones, bona mobilia, & immobilia, scripturas publicas, & priuatas, fidem tamen facientes, ac iura, necnon pecuniarum summas, auri, & argenti quantitates, iocalia, domusque suppellectilia magni momenti, ad prædictum exponentem, seu alios legitime spectantia subtraxerunt, ac temerè occuparunt, eaque malefiosè occultasse, & occultè, ac indebitè detinere præsumpserunt, & præsumunt; ex quo exponenti grauius damna valorem quinquaginta scutorum excedentia, nequiter intulerunt, in animum suarum periculum, & prædicti exponentis non modicum detrimentum; super quibus petitum fuit per nos de Ecclesiastico remedio prædideri. Quapropter vobis omnibus, & singulis supradictis, ac vestrum cuiuslibet in virtute Sanctæ obediencie damus in mandatis, quatenus ad binum instantiam supradicti exponentis in vestris Ecclesiis coram populo in eis ad diuina audienda, seu alias legitime congregato, ipsum populum, ac omnes bonorum, & rerum huiusmodi detentores, ac illorum celatores, ac alias scientiam habentes, ac damnorum illatores occultos ex parte nostra publice moneatis, & requiratis, vt infra terminum quindecim dierum à die primæ monitionis nostræ huiusmodi incipientium, quorum quinque dies pro tertio, vltimo, & peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus, & vos assignetis eisdem, dicto exponenti supradicta indebitè occupata, & detenta restituant; occultatores verò, & illa scientes reuocent, & si id infra dictum tempus non adimpleuerint, ex nunc contra eos generalem excommunicationis sententiam in forma Ecclesiæ consueta proferatis. In quorum fidei, &c. Dat. Bracharæ Augustæ, &c.

Facta monitione inter Missarum solemnia vulgari lingua iuxta formam Monitorialis huiusmodi tribus Dominicis continuis, nulloque reuelante, solet vltimus concedi licentia fulminandi seruata forma in Synodo celebrata.

FORMVLA XCIX.

Deputationis Vicarij foranei.

D Rodericus, &c. Dilecto nobis in CHRISTO R. N. Cupientes in oppido N. nostræ Diocesis de idonea persona providere, quæ Vicariatus foranei officium in omnibus ad huiusmodi munus spectantibus benignè pro totius Cleri, & populi quiete, & salute, exercere possit, non valentes propter ardua, variaque negotia, ac distantiam locorum, Nos & Vicarius noster generalis, personaliter vbique locorum, prout optaremus interesse, propterea de tua consili fide, prudentia, probitate, & integritate, auctoritate qua fungimur, in prædicto oppido te in Vicarium foraneum cum omnibus honoribus, oneribus, emolumentis, & prerogatiuis in forma solitis & consuetis per præsentem facimus, constituimus, & deputamus ad nostrum beneplacitum. Cum potestate omnes deprauatos mores in personis Ecclesiasticis tibi subditis corrigendi, & emendandi, informationes ad instantiam partis, vel ex officio contra illos, & in crimine concubinatibus, blasphemias, & aliorum spiritualium, vel mixti fori delictorum, etiam contra laicos capiendi, processus formandi, & vsque ad sententiam definitiuam exclusiue in omnibus causis procedendi, illoque formatos ad nos originaliter transmittendi, præcepta Canonice, & Presbyteris, & ceteris Ecclesiasticis personis tibi subiectis sub pœnis tibi bene visis de se ad nos præsentando faciendi, non parentes carcerandi, in causis civilibus vsque ad summam scutorum in exequutiis verò, & in quibus non est tela iudicialia, seu decretum definitum non est interponendum vsque ad quamlibet summam cognoscendi, & terminandi; festiuitates, & alia quæ mandat & præcipit Sancta Mater Ecclesia seruari mandandi, reliquaque omnia faciendi, gerendi, & exercendi, quæ similes Vicarij foranei facere, gerere, & extruere solent. Mandantes omnibus & singulis Canonicis, Presbyteris, Clericis, ceterisque ad quos spectat, vt te in Vicarium foraneum, vt supra recipiant, admittant, recognoscant, & obediant, sub pœna scutorum auri in auro quingentorum, & in subsidium excommunicationis. In quorum fidei has præsentem manu nostra subscriptas, & nostro sigillo solito munitas fieri fecimus. Dat. Bracharæ Augustæ, &c.

FORMVLA C.

[Mandati procura ad impetrandam confirmationem presentationis factæ per Regem nostrum, ad Episcopatum sui Regij patronatus, & ad excipiendas de eo litteras Apostolicas.]

In

IN nomine Domini, Amen. Præsenti publico instrumento cunctis pateat euidenter, & sit notum, quod anno à Natiuitate Domini nostri IESU CHRISTI millesimo, sexcentesimo, &c. indictione N. die verò N. mensis N. Pontificatus autem Sanctissimi in CHRISTO Patris, & Domini N. diuina prouidentia Papæ N. anno eius N. in mei Notarij publici testimonio infra scriptorum præsentia personaliter constitutus Illustrissimus D. Rodericus, &c. & citra quorumcumque suorum procuratorum per eum hætenus quomodolibet constitutorum reuocationem, omnibus melioribus via, iure, modo, & causa, quibus melius, validius, & efficacius de iure potuit, & debuit, fecit, constituit, creauit, & solemniter ordinavit suos veros, certos, legitimos, & indubitatos procuratores, actores, factores, negotiorumque suorum infra scriptorum gestores, ac Nuncios speciales, & generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, & quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequenti, sed quod vnus eorum inceperit, alter verò possit, prosequi, mediare, finire, & terminare, atque ad debitum finem, & effectum perducere, videlicet DD. N. & N. abentes tanquam præsentem, & quemlibet eorum in solidum specialiter, & expressè ad ipsius Illustrissimi Domini constituentis nomine, & pro eo præsentationem, seu nominationem de persona sua ad Archiepiscopatum N. qui de Iuræ patronatus Serenissimi Domini nostri Domini N. Hispaniarum Regis Catholici existit, per Serenissimam Regiam Maiestatem prædictam factam, coram prædicto Sanctissimo Domino nostro Papa, & in suo Consistorio, ac Illustrissimo Datario, seu Vicecancellario, aut persona ad id potestatem habente præsentandum, illamque, & illas confirmari petendum, & instandum, informationes de moribus, & vita, ceterisque qualitatibus ad dicti domini constituentis instantiam desuper assumptas, ceteraque instrumenta necessaria, coram quibus opus fuerit, etiam præsentandum quascumque supplicationes necessarias, & opportunas ostendendum, litterasque Apostolicas prouisionis dicti Archiepiscopatus N. & alias necessarias ad dicti domini constituentis fauorem expediri petendum, & instandum, & in eius animam iurandum, quod in præmissis non interuenit, nec interuenire speratur, fraudus, dolus, simoniæ labes, aut quæuis alia illicita pactio, seu corruptela, & alia iuramenta, quæcumque si necesse fuerit præstandum, ceteraque complendum ad hoc necessaria, & opportuna, ita vt ex defectu mandati præmissa omnia suum effectum sortiri non desinant, Vnum quoque, vel plures procuratorem, seu procuratores loco sui, cum simili, aut limitata potestate substituendum, eumque, vel eos reuocandum, & onus procuratoris huiusmodi in se reassumendum toties, quoties opus fuerit, & ipsis videbitur expedire, præsentem procuratorem nihilominus in suo robore duraturo, & generaliter omnia alia & singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmissis, & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, & quæ ipsemet dominus constituens faceret, & facere posset, si præmissis omnibus, & singulis præsens, & personaliter interesset, etiam si talia forent, que mandatum exigerent magis speciale, quam præsentibus sit expressum. Promittens insuper idem dominus constituens mihi Notario publico Apostolico infra-

scripto, tanquam publicæ, & authenticæ personæ solemniter stipulanti, & recipienti vice, ac nomine omnium, & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum, se ratum, gratum, validum, & quidquid per dictos suos procuratores, & substituendos ab eis dictum, actum, gestum, factum, vel procuratum fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum. Releuans nihilominus ex nunc, & releuare volens eisdem procuratores, ab eisque substituendos, & illorum quemlibet ab omni onere satisdandi, ac iudicio sibi, & iudicatum solui, cum omnibus & singulis clausulis necessariis, & opportunis, sub hypotheca, & obligatione omnium, & singulorum bonorum suorum mobilium, & immobilium, spiritualium, & temporalium, præsentium, & futurorum, ac qualibet alia iuris, & facti renuntiatione, ad hæc necessaria pariter, & cautela. Super quibus omnibus, & singulis præmissis idem dominus constituens sibi à me Notario publico Apostolico infra scripto vnum, vel plura, publicum, seu publica fieri petiit, ac confici instrumentum, seu instrumenta. Acta fuerunt hæc in ciuitate, vel oppido N. sub anno, die, mense, indictione, & Pontificatu quibus supra, præsentibus ibidem pro testibus N. & N. & N. in dicta ciuitate, vel oppido commorantibus ad præmissa vocatis, & rogatis, & dictus dominus constituens mihi notario cognatus suo hic se subscripsit nomine, &c.

FORMVLA CI.

Mandati procura Episcopi nominati per Regem nostrum ad se obligandum de soluendis medijs armatis antiquarum pensionum super Episcopatu auctoritate Apostolica impostarum.

IN nomine Domini, Amen. Præsenti publico instrumento cunctis pateat euidenter, & sit notum, quod anno à Natiuitate, &c. signa cornu el de arriba, personaliter constitutus Reuerendissimus D. N. electus, & præsentatus per Serenissimum D. nostrum Philippum Hispaniarum Regem Catholicum ad Ecclesiam, & Episcopatum N. omnibus melioribus, &c. fecit, constituit, &c. ita tamen quod specialitas, &c. videlicet dominos N. N. &c. specialiter, & expressè ad dictum R. D. constituentem, ipsiusque bona spiritualia, & temporalia, ac fructus, redditus, & proventus dicti Episcopatus N. in ampliori forma Camere Apostolicæ latissime extendenda obligandum ad soluendum omnes, & quascumque pecuniarum summas & quantitates, atque alia quæcumque iura quomodolibet debita, ac debenda, tam Cancellaria, & Camere Apostolicæ, quam illarum officialibus ratione annatarum pensionis, seu pensionum, super fructibus dicti Episcopatus N. reseruata, seu reseruatarum tempore quo, ac in euentum in quem prædictæ pensiones, seu earum aliqua quomodolibet extinguantur, seu vacare censeantur ad fauorem dicti R. D. constituentis, & intra sex menses à die extinctionis, & vacationis huiusmodi, ac desuper quascumque

f 2 scriptu

pturas, ac instrumenta cum clausulis, vinculis, cautelis, & obligationibus necessariis, & opportunis stipulandum, ac stipulari faciendum, & infirmandum, quæ ex nunc, prout ex tunc approbat, & valeat, & ita firma sint, ac si ipse R. D. constituens ea faceret, & stipularet, eisque præsens, & personaliter interesset; iuramenta quæcumque si necesse fuerit in animam ipsius R. D. constituentis præstandum, cæteraque complendum, ad hoc necessaria, & opportuna, ita ut ex defectu mandati præmissa omnia suum effectum sortiri non desinant, vniui quoque, &c. sequatur formam mandati præcedentis, vsque ad finem.

FORMULA CII.

Mandati procure ad consentiendum nouis personibus super Episcopatu imponendis.

IN nomine Domini, Amen, &c. Personaliter constitutus Reuerendissimus Dominus N. electus Episcopus, &c. specialiter, & expressè ad ipsius R. D. constituentis nomine, & pro eo, & in euentu, in quem ac dum & quando prædictus Sanctissimus Dominus noster super fructibus, redditibus, & proventibus mensæ Episcopalis N. ad quam per Serenissimum Dominum nostrum D. Philippum Hispaniarum Regem Catholicum, quæ de iuræ patronatus prædicti Domini Regis existit, præsentatus fuit, nonnullas annuas pensiones ad fauorem personarum per eum nominandarum reseruare, constitucere, & assignare voluerit, tunc, & eo casu, & non alias aliter, neque alio modo, constitutioni, reseruatiõni, & assignatiõni pensionum prædictarum consentiendum, suos assensus, & consensus præstandum, eosque stipulandum, firmandum, ac cum solitis clausulis extendendum & iurandum informæ, litterarumque expeditioni consentiendum, & ad dictarum pensionum solutionem dictum R. Dominum constituentem in ampliori forma Camera Apostolicæ latissime extendenda obligandum, & in eius animam iurandum, quod in præmissis non interuenit, nec interuenire speratur dõlus, simoniæ labes, aut quæuis alia illicita pactio, seu corruptela, & alia iuramenta quæcumque necessarium præsumendam quascumque supplicatiõnes præsentandum, cæteraque complendum, &c. prosequatur resque in finem formatum præcedentium mandatorum.

FORMULA CIII.

Iuramenti cum Bullis ad Episcopum transmissi ad effectum illud emittendi, ante eius consecrationem.

Forma iuramenti. Ego N. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero beato Petro, sanctæque Apostolicæ Romanæ Ecclesiæ, ac Domino nostro, Domino N. Papæ N. suisque successoribus Canonice intrantibus, non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum, seu capian-

tur, aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, vel iniuriæ aliquæ inferantur, quouis quæsitio colore; Consilium verò quod mihi crediturum sunt per se, aut nuntios, seu litteras ad eorum damnum me sciente nemini pandam, Papatum Romanum, & regalia sancti Petri adiutor eis ero ad retinendum, & defendendum contra omnem hominẽ, legatũ Apostolicæ Sedis in eundo & redeũdo honorifico tractabo, & in suis necessitatibus adiuuabo, iura, honores, priuilegia, & authoritatẽ Romanæ Ecclesiæ Domini nostri Papæ, & successorum prædictorum conseruare & defendere, augere, & promouere curabo, non ero in consilio, facto, vel tractatu, in quibus contra ipsum Dominum nostrum, vel eandem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra, vel præiudicialia personæ honoris, iuris, status, & potestatis eorum machinentur, & sic alia à quibuscumque procurari nouero, vel tractari, impediam hoc pro posse, & quanto citius potero commodè significabo eidem Domino nostro, vel alteri per quem ad ipsius notitiam poterit peruenire: regulas sanctorum Patrum, decreta, ordinationes, sententias, dispositiones reseruatiõnes, prouisiones, & mandata Apostolica totis viribus obseruabo, & faciam ab eis obseruari, hæreticos, schismaticos, & rebelles Domino nostro, & successoribus prædictis pro posse persequar, & impugnabo, vocatus ad Synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonicæ præpeditiõne Apostolorum limina singulis quadrienniis personaliter ac per me ipsum visitabo, & Domino nostro ac successoribus prædictis rationem reddam de toto meo pastoralis officio, deque rebus omnibus ad meæ Ecclesiæ statum, ad clerici, & populi disciplinam, animarum denique, quæ meæ fidei creditæ sunt, salutem quouis modo pertinentibus, & vicissim mandata Apostolica prædicta humiliter recipiam, & quam diligentissime exequar. Quod si legitimo impedimento detentus fuero, prædicta omnia adimplebo per certum nuntium ad hoc speciale mandatum habentem de gremio meo Capituli, aut alium in dignitate Ecclesiastica constitutum, seu alias personatum habentem, aut his mihi deficientibus, per diocesanum Sacerdotem, & clero deficiente omnino, per aliquẽ alium presbyterũ secularẽ, vel regularis spectatæ probitatis, & religionis, de supradictis omnibus plene instructũ, de huiusmodi autẽ impedimẽto docebo per legitimas probatiõnes ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinale proponentem in Congregatione Sacri Concilij Tridentini per supradictum nuntium transmittendas, possessiones vero ad mensam meam pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de nouo infeudabo, vel aliquo modo alienabo, etiam cum consensu Capituli Ecclesiæ meæ inconsulto Romano Pontifice, & si ad aliquam alienationem deuenero, pœnas in quadam super hoc edita constitutione contentas: eo ipso incurrere volo, sic me Deus adiuet, & hæc sancta Dei Euangelia, &c. Testimonij huius iuramenti formula adest infra in ordine 107.

FORMULA CIV.

Consecrationis Episcopalis testimonij.

Rodeticus Dei, & Apostolicæ sedis gratia Archiepiscopus N. &c. Vniuersis, & singulis præstes litteras

litteras inspecturis, Salutem in Domino sempiternam. Notum facimus per præsentem, quod nos de mandato, & commissione Sanctissimi Domini nostri Domini N. diuina prouidentia Papæ N. per suas litteras Apostolicas Bullatas, sub datis, &c. & per nos debita cum reuerentia recepto, post præsentationem, & publicationem dictarum litterarum in tali Ecclesia, &c. assistentibus nobis Reuerendissimis Patribus DD. N. & N. Episcopis Reuerendissimum in Christo Patrem D. N. eadem Dei, & Apostolicæ Sedis gratia electum, & confirmatum Episcopum N. (recepto prius ab eo debita fidelitatis iuramento) in Episcopum consecrauimus, nuncque Episcopalis consecrationis eidem præsentem, & humiliter flexis genibus, deuotè recipientem, & acceptantem impediimus, caput, & eius manus oleo, & sancto chrismate unguendo, baculum Pastoralem tradendo, & anulum, ut moris est, digito eius ipsum subarchædo, coronam, seu mitram capiti eius imponendo, chirothecisque eius manus induendo, ipsum ut Episcopum, & Pastorem in sede, seu faldisterio inthronizauimus, cum cæteris aliis ceremoniis in similibus adhiberi solitis, & iuxta formam, & consuetudinem sanctæ Romanæ Ecclesiæ in talibus obseruari consuetas, cooperante nobis gratia Spiritus septiformis. In cuius rei testimonium præsentem litteras fieri, sigillaque nostri iustissimi impressione muniri, ac per Secretarium nostrum infra scriptum referendari. Dat. in tali loco, die, mense, &c. anno, &c. indictione, &c. & Pontificatu, &c. præsentibus ibidem N. N. N. testibus ad præmissa vocatis, & adhibitis, & quamp̃ plurimis aliis discretis viris eidem actui assistentibus, &c.

FORMULA CV.

Mandati procure ad capiendam possessionem alicuius Episcopatus.

IN nomine Domini, Amen. Per hoc præsens publicum procuratoris instrumentum cunctis pateat euidenter, & sit. notum quod nos N. &c. Cum igitur à sanctissimo Domino nostro Domino N. diuina prouidentia Papa N. ad electionem, & præsentationem de nobis factam ab inuictissimo Domino nostro Philippo Rege Catholico de dicto Episcopatu N. per obitum Reuerendissimi Domini N. illius ultimi possessoris (vel per ascensionem, & promotiõnem Reuerendissimi Domini N. illius ultimi possessoris, ad Episcopatum, vel Archiepiscopatum N.) prouisi extiterimus, prout in litteris Apostolicis de super confectis plenius continetur, idcirco omnibus melioribus modo, via, & forma quibus melius, & efficacius de iure possumus, & debemus facimus, constituimus, creamus, nominamus, & solemniter ordinamus nostros veros, certos, legitimos, ac in dubitatos procuratores, actores, factores, nuntios speciales & generales, ita tamen quod specialitas generalitati non deroget, nec e contra, & quod non sit melior conditio primitus occupantis, nec deterior subsequenti, sed quod vnus eorum inceptis, alter verò id prosecui, mediare, & terminare possit, & valeat, atque ad debitum finem, & effectum perducere, videlicet N. & N. & quemlibet eorum in solidum specialiter, & expressè ad nostro nomine, & per nos vigore dictarum Bullarum Apostolicarum in præfata nostræ Cathedralis Ecclesiæ N. & aliarum Ecclesia-

rum Collegiarum dicti nostri Episcopatus, & dignitatis; eiusdemque villarum, præfidiorum, locorum, oppidorum, & pertinentiarum omnium eorundem, tam spiritualis, quam temporalis iurisdictionis possessionem realem, actualem, corporalem, vel qualicumque omnibus priuilegiis, cæremoniis, & gratiis consuetis poni, recipi, induci, ac inductos defendi, petendum, faciendum, & obtinendum, ipsaque possessionem captam, & apprehensam intrandum, ac manuteneri, defendi, & conseruari petendum, etiam faciendum, & procurandum: nec non de obseruandis dictæ nostræ Cathedralis Ecclesiæ, aliarumque Ecclesiarum Collegiarum prædictæ nostræ dignitatis Episcopalis laudabilibus statutis, & consuetudinibus à prædecessoribus nostris obseruari solitis, in nostri animam licitum præstandum iuramentum, & omnia etiam prædictis annexa, connexa, dependentia, & accessoria faciendum, petitionesque, & intimatiõnes, protestatiõnes, & actusque, tam iudiciales, quam extraiudiciales præsentandum, & præstandum, vbi, quando, & quomodolibet visum fuerit, omniaque alia, & singula faciendum, dicendum, gerendum, exercendum, & procurandum, quæ in præmissis necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, & quæ nos ageremus, & faceremus, si præmissis omnibus & singulis præsentem, ac personaliter interessemus, etiam si talia forent, quæ mandatum exigent magis speciale, quam præsentibus sit expressum. Nos enim omnia ea, quæ ad hoc necessaria fuerint prout infera, ac si de verbo ad verbum hæc scripta, & apposta fuissent, reputamus, & habemus, promittentes præsentem Notario publico infra scripto, tanquam publicæ, & authenticæ personæ solemniter stipulanti, vice, ac nomine omnium, & singulorum, quorum interest, intererit, aut interesse poterit quomodolibet in futurum nos ratum, gratum, validum, atque firmum perpetuo habituros totũ id, & quidquid per dictos nostros procuratores actum, dictum, factum, gestum, & procuratum fuerit in præmissis, seu aliquo præmissorum, eleuantes eos ab omni onere satis dandi, iudicio sisti, & iudicatum solui, cum omnibus suis clausulis necessariis, & opportunis, sub hypotheca, & obligatione omnium, & singulorum bonorum nostrorum mobilium, & immobilium spiritualium, præsentium & futurorum, & qualibet alia iuris, & facti renunciatione ad hæc necessaria pariter, & cautela. In quorum omnium, & singulorum fidem præsens publicum procuratoris instrumentum manu nostra subscriptum, & per infra scriptum Notarium, Secretarium nostrum subscriptum, & sub signatum fieri iussimus in ciuitate, vel oppido N. in aedibus nostræ habitatiõnis sub anno Domini millesimo, &c. die verò N. mensis N. præsentibus ibidem N. N. N. &c. testibus ad præmissa vocatis, atque rogatis, & dictus Reuerendissimus Dominus Episcopus N. constituens mihi Notario cognitum, suo se hæc subscripsit nomine.

FORMULA CVI.

Possessionis Episcopatus.

IN nomine Domini, Amen. Anno eiusdem N. indictione N. die verò N. mensis N. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri Domini N. diuina prouidentia Papæ N. anno N. coram venerabilibus, & circumpectis viris, Dominis N. N. N.

Sec. N. Decano, Canonicis, & Capitulo Cathedralis Ecclesie N. carerisque Canonicis, Capitularibus, & personis dictae Ecclesie inibi, & in eadem Ecclesia simul congregatis, & existentibus in loco suo Capitulari ad sonum campanae pulsatae, iuxta usum, & consuetudinem ipsorum hactenus obseruatam vocatis, in mea Notarij publici Apostolici, & restium infra scriptorum ad hoc specialiter vocatorum, & rogatorum praesentia personaliter constitutus dominus N. procurator, & procuratorio nomine R. Patrii Domini Roderici Archiepiscopi N. (prout suo procuratoris. mandato per quoddam publicum instrumentum, sub data, &c. quod ibidem praesentauit, & ostendit, legitimis constat documentis) quasdam litteras Apostolicas prouisionis Archiepiscopus dictae Ecclesiae N. dicto Illustrissimo D. Roderico per praefatum Dominum nostrum Papam gratiose concessit, sub data, &c. quarum tenores propter eorum prolixitatem emitto, ibidem praesentauit, & legi fecit. Quarum quidem litterarum Apostolicarum vigore idem dominus N. procurator nomine quo supra procuratorio, dictos Capitulum, aliasque personas singulares, & capitulares praedictos, quatenus ipsum nomine praefati Illustrissimi Domini Roderici, in, & ad corporalem, realem, & actualem possessionem dictae Ecclesiae, & Archiepiscopatus N. cum omnibus iuribus, & pertinentiis suis, ac oneribus, & honoribus iuxta, & secundum earundem litterarum Apostolicarum, vim, continentiam, & tenorem sub poenis, sententiis, & censuris in eisdem litteris contentis, ponerent, & inducerent, debita cum instantia postulauit. Qui quidem domini de Capitulo, singulaeque personae capitulares praedictae statim supra dictas litteras Apostolicas, vt obedienter filij ad se recipientes, & eisdem obedire volentes, eundem dominum N. procuratorem, in personam dicti Illustrissimi Domini Roderici, in realem, corporalem, & actualem possessionem dictae Ecclesiae, & Archiepiscopatus N. cum decantatione, & solemnitatibus in talibus fieri solitis, & confectis, receperunt, & induxerunt, & in sedo Archiepiscopali in choro, & in loco in Capitulo eiusdem Ecclesiae sedere fecerunt, nec non possessionem audientiae dictae Ecclesiae, quae tenetur modo in tali parte, ac in domum, siue palatium Archiepiscopale N. procuratorem, praedictum nomine, quo supra procuratorio cum solemnitatibus in talibus solitis induxerunt, & eandem domum, siue palatium Archiepiscopale eidem dicto nomine assignarunt, recepto primitus ab eodem domino N. procuratore nomine quo supra, & praestito in manibus mei Notarij publici Apostolici infra scripti in animam dicti Illustrissimi D. Roderici Archiepiscopi corporali iuramento professionis fidei, iuxta

CIRCA HABENDAM SYNODVM DIOECESANAM, IUXTA PONTIFICALE ROMANVM.

EPISCOPI singulis annis quemadmodum à Sacro Concilio Trident. praecipitur, Synodum Dioecesanam habere, & illud anni tempus (hoc est, infra octauam Pentecostes) in hac functione eligere debent, quo impediri minus Parochi possunt ceterique Dioecesanis clerici, & ob dierum longitudinem plura simul negotia expediri, & absolui valeant, ne Ecclesiae Parochorum praesentia diutius careant. Constituto igitur tempore celebrandae Synodi, illud ex ipsius indicatione de more promulgata & affixa publicare debebit in hunc qui sequitur modum.

FORM

sacri Concilij Tridentini decreta, & de obseruandis dictae Ecclesiae statutis; super quibus omnibus, & singulis idem D. N. procurator, nomine quo supra procuratorio, ac sui principalis, siue à me Notario publico Apostolico, vnum, vel plura, publicum, seu publica fieri petiit instrumentum, siue instrumenta. Acta fuerunt haec in ciuitate N. die, mense, anno, in dictione, & Pontificatu quibus supra, praesentibus pro testibus DD. N. N. N. in hac dicta ciuitate residentibus ad praemissa omnia, & singula vocatis pariter, atque rogatis, & dicti DD. Decanus, & N. N. Canonici pro Capitulo, dictisque procurator suis hic se subscriperunt nominibus.

FORMULA CVII.

Testimonij iuramenti ab Episcopo emittendi ante consecrationem.

Beatissime Pater, postquam litteras Apostolicas Sanctitatis vestrae sub plumbo expeditas, sub datis Romae apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini N. die N. Pontificatus N. recepi, in quibus Beatitudo vestra mihi induluit, & mandauit, vt à quocumque maluerim Catholico antistite gratiam, & communionem Apostolicae Sedis habente, assistentibus duobus aliis Catholicis Episcopis, munus consecrationis recipere valerem, & ante dicti muneris receptionem iuramentum sub forma in dictis litteris contenta praestarem, & per meas patentes litteras, meo sigillo munitas, illud per proprium nuntium ad Sanctitatem vestram, & Sedem Apostolicam, quanto citius destinare procurarem, sicque dictis S. V. litteris, & mandatis Apostolicis parendo, iuramentum iuxta formam in eis praescriptam in tali oppido, die, mense, & anno, in manibus R. D. Archiepiscopi N. assistentibus RR. DD. Episcopis N. & N. huiusmodi sub tenore praestiti.

Inferatur hic iuramentum ad litteram prout formuli. 103.

In quorum fidem, & testimonium praesentes meas litteras manu mea subscriptas, & sigillo meo munitas, ac per infra scriptum Secretarium meum referendas, ad effectum praedictum transmittere S. V. curavi, quam Deus Optim. Max. ad multos annos incolumem conseruare, & exaltare dignetur. Dat. in tali oppido, die, mense, & anno, praesentibus pro testibus N. N. N. &c.

N. Archiepiscopus N.

N. Secretarium.]

FORMULA CVIII.

Indictio Synodi Dioecesanae.

DRodericus à Cunha, Dei & Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus ac Dominus Bracharæ Hispaniarumque Primas, &c. Cum pro nostri Archiepiscopalis officij munere, & antiquorum, ac in Sacri Concilij Trident. editorum Canonum obseruatione ad moderandos mores, corrigendos excessus, controuerfias componendas, aliaque à factis Canonibus permiffa Dioecesanam Synodum habere debeamus. Omnibus igitur cuiuscumque Ordinis clericis qui Canonum iure vel Ecclesiasticis Sanctionibus, vel Tridentini Concilij decreto, vel consuetudine, aliaque ratione Synodo praedictae interesse debent, innotra fit huiusmodi celebratio, ne aliqua ignorantia excusari possint; Vniuersos & singulos praedictos per hoc nostrum edictum, quod ad loca solita affigi, & promulgari iussimus, monemus in Domino, eisdemque in virtute sanctae obedientiae, ac sub poenis Sacrorum Canonum à iure constitutis omnino iubemus, vt praestituta die, quae erit... summo mane ad Synodum praedictam, quam in nostra Archiepiscopali Ecclesia celebrauimus super pelliceis mundis, & aliis requisitis conueniant; indeque ne cuiquam discedere liceat, nisi impetrata à nobis facultate sub dictis poenis, vt ope Dei atque auxilio ea pertractemus, ac promulgemus, quae ad animarum salutem, clerique disciplinam, & diuini cultus incrementum, totiusque Dioecesis reformationem pro temporum ratione pertinere, ac spectare censuimus. In quorum fidem, &c. Dat. Bracharæ Augustae, &c.

Prater supra dictam publicam indicationem aliquando Episcopus clerum Dioecesis litteris, & monitionibus certiorum facit, vt scilicet se preparare debeant, ac semoto penitus omni terreno affectu statum Ecclesiarum suarum considerare, & quae illis ad amplificandum diuinum cultum, ac populorum suorum salutem necessaria sunt, adnotare possint. Et antequam Synodus inchoetur, proponatur Tabella, in qua prater Secretarium Synodi, Syndicum, Magistrum ceremoniarum, & alios, qui particularia in Synodo exercere muneris solent, nomina deputatorum quorundam officialium, quibus indigere magis possunt clerici, promulgantur in hac formam:

Admodum R. N. Vicarius generalis, vna cum R. N. & N. &c. audient querelas, si quae deferentur, & absentium exculationes in loco... hora... quotidie, hoc Synodi tempore. Promotor erit N. Syndicus erit N. Secretarius erit N. Magister ceremoniarum N. notarij sunt N. & N. &c.

Summo mane praestituta die... Synodo praedicta interesse debentes in Cathedrali Ecclesia conuenire debent, eo habitu, siue indumento, eoque cultu corporis, qui deceat Ecclesiasticos viros ad iuuandam non minus exemplo, quam opere hanc sacram, & antiquo Ecclesiae sanctae riu obseruatam actionem. Itaque vestes habeant usque ad talos demissas, superpellicea munda, birreta, non autem pileos, coronam in capite qua appareat, & Ordinibus Ecclesiasticis congruentem, barbam & capillos modeste compositos, & cetera quae in aliis Synodalibus constitutionibus decreta sunt, vt muneris & status Ecclesiastici grauitatem, & sanctitatem in omni re pra se ferant.

Vniuersi & singuli praedicti cum Cruce, superpelliceis, almutiis, aliisque consuetis pro vniuscuiusque gradu, & conditione Ecclesiasticis indumentis, ad Archiepiscopalem

les ades se appropinquantes, & Illustrissimum D. Archiepiscopum cappam Pontificiam indutum comitantes, processione riu ad ipsam Ecclesiam pergunt. Eam ingressus Illustrissimus aqua benedicta clerum, vt moris est, aspergit genusex ante Sanctissimum Sacramentum in faldistorio ad id parato paululum orat. Accedit ad Altare maius ubi in alio faldistorio sub umbella similiter parato sedet. Clero interim loca à Magistro ceremoniarum, aliisque deputatis assignantur. Postea Illustrissimus Archiepiscopus surgens incipit Tertiam, & reliqua rama ab ipso, quam ab aliis ministris peraguntur, quae in Pontificali Romano de Missa solemniter Pontificali habentur; Missa vero de Spiritu sancto solemniter celebratur ab Illustrissimo Archiepiscopo. Intra cuius solemniam post Euangelium habetur concio ab aliquo Canonico Cathedralis, seu alio ex clero ad id deputato, & Illustrissimus Archiepiscopus in fine Missae praebet clero Sacram Communionem.

Expleta Missa idem Illustrissimus Archiepiscopus planetam excutit, pluuiale sumit, incipit Antiphona, Exaudi nos, & reliqua prosequitur prout in Pontificali, in ordine ad Synodum celebrandam, hoc est Psalm. Saluum me fac Deus. Orationem adsumas, Orat. Omnipotens. Litanias Orat. Da quaesumus, & Euangelium, vt in libro Pontif. Post haec Illustrissimus Archiepiscopus innotat; Veni Creator Spiritus, vt ibidem Hymno hoc dicto Sedente eodem Archiepiscopo incipit processio Cleri, quae peracta, reuersi omnes ad Ecclesiam Cathedrali in locis sibi assignatis sine strepitu, & tumultu sedent, vniuersi spiritu Deum rogantes, vt Synodalem actionem sine gratia fauore prosequi dignetur, & Illustrissimus Archiepiscopalit pluuiali & stola indutus cum Mitra sedens in faldistorio ante medium Altaris habet sermonem, iuxta commendans.

Quoniam verò veteris instituti solemnique ritus est in huiusmodi Synodali conuentu pro publicis rebus orationem fieri, idem in omni prece, & à Sacerdotibus, praesertim in Missae Sacrificio his Synodalibus diebus ad Deum orationem adhiberi edicimus; Pro S. D. N. D. Urbano diuina prouidentia Papa VIII, pro Serenissimo Rege nostro Philippo, pro pace & concordia inter Principes Christianos, pro omni ministerio nostro Episcopali, praesertim in hac reu Synodali tractatione, pro Christianae disciplinae, Cleri, populi que conformatione, & progressionem in ciuitate, & Dioecesi nostra, pro ministris nostris quos in huius Ciuitatis, & Dioecesis nobis commissa culturam adhibemus.

Postmodum Archidiaconus ad eundem Archiepiscopum accedens genuflexus accipit decreta Concilij Tridentini, & alta voce e suggestu legit decretum Concilij Trident. sess. 24. de reformat. cap. 2. de Synodo celebranda in haec verba:

Prouincialia Concilia, sicubi omiffa sunt pro moderandis moribus, corrigendis excessibus, controuerfias componendis, aliisque ex Sacris Canonibus permiffis renouentur, &c. Synodi quoque Dioecesanae quotannis celebrentur, ad quas exempti etiam omnes, qui aliis cessante exemptione interesse deberent, nec Capitulis generalibus subduntur, accedere teneantur, ratione tamen Parochialium, aut aliarum secularium Ecclesiarum etiam annexarum debeant ij qui illarum curam gerunt, quicumque illi sint, synodo interesse. Quod si in his tam Metropolitanis, quam Episcopis, & alij supra scripti negligent fuerint, poenas sacris Canonibus sancitas incurrant. Hactenus Concil. Trident.

Tum legi sequentia decreta.

DE

Decretum quod in Synodo nulli praeiudicetur in sedendo.

Decernimus, & statimus si cui in hanc Synodum admisso contigerit suo loco non incedere, aut alium quempiam actum in eo gerere, non idem cuiquam ius acquiri, aut acquisitum esse, nihilque de huiusmodi iure, aut possessione detrahi, sed omnia in eodem statu permanere, in quo ante hanc Dioecesanam Synodum reperiebantur.

Idem Archidiaconus legit, dicens:

Decretum de querelis, & excusationibus audiendis.

Statuimus item, & decernimus, ne singulorum causae grauiorum rerum cursum impediatur, aut retardentur, ut si qui erunt, qui accusationes, & querelas deseruerint, aut etiam absentium excusationes ad nos missas, exponant Reuerendis N. N. & N. quos ad id iudices deputauimus.

Idem Archidiaconus legit, dicens:

Decretum ut presentes in Synodo sua nomina describi curent.

Item ut eos qui ob contumaciam, aut negligentiam huic Synodo non interfuerunt, facilius cognoscamus, ipsosque penitus a Sacris Canonibus impunctis subiciamus, praecipimus, & monemus omnes & singulos qui in hac Synodo iure interfuerint, ut infra biduum proximum, nomina sua ab eiusdem Synodi notariis deputatis describi curent.

Tunc unus ex notariis pronuntiabit, alia voce, dicens:

Monentur omnes, qui in hac Synodo iure interfuerint, ut nomina sua hodie deferant ad nos Notarios deputatos, ut die crastina vocari possint.

Successiue Promotor pro legendis decretis S. Concilij Tridentini de professione Fidei emittenda, & de residentia instantiam facit in hunc qui sequitur modum.

Illustrissime & Reuerendissime Domine: Causa Sacrosancta Tridentina Synodus, ut omnes qui in posterum beneficia Ecclesiastica fuerint assequuti, & qui in Synodo Dioecesana conuenire debent, in ea Synodo, quae primo quoque tempore celebrabitur, certum iuramentum recipiat, profiteantur, & praesent, prout illa Tridentina Sanctio expressum est. Decernit praeterea, ut non modò Patriarchae, Archiepiscopi, & Episcopi in suis Cathedralibus Ecclesiis residere debeant, verum id ipsum etiam mandat seruari per Parochos, ac alios inferioris Ordinis Chori seruitio, & quotidianae residentiae obstrictos, & eisdem generis decreta in Conciliis Prouincialibus, & Episcopalibus publicari praecipit. Quocirca nos N. & N. huius Synodi Promotores, humiliter petimus, & requirimus, Decreta dicti Concilij circa Fidei professionem, & residentiam disponentia, necnon & Constitutionem felicis record. Pij IV. quae incipit *Iniunctum*, ex suggestu legi, atque ad illorum praescriptum, ab iis qui conueniunt, omnia, & singula praestari.

Post haec Archidiaconus prosequitur legens, & dicens:

Decretum de professione Fidei ex Concilio Tridentino, sess. 25. de reformat. cap. 2.

Cogit temporum calamitas, & inualescentium haeresum malitia, ut nihil sit praetermittendum, quod ad populorum aedificationem, & Catholicam Fidei praesidium videatur posse pertinere. Praecipit igitur Sancta Synodus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & omnibus aliis, qui de iure vel consuetudine in Concilio Prouinciali interesse debent, ut ipsa prima Synodo Prouinciali post finem praesentis Concilij habenda, ea omnia & singula, quae ab hac Synodo definita & statuta sunt, palam recipiant, necnon veteram obedientiam Summo Romano Pont. spondeant, & profiteantur, simulque haereses omnes à Sacris Canonibus, & generalibus Conciliis, praesertimque ab hac eadem Synodo damnata, publice derelictur, & anathematizent. Idemque in posterum quicumque in Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, & Episcopos promouendi, in prima Synodo Prouinciali in qua ipsi interfuerint, omnino obseruent. Quod si quis ex supradictis omnibus, quod ablit, renuerit, Episcopi Comprovinciales statim Summum Pont. admonere sub pena diuinæ indignationis, teneantur, interimque ab eiusdem communionis abstineant. Ceteri vero omnes, siue in praesenti, siue in futuro beneficia Ecclesiastica habituri, & qui in Synodo Dioecesana conuenire debent, idem ut supra in ea Synodo, quae primo quoque tempore celebrabitur, faciant, & obseruent, alias secundum formam factorum Canonum puniantur.

Demde idem Archidiaconus subiungit:

Nos D. Rodericus à Cunha, &c. ut supradictum Concilij Tridentini decretum debita executioni mandetur, praecipimus, & mandamus vobis omnibus, & singulis hic praesentibus, qui ea omnia quae in decreto nuper lecto habentur, non adimpleuistis, vel quia à Superiori Synodo absentes, vel ab antecedenti eius celebratione Ecclesiastica beneficia obtinuitis, ut mox ad nos accedatis, & singuli professionem Fidei in manibus nostris emittatis.

Notarij tunc dicunt:

Accedant qui beneficia Ecclesiastica obtinentes, praecedenti Synodo non interfuerunt, & qui post Synodum eandem praecedentem beneficia Ecclesiastica obtinuerunt.

Notarij ipsi eos nominatim singulos vocant, qui omnes genuflexi ante Illustrissimum Archiepiscopum uno alta voce praegente, & ceteris ad verbum quae ipse praegit, alia voce repetentibus, professionem faciunt iuxta formam Constitutionis Pij IV. incip. Iniunctum, &c. in haec verba.

Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quae continentur in Symbolo Fidei, quo Sancta Romana Ecclesia vtitur, videlicet, Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem, factorem Caeli, & terrae, visibilium omnium, & inuisibilium. Et in vnum Dominum Iesum Christum filium Dei unigenitum; & ex Patre natum ante omnia secula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt; qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de Caelis, & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria

Virgine,

Virgine, & homo factus est; Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus, & sepultus est: Et resurrexit tertia die secundum scripturas; & ascendit in Caelum, sedet ad dexteram Patris; & iterum venturus est cum gloria iudicare viuos, & mortuos, cuius Regni non erit finis: & in Spiritum sanctum Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, filioque procedit; qui cum Patre & filio simul adoratur & conglorificatur, qui loquutus est per Prophetas: & vnam, Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor vnum Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto Resurrectionem mortuorum: & vitam venturi seculi. Amen. Apostolicas, & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiae obseruationes, & Constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet Sancta Mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto, nec eam unquam, nisi iuxta vniuersum consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profiteor quoque seipsum esse verè & propriè Sacramenta nouae legis à IESU CHRISTO Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptisma, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam Vnctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre: & ex iis Baptisma, Confirmationem, & Ordinem sine Sacrilégio reiterari non posse. Receptos quoque & approbatos Ecclesiae Catholicae ritus in supradictorum omnium Sacramentorum solemnè administratione recipio, & admitto. Omnia & singula, quae de peccato originali, & de iustificatione in Sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector, & recipio. Profiteor pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium Sacrificium pro viuis, & defunctis, atque in sanctissimo Eucharistiae Sacramento esse verè, & realiter, & substantialiter corpus & sanguinem vnà cum anima & diuinitate Domini nostri IESU CHRISTI, fierique conuersionem totius substantiae panis in Corpus, & totius substantiae vini in Sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia Transsubstantialem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum summi. Constante teneo Purgatorium esse, Animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuari. Similiter & Sanctos vnà cum Christo regnantes venerandos, atque inuocandos esse, eoque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum Reliquias esse venerandas. Firmissimè assero, imagines CHRISTI, ac Deiparae semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impartendam. Indulgentiarum etiam potestatem à CHRISTO in Ecclesia relictam fuisse; illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam, Catholicam, & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum Matrem, & magistrum agnosco, Romanoque Pontifici Beati Petri Apostolorum Principis successori, ac IESU CHRISTI Vicario, veram obedientiam spondeo, ac iuro. Cetera item omnia à sacris Canonibus, & auctoritatibus Concilij, ac praecipue à Sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipio, atque profiteor; simulque contraria omnia, atque

haereses quascumque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas ego pariter damno, reicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quam nemo saluus esse potest; quam in praesenti sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram, & inuiolatam, vsque ad extremum vitam spiritum constantissimè (Deo adiuuante) retinere, & confiteri, atque à meis subditis, vel illis, quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & praedicari, quantum in me erit, curaturum.

Post lectam hanc formam professionis Fidei singuli in manibus eiusdem Archiepiscopi iuramentum emittunt, in hunc modum.

Ego N. recipio, promitto, spondeo, profiteor, detestor, anathematizo, voueo, & iuro, ut in decreto, & formula professionis Fidei ex Bulla modo lectis, singula singulis referendo. Sic Deus me adiuuet, & haec Sancta Dei Evangelia.

Peracta professione Fidei idem Archidiaconus prosequitur, legens alia decreta, videlicet:

Decretum sacri Concilij Tridentini de Residentia sub Paulo III. sess. 6. de reformat. cap. 1.

Eadem Sacrosancta Synodus, & infra. Omnes Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis quibuscumque quouis nomine ac titulo praefectos monet, & monitos esse vult ut attendentes sibi, & vniuerso gregi in quo Spiritus sanctus posuit eos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo; vigilant sicut Apostolus praecipit, in omnibus laborent & ministerium suum impleant; Implere autem illud se nequaquam posse sciant, si greges sibi commissos mercenariorum more deserant, atque ouium suorum, quatum sanguis de eorum est manibus à supremo Iudice requirendus, custodia minime incumbant. Cùm certissimum sit, non admitti Pastoris excusationem, si lupus oues comedit, & Pastor nescit. Ac nihilominus, quia nonnulli (quod vehementer dolendum est) hoc tempore reperiuntur, qui propriae etiam salutis immemores terrenaque celestibus, ac diuinis humana praeferebant, in diuersis Curijs vagantur, aut in negotiorum temporalium sollicitudine, ouili derelicto, atque ouium sibi commissarum cura neglecta, se detinent occupatos: Placuit Sacrosanctae Synodo antiquos Canones, qui temporum, atque hominum iniuria penè in defuetudinem abiierunt, aduersus non residentes promulgatos innouare, quemadmodum virtute praesentis decreti innouat, ac vterius pro firmiori eorundem residentia, & reformandis in Ecclesia moribus, in hunc qui sequitur modum statuere atque sancire. Si quis à Patriarchali, Primatiali, Metropolitana, seu Cathedrali Ecclesia sibi quo cumque titulo, causa, nomine, seu iure commissa, quacumque ille dignitate, gradu, & praeceminentia praefulgeat, legitimo impedimento, seu iustus, & rationabilibus causis cessantibus, sex mensibus continuis extra suam Dioecesim morando, abfuerit, quarta partis fructuum Ecclesiae applicandorum poena ipso iure incurrat. Quod si per alios sex menses in huiusmodi absentia perseverauerit, aliam quartam partem fructuum similiter applicandam eo ipso amittat. Crescente vero contumacia, ut seueriori Sacrorum Canonum censura subiiciatur,

g Metrope

Metropolitanus Suffraganeos Episcopos. abfentes, Metropolitanum verò abfentem Suffraganeus Episcopus antiquior. residens pœna interditi ingressus Ecclesie eo ipso incurrenda infra tres menses per litteras, seu nuncium Romano Pont. denunciarè teneatur, qui in ipsos abfentes, prout cuiusque maiori, aut minor. contumacia exegerit, supremæ Sedis auctoritate animaduertere, & Ecclesiis. ipsis. de Pastoribus utilioribus prouidere poterit, sicut in Domino nouerit salubriter expedire. Idem Archiepiscopus prosequitur, dicens:

Decretum Sacri Concilij Trident. de residentia sub Pio. IV. sess. 23. de reformat. cap. 1.

Cum præcepto dñi mandatum sit omnibus, quibus animarum cura commissa est, quos suas cognoscere, &c. vsque in finem.

Tum si qua alia decreta. amplius videbuntur, aliqua occasione ex eodem Sacro Concilio. afferenda, aut Constitutiones Apost. post decretum de residentia, locus esse solet, vt promulgentur.

Si in mane nihil aliud agere duxerit Illustriss. Archiepiscopus, poterit indici continuatio sessionis.

Instantia Promotoris pro continuatione sessionis.

Illustrissime, & Reuerendissime Domine. Cum hæc in hac sancta Synodo tractanda sunt hoc mane expediri nequeunt, illud propterea ab Amplitudine tua peto & iusto, vt continuandam esse sessionem ordinem.

Indictio continuationis sessionis.

Reuerentissimus, & indicimus continuationem huius sessionis fore hodie hora.

Instantia Promotoris pro rogatu.

Ego N. huius Synodi Promotor rogo te N. vt de omnibus & singulis hæctenus peractis, vnum, vel plura. conficias instrumenta. Responsio. Notarij. Conficiam.

Rogatus Notarij.

Hæc omnia peracta fuerunt publica sessione vt supra; adhibitis etiam testibus Reuerendis N. & N. huius Cathedralis Canoniceis.

CONTINUATIO SESSIONIS PRIMI DEI.

Prandio facta hora indicta sono campana comitatus Illustrissimus Archiepiscopus vt supra ab vniuerso Clero, & peroratis Orationibus, vt in Pontificali, prosequitur actionem Synodalem.

Fit instantia à Promotore pro eligendis examinatribus, & indicibus Synodalibus, in hunc qui sequitur modum.

Illustrissime, & Reuerendissime Domine. Quod sanctissime Sacrosancta Tridentina Synodus peculiariibus decretis sancit, vt viri Ecclesiastici tales in hac Synodo Diocesana proponantur tum pro Examinatorum officio, tum pro iudicum causarum munere obeundo, ad præscriptum Constitutionis felicis record. Bonifacij Papæ VIII. illud vt ab Amplitudine tua, & ab hac Sancta Synodo executioni mittatur, & huiusmodi Examinatores, atque iudices probentur, vehementer requiro, & insto. Ego N. ciuismodi Synodi Promotor.

Tunc Archidiaconus prosequitur, & legit.

Decretum Sacri Concilij Trident. de eligendis Examinatoribus ad Parochiales Ecclesias sess. 24. de reformat. cap. 18.

Expedit, & insto. Examinatores autem singulis annis in Diocesana Synodo ab Episcopo, vel eius Vicario ad minus sex proponantur, qui Synodo satisfaciant, & ab ea probentur. Aduenienteque vacatione cuiuslibet Ecclesie, tres ex illis eligat Episcopus, qui cum eo examen perficiant; indeque succedente alia vacatione, aut eosdem, aut alios tres quos maluerint, ex prædictis illis sex eligat. Sint vero hi Examinatores Magistri, seu Doctores, aut licentiarum in Theologia, aut iure Canonico, vel alij clericici, seu Regulares, etiam ex Ordine Mendicantium, aut etiam seculares, qui ad id videbuntur magis idonei, iurentque omnes ad Sancta Dei Evangelia se quacumque humana affectione postposita, fideliter manus executuros, caueantque ne quicquam prore sus occasione huius examinis, neciant, nec post accipiant, alioquin simoniæ vitium tam ipsi, quam alij dantes incurant, à qua absolui nequeant, nisi dimissis beneficiis, quæ quomodocumque etiam ante obtinebant, & ad alia in posterum inhabiles reddantur. Et de his omnibus, non solum coram Deo, sed etiam in Synodo Prouinciali, si opus erit, rationem reddere teneantur, à qua si quid contra officium eos fecisse compertum fuerit, grauius eius arbitrio puniri possint, &c.

Subiungit idem Archidiaconus:

Nos igitur D. Rodericus à Cunha, &c. hoc decretum exequi cupientes proponimus vobis ad huiusmodi examinandi munus, & in Examinatores N. N. N. N. N. N. Illud autem vos omnes hortamur in Domino, & obsecramus, vt Examinatores sine vlllo affectu probetis, sicut nos illos pro Pastoralis nostræ vigilantia sine aliquo affectu proposuimus.

Propositis sic Examinatoribus Archidiaconus interrogat Synodum his verbis:

Placent ne vobis Examinatores?

Secretarius autem accipit vota à Synodo, & dicit: Si quis est, cui non placeant, allurgat, & ad Illustrissimum Archiepiscopum accedat.

Promotor tunc instat pro publicandis examinatorum nominibus in hæc verba:

Illustrissime & Reuerendissime Domine, Actionis Synodalis, & Sacri Concilij Trident. ratio postulat, vt iam nomina examinatorum ab hac Sancta Synodo probatorum de suggestu publicentur, & vt ipsi Examinatores iuramentum ad præscriptum eiusdem Concilij præstent. Quapropter ego N. huius Synodi Promotor illud ab Amplitudine tua peto, & enixe insto, vt eos omnes & singulos iam publicari faciet, & vt debitum iuramentum præstent, suo decreto obstringat.

Publicantur sic Examinatores annuente Illustrissimo Domino:

Examinatores modo in hac sacra Synodo propofiti, & nominati maiori suffragiorum parte sunt hi, &c. & nominantur.

Tunc illi, qui denunciati sunt examinatores, & præfentes adfunt, non pauciores, quam sex, neque plures quam viginti, singuli vocati à Magistro ceremoniarum, & deducti in manibus Illustrissimi Archiepiscopi iuramentum præstant in hunc modum:

Ego N. deputatus in præfente Synodo examinatore eorum, qui eligentur ad Parochiales Ecclesias, iuro, me fideliter hoc examinandi munere perfuncturum, reiecto omni humano respectu. Ita me Deus adiuuet, & hæc Sancta Dei Evangelia.

Sequitur vero idem Lector & suggestu, & legit:

Decretum sacri Concilij Trident. de eligendis quibus committantur cause, sess. 25. de reformat. cap. 10.

Quoniam ob malitiosam petentium suggestionem, & quandoque ob locorum longinquitatem, personarum notitia, quibus causæ mandantur, vsque adeo haberi non potest, hincque interdum Iudicibus non vndequaque idoneis causæ in partibus delegantur, statuit sancta Synodus in singulis Concilijs Prouincialibus, aut Diocesanis aliquot personas, quæ qualitates habeant iuxta Constitutionem Bonifacij VIII. quæ incip. Statutum, & alioquin ad id aptas designari, vt præter Ordinarios locorum, iis etiam posthac causæ Ecclesiasticæ, ac Spirituales, & ad forum Ecclesiasticum pertinentes in partibus delegandæ committantur. Et si aliquem interim ex designatis mori contigerit, substituat Ordinarius loci cum consilio Capituli alium in eius locum, vsque ad futuram Prouincialem, & Diocesanam Synodum, itaut habeat vnaquæque Diocesis quatuor saltem, aut etiam plures probatas personas, ac vt supra qualificatas, quibus huiusmodi causæ à quolibet legato vel Nuncio, atque etiam à Sede Apostol. committantur: alioquin post designationem factam, quam statim Episcopi ad Summum Romanum Pont. transmittant, delegationes quæcumque aliorum Iudicum aliis quam his factæ, subreptitiæ censentur, &c.

Postea subiungit Constitutionem Bonifacij VIII. quæ est cap. 11. de re script. lib. 6.

Statutum, & infra. Sancimus igitur vt nullis, nisi dignitate præditis personatum obtinentibus, seu Ecclesiarum Cathedralium Canoniceis, causæ auctoritate litterarum Sedis Apost. aut legatorum eiusdem de cetero committantur, nec audiantur alibi, quam in ciuitatibus, vel locis insignibus, vbi pos-

sit commodè copia peritorum haberi, &c.

Deinde legi potest Constitutio felicis record. Gregorij XV. de Conservatoribus, quæ habetur supra Alleg. 11.

Sequitur Archidiaconus:

Nos igitur D. Rodericus à Cunha, &c. vt prædictæ Constitutiones executioni mandentur, deputamus, & nominamus in Iudices N. N. N. N. & N. Canonicos, &c. vt ex iis omnibus illos delegari per vos liceat, qui Synodo satisfaciant, & probati sint, &c.

Propositis sic Iudicibus Archidiaconus ita Synodum interrogat:

Placent ne vobis Iudices modo propofiti, & nominati?

Subiungit notarij; Si quis est, cui non placeant, accedat ad Illustrissimum Archiepiscopum.

Eorum, quorum interest, Suffragijs probati huiusmodi Iudices Synodales, fit instantia per Promotorem de illis euulgandis, in hunc modum.

Vt Synodaliū actionum promotio, & progressio pro nostri muneris ratione rectè atque ordine fiat: Ego N. Promotor illud peto, & insto, vt Iudices ex auctoritate vestra Synodo propofiti, & nominati, ac omnium, quorum interest, suffragijs sequatis, iam demum, vt moris est, de suggestu deuulgentur.

Tunc ita fit euulgatio Iudicum:

Iudices in Synodum relati, & eorum, quorum interest, suffragijs maiori parte probati sunt N. N. N. &c.

Hæc peractis, cum iam dies declinet, priusquam fiat instantia pro continuatione sessionis, promulgatur decretum de non discedendo à ciuitate, nec à Synodalibus sessionibus, in hanc formam:

Vniuersis præterea, & singulis, qui huic Synodo iure interesse debent, pœna excommunicationis propofita, veramus ne vestram aliquis antequam hæc nostra Diocesana Synodus de more absoluta, ac dimissa sit, discedat ab hac Ciuitate, facultate sibi à N. non concessa, nec à sessionali loco, nisi absoluta sessione, aut necessaria de causâ, sed huic Synodo, & quibuscumque sessionibus, aut conuentibus, qui indicentur, interesse debeatis.

Deinde fit instantia Promotoris, & accusatio contumacia contra abfentes, in hunc modum:

Illustrissime & Reuerendissime Domine. Cum hæc dies... transierit, qua omnes, & singuli Ecclesiastici Ordinis homines huius Ciuitatis & Diocesis legitime per publicum edictum moniti, huic Synodo iam præfentes adesse deberent: cumque multi non paruerint, sed vsque adeo vel negligentes, vel contumaces fuerint, vt neque præfentes adfint, nec verò iusti impedimenti exculpationem, causamve, aut nuncium miserint, ideo pro muneris mei officio, Ego N. huius Synodi Promotor eorum contumaciam accuso, hocque apud Amplitudinem tuam insto, vt citationem valis huius Cathedralis Ecclesie assignandam committat, & cum eidem tanquam inobedientibus agi iubeat, prout iuris est, & sacrorum Canonum ratio postulat.

Resp. Admittimus, committimus, & decernimus. Postea fit instantia Promotoris pro indicatione secundæ sessionis in hanc formam:

Illustrissime & Reuerendissime Domine. Cum ea, quæ in hac Sancta Synodo tractanda sunt, in ista sessione expediri nequeerint, illud propterea insto ab Amplitudine tua, vt alteram sessionem indicet.

Promulgatur decretum intimationis sequentis sessionis, in hunc modum:

Nos D. Rodericus, &c. statuimus, & mandamus proximam sessionem die crastina iuante Deo

hora... hoc eodem loco celebrandam esse, eamque indicimus vniuerso clero ciuitatis, & Diocesis nostrae, &c.

Promotor deinde instat pro rogatu in hunc modum: Ego N. huius Synodi Promotor rogo te N. vt de omnibus, & singulis hactenus peractis vnum, vel plura conficias instrumta. *Resp. Notarius.* Conficia. Rogatus notarij. Hæc omnia peracta fuerunt publica Selsione, vt supra adhibitis etiam testibus R.R. N. & N. huius Cathedralis Ecclesie Canonicis.

Demum Illustrissimus Archiepiscopus solemniter benedicit, & Sessionem primam dimittit. Pontificalia vero indumenta exuens, sumit cappam, & reuertitur comitatus cum Capitulo & Clero.

SECUNDA DIE SESSIO II.

Illustrissimus Archiepiscopus ad Ecclesiam Cathedrali Metropolitana se conferit, vt supra in prima die. Ipse non celebrat Missam Pontificalem ne longior assidat, quam temporis angustia patimur. Celebrat Canonicus Metropolitanæ solemniter, presens adest Archiepiscopus sub umbella ad id parata, & cappa Pontificali indutus. Post Euangelium in medio Missæ habetur concio ab aliquo Canonico, vt supra. Peracta Missa, Illustrissimus Archiepiscopus induit pluviale, atque cum assistentibus pariter indutus ad Altare procedit, vbi prosequitur omnia, que sunt in Pontificali libro de ordine Synodi celebrande in secunda die vsque ad Hymnum, Veni Creator Spiritus, inclusiue. Processio non fit secunda die. His expleto Illustrissimus Archiepiscopus habet sermonem ad clerum. Post quem accedit ad eum Archipresbyter, siue alius deputatus Canonicus Metropolitanæ, & genuflexus accipit librum Decretorum, ascendit suggestum, vbi legit Constitutiones aliquas Summorum Pontificum alias non promulgatas.

Promotor vero instantiam facit pro eligendis testibus Synodalibus, & punctatoribus in hunc modum:

Illustrissime & Reuerendissime Domine, Sacris Canonibus cautum est, vt viri aliquot graues & probati deligantur, qui diligenter animaduerant, an aliquid fiat in Vrbe siue Diocesi, quod sit correctione, emendatione ue dignum. Et consuetudine introductam est, vt in singulis Capitulis Punctatores deputentur, qui absentes, & errantes punctent. Ego igitur N. huius Synodi Promotor illud ab Amplitudine peto tua, vt ad huiusmodi munus tales eligat, qui valeant satisfacere.

Decretum de testibus Synodalibus.

Vetus est consuetudo sacris introducta decretis, vt in omnibus Diocesanis Synodis aliquot viri spectari & probati deligantur, qui testes Synodales appellantur, qui diligenter animaduerant, an aliquid in ciuitate & Diocesi corrigendum, emendandumque sit, cognitumque ad nos, aut Vicarium nostrum quotiescumque opus fuerit, fideliter referant, vt scientes spirituales necessitates, & agritudines, facilius remedia comparare possimus. Ideo nos probatum hoc institutum sequari debuimus, & huic officio proponimus eos, quos in hac schedula adnotauimus, quorum nomina minimè diuulganda esse censuimus, vt maiori diligentia & libertate huic

muneris vacare possint.

Forma autem iuramenti ab his testibus Synodalibus secreto prestandi, hæc est.

Ego N. testis Synodalis ab Illustrissimo Archiepiscopo nominatus, promitto, spondeo, & iuro, quod amodò in antea quicquid noui, aut audiui, aut postmodum inquisiturus sum quod contra voluntatem Dei, & rectam Christianitatem in Diocesi, vel regione mihi commissa, factum sit, vel futurum erit si in diebus meis euenerit, tantum vt ad meam cognitionem quocumque modo, si sciuerò, aut indicatum fuerit mihi, Synodalem causam esse, & ad ministerium Illustrissimi Archiepiscopi pertinere, quod ego nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam vllatenus celabo Illustrissimo Archiepiscopo, aut eius misso, cui hoc inquirere iusserit, quandocumque ex hoc me interrogauerit; sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Euangelia.

Decretum de eligendis Punctatoribus.

Edicimus ab vnoquoque ex venerabilibus Capitulis tam nostræ Cathedralis, quam Collegiatarum, eligi Punctatores, qui absentes in libro notent, ac tertio quoque mense ad nos punctationum notulam deferant, & huic officio ex vnoquoque Capitulo proponimus eos, quos in hac schedula adnotauimus, non publicandos, qui secreto etiam ad præscriptam formam debitum iuramentum præstent.

Ego N. Punctatoris officium, quod in nostra Collegiata Ecclesia sancti N. suscepti, per hæc sancta Dei Euangelia iuratus promitto, ac spondeo me fideliter, & sincerè quantum in me est, exequuturum. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

His expeditis, Promotor instat, vt elegantur qui intersint congregationi Seminarij, in hunc modum.

Illustrissime, & Reuerendissime Domine, Sacrosanctum Tridentinum Concilium sess. 23. cap. 18. sanctissimo suo decreto consulens rectè adolescentium institutioni, statuit, vt singula Cathedralia, & diocesis amplitudine certum puerorum ipsius ciuitatis, & diocesis, vel eius provincie si ibi non reperiantur, numerum in collegio ad hoc prope ipsas Ecclesias, vel alio in loco conuenienti ab Episcopo eligendo alere, ac religiosè educare, & Ecclesiasticis disciplinis instituere teneantur, aliaque piè multa sancit, & potissimum, vt eligat duos Canonicos, quorum consilio in iis vtatur, quæ ad puerorum eiusdem seminarij institutionem, disciplinam, moreisque attinent. Et item ad fabricam, & ad mercedem præceptoribus, & ministris soluendam, & ad alendam iuuentutem, & ad alios sumptus, ac alia quæ ad instituendos, vel alendos pueros sunt destinata, decreuit vt Episcopus, sub cuius cura eadem applicata censentur, duos de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligatur, itemque duos de clero Ciuitatis, quorum alterius electio similiter ad Episcopum, alterius vero ad Clerum pertineat, adhibeat in consilium, consultationemve administrationis temporalium huiusmodi. Ego igitur N. huius Synodi Promotor pro exequutione sanctionis huiusmodi, illud ab Amplitudine tua vehementer insto quatenus tales eligere velit, prout Spiritus sanctus suggesterit, qui tanta rei grauitati satisfacere possint.

Decretum

Decretum de eligendis iis ex Capitulo & Clero, qui intersint Congregationibus Seminarij.

Sacra Tridentina Synodus cupiens iuuentutem, & vel à teneris annis ad pietatem, & religionem reformari, sanctissima sanctione decreuit, in singulis Cathedralibus, & iis maioribus Ecclesiis Seminarij Collegia institui, pro quorum recta administratione & regimine, illud etiam præscripsit, vt Episcopus Canonicos duos eligat, prout Spiritus sanctus suggesterit, quorum consilio in iis vtatur, quæ ad puerorum institutionem & disciplinam, moreisque attinent, ac alios duos de Capitulo, quorum alter ab Episcopo, alter ab ipso Capitulo eligatur; duos item de Clero ciuitatis, quorum alterius electio similiter ad Episcopum, alterius vero ad Clerum pertineat, quos in consilium adhibeat administrationis temporalium ipsius Seminarij. Nos itaque huiusmodi decretum exequi volentes, eligimus N. & N. quoad institutionem, & disciplinam ipsorum puerorum. Quò vero ad temporalium administrationem Collegij huiusmodi mandamus, vt iuxta decretum Tridentinum vnum omnino eligatis, & ad nos deferatis, quò in Seminarij congregationibus obeundis illos conuocare possimus.

Indictio continuationis sessionis cum instantia, rogatu, & decreto Illustrissimi Archiepiscopi, fit vt supra in prima die.

CONTINUATIO SESSIONIS SECUNDE DIEI.

Prandio stata hora indicta sono campanæ, comitatus Pontifex vt supra ab vniuerso Clero, & peroratis orationibus, vt in Pontificali libro, prosequitur actionem Synodalem.

Decretum de casibus reseruatis.

Quoniam expedit pro temporum varietate casus reseruatos ab Episcopo aliquando mutari, ideo quo plenius casus nobis reseruatos omnes norint, Tabellam casuum huiusmodi sequentem edicimus, quam ad Concilij Prouincialis præscriptum publicari mandamus.

Tabella casuum reseruatorum hic publicatur.

Decretum de Vigiliis & Festis.

Dierum Festorum, qui in ciuitate, & diocesi nostra, tam ex vniuersali sanctæ Matris Ecclesie mandato, quam de consuetudine huius diocesis seruati debent, tabellam euulgari decernimus. Porrò Parochi tum Festorum huiusmodi, tum vigilarum, & ieiuniorum aliorum dierum obseruantiam sedulo procurent.

Tabella Festorum, & Vigiliarum publicatur.

Decretum de Cathedrali soluendo.

Sacrorum Canonum iure sancitum est, vt in diocessana Synodo à singulis Parochis Cathedrali nomine duo solidi exigantur, idque argumento honoris qui Cathedrali Ecclesie tanquam Matrìci à cæteris Parochialibus Ecclesiis tribui debet. Quæ summa licet fortasse per longissimum temporis spatium à Parochis huius Ciuitatis, & diocesis persoluta non fuerit, ea tamen debita est Cathedrali, nec præscribi potest. Edicimus igitur, & iniungimus Parochis Cathedrali solutionem. Vel si remittat, dicatur. Remittimus pro hac vice, & condonamus.

Post hæc instat Promotor, vt continuetur Synodus, & legitur decretum Illustrissimi Archiepiscopi de immissione future sessionis, & reliqua sunt pro fine huius secunde sessionis, quæ supra facta fuerunt pro absolutione prime.

TERTIA DIE. SESSIO III.

Mnia sunt prout in secunda die vsque ad sermonem Illustrissimi Archiepiscopi, mutatis tamen Antiphonis, & Psalmis, aliisque prout in Pontificali libro habentur de Ordine Synodi celebranda in tertia die.

Post sermonem Illustrissimi Archiepiscopi aliquis Canonicus Metropolitanæ deputatus accipiens ab eodem Archiepiscopo: decreta promulganda ea è suggestu legit alta voce hoc modo.

Hæc sunt nonnulla decreta reformationis condita ab Illustrissimo & Reuerendissimo D. Roderico à Cunha, Archiepiscopo Bracharensi ad vsum præsentis Synodi, quæ mandat omnibus, & singulis, qui eidem Synodo interesse teneantur, vt ea suscipiant, & apud se retineant, & obseruent; atque ab aliis etiam ad quos pertinet, obseruari studeant; Et hic promulgantur decreta illa, quæ pro ea Synodo sunt ab Illustrissimo, & Reuerendissimo Archiepiscopo condita.

His peractis, Reuerendus Lector descendit de suggestu, & ad locum suum reuertitur; vnus autem ex notariis tunc statim assurgens alta voce dicit:

Omnes & singuli illi qui huic diocessanæ Synodo interesse debent, nominatim nunc vocati respondeant, Adsum.

Et sic ordine nominabit omnes, & singulos. Postmodum Promotor accusabit contumaciam absentium in hanc formam:

Illustrissime, & Reuerendissime Domine. Cùm aliqui huius diocesis Clerici, qui huic Synodo interesse debebant, adeò vel negligentes, vel contumaces fuerint, vt ad Synodum venire omiserint, neque ad se excusandum de iusto impedimento nuncium miserint. Iccirco pro officij mei necessitate, ego N. huius Synodi Promotor fiscalis eorum contumaciam accusando, insto apud Illustrissimam Dominationem vestram, vt ad reliquos iuris gradus procedi velit, & iterum committi citationem ad valuas huius Ecclesie assignandam, iubeatque, vt omnes ij, qui huic Synodo non interfuerunt, nec nomina sua ad notarios detulerunt, nec se, quam ob rem non adfuerint, excusauerint, dic... Mens... coram Illustrissima Dominatione vestra compareant ad videndum se

vti negligentes, & contumaces puniri, iuxta formam iuris, & sacrorum Canonum.

Illustrissimus Dominus dicit: Admittimus, & committimus, & notarij rogabunt.

Deinde Promotor instat, vt finis imponatur Synodo in hunc modum.

Ego N... huius Synodi diocesanae ab Illustrissimo D. Roderico, &c. Promotor deputatus, ex officio meo cum videam omnia, quae ad Synodi celebrationem ex praescripto sacri Concilij Trident. requiruntur, in praesenti Synodo esse confecta, & decreta; in isto apud eundem Illustrissimum Archiepiscopum, vt eadem Synodus terminetur, & Clerus omnis dimittatur ad suas Ecclesias, & munera obeunda ad quae tenetur, & a decretis Synodi huius praecipue obstringitur.

Archiepiscopus respondet. Cum gratiarum actione suis Synodo imponatur.

Tunc idem Promotor instat, vt de praemissis omnibus publicum in actis archiepiscopalis conficiatur, & asseruetur instrumentum a notariis pro Synodo deputatis.

Qui Illustrissimus iubet fieri, dicens: Committimus, & mandamus.

Huius peractis sunt acclamaciones, & Archiepiscopus, genuflexi s omnibus ex clero, stans in loco ubi assistit ante altare, & stans similiter Illustrissimo Archiepiscopo, reliquisque ministris dicit:

Archiep. incip. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, ipsi omnis laus, honor & gloria in saecula saeculorum.

Clerus resp. Amen, Amen, Amen.

Archiep. Beatissimo Domino nostro Urbano diuina prouidentia Papae VIII. fidei Christianae vbique gentium incrementum, & fructus quam vberissimi verae pietatis, & disciplinae obedientiae, omnium populorum pax vera & diuturna prosperitas.

Clerus resp. Exaudire digneris nos famulos tuos quosumus Domine, Deus noster, & quem Pastorem Ecclesiae tuae praesse voluisti, diutissime, & felicissime conferua illi auxilium de sancto, vt eo gubernante gentes omnes illuminentur, & quae dispersae sunt ad tui nominis confessionem perducantur.

Archiep. Illustrissimo, & Reuerendissimo D. D. Roderico a Cunha, Archiepiscopo nostro, vigilan-

tia super gregem hunc, constantia in laboribus pro ipsius custodia praefrendis salus animae, & corporis.

Clerus resp. Dominus conseruet eum, & benedictionibus suis, gratiaque salutari assidue eum cumulare dignetur.

Archiep. Regi nostro Philippo IV. Christianae Religionis defensori perpetua felicitas, & fecunditas, & contra hostes Fidei victoria.

Clerus resp. Rex Regum, & Domine dominantium, Regem nostrum in amore tuo conserua, & fac illum hostium nostrorum exterminatorem.

Archiep. Huic vbique, & Diocesi Bracharensi tranquillitas, salus, & diuinarum gratiarum abundantia.

Clerus resp. Benedic Domine filios tuos, & esto in circuitu populi tui ex hoc, nunc, & vsque in saeculum.

Archiep. Decretorum huius diocesanae Synodi obseruationem salutarem, omnes qui adsumus, vnanimi voto a Deo bonorum omnium largitore humiliter imploremus, intercedente Deipara Virgine Maria, Domina nostra, cum Beatis Apostolis Petro & Paulo, & Beatis Petro Ratistensi, Gerardo, Fructuoso, & aliis huius almae Ciuitatis Praelatis, & protectoribus, ac sanctis omnibus.

Clerus resp. Fiat, Amen, Amen.

Quibus expleis, Illustrissimus Archiepiscopus genuflexus, & omnes alij simul, incipit: Te Deum laudamus, cuius primo versu dicto, surgent omnes, & hymnum prosequuntur, ipse vero Archiepiscopus sine Miira stabit versus ad Altare, usque ad finem.

Quo peracto stans similiter, dicit. Ostende nobis Domine misericordiam tuam. Et salutare tuum da nobis. *Qremus.* Exaudi quosumus Domine, &c. vt in libro Pontificali.

Deinde benedicit solemniter. Sit nomen Domini benedictum, &c.

Et promulgatur a Magistro caeremoniarum, vt moris est, Indulgentia.

Quibus peractis Archiepiscopus stans iuxta Illustrissimum Archiepiscopum dicit alta voce: Recedamus cum pace. *Et respondenti omnes.* In nomine Christi.

Et reuertitur Archiepiscopus, depositis Pontificalibus indumentis, & sumpta cappâ cum Capitulo & Clero Metropolitana ad palatium procedente Cruce, & ipso Capitulo, &c.

CONSTITV



CONSTITVTIONES,
ET DECRETA.

S. D. N.

D. GREGORII PAPÆ XV.
CONSTITVTIO,

De exemptorum priuilegiis, circa animarum curam, Sacramentorum administrationem, Sanctimonialium Monasteria, & Praedicationem Verbi Dei.

GREGORIVS Episcopus, Seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.



IN SCRVTABILI Dei prouidentia Vniuersalis Ecclesiae regimini, meritis licet imparibus, praesidentes, pastoralis nostrae sollicitudinis partes esse dignoscimus, in eam curam praecipue incumbere, vt à dignis, & probatis tantum sacerdotibus sancte administrantur. Sacramenta, atque vt virginum Deo sacrarum Monasteria diligentissime custodiantur, & viri assumantur idonei ad praedicationis officium salubriter exequentur. Sane Tridentinae Synodi decretis prouide cautum est, nullum Presbyterum, etiam regularem, posse Confessiones secularium, etiam Sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium habeat, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneis iudicetur, & approbationem, quae gratis detur, obtineat: Necnon vt in Monasteriis, seu domibus virorum, seu mulierum, quibus imminet animarum cura personarum secularium, praeter eas, quae sunt de illorum Monasteriorum, seu locorum familia personarum regulares, quam seculares eiusmodi curam exercentes, subsunt immediate in iis, quae ad dictam curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, iurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cuius Diocesi sunt sita. Itemque vt Episcopi vniuersi sub obestatione diuini iudicij, & interminatione maledictionis aeternae in omnibus Monasteriis sibi subiectis Ordinarij, in alijs vero Sedis Apostolicae autoritate clausuram sanctimonialium, vbi violata fuerit, diligenter restitui, & vbi iniolata est, conseruari maximo procurant; inobedientes, atque contradictores praesentibus Ecclesiasticas, aliasque penas, quacumque appellatione postposita, eodem pescentes, atque vt Regulares in Ecclesiis suorum Ordinum praedicare volentes, se totam Episcopis

praesentare, & ab eis benedictionem petere teneantur; in Ecclesiis vero, quae suorum Ordinum non sunt, nullo modo praedicare possint sine Episcopi licentia: contradicente autem Episcopo, nulli, etiam in suorum Ordinum Ecclesiis, praedicare praesumant. Verum quia experientia compertum est, Ecclesiastici regimini rationes postulare, vt decretis eiusmodi aliquid adiungatur: matura deliberatione nostra, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, hac generali, ac perpetua valitura Constitutione decernimus, statuimus, & declaramus, vt deinceps tam regulares, quam seculares quomodolibet exempti, siue animarum curam personarum secularium Monasteriis, seu domibus regularibus, aut quibusvis alijs Ecclesiis, vel beneficiis siue regularibus, siue secularibus incumbente exerceat, siue alias Ecclesiastica Sacramenta, aut vnum ex illis ministrant praesentibus Episcopi licentia, & approbatione; siue quoquo modo in dicta curae exercitio, aut in eorumdem Sacramentorum, vel aliorum ex illis administratione de facto absque vlla auctoritate se ingerant: in his, quae eiusmodi curam, seu administrationem concernunt, omnimoda iurisdictioni, visitationi, & correctioni Diocesani Episcopi, tanquam Sedis Apostolicae delegati, plene in omnibus subiiciantur. Ad haec tam regulares, quam seculares huiusmodi nullis priuilegiis, aut exemptionibus tueri se possint, quominus, si deliquerint circa personas intra sepra degentes, aut circa clausuram, vel circa bonorum administrationem Monasteriorum Monialium, etiam Regularibus subiectarum, ab Episcopo loci similiter tanquam ad hoc Sedis Apostolicae delegato, quoties, & quando opus fuerit, puniri, & corrigi valeant. Confessores vero siue regulares, siue seculares, quomodocumque exempti, tam ordinarij, quam extraordinarij ad Confessiones Monialium, etiam regularibus subiectarum, audiendas nullatenus deputari valeant, nisi prius ab Episcopo Diocesano idonei iudicentur, & approbationem, quae gratis concedatur, obtineant. Sed & administrantes bona ad eiusmodi Monasteria Sanctimonialium, vt praefertur, etiam regularibus subiectarum pertinentia; siue regulares extiterint, siue seculares, quomodolibet exempti Episcopo loci, adhibitis etiam Superiorio

perioribus regularibus, singulis annis rationes administrationis, gratis tamen exigendas, reddere teneantur, ad idque iuris remediis cogi, & compelli queant. Licetque Episcopo, ex rationabili causa Superiores regulares admonere, ut eiusmodi Confessores, atque Administratores amoveant; iisque Superioribus id facere detraherentibus, aut negligentibus; habeat Episcopus facultatem praedictos Confessores, & Administratores amovendi quoties, & quomodo opus esse iudicaverit. Ac similiter possit Episcopus, vna cum Superioribus regularibus, quorumcumque Abbatibus, Prioribus, Praefectis, vel Praepositis eorundem Monasteriorum, quocumque nomine appellentur, electionibus per se, vel per alium interesse, ac praesidere, absque vlla tamen ipsorum Monasteriorum impensa. Ac deum habeat Episcopus tanquam dictae Sedis delegatus auctoritatem coercendi, ac puniendi quoscumque exemptos tam seculares, quam regulares, qui in alienis Ecclesiis, aut quae suorum Ordinum non sunt, absque Episcopi licentia; & in Ecclesiis suis, aut suorum Ordinum, non petita illius benedictione, aut ipso contradicente, praedicare praesumpserint. Ita ut Episcopi in supra scriptis casibus, & in praenominatis personis, in praemissis omnibus, & singulis, aut circa ea quoquo modo delinquentes, quoties, & quando opus fuerit, etiam extra visitationem, per censuras Ecclesiasticas aliasque poenas, vti eiusdem Sedis delegati, procedere, omnemque iurisdictionem exercere libere & licite valeant. De foris sic per quoscumque Iudices quavis auctoritate fungentes, etiam Sacri Palatii Auditores, necnon Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere. Irritum quoque, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem quarumcumque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam Sancti Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatumque cuiusvis alterius instituti, etiam necessarii, & in individuo exprimendi, Monasteriorum Coenotium Capitulum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque tam secularium, quam regularium locorum, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, vel Consuetudinibus, etiam inmemorabilibus, exceptionibus quoque, indultis, & privilegiis, etiam in corpore iuris clausis, aut ex causa & titulo oneroso, vel in limine foundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea, aut alias nuncupatis; Consecrationum deputationibus, eorumque atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi deferre minime teneantur; & quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestate plenitudine, aut alias quomodolibet etiam per viam communicationis, seu extensionis concessis, & irritatis vicibus approbatis, & innovatis; etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, & formis specialis, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex qua forma servanda esset; tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tra-

data observata, inserti forent, praesertim pro expressis habentes, quibus quoad ea quae eidem praesentibus aduersantur, illis aliis in suo robore permansuris, specialiter & expresse derogamus; ceterisque contrariis quibuscumque. Ceterum quia difficile foret praesentes litteras ad singula quaque loca deferri, ut ea tamen omnibus innotescant, mandamus illas ad valvas Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe Basilicarum, atque Cancellariae Apostolicae, & in acie Campi Florae publicari, & inibi affigi, & per aliquot temporis spatium dimitti, eisque detractis, earum exempla eo in loco relinqui. Ac volumus, ut earundem praesentium litterarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & Sigillo Praelati, seu Personae in dignitate Ecclesiastica constitutae munitis, in iudicio, & extra illud, vbi opus fuerit, eadem prorsus fides adhibeatur, quae ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum Statuti, declarationis, decretorum, derogationis, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicae M.D.C. XXII. Nonis Februarii, Pontificatus nostri Anno Secundo.

V. Dat.

S. de Vrfinis.

Registrata in Secretaria Breuium.

In nomine Domini Amen. Anno a Nativitate Domini Nostri Iesu Christi M.D.C. XXIII. indictione Sexta, die vero octava mensis Februarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri D. Gregorii divina Providentia Papa XV. anno II. retro scripta littera Apostolica affixa & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellariae Apostolicae, & in acie Campi Florae, dimissa ibidem earundem litterarum originalibus appensis per aliquod temporis spatium, & exinde remota, deinde dimissa earundem litterarum copias affixas, ut moris est, per nos Cosmum Modicum, & Alexandrum de Rochis S.D.N. Papa Curiores.

Octavius Spada Magister Curiorum.

Roma ex Typographia Reg. Camerae Apost.

M. DC. XXXIII.

[Aduerte hanc Constit. iussu S.D.N. Urbani VIII. suspensam fuisse pro Regnis Hispaniarum, ut constat ex Breui Nuntij Apost. tunc temporis existentis; nunc vero Eminentissimi Card. Sachetti 21. Aprilis 1625. prout refert Lezana in sum. quest. Regul. c. 19. n. 35. in fine.]

Declarationes aliquot Sacrae Congregationis Concilii super constitutione Sanctae mem. Gregorii XV. de exemptorum privilegiis, &c.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit Constitutionem sanctae mem. Gregorii XV. de exemptorum privilegiis, nequaquam subicere Regulares exemptos, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, Episcoporum iurisdictioni in iis, quae Sacramentorum administratio

ministratio concernunt, nisi cum in Sacramentis personis secularibus administrandis, iisdem Regularibus delinquant.

I. Dub. An liceat Episcopis visitare Altaria Regularium Ecclesiarum, quibus cura animarum personarum secularium non incumbit, aut loca vbi in iisdem Ecclesiis afferuatur sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, vel vbi audiuntur Confessiones personarum secularium.

Resp. Sacra Congregat. Episcopis non licere in vim eiusdem Constitutionis visitare Altaria Ecclesiarum Regularium, quibus non incumbit animarum cura personarum secularium, nec loca vbi in iisdem Ecclesiis afferuatur sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, vel vbi Confessiones personarum secularium audiuntur.

II. Dub. An Episcopi possint Regularibus praescribere ut ceteris tantum in locis, ac temporibus, aut certarum personarum Confessiones audiant, vel alias illorum privilegia restringere ac moderari in Sacramentis administrandis?

Resp. Hac in parte Constitutionem nihil noui Iuris induxisse, nec vllam nouam auctoritatem Episcopis in Regulares attribuisse. Ideoque in vim ipsius Constitutionis non posse Episcopos Regularibus praescribere, ut certis tantum in locis, ac temporibus aut certarum personarum Confessiones audiant, vel alias illorum privilegia in Sacramentis administrandis restringere, aut moderari. Quod si aliunde Episcopis huiusmodi facultas competat, illam non fuisse ab eadem Constitutione sublatam.

III. Dub. An facultas Episcopis per Constitutionem attributa in exemptos tam seculares, quam Regulares, intelligatur etiam tributa in personas nullius Dioecesis?

Resp. Eiusmodi facultatem non intelligi tributam Episcopis in personas nullius Dioecesis.

IV. Dub. An eadem facultas competat inferioribus Praelatis proprium territorium ac iurisdictionem quasi Episcopalem habentibus?

Resp. Non competere.

V. Dub. An per eandem Constitutionem in illis verbis, possit Episcopus vna cum Superioribus Regularibus quarumcumque Abbatibus, &c. electionibus per se, vel per alium interesse ac praesidere, ius Abbatibus confirmandi Episcopis attributum censetur?

Resp. Ius confirmandi Abbatibus minime fuisse Episcopis per Constitutionem attributum.

VI. Dub. An Confessores Monialium ante editam Constitutionem deputati debeant ab Episcopo examinari, & approbari?

Resp. Confessores quidem extraordinarios Monialium nullatenus posse post Constitutionem illarum Confessiones audire, nisi prius ab Episcopo Dioecesano idonei iudicentur, & approbentur. Ordinarios vero Confessores ante Constitutionis publicationem deputatos posse, durante triennio ab eorum deputatione inchoando, pergere in Confessionibus Sanctimonialium audiendis absque alio examine, & approbatione Episcopi. Quod si contingat ut illorum facultas a Sede Apostol. ultra triennium prorogetur, tunc debere eos ab Episcopo examinari & approbari.

VII. Dub. An Superiores Regulares similiter ante ipsius Constitutionis publicationem electi, seu deputati, alia indigeant Episcopi approbatione pro Confessionibus Sanctimonialium sibi subiectarum audiendis?

Resp. Superiores Regulares electos, seu deputatos ante ipsius Constitutionis publicationem, quibus alioquin facultas competat audiendi Confessiones Monialium sibi subiectarum posse, durante eorum

officio, pergere sine alia Episcopi approbatione in Confessionibus audiendis illarum tantum, quae sponte ac proprio motu id ab eis petierint. At vero eos, qui post Constitutionem eliguntur, aut quoquo modo deputantur, vel qui in eorum officiis, seu dignitatibus, expleto iam tempore a Constitutionibus cuiusque Ordinis, vel alias legitime praefinito ad aliud tempus confirmabuntur, nequaquam posse Sanctimonialium Confessiones audire, nisi prius a Dioecesano Episcopo idonei iudicati, atque approbati fuerint.

VIII. Dub. An Confessiones, quas audiunt Superiores Regulares electi, seu deputati, vel confirmati post publicationem, & scientiam tenoris dictae Bullae non obtemperata Episcopi approbatione sint nulle atque irritae, necne?

Resp. Confessiones huiusmodi nullas atque irritas esse.

IX. Dub. An Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad Confessiones personarum secularium audiendas censentur etiam approbati ad audiendas Confessiones Monialium sibi subiectarum?

Resp. Regulares generaliter ab Episcopo approbati ad Confessiones personarum secularium audiendas nequaquam censentur approbati ad audiendas Confessiones Monialium sibi subiectarum, sed egerere quoad hoc speciali Episcopi approbatione.

X. Dub. An Regularis ad audiendas Confessiones Monialium vnius monasterii ab Episcopo approbatus Confessiones Monialium alterius monasterii audire possit?

Resp. Regularem ad audiendas Confessiones Monialium vnius monasterii ab Episcopo approbatum, minime posse audire Confessiones Monialium alterius monasterii.

XI. Dub. An Confessores Regulares extraordinarii semel ab Episcopo deputati, & approbati ad audiendas Monialium Confessiones pro vna vice infra annum ad praescriptum Sacri Concilii Tridentini, possint virtute dictae approbationis pluries tanquam Confessores extraordinarii earundem Confessiones audire absque noua Episcopi licentia?

Resp. Confessores extraordinarios semel deputatos atque approbatos ab Episcopo ad Monialium Confessiones pro vna vice audiendas, haud posse pluries in vim approbationis eiusmodi illarum Confessiones audire: sed ab Episcopo toties esse approbandos, quoties casus deputationis contigerit.

XII. Dub. Cum in eadem Constitutione statutum sit, ut liceat Episcopo ex rationabili causa Superiores Regulares admonere, ut amoveant Confessores Monialium atque administratores bonorum ad earundem Monialium monasteria pertinentium, iisque superioribus id facere detraherentibus, habeat Episcopus facultatem praedictos Confessores, & administratores amovendi, quoties & quando opus esse iudicauerit, an eiusmodi causam Episcopus Superioribus Regularibus significare teneatur?

Resp. Non teneri eiusmodi causam significare Superioribus Regularibus, sed hoc relinqui arbitrio, & prudentiae Episcoporum, quorum conscientiam Sacra Congregat. serio oneravit ne facultate sibi hac in parte attributa quoquo modo abutantur, eius rei in districto Dei iudicio rationem reddituri.

XIII. Dub. An eadem Constitutio qua parte supponit Episcopi iurisdictioni Regulares delinquentes circa personas degentes intra septa monasteriorum Monialium, aut circa clausuram, vel bonorum administrationem eorundem monasteriorum, habeat locum in omnibus delictis, an vero solum in notoriis, & cum scandalo populi?

h

Resp.

Constitutionem habere locum in omnibus de-
lictis, non autem in notoriis tantum, & cum populi
scandalo.

Qua Sacra Congregationis Responſa ad ſe relata
ſol. record. Gregorius XV. & S. D. N. Urbanus VIII. in
omnibus approbaverunt.

A. Cardinalis Caietanus.

Proſper Fagnanus S. Cong. Secret.

Roma ex Typographia Reu. Camera Apoſt.
M. DC. XXXIII.

XIV. Dub. An regularis abſque legitima licentia
accedens ad monaſterium Monialium Regularibus ſub-
ſecliarum, ibique in loco colloquii deſtinato cum Monia-
li colloquens à Dioceſano Epifcopo tanquam Sedis Apo-
ſtolice delegato coerceri & puniri poſſit.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid.
Interpretum cenſuit poſſe, quam Congregationis
ſententiam S. D. N. Urbanus VIII. ad ſe relataſ ap-
probauit.

Coſignus Card. de Torres.

Locus ꝛ Signilli.

Proſper Fagnanus S. Congr. Secret.

Roma ex Typographia Reu. Camera Apoſt.
M. DC. XXXIV.

XV. Dub. An liceat Epifcopo in vim Conſtitutionis
ſanctæ mem. Gregorij XV. de Exemptorum priuilegijs
punire Regulares, qui ad Abbatiffa electionem procedunt
ante tempus ipſi Epifcopo ſignificatum, aut die electionis
eidem nullatenus prænunciata.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Trid.
Interpretum reſpondit, Regulares ex eadem Con-
ſtitutione ita demum teneri Epifcopo ſignificare
diem electionis Abbatiffæ, eumque uſque ad præ-
ſinitum tempus expectare, ſi ante ipſe expreſſe de-
clarauerit ſe uti uelle facultate ſibi hac in parte at-
tributa, Abbatiffarumque electionibus per ſe, uel
per alium intereſſe ac præſidere. Poſt eam uero de-
clarationem licere Epifcopo animaduertere in Re-
gulares, qui ante tempus ſignificatum, aut die ele-
ctionis eidem non prænunciata ad Abbatiffæ ele-
ctionem procedunt.

Coſignus Card. de Torres.

Locus ꝛ Signilli.

Proſper Fagnanus S. Cong. Secret.

Roma ex Typographia Reu. Camera Apoſt.
M. DC. XXXVI.

DECRETA SACRÆ
Congregationis Concilij.

S. D. N. Urbani diuina prouidentia Pa-
pæ VIII. auctoritate edita.

De Celebratione Miſſarum.



V M ſæpe contingat in quibuſdam
Eccleſijs tam magnum Miſſarum
celebrandarum numerum ex varijs
defunctorum relictis, aut piorum
elemoſynjs impoſitum eſſe, ut illis
pro ſingulis diebus præſcriptis nequeat ſatiſferi,

& tamen noua onera Miſſarum in dies ſuſcipian-
tur; indeque fiat, ut deperant pia teſtantium vo-
luntates, obſtricta benefactoribus fides uioletur,
defunctorum animæ ſuffragijs priuentur, Eccle-
ſijs debitus ſubtrahatur cultus, ac CHRISTI fi-
deles graui ſcandalo affecti plerumque à ſimilibus
charitatis operibus retrahantur. Cùmque his ma-
liſ maximum inter cætera fomentum præbeat, aut
quod ij, qui Miſſas ſupra vires celebrandas ſuſci-
piunt, ſperent illas breui ad pauciores numerum
à Superioribus reductum iri; aut quod Eccleſijs,
ſorte pecuniarum abſumpta plerumque nuda rema-
neant onera Miſſarum, abſque ullo emolumento;
aut quod elemoſyna pro illis celebrandis fit
adeò tenuis, ut non facile inueniantur, qui uel-
int huic ſe muneri ſubiicere, & redditus Eccle-
ſiæ, aut monaſterij adeò exigui, ut Sacerdotes
pro neceſſaria ſua ſuſtentatione nouis ſe oneribus
obſtringere compellantur: Sacra Congregatio
Card. Concil. Trident. interpretum animaduertens,
facturam ſe rem Deo gratiſſimam, charitatiſque ac
iuſtitiaſ maximè conſentaneam, ſi pro uiribus ſara-
gat hunc deterrimū abuſum è Chriſtiana Republi-
ca conuellere, atque eradicare. Sanctiſſimi D. N. Ur-
bani Diuina prouidentia Papæ VIII. auctoritate ſibi
ſpecialiter attributa, infracripta Decreta edidit.

I. Ac primò diſtrictè prohibet, atque interdicit, ne
Epifcopi in Dioceſana Synodo, aut Generales in
Capituljs generalibus, uel alijs quoquo modo redu-
cant onera vlla Miſſarum celebrandarum, aut poſt
idem Concilium impoſita, aut in limine fundatio-
nis; ſed pro his omnibus reducendis, aut mode-
randis, uel commutandis ad Apoſtolicam Sedem
recurrat, quæ, re diligenter perſpecta, id ſtatuet,
quod magis in Domino expedire arbitrat; alio-
quin reductiones, moderaciones, & commuta-
tiones huiuſmodi, ſi quas contra huius prohibi-
tionis formam fieri contigerit, omninò nullas, at-
que inanes decernit.

II. Deinde, ubi pro pluribus Miſſis, etiam eiuf-
dem qualitatis, celebrandis plura ſtipendia, quan-
tũcumque incongrua, ſiue ab vna, ſiue à pluribus
perſonis collata fuerint, aut conferentur in futu-
rum Sacerdotibus, Eccleſijs, Capitulis, Collegijs,
Hoſpitalibus, Societatibus, Monaſterijs, Conuenti-
bus, Congregationibus, Domibus, ac locis pijs qui-
buſcumque tam ſecularibus, quam regularibus, Sa-
cra Congregatio ſub obſtatione Diuini Iudicij
mandat, ac præcipit, ut abſolutè tot Miſſæ celebren-
tur, quot ad rationem attributæ elemoſynæ præ-
ſcriptæ fuerint; itaut alioquin ij, ad quos pertinet,
ſuæ obligationi non ſatiſfaciant; quinimò grauiſſe
peccent, & ad reſtitutionem teneantur.

III. Id uerò ut deinceps obſeruetur exactiùs, Sa-
cra Congregatio eadem auctoritate reuocat Priuile-
gia, & Indulta omnia quibuſuis perſonis, Eccle-
ſijs, ac Locis pijs, tam ſecularibus, quam Regu-
laribus, cuiuſcumque Ordinis, Congregationis, &
Inſtituti, quamcunq; ob cauſam conceſſa, quibus
indulgetur, ut certarum Miſſarum, uel anniuersa-
riorum celebratione, aut aliquibus collectis, ſeu
orationibus, plurium Miſſarum oneribus in futu-
rum ſuſcipiendis ſatiſfiat.

IV. Ac ſimiliter, omne damnabile lucrum ab Ec-
cleſia remouere uolens, prohibet Sacerdoti, qui Miſ-
ſam ſuſcepit celebrandam cum certa elemoſyna, ne
eandem Miſſam alteri, parte eiufdem elemoſynæ
ſibi retenta, celebrandam committat.

Præterea, ne in Eccleſijs, in quibus onera Miſſa-
rum in perpetuum impoſita ſunt, Sacerdotes in eis,

ut par eſt, adimplendis eo tepidiores, ac ſegniore
reddantur, quòd onera huiuſmodi cum nulla, aut
parua ſint uilitate coniuncta; ſtatuit, atque decer-
nit, ut pecunia, ac bona mobilia Eccleſijs, Capi-
tulis, Collegijs, Hoſpitalibus, Societatibus, Congre-
gationibus, Monaſterijs, Conuentibus, ac locis om-
nibus, tam ſecularibus, quam Regularibus, atque
illorum perſonis in futurum ſimpliciter acquirenda
cum onere perpetuò Miſſarum celebrandarum, ab
ijs, ad quos pertinet, ſub pœna interdicti ab ingreſſu
Eccleſiæ ipſo facto incurrenda à die realis acqui-
ſitionis ſtatim deponi debeant penes eadem Sacram,
uel perſonam fide, & facultatibus idoneam ad effe-
ctum illa, ſeu illorum pretium fruſtriferis cum ex-
preſſa, & indiuidua mentione oneris, quod illis an-
nexum reperitur: ac ſi eadem bona mobilia au-
thoritate Apoſtolica deinceps alienari contigerit,
eorundem pretium ſub eadem pœna, ut ſupra, de-
poni, atque in alijs oneris ſtabilibus itidem fruſtife-
ris cum eiufdem oneris repetitione, atque annexio-
ne conuerti debeat.

V. Ad hæc S. Congregatio quibuſuis Capitulis,
Collegijs, Societatibus, & Congregationibus, nec-
non omnibus, & ſingulis Eccleſiarum, ac piorum
locorum, tam ſecularium, quam regularium Super-
ioribus, uel alijs, ad quos pertinet, diſtrictè prohibet,
ne impoſterum onera perpetua ſuſcipiant Miſ-
ſarum celebrandarum, & capſulas auferant ab Ec-
cleſijs, uel alijs ſingulis Vicarijs, Regulares uerò ſine
Generalis, uel Prouincialis conſenſu, & licentia in
ſcriptis, & gratis concedenda; alioquin ſecularis,
qui huius prohibitionis tranſgreſſor extiterit, ab in-
greſſu Eccleſiæ interdictus ſit eo ipſo: Regularis
uerò pœnam priuationis omnium officiorum, quæ
tunc obtinebit, ac perpetuè inhabilitatis ad alia de
cætero obtinenda, uocisſque actiua, ac paſſiua, abſ-
que alia declaratione incurrat. Elemoſynas uerò
manuales, & quocidianaſ pro Miſſis celebrandis ita
demum itidem accipere poſſint, ſi oneribus antea
impoſitis ita ſatiſfecerint, ut noua quoque onera
ſuſcipere ualeant; alioquin omninò abſtineant ab
huiuſmodi elemoſynjs etiam ſpontè oblatiſ in fu-
turum recipiendis, & capſulas auferant ab Ec-
cleſijs cum inſcriptione illa: *Elemoſyna pro Miſſis*,
uel alia ſimili, ſub iſdem pœnis ipſo facto incur-
rendis, ne fideles hac ratione fruſtrentur. Epifco-
pus uerò, ſeu eius Vicarius, aut Generalis, uel Prou-
incialis, ubi de licentia pro perpetuis oneribus
fuerint requiſiti, in ſingulis caſibus diligenter in-
quirant de ſingulis Miſſarum celebrandarum obli-
gationibus cuique Eccleſiæ, Monaſterio, aut loco
pio incumbentiſ; nec antea aſſenſum huiuſmodi,
aut licentiam præbeant, quam eis legitime conſi-
terit, illius Sacerdotes, tam nouo oneri ſuſcipien-
do, quam antiquis iam ſuſceptis ſatiſfacere poſſe,
præcipuamque rationem habeant, ut redditus, qui
Eccleſijs, & locis pijs relinquuntur, omninò respon-
deant oneribus adiunctis, ſecundum motem cuiuſ-
que Ciuitatis uel Prouinciaſ, intelligantque ſi in re-
tanti momenti deſides, aut negligentes fuerint, in
Noſſimo die ſe huius prætermiſſi muneris ratio-
nem eſſe reddituros.

VI. Poſtremo Illuſtriſſi. Patres, non ſine graui
animi dolore intelligentes, mala ſerè omnia, quæ
Regularum diſciplinam euertunt, ac præcipuè ni-
miſ hanc facultatem fouent in oneribus Miſſa-
rum ſupra vires ſuſcipiendis, ueluti ex infecta ra-
dice, pullulare ex maiori Regularium numero,
quam ferant redditus, & elemoſynæ cuiuſque Mo-
naſterij inhærentes, Summorum Pontificum, ac S.
Tridentini Concilij decretis de re editis, Sanctiſſi-
mi D. N. auctoritate præcipiunt, ac mandant omni-
bus, & ſingulis Generalibus, Prouincialibus, Com-
miſſarijs, Miniſtris, Præſidentibus, Abbatibus, Prio-
ribus, Præpoſitis, Guardianis, Vicarijs, & quibuſcu-
que alijs Superioribus Monaſteriorum, Conuen-
tuum, ac Domorum regularium bona, mobilia
poſſidentium, uel non poſſidentium, cuiuſcumque
Ordinis, Congregationis, & Inſtituti exiſtentium
intra fines Italiaſ, & Inſularum adiacentium, ut ſin-
guli, ad quos pertinet, in qualibet Prouincia, adhi-
bitis duobus, aut tribus Regularibus ſui Ordinis,
uel Congregationis probatioribus, & rectum uſu pe-
ritioribus, bona mobilia, cenſus, redditus, & pro-
uentus omnes, conſuetas item elemoſynas, & ob-
uentiones, tam communes Monaſteriorum, Con-
uentuum, & Domorum eiufdem Prouinciaſ, quam
etiam ſingularibus perſonis religioſis assignatas,
ſeu permiſſas, in communem uſum deinceps con-
ferendas, decem annorum immediatè præcedentium
habita ratione, diligenter, & maturè recognoſcant,
ijs omnibus detractis, quæ reparationes, præſtatio-
nes, grandines, ſterilitates, aliæque cuiuſlibet generis
onera conſueuerunt abſorbere, eaque omnia ſcri-
pro fideliter exarata, idem Superior, cuius intereſt,
in proximo Capitulo, ſeu Congregatione generali,
uel prouinciali, coram tribus Iudicibus ab ipſomet
Capitulo, ſeu Congregatione diligendis proponat,
qui, computatis huiuſmodi redditibus, elemoſynjs,
& obuentionibus uniuerſis, & oneribus, ut ſupra,
detractis, ſedulo examinent, quot Religioſi homi-
nes, connumeratis etiam laicis, aliſque neceſſarijs,
ſeruientibus, in vnoquoque Monaſterio, Conuentu,
& Domo regulari iuxta regionis, & proprii inſtitu-
ti morem, victum, & veſtitum, & medicinalia in
communi habentes, & competenter ualeant ſuſten-
tari. Tum eorundem bonorum, reddituum, elemo-
ſynarum, & onerum præciſam notam ipſimet Ca-
pitulo, ſeu Congregationi exhibeant, ut in illo dili-
genter omnibus diſcuſſis, cuiuſque familia, Mona-
ſterij, Conuentus, ac Domus regularis in ſingula
quaque Prouincia certus earum tantum perſona-
rum numerus, Patrum capitularium voto, præſiga-
tur, quæ redditibus, elemoſynjs, & obuentionibus,
ut ſuperius, ſufficienter ali poſſint. Ne uerò Super-
iores, qui id præſtare debent, ſegniùs, aut remiſſius,
quam par eſt, ſuo muneri ſatiſfaciant, mandat Sa-
cra Congregatio, ut infra annum, poſt proximum
Capitulum generale, uel prouinciale computan-
dum, omnia hoc de genere capitulariter geſta, in
authenticam formam redacta ad Sacram ipſam
Congregationem Concilij ſinguli mittant, nume-
rũque familiaſ, ſingulorumque Conuentuum,
Monaſteriorum, & Domorum huiuſmodi regula-
rium, Capituli, ſeu Congregationis generalis, uel
prouincialis ſententia, & auctoritate præſinitum,
ſidem Superiores, tam Generales, & Prouinciales
omnes, quam locales perpetuò ſeruare omninò
teneantur, nec poſſint illum quoquo modo auge-
re, etiam prætextu augmenti reddituum, abſque
Sacra Congregationis licentia. Superiores autem
huiuſmodi, qui prædicta omnia in præfixo termi-
no non præſiterint, uel numerum, ut ſupra præ-
ſcriptum quouis modo augere præſumpſerint, pri-
uationis omnium officiorum, quæ tunc temporis
obtinere uocisſque actiua, ac paſſiua, & ad omnia
ſue religionis officia, & gradus inhabilitatis per-
petuam pœnam eo ipſo incurrere, atque alijs etiam
grauioribus à Sede Apoſtolica infligendis pœnis

Sacra Congregatio subiacere voluit, & declaravit.

VII. Deinceps verò Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, Societas Religiosorum, seu Regularium, nullibi recipiatur, nisi præter alia ad id requisita, in singulis eiusmodi locis duodecim saltem fratres, aut Monachi, seu Religiosi, degere, & ex redditibus, & consuetis elemosynis, detractis omnibus, vt supra, detrahendis, competenter sustentari valeant, ad præscriptum decreti fecel. rec. Gregor. XV. hac de re editi. Alioquin Monasteria, & loca huiusmodi posthac recipienda, in quibus duodecim Religiosi, vt supra, sustentari, atque inhabitare non poterunt, & actu non inhabitauerint, Ordinarij loci visitationi, correctioni, atque omnimodæ iurisdictioni subiecta esse intelligantur.

Potè ne vilo vnquam tempore hæc in obliuionem, seu desuetudinem abeat, Superiores locales cuiusque Monasterij, Conuentus, ac Domus regularis curare, atque efficere teneantur sub pena priuationis officij, vocisq; actiue, & passiuæ ipso facto incurrenda, vt in perpetuum, sexto quoque mense, id est feria secunda post primam Dominicam Aduentus, & feria sexta post Octauam Corporis Christi præsentibus Ordinationes in publica mensa perlegantur. Omnibus tam Ecclesiasticis personis, cuiuscunque sint ordinis, conditionis, & gradus, quàm laicis quocumque honore, ac potestate præditis, præsentia Decreta declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta.

Non obstantibus quoad supra scripta omnia, & singula in præsentibus Decretis contenta, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis in fauorem quarumcunque personarum, atque Ordinum tam Mendicantium, quàm non Mendicantium, Militiarum etiam S. Ioannis Hierosolymitani, Congregationum, Societatum, ac cuiuscunque alterius Instituti etiam necessarii, & in individuo exprimiendi Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Capitalorum, Hospitalium, Confraternitarum, & aliorum quorumcunque tam Secularium, quàm Regularium locorum, necnon illorum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, priuilegijs quoque, indulgentijs, & litteris Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut alijs nuncupatis, sub quibuscunque tenoribus, & formis, aut cum quibusvis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & infelicitis clausulis, necnon irritantibus decretis, etiã Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut alijs quomodolibet etiã per viam communicationis, seu extensionis concessis, & irritatis vicibus approbatis & innouatis, etiã si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus & formis specialis, & indiuidualis, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquiritur forma seruanda esset, tenores huiusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentibus quoad ea quæ præsentibus aduersantur, illis alijs in suo robore permansuris, Sacra Congregatio Sanctitatis Sux auctoritate specialiter & expressè derogat, ceterisque contrarijs quibuscunque.

Et ne præmissorum ignorantia à quoquam prærendi possit, voluit eadem S. Congregatio, vt præsentibus ordinationes in valuis Basilicarum S. Ioannis

Lateranensis, & Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie campi Floræ, vt moris est, affixæ, omnes ad quos pertinet ita ardeant & afficiant, ac si viciniquè personaliter intimata fuissent. Vtque earumde præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem profusus fides adhibeantur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel offensa. Datum Romæ die 21. Iunii 1625.

Cosmus Card. de Torres.

Locus † Sigilli.

Prosper Fagnanus S. Congreg. Secret.

Anno Domini Nestri Iesu Christi M. D. C. XXV. indictione octaua, Pontificatus autem in Christo Paris, ac D. N. D. Urbani diuina Prouidentia Papæ VIII. anno eius III. die vero 22. mensis Septembris supra scripta decreta affixa & publicata fuerunt ad valuis Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi Floræ, vt moris est, per nos Gamillum Fundatum, & Fabium Æmilianum Sanctissimi D. N. Papæ Cursores.

Brandimartes Latinus præbati Sanctissimi D. N. Papæ ac S. Rom. & vniuersalis Inquisitionis cursor pro Mag. DD. Curs.

Roma ex Typographia Ren. Camera Apost.

M. D. C. XXV.

Declarationes aliquot Sacre Congregationis Concilij S. D. N. Urbani Papæ VIII. auctoritate editæ super decretis eiusdem Congregationis de celebratione Missarum.

Sacra Congregatio Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum auctoritate sibi à Sanctissimo D. N. attributa ad singula dubia inferius proposita ad hunc modum respondit.

Super primo Sacre Congregationis decreto de celebratione Missarum, quo prohibetur ne Episcopi in Diocesana Synodo, aut Generales in Capitulis generalibus, vel alijs quomodolibet modo reducant onera vlla Missarum celebrandarum, aut post idem Consilium imposita, aut in limine foundationis.

Quæritur quid si legatum sit ita tenue, vt non sit qui velit onus illi iniunctum subire, & si recurrendum sit ad Sedem Apost. pro moderatione oneris, totum, aut ferè totum insumendum sit pro expensis ad id necessarijs, & quid si permittatur Episcopo in fundatione vt possit huiusmodi onera moderari?

Resp. Etsi legatum sit adeo tenue, nihilominus pro reductione oneris, vt supra impositi ab iis ad quos pertinet, Sedem Apost. esse adendum, quæ absque vlla impensa statuet, quod magis in Domino è re esse iudicauerit. Verumtamen si in ipsa beneficij erectione expressè cautum fuerit, vt liceat Episcopo iniunctum onus reducere ac moderari, legem hanc foundationis quam decreta hac de re edita non sustulerunt, esse validam & obseruandam.

Secundo super II. eiusdem Congregationis decreto quocumque celebrantur tot Missæ, quot ad rationem tributa elemosyna præscripta fuerint, Quæritur, an verba illa, præscripta fuerint, intelligenda sint de prescriptione facta ab offerente, vel ab Ordinario?

Resp.

Resp. Esse intelligenda de prescriptione facta ab eo, qui elemosynam tribuit, non autem ab Ordinario: quod si tribuens elemosynam numerum Missarum celebrandarum non præscripserit, tunc tot Missas celebrari debere, quot præscripserit Ordinarius secundum morem suæ Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Tertio, an cum Ordinarius præscripserit elemosynam congruam iuxta qualitatem loci, personarum, ac temporum, Sacerdotes accipientes stipendium minus congruum, teneantur Missas ab offerente præscriptas celebrare?

Resp. Teneri.

Quarto, an Sacerdotes, qui tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seu capellæ, legati, aut salarij possint etiam manuales elemosynas pro Missis votiujs, aut defunctorum recipere, & vnico Missæ Sacrificio vtrique oneri satisfacere?

Resp. Sacerdotes quibus diebus tenentur Missas celebrare ratione beneficij, seu capellæ, legati, aut salarij, si elemosynas pro alijs etiam Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa vtrique obligationi satisfacere.

Quinto posito quod testator relinquit vt celebrentur pro eius anima centum Missæ absque vlla prescriptione elemosyna. Quæritur an liberum sit hæredibus elemosynam sibi bene visam præscribere, an vero eadem elemosyna præscribenda sit ab Ordinario?

Resp. Vbi nullam certam elemosynam testator reliquit, esse ab Episcopo præscribendam elemosynam congruam, quæ respondeat oneribus Missarum celebrandarum secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ.

Sexto super III. Congregationis decreto, in quo eadem Congregatio reuocat priuilegia, quibus indulgetur vt certarum Missarum, vel anniuersariarum celebratione, aut aliquibus collectis, seu orationibus plurium Missarum oneribus in futurum suscipiendis satisfaciat, Quæritur, an verba, in futurum suscipiendis, intelligenda sint de oneribus suscipiendis post priuilegium?

Resp. Ita esse intelligenda.

Septimo super IV. eiusdem Congregationis decreto, quo prohibetur Sacerdoti, qui Missam suscipit celebrandam cum certa elemosyna, ne eandem Missam alteri parte eiusdem elemosyna sibi retenta celebrandam committat, Quæritur, an permittendum sit administratoribus Ecclesiarum vt retineant aliquam elemosynarum portionem pro expensis maintenance Ecclesie, altarium, inferuentium, paramentorum, luminum, vini, hostiæ, & similibus?

Resp. Permittendum non esse vt Ecclesie ac loca pia, seu illorum administratores ex elemosynis Missarum celebrandarum vllam vtrumque minimam portionem retineant ratione expensarum, quas subeunt in Missarum celebratione, nisi cum Ecclesie, & loca ipsa alios non habent redditus, quos in vsum earundem expensarum erogare licitè possint, & tunc quam portionem retinebunt, nullatenus debere excedere valorem expensarum, quæ pro ipsomet tantum Missæ Sacrificio necessarij sunt subeundæ, & nihilominus eo etiam casu curandum esse, vt ex pecunijs, quæ supersunt, expensis vt supra deductis, absolute tot Missæ celebrentur, quot præscriptæ fuerint ad offerentibus elemosynas.

Octauo, an hoc decretum habeat locum in beneficijs, quæ conferuntur in titulum, id est, an Rector beneficij, qui potest per alium celebrare, teneatur Sacerdoti celebranti dare stipendium ad rationem reddituum beneficij?

Resp. Non habere locum, sed satis esse vt Rector beneficij, qui potest Missam per alium celebrare, tribuat Sacerdoti celebranti elemosynam congruam secundum morem Ciuitatis, vel Prouinciæ, nisi in fundatione ipsius beneficij aliud cautum fuerit.

Nono, an Sacerdotes, quibus aliquando offertur elemosyna maior solita pro celebratione Missæ debeant dare eandem integram elemosynam iis, quibus Missas celebrandas committunt, an vero satis sit, vt dent celebrantibus elemosynam consuetam?

Resp. Debere absolute integram elemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec vllam illius partem sibi retinere posse.

Decimo super V. eiusdem Congregationis decreto, quo inter cetera statuuntur in hæc verba. Elemosynas vero manuales, & quotidianas pro Missis celebrandis ita demum iisdem accipere possint, si oneribus antea impositis ita satisfecerint, vt noua quoque onera obire valeant, alioquin omnino abstineant ab huiusmodi elemosynis etiam sponte oblati in futurum recipiendis, & capsulas auferant, &c. Quæritur an hoc decretum prohibeat absolute quominus accipiant nouas elemosynas, qui acceptis non satisfecerunt, & quid si congruo tempore possint omnibus satisfacere.

Resp. Non prohibere absolute, ac propterea etsi oneribus iam susceptis non satisfecerint, postea tamen noua etiam onera suscipere Missarum celebrandarum, dummodo infra modicum tempus possint omnibus satisfacere.

Undecimo quid si offerens elemosynas audito impedimento consentiat, vt Sacerdos Missam celebret cum primatum poterit?

Resp. Quamuis onera suscepta infra modicum tempus adimpleri nequeant, si tamen tribuens elemosynam pro aliarum Missarum celebratione id sciat, & consentiat, vt illa tunc demum celebrentur, cum susceptis oneribus satisfactum fuerit, decretum non prohibere quominus eo casu elemosyna accipiarur pro iisdem Missis iuxta benefactoris consensum celebrandis.

Duodecimo, an pœne Interdicti & alia apposta in eodem decreto afficiant tam eos qui accipiunt elemosynas contra formam ibi præscriptam, quàm eos, qui non auferunt capsulas ab Ecclesijs, vt ibidem præcipitur.

Resp. Has pœnas non habere locum, nisi in suscipientibus onera perpetua Missarum celebrandarum sine licentia Episcopi, seu eius generalis Vicarij, aut Generalis, vel Prouincialis.

Decimo tertio, an in hoc decreto comprehendantur illa capsula, quæ apponi solent in Ecclesijs in die Commemorationis omnium Sanctorum, & vulgò dicuntur, Casse de Morti?

Resp. Comprehendi.

Decimo quarto an administratores Ecclesie magna deuotionis, & concursus possint elemosynas pro Missis celebrandis accipere, si iisdem Missis non nisi post longum tempus satisfacere valeant, ne alijs cultus Ecclesie, & deuotio, ac concursus fidelium, vt aiunt, minuantur?

Resp. Non posse nisi de consensu eorum, qui elemosynas tribuunt, vt supra in responsione ad vndecimum.

Decimo quinto, quia prohibitio dicti decreti videtur aliquibus directa solis Capitulis, Collegijs, Societatibus, Congregationibus, necnon omnibus & singulis Ecclesijs, & priorum locorum tam secularium, quàm Regularium Superioribus, de quibus sit expressa mentio, non autem priuatis Sacerdotibus, qui tamen comprehendendi videntur.

h 3

sur sub clausula generali, & aliis ad quos pertinet, sup-
plicatur pro opportuna declaratione.

Resp. Comprehendi etiam priuatos Sacerdo-
tes.

Decimo sexto super VII I. eiusdem S. Congregationis
decreto, quo cauetur, ut in singulis monasteriis Religiosa-
rum proficiatur numerus, qui ex consuetis redditibus, aut
elemosinis commode possit sustentari, & variatur, an ubi
hac praefixio facta iam fuit in vim similis decreti sancta-
men. Pauli V. absque tamen computatione reddituum cu-
iusque Religiosi, sit demò facienda necne?

Resp. Numeri praefixionem esse iterum facien-
dam seruata forma vltimi decreti hac de re editi.

Decimo septimo, an nouitij ad habitum Regularem ad-
missi possint admitti ad professionem in monasteriis, in
quibus habita ut supra praefixione numeri commode ali
non possunt.

Resp. Esse admittendos ad professionem, si aliàs
habiles existant, ac deinde in aliquo alio monaste-
rio eiusdem Religionis esse collocandos vbi com-
mode ali possint.

Decimo octauo super vltimo, quo cauetur, ut nulli re-
cipiantur Conuentus Regularium, nisi praeter alia ad id
requisita duodecim saltem fratres in eis degere, & com-
petenter sustentari valeant, itaui alioquin subsint iuris-
dictioni Ordinarij: Queritur, an hoc decretum, quod
videtur editum in ordine ad celebrationem Missarum,
comprehendat eas Religiones, quae non consueuerunt one-
ra Missarum recipere, ut sunt Religiones Capuccina-
rum, ac Societatis IESV?

Resp. Comprehendere.

Vltimo, an idem decretum ubi disponit, ut nullibi re-
cipiantur monasteria, nisi, &c. habeat locum in Italia
dumtaxat, ad quam est restrictum decretum proximè an-
tecedens, an verò etiam extra Italiam?

Resp. Habere locum etiam extra Italiam.

Cosinus Card. de Torres.

Locus † Sigilli.

Prosper Fagnanus S. Congreg. Secret.

Roma ex Typographia Reg. Camera Apost.
M. DC. XXVI.

DECRETA SACRÆ
Congregationis Concilij.

S. D. N. D. Urbani Papæ VIII.
iussu edita.

De Regularibus, Apostatis, & Eiectis.



ACRA Congregatio Cardinalium
Concilij Trident. Interpretum Regu-
larium eiectionum, & fugitiuorum Ita-
tui consulere, illorumque scandala
summuere, & succrescentem nume-
rum frangere, operæ pretium existimans, auditis
Religionum Superioribus, atque diligentissime per-
penas communicato etiam consilio cum S. D. N. Ur-
bano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis suæ facul-
tate infrascripta edidit.

Ac primò, ut infecta femina, è quibus prauis eiuf-
modi factis potissimum procedunt, deinceps ne se-
rantur in vinea Domini, censuræ esse inponendas, &

Sanctissimi auctoritate innouat constitutiones, &
decreta generalia sanctæ mem. Clementis VIII. ad
Regularium reformationem, ac nouitiorum recep-
tionem, professionem, atque institutionem specta-
tia, districtèque præcipit Generalibus, atque aliis
omnibus Ordinibus Superioribus, vt illa exactè ob-
seruent, atque vt obseruentur efficiant sub pœnis
statutis in iisdem Constitutionibus. A quibus tam-
en excipiendum censuit caput illud, quo decernit-
tur ne in Conuentibus, seu monasteriis ad nouitios
recipiendis hætenus designatis, & approbatis, seu
in posterum designandis, & approbandis, nouitij
ad habitum vllatenus recipi possint, nisi priùs à
Congregatione Reformationis Apost. vel à propriis
locorum Ordinariis expressè, & nominatim appro-
bati fuerint. A cuius quidem decreti obseruantia
Sacta Congregatio iussit de causis censuit Regula-
res esse absoluendos, prout auctoritate Sanctissimi
Domini nostri absoluit, atque exemit.

Deinde vt apostatandi opportunitas Regularibus
præripiatur, statuit, vt de cætero nullus permittatur
ad arctiorem Religionem transire, nisi priùs Super-
iori legitime constiterit eam Religionem paratam
esse illum recipere, qui licentiam petit, tumque Re-
gularis rectè se transferat ad arctiorem. Quod vt re
ipsa adimpleatur, idem Superior omni studio, ac di-
ligentia inuigilet.

Rursus statuit, vt fugitiui, & apostatae, siue habi-
tum Regularem deserant, siue non, possint ac de-
beant ab Episcopo loci, vbi moram trahunt in car-
ceres conici, ac Superioribus Regularibus confi-
gnari secundum Regularia instituta puniendi, vtque
ipsi quoque Superiores teneantur eos perquirere, ad
Religionem reducere, atque efficere vt apprehen-
dantur, salua tamen in omnibus facultate Ordina-
riis locorum attributa decreto Concilij cap. 3. sess. 6.
Quod si apostatae huiusmodi citra montes infra
quatuor, vltra montes verò infra octo menses à præ-
sentis decreti publicatione inchoandos sua sponte
ad suam quisque Religionem redierit, tum pœna-
rum omnium ipsi propter apostasiam inflictarum,
aut infligendarum remissionem, atque impunitatem
assequantur; ita tamen vt debeant à Superiore ab-
solutionem humiliter petere, & coram eodem cul-
pam fateri, atque emendationem polliceri; Super-
ior verò è contra benignè illos teneatur excipere,
ab huiusmodi pœnis absoluere, & paterna charitate
amplecti.

Ad hæc, vt in posterum è Religionibus nullus le-
gitime professus eici possit, nisi sit verè incorrigi-
bilis; verè autem incorrigibilis minimè censetur,
nisi non solum concurrant ea omnia, quæ ad hoc
ex iuris communis dispositione requiruntur, subla-
tis hac in parte Statutis, & Constitutionibus cuius-
que Religionis, & Ordinis etiam à Sede Apost. ap-
probatis, & confirmatis; verum etiam vnus anni
spatio in ieiunio, & pœnitentia proberur in carce-
ribus: proindeque vnaqueque Religio priuatos ha-
beat carceres in qualibet saltem Prouincia. Elapso
autem anno si nihilominus non resipuerit, sed ani-
mo indurato in sua pernicacia perseverauerit, ne
contagione pestifera plurimos perdat, tanquam pec-
cus morbida, ac membrum putre eici tandem pos-
sit, sed ab ipsomet Generali tantum de consilio, &
assensu sex Patrum ex grauioribus Religionis eji-
gendis in singulis Capitulis, vel Congregationibus
generalibus, tumque non nisi instructio secundum
eorum stylum, & Constitutiones processu, & plene
probatas causis expulsionis ad Sacrorum Canonum
præscriptum. Interea tamen vsque ad primum gene-

rale Capitulum, seu Congregationem proximè ce-
lebrandum, si quempiam ex iustis, & necessariis cau-
sis expellere oportebit, eiectioni fieri possit à Gene-
rali cum consilio, & assensu sex Patrum vt supra,
quos idemmet Generalis eligere debeat infra qua-
tuor menses à presentis decreti publicatione, serua-
ta tamen in reliquis forma superius præscripta. Si
verò eiectioni quamdiu non redierint ad Religionem
in habitu clericali incedant, atque Ordinarij loci iur-
isdictioni, & obedientiæ subsint, proindeque Ge-
neralis illico expulsionis sententiam eidem Ordina-
rio notificare teneatur. Cæterum Sacra Congrega-
tio Religionum Superiorum seridè admonet, ac per
Iesu-Christi viscera obtestatur, vt memores paternæ
charitatis, & mansuetudinis, quam profitentur, nihil
intentatum relinquant, vt lucentur animas fratrum
suorum, ferè in profundum malorum delapsas, ante-
quam grauissimum, atque extremum expulsionis re-
medium experiantur. Idque eo magis quod subdito-
rum sanguinem, qui ex malo negligentia, & sui
officij immemorum Prælatorum regimine peri-
bunt, Dominus noster Iesus Christus in summo
Dei iudicio de eorumdem Prælatorum manibus sit
requiriturus.

Præterea statuit vt iidem Superiores nemini ex
Religiosis expulsis litteras testimoniales concedant
illos ad Sedem Apost. reuocantes, vel iubentes aliam
ingredi Religionem.

Item vt eiectioni extra Religionem degentes sint
perpetuò suspensi ab exercitio Ordinum, sublata
Ordinariis locorum facultate dictam suspensionem
relaxandi, ac moderandi.

Ac postremo censuit esse innouandam & Suae Be-
atitudinis auctoritate innouat Constitutionem felici-
tatis mem. Gregorij IX. relatam in cap. fin. extra de
Regular. ac præterea declarat eam Constitutionem
in iis quoque vendicare sibi locum, seruandamque
esse, qui iuste diffinitæque, ac iuris ordine seruato
expulsi fuerint, dummodo tamen in expulsis huius-
modi subsit spes euidentis emendationis ex litteris
saltem testimonialibus Ordinarij, cuius Conscientiâ
in his litteris concedendis Sacra Congregatio seridè
onerauit.

Ne qua vero difficultas in supra scriptis decretis,
& ordinationibus exequendis suberiat, Sacra Cõ-
gregatio Sanctissimo Domino Nostro annuente, at-
que approbante, vniuersis Generalibus, Prouinciali-
bus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abba-
tibus, Prioribus, Præpositis, Guardianis, Vicariis, &
quibuscumque aliis Superioribus quorumcumque
Ordinum, vel Congregationum, Monasteriorum,
Conuentuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum
Regularium vbique locorum existentium iniungit,
serioque mandat, vt illa diligenter obseruent, atque
obseruari procurent in omnibus Cœnobis, ac mo-
nasteriis, Collegiis, & Domibus quorumcumque
Monachorum, ac Regularium vbique locorum exi-
stentibus, efficiantque, vt tam decreta supradicta fe-
licis record. Clementis VII I. quam præsentis Or-
dinationes in singulis eiusmodi locis bis saltem in
anno legantur in publica mensa.

Si quis verò ipsorum aduersus ea, quæ superius
supra scripta sunt, vel eorum aliquid quoquo modo
facere, vel moliri præsumperit, ipso facto pœnam
incurrat priuationis omnium officiorum, quæ tunc
obtinuit, vocisque actiua, & passiva, ac perpetuè
inhabilitatis ad illa in posterum obtinenda, pœnâ-
que huiusmodi si Sanctitati Suae, ac Sedi Apost. re-
seruata, iisdem Superioribus etiam Generalibus, &
Protectoribus illam moderandi, seu relaxandi pote-

taste penitus interdicta, & nihilominus sit irritum
& inane quicquid secus à quoquam actum extiterit.
Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationi-
bus Apostolicis in fauorem quarumcumque perso-
narum, atque Ordinum tam Mendicantium, quam
non Mendicantium Congregationum, Monasterio-
rum, Conuentuum, Domorum, ac locorum Regula-
rium, quorumcumque, necnon illorum etiam iura-
mento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmi-
tate alia roboratis statutis, vel consuetudinibus
etiam immemorabilibus, exemptionibus quoque,
indultis, & priuilegiis etiam in corpore iuris clausis,
aut ex causa, vel titulo oneroso, vel in limine funda-
tionis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla aurea,
aut aliàs nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus
& formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis
derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clau-
sulis, necnon irritantibus Decretis etiam Motu pro-
prio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis
plenitudine, aut aliàs quomodolibet, etiam per viam
communicationis, seu extensionis concessis, & ite-
ratis vicibus approbatis, & innouatis, etiam si pro il-
lorum sufficienti derogatione de illis, eorumque to-
tis tenoribus, & formis specialis, & indiuidua, ac de
verbo ad verbum, non autem per clausulas genera-
les idem importantes mentio, seu quavis alia ex-
pressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ser-
uanda esset, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad
verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradi-
ta obseruata inferri forent, præsentibus pro expressis
habens, quibus quoad ea, quæ supradictis quomodolibet
aduersantur, illis aliàs in suo robore perman-
suri specialiter, & expressè Sanctitatis Suae auctoritate
derogat, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat.
Roma die 21. Septembris 1624.

Cosinus Card. de Torres.

Locus † Sigilli.

Prosper Fagnanus S. Cong. Secret.

Roma ex Typographia Reg. Camera Apost.
M. DC. XXIV.

DECRETVM SACRÆ
Congregationis Rituum vbi-
que obseruandum.

De non addendis Calendario & Missali
Sanctorum Officiis adhuc non concessis,
& Missis non approbatis.



ACRA Rituum Congregatio ad tol-
lendos abusus, qui variis in locis ir-
reperunt, re mature discussa censuit,
& decreuit.
Primò non potuisse, nec posse loco-
rum Ordinarios tam seculares, quam Regulares ad-
dere Calendariis etiam propriis Sanctorum Officia,
nisi ea dumtaxat quæ Breviarij Romani rubricis, vel
Sacra Rituum Congregationis, seu Sedis Apostoli-
cæ licentia conceduntur.

Insuper venit, & prohibuit celebrari per totam
Cinitatem, vel Diocesum etiam de cuiusque Ordina-
rii auctoritate Missam, vel festum cum Officio de
Sancto,

Sancto, eo quod in loco adfit Ecclesia Parochialis, vel Regularis, aut aliqua Reliquia, sed tantum in ipsius Sancti Ecclesia titulari, seu vbi assernatur insignis Reliquia, & non alibi.

Insignes autem Reliquias declaravit esse Corpus, Caput, Brachium, Crux, aut illam partem Corporis, in qua passus est Martyr, modo sit integra, & non parva, & legitime ab Ordinariis approbata.

Missas item, quae circumferuntur a Sacra Congregatione non approbatas, Sancti Gregorij pro Viuis, & Defunctis X V. Auxiliatorum, & de Patre aeterno, & quascumque alias, exceptis iis, quae sunt permittae Regularibus tantum, veluti Rosarij, Sanctae Mariae de Carmelo, & alias, sicut etiam Officia ab eadem non approbata prohibuit, reiecit omnino, & damnauit respectiue, & pro prohibitis, reiectis, & damnatis haberi voluit.

Quae omnia decreuit, statuit, & mandauit sub poenis contentis in Bullis Pij V. initio Breuiarij, & Missalis positis, quod scilicet non satisfiant muneris recitandi diuini Officij; quo vero ad videntes supradictis Missis sub aliis poenis contentis in Indice librorum prohibitorum ex decreto S. Concilij Tridentini edito.

Et ne praemissorum ignorantia vilo vnquam tempore possit ab aliquo pretendi, neque obliuio possit irrepere, eadem Sacra Congregatio voluit, & mandauit decreta huiusmodi affigi in Sacrilijs omnium Ecclesiarum tam Secularium, quam Regularium, etiam Patriarchalium, Metropolitanarum, Cathedralium, Collegatarum, & aliarum quarumcumque in eisque perpetuo affixa asseruari.

Facta demum relatione horum decretorum Sanctissimo D.N.D. Urbano Papae VIII. idem Sanctissimus ea laudauit, approbavit, atque ab omnibus vbiq; sub praedictis poenis seruari praecipit. In quorum fidem manu, & sigillo Illustrissimi & Reuerendissimi D. Cardinalis Deti praesens decretum signatum, & munitum fuit, die 8. Aprilis 1628.

Ioannes Baptista Card. Detus.

Locus + Sigilli.

F. Fuluius Benignus, Secret.

Roma ex Typographia Reu. Camera Apost. M. DC. XXVIII.



DECRETUM SACRAE CON-
gregationis Concilij, quod in collatione Pa-
rochialis Ecclesiae iurispatronatus
mixti non requiritur forma
examinis per concursum.

SACRA Cardinalium Congregatio Con-
cilij Tridentini interpretum censuit in
collatione Parochialis Ecclesiae iurispatronatus mixti non requiritur formam examinis per concursum, sub die 7. Februarij 1628. Vidi & legi originale proprium, quod asseruatur apud D. Iulianum Vianum Pisane Ecclesiae Decanum, de quo ipse meminit in fine suae praesentis iurispatronatus nouissime editae, & ideo secundum hoc decretum corriges, & emendas quae cum communi Doctorum opinione dixi supra alleg. 58. num. 17.

S. D. N.

D. VRBANI DIVINA
PROVIDENTIA PAPAE VIII.

CONSTITVTIO,

Contra Ordinantes, & male Ordinatos.

Urbanus Papa VIII. ad perpetuam
rei memoriam.



SECRETIS aeternae prouidentiae consilijs, nullo nostrorum suffragio meritorum, Speculatores Domus Israel, in sublimi Apostolatus culmine constituti, eo potissimum Pontificiae sedulitatis officia conuertenda esse arbitramur, vt qui in sortem Domini vocantur, Christiue Militiae dant nomen, spirituale Ecclesiae tranquillitatem non perturbent, sed pacem confirmet, vires augeant, ac tam strenue se gerant, vt ipsam terribilem, quasi castrorum aciem ordinatam, inferae potestates, ac Principes tenebrarum quotidie magis perhorrescant. Haec autem quanto impensius fieri optamus, tanto maiori indignatione irreligiosam quorundam impudentiam detestamur, ac sacrilegam temeritatem execramur, qui sacros Canones, Summorumque Pontificum decreta non verentes, Clericales Ordines illegitime suscipiunt, ac dum in Ecclesiasticorum ministrorum coetum per nefas irrepunt, Dei cultui, animarum saluti, omnibusque ad optimum Christianae Reipublicae regimen pertinentibus, plurimum obesse noscuntur. Alias siquidem fel. rec. Clemens Papa I V. praedecessor noster volens periculis animarum eorum obuiare, qui vinculo excommunicationis adstricti, aut apostatae, seu irregulares, vel alias Ordinum sacrorum susceptione indigni, suam patriam, in qua de his haberetur notitia, fugientes, se in remotis partibus faciebant ad huiusmodi Ordines promoueri, statuit, vt nullus Episcoporum Italiae de caetero aliquem Ultramontanum Clericum ordinare praesumeret, nisi ab eodem Clemente praedecessore, vel ab Episcopo, de cuius Diocesi traxerat originem, ordinandus, vel in cuius Diocesi beneficiatus existeret, per eius patentes litteras causam rationabilem continentes, quare ipsum nolebat, aut nequibat ordinare, specialem licentiam haberet; eos vero, quos contra praemissa contigisset ordinari, manere voluit absque spe dispensationis super hoc a Sede Apostolica obtinenda suspensos, ac ordinantes condigna poenitentia puniri. Cum autem non sine graui animi nostri molestia, Nobis innotuerit, quamplures Ultramontanos suae salutis immemores, Deique timore postposito, ad Ordines praedictos cum falsis Dimissorialibus litteris, seu etiam cum titulo patrimonij ficto, vel fiduciario, seu etiam falso, cum maximo bonorum omnium scandalo, se promoueri fecisse. Nos innumeris, quae ex minimis canonica Clericorum ordinatione huiusmodi proueniunt, malis, quantum Nobis ex Alto conceditur prouidere volentes, praedictam Clementis praedecessoris Constitutionem, cum omnibus & singulis in ea contentis approbantes, & innouantes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine

na, lecta, & publicata fuerunt ad valuas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. Principis Apostolorum de Vrbe, ac Cancellaria Apostolica, acie Campi Florae, per nos Alexandrum de Rochis, & Fabium Emilianum Sanctissimi D. Papae Curf.

Brandimartes Latinus pro Mag. D. D. Curf. Roma ex Typographia Reu. Camera Apost. M. DC. XXIV.



DECRETVM

De Monasteriorum, Conuentuum, Domorum
Religiosorum cuiuscumque etiam Mendicantium Ordinis erectione.



VM alias fel. rec. Clemens Papa VIII. decreuit, Ordinarios locorum licentiam ad novos Conuentus cuiuscumque, praesertim Mendicantium Ordinis, in Ciuitatibus, & locis eorum ordinariae iurisdictioni subiectis erigendos impartiri non posse, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Ciuitatibus, & locis existentium Conuentuum Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesset habentibus, & causa seruatis seruandis cognita in eisdem Ciuitatibus, & locis, nouos huiusmodi erigendos Conuentus, sine aliorum detrimento commodè sustentari posse constiterit. Si vero ab eorum sententiis ad Sedem Apostolicam prouocari, & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tandiu erectionem nouorum Conuentuum suspendere debere, quandiu a dicta Sede in ea causa pronuntiatum extiterit, ac alias prout in decreto huiusmodi plenius continetur. Verum per praesentem Paulum Papam V. accepto plerosque ex Ordinariis praedictis fauore, vel nimia expositum importunitate ad novos Conuentus, seu Domos praeter, & contra tenorem praedicti decreti erigendos plerumque adduci, quo fit, vt non habita debita eleemosynarum, seu reddituum cuiuscumque Monasterij, Conuentus, seu Domus ratione, Monachi, seu Fratres, aut Religiosi ibi degentes, manuteneri nequeant, & ad tam exiguum numerum reducantur, vt cultus diuinus in eorum Ecclesijs destitueretur, ibique regularis disciplina, vt conuenit, conseruari non valeat. Sacra Congregatio Illustrissimorum DD. Cardinalium negotijs Regularium praepositorum, ad quos idem Paulus Papa V. negotium huiusmodi reiecerat, tot incommodis obuiam ire, eisque aliud quod opportunum remedium adhibere cupiens, Decreti huiusmodi veriores, ac totos tenores praesentibus, ac si de verbo ad verbum infererentur pro plenè, & sufficienter expressis habens, viuae vocis oraculo a S. D. N. Gregorio Papa XV. habito, Decretum praedictum, quatenus opus sit, innouat, & in vsum reducit. Volens, quod de caetero Monasterium, Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas Religiosorum, seu Regularium cuiuscumque, etiam Mendicantium Ordinis, Societatis, & instituti quocumque nomine nuncupentur, etiam de illis particularis, expressa, & specifica mentio habenda esset, in quacumque Ciuitate, vel oppido, seu quocumque alio loco, non erigantur, nisi in eo saltem duodecim Fratres, aut Monachi, seu Religiosi inhabitare, ac ex redditibus, & ex conuersis eleemosynis sustentari valeant, ac Priores, seu Procuratores aliorum Monasteriorum, Conuentuum, seu Domorum aliarum Religionum, vel Congregationum,

V. THEATINVS.

Anno Millesimo sexcentesimo vigesimo quarto, Indictione septima Pontificatus Sanctissimi D. N. D. Urbani diuina Prouidentia Papa Octauo, die vero decimo sexto mensis Decembris, retroscripta littere Apostolica assi-

num, aut Societatum, seu institutorum huiusmodi non solum in prædictis, sed etiam in aliis per quatuor millia passuum circumvicinis locis ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni consenserint, vel alias Ordinariis locorum constiterit, Religiosos Monasterij, Conuentus, seu Domus regularis sic erigendi, seu erigendæ absque detrimento Religiosorum in Monasterijs, seu Domibus antea in Ciuitatibus, seu locis huiusmodi erectis degentium, ibi in numero duodecim commodè, & congruè manuteneri, & ali posse. Si verò noui Conuentus, Domus, Congregatio, vel Societas huiusmodi instituendæ erunt, nullique alij Regulares inibi reperiantur, Ordinarij locorum nihilominus diligenter inquirent, ac locorum incolæ, & habitatores, quorum & consensum requirant, ac adhibeant huiusmodi duodecim Religiosos in Conuentibus, vt præmittitur instituendis commodè alere, & manuteneant valeant. Si verò à Decreto, seu Decretis per Ordinarios prædictos in causis huiusmodi ferendis legitime appellari contigerit, ex nunc prout ex ea die, qua appellatio interponitur, ea ad eandem Sacram Congregationem vnà cum toto negotio principali deuoluta censeatur, appellatioque huiusmodi pendente, nihil innouandum esse, irritumque & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scierit, vel ignoranter contigerit attentari decernens, quibuscumque in contrarium facient non obstantibus. Romæ 17. Augusti 1622.

Ant. Card. Saulius.

Locus † Sigilli.

N. Zambecarius, Secr.

Roma ex Typographia Reu. Camera Apost.

M. DC. XXII.

DECRETUM,

Quo conceditur & præscribitur facultas Ordinariis circa accessum Regularium ad monasteria Monialium ad colloquendum cum eis.



VM aliàs de anno 1590. per Sacram Cardinalium negocijs Regularium Præfectorum Congregationem de mandato fel. rec. Sixti Papæ Quinti circa accessum Regularium cuiuscumque Ordinis ad Monialium Monasteria fuerit decretum; Quod nulli Religioso cuiuscumque Ordinis, gradus, qualitatis, & dignitatis existat (Superiore, qui Monasterij, seu Domus cura incumbit Visitatore, vel Visitatoribus, Confessariisque ordinario, & extraordinario, cum ad tempus deputabitur dumtaxat exceptis) liceat absque licentia expressa eiusdem Sacræ Congregationis accedere ad Monasteria, seu Domus quatumcumque Monialium, vel Sororum, siue sui, siue alterius cuiuscumque Ordinis ad colloquendum, siue transandum cum eis, Quod si aliquando mandato sui Superioris aliquos Religiosos ad prædicandum Verbum Dei, vel ad celebrandas Missas in ipsarum Monialium, seu Sororum Ecclesijs, siue Oratorijs exterioribus, siue extra Claustra existentibus mitti contigerit, ne dicti Religiosi villo quæsito colore Moniales, Sorores, aut quamlibet alia personam intra Claustram degentes alloqui possint, sub penis priuationis officiorum, ac vocis actiue, & passiuæ ipso facto incurren. aliisque eius-

dem Sacræ Congregationis arbitrio, fueritque postmodum declaratum etiam Equites S. Ioannis Hierosolymitanæ sub eodem Decreto comprehendi, & quoscumque contrafacientes ab alio, quam ab Apostolica Sede, aut à Sacra Congregatione absolui, & rehabilitari non posse; Amplissimi eiusdem Sacræ Congregationis Patres Decreta huiusmodi innouanda, & inuolabiliter obseruanda statuerunt. Verum quia experientia compertum est interdictum ob pias, & rationabiles causas, easque ita ferente casu, & repentinas, vt ab eadem Sac. Congregatione licentiam expectari summè incommodum, vel inutile sit Regularibus supradictis colloquendi cum Monialibus sibi attinentibus necessitatem obuenire, facto verbo cum Sanctiss. D. N. Urbano VIII. & de Sanctitatis suæ expresso ordine, & mandato facultatem tribuerunt in posterum locorum Ordinariis, vt quatenus sibi visum fuerit in Domino expedire, licentiam concedere possint per quatuor vices ad summum quolibet anno cuiuscumque Regulari, vt Moniales sibi in primo, & secundo tantum consanguinitatis gradu coniunctas conuenire, & alloqui possint. Id verò non aliter quam seruata ad vnguem forma infra scripta, vt id nullo modo liceat diebus festiuis, aut in Aduentu, Quadragesima, feria sexta, Sabbato, & Vigilijs, prædictaque licentia obrepta ab Ordinario, & ab alio, ad quem spectet eam concedere, consignetur Confessario Ordinario Monasterij, qui pepes se retinere debeat, isque associet, & præsens sit, & Auscultatrices de more, non autem alia, assistant, prædictaque licentia pro die, & hora certa, & in scriptis concedatur, in librisque Cancellariæ eiusdem Ordinarij annotetur: Quod si prædicti locorum Ordinarij per plures vices, vel in vltiori gradu coniunctis, aut aliter, quam seruata forma supradicta licentias concesserint, vel permiserint, sciant se intentionis Sanctiss. D. N. & Sacræ Congregationis Transgressores, iudiciumque reformident, Regulares autem penes in supradicto Decreto contentis, ac si nullam licentiam obtinuissent eo ipso se nonerint esse addictos, & arbitrio Sacræ Congregationis seuerius puniendos. Romæ xij. Kal. Decembris M. DC. XIII.

Ord. Card. Bandinus.

Laur. Campegius, Secret.

Roma ex Typographia Reu. Camera Apost.

M. DC. XXIII.

DECRETUM,

S. D. N.

D. VRBANI DIVINA
prouidentia Papæ VIII.

DECLARATIO.

Quod Capitula Ecclesiarum Cathedralium, quibus S.R.E. Cardinales præsumt ex Indultis conferendi beneficia Ecclesiastica reseruata, vel affecta eiusdem Cardinalibus concessis nullum ius prætereendere possint.



ANCTISSIMVS IN CHRISTO Pater, & D. N. D. Urbanus diuina prouidentia Papa VIII. accepto quod S. R. E. Cardinales super Indultis & facultatibus disponendi de beneficijs Ecclesiasticis Sedi Apost. reser-

uatijs

S. D. N.

D. VRBANI DIVINA
prouidentia Papæ VIII.

DECLARATIO.

Quod S.R.E. Cardinales Ecclesiarum Præfules indulta conferendi beneficia Ecclesiastica ratione Ecclesiarum, quibus præsumt, vel quorum regimini vltimo loco cesserunt, dumtaxat uti possint.

VRBANVS PAPA VIII.



MOTU proprio, & licet nullus Episcoporum postquam regimini Ecclesiæ, cui præerat, cesserit in beneficiorum Ecclesiasticorum dispositione, ratione eiusdem Ecclesiæ sibi antea competenti ingerere se valeat: tamen nonnulli ex ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus sub prætextu indultorum Apostolicorum eis pro tempore concessorum beneficia nedum vnus, sed etiam plurius Ecclesiarum, quarum regimini cesserunt, vel à quarum vinculo ad alias translati absoluti reperiuntur, contemplatione, aliàs ad se spectantia conferre perseverant. Quare Motu simili, & declaramus de cætero non licere cuius personæ etiã Cardinalatus honore præfulgeat, prætextu cuiuscumque Indulti Apostolici concessi, seu concedendi facultatem huiusmodi etiam expressè continentis conferre, vel quouis modo disponere de quibusvis beneficijs Ecclesiasticis, quorum collatio, præsentatio, nominatio, vel quouis alia dispositio separatim, vel coniunctim cum alijs ad eum spectabat ratione cuiuscumque Ecclesiæ Cathedralis etiam Metropolitanæ, Primatialis, vel Patriarchalis, cuius regimini cesserit, siquidem ad aliã Episcopalem, Primatiam, vel Patriarchalem Ecclesiam translatus, vel postmodum assumptus fuerit, sed indulto tantum ratione Ecclesiæ, cui actu præsit, vel cuius regimini vltimo loco cesserit sibi concessio vri posse, & debere, ac irritum, & inane. Osiens. & Veliternensium, ac Portuen. ac Sabinen. necnon Tusculan. & Prænestin. ac Albanen. Ecclesijs dumtaxat exceptis, quoad quas Cardinalibus illarum pro tempore præsulibus facultate disponendi de beneficijs huiusmodi etiam vnà cum indulto sibi ratione aliarum Ecclesiarum, quibus actu præsumt, vel antea nouissime præfuerint, vt præfertur, frui licere decernimus; statuentes præsentium, etiam absque eo quod registrantur, aut illis data apponatur solam Signaturam nostram sufficere, & vbiq; in iudicio, & extra regula contraria non obstante fidem facere. Ac insuper illas in Cancellaria Apost. describi debere, & deinceps omnes, & singulos Cardinales etiã absentes, præsentis, & futuros, & alios quoscumque, quorum interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, afficere, & ligare, nullumque earum ignorantiam prætereendere posse non secus, ac si ei intimata forent, statuto, & ordinatione, decreto, & declaratione per Nos in crastinum assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem editis, quod Cardinales in Constitutionibus, & regulis per Nos post priorum nostrarum Constitutionum, & regularum editione, & publicationem in posterum faciendis non includantur, nisi illa eorundem Cardinalium fauorem con-

i 2 cernant,

seruatis & affectis à Sede prædicta sibi concessis per Capitula & Canonicos Cathedralium Ecclesiarum, quibus illi ex concessione, & dispensatione Apostol. præsumt, impediuntur, sub prætextu quod ipsi Capitula, & Canonici ius nominandi, vel præsentandi, aut aliàs quomodolibet disponendi de beneficijs in mensibus non reseruatis pro tempore vacantibus cum prædictis Cardinalibus locorum Ordinariis coniunctim, vel diuisim habentes, tanquam membra capiti adhaerentia à Cancellariæ Apostolicæ regula mensium reseruatoria, à qua Cardinales præferuntur etiam excipi, & facultates atque Indulta, qua certarum reseruationum obstacula tollunt, sibi quoque suffragari debere prætendunt, & attendens priuilegium quod Cardinales in prædicta regula præferuntur, eis intuitu Cardinalatus concessum esse, neque rationi consonum fore, vt Capitula & Canonici dum sui Præsules Cardinalatus honore præfulgent plus iuris in præiudicium Sedis Apostol. seu ipsorum Cardinalium Præsulum ius, & indultum conferendi ab ipsa Sede habentium obtineant, quam si ipsi Cardinales non forent. Motu proprio sub die 29. Decembris, anni ab Incarnatione Domini 1625. declarauit intentionem, & voluntatis suæ esse quod Cardinales Præsules de omnibus, & singulis beneficijs Ecclesiasticis quomodolibet nuncupatis, & qualificatis, ad eorum etiam cum alio, vel alijs collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam similem, vel dissimilem dispositionem ratione Ecclesiarum, quibus ipsi Cardinales præsumt coniunctim, vel diuisim spectant, non tamen in libris Camera Apostolicæ descriptis, nec ex personis familiarium Suæ Sanctitatis, vel Conclauistarum, aut ratione vacatio nis apud Sedem prædictam reseruatis, vel affectis, qua omnia Sanctitas Sua sibi & successoribus suis pro tempore existentibus specialiter & expressè reseruauit ad præsens vacantibus, & in futurum vacaturis soli per se ipsos vel alios ad id deputandos absque Capitulis, & Canonicis, aliisque quacumque Ordinariam dispositionem eorundem beneficiorum similiter coniunctim vel diuisim cum eisdem Cardinalibus habentibus, dummodo aliàs sub indultis eis concessis comprehendantur, libere prouideant, neque Capitula, aut Canonici huiusmodi priuilegio quod Cardinalibus Præsulibus nullo habito Capitulorum, & Canonicorum respectu concessum esse dignoscitur, gaudere, frui, ac ius aliquod inde prætereendere possint. Decernens declarationem prædictam à dicta die 29. Decembris robur obtinere debere, etiam si ne dum publicata fuisset, ac irritum, & inane.

Placet, publicetur, & describatur M.

Lecta & publicata fuit supradicta regula in Cancellaria Apostol. anno Incarnationis Dominicæ M. DC. XXXVI. die verò decima mensis Septembris, Pontificatus prælibati Sanctissimi D. N. anno IV.


Marcus Antonius Ascensius, Procustos.

cernant, vel ipse edenda Constitutiones de illorum, seu maioris partis eorum consilio edita fuerint, necnon predictis, & quibuscumque aliis regulis, constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, & Contrariis quibuscumque nequaquam obstantibus,

Placet Motu proprio publicetur, & describatur M. Lecta & publica fuit supradicta Constitutio in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominice 1626, die vero decima mensis Septembris, Pontificatus praeibati Sanctissimi D. N. anno 1 V.

Marcus Antonius Ascensius, Procurator,

Roma ex Typographia Reu. Camerae Apostolicae.
M. D. C. XXVI.



S. D. N.

D. VRBANI DIVINA PROVIDENTIA PAPAE VIII.

Confirmatio, & innouatio Regulae
Cancellariae, Decreti Camerae
Apostolicae, & Constitutionum fel.
record. Iulij III. quoad fructus benefici-
orum Ecclesiasticorum inexactos.

*Urbanus Papa VIII. ad perpetuam
rei memoriam.*



ETERNVS rerum conditor, cuius iudicia abyssus multa, sacrosanctum Apostolicum seruitutis officium Nobis ad hoc licet immeritis demerere voluit, vt speculatores Domus Israel, quae est Ecclesia sua sancta, ab eo constitutis inter ceteras eiusdem seruitutis curas, boni Patrisfamilias exemplo provideamus, vt non modo Ecclesiarum omnium, & personarum eis in diuinis deseruentium indemnitati iugiter consulatur, verum etiam Camerae nostrae Apostolicae iura facta, testaque omni sollicitudine preferuntur, & vnicuique, quod suum est, aequa lance tribuatur; ca vero Nobis vt sublatis impedimentis quibuslibet facilius succedere valeant, Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum constitutiones desuper editas, & libenter innouamus, & si quae super illis, ac etiam a Nobis ea de re emanatis regulis, siue litteris Apostolicis dubia oriri noscuntur, opportuna declarationis ministerio remouemus, vt etiam hac ratione nostram eidem Ecclesiae sanctae operam, quantum Nobis ex Alto conceditur, non inuilem faciamus. Alias siquidem per regulas Cancellariae Apostolicae per Nos in crastinum assumptionis nostrae ad Summi Apostolatus apicem editas, omnia, & singula facultates, & indulta in ea parte, in qua necdum verè, & realiter suum erant sortita effectum per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros ad fauorem quarumcumque personarum concessa, quibus eis, vel eorum singulis villo modo, & ex quavis causa, vel praetextu permittebatur, fructus certos, vel incertos, iura, obuentiones, & emolumenta quacumque quorumlibet beneficiorum per eos obtentorum anticipatis solutionibus ultra vnum annum elocare, & arrendare, ac ad

firmam, vel annuam responsonem concedere, seu eos, & ea ad fauorem quarumcumque personarum obligare, vel hypothecare, in solum dare, aut de eis quomodolibet, & ex quavis causa disponere pro tempore ad vitam beneficiorum, & ad tempus, quo beneficia huiusmodi obtinuissent, minimè restricta, nec coarctata, inter alia reuocauimus, cassauimus, ac deinde per nostras sub plumbo sub datum Romae apud S. Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicae M. DC. XXIV. xj. Kal. Nouembris Pontificatus nostri anno ij. expeditas litteras, licet post generalem gratiarum, & indultorum in praedictum Camerae, & Sedis Apostolicae per eosdem praedecessores nostros quomodolibet concessorum reuocationem, facultates testandi, & ab intestato succedendi quibusuis etiam per Nos concessas exceperimus, nihilominus mentis, & intentionis nostrae fuisse, & esse declarauimus, praedictae Regulae Cancellariae super reuocatione indultorum superuentionis, vt praefertur per Nos editae nullatenus per easdem litteras nostras praedictae; quinimò eandem regulam quoad omnia in illa comprehensa, ac omnes, & quascumque personas quavis dignitate, etiam Cardinalatus fulgeant, confirmauimus, & quatenus opus esset, innouauimus, & extendimus, ac aliàs prout in dictis litteris, quatum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem sicut accepimus, pro interesse beneficiorum in beneficiis Ecclesiasticis, & seu respectiue Camerae nostrae a nonnullis in dubium reuocato, an regula nostra praedicta facultates, ab eisdem praedecessoribus nostris quomodolibet concessas, & emanatas testandi, quoad Ecclesiarum, & beneficiorum fructus inexactos, reuocaret, in eadem plena Camera nostra Apostolica sub die 13. Ianuarij 1625. resolutum fuerit, facultates testandi, in ea parte, in qua conceditur facultas disponendi de fructibus non exactis, per praedictam regulam nostram esse reuocatas, & super resolutione huiusmodi decretum Camerae emanauerit, eiusdem decreti obseruantia, & executione etiam subsecutis, & pariter ex eo quod in facultatibus testandi, & de bonis disponendi, ac ab intestato succedendi per Nos ab inde citra concessis, expressa constitutionum etiam declaratoriarum fel. rec. Iulij Papae III. etiam praedecessoris nostri super fructibus inexactis aliàs in fauorem Ecclesiarum, & beneficiorum, ac in eis beneficiorum, & respectiue Camerae nostrae Apostolicae editarum derogatio, cum diuersis, & praequantibus clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis apposta fuit, a nonnullis praetendatur, regulae, & constitutioni nostris huiusmodi, resolutionique, & Decreto Cameralibus praedictis sufficienter derogatum, ac proinde successoribus in beneficiis, & Ecclesiis, & respectiue Camerae praedictis, quoad fructus inexactos huiusmodi praedictum illatum fuisse: Nos omnem in praemissis dubitandi, seu haesitandi materiam e medio tollere, necnon Ecclesiarum, & beneficiorum, in eisque successorum, ac etiam respectiue Camerae praedictorum indemnitati, consulere volentes, & quarumcumque litterarum Apostolicarum tam in forma Breuis, quam sub plumbo super facultatibus testandi, disponendi, & ab intestato succedendi, & aliàs quomodolibet expeditarum, ac quarumcumque aliarum concessionum, & gratiarum desuper quomodolibet factarum veriores, & totos tenores, necnon alia quacumque etiam hic forsitan de necessitate exprimentia praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris,

deque

deque Apostolicae potestatis plenitudine hac, hac nostra perpetuo valitura constitutione easdem nostras Cancellariae Apostolicae regulam, & constitutionem, praedictamque resolutionem Cameralem, ac decretum desuper emanatum huiusmodi, necnon ipsas dicti Iulij praedecessoris Constitutiones in fauorem Ecclesiarum, & beneficiorum, in eisque successorum, ac Camerae Apostolicae respectiue super fructibus inexactis huiusmodi editas, & de iis quomodolibet disponentes tenore praesentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illasque & earum quamlibet quoad fructus inexactos huiusmodi in fauorem Ecclesiarum, & beneficiorum, in eisque successorum, & respectiue Camerae nostrae Apostolicae praedictae innouamus. Insuper motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus declaramus, & in verbo Rom. Pontificis attestamus, mentis, & intentionis nostrae nunquam fuisse, nec esse, minusque de cetero fore per quamcumque concessionem, indultum seu facultate testandi, & disponendi, ac ab intestato succedendi, vel transmittendi etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & per modum indulti, seu legis generalis, vel aliàs quomodolibet a Nobis emanatam, & pro tempore emanandam praedictis regulae, & constitutioni nostris, nec resolutioni, & decreto Cameralibus, illorumque obseruantiae, minusque Constitutionibus dicti Iulij praedecessoris huiusmodi, quoad dicti fructus inexactos, etiam si affectus, & emolumenta quacumque inexacta huiusmodi deberentur ratione fructuum recollectorum, & in horreo reconditorum, ac etiam consumptorum, derogare, nec aliquod eis praedictum villo inferre, quinimò easdem nostras regulam, & constitutionem, decretumque, & resolutionem Camerae praedictae, ac dicti Iulij Praedecessoris Constitutiones per Nos, vt praefertur approbatas, confirmatas, & respectiue innouatas de cetero perpetuis futuris temporibus, quoad fructus quarumcumque Ecclesiarum, & beneficiorum quomodolibet qualificatorum, & quocumque nomine nuncupatorum inexactos huiusmodi, inuolubiliter obseruari, ac omnimoda executioni demandari debere etiam si in praedictis iudicis, licentiis, seu facultatibus testandi, vel aliàs quomodolibet disponendi, & ab intestato transmittendi, vel succedendi, haec tenore etiam per Nos concessis, & de cetero etiam per successores nostros Romanos Pontifices, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, vel aliàs quomodolibet concedendis, clausula praedictae regulae nostrae reuocatoriae praeseruatua, siue quodius aliud Decretum sub quacumque verborum forma, & expressione conceptum, de eadem regula praeseruan. apposta, & appositum respectiue non fuerit. Omnes verò, & singulas licentias, indulta, & facultates testandi, & aliàs quomodolibet disponendi, vel ab intestato transmittendi, & succedendi tam a Romanis Pontificibus praedecessoribus nostris, & a Nobis haec tenore quomodolibet concessas, & emanatas, quam in futurum etiam a successoribus nostris praedictis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concedendas, & emanandas in fauorem quarumcumque personarum etiam speciali, & indiuidua mentione, & expressione dignarum cuiuscumque qualitatibus, status, gradus, & conditionis sint vel fuerint, & quacumque dignitate etiam Cardinalatus fulgeant censendas, habendas, & intelligendas esse, censeri quoque haberi, & intelligi debere, perinde, ac si in eis & quacumque illarum parte apposta esset clausula omnium & singulorum iurium praedictorum dictae Camerae

Apostolicae, ac respectiue Ecclesiarum, & beneficiorum, in eisque successorum praeseruatua, verbis infra scriptis, siue aequipollentibus concepta, videlicet (saluis semper, & in suo robore permanentibus praedictis regulae, & Constitutionibus, resolutioneque, & decreto Camerali super ipsius regulae declaratione die xij. Ianuarij M. DC. XXV. emanatis, quibus omnibus nullo modo intendimus derogare). Praeterea etiam decernimus nunquam de cetero in quibuscumque concessionibus, & dispositionibus, indultis, facultatibus, & gratis etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam quorum ten. &c. & quascumque alias clausulas etiam derogatorias derogatorias habentibus, ac etiam per viam legis, vel indulti generalis etiam consistorialiter, & aliàs quomodolibet sub quibuscumque tenoribus, & formis per Nos, & quoscumque successores nostros huiusmodi concedendis, seu a Nobis, vel illis emanandis nunquam praemissis omnibus, & singulis censeri in aliquo praedictarum, nec derogatum, nisi in eorum quolibet fuerit expressè, & dispositiue, non autem per clausulas generales idem importantes, & seu euentualiter praesenti nostrae constitutioni derogatum. Praesentes verò litteras omniaque, & singula in eis contenta quacumque etiam ex eo, quod in praemissis, seu eorum aliquo interesse habent, seu habere quomodolibet praetendentes eis nullatenus consenserint, nec ad ea vocari, & audiri, minusque causa propter quas eadem praesentes emanarint, adductas, verificatas, seu aliàs iustificatas fuerint, nullo vnquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, seu inualiditatis vitio, aut intentionis nostrae, vel alio quopiam defectu etiam quantumuis magno, inexcogitato, & substanciali, siue etiam ex eo, quod in facultatibus testandi, ac aliàs de rebus, & bonis disponendi quibusuis etiam S. R. E. Cardinalibus a Sede Apostolica, vel aliàs quomodolibet ex quacumque causa etiam favorabili, publica, & pia, etiam ratione consanguinitatis, vel affinitatis inter concedentem, & priuilegiatum existentis, ac aliàs quouis modo etiam consistorialiter concessis caueatur expressè, quod illis vti inuitur, & in remunerationem laborum, & onerum quorumcumque, vel ratione legationum, aliorumque officiorum etiam Romanae Curiae, & dignitatum quarumlibet etiam speciali nota, & expressione dignarum, ac aliàs ex titulo & causa merè onerosis, & aliàs quouis modo attributis nulla tenus, vel non nisi sub certis modo & forma tunc expressis, derogari valeat, ac in praemissis, seu eorum aliquo solemnitate, & quavis alia seruanda, & adimplenda, seruata, & adimpleta non fuerint, aut ex quouis alio capite a iure, vel facto, seu statuto, & consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae & totalis laesionis, etiam quoad quoscumque ipsorum priuilegiatorum creditores, etiam quantumlibet priuilegiatos, aut quocumque alio colore & titulo etiam in corpore iuris clauso, seu occasione, vel causa etiam quantumuis iusta, rationabili, & priuilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimentenda foret, aut quod de voluntate nostra huiusmodi, ac aliis Superioribus expressis, seu relatis nihil vllibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, inuaidari, retractari, in ius, vel controuersiam reuocari aut ad terminos iuris reduci, vel aduersus illas restitutionis in integrum, apertionis oris, reductionis ad viam, & terminos iuris, aut aliud quodcumque iuris, gratiae, vel iustitiae remedium impetrari, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine

i 3 simili

similibus concedi, aut sic impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se iuuare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas presentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuòque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum inuoluntate obseruari. Sicque, & non aliter in praeiudicis omnibus, & singulis per quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales, ac Camerarium, & Thesaurarium Camerae, necnon Praesidentes, Clericos Camerae nostrae Apostolicae in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstant. quatenus opus sit nostra de iure quaesitum non tollent. aliisque Cancellariae Apostolicae regulis, necnon quibusvis Constitutionibus, & ordinationibus etiam Apostolicis, ac iuramento, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, vrbis, stylis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, necnon litteris facultatum testandi, aliasque de rebus, & bonis disponendi per quoscumque Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac etiam Nos quibusvis personis, etiam S. R. E. Cardinalibus sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam in remuneratione laborum, & damnorum passorum, ac ratione officiorum, & dignitatum, necnon ex titulo, & causa merè onerosis, & aliis cum quibusvis efficacioribus clausulis, & decretis, priuilegiis quoque, indultis, aliisque litteris Apostolicis in contrarium, ut praemittitur, & aliis quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis etiam si pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, speciosa, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu

quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia ex qua sita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si specificè, & sigillatim expressi, & inserti forent, praesentibus pro plenè & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, ad effectum omnium & singulorum praemissorum, specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem praesentium litterarum notitia ad omnes deueniat, volumus quod illae, siue earum exempla ad valvas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranen. ac Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florae affixae, seu affixae omnes ita actent, & afficiant perinde, ac si vnicuique personae literè intimatae, vel intimatae fuissent, quòdque earundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscripitis, & sigillo alicuius personae, in dignitate Ecclesiastica constitutae, munitis, eadem prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quae ipsi praesentibus adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa. Datum Romae apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris die v. Aprilis M. DC. XXVIII. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

M. A. Maraldus.

Anno à Natiuitate Domini Nostri IESU CHRISTI millesimo sexcentesimo vigesimo octauo, Indictione undecima, die vero decima mensis Iunii, Pontificatus Sanctissimi in CHRISTO Patris, & D. N. D. Urbani Diuina prouidentia Papae Octauo. Anno eius Quinto, supradicta littera Apostolica, seu Constitutiones affixae, & publicatae fuerunt ad valvas Basilicarum S. Ioannis Lateranen. & Principis Apostolorum de Vrbe, ac in acie Campi Florae, dimissis ibidem praesentibus litteris per aliquantulum temporis spatium affixis, & deinde amotis, postea earundem exempla etiam impressa, & affixa, ut moris est, per nos Franciscum Pignoccarum, & Camillum Fundatum Sanctiss. D. N. Papae Cursores.

Brandimartes Latinus pro D. Mag. DD. Curforum.

Roma ex Typographia Reu. Camerae Apost. M. DC. XXVIII.

F I N I S.

Auctoris



ADHVC ALIÆ SUMMORVM PONTIFICVM CONSTITVTIONES.

Quia prater superiores vix plurimae aliae citarentur Constitutiones, nefas esset, illas hic tacite praterire, quin potius, quotquot in hoc opere aduocantur, dare per extensum libuit, nequid desideretur, incobando scilicet à Pio II. vsque ad Urbanum VIII. ut patet, transgressis iis, quae iam supra excusa, hic vno verbo sunt notata.

Contra Clericos ad sacros Ordines malè promotos.

CONSTITVTIO I.

Part. 2. Alleg. 6. 8. & 20.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei,
ad futuram rei memoriam.

tione Dominica 1461. quinto decimo Kalend. Decembris, Pontificatus nostri anno 4.



VM ex factorum Ordinum collatione character inuisibilis animae imprimitur, sacra mysteria dispensentur, & ipsarum cura tribuatur animarum, in eorum susceptione excessus graues tanto magis plectendi sunt, quanto ex illis maiora in mentibus Fidelium scandala generantur. Cum itaque (sicut dignorum relatione non nisi molestè accepimus) nonnulli Clerici extra tempora à iure statuta, quidam ante aetatem legitimam, aliqui verò sine dimissoriis litteris contra sanctiones Canonicas se faciunt ad sacros Ordines promoueri: Nos eorundem temeritatem tali castigatione reprimentes, ut aliis in posterum committendi similiq. aditus pracludatur, auctoritate Apost. hac Constitutione perpetuò valitura statuimus, & ordinamus quòd omnes & singuli, qui absque dispensatione Canonica, aut legitima licentia, siue extra tempora à iure statuta, siue ante aetatem legitimam, vel absque dimissoriis litteris etiam Citramontanis (praeterquam si in hoc ultimo caso per Cameram Apost. iuxta illius tylium ordinati fuerint, & ad aliquem ex sacris Ordinibus se fecerint promoueri) à suorum Ordinum executione ipsa iure suspensi sunt, & si huiusmodi suspensione durante eisdem Ordinibus ministrare praesumpserint, eo ipso irregularitatem incurrant. Praeterea ultra alias penas in tales generaliter à iure inflictas beneficiis ecclesiasticis possint iure priuari. Volumus autem quòd praesens nostra Constitutio in Romana Curia existentes post quindecim dies, absentes verò Italos post duos menses, alios verò Ultramontanos post sex menses ab ipsius in Audientia contradicatarum, & Cancellaria Apost. publicatione, & affixione, ligare incipiat. Nulli ergo, &c. Datum Romae apud S. Petrum anno ab Incarna-

Super forma iuramenti professionis Fidei.

II.

Part. 3. alleg. 61.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

INnumctum nobis Apostolicae seruitutis officium requirit, ut ea quae Dominus omnipotens, ad prouidam Ecclesiae suae directionem, sanctis Patribus in nomine suo congregatis, diuinitus inspirare dignatus est, ad eius laudem & gloriam inuictanter exequi properem. Cum itaque iuxta Concilij Tridentini dispositionem, omnes quos deinceps Cathedralibus, & superioribus Ecclesiis praefici, vel quibus de illarum Dignitatibus, Canonatibus, & aliis quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis curam animarum habentibus prouideri contingeret, publicam orthodoxae Fidei professionem facere, & in Rom. Ecclesia obedientia permanentes spondere, & iurare teneantur: Nos volentes, etiam per quoscumque, quibus de monasteriis, Conuentibus, domibus, & aliis quibuscumque locis Regularium, quorumcumque Ordinum, etiam Militiarum, quocumque nomine, vel titulo prouidebitur, idem seruari; & ad hoc, ut vnus eiusdem fidei professio vniformiter ab omnibus exhibeatur, vnicaque & certa illius forma cunctis innotescat, nostra sollicitudinis partes in hoc aliquid minime desiderari, formam ipsam praesentibus an-

notatam publicari, & ubique gentium per eos, ad quos ex decretis ipsius Concilij, & alios prædictos spectat, recipi & obseruari, ac sub pœnis per Concilium ipsum in contravenientes latis, iuxta hanc, & non aliam formam, professionem prædictam solemniter fieri, auctoritate Apostolica tenore præsentium districtè præcipiendo mandamus, huiusmodi sub tenore.

Ego N. firma fide credo, & profiteor omnia, & singula, quæ continentur in Symbolo Fidei, quo sancta Romana Ecclesia utitur, videlicet: CREDO in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli, & terræ, visibilium omnium & invisibilium: & in unum Dominum IESUM Christum, Filium Dei unigenitum; & ex Patre natum ante omnia sæcula; Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, consubstantiali Patri, per quem omnia facta sunt: qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis: & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est: Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus, & sepultus est: & resurrexit tertia die secundum scripturas; & ascendit in cælum, sedet ad dexteram Patris; & iterum venturus est cum gloria iudicare vivos & mortuos; cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit: qui cum Patre & Filio simul adoratur, & conglorificatur; qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam: Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum: & expecto resurrectionem mortuorum, & vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas & Ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdem Ecclesiæ observationes, & constitutiones firmissimè admitto, & amplector. Item sacram Scripturam iuxta eum sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est iudicare de vero sensu, & interpretatione sacrarum Scripturarum, admitto; nec eam unquam, nisi iuxta unanimem consensum Patrum, accipiam & interpretabor. Profiteor quoque septem esse verè & propriè sacramenta novæ legis, à IESU CHRISTO Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria; scilicet Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiã, Extremam Unctionem, Ordinem, & Matrimonium; illaque gratiam confert, & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemnè administratione recipio, & admitto. Omnia & singula, quæ de peccato originali, & de Iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplector & recipio. Profiteor pariter, in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro vivis & defunctis; atque in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus & sanguinem, una cum anima & diivinitate Domini nostri IESU CHRISTI; fierique conuersionem totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinem, quam conuersionem Catholica Ecclesia Transubstantiationem appellat. Fateor etiam sub altera tantum specie totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constantè teneo Purgatorium esse, animasque ibi detentas, fidelium suffragiis iuvari. Similiter &

Sanctos, unà cum Christo regnantes, venerandos, atque inuocandos esse; eoque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissimè assero, imagines Christi, ac Deiparæ semper Virginis, necnon aliorum Sanctorum habendas, & retinendas esse, atque eis debitum honorem, ac venerationem impertiendam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque usum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo. Sanctam Catholicam & Apostolicam Romanam Ecclesiam, omnium Ecclesiarum matrem & magistram agnosco; & Pontifici, beati Petri Apostolorum principis successori, ac IESU CHRISTI Vicario, veram obedientiam spondeo ac iuro. Cætera item omnia à sacris Canonibus, & Oecumenicis Conciliis, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata, indubitanter recipio, atque profiteor; simulque contraria omnia, atque hæreses quascumque ab Ecclesia damnatas & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reicio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam Fidem, extra quam nemo saluus esse potest, quam in præsentis sponte profiteor, & veraciter teneo, eandem integram & inuiolatam usque ad extremum vitæ spiritum, constanter (Deo adiuuante) retinere & confiteri, atque à meis subditis, vel illis; quorum cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri & prædicari, quantum in me erit, curaturum. Ego idem N. spondeo, & iuro. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Voluimus autem, quod præsentis littere in Cancellaria nostra Apostolica de more legantur; & ut omnibus facilius pateant, in eius Quinterno describantur, ac etiam imprimantur. Nulli ergo omnino hominum liceat, hæc paginam nostræ voluntatis & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M.D.LXIV. Idibus Nouembr. Pontificatus nostri anno quinto.

Fcd. Card. Cæsius,

Cæf. Glorierius.

Quod gratiæ de non residendo, & percipiendo fructus ratione studij, non valeant sine consensu Ordinarij.

II.

Part. 3. alleg. 53.

Sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster, Dominus Pius diuina prouidentia Papa IV. ad cuius aures nuper peruenit, nonnullos curata, vel alias sacros Ordines, aut personalem residentiam requirentia beneficia obtinentes, sub prætextu quoddam litteris operam dare cupiebant, post confirmationem Concilij Tridentini per Sanctitatem suam factam, & publicatam, secum ut litterarum studio in loco, ubi illud vigeat generale, actu insistendo, ratione beneficiorum per eos obtentorum huiusmodi, usque ad quinquennium, vel aliqd tempus tunc expressum, dummodo infra primum illius annum Subdiaconi fierent, ad reliquos Ordines

Ordines promoueri minime tenerentur; & tam idem interim, quam alij, etiam ad eisdem Ordines, vel eorum aliquem, seu aliquos Promoti, quod similiter studentes, beneficii per eos obtentis, per vicarios idoneos, per locorum Ordinarios, etiam congrua fructuum beneficiorum huiusmodi portione illis assignata, vel alias deputandos, in diuinis deseruendo, animarum curam illis imminentem exercendo, & alia incumbentia onera supportando, usque ad simile tempus personaliter in eisdem beneficiis residere non tenerentur, & nihilominus interea omnes eorumdem beneficiorum fructus percipere possent, per ordinariam Sanctitatis sue Signaturam, seu Pœnitentiariæ sue officium dispensari, sibi que pariter indulgeri obtinuerunt: nullum in his vel fraudi, vel circumuentioni locum, præsertim quod ad absentes à Romana Curia, de quorum qualitatibus facilis noticia haberi non potest, quantum humana ratione prouideri potest, relinquere volens, Concilij etiam Tridentini decretis inhærendo, huiusmodi dispensationes, & indulta hæcenus concessa, ac tam ipsius Pœnitentiariæ, quam Apostolicas, & alias desuper confectas & conficiendas litteras, processusque habitos & habendos per eandem, dictis absentibus nullatenus suffragari, nisi singulorum Ordinariorum locorum, in quibus singula beneficia huiusmodi consistunt, consensus gratis præstandus ad id accedat, Apostolica auctoritate declarauit, decernens irritum, &c.

Placet publicetur, & describatur. I.

Letta & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo quarto, die vero Veneris vigesima quarta mensis Nouembris, Pontificatus præfati S. D. N. Pape anno quinto.

A. Lomellini Custos.

Super residentia Prælatorum, & aliorum curam animarum habentium, & residere debentium.

IV.

Part. 3. alleg. 53.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IN suprema militantis Ecclesiæ specula, meritis licet insufficientibus, diuina dispositione constituti, cunctos non solum vigilantia nostræ commissos Dominicos greges, sed etiam singulorum pastorum suorum actus intensa nostræ mentis acie collustrantes, studium efficax, operamque sedulam ad hoc omnino statimus adhibere: ut quemadmodum operosum sacri Concilij Tridentini progressum, felicemque exitum, Domino cooperante præstitimus, ita sanctissima illius decreta, ipsorum præsertim, qui in Apostolica sollicitudinis partem vocati sunt, Pastorum officium concernentia, non repidè, neque dissimulanter exequamur. Sane licet in Concilio præfato saluberrima fuerit ordinatione decretum, quod omnes & singuli venerabiles fratres nostri, Patriarchæ, Primates, Ar-

chiepiscopi & Episcopi, & alij beneficiati, apud Ecclesias sponas suas residere teneantur: nonnulli tamen (quod non sine animi nostri mœrore referimus) adeo sui, gregumque, quod olim perditos, Saluator noster proprio sanguine redimere dignatus est, sibi creditorum obliti sunt, ut etiam nunc in alma Vrbe, ut alibi commorantes, & sacrosancta spiritualis matrimonij inter eos, suasque Ecclesias solemniter contracti, iura confundentes; sponas suas in longa quasi viduitate relictas, ac prædictas Ecclesias quomodocumque sibi concessas inuisere, & apud illas, ut probos & prouidos patres familias decet, residere non curent, in perditionem animarum suarum, & subditorum suorum, ac perniciosum exemplum & scandalum plurimorum. Nos hanc illorum contumaciam alicuius, etiam temporalis, pœnæ metu frangendam, seu conuincendam esse censentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnibus & singulis Patriarchis, Prælatibus, Archiepiscopis, & Episcopis præfatis, ac aliis quibuscumque, etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, vel præeminentia præfulgentibus, prædictas Ecclesias in commendam, vel administrationem, aut alio quouis nomine obrinentibus, & aliis quibuscumque beneficiatis curam animarum habentibus, qui iuxta decreti super residentia in Concilio prædicto promulgati tenorem, personalem in suis Ecclesiis residentiam facere tenentur, in virtute sanctæ obedientiæ, & ultra pœnas in dicto decreto Concilij contentas, etiam sub priuationis eorum à regimine, & administratione Ecclesiarum suarum, ac aliis nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis successoris nostri, arbitrio imponendis pœnis, districtè præcipiendo per Apostolica scripta mandamus, quatenus omni hora cessante, in eisdem suis Ecclesiis, iuxta formam, & tenorem dicti Concilij, personaliter residentent. Et nihilominus, si quos mandato nostro huiusmodi (quod absit) non parere contigerit, nec etiam tales absentes melioris in hac parte conditionis, quam ceteri in suis Ecclesiis residentes existant, hac nostra perpetuè valitura sanctione per præsentis statuimus, & ordinamus, quod deinceps omnia, & singula mobilia, immobilia, etiam in Vrbe, vel eius districtu existentia, & se mouentia, res & bona, iura & actiones cuiuscumque qualitatis, quantitatis & valoris, ac ubicumque locorum consistant, ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, Episcopos, & alios quoscumque, etiam quauis auctoritate, dignitate, gradu, & præeminentia præfulgentes, Ecclesias prædictas in titulum, vel commendam, siue administrationem, aut alio quouis nomine obrinentes, & alios quoscumque beneficiatos curam animarum habentes, qui extra prædictas Ecclesias, & dioceses, etiam in Romana Curia, aut alibi degentes, & iuxta decretum, & formam Concilij huiusmodi non residentes decesserint, pertinentia, & per illos suarum Ecclesiarum, ac quorumcumque monasteriorum, Prioratum, Præposituratum, aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, cum cura, & sine cura, secularium, & Regularium, quæ illi quomodolibet obtinuerint, ac fructuum, reddituum, & prouentuum Ecclesiasticorum, necnon pensionum annuarum sibi super similibus fructibus, redditibus, & prouentibus reseruarum, & assignatarum occasione quaesita, etiam si facultatem specialem de illis, aut eorum parte testandi,

& alijs libetè disponendi, à nobis, & quibusvis alijs Romanis Pontificibus prædecessoribus, & successoribus nostris, etiam cum clausulis, quod facultates huiusmodi reuocari nequeant, alijsque irritantibus decretis obtinuerint, & in vim illarum litterarum desuper confectarum de rebus & bonis huiusmodi iam disposuerint; tamquam spolia ad Cameram Apostolicam legitimè pertineant, licetque dilectis filiis moderno, & pro tempore existenti Commissario nostro generali, & suis, dictæque Cameræ deputatis, in euentum decessus huiusmodi, solitum inuentarium super rebus, & bonis præfatis conficere, illaque prout de reliquis Clericorum spolijs fieri solet, ad dilecti filij nostri moderni, & pro tempore existentis generis Thesaurarij manus redigere, dictæque Cameræ applicare, cuiusvis licentia desuper minimè requisita. Ac facultates, & desuper confectas litteras prædictas, etiam Motu & scientia similibus, etiam in recompensam laborum, & obsequiorum, etiam nobis, & Ecclesiæ Romanæ, dictæque Sedi impensorum, quomodolibet concessas, & etiam iteratis vicibus approbatas, illarum omnium tenores, præsentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, in euentum obitus huiusmodi, etiam si in Vrbe, aut eius districtu, vel alibi extra suas Ecclesias, vt præfertur, contigerit, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, in dicta contumacia pœnam, eiusdem potestatis plenitudine, & tenore reuocamus, cassamus, & annullamus: ac tam eas, quam earum prætextu quomodolibet pro tempore condita, factaque testamenta, codicillos, legata, donationes, & alias dispositiones quascumque, etiam ad pias causas, vel in remunerationem seruitiorum, nulla & inualida, nulliusque roboris, vel momenti fore, neque quidquam contra præsentium tenorem suffragari: Et sic per quoscumque iudices, & commissarios, quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, in quauis instantia, sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari, & definiti debere: ac quidquid secus à quocumque quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus. Per hoc autem nostris, & Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum ordinationibus, reservationibus, & decretis, quod ad Prælatorum, & aliorum beneficiorum, etiam in suis Ecclesijs, aut diocesisbus residentium, & ibi decedentium, quæ etiam ampliamus & extendimus ad habentes Ecclesias in Vrbe districtu, ibique residentes & decedentes, spolia Cameræ Apostolicæ applicata, hæcenus emanatis, nullatenus præiudicare, neque quidquam in eis alterare intendimus; sed ea in suo robore, vt antea, manere volumus, præterquam quod ad eos, qui in suis Ecclesijs iuxta formam prædicti Concilij resederint, & specialem licentiam restandi habuerint, hanc enim tantum saluam eis esse volumus; ita vt generalis licentia restandi eis, quamquam resedentibus, minimè suffragetur; sed sola speciali, si quam habuerint, tueri se possint. Cæterum vt præceptum, mandatum, statutum, ordinatio, reuocatio, cessatio, decretum, & alia præmissa, præsentisque litteræ ad eorum, quorum interest, notitiam deducantur, nullusque possit aliquam illorum ignorantiam præterdere, vel excusationem allegare, sed illa perpetuò firma, & illibata permanent; volumus & mandamus, quod eadem præsentis in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe,

& Cancellariæ nostræ valuis, ac acie Campi Floræ per aliquem ex Curforibus nostris affixæ, copia illarum ibi dimissa, ab ea die omnes perinde ardeant, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Non obstantibus præmissis, ac in fauorem Curialium per fel. rec. Xistum Quartum, Leonem Decimum, Iulium Tertium, & quoscumque alios Rom. Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per nos editis & approbatis; necnon alijs litteris, constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostri præcepti, mandati, statuti, ordinationis, reuocationis, cassationis, annulationis, decreti, ampliationis, extensionis, intentionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimoquarto, septimo Kalend. Decembr. Pontificatus nostri anno quinto.

Cæs. Glorierius.

Visa de curia M. de Enciso.

H. Cunnyn.

De residentia vide *Bul.* 5. 17. & 64.

Super executione Concilij; & litterarum D. Pij IV. contra Archiepiscopos, & Episcopos, & Prælatos, & alias personas Ecclesiasticas non residentes in eorum Ecclesijs.

V.

P. 3. alleg. 53.

PIVS PAPA IV.

Motu proprio, &c. Cum tam per sacrosanctum Mœcumenicum Concilium Tridentinum, quam etiam per nostras litteras, siue bullas etiam desuper emanatas, & inter alias sub Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXI V. septimo Kalend. Decembris, Pontificatus nostri anno quinto, mandatum sit omnibus Episcopis, Archiepiscopis, & alijs quibus animarum cura commissa est, oues suas agnoscere, pro eis sacrificium offerre, verbique diuini prædicatione, Sacramentorum administratione, ac bonorum omnium exemplo pascere; pauperum, aliorumque miserabilium personarum curam paternam gerere, eisque assistere, & in cætera munia pastoralia diligenter incumbere, aliaque facere, quæ in dicto sacro Concilio, & in dictis nostris litteris, siue bullis continentur. Quæ omnia nequaquam ab eis præstari, & adimpleri possunt, quum gregibus suis non inuigilant, neque assistunt, sed mercenatorum more oues suas deserunt: & propterea debuissent & deberent omnes & singuli Episcopi, Archiepiscopi, & alij in dignitatibus Ecclesiasticis constituti, & præfecti, & quibus animarum cura existit, iuxta diuina præcepta, & prædicti œcumenici Concilij, ac prædictarum nostrarum litterarum, seu bullarum vim, formam, continentiam, & tenorem ad eorum respectuè Ecclesias, dioceses, ac alia beneficia, quibus personalis residentia

Reuocatio priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conseruatoriarum, indultorum, Confessionalium, Maris magni, & aliarum quarumcumque similibus gratiarum, quibuscumque locis, & personis concessarum, in his, in quibus statutis, & decretis sacri Concilij Tridentini contrariantur.

VI.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IN Principis Apostolorum Sede, meritis licet imparibus, diuina dispositione constituti, nihil neque vniuersali Ecclesiæ, curæ & sollicitudini nostræ commissa, salubrius, neque iniuncto nobis Apostolica seruitutis officio, decentius præstare possumus, quam quod prouidentia nostræ ministerio œcumenicum Concilium Tridentinum, sicut nostris potissimum auspicijs, summaque sanctorum Patrum concordia per Dei misericordiam feliciter absolutum fuit; ita per vniuersos, qui Christiana pietate censentur, ubique suscipiatur; & remotis quibuslibet obstaculis, ab omnibus æqualiter obseruetur. Cùm itaque in eodem Concilio quamplura salubria, & ad vniuersalem morum reformationem valde vtilia, decreta, atque statuta, maturo præsentium ipsorum examini præcedente, sint edita, quibus multa, atque diuersa priuilegia, exemptiones, immunitates, dispensationes, facultates, conseruatoriæ, indulta, & vt vocant, Confessionalia, & Mare magnum, & alia gratia, quæ varijs, tam Cathedralibus, etiam Metropolitanis, quam Collegiatis Ecclesijs, monasterijs, Conuentibus, & alijs Religiosis, etiam Fratrum Mendicantium domibus & Ordinibus, necnon sancti Spiritus in Saxia, sancti Ioannis Lateranensis, ac Incubabilium de Vrbe, sancti Antonij Viennens. & sancti Bernardi Iuren. aliisque hospitalibus, militijs, eorumque Capitulis & Conuentibus, ac vniuersitatibus, etiam studiorum generalium collegijs, tam secularibus, quam Ecclesiasticis, Confraternitatibus, Societatibus, & tam Principis Apostolorum de Vrbe, quam alijs fabricis, sanctæ Cruciatæ, aliisque pijs locis & operibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatibus, Abbatibus, Abbatissis, Prioribus, Præpositis, & alijs Ecclesiasticis, tam secularibus, quam diuersorum Ordinum & Militiarum regularibus, ac etiam laicis cuiuscumque dignitatis, & status, ac gradus & excellentiæ, ac etiam Ducali, Regia, & Imperiali dignitate fulgentibus, vtriusque sexus personis, necnon aliquibus notariis, & etiam de latere Legatis, atque Nuntiis, tam perpetuo, quam ad tempus, per plures Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, Sedem Apostolicam, eiusque Legatos, hæcenus, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, seu etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum contemplatione, & intuitu, etiam de Fratrum consilio, diuersimodè, variisque temporibus, in genere, vel specie, ex quauis etiam honesta causa cõcessa,

k 3 &

residentia requiritur, ad effectum in eis personalem residentiam faciendi, se se contulisse, ac omnia & singula in eisdem præceptis, Concilio, & literis, siue bullis respectuè contenta adimpleuisse, & seruasse: Attamen, sicut accepimus, multi, & multi præfatorum præceptorum, & mandatorum contemptores, animarumque suarum, ac propriæ salutis immemores, in dictis dignitatibus Ecclesiasticis, quibus cura animarum imminer, ac Episcopalibus, & Archiepiscopalibus respectuè constituti, præmissa facere, & adimplere hæcenus minimè curarunt, sed distulerunt, & differunt in graue animarum suarum, gregumque sibi commissorum periculum, & ouium suarum perniciosum exemplum & scandalum; sententias, censuras, & pœnas propterea sibi inflictas, temere & damnabiliter incurrendo. Quæ omnia cum non sint conuenientibus oculis, aut impune prætermittenda, sed grauius corrigenda, vt cæteris transeat in exemplum; cum iam per tot menses inobedientes fuerint, censuras præfatas sustinendo: Motu proprio, & ex certa nostra scientia, deque potestatis nostræ plenitudine, dilecto filio nostro Alexandro Riario Cameræ Apostolicæ generali Auditori, cui alias etiam, seu prædecessori suo viuz vocis oraculo commissimus, vt dictos Episcopos, Archiepiscopos, & alias personas Ecclesiasticas animarum curam habentes, non residentes, pœnas præfatas in dicto Concilio, & literis siue bullis nostris contentas incurrisse declararet, & ad illarum effectuales executionem, aliaque grauiora procederet, viuz vocis oraculo commissimus tantum; quique nonnulla monitoria contra certos Episcopos, & alias personas in vim cõmissionis nostræ huiusmodi sibi factæ, tunc decernerat & relaxauerat; ne in posterum de illius iurisdictione dubitari contingat, denuo eidem Auditori nostro nunc officium Auditoratus exercenti, auctoritate nostrâ committimus, & mandamus, quatenus statim contra Episcopos, Archiepiscopos, & alios quoscumque Prælatos, tam in Vrbe, quam alibi, & vbique locorum existentes, & in proprijs diocesisbus non residentes, constituto sibi quantum sufficere videbitur, summarè simpliciter, & de plano, sola veritate inspecta, & manu regia, de inobedientia prædicta, vsque ad sententiam exclusiue procedat, & deinde nobis referat, vt nos in Consistorio nostro secreto de Fratrum nostrorum consilio, vt motus est, ad sententiam priuationis, & depositionis Prælatorum inobedientium huiusmodi procedere valeamus, prout procedere intendimus: quo verò ad alios curam animarum habentes, vsque ad sententiam inclusiue procedat, & exequatur, iuxta formam & tenorem dicti Concilij; & litterarum nostrarum prædictarum cum eisdem facultatibus, vt supra; ac alia faciat & exequatur, prout in dictis litteris siue bullis continetur; cum potestate citandi, inhibendi, excommunicandi, suspendendi à diuinis, declarandi, interdicendi, aggravandi, reaggravandi, carcerandi, & brachium secularè decernendi, relaxandi, & exequendi, aliaque facienda necessaria quomodolibet & opportuna: contrariis quibuscumque non obstantibus, & quod præsentis nostri Motus propriij sola signatura sufficiat, ac vbique fidem faciat, in iudicio, & extra: regula contraria, & alijs quibuscumque, quibus omnibus expresse derogamus, non obstantibus.

Placet Motu proprio. I.

Præsentetur. B. Amerin. Regens.

Publicatus fuit die xi. mensis Maij MDLXV.

Pontificatus eius anno sexto.

& etiam pluries confirmata & innouata fuerunt, in pletisque contrariantur. Nos, quibus in primis cordi est tam sancta, & Ecclesie Dei saluberrima decreta, vt par est, effectus vbique consequi, & ab omnibus obedienter obseruari, priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conseruatoriarum, indultorum, Confessionalium, Matis magni, & aliarum gratiarum prædictarum, ac quarumcumque Apostolicarum, & aliarum litterarum de super confectarum, processuumque, decretorum, & aliorum inde secutorum tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis, & plenè infertis habentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, quòd eadem omnia & singula priuilegia, exemptiones, immunitates, facultates, dispensationes, conseruatoria, indulta, Confessionalia, Mare magnum, & alia gratia, in his omnibus & singulis, in quibus illa statutis, & decretis Concilij huiusmodi contrariantur, ipso iure reuocata, cassata, & annullata, ac ad ipsius Concilij terminos, atque limites reducta sint, & esse censentur; nec quidquam aduersus ipsa decreta, & statuta, quominus vbique ponat honestas obseruentur, in aliquo suffragari posse, sed ea pèinde haberi & reputari debere, ac si nunquam emanassent, auctoritate Apostolica, tènpre præsentium declaramus, ac etiam statuimus & ordinamus. Decernentes nihilominus, omnia & singula, quæ vigore priuilegiorum, exemptionum, immunitatum, & dispensationum, facultatum, conseruatoriarum, indultorum, Confessionalium, & aliarum, quarumcumque gratiarum huiusmodi post id tempus, quo Concilium obligare cepit, facta & gesta quomodolibet fuerunt, & in posterum fient, in his, in quibus dicti Concilij decretis aduersantur, nulla, inualida & irrita esse, & censeri, ac nemini, etiam quantumlibet, vt præfertur, qualificato, tam in foro (quod aiunt) fori, quam conscientia, suffragari posse, & debere. Et ita per quoscumque locorum Ordinarios, aliosque iudices & commissarios quauis auctoritate fungentes, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis, &c. Non obstantibus præmissis, &c. Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXV. tertio decimo Kalen. Martij, Pontificatus nostri anno sexto.

P. Episcopus Narnien.

Cæs. Glorietius.

H. Cumyn.

Pius V. edidit constitutionem, quæ habetur in Bulla no. 38. incipit, Eisi Mendicantium Ordines xvij. kal. Septemb. MDLXVII. Pontificatus secundo, in qua iterum confirmauit eadem priuilegia Ordinibus Mendicantium, & alia de nouo concessit: extendendo ea ad alios Ordines Regularium, ac declarauit Concilium Tridentinum ubi de iis loquitur. Quæ constitutio postea reuocata fuit à Gregorio XIII. & reducta ad terminos Iuris communis, & Concilij Tridentini. Eam habes infra: incipit, In tanta.

Super clausura, & reformatione Monialium cuiuscunque Ordinis.

VII.

Part. 3. alleg. 102.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Circa pastoralis officij nobis, meritis licet imparibus, desuper commissi curam (quantum nobis ex alto permittitur) inuigilantes, assidue ad ea, per quæ singulis erroribus & excessibus obuiatur ac personis quibuslibet, præfertim femine sexus, uirginitatem suam Altissimo uolentibus, sub Religionis iugo Christo Saluatori in castitatis holocausto famulari affectantibus, à semita iustitiæ, & honestatis declinantibus, ne quidquam in eis reperitur incongruum, quod in Regularis honestatis gloria maculam, & diuinam merito possit offendere Maiestatem, opportune succurrunt libenter intendimus, ac in his nostræ uigilantiæ partes propensus impartimur, prout id in Domino salubriter expedire conspiciamus. Hac igitur perpetuò ualitura constitutione, inherentes etiam constitutioni fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Periculoso, & decretis Concilij Tridentini super clausura Monialium editis, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, atque perpetuò decernimus, uniuersas & singulas Moniales præfentes, atque futuras, cuiuscunque Religionis, Ordinis, uel Militiarum, etiam Hierosolymitan. sint, quæ uel iam receptæ sunt, uel in posterum in quibusuis monasteriis, siue domibus recipientur, & tacite, uel expressè Religionem professæ, etiam si Conuersæ, aut quocumque alio nomine appellerentur, etiam si ex institutis, uel fundationibus earum Regulæ ad clausuram non teneantur, nec vmpquam in earum monasteriis, seu domibus etiam ab immemorabili tempore ea seruata fuerit, sub perpetua in suis monasteriis, seu domibus de cætero debere permanere clausura, iuxta formam dictæ constitutionis fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri, quæ incipit, Periculoso, in sacro Concilio Tridentino approbata, & innouata, quam nos auctoritate præfata etiam approbamus & innouamus in omnibus, & per omnia, ac illam districte obseruari mandamus. Quòd si aliqua Moniales forsitan reperiantur, quæ consuetudine etiam immemorabili, aut instituto, uel fundatione Regulæ suæ fretæ, animo obstinato huic clausuræ resistent, quoquo modo reluctentur; Ordinarij vnà cum Superioribus earum, omnibus iuris & facti remediis compellant easdem tamquam rebelles, & incorrigibiles ad præcisè subeundam dictam clausuram, & perpetuò obseruandam. Mulieres quoque, quæ Tertiariæ, seu de Pœnitentia dicuntur, cuiuscunque fuerint Ordinis, in Congregatione uincentes, si & ipsæ professæ fuerint, ita ut solemne uotum emisserint, ad clausuram præcisè, ut præmittitur, & ipsæ teneantur. Quòd si uotum solemne non emisserint, Ordinarij vnà cum Superioribus earum hortentur, & iis persuadere studeant, ut illud emittant, & post emissionem, & professionem eidem clausuræ se subiciant: quod si recusaerint, & aliqua ex eis inuenta fuerint scandalosè uiuere, seuerissimè puniantur. Cæteris autem omni

omnibus sic absque emissionem professionis, & clausura uiuere omnino uolentibus interdiximus, & perpetuò prohibemus, ne in futurum vllam aliam profus in suum Ordinem, Religionem, Congregationemue recipiant. Quòd si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem, & decretum aliquas receperint, eas ad sic uiuendum omnino inhabiles reddimus, ac illarum qualibet professiones, & receptiones irritas decernimus, & nullas, prout setiam præsentis decreto irritas facimus, & annullamus. Porrò ne Moniales, uel Tertiariæ prædictæ propter hanc clausuram detrimendum, aut incommodum aliquod in earum necessitatibus, maxime in pertinentibus ad illarum uictum, patiantur, sed ut eis opportunè consulatur: auctoritate Apostolica præfata statuimus, decernimus, præcipimus, atque mandamus Ordinariis, & Superioribus earum, ut curent colligi fideliū eleemosynas per Conuersas, quæ non sint professæ, uel si professæ fuerint, sint tamen æratis annotum quadraginta, & in domibus contiguis, extra tamen monasterium degant, & non ingrediantur clausuram aliarum Monialium, nisi in casibus ex earum constitutionibus permisis, & de earum domibus exire non possint pro huiusmodi eleemosynis colligendis, nisi de licentia Ordinarij, uel earum Superiorum. Et de cætero nullæ aliæ Conuersæ professæ recipi amplius, etiam de consensu suorum Superiorum, uel Prælatorum possint. Quòd si aduersus hanc nostram prohibitionem receptæ fuerint, illarum receptio nulla, irrita, & inanis sit, prout ex nunc nullam, ac irritam facimus, & annullamus. Quòd si prædicto modo necessitatibus Monialium, & mulierum Tertiariarum prædictarum succurri sufficienter non poterit, mandamus ipsis Ordinariis, & Superioribus earum, ut ipsi prouideant de aliis personis piis, & Deo deuotis, quæ fidelium eleemosynas colligant, uel aliàs eo meliori & commodiori modo, quo fieri poterit, etiam ex opere manu ipsarum Monialium, & mulierum prædictarum, arbitrio Ordinariorum, & Superiorum earundem, & prout eis congruentius expedire uidebitur, prouideatur & succurratur. Et ne propter Monialium numerum excessiuum clausuræ obseruatio uioletur, inherentes etiam similiter dispositioni dictæ constitutionis Bonifacij, & Concilij Tridentini decreto, Monialibus prædictis, & illarum Superioribus, & Ordinariis districte inhibendo præcipimus, & mandamus, ne plures in earum monasteriis recipiant & admittant, siue recipi, & admitti permittant, quam ex propriis redditibus ipsorum monasteriorum, uel consuetis eleemosynis commodè sustentari possint. Mandantes propterea in uirtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicij, & interminatione maledictioni æternæ uniuersis uenerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis & Episcopis, quatenus in ciuitatibus & diocæsis propriis præfentes nostras literas publicari faciant, ac in monasteriis Monialium sibi ordinario iure subiectis, in iis uerò quæ ad Romanam medietate, uel immediate spectant Ecclesiam, Sedis Apostolicæ auctoritate, vnà cum Superioribus eorundem monasteriorum clausuram, ut præmittitur, quamprimum poterunt, reseruati procurent: contraditores atque rebelles per censuram Ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, inuocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Ac ut hoc tam salutare decretum faciliùs obseruetur, omnes Principes seculares, & alios Dominos, & Magistratus temporales rogamus, requirimus, &

obsecramus per viscera misericordiæ Domini nostri Iesu Christi, eidem in remissionem peccatorum iniungentes, quòd in præmissis omnibus eidem Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, & aliis Monialium Superioribus assistant, ac suum fauorem & auxilium præstent, ac impediendes pœnis etiam temporalibus afficiant. Præmissis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, etiam per Sedem Apostolicam approbatis, & confirmatis, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis etiam in fundatione, & institutione eidem monasteriis, uel domibus, & Monialibus sub quibuscumque uerborum formis, & clausulis irritantibus, & aliis decretis quibuslibet concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis (quibus omnibus, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quæ uis alia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi ac si de uerbo ad uerbum infererentur, pro sufficienter expressis habentes, quoad effectum ualiditatis nostræ constitutionis tantum derogamus) contrariis quibuscumque non obstantibus: aut si aliquibus communiter, uel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdicti, aut suspendi non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem. Per hoc autem in monasteriis exemptis Ordinarij locorum quoad alia nullam sibi credant iurisdictionem, uel potestatem aliquatenus eis attributam. Volumus autem quòd præfentes, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ approbationis, innouationis, statuti, decreti, mandati, interdicti, prohibitionis, annullationis, præcepti, inhibicionis, requisitionis, obsecrationis, iniunctionis, derogationis, declarationis, & uoluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXVI. quarto Kal. Junij, Pontificatus nostri anno primo.

Cæs. Glorietius.

H. Cumyn.

De clausura uide Bul. 21. 30. 32.

Declaratio Regulæ à Pio IV. editæ super expressione gradus propinquois in dispensationibus Matrimonialibus, pro coniunctis in diuersis gradibus.

VIII.

Part. 2. alleg. 35.

Sancitissimus in Christo Pater, & Dominus noster, D. Pius diuina prouidentia Papa V. attendens per quandam constitutionem dudum per fel. rec. Pium Papam IV. Sanctitatis suæ prædecessorem editam, qua cauetur, quòd in dispensationibus Matrimonialibus, pro diuersis consanguinitatis, seu affinitatis ex eodem stipite prouenientibus gradibus coniunctis, non remotioris solum, prout olim fieri solebat, sed etiam propinquois graduum, expressa mentio fieri debeat; alioquin dispensatio-

nes, ac desuper confectæ litteræ nullius sint roboris, vel momenti, prout in dicta constitutione plenius continetur, à dispositione iuris communis, & laudabili ac antiquo Rom. Curia stylo nimium recedi, ac favorem matrimonij debitum restringi; volensque propterea iuri & stylo prædictis, necnō piæ mem. Greg. XI. & Clementis VI. Romanorū Pont. etiam Sanctitatis suæ prædecessorum, vestigiis inhærendo, Sacramento & libertati matrimonij, quantum cum Deo potest, favere; statuit & ordinavit, quod de cætero in quibuscumque dispensationibus, quas pro matrimoniis contractis, aut contrahendis inter viros & mulieres, inuicem diuersis prohibitis consanguinitatis, seu affinitatis, aut mixtis ex communi, seu ab eodem stipite surgentibus, quicumque illi sint, dummodo primum quoquo modo nō attingant, cum in eo Sanctitas sua nunquam dispensare intendat, gradibus coniunctos, ab eadem Sanctitate sua, & pro tempore Romano Pontifice, aut Sede Apostolica impetrari, vel alias concedi contigerit, ac litteris, commissionibusque desuper etiam locorum Ordinariis faciendis, gradus remotior attendatur, trahaturque secum propinquior, ac ob id sufficiat remotiorem tantum gradum exprimere, obtentis tamen postea super propinquiore litteris declaratoriis, iuxta Gregorij & Clementis prædecessorū huiusmodi constitutiones, quas quod ad hoc innovauit, & inuolabiliter obseruari mandauit, dispensationisque, seu dispensandi commissiones, ac desuper confectas litteras, & processus habitos per eandem, dispensatis, seu his, cum quibus dispensari mandatur, propter proximioris gradus huiusmodi non expressionem de subreptionis, vel obreptionis vitio, seu intentionis defectu notari non posse, sed in omnibus & per omnia suffragari; perinde ac si in litteris, seu commissionibus huiusmodi de proximior, seu utroque gradu, specialis & expressa mentio facta fuisset. Sicque per quoscumque iudices & commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari & definiti debere; ac quidquid secus super his à quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decreuit; constitutione Pij prædecessoris huiusmodi, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.

Placet, publicetur, & describatur. M.

Letta & publicata fuit supra scripta Regula Roma in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, die vero Martis vigesima mensis Augusti, Pontificatus præfati S. D. N. Pij Papæ quinti anno primo.

Declaratio super decretis Concilij Tridentini, de cognatione spirituali, & affinitate ex fornicatione, ac matrimonij desuper contractis, & contrahendis.

IX.

Part. 2. alleg. 35.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster, Dominus Pius diuina prouidentia Papa,

V. ad cuius notitiam peruenit, quod cum in decretis sacri Concilij Tridentini certæ tantum personæ enumerentur, inter quas dumtaxat cognatio spiritualis deinceps contrahatur, ab aliquibus reuocatur in dubium, an qui ultra personas in dictis decretis enumeratas, quoquo modo cognatione spirituali ante confirmationem dicti Concilij coniuncti erant, absque dispensatione Apostolica matrimonium post dictam confirmationem contrahere potuerint, ac hodie & de cætero contrahere possint, cum ante prædictam confirmationem id facere de iure minimè liceret. Et insuper cum in eisdem decretis statuatur, affinitatem, quæ ex fornicatione contrahitur, in illis solummodo attendi debere; qui primo vel secundo affinitatis gradu coniunguntur; ab aliquibus pariter dubitetur, an matrimonia inter personas, quæ ante confirmationem dicti Concilij, tertio vel vltiori huiusmodi affinitatis gradu coniunctæ erant, post confirmationem eiusdem Concilij absque dispensatione Apostolica contracta, & quæ deinceps contrahi contigerit, dirimi debeant: Sanctitas sua ad tollendum omne dubium, eos qui ante confirmationem prædicti Concilij cognationem spirituales contraxerunt, dummodo non sint ex personis in dictis decretis enumeratis, & inter quas tantum Concilium voluit deinceps contrahi hanc cognationem spirituales, matrimonij vinculo inter se absque dispensatione aliqua liberè & licitè copulari posse; ac matrimonia etiam post confirmationem huiusmodi, absque dispensatione Sedis Apostolicæ inter eas iam contracta valere, plenamque roboris firmitatem obtinere. Et similiter matrimonia post confirmationem Concilij absque dispensatione Apostolica secuta, & quæ de cætero sequentur inter personas, quæ ante dictam confirmationem, affinitatem (infra tamen secundum gradum ex fornicatione prouenientem) contraxerant, propter huiusmodi affinitatem dirimi non debere, sed valida & efficacia existere declarauit: sicque per quoscumque iudices & commissarios, etiam S. R. E. Cardinales, sublata eis quavis aliter iudicandi & interpretandi facultate, iudicari & definiti debere, ac quidquid secus super his à quocumque quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decreuit.

Placet, publicetur, & describatur. M.

Letta & publicata fuit supra scripta Regula Roma in Cancellaria Apostolica, anno Incarnationis Dominice millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, die vero Martis vigesima mensis Augusti, Pontificatus præfati Sanctiss. D. N. Pij Papæ quinti anno primo.
A. Lomellinus Custos.

Super declaratione decreti Concilij Tridentini, de Cognatione spirituali, & eius impedimentis.

X.

Part. 2. alleg. 35.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Cum illius vicem, licet minimè suffragantibus meritis, geramus in terris, de cuius vultu prodie

dit iudicium, & vident oculi æquitatem; officij nostri debitam prosequimur actionem si obscuros sacrorum Canonum sensus ita aperire studemus, vt pijs Christi fidelium mentibus nulla dubitandi occasio relinquatur. Sanè licet ex eo, quod in Concilio Tridentino decretum fuerit, cognationem spirituales inter eos tantum contrahi, qui suscipiunt baptizatum de baptismo, ac baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem, necnon baptizantem & baptizatum, baptizati que patrem & matrem, in reliquis personis, quæ per antiquos Canones occasione cognationis huiusmodi contrahere prohibebantur, omne impedimentum sublatum esse videtur, adhuc tamen ab aliquibus dubitari accepimus, an saltem impedimentum cognationis spiritualis huiusmodi inter maritum vel uxorem suscipientis, & baptizatum, necnon inter maritum vel uxorem suscipientis, & patrem ac matrem baptizati vigeat, propterea quod prohibitum de vno coniuge, de altero gratiam prohibitum esse videatur: Nos piatum mentium quieti, & matrimonio rum fauori (quantum ex alto nobis permittitur) consulere volentes, à præcis verbis Concilij minimè discendum in præmissis esse censuimus. Et propterea nullum amplius impedimentum ratione cognationis huiusmodi subesse decernimus & declaramus, quo minus inter dictos maritum, vel uxorem suscipientis, & baptizatum, baptizati que patrem & matrem, quascumque alias personas tam ex parte suscipientis, quam baptizantis & baptizati, in dicto Concilio nominatim non expressas, matrimonium liberè & licitè contrahi possit. Et ita ab omnibus iudicari debere mandamus atque statuimus; decernentes irritum & inane, si quid secus à quoquam quacumque dignitate, auctoritate & potestate prædicto contigerit iudicari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, aliisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentibus litteris, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ declarationis, decreti, mandati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M D L X V I. quarto Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Cæs. Glorierius.

H. Cumryn.

Declaratur Concilij Tridentini decretum super impedimento affinitatis ex fornicatione prouenientis.

XI.

Part. 2. alleg. 35.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Ad Romanum Pontificem spectat, Canonicas sanctiones, quæ expressiorem sensum postulant videntur, re diligenter perspecta ita declarari, & aliis prouidere, vt omnis dubietas de pijs

Christi fidelium mentibus euellatur. Sanè postquam ex eo, quod Tridentina Synodus impedimentum affinitatis ex fornicatione prouenientis, per quod non solum matrimonium contrahi prohibetur, sed etiam postea factum dirimitur, ad eos tantum restrinxit, qui primo & secundo gradu coniunguntur; in vltioribus vero gradibus statuit, matrimonium postea factum non dirimi; à pluribus Christi fidelibus, vt accepimus, est diuersimodum, an licet in vltioribus gradibus huiusmodi matrimonium contractum non dirimatur, adhuc tamen iuxta antiquos Canones contrahi prohibeatur. Et propterea nos omnem ambiguitatem tollere, & animarum tranquillitati, ac matrimonij libertati, quantum cum Deo possumus, consulere volentes, declaramus, & Apostolica auctoritate decernimus, nullum hodie impedimentum remanere, quod minus in vltioribus gradibus huiusmodi liberè & licitè matrimonium contrahi possit. Et ita ab omnibus iudicari debere mandamus, atque statuimus, decernentes irritum & inane, si quid secus à quoquam quacumque dignitate, auctoritate & potestate prædicto contigerit iudicari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus, Apostolicis aliisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentibus litteris in Cancellaria nostra Apostolica, & in acie Campi Floræ de more publicentur, & inter constitutiones perpetuè valituras describantur: Et quia difficile foret, eas ad singula quæque loca deferri, quod earum transumptis, etiam impressis, manu alicuius notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem profus fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ declarationis, decreti, mandati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M D L X V I. quarto Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno primo.

Cæs. Glorierius.

H. Cumryn.

De veritate exprimenda à Procuratoribus Pœnitentiariæ, &c. in dispensationibus Matrimonialibus, & aliis gratiis Apostolicis, sub pœna falsi.

XII.

Part. 2. alleg. 35.

PIUS PAPA.

Mou proprio, &c. Cum sicut accepimus, nonnulli suæ conscientie prodigi, ac propriae fatalis immemores, vt facilius à nobis, & Sede Apostolica dispensationes Matrimoniales, & alias gratias & concessionis obtineant, gradus consanguinitatis, vel affinitatis, aut cognationis spiritualis, ac scientiam illorum aliter quam eis à principio, ab ipsis partibus significatum, vel narratum fuerit,

K k rit.

rit, exponunt; & si matrimonia huiusmodi adhuc contracta non fuerint, pro contractis narrant, ac alias quævismodi veram facti speciem tam in ipsis dispensationibus Matrimonialibus, quam pro aliis quibuscumque gratiis & concessionibus obtinendis immutent; ac propterea cum non solum in impetrationibus huiusmodi falsitas nartetur, verum etiam in partibus plerumque pro verificatione gratiarum huiusmodi veritas immutetur, & falsitas committatur: Nos igitur huiusmodi abusus & erroribus obviare cupientes, Motu proprio, &c. omnes & singulos Procuratores tam officij sacre Penitentiarie, seu Contradictarum, quam alios quoscumque sollicitatores, & scriptores quos Copistas vocant, qui veritatem facti à narratione, quam ab ipsis partibus habuerunt, quo ad substantialia, & qualitates necessario exprimendas, diuersam faciunt, seu quoquo modo inuertunt, aut immutant, ac deprauant, & per subreptionem & obreptionem gratias à nobis extorquent; pœnam falsi incurtere; & ea puniri omnino debere decernimus & declaramus: Mandantes propterea almæ Urbis Gubernatori, Cameræ Apostolicæ Auditori, & Vicario, quatenus in præmissis reos & culpabiles repertos, pœna falsi, vt præmittitur, puniant; cum potestate citandi etiam per edictum, &c. aliæque faciendi in præmissis necessaria, seu quomodolibet opportuna. Non obstantibus præmissis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque irritum quoque & inane, &c. dicique &c. iudicari & definiri debere, sublata, &c. decernentes. Et quod præsentis Motus proprii, etiam absque Data & registratura, sola signatura sufficiat, & vbi que fide faciat in iudicio & extra; regula contraria non obstant; eiusque transumptis &c. quodque Cameræ & Cancellariæ Apostolicæ, ac Audientiarum causarum Palatii Apostolici valuis, & in acie Campi Floræ dimissis inibi copiis, affixis, omnes ita afficiant & ardeant, ac si illis personaliter intimata fuissent.

Placet, publicetur, & describatur. M.

Die quinta Decembris MDLXVI. superscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt in locis prædictis, dimissis in eisdem copiis affixis.

Super collatione Parochialium Ecclesiarum.

XIII.

Part. 3. alleg. 60.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam memoriam.

IN conferendis beneficiis Ecclesiasticis, & præsertim Parochialibus Ecclesiis, personis dignis & habilibus, quæ in loco residere, & per se ipsos curam exercere valeant, quanta diligentia adhiberi oporteat, Alexandri III. in Lateranen. & Gregorij X. in Lugdunen. generalibus Conciliis, ac Innocentij similiter III. & aliorum Rom. Pontif. prædecessorum nostrorum editæ constitutiones testantur. Quod vt diligentius, ac rectius perficiatur, statuit etiam Synodus Tridentina, vt occurrente vacatione Parochialis Ecclesiæ, etiam generaliter vel

specialiter, etiam vigore indulti in fauorem S.R.E. Cardinalium, aut alias quomodolibet reseruatæ vel affectæ; debeat Episcopus habita notitia vacationis Ecclesiæ, si opus fuerit, idoneum in ea Vicariū cum congrua, eius arbitrio, fructuū portionis assignatione cōstituere, qui onera ipsius Ecclesiæ sustineat, donec ei de Rectore provideatur. Et deinde Episcopus, & qui ius patronatus habet, intra decem dies, aut aliud tempus ab Episcopo præscribendū, aliquos clericos ad regendam Ecclesiam idoneos, Examinatoribus iuxta formam eiusdem Synodi deputatis, nominet, & nominis ab eisdem Examinatoribus per concursum aliorum examinatorum, etiam tamquam magis idoneo ab Episcopo iudicato & electo, de Ecclesia provideatur: alias prouisiones, seu institutiones omnes præter formam prædictam factæ, subreptitæ censeantur. Sed quoniam res humanæ semper in deterius prolabitur, nisi sit, qui eas retineat, ac debitæ executioni demandet; & verendū sit, ne propter constitutionum huiusmodi transgressionem maximi abusus oriantur: Nos, ad quorum notitiam non sine graui nostra molestia peruenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis, occurrente vacatione Parochialium Ecclesiarum, eas nullo, aut minus rite seruato examine, præsertim illo quod per concursum fieri debet ex Concilio Tridentino; vel etiam examine rite seruato, personis minus dignis, carnalitatibus aut alium humanæ passionis affectum, non rationis iudicium, sequentes contulisse; & de eis prouidisse; volentes quantum cum Deo possumus, huiusmodi ac etiam futuris periculis occurrere, eorumdem prædecessorum nostrorum constitutiones præfatas etiam innouando, auctoritate Apostolica tenore præsentium omnes & singulas collationes, prouisiones, institutiones, & quasvis dispositiones Parochialium Ecclesiarum ab eisdem Episcopis & Archiepiscopis, ac quibusvis aliis collatoribus tam ordinariis, quam delegatis, etiam S.R.E. Cardinalibus, ac Sedis Apostolicæ Legatis, vel Nuntiis, præter & contra formam ab eodem Concilio Tridentino, præsertim in examine per concursum faciendam præscriptam, factas, aut in futurum faciendas, nullas, irritas, ac nullius roboris vel momenti fore & esse, nullumque prouisis ius, aut titulum etiam coloratum possidendi præbere; & Parochiales Ecclesias huiusmodi, vt prius ante collationes huiusmodi vacabant, ex nunc vacare statuimus, decernimus, & declaramus, easque omnes pro tempore sic vacantes, nostræ & Sedis Apostolicæ, seu eorum, quibus ius conferendi eas, præterquam Episcopis & Archiepiscopis, qui curam dicti examinis iuxta decretum eiusdem Concilij habere debent, competet, dispositioni reseruamus. Insuper ne Parochiales Ecclesiæ diu in suspensio maneat in maximum animarum periculum, quarumcumque Parochialium Ecclesiarum, quatum, dum pro tempore vacant, ad Episcopos, Archiepiscopos, Primate, & Patriarchas, & quosuis alios ordinarios collatores, in mensibus ordinariis collatoribus etiam per nostras regulas assignatis, prouisio & collatio spectat & pertinet, de quibus idem Episcopi & Ordinarij prædicti intra sex mensium spatium à die vacationis earundem, perfecto examine iuxta formam Concilij Tridentini præfati non prouiderint, ac illarum etiam, quarum collationes nobis & dictæ Sedi generaliter vel specialiter, & ex quavis causa reseruatæ seu affectæ existunt, aut alius ex indulto Sedis Apostolicæ competunt, ad quas occurrente illarum vacatione, Episcopi & Archiepisco-

pi præfati personas per examen, concursu mutuo habito iuxta dicti Concilij Tridentini formam, approbatas & magis idoneas non elegerint, aut electas, nobis vel successoribus nostris, aut iis ad quos collatio spectabit, pro collatione obtinenda intra quattuor mensium spatium à die illius vacationis non significauerint; necnon Parochialium ecclesiarum similium, quæ iuris patronatus Ecclesiastici, vel aliorum, seu clericorum & laicorum simul fuerint, si præsentatus intra tempus eisdem patronis à iure præfixum, præuio examine iuxta formam dicti Concilij approbatus petatur institui, institutioque ipsa per duos menses à die præsentationis dilata fuerit; collationem, prouisionem, institutionem, ac omnimodam dispositionem nobis & ipsi Sedi, ac personis indulta huiusmodi conferendi, prouidendi, seu instituendi obtinentibus respectiue reseruamus; data tamen in Parochialibus iuris patronatus optione ipsi patronis, vt si institutio ad Ordinarios spectabit, ipsis Ordinariis illam facere negligentibus, & vltra dictos duos menses differentibus, possint pro huiusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum, vel viciniorum Ordinarium, aut ad Sedem Apostolicam. Prohibentes etiam eisdem Ordinariis, ne tempus decem dierum eisdem Ordinariis & patronis ab eodem Concilio Tridentino ad nominandum idoneos clericos coram deputatis Examinatoribus præfixum, vltra alios decem dies prorogare audeant vel præsumant. Districtius inhiibentes, ne quis præter Romanos Pontifices, aut alios indulta huiusmodi obtinentes, vt præfertur, quacumque sit super hoc auctoritate munitus, de huiusmodi beneficiis sic reseruat (vt præfertur) disponere, vel circa illa etiam per viam permutationis, vel alias innouare quoquo modo præsumat. Vt autem non solum dignis, sed magis idoneis reperitis, iuxta eiusdem Concilij decretum, Parochiales ecclesiæ conferantur, volumus & eadem auctoritate decernimus, quod si Episcopus minus habilem, posthabitis magis idoneis, elegerit, possint ij qui reiecti fuerint, a mala electione huiusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus aut exemptus fuerit, ad viciniorum Ordinarium, vt nostrum & Sedis huiusmodi delegatum, aut aliis ad ipsam Sedem Apostolicam appellare, ac præelectum ad nouum examen coram ipso appellationis iudice, & eius examinatoribus prouocare; & casu de prioris eligentis irrationabili iudicio, eoque reuocato, Parochialis magis idoneo per eundem iudicem appellationis auctoritate nostra (quatenus collatio ad Episcopum, à quo appellatum fuit, spectaret) conferatur; aliis eidem magis idoneo per iudicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eum, ad quem collatio, prouisio, vel institutio spectabit. Hac tamen appellatio interposita interim non impediat aut suspendat, quominus electio per Ordinarium primo loco facta interim debitæ demandetur executioni, & prouisus ab eadem ecclesia, causa appellationis huiusmodi pendente non amoueat. Et si quis à sententia per iudicem appellationis lata duxerit appellandum, is tunc ad Sedem ipsam Apostolicam appellabit. Si secus in præmissis omnibus & singulis actum aut attentatum fuerit, irritum decernimus & inane. Volumus autem, quod præsentium transumptis, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ declarationis, statuti, decreti, reseruationis, prohibitionis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu

temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLVI. xv. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

Cæs. Glorierius.

H. Cumyn.

Declaratio super portione assignanda Vicariis perpetuis Parochialium Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, ac piis locis perpetuò vniturum.

XIV.

Part. 3. alleg. 66.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD exequendum Pastoralis officij debitum vigilantibus studiis intendentes, ad ea, per quæ Cathedralium & Collegiarum, aliorumve ecclesiarum, necnon monasteriorum, beneficiorum, seu collegiorum, ac aliorum piorum locorum prospero profectui, diuini cultus augmento, & opportuna congruæque sustentationi Parochialium ecclesiarum eisdem vniturum statui feliciter dirigendo, & personarum in illis curam animarum exercentium vtilitati, recta ratione & prouida moderatione consulti, & salubriter prouideri valeat, libenter interponimus nostræ sollicitudinis partes. Hinc est quod nos, ad eorum aures (quod non sine animi nostri molestia referimus) peruenit, nonnullos ex venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in deputandis Vicariis, ac assignatione portionum Vicariis perpetuis Parochialium, dictis Ecclesiis, monasteriis, beneficiis, collegiis, vel locis piis perpetuò vniturum, ex Concilio Tridentino faciendâ, ita modum excessisse, vt parum, aut nihil ex fructibus, redditibus & prouentibus Parochialium ecclesiarum sic vniturum Ecclesiis, monasteriis, beneficiis, collegiis, aliisve locis piis remanserit, ob idque multa ortæ sint super hoc controuersie circa interpretationem decreti dicti Concilij. Nos ad eas tollendas animum intendentes, considerantesque vpones ipsas ideo à prædecessoribus nostris factas esse, vt ex redditibus & emolumentis beneficiorum vniturum Ecclesiis, monasteriis, collegiis, beneficiis, & locis piis, quibus illa vniuntur, facilius onera eisdem incumbentia supportentur, & promptius à ministris Ecclesiasticis in eisdem diuina officia celebrentur, hospitalitas seruetur, aliæque charitatis opera exercentur; ac etiam vt nihilominus cura animarum dictarum Parochialium laudabiliter exerceatur: Motu proprio, & ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica, hac nostra perpetuò valitura constitutione statuimus & ordinamus, ac declaramus, quemadmodum etiam de ipsius Concilij mente fuisse colligimus, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos præfatos in assignatione portionis ipsi Vicariis perpetuis ex prædicto Concilio ipsorum Prelatorum arbitrio faciendâ,

ita se continere & arbitrari debere, vt non maior centum, nec minor quinquaginta scutorum annuorum summa, computatis omnibus etiam incertis emolumentis, & aliis obuentibus communiter percipi solitis, eis omnino assignetur (nisi Vicariis temporariis solitum fuisset plus assignari) siue in quantitate, aut quora fructuum, pecuniaque numerata, fundo, seu alia re stabili portio huiusmodi constituatur, cuiuscumque valoris Parochialis Ecclesia vnita fuerit; & habita etiam ratione reddituum & onerum loci, cui Parochialis ipsa vnita fuerit; ita quod portiones vltra, vel infra dictas summas scutorum centum, & scutorum quinquaginta hæc assignata, vel in posterum forsitan assignanda, quod ad excessum & defectum huiusmodi nullius roboris & momenti existant, & ad summas prædictas reductæ & auctæ respectiue censeantur; nisi tamen valor annuus ipsius Parochialis vnitæ habita ratione (vt præfertur) minor sit quinquaginta scutis; quo casu portio assignata, vel assignanda Vicario perpetuo non debeat excedere summam annuam valoris dictæ Parochialis, sed sufficiat quod omnes fructus eius dumtaxat attribuantur ipsi Vicario perpetuo. Et quoniam iniquum esset, eos qui commodis priuantur, eadem onera quæ prius sustinebant, debere sufferre: volumus & statuimus, quod Ecclesiæ, monasteria, collegia, beneficia, & pia loca huiusmodi, in quorum Parochialibus Ecclesiis vnitis continget, Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructuum ipsis Vicariis perpetuis assignatorum, ad solutionem Quindemiorum, quam nobis & Camera Apostolicæ soluunt, vterius non teneantur, sed eis detractio fiat ad ratam partem, quæ de fructibus dictarum Parochialium percipiuntur: ita tamen, quod Vicarij perpetui, qui pro tempore deputantur, teneantur accipere à Sede Apostolica nouam provisionem suæ deputationis, & soluere annuatim pro portione fructuum, reddituum & proventuum certorum sibi assignata, & expedire litteras Apostolicas, nec aliàs ad possessionem dictarum Vicariarum perpetuarum, & seruitium earumdem Parochialium admitti possint, nisi soluta annata, & expeditis litteris Apostolicis nouæ provisionis, vt præfertur; alioquin integrum Quidemium soluere debere, nec Vicarij prædicti antea tuta conscientia fructus percipere possint. Volumus insuper, & ita mandamus, quod dicti Vicarij perpetui non ad liberam Ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis vnitis ponentur, cum ipsorum Ordinariorum, seu eorum Vicariorum, præuio examine, approbatione deputentur. Et, si dictæ Parochiales vnitæ erunt monasteriis regularium Mendicantium, possint à Superioribus dictorum monasteriorum nominari ex ipsis Mendicantibus; quos si Ordinarij, præuio examine per se, aut eorum Vicarios faciendo, idoneos ad curam animarum exercendam inuenerint, & ita idoneis approbauerint, teneantur in Vicarios (ad nutum tamen Superiorum suorum amouibiles) deputare. Idemque etiam seruetur in regularibus Monachijs tantum, dummodo in ea Parochiali, in qua vnus ex eis Monachis fuerit, seruata forma prædicta, Vicariis deputatus, & habitent cum eo saltem quatuor alij, ex dictis Monachis. Sicque per quoscumque iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi & interpretandi potestate, iudicari & interpretari debere; necnon irritum & inane decernimus quidquid secus à quoquam, qua-

uis auctoritate attentatum forsan est hæcenus, vel in posterum contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentis litteræ, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ ordinationis, declarationis, statuti, mandati, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXVII. Kal. Nouembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Cæs. Glorietius.

H. Cumyn.

Declaratio decreti à Concilio Tridentino editi super impedimento publicæ honestatis, circa Sponsalia & Matrimonia.

XV.

Part. 2. alleg. 35.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanum spectat Pontificem sua sollicitudine diligenter providere, vt sacrorum Conciliorum decreta ita suæ declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla desuper dubitandi occasio cuiquam relinquatur. Sanè ad aures nostras peruenit, multos esse qui dubitent, an decretum OEcumenici Concilij Tridentini, Sessione vigesima quarta de reformatione Matrimonij cap. tertio, quo caueretur, impedimentum publicæ honestatis, vbi sponsalia valida non fuerint, prorsus tolli; vbi verò valida fuerint, non excedere primum gradum; cum in vterioribus gradibus non possit huiusmodi prohibitio seruari; de sponsalibus per verba (vt aiunt) de futuro tantum conceptis intelligatur, vel etiam matrimonia per verba de presenti contracta, non tamen consummata, interdum sponsalia appellantur, comprehendat, ita vt etiam eo casu impedimentum inde proueniens sublatur fuerit. Nos itaque, vt omnis difficultas ac dubitatio tollatur, attendentes, quod sponsaliorum appellatione, quod dictum Concilium vtitur, non nisi improprie matrimonium verbis de presenti conceptis contractum continetur, quodque agitur de correctione luti veteris, quo casu secundum proprietatem verborum dumtaxat procedendum est, præsertim cum longè maiorem rationem prohibitionis in matrimonio per verba de presenti contracto, quam in sponsalibus de futuro vigere à nemine dubitetur: idcirco Motu proprio, auctoritate Apostolica, tenore præsentium declaramus, & definimus, decretum Concilij huiusmodi omnino intelligendum esse, & procedere in sponsalibus de futuro dumtaxat, non autem in matrimonio sic (vt præfertur) contracto, sed in eo durare adhuc impedimentum in omnibus illis casibus & gradibus, quibus de Iure veteri ante prædictum decretum Concilij introductum erat. Et ita ab omnibus iudicari debere mandamus, atque statuimus: non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, aliisque contrariis quibuscumque. Volumus autem

quod præsentis litteræ, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ declarationis, definitionis, mandati, statuti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXVIII. Kalendis Iulij, Pontificatus nostri anno tertio.

Cæs. Glorietius.

H. Cumyn.

Quæ resignationes beneficiorum per Episcopos, & alios collatores admitti possint.

XVI.

Part. 3. alleg. 69.

PIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

QVANTA Ecclesiæ Dei incommoda omni tempore attulerit, & nunc quotidie magis afferat, ministrorum in ea ingressio vitiosa, iam latè perspiciant, & cum maiore expendant Præsules omnes, & Pastores, quando hæc perniciæ caterarum omnino maxima tam multas orbis Ecclesias impiè violarit. Quia verò hoc malum cum in cæteris frequentius, tum maxime in beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum dimissione admittitur; nemini molestum esse debet, quod pridem de reprimendis quotidianis fraudibus, quæ hæc in re frequentiores internoscuntur, certam aliquam rationem tandem inveni, officij nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationum huiusmodi receptione paulo seuerius interposuerimus, omnesque beneficiorum interim resignandorum dispositiones, quæ fierent, in irritum reuocauerimus, ac etiam decreuerimus; nullum per eas in illis ius neque titulum, vel coloratum, tam in petitorio, quam in possessorio ipsis prouisis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore. Collatores verò aliàs in illorum dispositione etiam tanquam deuotionis iure sese interponere non posse, sed de eis vt vere vacantibus, siue per Romanos Pontifices, siue alios collatorum eorundem superiores, vt præuentum esset, libere prouideri. Nunc autem intendentes institutum hoc nostrum, quo sanctuarium Domini cupimus illibatum auctore Domino persequi, ac simul quantum in nobis est cauere ne resignationes ipsæ de hinc pro cuiusque arbitrio, nullisque vel certe leuibus causis passim & temere admittantur, prohibitionem, & alia prædicta, ac cætera omnia nobis super his litteris contenta ætenu relaxamus, vt posthac Episcopi & alij facultatem habentes, eorum dumtaxat resignationes recipere & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiati, aut crimini obnoxij, censurisque ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent Ecclesiæ, vel beneficio inseruire, seu qui vnum aliud, vel plura beneficia obrinuerint, vel quos ad aliud contigerit promoueri, Religionem quoque

ingressuri, vel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequantur; denique cum quis ex aliis casibus acciderit, qui constitutione felicis record. Innocentij Papæ III. de dimittendis Cathedralibus Ecclesiis edita continentur: qui etià ob capitales inimicitias nequeunt, vel nõ audent in loco beneficij residere securi. Sed nec horum vllus sacro ordini mancipatus nisi Religionem ingressurus, valeat vlllo modo beneficium, vel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit quo in vita possit commode sustentari. Ad hæc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quæ Canonice sanctionibus, & Apostolicis constitutionibus permittuntur. Caueant autem Episcopi, & alij prædicti, itemque omnes electores, præsentatores, & patroni tam ecclesiastici, quam laici, quicumque sint, ne verbo quidem, aut nutu, vel signo futuri in huiusmodi beneficiis & officiis successores ab ipsis resignationibus, aut aliis eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscumque intercedat. Cæterum præcipimus atque interdiciamus ne ipsi Episcopi, aut alij collatores, de beneficiis, & officiis resignandis prædictis, aut suis, aut dimittentium consanguineis, affinis, vel familiaribus, etiam per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneos collationum audeant prouidere. Quod si fecerit, ac etiam quicquid præter, vel contra formam prædictorum fuerit à quocumque temere attentatum, id totum ex nunc vires & effectum decernimus non habere. Qui verò contrafecerint, vt in eo, quo deliquerint, puniantur, à beneficiorum, & officiorum collatione, necnon electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tandiu suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pont. meruerint obtinere, & qui talia beneficia, seu officia receperint, eos prædictis penis volumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excommunicationis quoad personas, quo verò ad Capitula & Conuentus, à Diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus, quibus etiam nullus alius quam ipse Romanus Pontifex siue abolutionis, siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) valeat impertiri: prohibitione & litteris nostris prædictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuo valituris. Non obstantibus quibuscumque privilegijs &c. Episcopis, & alijs Ecclesiarum Prælati, necnon Ecclesiis, monasteriis, & Capitulis, Conuentibus, Collegiis, & Vniuersitatibus, eorumque & alijs personis etiam Regia, & Imperiali Maiestate prædictis concessis &c. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ relaxationis, præcepti, interdicti, decreti, promulgationis, iussionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno incarnationis Dominicæ 1568. Kal. Aprilis, Pontificatus nostri anno tertio.

Cæs. Glorietius.

De residentia Rectorum Ecclesiarum
Parochialium, & obtinentium
Canonicatus, vel
Dignitatis.

XVII.

Part. 3. alleg. 53.

P I V S *Episcopus, servus servorum Dei,*
ad futuram rei memoriam.

Cvpientes pro nostri pastoralis officij munere, Christi fidelium animarum salutem, quantum cum Deo possumus, salubriter consulere: & Parochialibus ecclesiis ab eorum parochis, prout tenentur, in diuinis debite & laudabiliter deseruiri, inhaerendo etiam decretis sacri Concilij Tridentini, Motu proprio, & ex mera deliberatione, certa que scientia nostra, ac de Apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione omnes & singulos rectores Parochialium ecclesiarum cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis & præminentie fuerint, in quibuscumque regnis, prouinciis, ciuitatibus, diocæsis, ac aliis Christiani orbis partibus consistentes, qui Parochialem ecclesiam, ac Canonicatum, aut Dignitatem, etiam post Pontificalem maiorem sui principalem, in quibusvis Patriarchalibus, aut Metropolitanis, vel Cathedralibus, seu Collegiatis ecclesiis, seu aliud quodcumque beneficium Ecclesiasticum, etiam quarumcumque dispensationum à Rom. Pontificibus prædecessoribus nostris, seu etiam à nobis hæcenus quomodolibet impetratum, ac literarum Apostolicarum desuper expeditarum titulo, quas omnes hac præfenti constitutione abolemus & reuocamus, seu quocumque alio preterito obtinent, cū prima & præcipua debeat esse cura animarum, eos ad residendum in ecclesia Parochiali, & ibi in diuinis deseruendum, debitumque eorum officio fungendum omnino teneri, & obligatos esse, ac ad id per Episcopos, & alios locorum Ordinarios, etiam tamquam Apostolicæ Sedis delegatos, sub sententiis & censuris Ecclesiasticis, ac pecuniariis, arbitrio eorum declarandis, ac etiam priuationis dictarum Parochialium, & aliorum quorumcumque beneficiorum pœnis, quacumque appellatione remota, cogi & compelli posse & debere, auctoritate Apostolica tenore præsentium statuimus, præcipimus & ordinamus. Eos tamen sic residentes in ecclesiis Parochialibus omnes & singulos fructus, redditus & proventus, etiam Canonicatus sui, vel Dignitatis, seu alterius cuiuscumque beneficij (exceptis dumtaxat quotidianis distributionibus, & aliis, quæ ex iusta causa absentes percipere non solent) lucrari volumus: sicque per quoscumque iudices & commissarios, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, interpretari, iudicari & definiti debere: necnon irritum & inane quidquid secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter vel ignoranter attentatum forsan est hæcenus, vel in posterum contigerit attentari, decernimus & declaramus. Non

ostantibus præmissis, ac quibusvis dispensationibus & exemptionibus, litterisque Apostolicis desuper confectis, &c. Quibus omnibus, &c. illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat ad effectum præsentium specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ abolitionis, reuocationis, statuti, præcepti, ordinationis, decreti, declarationis, derogationis & voluntatis infringere, &c. Si quis autem hoc attentare, &c. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MD LXXVIII. octauo Idus Iulij, Pontificatus nostri anno tertio.

Cæs. Glotierius,
H. Cunnyn.

Contra quoscumque Clericos tam
seculares, quam Regulares in-
fandi criminis reos.

XVIII.

Part. 2. alleg. 44.

P I V S *Episcopus, servus servorum Dei,*
ad perpetuam rei memoriam.

Horrendum illud scelus, quo polluta, scedatæque Ciuitates à tremendo Dei iudicio conflagrarunt, acerbissimum nobis dolorem inurit, grauiusque animum nostrum commouet, vt ad illud quantum potest comprimendum studij nostra conferamus. Sanè Lateranensi Concilio dignoscitur constitutum, vt quicumque clerici illa incontinentia, quæ contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios diffidentia, deprehensi fuerint laborare, à clero deiciantur, vel ad agendam in Monasteriis penitentiam detrudantur. Verùm ne tanti flagitij contagium impunitatis spe, quæ maxima peccandi illecebra est, fidentius inualescat, clericos huius nefarij criminis reos, grauius uiscendos deliberauimus, vt qui animæ interitum non horrescunt, hos certe detereat ciuiliū legum vindex gladius secularis. Itaque quod nos iam in ipso Pontificatus nostri principio hac de re decreuimus, plenius nunc, fortiusque persequi intendentes, omnes & quoscumque Presbyteros, & alios Clericos seculares, & Regulares cuiuscumque gradus & dignitatis tam dirum nefas exercentes, omni priuilegio clericali, omni que officio, dignitate, & beneficio ecclesiastico præfentis canonis auctoritate priuamus. Ita quod per iudicem ecclesiasticum degradati, potestati seculari statim tradantur, qui de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos legitimis reperitur sanctionibus constitutum. Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1568. tertio Kalend. Septembris, Pontificatus nostri anno tertio.

De

De trium votorum professione ab iis
emittenda, qui in Congregationibus
sub obedientia voluntaria ui-
uunt, & habitus à secularibus pres-
byteris distinctos habent.

XIX.

Part. 3. alleg. 101.

P I V S *Episcopus, servus servorum Dei,*
ad perpetuam rei memoriam.

Lvbicum vitæ genus eorum veriti, qui Regularium formam præferentes, nec propriis renuntiant, nec vllam profitentur ex Regulis approbatis, quando horum plerique proptio instinctu obsequentes, alij odio incensu, alij dum, quod ambiunt, minus consequuntur, alij vel dilapidatis, vel interuersis rebus, & ad sese, vel propinquos trãlati, vt ratiocinia effugiant, quidam etiam in suos ipsorum mores inquisitiui præsententes, quasi impunitatè adepturi, & sodalitati suo, vt lubet, exiliunt, eiectioneque illius insignibus, vestem recipiunt secularem. Hinc graues & periculosa quotidie offensiones in populis concitantur, dum quos disciplinæ Regulari perpetuo mancipatos credant, rursus eos, etiam vbi cõsueverint, contempto post tot annos & relicto, indignis sæpe modis, eius cui sese dederant, vitæ instituto, liberos vident & solutos in sæculum euagari. Cum igitur conueniat, vt cuius arma induit, eam miles militiam persequatur, hanc de prædictis rationem capere instituiimus, vt vel permanenti, vel abscedendi facultate semel singulis proposita, certus deinceps & immobilis disciplinæ Regularis cultus debeat in ipsis sodalitatibus perpetuo obseruari. Itaque de nobis attributa potestatis plenitudine statuimus, vt omnes & singuli Priores, Præpositi, & alij Præsidentes, Generales, Prouinciales, & Conuentuales, necnon Canonici, & Fratres sancti Georgij in Alga Venetiarum, ac Eremitarum sancti Hieronymi, alias B. Petri Pisarum, & omnium, ac quarumcumque aliarum Congregationum, necnon Ecclesiarum, domorum, & Conuentuum in communi, & sub obedientia voluntaria, & extra votum solemnem religionis viuentes, quorum habitus à secularibus presbyteris est distinctus, qui religionem amplecti, & professionem Regularem solemnem emittere voluerint, id in suis quisque Conuentibus & domibus intra viginti quatuor horarum spatium, postquam Delegatus noster præfentes litteras eis significauerit, palam & spontè deliberent & declarent: inde conuocato quamprimum per singulas huiusmodi Congregationes generari, vel alio supremo, iuxta morem cuiusque Congregationis, Capitulo, ibique electa vna, sub qua degant, ex Regulis approbatis, in quam maior pars vocum ipsius Capituli conferat, trium votorum substantialium professionem Regularem intra mensem solemniter emittant, & in ea tam ipsi, quam illam deinceps ingressuri atque professuri, perpetuum ferant Altissimo famularum: sicque professi, vel in suis quisque Prioratibus, Præposituris, Præsidentibus, administrationibus & officiis confirmantur, vel ad alia transferantur, prout cuique Congregationi, & Superioribus suis videbitur vti-

lius expedire. Qui verò excurso iam anni spatio in ipsa Congregatione morati, refugerint intra tempus prædictum profiteri, detracto Religionis habitu, ac redditus, etiam in vinculis, si opus sit, interceptorum & administratorum omnium rationibus, eiiciantur; nec deinceps pariantur in vllis eiusdem Congregationis domibus, seu Conuentibus amplius conuersari. Quocirca mandamus vniuersis & singulis Prioribus, Præpositis, Generalibus, Prouincialibus, & Conuentualibus, ac aliis cuiuscumque dignitatis & nominis Ministris, necnon Conuentibus, Canonicis, Fratribus & personis Congregationum huiusmodi, vt statutum nostrum prædictum, non expectata alia iussione, aut mentis nostræ declaratione, humiliter recipiant, & studiosè obseruare procurent. Quòd si forte aliqui in eo, quo nunc sunt statu (quem omnino tollimus & abolemus) contra nostrum hoc statutum persistere contenderint, singulos omni dignitate, officio, administratione, & beneficio priuamus, & ad futura perpetuo indignos decernimus; excommunicationis quoque sententiã innodamus eo ipso. Non obstantibus foundationibus & institutionibus, ac statutis & consuetudinibus, ac Congregationum, domorum & Conuentuum prædictorum, iuramento, Confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, exemptionibus, & indultis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus, & personis, ac eorum singulis per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam, etiam per modum statuti perpetui, &c. que omnia tamquam abrogata, contra eandem præsentium tenorem nolumus cuiquã in aliquo suffragari. Ceterum mandamus præfentes ad valvas basilicæ Principis Apostolorum, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ sublationis, abolitionis, priuationis, statuti, mandati, innodationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, se nouerit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarn. Domin. MDLXXVIII. quintodecimo Kalen. Decembris, Pontificatus nostri anno tertio.

Cæs. Glotierius.

H. Cunnyn.

Reuocatio iudulorum recipiendi, vel
retinendi Religiosos alterius Ordinis,
etiam laxioris.

XX.

Part. 3. alleg. 101.

P I V S *Episcopus, servus servorum Dei,*
ad perpetuam rei memoriam.

Quocumque sacrarum religionum statutum offendere noscuntur, nostrum nos incitat officium de medio remouere. Quamquam enim de cohibendis Regularibus ad alium Ordinem translatis sancta Synodus Tridentina salubri consilio decreuerit, vt nemo cuiuscumque Ordinis Prælatus, vel Superior,

perior, vigore cuiusvis facultatis, illorum quempiam ad habitum & professionem admittere possit, nisi ut in ordine, ad quem transfertur sub sui Superioris obedientia in claustris perpetuo maneat, nisi tamē Superiores & Prælati, obtentu priuilegiorum, quam plurimos apostatas, & alios diuersorum Ordinum ad se oburgia, contentiones, leuitatem, & malefacta ut maxime hurgientes, eo etiam consilio receptate non desinunt, ut illorum opera in curandis infirmis, gerendisq; eorum locorum rebus & negotiis utantur, ex qua re plerique solutiores effecti, & quasi impunitatem assecuti, non personas tantum eorum Ordinum, unde animaduersionis metu forte exierant, sed & ipsorum Ordinum ritus, motusque maledictis insequuntur. Quocirca cum eiusmodi priuilegia, veniant abroganda, quandocumque insigniter comperiantur nocere, vel etiam scandala generare; Nos his, aliisque rationalibus causis adducti, ut quibuslibet huiusmodi effugia præcludamus, de nobis attributa potestatis plenitudine renouamus & abolemus omnia & quacumque priuilegia, facultates, dispensationes, & indulta præter Iuris communis dispositionem emanat, recipiendi vel retinendi Fratres, Monachos, Canonicos, & alios etiam aliorum Ordinum professores, quibuscumque Ordinibus, monasteriis, hospitalibus, Militiis, & piis locis, etiam sancti Antonij Viennen, S. Spiritus in Saxia de Vrbe, S. Ioannis Hierosolymitani, I E S V Christi, S. Iacobi de Spatha, S. Lazari Hierosolymitani, eorumque ecclesiis, membris, Superioribus, & personis, per quoscumque Rom. Pont. prædecessores nostros, ac nos, & Sedem Apostolicam tam in ipsorum monasteriorum, hospitalium, & locorum institutione, quam deinceps quomodocumque, ac quocumque, etiam per modum statuti perpetui, ac iurati & stipulari contractus, & aliis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis restitutionibus, præseruationibus, mentis attestationibus, derogatoriis derogatoriis, aliisque fortioribus, efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque simili potestatis plenitudine, etiam pauperum infirmorum miserabilium, & cuiuscumque alterius pij operis intuitu, ac etiam ex quibuscumque aliis causis, quantumvis grauib; charitatiuis, & necessariis, etiam consideratione, vel ad supplicationem Imperatorum, Regum, aliorumque Principum, necnon S. R. E. Cardinalium, deque illorum consilio, & matura deliberatione prius habita, concessa, confirmata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extensa, vel etiam moderata. Cassamus quoque, & annullamus, quod ad illa, omnes Apostolicas, & alias litteras super iis confectas, ac processus, & alia inde secuta quacumque: ac volumus ea omnia vires & effectum de cætero non habere; ita ut posthac illorum sic renouatorum prætextu Prælati & Superiores prædicti, aut alii quicumque, nullum prorsus alterius, etiam laxioris, Ordinis vel obseruantie Regularem, etiam specialem transeundi ad ipsos licentiam, iuxta huiusmodi priuilegia dumtaxat, ferentem, ad habitum & professionem Regularem in suis quisque monasteriis, domibus, locis, vel Ordinibus, etiam ut in claustris perpetuo maneat, admittant, nec omnino quemquam recipiant vel retineant. Eos verb; quos in aliquo ex casibus supradictis, vigore huiusmodi priuilegiorum tantum, ac præter Iuris communis dispositionem iam habent translatos, ad eorum Superiores & loca eius Ordinis, unde erant profecti, quamprimum remittant: Decernentes admissiones, rece-

prones, & retentiones huiusmodi nulla firmitate subsistere, neminemque prorsus vlli voto, vlliv; regula, vel obseruantie, etiam iuramento, aliav; solemnitate promissæ obligare, necnon irritum & inane quidquid fecus per prædictos, aut quoscumque alios quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quicumque verò aliquem contra huius nostræ reuocationis tenorem admitterint, aut receperint, aut illos, aut quos iam habent modo prædicto translatos, aut receptos retinuerint, ipsos omnibus & singulis dignitatibus, administrationibus, beneficiis, officiis, fructibus, & pensionibus Ecclesiasticis præsentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles esse volumus eo ipso. Quocirca omnibus locorum Ordinariis, in quorum diocesis loca prædicta consistunt, per Apostolica scripta mandamus, ut per se, vel alium, seu alios de translati prædictis auctoritate nostra cognoscentes, in eos quos contra hoc præscriptum nostrum degere inuenerint, ac etiam recipientes, vel retinentes, reiecto quocumque exemptionis priuilegio animaduertant, ipsoque præterea translatos, vel retentos, ad priores Ordines & disciplinam remittere procurent: contra dictores quoscumque per censuras & pœnas Ecclesiasticas, ceteraque iuris & facti remedia opportuna, quacumque appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus cõstitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac monasteriorum, & ceterisque cõtrariis quibuscumque. Volumus autem &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, cassationis, annullationis, priuationis, voluntatis, mandati, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXIX. pridie Idus Octobris, Pontificatus nostri anno quarto.

Caf. Glorierius.

Contra Moniales exeuntes à claustris, nisi in quibusdam casibus, easque comitantes, vel receptantes, & contra Superiores exeundi licentiam concedentes, nisi in casibus hic expressis.

XXI.

Part. 3. alleg. 102.

P I V S Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DEcori & honestati omnium Sanctimonialium, quarum I E S V S Christus Dominus noster sponsus est, ut in puritate & castitate superædificantes, in ipso feliciter inhabitare valeant, & contentes, ea quæ illarum existimationi detrahere possent, decet nos consulto submouere. Sanè periculi & scandali plena res est, ac Regulari obseruantie vehementer aduersatur, Sanctimoniales aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos, vel cognatos, necnon monasteria, & alia filiationis nuncupata, etiam eis subiecta, visitandi, aut infirmitatis

causa,

causa, aliòve prætextu à monasteriis exire, & per secularium personarum domos discurrere & vagari, quod veluti colore eximium quoque honestatis & pudicitie decus in discrimen committunt. Unde nos malo huic pro nostro Pastoralis officij debito salubriter occurrere volentes, inherentes etiam decreto sacri Concilij Tridentini de claustris Monialium disponenti, ac aliis nostris litteris super huiusmodi claustris editis adiacentes, volumus, sancimus, & ordinamus, nulli Abbatissarum, Priorissarum, aliorumque Monialium etiam Carthusiensis, Cisterciensis, S. Benedicti, & Mendicantium, & quorumcumque aliorum Ordinum, etiam Militarium, ac statuuum, graduum, conditionum, dignitarum ac præeminentiarum existentium, etiam à Regia, vel illustri prospici ortarum, de cetero etiam infirmitatis, seu aliorum monasteriorum, etiam eis subiectorum, aut domorum parentum, aliorumve consanguineorum visitandorum, aliòve occasione, & prætextu, nisi ex causa magni incendij, vel infirmitatis lepræ, aut epidemici, quæ tamen infirmitas, præter alios Ordinum Superiores, quibus cura monasteriorum incumberet, etiam per Episcopum, seu alium loci Ordinarium, etiam prædicta monasteria ab Episcoporum & Ordinariorum iurisdictione exempta esse reperiantur, cognita & expressè in scriptis approbata sit, à monasteriis præfatis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa nisi ad necessarium tempus stare licere: Aliter autem quam, ut præfertur, egredientes, seu licentiam exeundi quomodocumque concedentes, necnon comitantes, ac illarum receptatrices personas, siue laicas, aut seculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas, vel non, excommunicationis maioris late sententiæ vinculo statim eo ipso absque aliqua declaratione subiacere, à quo præter quam à Rom. Pontifice, nisi in mortis articulo absolui nequeant. Et insuper tam egressas, quam Præsidentes, & alios Superiores prædictos eis licentiam huiusmodi concedentes, dignitatibus, officiis, & administrationibus per eas & eos tunc obtentis priuamus, & illas, & illos ad obtenta, & alia in posterum obtinenda inhabiles esse declaramus, necnon licentias, & facultates, seu indulta, & priuilegia exeundi à monasteriis, & extra illa standi, à nobis, seu alio Rom. Pontifice prædecessores nostros, ac Sedis Apostolicæ Nuntii, & Legati etiam de latere, ac maiore Pœnitentiario, aut Ordinum prædictorum Superioribus, aliisve personis, sub quibuscumque tenoribus, &c. & aliis decretis in genere, vel specie, etiam Motu proprio, & ex certa scientia: deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam Imperatorum, Regum, Ducum, & aliorum Principum, necnon S. R. E. Cardinalium intuitu, & contemplatione, ac instantia, vel aliis quomodolibet concessa, quæ prorsus abolerentur; ac litteras desuper confectas, & in posterum concedendas, & faciendas, nullas & inualidas, nulliusque roboris, ac momenti fore, nec illas habentibus, & habituris suffragari posse; & ita per quoscumque iudices, & commissarios, &c. decernimus. Mandantes vniuersis & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis in virtute sanctæ obedientie, & sub obstestatione vehementer aduersatur, Sanctimoniales aliquando parentes, fratres, sorores, aut alios agnatos, vel cognatos, necnon monasteria, & alia filiationis nuncupata, etiam eis subiecta, visitandi, aut infirmitatis

cilij, quod incipit, Bonifacij VIII. diligenter, & inuolubiler sub censuris Ecclesiasticis, aliisque præfatis pœnis, & in eodem decreto contentis, obseruent, & obseruari faciant & procurent: Contradictores quoslibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, etiam aliis pœnis auctoritate nostra, appellatione postposita, compescendo, &c. inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque, &c. aliis Apostolicis constitutionibus & iuribus de huiusmodi claustris disponentibus nihilominus in suo robore duraturis. Ceterum volumus, quod præsentium transumptis, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ sanctionis, ordinationis, priuationis, abolitionis, decreti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXIX. Kalendis Februarij, Pontificatus nostri anno quinto.

Caf. Glorierius.

Reuocatio priuilegiorum, & consuetudinum Ecclesiarum aliquid recipiendi in collatione, seu admissione ad possessionem beneficiorum.

XXII.

Part. 3. alleg. 57.

P I V S Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam memoriam.

DVm nimis, & incommodum arbitramur, quod Ecclesiarum ministri in iis quæ ad ipsorum sustentationem suppeditantur, dispendia patiantur. Quocirca cum hanc ad rem, simulque prohibendam ab Ecclesiæ Dei auaritiæ prauitatem, editas ante hac sanctiones minimè satis esse intelligamus, nouæ constitutionis subsidio cogimus prouidere. Cum itaque aliis ex plurium Ecclesiarum Cathedralium & Collegiarum constitutionibus, aut ex praua consuetudine obseruari intelligeretur, ut in electione, præsentatione, nominatione, institutione, confirmatione, collatione, vel alia prouisione, siue admissione ad possessionem alicuius Cathedralis Ecclesiæ, vel beneficij, Canoniciatum, aut præbendam, vel partem prouentuum, seu ad distributiones quotidianas, certæ conditiones, seu deductiones ex fructibus, solutiones, promissiones, compensationesve illicitæ, aut etiam quæ in aliquibus Ecclesiis dicuntur Turnorum luca, interponerentur, licet sancta Synodus Tridentina hæc decretata mandauerit Episcopis, ut quacumque huiusmodi in vsus pios non conuerterentur, atque ingressus eos, qui Simoniacæ labis, aut sordidæ auaritiæ suspicionem haberent, fieri non permitterent; ipsique diligenter de eorum constitutionibus, siue consuetudinibus super prædictis cognoscerent; & illis tantum, quas probarent, exceptis, reliquas ut praua & scandalosæ reicerent: eos verò qui aduersus prædicta quavis ratione commississent, pœnis contra Simoniacos editis teneti decreuerit: multorum tamen indomita cupiditate tam prædicta, quam alia ad beneficium, & commodum ipsorum ministrorum edita, aut omnino contemnuntur, aut in varios

m sensus

sensus traducta perperam eliditur. Quare nos pro diuini cultus exercitio, simulque euocatorum ad illum auxilio plenius euidentisque consulendum fore rari, reuocamus & abolemus omnia, & quæcumque priuilegia, consuetudines & statuta quarumcumque Ecclesiarum Cathedralium & Metropolitanarum, ac maiorum, necnon Collegiarum, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, aut alio quouis præsidio munita, ac etiam supra hominum memoriã, & longissimo, ac quancumque tempore, etiam continuè obseruata, sine pro soluendis Ecclesiarum, vel Prælatorum debitis, siue pro supportandis illorum oneribus, siue aliis etiam maioribus, haximis & uirgenissimis causis concessa & approbata, ac etiam multiplicatis vicibus innouata, extensa, & moderata, quæ vacantibus ipsarum Ecclesiarum Dignitatibus, Canoniceatibus, præbendis, portionibus, beneficiis, & officiis, fructus, ac etiam quotidiana distributiones ex eis primo ab ipsa vacatione anno, aut longiore, vel etiam breuiore tempore prouenturi, mensæ Episcopali, seu Capitulari, aliove loco integrè, vel partim remaneant, seu applicentur, aut in communes usus cedant, seu inter alios Canonicos, & personas Ecclesiæ, seu Capituli diuidantur: Quodque nullus, etiam Apostolica auctoritate prouisus in Canonicum recipi, aut ad Dignitatem, seu portionem, beneficium, vel officium admitti, vel aliam in eius possessionem induci possit, nisi prius de obseruandis huiusmodi priuilegiis, consuetudinibus, & statutis, iuramentum præstiterit, & obtentæ illorum derogationi, ac fructuum, & distributionum perceptioni renuntiauerit, seu Capitulo, & personis prædictis cesserit, seu (ut appellant) dulciaria, aut quid aliud præstiterit: quorum omnium tenores, causas, & effectus habemus præsentibus pro expressis, quibuscumque illa concepta sint formulis, necnon irritantibus, & aliis decretis roborata; volentes ea omnia vires, & effectum de cætero non habere. Præcipimus igitur & interdiximus omnibus Episcopis, Capitulis, Collegiis, & personis, ad quos id pertinet, ne posthac fructus, aut distributiones huiusmodi, nec prorsus vllam eorum partem retineant, neque ipsorum cessionem, vel renuntiationem, aut dulciaria, vel alia quomodocumque petant, vel exigant, aut quemquam siue Ordinaria, siue Apostolica auctoritate prouisum, ad præstandum huiusmodi iuramentum inducant, aut illi prædicta non facienti possessionem impediãt, vel remorentur. Quicumque contrafecerit, si Ecclesiarum Antistites, tandiu à Pontificali officij exercitio sint suspensi, donec satisfactione præuia illis per Sedem Apostolicam suspensio relaxetur: Capitula uero, & Collegia quæcumque Ecclesiastico subiaceant interdictioni; ac singulares personæ in excommunicationis sententiam incurrant, à qua, nisi in mortis articulo constituti, ab alio quam à Rom. Pontifice absolutio- nis beneficium nequeant obtinere. Decernentes huiusmodi præstita iuramenta non tenere, nec quemquam illis obligari, quinimmo iurantes in huiusmodi censuram incidere, necnon irritum & inane quicquid secus super his per quoscumque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Et nihilominus statuiimus, ut vbiicumque huiusmodi fructus & distributiones fabricæ, vel Sacristiæ, aut alterius p[ro]p[ri]i loci v[er]sibus vltra semestre tempus rep[er]iuntur concessi, horum dumtaxat dimidia pars ipsi Sacristiæ, vel fabricæ, aut pio loco deinceps tribuatur, alteram uero beneficii prædicti inte-

grè percipiant. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis contrariis quibuscumque, &c. Decreto prædictæ Synodi, ac etiam constitutione fel. rec. Ioannis Papæ XXII. quæ incipit, Suscepti. & alijs iuribus hac de re disponentibus, nihilominus alijs in suo robore duraturis. Cæterum per prædicta non intendimus illis præiudicare Capitulis, Collegiis, mensis, aut personis, fructus, distributiones inter vacationem beneficiorum, & eorum collationem, siue possessionis apprehensionem prouenientes, ex statuto, consuetudine, vel priuilegio huiusmodi percipientibus, vel retinentibus, quo minus ipsi illos interrim vt antea, exigere valeant & haximis. Postmodò volumus, vt præsentium exempla etiam impressa, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXX. pridie Kal. Iulij, Pontificatus nostri anno quinto.

Cæs. Glorietius.

H. Cunnyn.

Prohibitio, ne in publicis concionibus disputetur de Conceptione B. Mariæ Virginis, neque de ea vulgari sermone scribatur; innouando constitutionem Sixti IV. & decretum Concilij Tridentini.

XXIII.

Part. 3. alleg. 50. n. 109.

P I V S Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Super speculam Domini, viribus licet exiguis, constituti, Prophetæ sollicitudinem imitantes, die noctuque ad diuersos Ecclesiæ status nostræ mentis aciem intendimus, studiosè prouidentes, vt communi Domino ab omnibus gradibus fideliter seruiatur, ac illis maxime, quibus digniora ministeria diuini Spiritus fauore credita sunt: inter quos diuini verbi prædicatores adnumerandos esse se nemo dubitare poterit, qui eorum munus ab ipso Domino consecratum, Apostolis præcipuè iniunctum fuisse animaduerteret, qui si adepto gradu dignè fungerentur, euangelizantes pacem, annuntiantes bona, prædicantes salutem; non solum vox eorum dulcis, verum & speciosi pedes viderentur, & fraternæ salutis vberes fructus referentes, multam fiduciam haberent in die Domini. Verum (quod neque sine animi dolore accepimus, nec referre possumus) quidam diuersorum Ordinum Regulares, Clericique sæculares, ommissis quæ diuinæ maiestatis gloriam, & sanctissimæ Dei genitricis, aliorumque diuinorum venerationem, atque fidelium pietatem promouere poterant, quod Apostolus in quibusdam arguit, languent circa quæstiones & pugnas verborum, quibus oriuntur inuidiæ & contentiones, cæteraque virorum monstra; potissimum

verò

verò tum de gloriosa Virginis Mariæ Conceptione sermo incidit, tam pertinaciter pro alterutra parte contendunt, ac si de illis dogmatibus esset, quæ corde credere ad iustitiam, ore confiteri ad salutem necessarium est. Quibus illud Prophetæ conuenire videtur: Dicunt, ait Dominus, cum ego non sim locutus; cum sancta Romana Ecclesia omnium Ecclesiarum magistra, & doctrix disciplinæ, de ea re hucusque non desinerit, nemo absque temeritate præiudicare, vel alterius partis sententiam damnare potest: & quasi desint præclarissima inuentricis gratiæ merita, quæ nec angelica quidem lingua satis dignè referri possunt: & cum ex illo vberissimo fonte, puteoque aquarum viuicarum, non possint saluberrimas haurire aquas, quibus fidelis populus magna cum utilitate, atque dulcedine reficeretur, ac dissipatas cisternas accurrunt, stultas scilicet, & sine disciplina quæstiones, quæ generant lites, & quas nec frequens multitudo intelligere, nec vlti sapientes, qui capiunt, vt iliter percipere valent; præsertim quoniam, vt experimento didicimus, ipsorum concionatorum, qui ad quæstiones huiusmodi proponendas facilius erumpere solent, maior numerus materia difficultatem prorsus ignorantes, neque intelligentes loquuntur, aut de quibus affirmant, simplicium animos, indifferetæ deuotionis obtentu, vel potius loquacitatis, & ostentationis effectum, ad tumultus, & similitates concitant, quos tumultuantes, atque dissidentes componere, sedareque potius oportebat: cumque paruulis in Christo lac infundere, prouectis solidum cibum apponere deberent; dum in huiusmodi controuersis interterminatis versantur, omnibus vbera proferunt amentia, quod non absque maledictionis nota legitimum in Propheta. Nos igitur, qui prædecessorum nostrorum saluberrima decreta pro viribus salua esse cupimus, potissimum illa quæ à sacrosanctæ Synodo Tridentina denuo sunt confirmata, liberam cuique facultatem relinquendam opinandij huius controuersie quamlibet partem, prout vel magis piam, vel magis probabilem esse iudicauerit; prædictorum concionatorum, aliorumque contentioni, ac temeritati, populorumque scandalis occurrere studentes; Motu proprio, non ad aliquem nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, statutum fel. rec. Sixti IV. prædecessoris nostri, super ea re, quod à præfata Synodo innouatum est (illud præsentibus, ac si de verbo ad verbum esset insertum, pro plene & sufficienter expresso, & inserto habentes) Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, & approbamus, atque vt deinceps efficacius à cunctis obseruetur perpetuè statuimus, & ordinamus, ac per Apostolica scripta mandamus, quatenus nemo cuiuscumque ordinis, gradus, conditionis, vel dignitatis existat, in popularibus concionibus, vel vbiicumque promiscua virorum & mulierum multitudo conuenire solet, de huius controuersie alterutra parte disputare rationibus, vel doctorum auctoritate, assertendo propriam sententiam, & contrariam resellendo, aut impugnando, vel de hac ipsa quæstione, cuiusvis pietatis, aut necessitatis prætextu, vulgari sermone scribere, vel dictare præsumat. Qui contrafecerit, suspensionis pœnam à diuinis absque noua declaratione ipso facto incurrat, si modo fuerit in factis constitutus, & quocumque præter-

ea gradu, siue dignitate, vel administratione fungatur, illis omnibus sit ipso iure priuatus, & ad eadem, vel similia munera obtinenda, vel obeunda perpetuè inhabilitatis censura ipso etiam facto sit obnoxius; super quibus nisi à Romano Pontifice pro tempore existente dispensari, siue absolui non possit: & nihilominus alijs pœnis, si opus fuerit, à proprio Prælato pro delicti mensura infligendis subiiciatur: prout subiicimus. Cæterum quamdiu per Apostolicam Sedem altera pars definita non fuerit, oppositaque sententia condemnata, liceat viris doctis in publicis Academiæ disputationibus, siue generalium, aut prouincialium Capitulorum, vel vbi alijs interfunt qui rem capere possunt, nec scandali vlla subest occasio, de ista quæstione disserere, & argumentis vtrambi-que partem vel asserere, vel impugnare, dum tamen neutra veluti erronea præiudicetur; serueturque illa omnia, quæ à dicto Sixto prædecessore nostro statuta sunt, quorum singula, vt præfertur, etiam quantum ad alias pœnas, duximus innouanda, & innouamus per præsentem. Vt autem hæc nostra constitutio, & præmissa omnia ad eorum omnium, quorum interest, notitiam congruentius peruenire possint, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub pœna suspensionis ab ingressu Ecclesiæ, etiam eo ipso incurrenda, si in his quæ mandamus, exequendis se negligentes exhibuerint, præcipimus, & mandamus omnibus & singulis locorum Ordinariis, ac eorundem Vicariis, Suffraganeis, & officialibus quibuscumque, & alijs, singulis, ad quos quomodolibet spectat & pertinet, quatenus huiusmodi nostram constitutionem singulis suæ diocesis, vel districtus Prædicatores, & alijs, quibus expedite iudicauerint, opportunè insinuent & publicent, ac insinuari, & publicari faciant. Et ne quis in posterum quoquo modo ignorantiam de præmissis possit prætereundere, aut se contra præmissa valeat excusare; volumus & mandamus, quod præsentem litteram in Basilicarum S. Ioannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ valuis, ac in acie Campi Floræ de Vrbe de more publicentur, & affigantur, &c. quæ publicatio ita omnes, ad quos spectat, afficiat & arceat, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus, ac quibusvis indulgijs & litteris Apostolicis, &c. cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus insuper & decernimus, quod præsentem vim perpetuam, & irrefragabilis constitutionis obtineant; & quod illarum transumptis etiam impressis, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, statuti, ordinationis, mandati, subiectionis, innouationis, præcepti, voluntatis & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hæc. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXX. pridie Kal. Decembris, Pontificatus nostri anno quinto.

Cæs. Glorietius.

Quod Regulares cuiuscumque Ordinis, etiam Mendicantes, Lectores, aut in Theologia graduati, non possint sæcularium Confessiones audire, nisi fuerint ab ordinariis approbati.

XXIV.

Part. 2. alleg. 25.

Pius Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis providentia circumspicua, nonnumquam gesta per eum, rationabilibus & honestatis suadentibus causis moderatur, & commutat in melius, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Nuper siquidem quasdam declarationes, & moderationes circa nonnulla Concilij Tridentini decreta, Regulares personas Ordinum Mendicantium, eorumque instituta concernentia edidimus, & promulgauimus: & quia, vti accepimus, illarum vigore sacerdotes Regulares prædictorum Ordinum, quandoque minus idonei, & inhabiles Confessionibus sæcularium audiendis ab eorum Superioribus præpositi, absque aliqua Episcoporum, sed sola Magistri Ordinis Generalis, aut Prouincialium ministrorum approbatione admittuntur: Nos super his pro debito pastoralis officij, prout tenentur, salubriter providere volentes, tenore præsentium hac nostra constitutione perpetua sancimus; decernimus & declaramus, decretum Concilij Tridentini de approbatione Regularium audiendis Confessionibus sæcularium præpositorum, ab Episcopis faciendam, obseruari debere etiam in omnibus Regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, etiam sub Regulari disciplina viuentibus, etiam si sint Lectores, aut in Theologia, etiam de superiorum suorum licentia, graduati, vel promoti, vel à suis Magistris Generalibus, vel Prouincialibus ministris sæcularium Confessionibus audiendis expositi. Volumus tamen, eos qui seculum ab Episcopo in ciuitate & diocesi suis præuio examine approbati fuerint, ab eodem Episcopo iterum non examinari. Ab Episcopo autem successore pro maiori conscientia suæ quiete examinari de nouo poterunt, Inhibentes quibuscumque Regularibus quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, vt præfertur, ne vigore deputationis & approbationis, ab eisdem Magistris, & ministris Prouincialibus, etiam quod illarum occasione ab Ordinariis hucusque tolerari fuerint, absque speciali in posterum licentia & approbatione ab ordinariis obrinenda, sæcularium Confessiones audire præsumant: Decernentes irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac nostris litteris prædictis, & aliis postea quibuscumque Regularibus concessis, & forsitan extensis, quas quod ad ea quæ præsentibus aduersantur & contrariantur, penitus & omnino reuocamus, cassamus, & irritamus, &c. priuilegiis quoque, indultis, &

litteris Apostolicis, etiam Mari magno, seu Bulla aurea, aut aliis nuncupatis, &c. illis aliis in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscumque. Vt autem præsentibus litteris, &c. Verum quia difficile foret, &c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ sanctionis, decreti, declarationis, inhibitionis, reuocationis, cassationis, irritationis, statuti, derogationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXXI. octauo Idus Augusti, Pontificat. nostri anno sexto.

Forma expediendi litteras Apostol. monitoriales de excommunicandis his, qui bona deperdita, vel subtracta restituere, aut reuelare recusant.

XXV.

Part. 3. alleg. 96.

Sanctissimus in Christo Pater & D.N.D. Pius diuina providentia Papa V. volens super expeditione mandatorum quæ sunt in forma significauit pro rerum subtractarum, aut deperditarum restitutione, seu illarum, & illas subtractarum reuelatione modum & formam statuere (manente in aliis reformatione officij Correctoris contradictarum à sanctitate sua edita) præsentem quod perpetuo obseruari vult scripto, ordinat, vt mandata pro restitutione seu reuelatione huiusmodi dentur (modo super illis supplicationes in præsentia suæ sanctitatis signata fuerint) ad eorum dumtaxat instantiam, quorum ciuilitate interest. Quæ supplicationes rem ipsam de qua agitur, reique valorem nominatim & specificè expriment, nisi forte sint pro Ecclesiis, locis piis, Communitatibus, vniuersitatibus, Collegiis, aut vniuersalibus successoribus, quos verisimile est certam eorum notitiam non habere, tunc etenim hac ipsa personarum qualitate expressa, ita demum fieri poterit quædam in genere designatio rerum, si designatio neque nimis vaga, & incerta, atque adeo inuenerisimilis sit, & tamen ostendat res ipsas (id quod præcipue in omnibus attendendum est) minime vulgares existere. Comittantur autem Episcopo Ordinario loci, vel eius Vicario in spiritualibus generali sub hac forma verborum, quæ est ex Concilio Trident. videlicet. Si causa diligenter, & magna maturitate per ipsum examinata pro rei, loci, temporis, & personæ qualitatibus sibi pro sua conscientia videbitur expedire. Decernentes irritum, &c. Placet, publicetur, & describatur M. Publicata 27. mensis

Iunij 1570.

* * *

Iurisdic

Iurisdicatio Episcoporum visitandi Parochiales Ecclesias Fratrum Militum S. Ioannis Hierosolymitani quoad animarum curam, & Sacramentorum administrationem.

XXVI.

Part. 3. alleg. 74.

Pius Papa V. ad perpetuam rei memoriam.

Exposit pastoralis officij debitum, cui disponente Domino præsidemus, vt ad ea sollicite intendamus, per quæ discordiarum & litium, ac controuersiarum quarumlibet materia tollatur. Sane cum nonnulli ex venerabilibus Fratribus Episcopis dilectos filios Magistrum, Balliuos, Castellanos, Empositas, Priores, Donatos, Capellanos, Fratres, Milites, & alias quascumque personas Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani ratione Ecclesiarum curam animarum habentium, illarumque Rectorum, & Ministrorum ad ipsum Magistrum spectantium, & pertinentium, iuxta tenorem sacri æcumenici Concilij Trid. visitare; dictus vero Magister & alij prædicti, ipsos, illorumque Ecclesias, Capellanos, & Ministros dictis decretis minime comprehendendi, sed ab illis exemptos esse prætenderent, materia questionis orta. Nos igitur eorum paci & quieti consulere volentes, omnes lites & controuersias huiusmodi tam in Romana Curia, quam alibi coram quibuscumque iudicibus in quacumque instantia pendentes, illarumque status, & merita pro sufficienter expressis habentes ad nos auocantes eas cassamus, extinguimus, & super illis perpetuum silentium imponimus, ac omnes dictæ Militiæ personarum censuris harum controuersiarum occasione contra eas per quoscumque latis & incuris absoluiimus. Et ne in futurum aliqua amplius controuersia oriri possit, decernimus, declaramus, statuimus omnes & singulos locorum Episcopos, & alios superiores tamquam Apost. Sedis delegatos, omnes, & quascumque Parochiales Ecclesias, ceteraque beneficia ecclesiastica suarum Ciuitatum, & Diocesium, quibus animarum cura imminet, ad dictam Religionem, eiusque Milites, Capellanos, Ministros, Rectores, quomodolibet pertinentia, etiam quod in eis Episcopalem, & temporalem iurisdictionem Religio, & Milites prædicti haberent, eorumque Ecclesias, Rectores, Vicarios, & Ministros quoscumque (in his tamen dumtaxat, quæ animarum curam, illiusque exercitium, & Sacramentorum administratione respiciunt) visitare, omnesque actus visitationem concernentes exercere posse & debere, ac Rectores, ceterosque huiusmodi Ministros curam animarum exercentes minus idoneos repertos, siquidem ad nutum amobiles sint, statim amouere; si vero titulares sint, illico suspendere, ac superiores eorum monere vt intra aliquem breuem terminum in locum amotorum, subrogent alios idoneos, prius tamen per ipsos Episcopos, & alios superiores examinatos, & approbatos: titularibus vero suspensis deputent alios idoneos pariter examinatos, & approbatos vt supra in coadiutores, seu vicarios iuxta decretum Concilij sess. 21. cap. 6. Interea vero dum hæc subrogatio, seu deputatio fiat, ipsi Epi-

scopi & alij superiores pro necessitate curæ animarum prouideant arbitrio suo, quod si superiores dictorum Rectorum, & Ministrorum intra tempus præfixum non subrogauerunt, aut deputauerunt, vt supra, tunc dicto termino elapso ipsi Episcopi & alij superiores alios præuio examine iuxta eiusdem Concilij formam idoneos repertos in locum amotorum subrogent. Titularibus vero suspensis coadiutores deputent iuxta dictum cap. 6. sess. 21. qui tamen in dictis Parochialibus perinde inserviant ac si subrogati, aut deputati ab ipsis superioribus Religionis, & Militum prædictorum fuissent. Volumus autem quod Episcopi, & alij superiores prædicti visitationem huiusmodi, & prædicta omnia solum tanquam delegati Apost. Sedis, gratis, & absque vllis dictæ Religionis Rectorum, & Ministrorum impensa, & onere faciant, in collatione item Ordinum, necnon consecratione Ecclesiarum, & sacrorum vasorum, ac benedictionibus, & aliis actibus spiritualitatem concernentibus, ac institutione præsentatorum ab eisdem Militibus ad beneficia, aut approbationes, seu confirmationes, quas ab eisdem fieri harum præsentium vigore contigerit, gratis omnia faciant, & diligenter attendant, vt nullos admittant, qui qualitates à Concilio requisitas non habeant, ac præuio examine iuxta eiusdem Concilij decreta idonei non existant. Nolumus autem Episcopos, & alios superiores locorum supra scripta facultate visitandi vti, qui cum eadem Religione & Militibus super iurisdictione Episcopali in locis visitandis coram quibuscumque iudicibus litigant, nisi ipsi Episcopi, & alii superiores in quasi possessione antiqua exercitiis iurisdictionis huiusmodi existerent, saluo tunc iure vtrique illa in petitorio, sed quod Episcopi, & alij superiores viciniore ius aliquod in iurisdictione huiusmodi non habentes, nullumque inter se prorsus prætendentes, facultate prædicta vtantur. Nolumus item per præsentem vllum asserti præiudicium iuri visitandi dictas Parochiales Ecclesias & alia beneficia curam animarum habentia quoad antea Religioni, & Militibus prædictis competeat. Inhibemusque expresse dictis Episcopis & aliis superioribus, ne hac visitandi facultate eis per præsentem concessa alio vtantur modo quam præscripto. Cum claus. sublata, & derogatoriis, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die 22. Septembris 1571. Pontificatus nostri anno sexto.

Ordinariis locorum iniungitur vt confraternitates doctrinæ Christianæ ad pueros, aliosque diuinæ legis expertes bonis moribus, sanæque doctrinæ instruendum, instituant, cum largitione Indulgentiarum tam pro Cofratribus, quam per eos instruendis à Pontifice concessa.

XXVII.

Part. 3. alleg. 76. n. 37.

Pius Papa V. ad perpetuam rei memoriam.

Ex debito Pastoralis officij nobis meritis licet

m 3 ten

tendimus per quæ diuinus cultus, fideliumque deuotio ubique suscipiat incrementum, ac ipsos fideles ad id Indulgentiis & remissionibus inuitamus, vt Christi fideles ipsi temporalia quæ egerint consequi valeant præmia felicitatis æternæ. Nos igitur attendentes quod infantes, & pueri bonis moribus & exercitiis educati, quasi semper vitam pudicam, honestam, & exemplarem, ac aliquando sanctam agunt, è conuerso autem qui parentum carentia, seu paupertate, aut incuria, vel ignavia non sic educati per sepe ducuntur in exitium, & quod peius est secum ducunt plures in interitum, vnde si diligenter educati & in doctrina Christiana instructi fuerint à vitis & multis aliis erroribus retraherentur. Considerantes etiam prout ex fide dignis relationibus intelleximus quod nonnulli approbatæ vitæ Christi fideles charitate omnium suprema virtute circa hoc tam pium tamque Reip. saluberrimum opus accesserint, in singulis festiuitatibus & Dominicis diebus in diuersis Ecclesiis, & locis, hoc opus sanctissimum amplexi sunt, & ibi eosdem infantes, & pueros, ac alios miserabiles personas Christianæ veritatis ignaras congregari faciunt, & eos bonis moribus, & sana doctrina instruunt, ac diligenter in via mandatorum Domini dirigunt, ex quo salutiferi fructus hæcenus prouenerunt, & indes magis auxiliante Domino speramus. Et quod si ad opus sanctissimum ubique locorum exercendum præfatos Christi fideles paternis fauoribus, & Indulgentiarum muneribus inuitaremus, proculdubio non solum eorumdem infanctum, & puerorum, ac personarum aliarum saluti consuleretur, verum etiam deuotio Christi fidelium omnium ad præfatum opus amplectendum multo magis augetur. Cupientes igitur tam pio, tamque laudabili operi viribus totis fauere, & animas lucrifacere creatori, & certa nostra scientia vniuersos & singulos Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, cæterosque Ecclesiarum Prælatos, & locorum quoruncumque Ordinarios vbilibet constitutos præfatos & futuros rogamus, & hortamur attente, eis ac eorum in spiritualibus & temporalibus vicariis, seu officialibus generalibus per Apostolica scripta mandantes quatenus hoc opus sanctissimum toto pectore amplectentes aliquas Ecclesias in his Ciuitatibus, & Diocesis respectiue, seu loca honesta, & quibus præfati infantes & pueri ad audiendū doctrinam Christianam conuenire possint, deperant, & viros ad id idoneos vita & moribus approbatos, qui diebus saltem Dominicis eosdem infantes & pueros, ac alios personas; Diuinæ legis expertes in articulis Fidei, & præceptis sanctæ Matris Ecclesiæ instruant, & constituent, & eligant; atque tot Societates, seu Confraternitates, quot ad hoc tam sanctissimum opus exercendum eis opportunæ videbantur, inibi auctoritate nostra erigant, & instituant. Nos enim vt proprius, ac alacrius ad hanc curam subeundam omnes Christi fideles alliciantur, & eo libentius curam ipsam suscipiant, quo ex hoc dono cælestis gratiæ conspexerint se vberius resectos: de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi, omnibus & singulis vtriusque sexus Christi fidelibus vere penitentibus, & confessis, seu statuti à iure temporibus firmum confitendi propositum habentibus, qui in aliqua dictarum Societatum, seu Confraternitatum vbilibet constitutarum intrauerint, & adscripti fuerint, illis videlicet tam, qui alios docuerint, quam qui ab aliis in articulis Fidei, & præceptis Ecclesiæ huiusmodi instructi fuerint; quotiescumque

in præfato sanctissimo exercitio se occupauerint, quadraginta dies de iniunctis eis penitentis auctoritate Apost. tenore præsentium misericorditer in Domino relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. *Et habeatur fides transumptis.* Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die 6. Octobris 1572. Pontificatus nostri anno 6.

Reductio constitutionum à Pio V. pro Mendicantibus, & alijs Regularibus contra locorum Ordinarios, & editarum ad terminos Iuris, & Concilij Tridentini.

XXVIII.

GREGORIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

IN tanta rerum & negotiorum mole, qua Romanus Pontifex ex omnibus mundi partibus affidue premitur, vix vitari potest, ne aliqua interdum exiliant, quibus postea recognitis necesse est moderationis remedium adhibere. Cum itaque alias felic. rec. Pius Papa V. prædecessor postea auditis grauaminibus, quæ Fratibus Ordinum Mendicantium ab Ordinariis locorum, & Parochialium ecclesiarum Rectoribus, multis modis inferri dicebatur super sacris concionibus, & lectionibus habendis, Confessionibus audiendis, penitentis iniungendis, Fratrum Ordines promouendis, celebratione Missarum, cura animarum, Sacramentorum administratione, sepulturis, quarta funeralium, legatis, donationibus, elemosinis, collectionibus, aliisque eiusmodi iuribus, necnon decimis, & diuersis oneribus, ac etiam super statu & regimine Sanctimonialium ipsi Fratibus subiectarum formatione processuum, censurarum publicatione, processibus, præcedentia, locorum acquisitione, cæterisque aliis rebus tunc expressis, multa per quasdam suas litteras predictis Fratibus non modò statuerit, sed & quæ iam in Concilio Tridentino decreta fuerant ad hæc pertinentia, declarauerit, multaque præterea privilegia eiusdem xvii. Kal. Iunij, Pontificatus sui anno secundo; & deinde ea omnia diuersis alijs Ordinibus & Congregationibus Regularium non mendicantium, etiam per modum communicationis concesserit: Postea per quamdam suam constitutionem de Vicariis perpetuis in Parochialibus ecclesiis unitis per Ordinarios locorum instituendis, & portione illarum Vicariis assignanda editam, alia super constitutione Fratrum eorumdem ad exercitum curæ animarum in eis Parochialibus ecclesiis, quæ domibus, & locis suis unitæ sunt, decreuerit: Demum animaduertens quòd ea omnia multis dubitationibus innoluta, magnisque difficultatibus obstructa, multas magnasque dissensiones, altercationes, & lites inter prædictos locorum Ordinarios, & Fratrum ipsorum Ordines, non sine graui diuini cultus & animarum detrimento, ac populorum scandalo concitauerant, contra ac ipse sperabat, & præter suam expectationem, vt qui interdum conquireretur, multa aliter, alioque sensu à se prolata fuisse, quam litteris expressa essent: cupiens his mediis incommotis, primùm

illa omnia quæ Regularibus aliorum Ordinum quàm Mendicantium; communicauerat, & secundum præmissa concesserat, Motu proprio restrinxerint: deinde plenius prouidere volens, prioribus litteris à se, quò ad ipsos Mendicantes, magna in parte moderatis, omnes quascumque alias litteras, quæ de alijs Ordinibus & Congregationibus extra Mendicantium Ordines de obseruantia nuncupatos emanauerant, omnino aboleuerit, causas omnes iam de his etiam in Romana Curia pendentes ad se auocando, lites extinguendo, ac formatos super illis processus, litesque sententias annullando, quemadmodum alijs suis litteris in Registro proxime compertis, nunquam tamen publicatis, plenius continetur: Postremò circa Confessorum Regularium etiam Mendicantium approbationem, iuxta Concilij prædicti decretum faciendam, etiam Lectores, in Theologia gradatos, & certos alios tunc expressos comprehendere debere declarauerit: Nos hac tanta varietate cognita, quæ etiam ex multiplici litterarum, & constitutionum editione procedit, presentibus, & futuris discriminibus occurrere volentes; de nobis attributæ potestatis plenitudine statuimus & ordinamus, de prædictis & alijs omnibus litteris & constitutionibus, quæ ab eodem prædecessore eiusdem de rebus pro quoruncumque Regularium, etiam Mendicantium, Ordinibus & Congregationibus quomodolibet emanarunt, ac omnibus & quibuscumque in eis contentis, eam deinceps dispositionem, atque decisionem pro subiecta materia futuram esse, quæ siue ex iure veteri, siue ex sacris dicti Concilij decretis, siue alias legitime ante dictarum litterarum, & constitutionum editionem erat, ac si ipsæ non emanassent futura fuisset; ad quam dispositionem & decisionem suamque pristinum & integrum statum, ac terminum illa omnia reducimus. Quinetiam tollimus & abrogamus omnia irritantia, & alia decreta, necnon prohibitiones, declarationes, mandata, & quæcumque alia ipsis litteris, & constitutionibus apposta, & alijs eorum occasione, vel causa facta, his nostris statuto, ordinationi, & reductioni aduersantia, quibuscumque illa sint concepta formulis, ac præseruationibus, declarationibus, modificationibus, restitutionibus, mentis arrestationibus, derogatoriis derogatoriis, aliisque fortissimis, efficacissimis, & inuolabilibus clausulis, etiam Motu & potestatis plenitudine similibus; & ex certa scientia, etiam pro conseruatione status Regularis, & ex quibuscumque alijs urgentissimis causis quotiescumque roborata: Decernentes illa omnia pro nullis & infectis haberi, omnesque supradictos illarum vsu, commodo, & effectu carere: Ac omnes lites, & controuersias, quæ coram quibusuis iudicibus, siue ordinariis, siue commissariis, etiam causarum Palatii Apostolici Auditoribus, & S. R. E. Cardinalibus, etiam de latere Legatis, prædictarum litterarum & constitutionum occasione super præmissis iam motæ sunt, nec dum decidæ, aut finitæ, vel etiam quæ iam decidæ sunt, si modò tractum habeant successuum, easque rursus, & inter quoscumque excitari in posterum contingat, secundum prædictam dispositionem, nec aliter decidendas: futura verò dubia & difficultates, quandocumque & vbicumque orientur, ad nos & Sedem Apostolicam, vbi & cætera quæ ad decreta dicti Concilij pertinent, quorundem declarantur, omnino deferenda esse: necnon irritum & inane quicquid secus super

his per quoscumque scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Mandamus itaque in virtute sanctæ obedienciæ, præfatos ad omnibus vbique Episcopis, & locorum Ordinariis, necnon Ecclesiarum Prælatibus, Rectoribus, Fratibusque prædictis, ac cæteris, ad quos pertinet, semper inuolatas obseruari: Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, Conuentuum, domorum, locorum, & Ordinum quoruncumque statuti, & consuetudinibus, privilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, etiam Mare magnum, & Bulla autem nuncupatis, dictis Ecclesiis, Ordinibus, & Congregationibus quomodolibet concessis & confirmatis, quibus omnibus, & c. illis alijs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Vt autem præfatos omnibus plenius innotescant, & c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ ordinationis, statuti, reductionis, abolitionis, abrogationis, decreti, mandati, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem & c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ M D L X X I I. Kal. Martij Pontificatus nostri anno primo.

M. Datarius.
Cæs. Glorierius.

Super executione litterarum Apostolicarum: & declaratione Concilij Tridentini Sessione 24. cap. 20. de reformat.

XXIX.

Part. 3. alleg. 81.

GREGORIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

AD Romani Pontificis prouidentiam circumspèctam pertinere dignoscitur, dubia super sacrorum Conciliorum decretis pro tempore insurgentia, sic suæ declarationis oraculo dilucidare & interpretari, vt exinde litium dispendia inter fideles quoslibet valeant submoueri. Accepimus sanè nuper, quòd licet multoties Romanus Pontifex, vt prouisiones & gratiæ per eum de beneficis pro tempore vacantibus, ac suæ, & Sedis Apostolicæ dispositioni & ordinationi reseruatæ, in fauorem diuersarum personarum sibi gratularum & acceptarum factæ, executioni debitæ demandentur, & ne (dum litteræ Apostolicæ sub plumbo desuper expediuntur) beneficia ipsa ac aliquibus indebite occupentur, aut aliqua in spiritualibus & temporalibus detrimenta sustineant, nunquam corporalem possessionem ipsorum beneficiorum, & illis annexorum, iuriumque, & pertinentiarum quomodocumque Sedis & Camere Apostolicarum nominibus apprehendi, ac omnes & quoscumque fructus, redditus & prouentus beneficiorum, & annexorum eorumdem percipi, exigi, eosque integros personis prædictis, postquam ipsæ litteras sub plumbo expeditas habent, vna cum

cum dicta possessione consignari, quandoque vero, dum litteræ sub plumbo huiusmodi expeditæ existant, ut ius suum unicuique illorum conferretur, & temerarium audacia debita castigatione compefatur, ac ipsæ litteræ Apostolicæ facilius debita executioni, ut par est, detendantur, promissos de beneficiis in corporalem, realem, & actualem possessionem beneficiorum, & annexorum, iuriumque, & pertinentiarum prædictorum induci, & inductos in ea manuteneri, amotis quibuslibet intrusis detentoribus ab eisdem, aliaque fieri & exequi per diuersas suas in forma Breuis, & sub Annulo Piscatoris confectas litteras mandet, & præcipiat, certis inibi modo & forma tunc præscriptis, dilecto filio causarum Curie Camera Apostolicæ generali Auditori, seu aliis executoribus desuper deputatis, quibus omnino parendum esset: Nihilominus nonnulli beneficiis prædictis inhiantes, ac gratias prædictas eludere, eorumque intrusiones & detentiones improbe tueri satagentes, executionem litterarum in forma Breuis huiusmodi, & facultatem per eas ipsis executoribus attributam, diuersis dubiis & cauillationibus, remouentur, & processus per eosdem executores desuper habitos & formatos, ac inde secuta quæcumque nulla & inualida, nulliusque roboris vel momenti esse, neque attendi debere contendunt, sub prætextu, quod in decreto sacri Concilij Tridentini Sess. xxv. cap. xx. dispositum fuerit, quod causæ omnes ad forum Ecclesiasticum quomodolibet pertinentes, etiam si beneficiales sint, in prima instantia coram Ordinariis locorum dumtaxat cognoscantur, exceptis his, quæ iuxta Canonicas sanctiones apud Sedem prædictam sunt tractandæ vel quas ex vrgenti rationabilique causa iudicauerit summus Pontifex Romanus per speciale rescriptum signaturæ suæ, eius manu propria subscribendum, committere, aut auocare. Verum cum decretum huiusmodi Concilij constitutionem prædictarum litterarum in forma Breuis, & illarum executionem nihil afficiat, neque per illos causa, seu instantia introducat, sed mere executivè procedi mandetur, litteræ quoque in forma Breuis, annulo Piscatoris munitæ non minoris sint efficacia, & auctoritatis, quam rescripta signaturæ Rom. Pont. eius manu propria subscripta: Nos in his nostræ debita declarationis cautelam adhibentes, ac promissorum prædictorum ius aduersus dubia, & cauillationes huiusmodi, æquitate & iustitia suadentibus præseruare volentes, necnon prædictarum, & quarumcumque litterarum in forma Breuis super capienda possessione nomine Camere huiusmodi, aut in fauorem litterarum sub plumbo expeditarum tam à prædecessoribus nostris, quam à nobis, & dicta Sede hæcenus concessarum, tenores, ac litris, & causæ, si quæ desuper executæ sint, statum & merita, nominaque & cognomina iudicum executorum, & colligantium præsentibus pro sufficienter expressis habentes, Motu proprio, non ad ipsorum prouisorum, aut aliorum nobis pro eis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac de mera nostra deliberatione decernimus & declaramus, per concessionem litterarum in forma Breuis, & sub annulo Piscatoris super capienda possessione quorumcumque beneficiorum dispositioni Apostolicæ referuatorum seu affectorum, Sedis & Camere Apostolicarum nominibus apprehendenda, & eiusdem possessionibus in fauorem prouisorum ab ipsa Sede de eisdem beneficiis, postquam litteras sub plum-

bo super promissionibus huiusmodi habuerint expeditas, relaxatione, necnon assensu ipsis promissis litteras desuper sub plumbo expeditas habentibus præstanda, & aliorum inibi expressorum executione faciendæ, quæ mandata executiua sunt, & summariam dumtaxat causarum, propter quas illæ emanarunt, cognitionem requirunt, decretis Concilij huiusmodi non contrahentur, nihilque præiudicij illis inferri, vel eorum formam in aliquo violari, neque id dici aut censeri, vel executionem litterarum earundem propterea in aliquo suspendi siue remorari, aut facultatem litterarum executionibus concessam impediri, sed executores ipsos, & ab eis deputatos subexecutores, facultate sibi per easdem litteras, ut præfertur, concessa, uti, frui, gaudere, & contra illis non parentes ad declarationem incurfus pœnarum & censurarum in eisdem litteris in forma Breuis contentarum, ac innocationem brachij secularis procedere, ac alia omnia ut singula in eisdem litteris contenta (illarum tamen forma seruata) facere & exequi libere & licitè potuisse, & posse, necnon processus desuper habitos & formatos, habendosque & formatos, ac inde secuta & sequenda quæcumque, firma, valida & efficacia fuisse & esse, & fore, suosque integros & plenarios effectus sortiri debere in omnibus & per omnia: Præsentes quoque litteras de subreptionis vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel inualidari nullatenus posse: Sicque in præmissis omnibus & singulis per quoscumque Iudices, & commissarios & Districtius inhibentes in virtute sanctæ obedientiæ omnibus & singulis cuiuscumque status, & c. etiam Cardinalatus honore fulgentibus, & quauis seculari potestate fungentibus, ne decreto & declarationi nostris prædictis, quouis quæsito colore directè, vel indirectè contraherent audeant, vel præsumant. Et nihilominus vniuersis & singulis nostris & dictæ Sedis Nuntiis, ac locorum Ordinariis eorumque officialibus præcipimus, quatenus ipsi, & eorum singuli per se, vel alium, seu alios, præsentibus litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte prouisorum, & executorum & subexecutorum prædictorum, seu quarumcumque aliarum personarum in præmissis interesse habentium, vel aliquis ex eis fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacia defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra prædictos prouisos, & executores & subexecutores, seu alios in præmissis interesse habentes, eorumque singulos, decreto, declaratione, inhibitione, & aliis præmissis pacificè frui & gaudere, ac præsentibus litteras, & in eis contenta huiusmodi ab omnibus, quos illa concernunt & concernent quomodolibet in futurum, inuiolabiliter obseruari: non permittentes aliquem desuper contra illarum tenorem quomodolibet indebitè molestari. Contradiutores, & c. Non obstantibus fel. rec. Bonifacij Papæ VI II. prædecessoris nostri de vna & in Concilio generali edita de duabus dietis (dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur) aliisque Apostolicis, & c. Datum Romæ apud S. Marcum, sub annulo Piscatoris, die x. Julij, MDLXXIV. Pontificatus nostri anno tertio.

Caes. Glorietius.

Reuoca

Reuocatio quarumcumque licentiarum ingrediendi monasteria, & loca Monialium, & virorum cuiuscumque Ordinis, & prohibitio vtendi licentiis ab Episcopis, vel Superioribus concessis pro casibus necessariis, nisi in necessitatibus vrgentibus.

XXX.

Part. 3. alleg. 102.

GREGORIUS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Vbi gratiæ & indulta ab hac Sede concessa, successu temporis incommodum afferre noscuntur, expedit illa salubri Præsidentis consilio submoueri. Proinde Sanctimonialium quieti, & tranquillitati consulere, ac omnia quæ illas à spirituum rerum cogitatione, & exercitio auocant, impedimenta tollere, periculaque & scandala ab eis remouere cupientes, & auctoritate præsentium reuocamus & abolemus omnes & quascumque licentias ac facultates ingrediendi monasteria, domos & loca Monialium, ac etiam virorum quorumvis Ordinum, quibusvis etiam Comitibus, Marchionibus, Ducibus, & aliis cuiuscumque status & conditionis mulieribus, ac etiam omnes & quascumque licentias ingrediendi Monasteria, domos & loca ipsarum Sanctimonialium, quibuscumque viris, etiam eiusdem status & dignitatis, tam à prædecessoribus nostris, quam etiam à nobis, & Sedis Apostolicæ Legatis, aut aliis ex quibusvis quantumcumque vrgentibus causis, sub quibuscumque tenoribus, & etiam derogatoriis derogatoriis, reuocatoriis restitutoris, aliisque efficacioribus clausulis, irritantibusque & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolica potestatis plenitudine, atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliorumve Principum contemplationem, vel supplicationem concessas, confirmatas, ac etiam iteratis vicibus renouatas: cassamusque & annullamus litteras desuper confectas, & processus habitos per easdem: Inhibentes eisdem, qui illas obtinuerunt, sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua à nemine nisi à Romano Pontifice (præterquam in mortis articulo) absolutiois beneficium possit impertiri, ne ipsarum licentiarum prætextu monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatibus vero, necnon Abbatibus, Conuentibus, ac aliis monasteriorum vtriusque sexus Superioribus, & personis quocumque nomine vocentur, districtè præcipimus sub eadem excommunicationis pœna, necnon priuationis dignitatum, beneficiorum & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa & alia in posterum obtinenda, ne in monasteria, domos & loca sua quemquam prætextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant vel permittant. Quinetiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus, & ne interdiciamus omnibus, quibuscumque personis Ecclesiarum & secularibus, ac etiam Ordinum quorumcumque, etiam Mendicantium, Regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus,

quibus illas concedendi in casibus necessariis tantum ex decreto Concilij Trident. facultas tribuitur, monasteria ipsa Monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus dumtaxat ingredi; neve Moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, monasteriorumque & Ordinum prædictorum, & c. statutis & consuetudinibus, priuilegiis quoque, exemptionibus, & indultis, & c. quibus omnibus, & c. illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Quoniam autem difficilè esset præsentibus ad omnia loca perferri, volumus, & c. Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, cassationis, annulationis, inhibitionis præcepti, prohibitionis, interdicti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem & c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ MDLXXV. Idibus Iunij, Pontificatus nostri anno quarto.

M. Datarius.

Caes. Glorietius.

Iurisdicctio Ordinariorum in puniendis Vicariis, familiaribus, colonis, & ministris Fratrum Militum Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani, iuxta dispositionem Concilij Trident. Sess. 24. cap. 11.

XXXI.

Part. 3. alleg. 81.

GREGORIUS Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam.

Circumspecta in omnibus actibus suis Romani Pontificis prouidentia, interdum ea, quæ certis etiam rationalibus tunc suadentibus causis à Sede Apost. emanata reperiuntur, alia superueniente ratione, qua præsertim populorum offensionem occurrunt, & Episcoporum iurisdictioni ritè consulitur, reducere ac suam declarationem interponere consuevit, & aliàs desuper disponit, prout temporum, rerum, & personarum qualitate pensata perspicit in Domino salubriter expedite. Cum itaque compertum sit quantum plurimos clericos seculares, necnon laicos gratias, & priuilegiis, quibus Sedes Apost. dilectos filios Magistrum Conuentum, & milites Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani de Rep. Christiana optime semper meritos, ac eorum Ecclesias, & loca liberaliter profequuta est, abutentes, vnde sibi religiosus viuendi legem imponere deberent, inde laxioris vitæ occasionem accipere, dum varios, sæpè etiam vanos exemptionis, libertatisque titulos prætexunt; alij quidem, quod pro Vicariis, Capellanis, ministris, & inferuentibus Ecclesiis dicti Hospitalis quomodolibet adscripti sint: alij vero quod coloni, procuratores, & familiares ipsorum Militum existant, quamuis in propriis domibus licenter degant, nihilominus ex prædictorum Militum priuilegiis, illorumque confirmatione etiam post Concilium Trident. à felicitis record. Pio V. prædecessore nostro obtenta, prætendant se ab omni iurisdictione Ordinariorum exemptos esse, nec ab illis inquiri, visitari, puniri, aut corrigi posse, eoque ipso delictorum suorum sibi

n immuni

immunitate promissa granem in populo offensio- nem præbere, & in Episcoporum iurisdictione perturbationem in dies maiorem excitare digno- scantur. Idcirco nos huic malo, quod à prædicto Concilio multo ante præuisum fuerat, salubriter prouidere volentes, Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex mera nostra voluntate, ac deliberatione, & cer- ta scientia, deque Apostolica potestatis plenitu- dine omnia & singula priuilegia, exemptiones, gra- tias, & indulta Magistro, Conuentui, Militibus, & Militiæ dictæ Hospitalis per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, Sedem prædi- ctam in genere, vel in specie, quomodolibet concessa & confirmata, necnon dicti Pij V. litte- ras super eorum confirmatione emanatas sub dat. Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 29. Nouembris 1568. Pontifica- tus sui anno 3. ad prædicti Concilij decretorum terminos tenore præsentium reducimus, ac re- ducta esse, nihilque ex ipsis priuilegiis, exem- ptionibus, gratiis, & indultis Ordinariis loco- rum detractum esse, quominus ipsorum Militum Vicarij, Capellani, Ministri, seruientes, ascri- pti, coloni, procuratores, & familiares Militum huiusmodi, ea iam concessa sint, & in poste- rum concedi contigerit, ab ipsis Ordinariis tan- quam Sedis Apostol. delegatis de eorum exce- sibus, criminibus, & delictis etiam extra irrita- tionem quando & quoties opus fuerit, inquiri, visitari, puniri, & corrigi possint, ipsorumque Ordinariorum iurisdictioni plenè in prædictis subiecti existant (exceptis tamen iis, qui Eccle- siis, aliisque locis dictorum Militum actu ser- uiunt, & intra eorum septa & domos resident, ac sub eorum obedientia viuunt, quæ omnia de- bere simul concurrere intelligantur, siue iis, qui legitime, & secundum regulam prædictæ Re- ligionis professionem fecerint, de qua loci Ord- inario constare debeat.) & ita in præmissis om- nibus, & singulis per quoscunque Iudices Or- dinarios, & delegatos quauis auctoritate fun- gentes, etiam causarum Palatij Apostol. Au- ditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & inter- pretandi auctoritate, & facultate in quauis causa & instantia iudicari, & diffiniri debere. *Cum clausulis præseruatiuis, & derogatoriis, &c.* Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 25. Nouembris 1580. Pontificatus nostri anno 9.

Quòd etiam Prælati, & alij Monialium curam habentes, earum monasteria ingredi non possint, nisi in casibus tantum necessariis.

XXXII.

Part. 3. alleg. 102.

GREGORIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

DVbiis, quæ emergunt, declarationis remedium expedit adhibere. Cum igitur super eo quod optima primùm ratione Concilium sanxit Trident. deinde in constitutione sel. rec. Pij V. prædecessoris

nostri, Nonis Iulij Pontificat. sui anno tertio, arque itè nostra Idibus Iulij Pontificat. nostri anno quarto editis, fuit prouisum, ne cui in posterum, nisi in ca- sibus necessariis, septa monasteriorum Monialium ingrediendi concederetur licentia; à nonnullis du- bitatum fuisse sciamus circa personas, quæ alterius ad id licentia non indigent, sed sui auctoritate offi- cij nituntur, an liceat eis pro libito suæ voluntatis huiusmodi septa ingredi, vel potius seruari debeant ipsi quoque regulam à Concilio præscriptam. Nos omnem hesitationis materiam tollere, & viam scandalis præcidere, ac Sanctimonialium quieti con- sultare volentes, harum tenore auctoritate Apostoli- ca declaramus, Prælatos omnes tam sæculares, quam regulares, quibus cura & regimen monasteriorum Monialium quouis modo incumbit, facultate sibi ex officio attributa ingrediendi monasteria prædicta ita demum uti posse, si id faciant in casibus necessa- riis, & à paucis, iisque senioribus ac religiosis perso- nis comitati. Quocirca vniuersos & singulos Episco- pali, seu maiori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, necnon quorumuis Ordinum Abbates, Priores, Minores, & alios quoscunque Superiores regulares serio monemus, facultate huiusmodi, qui eam habent, præterquam in casibus, ut præfertur, necessariis nequaquam utantur. Quòd si consecue- rint, eadem auctoritate Apostolica statuimus atque decernimus, qui Pontificali dignitatis fuerint, eos pro prima vice qua contrafecerint, ingressu Ecclesiæ interdictos, pro secunda à munere Pontificali, & à diuinis suspensos, ac deinceps ipso facto absque alia declaratione excommunicatos existere; Regulares verò omni officio, ac ministerio priuatos, excom- municationi similiter subiacere. Non obstantibus Apostolicis, ac in generalibus & prouincialibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus consti- tutionibus & ordinacionibus, priuilegiis quoque, in- dultis, & litteris Apostolicis quibusuis Ecclesiis, ea- rumve Prælati, aut Ordinibus, &c. cæterisque con- trariis quibuscumque. Quoniam verò difficile esset &c. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Pi- scatoris, die 23. Decembr. MDLXXXI. Pontificatus nostri anno decimo.

Cæf. Glorietius.

De modo & forma publicandi benefi- ciorum resignationes, & iurium cessiones.

XXXIII.

Part. 3. alleg. 59.

GREGORIVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Humano vix iudicio ita bene quidquam & pro- uidenter sanciri potest, quin vsus sæpè aperiat, doceatque, id quod salubre fore credebatur, mi- nus experiundo prodesse. quod in illis constitutio- nibus, quas ad prohibendas simulatas oculatise be- neficiorum Ecclesiasticorum resignationes diuersi Rom. Pontifices multifariam ediderunt, sel. rec. Pius Papa V. prædecessor noster nouissimè promul- gavit, cognoscimus accidisse. Nos hoc malum, prout occasio necessitasque postulat, coercere volentes, sta- tuimus, ut posthac omnes & quæcumque resigna- tiones, etiam causa permutationis, ac cõmendarum,

& etiam litteris Apostolicis non consecris, & pos- sessione non habitane non litis & iurium quorum- cumque cessiones, ac retrocessiones, quæ deinceps de quibuscumque beneficiis Ecclesiasticis in no- stris, seu Rom. Pontificis pro tempore existentis ma- nibus, ac etiam coram Notario publico & testibus fient, & à nobis vel illo, seu nostro, vel illius man- dato admittentur, & super eis prouisiones, & qua- cumque alia dispositiones, siue temporales, siue perpetuæ, aut ad hoc mandata Apostolica sub qua- cumque forma, & quibuscumque, etiam S. R. E. Cardi- nalibus, ac piis locis quocumque priuilegio suffultis facta, publicari debeant cum litteris Apostolicis de- super consecris, intra sex menses, si beneficium ci- tra montes fuerit, vltra verò intra nouem à data cõ- cessionis gratiæ, non autem à die præstiti super ea consensus numerandos, etiã si postea concessio gra- tiæ huiusmodi ex quauis causa, diuersisque subsequen- tibus datis, ac quotiescumque & quouis modo re- formata, & valida reddita fuerit, pluresque & quot- quot in alium, vel alios cessiones, ac etiam in ip- summet primum resignantem, vel cedentem retro- cessiones, termino prædicto nondum elapso inter- cesserint, ita ut vnicus dumtaxat terminus omni- bus his successibus, ac retrocessionibus decur- rat, ut qui postremus gratiam habuerit, publica- tione huiusmodi facere, cæteraque omnia hic præ- scripta intra eundem terminum præstare teneatur.

Ipsa autem publicatio in Cathedrali, & in be- neficij Ecclesia, vel Ecclesiis, si in pluribus illud sit, fiat; ubique dum frequens populus ad Missarum solemniam conuenerit, palam omnibus litteræ Apo- stolicæ prædictæ, earumve transumptum authenti- cum exhibeatur, claraque & intelligibili voce resi- gnatio, seu cessio huiusmodi, ac beneficij quali- tas & inuocatio, nominaque & cognomina resi- gnantis, seu cedentis, ac illius, in cuius fauorem gratia huiusmodi facta est, pronuncietur, ita ut hæc omnia possint ad notitiam omnium ibi existen- tium verisimiliter peruenire, scriptumque de his omnibus exemplum collatum valuis dictarum Ec- clesiarum affixum relinquatur.

Si verò Ecclesia beneficij ruralis sit, aut populo conuentuque careat, eo casu in Parochiali, intra cuius Parochia limites beneficium ipsum consistit, & in Cathedrali Ecclesia, vel si locus bello, seu pe- ste, aliisve manifestis periculis subiacet, tunc in proxima Parochiali, ac etiam in Cathedrali Eccle- sia, vel si aditus ad illas, aut vtranuis minimè sit se- curus, in alia Cathedrali vel Parochiali viciniori periculorum immuni publicatio huiusmodi peragat.

Is quoque, in quem disponi, vel mandari de be- neficio etiam litigioso, vel à cedente non possesso, sub quacumque forma contigerit, possessionem be- neficij intra dictum tempus vigore litterarum Apo- stolicarum desuper consecrarum, nec aliàs apprehendere debeat; & si propter litem, aut aliud legi- timum impedimentum nequiverit, saltem litte- ras Apostolicas cum eorum publicatione, si tunc facta erit, iudici, seu executori illarum vel aliis ad quos pertinet, per se vel procuratorem suum legi- timum, intra idem tempus præsentare, & apud illum vel illos pro ipsarum litterarum executione instare, & possessionem huiusmodi instatè petere teneatur.

Cæterum modus & forma hic tradita semper & vbique debeat obseruari, nec alia vel equipollens vilo modo admitti in omnibus huiusmodi resigna- tionibus, cessionibus, & retrocessionibus, de quibuscumque Ecclesiis, Monasteriis, Priorati- bus, tam virorum, quam mulierum, & Dignitati-

bus, officiis, & beneficiis Ecclesiasticis, sæcu- laribus, & quorumuis Ordinum, etiam Militia- rum, regularibus, etiam electiuis, & manuali- bus, ac etiam de iure patronatus laicorum illu- strium, & aliàs quomodocumque existentibus, siue pacificis, siue in peritorio, siue in possessorio liti- giosis, etiam de quibus in Consistorio nostro dis- poni consuevit, seu debet, quæ posthac ex quacum- que causa fient, & per nos, ac prædictos, successo- res, extra tamen dictum Consistorium admitten- tur, etiam cum reservationibus nominis, tituli, ad- ministrationis, possessionis, fructuum, etiam om- nium, ac rerum, & iurium quorumcumque.

Ad prædictorum tamen obseruationem eum, in quem iuris sit cessio beneficij, quod tempore ces- sionis huiusmodi, & ante illam vigore litterarum Apostolicarum, ut supra, si ad in tenebatur, publi- catarum realiter possidebat, nolimus obligari.

Quòd si quidquam prædictorum omnium omis- sum fuerit, dictis terminis, ut cuique præscriptum sunt, elapsis, omnes dispositiones & gratiæ resigna- torum & cessorum beneficiorum, aut iurium hu- iusmodi, cum omnibus inde securis, siue de pa- cificis, siue de litigiosis, sint irritæ & inanes, nul- laque alia gratia super huiusmodi beneficio, siue iure cesso, iis quibus concessa fuerit, suffragetur; sed ipsi tales inhabiles & incapaces sint ad huiusmo- di beneficia sic resignata & cessa, quancumque obtinenda, illaque, siue iura, ab ipsa statim prima resignatione, seu cessione, etiam si illa aliàs nulla & inualida essent vacauisse, & vacare censentur eo ip- so, nec resignantibus, seu cedentibus, si postea in sua possessione remanent, constitutiones de annali & triennali possessore, nec præsumptæ, aut tacitæ re- trocessiones, etiam propter diurnam continuatæ possessionis huiusmodi tolerantiam, nec omnino aliud ius, vel beneficium vilo tempore suffragetur, sed ipsa beneficia, siue iura sic à principio vacan- tia, à Sede Apostolica prædicta dumtaxat impetra- ri valeant, ac concedi.

Illorum verò impetrationes, vel etiam Motu pro- prio concessiones, quibuscunque derogationibus suf- fultæ, numquam sub clausulis generalibus, aut vaca- tionis modis cõditionabilibus, vel implicitis cõpre- hendantur, sed specialiter & expressè ob non ser- uatâ præsentis constitutionis formâ, ac cum decla- ratione nominum & cognominum resignantis, seu ce- dentis, & gratiâ habentis, dispositiue, & nõ condi- tionaliter, fieri omnino debeant; & quicumque sic impetrans, aut gratiâ Motu simili habes, præfinitum cuique casui tempus prædictum à data cõcessionis gratiæ sibi factæ huiusmodi, ea omnia quæ cadens à iure prædicto debebat, præstare teneatur; & si plu- ribus gratiam huiusmodi fieri contigerit, is præ om- nibus obtineat, qui primus publicationem suâ impe- trationis fecerit, & possessionem adeptus fuerit, aut perierit, omniaque requisita prædicta adimpleuerit, quamuis in data sit postremus, & possessio ab alio in publicando negligentiore prius apprehensa fuerit, vel petita.

Reservationibus omnibus, nominis, administra- tionis, fructuum etiam omnium, ac pensionum, & aliarum rerum quacumque, necnon facultatibus, indultis, & aliis concessionibus tã ipsis resignanti- bus, seu cedentibus, qui tamen possessionem ab initio re ipsa dimiserint, quam aliis ex huiusmodi resi- gnationibus seu cessionibus à Sede Apostol. factis, nihilominus validis plenumque effectum sortituris.

Sed ne in beneficiis super possessione, vel pro- prietate litigiosis litis prosecutio turbari valeat,

vel differri, in causis huiusmodi contra cedente ad vltiora, etiã ad sententiam definitiuam, & rem iudicatã, ac illius executionem, quousque ille qui gratiam ex resignatione, seu cessione, aut ex omiſſa forma publicationis huiusmodi obtinuit, ad causam per se, vel procuratorem legitimũ accesserit, licetque huiusmodi susceperit, eodẽ modo & ordine procedi possit, quo potuisset legitimẽ, si cessione huiusmodi facta non fuisset; ac quidquid interim sic procedendo decretum & expeditũ fuerit, siue cũ cedente, siue contra eum, etiã postquam ipse, vel quis alius incumbentia sibi secundũ prædicta præstitit, non solum circa fructus, sed etiam circa possessionem, & ipsum ius quod cessum est, valeat omnino & vim obtineat, illumque ipsum, cui gratia facta est, non minus afficiat, quã si ipso legitimẽ citato contra eum decretum & expeditum fuisset, nec ipse aduersus hæc, prætextu non acceptatã gratia, vel etiã illius ignorantia, aut citationis, vel intimationis executioni contra ipsum minimẽ demandatã, aliave ratione valeat excusari. Possit tamen ipse, etiam si in lite & causa huiusmodi subrogatus non sit, quando-cumque ad illius prosecutionem & terminationem venite, & à iudice, coram quo causam ipsam etiam ex delegatione pendere contigerit, in illis ipsi statu & terminis, in quibus tunc eam esse repererit, etiam absque rescripto speciali admitti.

De beneficiis autem, quæ deinceps in manibus ordinariorum Collatorum, etiam Cardinalium, etiã indulta & facultates ad hoc ab Apostolica Sede habentium, ac Legatorum etiam de latere, & delegatorum etiam specialium eiusdem Sedis, extra Romanam Curiam resignari, etiam ex causa permutationis contigerit, ipsi intra mensem negotiorum vniuersum admissiois, vel refectionis resignationis huiusmodi, & (si per eos faciendã erit) provisionis resignati beneficii iuxta Apostolicas, & aliãs Canonicas sanctiones omnino absoluant. Et qui sic prouisus fuerit, intra tres menses à die sibi factæ provisionis illam publicet, & possessionem beneficii capiat modo & forma supradictis; alioquin illis elapsis nulla sit eius provisio, & beneficium vacare censetur eo ipso. Ordinariique & alij prædicti, qui hæc, vti eis præscribuntur, non perfecerint, eo casu potestate disponendi de ipsis beneficiis in ea vice priuati, eorumque dispositio eo ipso ad Sedẽ Apostolicam deuoluta existat aut aliis idoneis ab ipsa Sede dumtaxat, & modo & forma prædictis cedere cedantur. Decernentes sic per quoscumque iudicari debere, necnon irritum & inane quidquid secus super his per quoscumque scienter vel ignoranter contigerit attentari. Nõ obstantibus prædicti Pij. V. & aliis omnibus aliorum prædecessorum nostrorum constitutionibus de publicandis resignationibus huiusmodi hæcenus editis, & reformatis, quas omnes omnino abrogamus, ita tamen &c. necnon resignarium, siue cedentium voluntatibus, conditionibus, protestationibus, & clausulis, in ipsismet resignationibus & cessionibus, seu procuratorum constitutionibus & mandatis, ac aliis etiam ad præstationem suorum iurium, & significationem, quod non aliter nec alio modo resignant, seu cedunt appositis, & quacumque verborum vi, formula, & multiplicatione expressis, necnon indultis, privilegiis, & gratiis Apostolicis, &c. ex quibusvis causis quomodocumque concessis & confirmatis, quæ omnia etiam tollimus, & annullamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Vt autem præsentibus amplius innoscescant, volumus vt earum exemplis etiam impressis &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno

Incarnationis Dominicæ M.D.L.XXXIII. Nonis Ianuarij, Pontifici nostri anno xii.

M. Prodatur.

Cæs. Glorierius.

Quod Abbatissa, & aliæ Præfectæ monasteriorum Monialium in Italia consistentium, ad triennium tantummodo eligantur.

XXXIV.

Part. 3. alleg. 100.

GREGORIVS *Episcopus, seruus seruorum Dei,*
ad perpetuam rei memoriam.

EXposcit debitum Pastoralis officij, quod disponente Domino gerimus, vt ad ea sollicitè intendamus, per quæ Monasteria, & alia religiosa loca, præsertim Deo dicatarum Sanctimonialium, secundum regularis disciplinæ normam regantur & gubernentur. Perpendentes igitur varia & multiplicia damna quibus plerumque afficiuntur monasteria Monialium, quæ per Abbatissas, vel alias Præfectas perpetuas reguntur, & contra verò Abbatissas, & alias Præfectas triennales scientes se lapsò triennio suæ administrationis rationem esse reddituras, ac sperantes de bene gestis laudem promereri, penam verò, si male gesserint, metuentes, maiori studio, ac diligentia regimen, & administrationem monasteriorum sibi commissorum gerere: His, & aliis rationabilibus causis adducti hac nostra perpetuò voluntaria constitutione statuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus in omnibus, & singulis monasteriis Monialium S. Benedicti, Cisterciën. Carthuzien. & aliorum quorumcumque Ordinum in vniuersa Italia, & præsertim in vniuersaque Sicilia Regnis consistentibus, quæ nunc per Abbatissas, vel alias Præfectas perpetuas reguntur & gubernantur, cum primùm Abbatissa, aut alia Præfecta huiusmodi regimini, & administrationi ipsorum Monasteriorum cesserint, etiam apud Sedem Apostolicam, vel decesserint, eorum Abbatissatus, seu Præfecturas vacare contigerit, Abbatissa alia Præfecta non amplius perpetuè seu ad vitam (quorum nomen ac titulum, ex nunc prout ex tunc Apostolica auctoritate ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore præsentium perpetuò extinguimus, & abolemus) sed triennalis tantum à Conuentu vniuersi cuiusque monasterij & aliis iuxta decreta sacri Concilij Tridentini regularia suorum Ordinum instituta eligantur, & præficiantur, quæ postmodum elapso triennio suis officiis perfunctæ, præesse desinant, omnique prorsus careant auctoritate, ac à regimine & administratione monasterij per triennium à die finitæ administrationis inchoandum abstineant; quo elapso, seruata eadem forma Concilij Tridentini, iterum & pluries eligi possint. Districtius inhibentes omnibus & singulis dictorum monasteriorum Conuentibus, Superioribus & personis, ne aliquam Abbatissam, aut aliam Præfectam perpetuam, seu ad vitam, sed triennalem tantum, eligere, & præficere villo modo audeant, vel præsumant.

presumant. Quod si secus à quoquam quauis auctoritate fuerit attentatum; electionem & præfectionem huiusmodi, ac omnia & singula, quæ inde sequentur, irrita, nulla, & inania, nulliusque roboris, vel momenti fore: Sicque per quoscumque Iudices &c. Non obstantibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, dictorum monasteriorum, & Ordinum &c. Quibus omnibus, &c. illis aliis in suo robore permanentibus, hæc vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque cõtrariis quibuscumque. Ceterum quia difficile foret &c. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die prima Ianuarij, MDLXXXIII. Pontificatus nostri anno vndecimo.

Cæs. Glorierius.

Præcedentiæ declaratio inter Ordines Mendicantium, & inter Confraternitates laicorum, in processionibus.

XXXV.

Part. 3. alleg. 78.

GREGORIVS *Papa XIII. ad perpetuam*
rei memoriam.

EXposcit pastoralis officij munus, cui disponente Domino præsidemus, vt ad ea sollicitè intendamus, per quæ discordiarum & litium, ac controuersiarum quarumlibet, præsertim inter personas Ecclesiasticas materia tollatur. Sanè nobis nuper innotuit, quod in multis Ciuitatibus, diocesisbus diuersarum Mundi partium nonnullas lites, causas, & controuersias inter Fratres Mendicantes; alia etiam similes lites, & controuersias inter Confratres confraternitatum Christi fidelium super præcedentiã, vel iure præcedendi orta iam sint, & oriri facile possint. Nos considerantes lites, causas, & controuersias huiusmodi in Ecclesia præsertim inter Religiosas personas, quæ relictis Mundi vanitatibus famulatum, & votum suum in humilitates spiritu Domino, & Deo nostro, qui se pro nobis vsque adeo humiliavit, vt formam serui acciperet, exhibere & persoluere profitentur, non modicam illi prælatæ, principuè dilectæ virtuti, quæ est humilitas, labem infundere, populoque scandalum generare, ac propterea illas omni ratione submouendas, publicæque religionis tranquillitati, ac ministrorum Ecclesiasticorum reconciliationi, & mutua dilectioni quam primum consulendum esse rati, ac supremam huic negotio manũ apponere volentes, necnon causas, lites, seu controuersias huiusmodi vbilibet, & coram quibusvis Iudicibus motas, & in quibusvis instantiis indecisas pendentes ab eisdem Iudicibus harum serie ad nos aduocantes, illasque penitus extinguentes, eisdemque Fratribus Mendicantibus, ac Confratribus super præmissis perpetuum silentium imponentibus. De nobis attributæ potestatis plenitudine volumus, & Apostolica auctoritate decernimus quod quicumque ex dictis Fratribus Mendicantibus inter se de præcedentiã huiusmodi contententibus, aut Confratribus Confraternitatum prædictarum inter quos lites, & causæ præmissorum occasione ortæ iam sint, seu oriri contigerit in futurum, qui in quasi possessione, præcedentiæ, ac iuris præce-

dendi sunt, ij (quibuscumque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & aliis subterfugiis prorsus remotis & cessantibus & postpositis) in processionibus tam publicis quam priuatis præcedere debeant. Quando vero non proberur, aut non constet de quasi possessione præcedentiæ huiusmodi, inter Fratres quidem Mendicantes, ij, qui antiquiores in loco controuersias, inter Confratres vero inter se litigantes ij, qui prius factis vsi sunt, in processionibus tam publicis quam priuatis præcedere debeant: ita vt si contigerit noua monasteria, aut domus alicuius Ordinis Mendicantium in loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monasteria, aut domus prius erecta, & instituta sunt, ille Ordo, qui prius Monasterium seu domum in loco habuerit, præcedat. Præterea quia inter prædictos Ordines plerumque alia in processionibus, & alia in Conciliis generalibus, & aliis actibus publicis siue priuatis ratio circa modum procedendi seruatur, nolimus per præsentibus prerogatiuis dictorum Ordinum, quoad præcedentiã huiusmodi, quæ propriis Ordinibus, præterquam in processionibus prædictis debentur, aut Fratribus Capuccinis nuncupatis, qui in processionibus publicis sub Conuentualium sancti Francisci, aut Minorum de Obseruantia Fratrum nuncupatorum, Cruce, vt solent, incedere possint, aliquod præiudicium generari, *Cum clausulis sublatis, & derogatoriis, &c.* Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo Piscatoris die 15. Iulij 1583. Pontificatus nostri anno duodecimo.

Quod vacent omnes Ecclesie, & beneficia eorum, qui ad dignitatem Cardinalatus promouentur: & quando eis datur retentio, intelligatur de beneficiis non requirentibus residentiam in loco dictæ dignitati non conuenienti.

XXXVI.

Part. 3. alleg. 57. n. 66. & seqq.

SANCTISSIMUS D. N. SIXTUS PAPA V. decreuit quod sper promotionem ad Cardinalatum vacent omnes Ecclesie, & omnia beneficia cuiuscumque nominis, & tituli sint, nisi fuerit data retentio, quæ concessa intelligatur, & data ad Patriarchales, Metropolitanas, & Cathedrales Ecclesias, ad Monasteria etiam commendata ad Prioratus, & ad cætera omnia alia beneficia, quæ videntur conuenire dignitati Cardinalatus. Ad alia vero, quæ videntur repugnare dignitati, & gradui Cardinalatus, puta Archipresbyteratus, Archidiaconatus, Decanatus, Canonicatus, & similia beneficia non extendatur, cum obtinentes huiusmodi beneficia teneantur residere in choro, & habere debeant locum post Episcopum Cardinalis dignitati non conuenientem. Actum Romæ apud S. Petrum die Mercurij, 16. Martij 1588. in Consistorio.

Contra Clericos malè promotos, ac in
Episcopos in Ordinum collatione
peccantes.

XXXVII.

Part. 2. alleg. 6. 8. & 20.

SIXTVS *Episcopus, servus servorum Dei, ad
perpetuam rei memoriam.*

Sanctum & salutare sacri Ordinis Sacramentum
Ab ipso Domino & Salvatore nostro Iesu Chri-
sto institutum, beatisque Apostolis, & eorum legi-
timitis successoribus singulari diuinæ bonitatis mu-
nere traditum, ita ad Dei omnipotentis gloriam, sa-
lutemque animarum sanctè, ac religiose administra-
ri decet, ut quæ vel ex typo & figura veteris Legis,
vel aliàs ex multa sanctorum Patrum prouidentia,
circa ordinandorum natales, ætatem, vitæ, ac mo-
rum probitatem, sanctitatem, scientiam, & alias
qualitates in sacris Ordinibus requisitas per sacros
Canones, vel Apostolicas constitutiones, aut gene-
ralium Conciliorum decreta salubriter statuta fue-
runt, ea iniquitate obseruentur. Nam si in veteri Te-
stamento tam multa de integritate, munditia Sacer-
dotum & ministrorum Altaris, de quæ eorum præ-
stantia & dignitate legimus, de quibus dixit Domi-
nus per Malachiam prophetam: Labia sacerdotis
custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius,
quia Angelus Domini exercituum est: ceterè multo
maior ratio & diligentia adhibenda erit in promo-
uendis tam inferiorum graduum Clericis, quam etiam
presbyteris, qui ad consummationem Sancto-
rum in opus ministerij, in ædificationem corporis
Christi constituuntur, prout de his ipsis & diuino
sanctorum Patrum statutis sæpissimè traditum est.
Quare nos, pro ea quæ nobis à Domino iniuncta
est cunctarum Ecclesiarum cura & sollicitudine, ipsos
Pastores & Præsules Ecclesiarum, quorum proprium
munus est, personas idoneas clericali militiæ adscri-
bere, & ad minores maioresque Ordines ritè pro-
mouere, auctoritate nostra duximus admonendos,
ut in exequendo hac in parte suo pastoralis officio at-
tentius posthac inuigilent, Canonicas sanctiones ut
ut par est, obseruent, ac ut nemini detur offensionis
ocasio, nè eorum ministerium vituperetur: stu-
deant vitare ea omnia scandala, & absurda, quæ ex
viciofa & minus canonica Clericorum ordinatione
cernimus cum magno animi nostri dolore fre-
quentius exoriri. Cum enim multi, etiam interdum
inhabiles & indigni, non vocati sancta Dei
vocatione, sed potius satanæ dolis decepti, præ-
textu deuotionis & pietatis rem quidem sacram &
diuinum munus, intempestiuè tamen & inordinatè
affectante, seu temporale aliquod commodum,
aut lucrum sibi proponentes, vel nimia simplici-
tate & imperitia, malitiæ aut fraude ad suscipiendum
Clericalem characterem, aliosque Ordines ante
ætatem legitimam, vel à non suo Episcopo, aut
non præiudicito examine & approbatione, siue
aliàs minus ritè, vel etiam temerè se ingerant: de-
bent sanè Episcopi paterna charitate, & prudentia
eorum saluti, qui sæpè nesciunt quid petant, melius
etiam quam ipsimet postulant & salubrius consule-
re; nec tam quid flagitent, quam quid expediat con-

siderare: summa verò diligentia prouidere tum alia-
næ diocesis subditis ordinandis, ne quemquam pro-
moueant sine eorum Ordinarij litteris dimissoriis,
tum in recognoscendis ipsis litteris, ne falsò, aut ab
aliquo qui auctoritatem illas concedendi non ha-
beat, confectæ sint: tum denique in examinandis
natalibus, ætate, vita, moribus, scientia, idoneitate,
titulo & reliquis qualitatibus, ne quid in suæ vel
alienæ diocesis personis ad Clericalem honorem
& Ecclesiasticos Ordines promouendis desideretur
eorum quæ ex præscripto sacrorum Canonum re-
quiruntur.

Ut igitur Præsules Ecclesiarum intelligant, si in
re tam graui & tati momenti culpa aut negligentia
peccauerint, se non modo in tremendo Dei iudicio,
verum in hoc quoque sæculo Rom. Pontifici suæ
villicationis rationem fore reddituros, præsentis con-
stitutione perpetuò statuimus & ordinamus, ut si in
posterum Antistes aliquis Episcopali, Archiepisco-
pali, Primatiali, vel etià Patriarchali dignitate præ-
fulgens, aut Abbas ad primam Tonsuram, minorè-
que Ordines suis subditis conferendos à Sede Apo-
stolica auctoritatem habens, quemcumque sæcula-
rem, vel cuiusvis Ordinis, aut Militiæ regularem,
ex aliquo crimine, vitio, aut defectu, seu aliàs inhabi-
lem, vel irregularem existentem, vel extra tempora
à Iure statuta, vel absque veris dimissoriis sui Ordina-
rii litteris, aut per saltum, vel furtiuè, aut quò ad
sæculares, sine titulo sufficientis beneficii, vel pa-
trimoniij, aut ante ætatem per sacri generalis Triden-
tini Concilij decreta primæ Tonsuræ, aut cuique
Ordini præscriptam, aut non seruatis temporum in-
terstitiis, ita ut aliquis vnico die, seu continuatis die-
bus ad plures Ordines sacros, vel post vnum Ordinem
susceptum, sine causâ rationabili antequam
tempus ab eodem Concil. Tridentino præfixum elab-
barur, ad alium Ordinem promoueat, sine despen-
satione, aut indulto Apostolico Clericali characterem
non legitime insignuerit, aut ad Ordines minores
vel sacros, ut præfertur, vel aliàs malè promouerit,
siue id scienter, siue ignoranter fecerit (nisi debita
diligentia adhibita iustus error & probabilis facti
ignorantia enim excuset) ut in quo deliquit, in eo
puniat, à collatione quorumcumque Ordinum,
atque ad eò ipsius Tonsuræ, & ab executione om-
nium munerum Pontificalium eo ipso suspensus, &
ingressu Ecclesiæ interdictus existat, aliisque gra-
uioribus pœnis nostro & pro tempore existentis
Rom. Pontificis arbitrio puniatur. Quòd si spreta
huiusmodi suspensione & interdicto in præmissis se
temerè ingesserit, etiam à regimine & administra-
tione suæ Ecclesiæ, seu Monasterij, & à perceptio-
ne fructuum mensæ eiusdem, ac quorumcumque be-
neficiorum per eum in titulum, vel commendam, seu
aliàs obtentorum suspensionem eo incurrat, eiusque
interdicti, aut suspensionis relaxationem, aut pena-
rum remissionem ab alio quam à Romano Pontifi-
ce pro tempore existente nequeat obtinere. Et nihilominus
fel. record. Pij II. & aliorum Roman. Pontificum
nostrorum prædecessorum, qui per suas con-
stitutiones, aut in Cancellaria Apostolica publica-
tas regulas contra huiusmodi Clericos malè pro-
motos, diuersas pœnas inflixerunt, vestigijs inhaeren-
tes, eosdem Clericos posthac malè promotos, ab
executione, ministerio, & exercitio Ordinum sus-
ceptorum, & ab omni spe & facultate ascendendi
ad alios superiores, perpetuò suspensos declaramus;
& si in eis ministrare præsumpserint, illos sic irre-
gulares effectos, omnibus & quibuscumque per eos
in titulum, commendam, aut aliàs obtentis Dignita-
tibus,

ratibus, officiis & beneficiis Ecclesiasticis cù cura &
sine cura, quomodocumque qualificatis, sæcularibus,
vel cuiusvis Ordinis aut Militiæ regularibus, ac
etiam, si ipsi Clerici regulares fuerint, actiua &
passiua voce, ipso facto priuatus, & iis priuatos,
atque ad illa & alia similia, vel dissimilia in poste-
rum obtinenda in perpetuum inhabiles & incapaces
esse decernimus & declaramus; Dignitatum,
officiorum & beneficiorum huiusmodi sic pro tempo-
re vacantium dispositionem nobis & Apostoli-
cæ Sedi perpetuò reseruantes.

Ut autem homines, qui nimia indulgentia, &
spe impunitatis, ac veniæ facilitate hæctenus fue-
runt ad huiusmodi facinora procliuiores, ea subla-
ta & præclusa ab his abstineant, & caueant in
futurum; tam absoluendi, quam dispensandi fa-
cultatem in casibus superius expressis, etiam in
foro conscientiæ, nobis & successoribus nostris
dumtaxat, auctoritate & tenore præmissis perpe-
tuò reseruamus; Inhibentes, ne à quoquam sæcu-
lari, vel cuiusvis Ordinis regulari presbytero, vel
Prælato quauis auctoritate fungente, nec per qua-
cumque lullatæ & Indulgentias, etiam plenissi-
mas & extraordinarias per nostros prædecessores,
aut nosmetipsos, vel successores nostros, anno Iu-
bilæi, aut alio quouis tempore, & Cruciatæ sanctæ
vel quocumque alio titulo, modo & forma, Motuque
proprio, & Consistorialiter, seu ad quorumcumque
Principum, Regum, aut Imperatoris instantiam,
eorumvè contemplatione & intuitu cum quibusvis
amplissimis in genere vel in specie derogatoriis
clausulis concessa, vel in posterum concedenda,
nec vigore aut prætextu facultatum aut priuile-
giorum Mare magnum, aut aliàs quomodolibet
nuncupatorum, quibusvis Ordinibus, Congregatio-
nibus, aut personis Regularibus, aut Episcopis per
decreta Concilij Tridentini, aut officio sacra Pæni-
tentiariæ Apostolicæ, vel minoribus, aut etiam
maiori, Pænitentiariis nostris & Rom. Pontificis
pro tempore existentis, vel aliàs quomodolibet
pro tempore concessorum, personæ sic, ut præfer-
tur, delinquentes, tam scilicet Antistes, seu Abba-
tes promouentes, quam Clerici male insigniti seu
ordinati, à reatibus & excessibus præfatis absolui,
præterquam in mortis articulo possint, aut debeant,
nec cum iis super Irregularitate propter præmissa
contracta, etiam si crimen penitus occultum fuerit,
quouis modo valeat dispensari. Verumenimverò
quia grauioribus morbis fortiora sunt adhibenda
remedia, & iuxta personarum, locorum, ac tempo-
rum qualitates leges sunt immutandæ, pœnæque ag-
grauandæ & emolliendæ; cum huiusmodi peccatum
satana suggerente, hominumque fragilitate assenti-
te videatur iam ad culmen vitiorum ascendisse, &
in præcipiti esse: ideo ut homines saltem pœnæ
timore, & propriij honoris confusione à peccato de-
terreantur, nouum huic veneno antidotum cogi-
mur præparare: ac propterea volumus, ut qui abso-
lutionem & dispensationem huiusmodi petent, sem-
per quamuis delictum adhuc occultum extiterit,
non per officium sacra Pænitentiariæ, sed à nobis
& pro tempore existente Rom. Pontifice in vtro-
que foro absolutionem petere teneatur: alioquin ip-
sæ concessionis & absolutionis, etiam cum clausula
quòd præsentis constitutionis tenor, & alia prædi-
cta habeantur pro expressis, proferas nulla, irrita &
inualida existant, ac nemini penitus suffragentur.

Cæterum si quis Antistes, vel Abbas, seruatis qui-
dem cunctis præmissis, & cæteris omnibus, quæ in
ipsius Tonsuræ & Ordinum collatione obseruari

debent, personas habiles & idoneas, sed tamen re-
cepta ab iis, quibus Tonsuram aut Ordines confe-
ret, pecunia, pretio vel præmio simoniace in futu-
rum insignuerit, vel promouerit; volumus, ut præ-
ter alias censuras & pœnas contra simoniace or-
dinantes & ordinatos à sacris Canonibus & con-
stitutionibus Apostolicis aliàs inflictas & irroga-
tas & singula supradicta in sic promouentibus
& promotis locum habeant: decernentes præsentis
litteras sub quibusvis concessionibus, facultatibus
& gratiis, etiam in casibus quibuscumque Sedi Apo-
stolicæ quomodolibet, etiam in Bulla Cœnæ Domini
reseruatis, etiam sub nomine Iubilæi plenarij,
vel Cruciatæ sanctæ absoluendi facultatem qui-
busvis personis generaliter vel specialiter tribuen-
tibus, minime comprehendere, sed semper ab illis
exceptas esse & censeri: sicque in præmissis vniuer-
sis & singulis per quoscumque iudices &c. sublata
eis &c. ac irritum &c. Non obstantibus con-
stitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac
in Conciliis etiam generalibus editis, cæteri-
que contrariis quibuscumque. Ut autem præsen-
tes litteræ omnibus innotescant, mandamus illas
ad valua S. Ioannis Lateranen. & Principis Apo-
stolorum de Vrbe Basilicarum & in acie Campi Flo-
ræ affigi & publicari, & post quindecim dies qui
in Vrbe sunt, qui verò extra eam & citra montes,
intra quatuor menses; qui demum ultra montes
erunt, intra octo menses à die publicationis huius-
modi computandos, perinde efficere & archare, ac si
eorum cuique personaliter intimatæ fuissent, &c.
nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam
nostri statuti, ordinationis, declarationum, priuatio-
nis, reseruationum, inhibitionis, voluntatum, decre-
torum & mandati infringere, vel ei ausu temerario
contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit,
indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Pe-
tri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.
Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarna-
tionis Dominicæ MDLXXXVIII. Nonis Ianuarij
Pontificatus nostri anno quarto.

E. Card. Prodat.

Ioan. Ang. Papius

De forma faciendi processus & in-
quisitiones ex præscripto Concilij
Tridentini, super promouendis
ad regimina Ecclesiarum Cathedra-
lium, & aliarum superiorum, seu
Monasteriorum, atque ad cæteras
Dignitates, de quibus in Consisto-
rio prouidetur.

XXXVIII.

Part. 1. tit. 1. c. 5.

GREGORIVS *Episcopus, servus servorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.*

ONus Apostolica seruitutis, ad quod nuper nos
dignatio diuina prouexit, assidue admonet, in
eam potissimum curam nobis esse pastorali sollici-
tudine

tudine incumbendū, vt quæ à sacris œcumenicisque Conciliis pro communi totius Christiani populi salute pie, prudenterque statuta sunt, nulla aut temeritate violentur, aut negligentia deserantur; ea præsertim, quæ ad bonos idoneosque Pastores Cathedralibus, ac superioribus Ecclesiis gubernandis præficiendos pertinent. Nam si in quibusvis Ecclesiæ gradibus & ministris curandum est tales eligi, qui religione & sanctitate fideles ædificent; multo certe magis elaborandum est, ne in eius electione erretur, qui supra omnes gradus constituitur, cui tanquam seruo fideli & prudenti totius familiaris cura traditur; qui ad omnem virtutem & mandatorum Dei obseruantiam aliorum forma esse debet; cum certum sit, gregis salutem magnopere pendere ex boni pastoris præstanti vita & doctrina. Sanè venerabiles Patres, qui ex toto terrarum orbe ad sacrum generale Tridentinum Concilium à summis Pontificibus prædecessoribus nostris euocati magna frequentia conuenerunt, cum in aliis rebus multis præclarum studium ad corrigendos deprauatos mores, & collapsam Ecclesiasticam disciplinam restituendam ostenderunt, tum in eo potissimum insigni zelo, magnaque cum laude laborarunt, vt rationem inuenirent, qua viri doctrina, pietate prudentiaque excellentes, & in Ecclesiasticis functionibus diu multumque versati, Ecclesiis Cathedralibus præficerentur. Nos igitur, qui cum in minoribus constituti Cremonensem Ecclesiam regeremus, in eodem Concilio cum sanctis & egregiis illis Patribus interfuimus, & Concilio absoluto ad Ecclesiam nostram reuersi, magno semper desiderio flagrauimus, vt tam salubria generalis Concilij decreta executioni debita mandarentur, atque vt id fieret pro vitili parte curauimus: multo tunc magis, cum disponente Domino omnium Ecclesiarum cura & sollicitudo nos premit, summo desiderio tenemus, vt Pastores ij præficiantur Ecclesiis, qui opus suum & ministerij impleant, & de omnium salute nos in Domino lætificent. Illud autem in hoc saluberrimo & pernecessario negotio, quod est de Episcopis eligendis & præficiendis, videtur esse præcipuum, vt instructio, examen & inquisitio de fide, vita, moribus, doctrina & prudentia promouendorum tam accuratè, fideliter ac serio instituantur, vt omnis fallaciæ fuco semoto, certo confidere valeamus, tales à nobis Christi gregi pascendo esse præpositos, quales tantum onus, Angelicis videlicet humeris formidandum, exigit, & quales ille exoptat, qui pro iisdem ouibus redimendis propriæ vitæ ac sanguini non pepercit. Et quidem in hac parte prouidentia diuini Concilij Tridentini minimè defuit, cum statuerit ac mandauerit, vt in prouinciali Synodo per Metropolitanum habenda, præscriberetur quibusque locis & prouinciis propria examinis, seu inquisitionis, aut instructionis faciendæ forma Romani Pontificis arbitrio approbanda, quæ magis eisdem locis utilis atque opportuna esse videretur. Verum neque id hæcenus nisi à paucissimis factum est, neque spes est nisi longissimo temporis spatio, vt ab omnibus fiat; atque interim, dum certa examinis suæ inquisitionis ratio à prouincialibus Conciliis expectatur, perit vber ille fructus, qui ex tam utilibus Concilij generalis decretis sperari posse videbatur; & experientia ipsa docuit per tot annos à publicatione Concilij prædicti elapsos, quid in vnaquaque prouincia opus sit, quidvè possit fieri. Habita igitur cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardina-

libus matura deliberatione, ac de eorum vnanimi consilio & assensu præsentis nostræ perpetuè valitura constitutione decernimus, vt cum extra Romanam Curiam examen, instructio, seu inquisitio faciendæ erit, nemo omnino cuiuscumque status, gradus, conditionisvè fuerit, inquisitionem prædictam sibi arrogare præsumat, sed integrum hoc negotium iis qui à prædicto Tridentino Concilio designantur, Apostolicæ videlicet Sedis Legatis, seu Nuntiis prouinciarum, aut eius, de quo inquisitio fit, Ordinario, eoque deficiente Ordinario vicinioribus relinquatur, nisi iustis de causis nobis, aut pro tempore existentibus Rom. Pontifici per speciale mandatum alicui alteri hoc munus quandoque committendum esse visum fuerit. Quod si forte aliquis prædictorum consanguinitate, aut affinitate vique ad tertium gradum inclusivè promouendum contingeret; vt omnis suscipio carnalis affectus à tam sancto negotio repellatur, ille quidem eo casu censetur exclusus, atque ad eum qui proximè sequitur, hoc est, si Legatus excludendus erit, ad Nuntium; si Nuntius, ad Ordinarium inquisitionis officium deferatur. In Curia verò hæc functio spectet vel ad eos Cardinales, qui à nobis, vel pro tempore existentes Rom. Pontifice designantur, vel ad Cardinales earum prouinciarum seu Regnorum apud nos & Sedem Apostolicam protectores, in quibus Ecclesiæ ipsæ consistunt; si tamen ad ipsos huiusmodi vacantium Ecclesiarum relatio pertinebit, quod si de Episcopo vel Metropolitano extra Rom. Curiam degente ab vna Ecclesia ad aliam ex aliqua graui & iusta causa transferendo agatur, hoc munus deficientibus Legato, vel Nuntio Apostolico eius prouinciæ aut Regni, vbi Ecclesia ipsa, à qua transfertur, sita erit, ad Metropolitanum, si Episcopus, ad suffraganeum verò antiquiorem residentem, si Metropolitanus transferendus erit, pertinere declaramus. Deinde, quia sacrum Tridentinum Concilium non sine magna ratione eminentes personas, & quæ negotij magnitudinem probe intelligerent, ad hoc officium nominauit; declaramus & statuimus, tam Legatos seu Nuntios, quam Ordinarios, vel alios ab hac sancta Sede forte delegandos, non per Auditores, aut Vicarios aliosvè ministros, sed per se ipsos inquirendi munus exercere debere; quamuis ab huiusmodi personis aliisque viris peritis adiuuari possint. Et si Prælatus inquirens per se non possit ob locorum distantiam testes examinare circa articulum aliquem, vt legitimos natales, vel ætatem, aut aliquid eiusmodi; licebit ei articulum illum alteri personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ subdelegare, non autem vniuersam inquisitionem. Quod si forte contingat, aliquem supradictorum legitime impediri, vt per se hoc munus præstare non possit, ad alios ea cura transferetur, qui sunt ab eodem Concilio Tridentino ad hoc officium designati, vt supra dictum est de iis qui ob consanguinitatem vel affinitatem ab hoc munere excluduntur. Ad hæc, vt mens eiusdem sacri Concilij recte ac fideliter debita executioni mandetur, & tale sit examen, quale requiritur in negotio tanti ponderis, declaramus ac statuimus, non esse in vita ac doctrina promouendi inuestiganda tam rationem adhibendam, vt ab ipso promouendo articulo offerantur, ac testes producantur, sed oportere, vt Prælatus, qui munus inquirendi suscipit, articulos conscribat, atque ipse ex officio suo illos testes vocet atque examinet, quos de rebus in-

quiritis

rendis sincerum ac fidele testimonium daturus esse existimet. Verum, vt inquisitio prædicta facilius ac plenius perfici atque expediri queat, vtile erit, si Prælatus, qui inquisitionem facturus est, vel à promouendo, vel ab alio aliquo confici curet schemam, in qua sint ordine descripta nomen promouendi cognomen, patria, parentes, ætas, ordo, gradus, professio, functio, si quam is forte exercuit, loca in quibus aut Theologiæ, vel Iuri Canonico operam dederit, aut longo tempore versatus fuerit, denique amici familiares, qui tam ipsum, quam parentes eius intimè norint. Quod si promouendus documentum aliquod exhibere voluerit, vnde ipsius ætas, gradus, dignitas, sacri Ordines, functio, officia, muneraque, aut aliquid eiusmodi comprobetur, admitendum, ac processum inferendum erit, modo documentum publicum seu authenticum fuerit. Illud quoque prohibendum censuimus, ac expressè prohibemus, ne ad testimonium dicendum de Fide catholica, vita, moribus, doctrina atque aptitudine ad regendam Ecclesiam quilibet homines admittantur; sed viri tantum graues, pii, prudentes, docti qui de qualitibus promouendorum rectum iudicium ferre valeant, ac, vt supra diximus, sincerum ac fidele testimonium dare velint. Proinde tam cognati, ac nimium familiares, quam inimici atque amuli excludendi erunt. Porro testes eiusmodi Prælatus, qui examen seu inquisitionem habiturus erit, seorsum ac singillatim examinabit; & si quando iudicauerit expedire, eis ad memoriam reducet tum iuramenti vim, tum peritij grauitatem: eosdem etiam serius & grauius admonēbit, ipsos reos futuros apud omnipotentem Deum eorum omnium, quorum vel committendo, vel omittendo rei erunt qui promouebuntur, si vel falsa narrando, vel reticendo vera, in causa erunt vt homines indigni, vel minus idonei eiusmodi Ecclesiis præficiantur. Diligenter etiam testium qualitates cognoscere studebit, ac potissimum quam sint ad promouendos affecti, vt inde coniciat vtrum ex affectu, an ex veritate testimonium dicant. Denique cum testes de qualitibus promouendi interrogabit, dabit operâ, vt quoad eius fieri poterit, omnia & singula, quæ ad prædictam inquisitionem facere videbuntur, per ipsos exprimantur. Quamuis autem qualitates omnes promouendorum, quæ in generalium Synodorum decretis, aliisque Canonice sanctionibus continentur, probe cognita esse debeant iis, quibus inquisitionis officium demandatum est, quales sunt, natum esse ex legitimo matrimonio, atque ex parentibus catholicis, annum trigésimum iam expleuisse, sacris Ordinibus saltem ante sex menses initiatum esse, gradum Doctoratus, aut licentiæ in Theologia, vel Iure Canonico, aut certe publicum alicuius Academiæ testimonium obtinuisse, quo ad alios docendos idoneus esse declaratur, adhuc in Ecclesiasticis functionibus diu esse versatum, item fidei puritate, innocentia vitæ, prudentia, vsu rerum, integra fama, doctrina denique præditum esse: tamen quia circa doctrinam plures fraudes committi solent, & sæpè contingit, vt nonnulli scientia vacui, de solo Doctoris titulo aut priuilegio gloriorentur; volumus, vt de eorum etiam doctrina diligenter inquiratur, qui vel doctoratus, aut licentiæ titulis & priuilegiis gaudent, vel etiam à publicis Academiis testimonium habuerunt, quod idonei essent ad alios docendos; nisi fortè aliquorum insignis doctrina ex publica ipsorum functione notoria esset. Ita verò inquisitio faciendæ erit, vt quibus in locis, quanto tempore, & quo fructu Theologiæ, vel

iuri Canonico promouendus operam dederit cognoscatur. Et quoniam in quibusdam prouinciis nulla sunt studia generalia, neque vlla publicæ scholæ, neque vsus habet, vt qui studij operam nauant, vllis Doctoratus, aut licentiæ insignibus decorentur; declaramus in eiusmodi locis sufficere, si testimonio virorum grauium, & sacre Theologiæ, vel iuris Canonici peritorum constet, promouendos ea scientia Theologiæ, vel Canonum verè polleere, vt idonei sint ad ea docenda, quæ populum Christianum scire oportet, ac muneris sibi iniungendi necessitati valeant satisfacere. Testes præterea deponant se de scientia promouendorum certos redditos esse ex eo, quod prædictos promouendos specimen suæ doctrinæ publicè, vel priuatim dedisse cognouerint. Quod autem ad Regulares pertinet, cum ad Ecclesiæ Cathedralibus promouendi fuerint, ne fraus vlla subreperere possit, in eo quod idem Tridentinum Concilium statuit, vt Regulares à suis Superioribus sufficientis doctrinæ testimonium habeant; declaramus nomine Superiorum eos dumtaxat intelligendos esse, qui nullum sui Ordinis Superiorem agnoscunt, siue ij cuiusvis Ordinis Abbates, Magistri, aut Ministri, aut Præpositi generales, aut quarumlibet Congregationum Præsidentes, siue Definidores, aut Visitatores Capitulum generale representantes, siue alij quocumque vocabulo nominentur, & in eorum absentia ipsorum Vicarij, seu Commissarij generales, vel in Rom. Curia Procuratores Ordinum aut Congregationum generale in hac parte succedant. Et nihilominus præter Superiorum testimonium, qui fidem facient eiusmodi Regulares ad alios docendos idoneos esse, volumus ea seruari quæ de iis diximus, qui publicum suæ doctrinæ ab aliqua Academia testimonium habent; vt videlicet serio inquiratur, an Regulares ad Cathedralibus Ecclesiis promouendi eos progressus in studiis fecerint, qui in futuro Antistite requiruntur. Post inquisitionem verò de Fide, vita, moribus, doctrina & prudentia promouendi, necnon informationem de statu Ecclesiæ, aliisque necessariis rebus, quæ pariter coram superius expressis Prælatis iuxta eiusdem Concilij decreta fieri debent, professio Fidei catholice à promouendo faciendæ erit; quam quidem ab eo dumtaxat recipiendam esse declaramus, ad quem inquisitio pertinet; nisi fortè qui professionem emissurus est, à Prælato inquirente longè distet: tunc enim is Prælatus ex subdelegatione inquirentis professionem admittere debebit, cui promouendus vicinior erit: quod idem intelligatur de informatione de statu Ecclesiæ accipiendâ, si quando continget, vt in alia prouincia siue regno esset Ecclesia, in alio promouendus. Accipiet autem Prælatus professionem promouendi præsentem notario publico, ac testibus, atque eam à se admissam ac receptam propriæ manus subscriptione testabitur. Is quoque qui professionem eiusmodi fecerit, in eo loco vbi proprium nomen profitentis exprimi solet, nomen suum manu propria adscribet. Denique his prædictis notarius publico instrumento fidem faciet de professione prædicta, adhibitis testibus, vt præfertur. Vbi verò totum examen seu inquisitio de persona promouenda perfecta fuerit, ea in instrumentum publicum redacta cum toto testimonio, ac professione Fidei emissâ ad hanc sanctam Sedem, vt Concilium statuit, quamprimum clausa & obsignata in forma authentica transmittenda erit. In qua re obseruari volumus, vt professio Fidei iisdem omnino verbis descripta sit, quæ in ea

forma

forma continentur, quam *fel. rec. Pius Papa IV.* prædecessor noster statuit obseruandam: & vt Prælati qui instructionem, examen & inquisitionem fecit, vt per litteras separatas, simul tamen cum processu mittendas, vel per subscriptionem dicti processus significet, quanta fides testibus examinatis, eorumque dictis, & scripturis productis suo iudicio habenda sit: simul etiam quid de promouendo ipse sentiat. Processus autem sic formati, & ad Curiam transmissi, à Cardinale, cui proponendi munus incumbet, & à tribus Prioribus ordinum Cardinalibus, vt moris est, iuxta formam Concilij prædicti subscribentur, & expedientur. Volumus autem, vt Cardinalis relator moncat promouendum, si præfens in Curia fuerit, vt iuxta Concilium Lateranen. nouissimè celebratum omnes Cardinales, siue maiorem partem Collegij adeat, antequam Ecclesiam proponat; vt quæ à referente Collega sunt audiri, oculata fide quantum ad personam promouendi attinet, cognoscere possint. Hæc porro omnia, quæ de promouendis ad Ecclesias Cathedrales dicta sunt, ad eos etiam pertinere, atque in eorum promotione seruanda esse declaramus & decernimus, qui nominati, præsentati, aut electi fuerint ad dignitates Abbatiales, ac Prioratus, seu Præpositatus, Monasteriorum regiminas, aut alias Regularium cuiusvis Ordinis, aut etiam secularium præfecturas, de quibus consistorialiter prouideri contigerit, atque eos præsertim, quibus præter curam & regimen Monachorum, aut Canoniorum, Clericorumque Regularium, vel secularium, annexa est in populam iurisdicatio spiritualis, vel temporalis; excepta tamen ætate, circa quam nihil innouamus. Quo verò ad doctrinam, cum generalia Concilia non statuunt, vt personæ promouendæ ad Regulares dignitates Doctoratus siue licentiæ gradum suscipere, vel publicum testimonium ab Academia aliqua habere teneantur, & tamen æquum sit, vt ea doctrina polleant, qua onus sibi imponendum sustinere valeant; declaramus & statuimus, vt Prælati, qui inquirendi munus suscepturi sunt, studiosè ac diligenter inquireant super doctrina eiusmodi personarum iuxta modum & formam superius præscriptam, vt nos, & pro tempore futuri Romani Pontifices habita de illis vera informatione per processum, qui ab inquirente transmittetur, certo statuere ac iudicare possimus, an persona promouenda verè sit talis, qualem dignitas illa, ad quam prouehenda est, exigat & requirit. Hortamur verò in visceribus Domini nostri Iesu Christi, ac paternam charitatem monemus eos omnes, qui ab hac sancta Sede nominandi, præsentandi, vel etiam eligendi futuri Episcopi, vel Abbatibus ius habent, vt seriò apud se cogitent, quanti momenti sit hoc negotium, ex quo salus animarum, tranquillitas Reipublicæ, incolumitas Religionis, propagatio Fidei, aliæque permulta & maxima bona dependent. Illud etiam sæpè & sæpiùs ad mentem reuocent quòd sancta Tridentina Synodus admonet, nihil se ad Dei gloriam, & populorum salutem vtilius posse facere, quàm si bonos pastores, & Ecclesiæ gubernandæ idoneos promoueri studeant; eosque alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis viles ipsi iudicauerint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambicionum cupiditatibus, sed eorum exigentibus meritis præfati diligenter curauerint. De nominandis verò, præsentandis, vel eligendis ad Regulares dignitates, præterea que superius obseruanda esse declaramus, illud quoque paternis his nostris hortationibus &

monitionibus adiiciendum censuimus, vt nominationis, præsentationis, vel electionis ius habentes eos diligere studeant, atque omnino conentur, qui non modo eundem Ordinem sint ante professi, sed in eodem etiam satis diu laudabiliter versati, neque enim decet, vt magistri aliorum esse incipiant qui non fuerint ante discipuli, & subditis imperare præsumant, qui priùs non didicerint Superioribus obedire. Eos denique qui vel examinando & inquirendo, vel testimonium ferendo operam suam in hac re præstabant, seriò admonemus, vt ea fide ac diligentia in negotio tanti momenti versentur, vt à Deo & à nobis laudem pro bono opere expectare valeant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, voluntatis, declarationis, decreti, statuti, hortationis & monitionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ in Monte Quirinali, anno Incarnationis Dominicæ M.D.XCI. Idibus Maij, Pontificatus nostri anno primo.

A. Card. Montalt. Summator.

Moderatio Bullæ Sixti V. contra Clericos malè promotos, & eos promouentes editæ, cum præseruatione pœnarum ibidem, simoniacè ordinatis, & ordinantibus inflictarum.

XXXIX.

Part. 2. alleg. 6. 8. & 20.

CLEMENS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Romanum Pontificem decet ea, quæ ob iustas causas interdum statuta sunt, cum ipsa rerum experientia suadet, moderari, & immutare, prout in Domino salubriter conspicit expedire. Alias sanè emanant litteræ felicis record. Sixti Papæ V. prædecessoris nostri contra clericos malè promotos, ac in Episcopis in Ordinum collatione peccantes, tenoris, &c. (*Omittitur insertio Bullæ, quoniam eam habes supra.*) Nos animaduertentes in dictis litteris nihil ferè quoad ea, quæ in Ordinum collatione seruanda sunt, disponi, vltra id quod in sacris Canonibus, & in Concilij Trid. decretis, ac aliorum Romanorum Pœ. prædecessorum nostrorum Constitutionibus dispositum fuit, sed diuersas pœnas, & censuras ecclesiasticas contra Episcopos, & alios Prælatos in Ordinum collatione peccantes, & similiter contra clericos tam seculares, quàm cuiusvis Ordinis instituti, & Militiæ Regulares malè promotos constitui, absolutionemque & dispensationem Sedi Apost. seruari, & aliàs sicut in præfatis litteris continetur. Considerantesque tam promouentes, quam eos, qui ad dictos Ordines promouentur, sæpè censuris, & pœnis huiusmodi, ob illarum multipliciter in eorum perniciem animarum variis modis illaqueari, nonnullos ex Prælati & Episcopis in conferendis huiusmodi Ordinibus iustus scrupulosè procedere, multosque metu pœnarum, & censurarum præfatarum ab Ordinum collatione pœnis deterreri, aded vt Clericorum, & Sacerdotum numerus propterea aliqui

aliquibus in locis valde imminutus sit, omnium in præmissis securitari, atque animarum salutem paternam charitate prospicere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostris, ac de Apostolica potestate plenitudine, supradictas litteras ad terminos sacrorum Canonum, ac Constitutionis recolendæ mem. Pij Papæ II. etiã prædecessoris nostri, quæ incipit, Cum ex sacrorum Ordinum, sub dat. videlicet quintodecimo Kalend. Decembris, Pontificatus sui anno 4. cuius tenorem præsentibus pro expresso haberi volumus, & ad dispositionem decretorum sacri Trident. Concilij restringimus, & reducimus: necnon censuras & pœnas in eisdem Sixti litteris contra quoscunque præterquam contra simoniacè ordinantes, & ordinatos inflictas, quas volumus in suo robore permanere (aliis etiam pœnis & censuris per eisdem Canones, & constitutionem Pij II. Concilijque Trid. iniunctis saluis & firmis remanentibus) moderari, & aboleri, &c. Cum claus. sublata, & derogatoriis, ac fide exemplorum, & sanctione pœnali. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1595. pridie Kalend. Martij, Pontificatus nostri anno quinto.

De executione Concilij Trident. contra Regulares non subditos Episcopo extra claustra notoriè delinquentes. Et de pœnis eorum superiorum illos punire negligentium.

X L.

Part. 3. alleg. 105. n. 14. cum seqq.

CLEMENS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

SVcepti muneris ratio postulat, vt ea quæ in sacro Concilio Trident. proinde constituta sunt, ab iis ad quos spectat, inuoluntate obseruari curemus. Maturò sanè consilio ipsius Concilij decreto pronisum est, vt quicumque Regularis non subditus Episcopo intra claustra degens, extra ea ita notoriè deliquerit, vt populo scandalo sit, Episcopo instante à suo Superiore intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuerè puniatur, & superior de punitione Episcopum certiore faciat, sin minus ipse à suo item Superiore officio priuetur, & delinquens ab Episcopo puniri possit. Verum quia experientia comperit, interdum in huiusmodi decreti executione nimis remisse procedi, cum enim Episcopus instat, aliquem Regularem eo quo supradictum est modo delinquentem, à suo Superiore puniri, sæpè fit vt Superior Regularem delinquentem ad alia suorum Ordinum loca extra Episcopi dioccesim ex industria impunitum transmittat: atque etiam ipse aliquando ad alias prouincias se conferat, nec vltierius super delinquentis excessibus inquirat, & de eius punitione Episcopum certiore reddat: vnde nec Regularis delinquens tunc ab Episcopo puniri potest, cum extra ipsius dioccesim existat, nec Superior, qui delinquentem corrigere negligit, officio priuatur. Nos pro Pastoralis nostræ sollicitudine præfati decreti executioni quantum in Domino possumus, fauere, & præmissis malis, vt pat. est, opportuno aliquo remedio occurrere volentes, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium prædicti Conc. Interpretum sententia, Motu proprio, & ex certa scientia nostri, ac de Apo-

stolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura constitutione, omnibus & singulis cuiuscunque Ordinis & instituti Regularium, etiam Mendicantiū Superioribus, in virtute sanctæ obedienciæ, & sub indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum per eos obtentorum, eo ipso incurrendis pœnis, præcipimus, & mādamus, & iuxta prædictum decretum, quilibet ipsorum, Regularem non subditum Episcopo, intra claustra degentem, & extra ea ita notoriè delinquentem, vt populo scandalo sit Episcopo instante, intra tempus ab Episcopo præfigendum, seuerè puniatur, ac de punitione Episcopum certiore faciat, & aliàs decreti ipsi in omnibus, & per omnia exequatur. Ceterum si Superior in Regularem delinquentem non animaduertit, quinimo si illum impunitum ad alia suorum Ordinum loca, extra Episcopi dioccesim, vt præfertur, transmissit, volumus, & simili Motu atque auctoritate decernimus, vt Superior instante Episcopo intra terminum ab Episcopo præfigendum, & sub eisdem indignationis nostræ, ac priuationis dignitatum, & officiorum obtentorum, necnon & sub inhabilitatis ad illa & alia impostera obtinenda, & vltierius priuationis actiue, & passiue vocis, ad quas à nemine præterquam à nobis & à Romano Pont. pro tempore existente restitui possit, ipso facto similiter incurrendis pœnis, ipsum Regularem delinquentem à loco ad quem transmissus fuit reuocare, & in quo deliquit constituere, sen sistere teneatur, quod si hoc etiam facere prætermiserit, per presentes similiter statuimus, vt Ordinarius loci, ad quæ Regularis delinquens transmissus fuerit, super præmissis ab ipso Ordinario loci, in quo deliquit, similiter requisitus, vel aliàs de illius delicto informatus, præfertur, tanquam Sedis Apost. delegatus, prædictum Concilij decretum omnino exequi, & in Regularem delinquentem seuerè animaduertere possit & debeat. Et ita & non alias iudicari possit decerni, clausulasque contrarias derogatoriis apponit, formam & effectum publicationis addit, fidemque transumptis dari præcipit, &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis Dominicæ 1596. septimo Kalend. Martij, Pontificatus nostri anno quinto.

Quando locorum Ordinariis Regularibus licentiam possint impartiri novos Conuentus construendi.

X L I.

Part. 2. alleg. 26.

CLEMENS Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

QVoniã ad institutam Regularium locorum & personarum reformationem promouendam, & conseruandam maximè pertinet, vt in quibusque domibus, & Monasteriis is tãtum numerus Religiosorum, qui commode ibidem ali possit, contineatur, atque eo pariter spectat, vt in quibuscunque ciuitatibus & locis, nouæ domus & Monasteria præsertim Mendicantium non erigantur, nisi in eisdem ciuitatibus, & locis, aliarum domorum, & Monasteriorum in eis existentium habita ratione, commode sustentari posse dignoscatur. Hac igitur nos consideratione ducti, & in præmissis pro nostro Pastoralis muneris opportunè prouidere volentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine

ex voto etiam venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super consultationibus, & negotiis Episcoporum, & Regularium prepositorum harum serie declaramus locorum Ordinarios non posse licentiam ad novos Conuentus cuiusque Mendicantium Ordinis in ciuitatibus, & locis eorum Ordinariæ iurisdictioni subiectis erigendos imperiri, nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem ciuitatibus, & locis existentium Conuentuum Prioribus, seu procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa seruatis seruandis cognita constiterit, in eisdem ciuitatibus, & locis nouos huiusmodi erigendos conuentus sine aliorum detrimento commode sustentari posse. Si vero ab eorum in huiusmodi causis sententiis, ad nos & Apostolicam Sedem prouocari, & appellari contigerit, ipsos Ordinarios tantum erectionem nouorum Conuentuum suspendere debere, quousque à nobis, & Apostolica Sede in eadem causa pronuntiatum extiterit, irritum nihilominus, & inane decernentes, quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca vniuersis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis per presentes in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipiendo mandamus vt presentes nostras litteras obseruent, & obseruari curent, & faciant, non obstantibus &c. Datum Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 23. Iulij 1603, Pontificatus nostri anno duodecimo.

Concordia inter Capitula Cathedralium Ecclesiarum, & Nuntium Apostolicum Hispaniæ de vna petia ex suppellectilibus Pontificalibus Prælatorum quando morerentur eidem danda.

XLII.

Part. 3. alleg. 114.

CLEMENS PAPA VIII.

Ad futuram rei memoriam. Decet Romanum Pontificem concordias inter dilectos filios suos, & Camera Apostolicæ ministros, ac Ecclesiarum Capitula super controuersis inter eos exortis, initas, cum ab eo petitur Apostolicæ confirmationis robore libenter communiti, prout in Domino conspicit salubriter expedire. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Congregationis Ecclesiarum Metropolitanarum & Cathedralium Regnorum Castellæ & Legationis petitio continebat. Quod cum aliàs orta esset differentia, seu dubitatio inter Collectores generales spoliopum & iurium Camera nostræ Apostolicæ in Regnis Hispaniarum debitorum, & Capitula Ecclesiarum Metropolitanarum & Cathedralium eorundem Regnorum, ex eo quod cum pridem felicis recordationis Pius Papa V. prædecessor noster Motu proprio concessisset fabricis dictarum Ecclesiarum suppellectilia Pontificalia Prælatorum illarum quando morerentur, permittendo dictis Capitulis, vt illa possent capere propria auctoritate; postmodum verò recolendæ memoriæ Sixtus Papa V. etiam prædecessor noster voluisset, quod dicti Collectores ge-

nerales essent iudices ad declarandum res pertinentes pro dictis Pontificalibus, & quod ipsas res traderent, siue consignarent dictis Ecclesiis, quæ illas reciperent de eorum manibus, prout in prædictorum Pij & Sixti prædecessorum litteris desuper respectiue expeditis plenius continetur. Prædicti Collectores generales post editas à prædicto Sixto prædecessore literas prædictas reseruabant & retinebant pro se ipsis vnam petiam singulorum Pontificalium, sub prætextu quoddam illis deberetur; quia fuerat concessum ipsis Collectoribus pro decima illorum, quæ incorporarent Camera & recuperarent, & etiam ratione laboris faciendi dictam declarationem rerum concernentium suppellectilia Pontificalia; vicissim verò nonnulla ex dictis Capitulis recusabant dare dictam petiam ipsis Collectoribus sub prætextu, quod non esset expressum in prædictis litteris dictorum prædecessorum, quod daretur, & ne viderentur negligentes in defendendis iuribus fabricarum suarum Ecclesiarum. Cumque Congregatio prædicta cuperet huiusmodi controuersiam, seu dubitationem, è medio tollere, & hac de re, cum dilecto filio nostro Dominico sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbytero Cardinali, Gymnasio nuncupato, tunc in eisdem Regnis Hispaniarum Nuncio & collectori generali, egissent, idem Dominicus cum præfata Congregatione ad infra scriptam deuenit concordiam huiusmodi, sub tenore, videlicet. In Dei nomine, Amen. Præsentis publicæ scripturæ compositionis & concordie sit notorium omnibus, qualiter oblata nuper dubitatione inter dominos Collectores generales Camera Apostolicæ, & capitula Ecclesiarum Metropolitanarum & Cathedralium Regnorum Castellæ & Legionis, ratione cuius, cum Papa Pius V. felicis. rec. per suum Breue Motu proprio, Datum Romæ 30. Augusti anni M.D.Lxxvij. fecisset gratiam & concessisset fabricis dictarum Ecclesiarum suppellectilia Pontificalia Prælatorum illarum quando morerentur permittendo dictis Capitulis, vt illa possent capere propria auctoritate. Postmodum ex certis causis Sixtus Papa V. etiam felicis recordationis suo Breui Motu proprio dato Romæ 15. Maij, M.D.Lxxxvij. voluit, quod dicti domini in Collectoribus generales essent iudices ad declarandum res pertinentes dictis Pontificalibus, & quod ipsas traderent, siue consignarent dictis Ecclesiis, quæ illas reciperent de eorum manibus: & post dictum Breue Sixti V. dicti Collectores generales reseruabant, & tenebant pro se vnam petiam singulorum Pontificalium sub prætextu, quod illis deberetur, quia fuerat concessum dictis Collectoribus generalibus pro decima illorum, quæ incorporarent Camera, & recuperarent, & etiam ratione laboris faciendi dictam declarationem rerum dictorum suppellectilium Pontificalium, & curare dari secundum dictum Breue Sixti V. & pro parte aliquarum dictarum Ecclesiarum fuit recusatum dare dictam petiam, quia non erat expressum in dictis motibus propriis, quod daretur, & ne dictis Capitulis opponeretur, quod cum non esset de iure, nec interesse mentiarum Capitularium non defendebant iura dictarum fabricarum, erantque liberales in dampnum eorundem, qua de causa restabant cum scrupulo, & cupientes deponere dictum scrupulum, & satisfacere ipsorum obligationi sine lite & differentia, cum Camera Apostolica, & eius ministris ne viderentur deficere à conformitate, obsequio & reuerentia sanctæ Sedi Apostolicæ, & eius ministris debita, quam profitebantur, scripserant Congregationi Ecclesiarum huius Regni, quæ

ad

ad præfens est congregata in hac Curia, vt tractaret de hoc negotio, & in illa deputauerunt personas, quæ repræsentarent illustrissimo D. D. Dominico Gymnasio Archiepiscopo Sipontino, Nuncio & Collectori generali horum Regnorum Hispaniæ pro Sanctissimo domino nostro Clemente Papa VIII. & sua dominatio respondit, quod, quoniam ad exercen. officia Nuntij & Collectoris inuenit, quod sui antecessores accipiebant dictam petiam, & quod sua dominatio hoc continuabat, non pro interesse, sed ne ipsi imputaretur si perderetur ab illius successoribus. Quod hoc non obstante consentiret, quod dicta petia non esset ad electionem dictorum Collectorum generalium, sed Capitulorum, quam vellet dare, quod ipse seruaret eo modo, quo esset conuentum, & si necessarium foret proponeret hoc suæ Sanctitati, vt illud confirmaret, & fieret ita de futuro, cum omnibus dominis Collectoribus generalibus, & hæc responsio & resolutio à Congregatione fuit consulta Capitulis dictarum Ecclesiarum: & responderunt pro maiori parte, quod acceptaretur & fieret compositio & concordia desuper; pro cuius effectu dicta congregatio dederat omne mandatum plenissimum dominis Doctori Dionysio de Melgar Canonico Doctorali sanctæ Ecclesiæ Toletanæ, D. Petro Guerrero Thesaurario sanctæ Ecclesiæ Granaten. Ipani Alphonso de Cardua Abbati de Labanæa in Ecclesia Palentina, qui præsentem existentes coram dicto illustrissimo domino don Dominico Gymnasio Archiepiscopo Sipontino, Nuncio & Collectori generali, in præsentia me; Noratij & restium infra scriptorum sua dominatio illustrissima dixit, quod tanquam Collector generalis talis vtens auctoritate Apostolica, sibi concessa, ex Breuib; & facultatibus suæ Sanctitatis pro collectoria consentiebat, & concordabat cum Congregatione dictarum Ecclesiarum prædictorum Regnorum Castellæ & Legionis, & cum dictis dominis eius deputatis, supra nominatis, præsentibus, quod quotiescumque morieretur aliquis Prælati, & camera Apostolica, & eius collectores generales, siue subcollectores reciperent inter sua bona, aut partem illorum dicta suppellectilia Pontificalia, quæ per dictum motum proprium Pij V. fuerunt applicata fabricis, vel sequestrarent, aut depositarent, & dicti Collectores Generales aut Subcollectores eorum nomine mandarent, & facerent tradi cum effectu Ecclesiis omnia dicta Pontificalia integrè iuxta dictum Motum proprium Pij V. absque retentione, nec reseruatione pro se alicuius partis, neque petiæ, de qua fit mentio, sub quouis colore, nec causa particulari dictorum Collectorum Generalium & Subcollectorum, quod interim dicta Capitula pro dictis fabricis dent dicto illustrissimo Nuntio Collectori generali, dum faceret dictum officium, & dictis Collectoribus Generalibus futuris vnam petiam bene visam dictis Capitulis, siue sit de eisdem petiis Pontificalium, quæ ipsis cum effectu tradent, siue quæuis alia dictis Capitulis bene visa si diuideri noluerint petias Pontificalium ipsis prædictorum absque obligatione dandi aliquid aliud dictis dominis Collectoribus, nec Subcollectoribus ratione decimæ, nec laboris impensi in dicta declaratione, nec in huiusmodi traditione Pontificalium, nec dicti domini Collectores generales nec Subcollectores possint petere, exigere, aut prætere aliquid aliud occasione præmissa præter dictam petiam, quam dicta capitula dare voluerint suo arbitrio, cum declaratione, quod si dicta Pontificalia diuidantur inter duas vel plures Ecclesias ratione dictæ traditionis,

detur solummodo vna petia ad arbitrium Capitulorum, prout supradictum est. Quæ omnia acceptarunt & consenserunt, tam dictus illustriss. Dominus Nuncius Collector generalis, quàm dicti Commissarij, sub beneplacito tamen Sanctissimi domini nostri, & sanctæ Sedis Apostolicæ: & pro complemento prædictorum dictus illustr. dominus Nuncius Collector generalis obligauit bona dictæ Camera Apostolicæ, & dicti deputati obligarunt bona & reditus dictarum Ecclesiarum Metropolitanarum & Cathedralium generaliter vigore mandati dictæ Congregationis, & specialiter suarum Ecclesiarum præsentia & futura, & surmisserunt se iustitiis Ecclesiasticis sanctæ Sedis Apostolicæ, & dictorum Collectorum generalium, & renuntiarunt proprio foro, iurisdictioni, & domicilio, & legi, si conuenit, de iurisdictione, & lata sententiæ diffinitiuæ iudicis competentis, in rem iudicatam transactæ: & renuntiarunt etiam omnibus legibus, foris, iuribus canonicis, & civilibus, Breuib; & Motibus propriis Apostolicis, & legi generali. Actum coram me Notario infra scripto, in ciuitate Vallisoletana xxix. mensis Ianuarij, M.DCIII. præsentibus testibus don Antonio Pimentel, Cantore sanctæ Ecclesiæ Hispanen. & Licentiato Alfonso de Salazar & Frias Canonico sanctæ Ecclesiæ Giensen. Ioanne Charro familiaris suæ dominationis illustrissimæ, quæ subscripti. D. Dominicus Gymnasium Nuncius Collector generalis, & dicti domini Procuratores etiam se subscripserunt. Doctor Dionysius de Melgar, D. Petrus Guerrero, Abbas de Labanæa. Coram me Dominico Cenin Abbreniatore. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat pro maiori dictæ concordie validitate congregatio prædicta cupiat illam Apostolicæ confirmationis robore communiti: propterea illius nomine dilectus filius Ioannes de Salazar canonicus Ecclesiæ Compostellanæ, congregacionis prædictæ in Romana Curia procurator, nobis humiliter supplicari fecit, vt in præmissis opportinè providere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur eiusdem congregationis votis benigne annuentes, supplicationibus huiusmodi inclinari, præsertim concordiam auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus & approbamus, illisque inuolabilis Apostolicæ confirmationis robur adiicimus, ac omnes & singulos, tam iuris, quàm facti defectus, si qui desuper interuenerint, supplemus: non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiarum quarumlibet iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, sub Anulo Piscatoris, die 19. Octobris, 1604. Pontificatus nostri anno decimotertio.

M. Vestrius Barbianus.

o 3 Declara

Declaratio, & confirmatio priuilegij
fori Religioforum Regularium
intra claustra degentium.

XLIII.

Part. 3. alleg. 105. n. 14. cum seqq.

PAVLVS Papa V. ad perpetuam rei
memoriam.

Religioforum sub suauis Religionis iugo Altissimi famulantium quieti prospicere cupientes, quæ illa quoquomodo perturbare posse videntur, opportuna nostra declaratione à medio tollere, ac alias desuper opportunè providere curamus, prout in Domino salubriter prospicimus expedire. Cùm itaque nomine dilecti filij Basilij Angulfolæ procuratoris generalis Ordinis Fratrum Carmelitarum in Congregatione venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Tridentini Concilij interpretum expositum fuerit in Hispaniarum Regnis quosdam Ordinarios locorum contendere Religiosos intra claustra degentes coram ipsis Ordinariis conueniri debere in causis ciuilibus cap. volentes, de priuileg. in 6. comprehensis, præter illius innouationem à Concilio Trid. factam sess. 7. cap. 14. quo præfatos Religiosos, eorum priuilegiis abrogatis defendunt comprehendi: præterea eosdem locorum Ordinarios pariter contendere eosdem Religiosos intra claustra degentes in prima instantia coram ipsis conueniri debere ex decreto eiusdem Concilij Tridentini sess. 24. cap. 20. de reformat. Cumque ab eodem Basilio procuratore generali in eadem Congregatione supplicatum fuerit, vt super vtraque responsa darent: ab eadem vero Congregatione fuerit responsum, neque constitutione in generali Concilio Lugdunensi edita, quæ incipit, Volentes, neque decreto Concilij Trident. cap. 14. sess. 7. comprehendi Regulares, ideoque eos iuxta eorum priuilegia coram suis superioribus, vel conseruatoribus esse conueniendos: necnon decretum eiusdem Concilij Tridentini d. c. 20. sess. 24. ad Regulares non pertinere, nec eorum conseruatorias imminuere, nec quoad primam illorum instantiam aliquid noui inducere, ipseque Basilius procurator generalis nobis humiliter supplicari fecerit, vt pro sui Ordinis quiete supradictas declarationes ab eisdem locorum Ordinariis seruari debere, Apostolica auctoritate præcipere dignarentur. Nos illius huiusmodi supplicationibus inclinati omnibus, & singulis locorum Ordinariis in virtute sanctæ obedientiæ per præsentem districte præcipiendo mandamus ne Fratres & Religiosos dicti Ordinis Carmelitarum contra dispositionem declarationum prædictarum perturbare vel inquietare quoquo modo audeant, vel præsumant, irritum nihilominus, & inane decernentes quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilectis & c. non obstantibus, & c. Datum Romæ apud S. Marcum die 24. Augusti 1607. Pontificatus nostri anno 3.

Contra mulieres ingrediendi monasteria
Monialium licentiis abutentes.

XLIV.

Part. 3. alleg. 102.

PAVLVS Papa V. ad futuram rei
memoriam.

Facultatem plura monasteria Monialium ingrediendi abusus tollere volentes, tenore præsentium statuimus, & ordinamus quod nulla persona cuiuscunque gradus, status, & conditionis, ac præminentie exiltat, etiam si Ducali, Marchionali, aut alia dignitate præfulgeat, vigore licentiarum plura monasteria, domos, & loca Monialium, pluribus vicibus ingrediendi etiam absque clausula (in totum, seu in vniuersa, non autem in eorum aliqua, vel singula) à nobis, vel Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, sub quouis tenore, vel forma, etiam Motu proprio concessarum & expeditarum, aliqua, vel singula Monasteria pluribus vicibus ingredi possit, sed licentiæ huiusmodi respectu vniuersorum, nō autem aliquorum, vel singulorum monasteriorum suffragentur; itaut cui bis anno, seu amplius plura monasteria ingredi conceditur, bis, vel amplius tantum vniuersa, non autem eorum aliqua, vel singula ingredi liceat, etiam si prædicta monasteria in diuersis ciuitatibus, terris, Diocesis, & locis existant. Iisdemque mulieribus aliter quam vt præfertur eisdem licentiis interpretari, vel illis vti sub censuris & penis à Concilio Trid. & Apostolicis constitutionibus intra septa monasteriorum Monialium absque licentiâ ingredientibus in dictis ipso facto incurrendis eadem auctoritate prohibemus. Cum claus. derogatoria, & fide transumptorum. Datum Romæ apud S. Marcum sub anulo Piscatoris die 1. Septembris 1608. Pontificatus nostri anno quarto.

Reuocatio omnium licentiarum monasteria
Monialium ingrediendi, aut
cum eis conuersandi, mulieribus ha-
ctenus concessarum.

XLV.

Part. 3. alleg. 101.

PAVLVS Papa V. ad futuram rei
memoriam.

Monialium statui, quæ sæcularia desideria abnegates, Dei obsequio sese addixerunt, Pastoralis sollicitudine consulere cupientes, ad ea remouenda, quæ religiosam earum quietem, & regularem obseruantiam perturbare dignoscuntur, curam nostram libenter intendimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Quoniam itaque sicut accepimus, experientia compertum est non leuia incommoda licentiis ingrediendi monasteria Monialium mulieribus sæcularibus concessas, dictis Monialibus inferre. Nos malis huiusmodi opportuno remedio providere volentes, motu proprio & ex certa nostra scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine

GREGORIUS Episcopus, seruus seruorum Dei,
ad perpetuam rei memoriam.

Supremæ dispositionis arbitrio Romanus Pontifex in excelso Militantis Ecclesiæ culmine constitutus, circa statum Cathedralium & Metropolitanarum Ecclesiarum quarumlibet, & fructuosam dispositionem illarum beneficiorum, præsertim eorum, quibus onus sacram paginam publicè legendi, & interpretandi incumbit, vt beneficia ipsa personis dignis, & habilibus præcedente earum idoneitatis examine eoque ritè seruato, & sequuto æquitatis tramite, & iudicio rationis debite conferantur, talisque persone postea muneri ad quod tenentur, cum animarum salute diuini nominis laudis & gloria coniuncta, vt par est, satisfaciant, libenter intendit, & desuper præsentissimum sanctionis suæ remedium adhibet, prout Catholicorum Regum vota exposcunt, & id conspici in Domino salubriter expedire sanè charissimus in Christo filius noster Philippus Hispaniarum Rex Catholicus, eius nomine Quartus, nobis nuper exponi fecit, quod cum in omnibus & singulis Metropolitanis, Cathedralibus & Collegiatis Ecclesiis in Regnis Hispaniarum consistentibus Canonicatus & Præbendæ Magistrales & Doctorales iuxta formam constitutionum felicis recordationis Sixti Quarti, Leonis Decimi, & aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum erecti & instituti reperiantur, & quotiescumque, & quodocumque illos in quibuscumque mensibus, & ex quorumcumque personis vacare contingit, de illis per Ordinarios locorum, & dilectos filios Capitula dictarum Ecclesiarum præuio concursu ex indulto Apostolico prouideri consueuerit, & ex hoc non solum ad ipsos Canonicatus & Præbendam viti eruditione & doctrina præstantes semper assumi, sed etiam Ecclesiæ, & earum Capitula prædicta decorem consequi, multaque commoda omni ferè tempore experiri similiter consueuerint, nouissimèque per decreta Concilij Tridentini statutum fuerit, quod in omnibus Cathedralibus Ecclesiis, vbi id commodè fieri potest, aliquis Penitentiarius, cum vnione Præbendæ proximè vacatura ab Ordinario loci instituat, qui Magister sit, vel Doctor, aut Licentiatus in Theologia, vel iure Canonico, & annorum quadraginta, seu alius qui aptior pro loci qualitate reperiat, & in executionem ac pro complemento decretorum prædicti Concilij in dictis Ecclesiis ultra Canonicatus & Præbendas Magistrales & Doctorales prædictos alij Canonici & Præbendæ Penitentiarij instituti fuerint; de illis tamen, dum pro tempore vacant, nec per dicta Capitula, nec præcedente concursu huiusmodi prouideri consueuerit: pro prospera verò directione & utilitate, simulque etiam decore earundem Ecclesiarum expediat, vt in posterum prouisiones ipsorum Canonicatum & Præbendarum Penitentiariorum occurrente eorum vacatione ab Ordinariis locorum præmissis concursu fiant, idque dictus Philippus Rex à nobis per dilectum filium nobilem virum Franciscum de la Cueva Ducem de Albarquerque sumum apud Nos & Sedem Apostolicam oratorem, tam suo, quam Capitulum prædictorum nominibus exinde postulauerit. Nos igitur piam dicti Philippi Regis sollicitudinem pro felici prædictarum Ecclesiarum statu susceptam paterno affectu complectentes, ex intimo animi nostri sensu collaudantes, iustisque & religiosis eius ac capitulum prædictorum votis propensa voluntate annuere, ac

De exemptorum priuilegij circa ani-
marum curam, Sacramentorum ad-
ministrationem, Sanctimonialium
monasteria, & prædicationem ver-
bi Dei.

XLVI.

Vide supra fol. 55.

De Monasteriorum, Conuentuum,
domorum, Religioforum cuiuscum-
que etiam Mendicantium
Ordinis erectione.

XLVII.

Vide supra fol. 65.

De Canonicatu Penitentiario in sin-
gulis Metropolitanis & Cathedrali-
bus Ecclesiis Hispaniæ in concursu
ad instar Doctoralium & Magistra-
lium prouidendo.

XLVIII.

Part. 3. alleg. 55.

dicatum

dictarum Ecclesiarum dignitati in præmissis consulere volentes, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus & ordinamus, quod ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus omnes & singuli Canonici & Præbendæ Pœnitentiarij quarumcumque Metropolitanarum, seu Cathedralium Ecclesiarum in Regnis Hispaniarum huiusmodi nunc & pro tempore existentium tam hucusque instituti, quam deinceps quocumque pro complemento decretorum huiusmodi instituendi quotiescunque illos quibusvis modis, & ex quorumcumque personis etiam nostris aut Romani Pontificis pro tempore existentis, seu quorumvis Cardinalium, etiam tunc viuentium familiaribus, continuis, commensalibus, seu Romanæ Curie officialibus, aut aliis quomodolibet reservationem inducentibus, etiam per cessum, etiam permutacionis causa in manibus eorum Ordinariorum, vel decessum (non tamen in Curia aut apud Sedem prædictam) seu quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, aut priuationem (extra tamen eandem Curiam) seu religionis ingressum, aut matrimonij contractum ex nunc & pro tempore obtinentium, seu ius in illis, vel ad illos habentium, aut aliis quibusvis modis, non tamen (per obitum apud Sedem prædictam) ac etiam in aliquibus ex mensibus, in quibus beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio nobis & Sedi prædictæ, etiam per constitutiones Apostolicas, seu Cancellariæ Apostolicæ regulas est, vel pro tempore fuerit reservata, vel etiam Ordinariis collateralibus easdem constitutiones seu regulas, vel litteras alteratiuarum, aut alia priuilegia & indulgentia concessa hæcenus & impofterum concedenda simul vel successiue vacare contigerit, etiam si aliqui eorundem Canonice & Præbendarum Pœnitentiariorum actum nunc, vt præfertur, vel aliis quibusvis modis, ex quorumcumque personis, non tamen per obitum, vt præfertur, apud dictam sedem vacent, & ex eo quod Canonice & Præbendas Pœnitentiarios huiusmodi obtinentes, seu in illis vel ad illa ius habentes nostri & quorumcumque aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum, seu successorum nostrorum, aut sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium etiam viuentium, etiam in dicta Curia præsentium familiares, continui commensales, seu dictæ Sedis Notarij, Subdiaconi, Acolyti, Capellani, literarum Apostolicarum Abbreniatores, Scriptores, Cubicularij, Scutiferi, prouentuum & iurium Camera Apostolicæ debitorum Collectores & Subcollectores, seu quicumque alij Curie & Sedis prædictarum officiales, etiam sub diuersis constitutionibus præmemoriæ Pauli Papæ Secundi etiam prædecessoris nostri suorum & pro tempore existentium Romanorum Pontificum familiarium continuorum commensalium declaratorijs comprehensis, præsentibus & futuri quocumque nomine nuncupati, seu ex quavis alia causa dispositioni Apostolicæ specialiter vel aliis generaliter reservati, aut ex generali reservatione Apostolica affecti, seu ad Sedem eandem deuoluti existant per Ordinarios locorum & Capitula dictarum Ecclesiarum tantum præuio concursu per edictorum affectionem hoc modo, videlicet in singulis vacationibus Canonice & Præbendarum Pœnitentiariorum huiusmodi edicta proponi, & terminus sexaginta dierum assignari debeant, dictoque termino elapso per Ordinarios & Capitula in præsentia oppositorum ex aliquo libro forte aperto vnum punctum materiarum moralium tradi & super eo intra viginti quatuor horas singuli op-

positores per integram horam, seruato tamen inter eos ordine susceptorum graduum in singulis facultatibus, publicè legere, & duo alij per aliam horam argumentari, etiam tales oppositores in Theologia Magistri vel Baccalaurei, aut illius professores existant, dato eis puncto super Euangelio per horam similiter publicè prædicare seu concionari debeant, & aliis in omnibus & per omnia, prout in concursu Præbendarum Magistrorum & Doctorum fieri consuevit. Quibus peractis ad Canonice & Præbendas Pœnitentiarios vacantes huiusmodi illi dumtaxat ex concurrentibus, qui peracto examine cæteris omnibus iudicio ipsorum Ordinarij & Capitulorum magis habiles & idonei reperti fuerint, assumi seu eligi, talisque assumpti vel electi si Canonice & Præbendæ vacantes huiusmodi in mense Apostolico vacauerint, aut aliis ratione personæ vel loci generaliter seu specialiter reservati seu affecti fuerint intra sex menses à die eorum electionis per Ordinarios Capitula huiusmodi faciendæ litteras Apostolicas desuper expedire, ac iura Camera Apostolicæ & aliis propterea debita soluere teneantur; singuli verò tempore electionis huiusmodi in quadagesimo anno & ultra constituti ac in sacra Theologia vel iure Canonico iuxta decretorum eiusdem Concilij dispositionem graduati esse, & omnibus diebus feriabilibus quilibet vel in sua Ecclesia vel in alio loco ei ad hoc per Ordinarium ipsius Ecclesiæ assignando spatio vnius horæ publicè conscientiam casus legere & difficultates soluere, necnon confessiones Sacramentales omnium vtriusque sexus Christi fidelium ad eum accedentium præuio Ordinarij huiusmodi licentia in eadem Ecclesia etiam publicè audire, aliaque omnia & singula, quæ similes Canonici Pœnitentiarij, ex præfati Concilij forma, & alijs facere, exequi, & exercere solent & debent, similiter facere, exequi & exercere teneantur; si tamen inter ipsos concurrentes aliquem adesse contigerit, qui eruditionis & doctrinæ aliorumque meritorum præstantia cæteros omnes concurrentes, arbitrio eorumdem Ordinarij, Capituli, longe antecellat, & ætatem quadraginta annorum non attingat, illi non obstante defectu ætatis huiusmodi, dommodo tamen triginta annis maior sit, ad Canonice & Præbendas Pœnitentiarios huiusmodi per Ordinarium, & Capitulum prædictos, si ita illis ex iustis, & rationabilibus causis expedire videbitur, eligi debere, & licite valeat: super quo Ordinarij, & Capituli eorumdem conscientiam oneramus, & quotiescunque ipsi Canonici Pœnitentiarij in huiusmodi oneribus, & functionibus obendis impediti fuerint iuxta eiusdem Concilij decreta in choro præsentibus esse censeantur, sed si eos in eiusdem oneribus, & functionibus adimplendis negligentes, aut remissos esse contigerit, arbitrio suorum Ordinariorum, & Capitulorum mulctari possint decernentes præsentibus etiam ex eo quod causæ propter quas emanarunt coram locorum Ordinariis, etiam tanquam à sede præfata delegatis, vel aliis quomodolibet examinatis, iustificatis, purificatis, & approbatis, ipsique Ordinarij, & alij inferiores collatores, necnon quicumque interesse habentes ad id legitime vocati non fuerint, nec præmissis consenserint, seu etiam enormis, & enormissimæ læsionis, vel alio quocumque prætextu, aut ex quavis alia causa quantumvis legitima, vrgenti, & iuridica de subreptionis, & obreptionis, nullitatis vitio seu intencionis, seu in alio quocumque defectu notari, impugnari, inualidari, retractari in ius, vel controuersiam reuocari, ad termi-

nos iuris reduci, seu aduersus eos quocumque iuris facti, vel gratiæ remedium impetrari nullatenus posse, neque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus à nobis, vel quibuscumque aliis Romanis Pontificibus à dicta sede, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine pro tēpore emanatis comprehendere, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum & eum in quo ante præmissa quomodolibet erant statum, restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac de nouo etiam sub data posteriori per Capitula Ecclesiarum huiusmodi pro tempore eligenda concessas, validasque & efficaces fore & esse, ac vim & robur validi inter sedem ex vna, & Capitula præfata ex altera partibus ritè & rectè initi, stipulati, ac etiam vtrinque iurati contractus habere & perpetuè obtinere, suos plenarios & integros effectus sortiri, & ab omnibus inuolabiliter obseruari, sicque per quoscunque iudices Ordinarios vel Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eiusdem sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari & definiti debere, nec non irritum & inane quicquid secus super his à quoquam, quauis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari, non obstantibus quatenus opus sit nostra de iure quæsito non tollendo, aliisque Apostolicis, ac in Prouincialibus, Synodalibus & vniuersalibus Concilij editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Ecclesiarum huiusmodi iuramento confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus cæterisque contrariis quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autè hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, Non. Nouembrii, Pontificatus Nostri anno secundo.

Regulares tam Monachi, quam Fratres quoruncunque Ordinum etiã Mendicantium in processionibus, & publicis actibus non debent Canonicos Rectores & clericos seculares præcedere, nec cum eis mixtim incedere, & in vniuerso Regno Castellæ & Legionis clerus secularis in omnibus locis etiã in conuentibus & propriis Ecclesiis eorundem Religiosorum præferri debet.

XLIX.

Part. 3. alleg. 78.

GREGORIUS Papa XV. ad perpetuam rei memoriam.

Aliis à fel. rec. Clemente Papa VIII. prædecessore nostro emanauerunt litteræ tenoris subsequentis. Videlicet, Clemens Papa VIII. ad futuram

rei memoriam. Decet Romanum Pontificem dissensionum, & controuersiarum materias inter Ecclesiasticas seculares, & Regulares personas à medio tollere, ac præcedere, prout in Domino salubriter cõspicitur expedire. Cum itaque, sicut accepimus, in aliquibus Regnorum Hispaniarum partibus nonnulli Religiosi, & ordinum Mendicantium prætendant Clerum secularem in funerum associatione, processionibus, & aliis actibus publicis præcedere, allegantes aliquam consuetudinem, vel potius abusum, & eo prætextu Clerum ipsum secularem perturbent. Nos vtriusque Cleri secularis, & Regularis quieti consulere, & omnem controuersiarum occasionem inter eos remouere quantum cum Domino possumus, cupientes, ex decreto etiã venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium super sacris ritibus, & ceremoniis deputatorum harum serie perpetuè decernimus, & declaramus regulares, tam Monachos, quam Fratres quorumcumque ordinum Mendicantium in funerum associatione, processionibus, & aliis huiusmodi publicis actibus non debere Canonicos, Rectores, & Clericos seculares præcedere, neque cum eis mixtim incedere, etiam si aliquando ex seularium indulgentia, aut humanitate, seu alia forsan de causa secus factum fuerit, & quamcumque contrariam consuetudinem, tanquam abusum corrigendam esse, idque indubitati iuris existere, ac ita vbique locorum in Regnis Hispaniarum perpetuè obseruari debere, sicque & non aliter per quoscunque iudices ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiscopis Toletanis, & Hispalensibus dilecto filio nostro, & Apostolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio per præsentibus committimus, & mandamus, vt ipsi, vel duo, aut vnus ipsorum per se, vel alium, seu alios præsentibus literas, & in eis contenta quæcumque vbi, & quando opus fuerit solemniter publicent, & Clero seculari in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciã auctoritate nostra eadè præmissa vbique perpetuè obseruari. Contradictores quoscunque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus fel. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, quomodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudiciũ non trahatur, aliisque Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, & quibuscumque statutis, & consuetudinibus, etiã iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, indulgentijs, & litteris Apostolicis quibusvis ex dictis regularibus, eorumque ordinibus, ac superioribus, & personis sub quibuscumque tenoribus, & formis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis eorundem tenores præsentibus pro expressis habentes, ac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autè, vt præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadè vbiq; fides habeatur, quæ eisdè præsentibus haberetur. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 20. Februarij 1601. Pontificatus nostri anno decimo. *Alia.* Clemens Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam. Quæ ad remouendum differentias inter Ecclesiasticas, seculares, & regulares personas exortas pertinent, ea mature decernimus,

prout in Domino conspicimus expedire. Alias siquidem ex voto, & venerabilium fratrum nostrorum S.R. E. Cardinalium super sacris Ritibus, & ceremoniis deputatorum decreuimus Clerum secularem in vniuerso Regno Castellæ, & Legionis, Fratribus, Monachis, & aliis Regularibus quibuscumque preferendum esse in omnibus processionibus, & aliis actibus publicis, prout in nostris desuper in forma breuis expeditis literis quarum tenorem præfatis pro expresso haberi volumus, plenius continetur. Cum autem, sicut nuper accepimus, aliquando contingat Clerum secularem ad Ecclesias regulariū ex quavis causa accedere, & eo tēpore nonnulli dicti Regni regulares præcedentiā dicto Clero seculari in eorum propriis Ecclesiis dare recusent, præterdentes forsan casum huiusmodi in prædictis litteris nostris minime cōprehendi. Quare Nos omnem in præmissis dubitandi occasionem, e medio tollere volentes, ex voto eorundem Cardinalium Congregationis sacrorum rituum harum serie decernimus, & declaramus Clerum secularem prædictum in omnibus locis etiam in propriis Ecclesiis, & Cōuentibus Fratrum, Monachorum, & Religiosorum, quorumcumque, in vniuerso Regno Castellæ, & Legionis, iuxta tenorem prædictarum litterarū præferendū esse, ac præcedere debere, sicque & non aliter per quoscumque iudices Ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores iudicari, & diffiniri debere, ac irritū, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca venerabili fratri Archiepiscopo Toletano, ac dilectis filiis nostro & Apostolicæ sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio & causarum curiæ Cameræ Apostolicæ generali Auditori per præsentem committimus, & mandamus quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentēs literas, & in eis contenta quæcūque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte alicuius ex Clero seculari fuerint requisiti tolemniter publicantes, ac illis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant illos præmissorum eorundem effectū pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoscumque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus felic. rec. Bonifacij Papæ VIII. prædecessoris nostri de vna, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo vltra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad iudicium non trahatur, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibuscumque statutis, & consuetudinibus, & iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & approbatis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 5. Nouembris 1603. Pontificatus nostri, anno 12. Nos, vt facilius, & cum maiori quiete cōtrouersiarū, quæ desuper exoriri possunt, sedentur, & locus scandalis non relinquatur, quantum eū Domino possumus, providere volentes: supplicationibus etiam dilecti filij Ludouici de las Infantas, & Saavedra Archidiaconi de Antequera nuncupati, & Canonici Ecclesiæ Malacitanæ dicti Cleri secularis procuratoris nouiter Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De venerabilium fratrum nostrorum S.R. E. Cardinaliū negotiis Episcoporum, & regularium præpositorum consilio,

quibusuis locorum ordinariis in Regnis Hispaniarū existentibus per præsentem committimus, & mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se, vel alium, seu alios præsentēs literas, & in eis contenta quæcūque vbi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte alicuius ex Clero seculari huiusmodi fuerint requisiti solēniter publicantes, ac illis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant illos præmissorum eorundem effectū pacifice frui, & gaudere, non permittentes illos desuper a quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebitè molestari. Contradictores quoscumque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia appellatione postposita, compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus omnibus illis, quæ in præfatis literis concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris, die 3. Augusti 1622. Pontificatus nostri

S. Card. S. Susanna.

Decreta de celebratione Missarum auctoritate Urbani VIII. à Sacra Cong. Concilij edita.

L.

Vide supra fol. 58.

De Regularibus, apostatis, & eiectis decreta iussu Urbani VIII. à sacra Congreg. Concilij edita.

L.I.

Vide supra fol. 62.

De non addendis Calendario, & Missali Sanctorum officiis adhuc non concessis, & Missis non approbatis.

L.II.

Vide supra fol. 63.

Contra ordinantes, & malè ordinatos.

L.III.

Vide supra fol. 64.

Circa accessum Regularium ad Monasteria Monialium, ad colloquendum cum eis conceditur, & præscribitur facultas Ordinariis.

L.IV.

Vide supra fol. 66.

Quòd Capitula Ecclesiarum Cathedralium, quibus S.R. E. Cardinales præfunt ex Indultis conferendi beneficia ecclesiastica reseruata, vel affecta eisdem Cardinalibus concessis nullum ius præterdere possint.

L.V.

Vide supra ibid.

Quod

Quod S. R. E. Cardinales Ecclesiarum Præfules indulta conferendi beneficia ecclesiastica ratione Ecclesiarum, quibus præfunt, vel quorum regimini vltimo loco cesserunt, dumtaxat vti possint.

LVI.

Vide supra fol. 67.

Confirmatio, & innouatio regulæ Cancellariæ, decreti Cameræ Apostol. & constitutionum felicis record. Iulij III. quoad fructus beneficiorum Ecclesiasticorum inexhaustos.

LXVII.

Vide supra fol. 68.

Reuocatio quaruncumque licentiarum à Prædecessoribus Pontificibus loca Regularia erigendi non seruata forma Constitutionis Clementis VIII. & Decretorum sedis Apost. concessarum, quæ nondum effectum suum fortitè sunt. Ac prohibitio illa de cetero erigendi absque licentia Ordinariorum, & sacris Canon. Concilioq; Trid. necnon Clementis VIII. & Gregorij XV. Constitutionibus non seruatis.

LVIII.

Part. 2. alleg. 26.

VRBANVS Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, cui Saluator & Dominus noster, qui charitas est, & Deus pacis, vniuersalis Ecclesiæ credidit Principatum, ea interdū, quæ certis etiam rationabilibus de causis, à Sede Apost. concessa sunt, ipsa subinde rerum experientia suaudente, & maioribus ex causis, quibus præsertim personarum sub suavi Religionis iugo Altissimo famulatum paci, & quieti consulitur, litibusque ac controuersis inter eos obuiantur, reuocat, & immutat, in hisque pastoralis sollicitudinis, & prouidentiarū sue studium interponit, prout rerum & temporum qualitatibus debite pensatis, conspicit in Domino salubriter expedire. Cū itaque sicut Nobis innotuit, complures licentiæ suæ, siue facultates à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris per diuersos Ordines etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Regularium Institutum superiorum, seu alios eorum nomine vbi que locorum Monasteria, Domos, collegia, Conuentus, & alia loca Regularia quouis nomine nuncupata, seruata dumtaxat sacrorum Canonum, & Concilij Trid. decretorum forma de sola Ordinarij licentia, seu etiam forsan non seruata forma, & absque licentiā huiusmodi, & cōtra decreta à Sede Apost.

super præmissis edita fundandi, erigendi, & instituedi importunis precibus, seu etiam motu proprio, vel alias obtentè, & extortæ fuerint Idcirco nos omnes, & quascumque licentias, ac facultates huiusmodi, litterasque desuper tam sub plumbo, quàm in huiusmodi forma Breuis desuper expeditas, earumque tenores etiam veriores, & datas præsentibus, acsi specificæ, & sigillatim exprimeretur, & infererentur, pro plene & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, iustis de causis animum nostrum mouentibus, Motu proprio, non ad alicuius nobis, super hoc oblata petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac matura deliberatione, nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes, & quascumque licentias, & facultates huiusmodi, litterasque desuper tam sub plumbo, quàm in eadem forma Breuis expeditas, omniaque & singula in eis quomodolibet contenta, & expressa, etiam quoad erectiones, fundationes, & institutiones Monasteriorum, Collegiorum, domorum, Conuentuum, & aliorum Regulariū locorum huiusmodi, quæ suum nondum fortitè sūt effectum, tenore præsentium perpetuo reuocamus, cassamus, abrogamus, & annullamus, viribusque & effectū prorsus euacuamus. Præterea Ordinum etiā Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Institutum Regularium superioribus quocūque nomine nūcupatis, cæterisque personis, ad quos spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub pœna priuationis vocis actiue, & passiuæ, necnon officiorum quoruncumque, ac inhabilitatis ad illa & in alia in futurum obtinenda, necnon etiam excommunicationis ipso facto incurrendis pœnis, interdiximus, & prohibemus ne licentiarum, seu facultatum per nos, vt præfetur, reuocatarum, & annullatarum, siue alio quouis prætextu, seu causa, etiam quatumuis priuilegiata, noua Monasteria, collegia, domos, conuentus, & alia loca Regularia huiusmodi, nisi de expressa Ordinariorum licentiā ac seruata in omnibus, & per omnia sacrorum Canonum, & Concilij Trid. necnon cōstitutionibus fel. record. Clementis VIII. quæ incipit, Quoniam ad institutam, sub dat. Romæ apud S. Marcum sub annulo Piscatoris die 23. Iunij 1693. ac decretorum de mandato eiusdem Clementis, necnon sanctæ mem. Gregorij XV. Romanorum Pont. prædecessorum desuper editorum forma recipere, erigere, fundare, seu aliis quomodolibet instituire, seu incepta finire, & absolueri audeant, seu præsumat. Decernentes præsentēs literas, etiam ex eo quod causæ, propter quas illæ emanarint, expressæ, verificatæ, & iustificatæ, aut quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, ad hoc vocati, & auditi non fuerint, neque illis consenserint, vel alias ex quocumque capite, prætextu, colore, ingenio vel causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis initio, aut intentionis nostre, vel alio quouis defectu notari, & impugnari, redargui, infringi, retractari, in ius, vel cōtrouersiam vocari, ad terminos iuris reduci, aut cōtra eos quoduis gratiæ, vel iustitiæ remediū impetrari, seu concedi nullatenus posse, sed eas, ac omnia & singula in eis contenta semper, & perpetuo valida & firma, & efficaciac esse ac fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tēpore quomodolibet spectabit, inuolabiliter obseruari, sicque & non aliter per quoscumque iudices Ordinarios & delegatos, etiam causarum Palatii Apost. Auditores, ac S.R. E. Cardinales etiam de latere legatos, & nūcios, quouis auctoritate fungentes, sublata eis, ex eorum cuiuslibet quouis aliter iudicadi & interpretadi facultate, & auctoritate, iudicari & definiti debere ac irritum

& inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Quocirca Venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis præsertim committimus, & mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut vnus eorum per se vel alium, seu alias præsentem litteras, & in eis contenta quacumque solemniter publicanda, faciant illas, & illa ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inuoluntate obseruari, contradictores quoslibet & rebelles per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis: *Contrariorum omnium sit derogatio, dicitque quod publicatio Romæ facta omnes liget, transumptisque plene credatur.* Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris 28. Augusti 1624. Pontificatus nostri anno secundo.

Prohibitio ne degentes in statu Ecclesiastico mediare, vel immediate Sedi Apostol. subiecto libros ab eis vbi- cumque compositos de quacunque materia tractantes, absque Cardinalis Vicarij, & Magistri sacri Palatii in Vrbe, & extra eam absque Ordinarij, & Inquisitoris loci licentia deferant, aut imprimendos transmittant.

LIX.

Part. 3. alleg. 90.

Feria quinta die 18. Septembris 1625. in generali Congregatione S. R. & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apostol. montis Quirinalis coram S. D. N. D. Urbano diuina providentia Papa VII. ac Illustrissimis, ac Reuerendis, S. R. E. Cardinalibus aduersus hereticam prauitatem Inquisitoribus generalibus à sancta Sede Apostol. specialiter deputatis, S. D. N. pro debito sui pastoralis officij corrigere volens abusus nonnullorum in statu Sedi Apostol. mediare, vel immediate subiecto existentium, qui libros à se compositos extra præfatum statum absque vlla Ordinarij & Inquisitoris loci, vbi degunt, approbatione, imprimendos transmittunt; statuit, & decreuit, vt in posterum nemo in statu prædicto degens, cuiusvis conditionis, gradus, Ordinis, & dignitatis existat, libros de quavis materia tractantes, & vbi- cumque compositos audeat alio deferre, vel mittere imprimendos sine expressa in scriptis approbatione Illustrissimi & Reuerendissimi D. Cardinalis S. D. N. Vicarij, & Magistri sacri Palatii si in Vrbe, si vero extra Urbem existat sine Ordinarij & Inquisitoris loci illius, siue ab alijs deputatorum facultate & licentia operi præsumenda. Libros autem quos contra præsentis decreti tenorem imprimi contigerit, præter alias pœnas arbitrio suæ sanctitatis infligendas absque alia declaratione ex nunc prohibet, & pro expressè prohibitis haberi vult, & mandat, contrariis quibuscumque non obstantibus, &c. Ioannes Anton. Thomasius S. R. & Vniuersalis Inquisitionis Not.

De bonis iurisdictionalibus ad Ecclesias, & loca pia spectantibus in feudum, vel emphyteusim non dandis, nec vltra triennium locandis, aut concessionem huiusmodi renouandis, siue prorogandis.

LX.

Part. 3. alleg. 95.

VRBANVS Episcopus, seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Humane salutis auctor Christus Dominus Romanam Ecclesiam amplissima temporalis ditionis prerogatiua decorauit, quam voluit inferioribus etiam Ecclesijs aliqua ex parte communicari, vt filiarum decor matris auget in Summis Pontificatibus, quibus cum Ecclesiarum omnium regimen incumbat, illarum quoque omnium tutelam ad Apostolicam eorum prouidentiam necesse est pertinere. Olim equidem quamplurimi inferiorum Ecclesiarum Prælati, vt strenuos, ac præstantes virtute viros haberent, qui debitum sibi & Ecclesijs sibi impenderet famularum temporales ditiones ad eadem Ecclesias pertinentes eximiorum virorum fidei, atque administrationi commiserunt: tempore vero præcedente, delabentibus in deterius bonis institutis factum est vt nonnulli Ecclesiarum Præsules humanis potius affectibus, quam meritorum intuitu moti, ditiones temporales huiusmodi varijs personis, & vniuersitatibus in feudum, vel emphyteusim dare, vel vltra triennium locare; & rursus occurrente eorum ditionum temporalium deuolutione, ad nouam infeudationem, seu inuestituram, vel locationem vltra triennium sub specie quod illæ in feudum, vel emphyteusim dari, vel vt præferatur locari sint solite, seu alias causas præcedentes deuenire consueuerunt, quod non modicum Ecclesiarum ipsarum damnum & præiudicium tendere vsu competentum est. Nos itaque nostri muneris partes adimplendo præmissis obuiam ire, necnon Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum piarum quoruncumque indemnitati, ac iurium eis quomodolibet competentium conseruationi, quantum nobis ex alto conceditur, prouidere volentes. Motu proprio & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetua vtilitate constitutione omnibus, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, etiam Generalibus, cæterisque Ecclesiarum, & locorum piorum vtriusque sexus Præsulibus, Prælati, Præsidentibus, Rectoribus, Præceptoribus, Commendatarijs, & Administratoribus cuiuscumque status, gradus, dignitatis, & præminentie existant, etiam si Cardinalatus honore præfulgeant, necnon Capitulis etiam Generalibus, & Prouincialibus, Conuentibus, Collegijs, sodalitatibus, etiam laicorum, & quibuscumque alijs Superioribus cuiusvis Ordinis, Societatis, & Instituti, etiam de necessitate exprime- di, aut Militiarum etiam S. Ioannis Hierosolymitani in vniuersa Italia, etiam in quorumuis Principum secularium quomodolibet qualificatorum, etiam Ducali, Regia, Imperiali, vel quavis alia dignitate, honore, vel excellentia præstantium ditione temporalibus

existentibus, si Pontificali, vel Abbatiali immineant dignitate sub interdico ingressus Ecclesiarum, ac si per sex menses immediate sublequentes sub interdico huiusmodi permanserint, lapsis mensibus eisdem sub regimini, & administrationi Ecclesiarum, vel Monasteriorum, quibus præsentem in spiritualibus, & temporalibus, suspensionis, Capitulis vero, Conuentibus, Collegijs, Sodaliatibus, & vniuersitatibus prædictis sub interdico à diuinis, eorumque singularibus personis, ac inferioribus Prælati, Commendatarijs, & alijs præfatis sub excommunicationis late sententiæ, ac omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, de quorum rebus, & bonis contra præsentis Constitutionis tenorem eos disponere contigerit, vocisque actiue & passiuæ, priuationis, & perpetuæ inhabilitatis ad illa, seu qualibet alia in posterum obrinenda, ipso facto, etiam absque Iudicis ministerio, vel sententiâ incurrendis pœnis, ne de cætero Ciuitates, Terras, Castra, Oppida, Villas, Arces, Fortalicia, Munitiones, Territoria, Districtus, Iurisdictiones, aut quavis alia loca, vel bona iurisdictionalia, seu quouis modo iurisdictione temporalem etiam cum alio, vel alijs coniunctim, seu diuisim, aut alijs quomodolibet annexam habentia, aut eorum, seu iurisdictionis partem, etiam minimam ad Patriarchales, Primates, Metropolitanas, Episcopales, & alias Ecclesias, Monasteria, Collegia, vel loca pia supradicta nunc, & pro tempore quouis modo spectantia, & pertinentia, tam quæ ad præsentem per Ecclesias, Monasteria, & loca huiusmodi pleno iure possidentur, quam ea, quæ in feudum, vel emphyteusim concessa, vel vltra triennium locata per quoscumque quomodolibet, & sub quibusvis prætextibus occupata, seu usurpata reperiuntur, aut ad Ecclesias, Monasteria, & loca prædicta iam de præsentem forsan de iure, vel de facto reuersa, seu deuoluta sunt, etiam si Ecclesijs, Monasterijs, locisque pijs huiusmodi adhuc incorporata, & de eorum mensa affecta non sint, aut quodocumque perpetuis futuris temporibus per lineam finitam, canonem non solitum, delictum perparatum, vel alio quocumque modo reuertentur, seu deuoluerint in futurum, etiam si ex antiqua, seu immemorabili consuetudine, aut etiam priuilegio Apostol. quandoquunque ob causam concessa, & itetatis vicibus approbata, in feudum, vel emphyteusim concedi, vel vltra triennium locati, aut finita concessione, vel locatione huiusmodi fenda, inuestitura, vel alia concessiones renouari consueuerint quibusvis personis, quavis Ecclesiastica, seu mundana dignitate, vel excellentia fulgentibus, ac speciali nota dignis, Capitulis, Collegijs, Ecclesijs, Congregationibus, Monasterijs, Conuentibus, Hospitalibus, & quibusvis vniuersitatibus tam secularibus, quam Ecclesiasticis, aut quibuscumque alijs quocumque nomine ac titulo nuncupatis, & quomodolibet qualificatis, in feudum, vel emphyteusim concedere, aut vltra triennium locare, aut concessionem, inuestituram, & locationem huiusmodi post finitum illarum tempus, vel alias quodocumque renouare, prorogare, vel de nouo facere, etiam ad fauorem descendendum, hereditum, vel consanguineorum illorum, qui Ciuitates, terras, & bona iurisdictionalia prædicta, obrinuerint, possederint, vel occupata detinuerint, etiam intuitu meritorum, etiam si concessiones, & alia præmissa in euidenter, imo euidenter vtilitatem Ecclesiarum, Monasterij, vel loci piji cadant, aut concessionibus, inuestituris, locationibus, vel illarum renouationibus, aut prorogationibus consentire, aut aliud scripto, verbo, vel alio quouis modo, per quem dictæ Ciuitates, terras, & bona iurisdictionalia huiusmodi ad Ecclesias, Mo-

nasteria, & loca pia prædicta, siue eorum Prælatos, Superiores, Rectores, seu Administratores non reuertantur, etiam si in prædictis concessionibus, inuestituris, renouationibus, prorogationibus & alijs præmissis nostrum, & Sedis Apostol. beneplacitum, etiam cum clausula non alias, aliter, nec alio modo reuertatur, & nisi illo in scriptis tantum prius obtento facere uideant, vel præsumant, vltra alias pœnas per Canonicas sanctiones desuper quomodolibet inflictas, strictè interdicens, & prohibemus. Deinde adiungit aliam pœnam nullitatis, decretum irritans addit, contrariis quoque omnibus derogat, Prælatos de hac Constitutione seruanda iurare mandat, eam in Vrbe publicari iubet, eiusque transumptis credi decernit. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem anno Incarnationis Dominicæ 1625. Kalend. Nouembr. Pontificatus nostri anno tertio.

Confirmatio decreti, quo sacra congregatio Cardinalium Concilij Tridentini interpretum censuit Constitutionem Gregorij XV. de Conseruatoribus editum non afficere Religionem Hierosolymitanam, nisi quoad Iudices Conseruatores, eisdemque Religioni adhuc ius eiusmodi Iudices Conseruatores eligendi competere.

LXI.

Part. 3. alleg. 106.

VRBANVS Papa VIII. ad futuram rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecerunt dilecti filij Antonius de Paula, Magnus Magister & Conuentus Hospitalis sancti Ioannis Hierosolymitani, quod à Venerabilibus Fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus sacri Concilij Tridentini interpretibus & emanauit decretum tenore subsequenti, videlicet die 6. Februarij 1620. sacra Congregatio Illustrissimorum Cardinalium Concilij Tridentini Interpretum censuit, Constitutionem sanctæ mem. Gregorij Decimiquinti de Conseruatoribus non afficere Religionem Hierosolymitanam, nisi quoad Iudices Conseruatores, eidemque Religioni adhuc ius eiusmodi Iudices Conseruatores eligendi competere. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat Antonius Magnus Magister, & Conuentus præfati decretum huiusmodi pro illius validitate, & subsistentia firmioribus Apostolicæ nostræ confirmationis robore communiri plurimum desideret, nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, vt in præmissis opportunè prouidere de benignitate Apostolica dignemur. Nos igitur Antonium Magnum Magistrum, & Conuentum præfatos specialibus fauoribus, & gratijs prosequi volentes, & illorum singulariter personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdico, aliisque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à Iure, velur homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomo-

dolibet innodare existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinatis decretum præinsertum Apostolica auctoritate tenore præsentium præinsertum Apostolica auctoritate, illique inuiolabilis Apostolica firmitatis roborem adiicimus, ac omnes, & singulos tam Iuris, quàm facti defectus si qui desuper quomodolibet interueniant, supplementis. Decernentes decretum huiusmodi, necnon præinsertas litteras semper validas, firmas, & efficaciæ existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac dicto Hospitali, nec non Antonio Moderno, & pro tempore existenti illius Magno Magistro, & Conuentui plenissime suffragari. Sicque quoscumque Iudices Ordinariorum, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolice Auditorum iudicari, & deservire debere, ac irritum, & inane quidquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstante præfati Gregorij prædecessoris quibusque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis ceterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, & sigillo nostre in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die 17. Febr. 1629. Pontificatus nostri Anno V.

De facultate eligendi Confessarium ad Regulares vtriusque sexus, & cuiuscumque Ordinis non extendenda, nec extra forum conscientiarum.

LXII.

Part. 2. alleg. 25.

VRBANVS Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

IN specula militantis Ecclesiæ, nullo licet merito-rum suffragio, diuina dispositione constituti, & attentè considerantes, sacros Regularium Ordines tantas Ecclesiæ Dei utilitates omni tempore attulisse, ut ad eas conseruandas, & instaurandas Romani Pontifices prædecessores nostri magnam iure optimo diligentiam semper adhibuerint, dignum, quia potius debitum reputamus, ut eorundem Pontificum vestigijs inhærentes, ad ea pastoralis vigilantia partes ingereremus, ut in eisdem Ordinibus disciplina Regularis obseruantia facta rectè conseruetur, & si quæ illi obesse dignoscuntur, opportuna constitutionis ministerio salubriter remoueantur. Alias siquid felix. rec. Clementi Papæ VIII. prædecessori nostro per Procuratorem generalem Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ de Monte Carmelo nuncupat. expo-sito, quod cum in Bulla Cruciatæ sanctæ, & alijs priuilegijs ab Apostolica Sede concedi solitis, detur facultas eligendi Confessarium idoneum, ab Ordinario approbatum, qui possit Christi fideles absoluerè à casibus Ordinario, & Sedi Apostolica referuatis. Religiosi prædicti Ordinis, seu eorum nonnulli, etiam prædictis facultatibus uti præsumebant in detrimentum eorum Regularis disciplinae. Quare idem Clemens prædecessor sua perpetuo ualitura

constitutione declarauit facultatem, & concessionem sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum prædictorum quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolueri à casibus referuatis non habere locum cum fratribus, & Sororibus Monialibus quorumcumque Ordinum, & Congregationum cuiusuis instituti, Mendicantium, & non Mendicantium, tam in prouincia Hispaniæ, quam extra eam vbilibet constitutis, neque eis suffragari, sed eiusdem Clementis prædecessoris intentionis fuisse, quod iidem Fratres, & Moniales quantum ad sacramentum Pœnitentiæ, seu confessionis administrationem dispositioni suorum Prælatorum subiecti essent, prout in dicti Clementis prædecessoris in simili forma Breuis desuper sub die 23. Nouembris MDXCIX. Pontificatus sui anno octauo, expeditis litteris, quarum tenores pro expressis haberi volumus, plenius continentur. Nihilominus, sicut nobis, non sine animi nostri molestia, innouit, nonnulli Ordinis Fratrum Prædicatorum professores pro textu Bullæ eiusdem sanctæ Cruciatæ ac dictorum indultorum Confessarium huiusmodi, qui eos, ut præfertur absoluat, eligere posse præterant, & forsitan eligant etiam ad præsens, postquam litteræ nostre sub die 14. Iunii 1624. Pontificatus nostri anno primo super facultate eisdem Regularibus Confessarium ad effectum huiusmodi eligendi ad quinquennium tunc proximum concessa, emanatæ pridem ab anno, & ultra expirauerunt, in maximum status, & obseruantia regularis præiudicium. Nos præmissis quantum nobis ex alto conceditur, obuiare, ac felici tam eorundem fratrum prædicatorum, & Beatæ Mariæ de Monte Carmelo Religiosorum, quam omnium & quorumcumque aliorum cuiuslibet Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti etiam speciali mentione, & nota digni vtriusque sexus, & Mendicantium, quam non Mendicantium statui, atque directioni, & aliorum Christi fidelium saluti consulere volentes, præfateque Clementis prædecessoris declarationi inhærentes, illamque tenore præsentium innouantes ac quaterus opus sit ampliantes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris deque Apostolica potestatis plenitudine concessionem sanctæ Cruciatæ, quæ respectu facultatis huiusmodi, etiam laicis, & clericis secularibus, cuiuscumque status, gradus, qualitatis, & conditionis, etiâ speciali nota digna, quoad casus referuatos, etiam in Bulla Cœnæ Domini (hæresi excepta) contentos, non nisi in foro conscientiarum, non autem in foro externo suffragatur, aliorumque indultorum huiusmodi quantum ad prædictum articulum eligendi confessarium, & absolueri à prædictis casibus referuatis, etiam in Bulla cœnæ Domini contentis, cum Fratribus & monialibus prædictis Fratrum Prædicatorum, ac aliorum quorumcumque Ordinum & Congregationum, Societatisque, & instituti prædictorum Mendicantium, & non Mendicantium, tam Prouincia Hispaniæ, quam extra eam vbilibet constitutorum locum minime habuisse, neque habere, nec in illis villo modo suffragari potuisse, neque posse, excepto dumtaxat illo quinquennio, quo litteræ nostre huiusmodi, ut præfertur, durauerunt, siquidem die 14. mensis Iunii 1629. proxime præteriti iam expirauerunt, sed nostre intentionis fuisse, & esse quod iidem Fratres, & Moniales quantum ad Sacramenti pœnitentiæ seu confessionis ad ministratorem ordinariæ dispositioni suorum Prælatorum, & Sedi Apostolicæ, quoad sibi referuata, subiecti sint, eorundem tenore præsentium perpetuò declaramus. Decernentes præsentem nostras litteras de subreptione

nis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, & intentionis nostre, aut alio quocumque defectu, quoquam impugnari non posse. Sicque eadem non aliter in omnibus, & singulis præmissis, per quoscumque Iudices ordinariorum, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolice Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de latere Legatos, Vicelegatos, ac Sedi Apostolicæ Nuncios, ac Cruciatæ Commissarios, & quosuis alios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, interpretari, ac iudicari debere, ac irriti, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac omnibus & singulis illis quæ in prædictis Clementis prædecessoris nostri litteris concessa sunt, non obstantibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem præsentium tenor omnibus innoscat, volumus eas in ualuis Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floride Vrbe, vt moris est, vel ignotanter contingerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac omnibus & singulis illis quæ in prædictis Clementis prædecessoris nostri litteris concessa sunt, non obstantibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Ut autem præsentium tenor omnibus innoscat, volumus eas in ualuis Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie Campi Floride Vrbe, vt moris est, publicari, ipsasque sic publicatas, omnes, & singulos vbique existentes ita efficere, ac si omnibus personaliter intimatæ essent. Quodque præsentium transumptis, etiam impressis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo persone in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus vbique fides adhibeatur, quæ præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Iunii 1630. Pontificatus nostri anno septimo.

Decretum editum à sacra Tridentini Concilij Congregatione, quoad Nouitios receptos, & professos contra formam Decretorum.

LXIII.

Part. 3. alleg. 101.

Sanctissimus Dominus noster VRBANVS Diuina Prouidentia Papa Octauus.

AD occurrendum motibus, qui possent in Religionibus oriri, occasione receptionis Nouitorum, & professionis per eos emissa in Conuentibus non designatis, contra formam Decretorum Sanct. mem. Clementis VIII. de Nouitijs ad habitum Regularem, & professionem non admittendis, nisi in Conuentibus designatis, audita super hoc sententia sacre Congregationis Concilij declarauit, ac decreuit huiusmodi receptos, & professos contra formam dictorum Decretorum allegantes propterea nullitatem receptionis, & professionis, non posse super huiusmodi nullitate post lapsum quinquennij quoquomodo audiri. Quod si aliqui contra formam prælatorum Decretorum recepti, & professi, & Religione infra quinquennium exire, vel superiores extra eam respectiue illos eiicere uoluerint, eadem Sanctitas sua decreuit, ut tam ipsi professi, quam superiores respectiue teneantur iura, quæ sibi fauere visa fuerint, prius deducere coram eadem sacra Congregatione, quæ ex speciali, etiam sua Sanctitatis facultate super hoc concessa prouidebit. Inhibentes propterea Primitibus, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, & Prælatibus inferioribus iurisdictione

nem exercentibus, ac quibuscumque Iudicibus ordinarijs, & delegatis, etiam causarum Palatii Apostolice Auditoribus, & Sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, etiam de latere Legatis, Sedisque Apostolicæ Nuntijs, ne in posterum in hoc quoquomodo se ingerant, absque speciali eiusdem Sanctitatis commissione, sub pena ipso facto incurrenda, quoad Episcopos, Archiepiscopos, Patriarchas, & Primate, interditi ab ingressu Ecclesiæ: quoad Abbates, Prælatos inferiores, ac alios Iudices prædictos, excommunicationis lata sententia: quo uero ad Nuntios, & ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, indignationis sue Sanctitatis, & pœnarum arbitrio eisdem pœnendarum. Si uero iidem, vt supra recepti, & professi, iuribus suis minimè deductis coram sacra Congregatione Concilij, & sine illius expressa licentia à Religione exire, vel Superiores Religionis eos eiicere ausi fuerint, ipsi recepti, & professi, tanquam Apostatæ puniantur, & pœnalibus habeantur, necnon contra eosdem, iuxta formam decreti de Regularibus Apostatis, & eicctis, eiusdem Sanctitatis sue iussu ab eadem sacra Congregatione sub die 21. Septembris 1634. editi procedatur: & Superiores, qui eiicerint, pœnam suspensionis à Diuinis, necnon priuationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebant, ac perpetua inhabilitatis ad ea in posterum obtinenda, vocisque actiua, & passiua ipso facto absque alia declaratione incurrant. Datum Romæ die 5. Ianuarij 1636. F. Card. Verospius. Franciscus Paulutus S. Congr. Secretarius.

Super residentia Episcoporum, Archiepiscoporum, Metropolitanorum, & aliorum Ecclesijs Cathedralibus præfectorum, etiam S.R.E. Cardinalium, cum præfixione termini ad proficiscendum ad eorum residentias, & determinatione pœnarum, ac prohibitione ab ipsis non discedendo absque Sedi Apostolicæ licentia ex quibusuis, etiam urgentissimis causis.

LXIV.

Part. 3. alleg. 53.

VRBANVS Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

SANCTA Synodus Tridentina sub recolenda memoria Paulo Papa III. prædecessore nostro, ad disciplinam Ecclesiasticam restaurandam prouidè statuit, ut omnes quacumque dignitate, gradu, & præeminentia fulgentes, Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesijs quibuscumque quouis nomine, & titulo præfati, apud eas personaliter residere deberent; alias si per sex menses continuos absentent, amissionis quartæ partis fructuum unius anni pœnam ipso iure incurrerent; quod si per alios sex menses in absentia perseuerarent, tunc aliam quartam partem fructuum huiusmodi eo ipso amitterent: crescente uero contumacia

cia, Romanus Pontifex suprema eius autoritate in ipsos absentes animaduertere, & Ecclesiis ipsis de Pastoribus utilioribus providere possit. Deinde sub fel. rec. Pio IV. etiam prædecessore nostro, eadem Synodus declaravit, omnes eisdem Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis præfectos, etiam si S. R. E. Cardinales forent, obligari ad personalem residentiam in sua Ecclesia, vel Diocesi faciendam, nec abesse posse, nisi ob legitimas causas, in scriptis approbandas. Et in eorundem Concilij decretorum executionem idem Pius V. prædecessor noster per suas sub plumbo, sub Dat. 7. Kalend. Decembris 1564. expeditas litteras monuit eosdem præfatis Ecclesiis præfectos in virtute sanctæ obedientiæ, ac ultra pœnas in eodem Concilio contentas, sub priuationis eorum à regimine, & administratione ipsarum Ecclesiarum, ac amissionis facultatum testandi, & disponendi, aliisque pœnis suo, & Romani Pontificis arbitrio imponendis, mandavit eisdem, ut in Ecclesiis præfatis omnino personaliter residere deberent. Denique certior factus, quod multi eorundem præfectorum erant inobedientes, Motu suo proprio commisit Cameræ Apostolicae Auditori generali, ut contra illos, usque ad sententiam procederet, & sibi deinde referret, ad effectum in eos priuationis, & depositionis sententiam in suo Consistorio secreto pronunciandi. Successive alij etiam Romani Pontifices contra non residentes diversâ edicta publicari fecerunt; ac piæ mem. Gregorius XIII. etiam prædecessor noster per suum decretum consistoriale declaravit, decreta eiusdem Concilij de personali residentia, in Ecclesiis prædictis faciendam, etiam in S. R. E. Cardinalibus locum habere, quocumque titulo illis præessent; ita ut à reatu, & pœnis in dicto Concilio statutis non excusarentur, nisi absentia causa in scriptis approbata foret, scientiaque, vel tolerantia non excusaret eosdem Cardinales, nec alios Episcopos. Similis quoque mem. Clemens Papa VIII. etiam prædecessor noster per simile Consistoriale Decretum pro observantia residentia personalis, ab eodem Concilio ordinatæ, addidit pœnam inhabilitatis ad maiores dignitates, & Ecclesias obtinendas, prout in præfatis Concilij, ac litteris Apostolicis, Consistorialibusque decretis latius continetur. Cumque etiam nos edicta contra non residentes sæpius publicari fecerimus, & tamen præteritis mensibus aliqui etiam S. R. E. Cardinales, Metropolitanis, seu Cathedralibus Ecclesiis ex concessione Apostolica præfecti, suæ obligationis ad personalem residentiam in eis faciendam immemores, in grane animarum suarum detrimentum, ac omnium sibi creditarum præiudicium, ab eisdem Ecclesiis abesse continuarent, etiam sub prætextu suorum titulorum Cardinalatus, præsertim Episcopali, prope urbem, seu in vrbes districtu respectiue consistentium, & quod in eadem vrbe in conspectu, & præsentia moram traherent: Nos pro nostro Pastoralis debito, nedum animarum præfatarum, sed etiam Ecclesiarum indemnitati providere volentes, in Consistorio nostro secreto declaravimus, eosdem S. R. E. Cardinales, qui alij Ecclesiis Metropolitanis, & Cathedralibus præerant, & apud eas non resederant, nec residebant, non fecissent, nec facere illarum fructus suos, etiam sub prætextu, quod alicui ex dictis Ecclesiis Episcopali, quibus Cardinales in ordine priores esse solent, præfideant, & ibi, vel in vrbe commorentur, aut cuiusvis tolerantia, vel facultatis, præterquam per Breve speciale nostrum, vel Romani Pontificis pro tempore existentis, sibi concessa: Ideoque eosdem Cardinales monuimus pro prima vice, ut ad residentiam hu-

iusmodi statim se conferrent, sub amissionis fructuum eo ipso incurrenda, ac aliis Canonis pœnis, animo etiam procedendi ad ulteriora, si non paruisent, & prout in decreto nostro Consistoriali plenius habetur, quia vero, ab inde citra non omnes prout tenebantur, nostra madata executi sunt: Nos, ut omnino debitum suum agnoscant, & animabus subiectis, quantum nobis ex alto conceditur, magis cõsultum sit, ulterius providere volentes Concilij Tridentini decretis, & litteris Apostolicis, Motuque proprio, ac Consistorialibus decretis præfatis inhaerentes, illorumque tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, pro plene insertis & expressis habentes, Motu simili, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris deque Apostolica potestatis plenitudine, præfata Concilij decreta, Litterasque Apostolicas ac primò dictum Motum proprium, decretaque Consistorialia præfata, & in eis contenta quæcumque hac nostra constitutione perpetua confirmamus & approbamus, & quatenus foret opus, aduersus quemcumque præteritum non usum, vel contrariū usum innovamus, & plenissime restituimus. Insuperque omnes & singulos Ecclesiis Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, Archiepiscopalibus, & Episcopalibus, quocumque nomine, seu titulo præfectos, etiam S. R. E. Cardinales à præfatis suis Ecclesiis absentes, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub interdicti, ingressus Ecclesiæ, amissionisque tam fructuum earundem Ecclesiarum pro tempore quo absentia duraverit, quam facultatum testandi, & disponendi de bonis suis, à sede Apostolica sibi alias concessarum eo ipso absque alia declaratione incurrendum, nec non priuationis, à regimine, & administratione suarum Ecclesiarum huiusmodi aliisque pœnis, nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio infligendis, districtè præcipiendo monemus, ut omnibus postpositis quanto citius in Romanam curiam videlicet moram trahentes intra unum, extra tam verò in Italia intra duos, extra vero Italiam existentes intra quatuor menses à die publicationis præsentium, in locis infra scriptis faciendæ computandos, quos pro tribus Canonis monitionibus peremptoriis de relationibus, & terminis respectiue eis assignamus, & assignatos esse volumus, se itineri committere, & legitimum itineribus ad Ecclesiam, seu dioceses suas proficisci, & se personaliter conferre, ac ibidem, ut tenentur, residere debeant. Eisdemque præfectis postquam personaliter ad residendum se contulerint, nec non quibuscumque aliis, apud suas Ecclesias quocumque personaliter residentibus, sub eisdem pœnis etiam eo ipso respectiue incurrendis, iniungimus, ne ab eorum Ecclesiis discedant, nisi prius obtenta nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis, per Breve, seu litteras missivas licentia. Illos etiam, qui imposterum per Nos seu Romanos Pontifices successores nostros alicui præfatarum Ecclesiarum Patriarchalium, Primatialium, Metropolitanarum & Archiepiscopalium quouis nomine vel titulo præfecti fuerint, etiam si S. R. E. Cardinales quocumque fuerint vel sint, sub eisdem pœnis, etiam eo ipso respectiue incurrendis, debeant, & quilibet ipsorum debeat infra præfatum tempus, à die eorum promotionis ad aliquam Ecclesiarum præfatarum inchoandum, quod eis pro tribus monitionibus, & dilationibus, ut præferatur, ex nunc assignamus, pariter se itineri committere, & ad Ecclesias sue dioceses sibi commissas, ad personaliter in eis residendum, conferre, & respectiue postquam residere inceperint, ab ipsis non discedere

dere, nisi obtenta prius à Nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente, licentia præfata. A quarum pœnarum incursum volumus posse aliquem se excusare, prætextu, & ratione cuiuscumque servitij quomodolibet præstiti, & præstandi pro gerendis, & tractandis negotiis quorumcumque Principum, etiam Imperatoris, & Regum, aut Republicarum, Regnorum ac Prouinciarum; nec ratione cuiuslibet iussionis vel mandati eorum, vel earum quocumque facti, vel faciendi; nec etiam ratione processuionis, seu defensionis quarumcumque litium seu controuersiarum, etiam Ecclesiasticarum; vel ineundi sceleris, aut cuiuscumque alterius negotij etiam grauissimi, & specialiter mentione digni, tractandi; vel distantia locorum, aut breuitatis temporis, ob quam non videatur expectanda Sedis Apostolicæ licentia præfata, antequam à suis Ecclesiis, & diocesis discedant; aut ratione cuiuscumque alterius causæ, vel occasionis etiam publicæ, vel alias fauorabilis, & æquæ piæ etiam cuiuslibet utilitatis, siue necessitatis Ecclesiarum, & personarum; præterquam personalis interestentia in Synodis prouincialibus, vel Congregationibus, seu Assembleis generalibus, in quibus Ecclesiastici interuenire solent; vel ratione muneris, aut Reipublicæ officij, Episcopatus vel Ecclesiis maioribus præfatis adiuncti, cuius ratione ad certum tempus occupari solent: & tunc pro tempore quo illæ Synodus, Congregationes, & Assembleæ exercitiumque muneris, seu officij publici ipsis Ecclesiis adiuncti, actu durauerint, quibus finitis, recto tramite ad Ecclesias præfatas, sibi commissas se conferre debeant. Nec etiam à prædicta residentia, & pœnarum præfatarum incursum volumus excusari S. R. E. Cardinales, nunc & pro tempore existentes alicui præfatarum Ecclesiarum præfectos, seu præficiendos, etiam si tanquam in ordine priores, alicum ex dictis titulis Episcopali, prope Urbem, vel in eius districtu consistentibus, obtineant, & in posterum obtineant, & in prædictis Episcopatus titularibus Vrbi proximis residerint, vel in Romana Curia in suis titulis respectiue, etiam Nobis, ac Romanis Pontificibus successoribus nostris, seientibus, videntibus, & quomodolibet tolerantibus, moram traxerint, ita ut nulla nostra ac Romanorum Pontificum successorum nostrorum conuentione, taciturnitate, & ad quocumque functionum, & actuum Pontificalium, etiam publicationem & solemnium celebrationem, receptionem, & admissionem, vniquam tueri se possint. Et pro præmissorum, ut infra scriptorum inuolabili obseruatione committimus, & mandamus dilecto filio Cameræ Apostolicæ generali Auditori, nunc & pro tempore existenti quatenus contra omnes, & singulos prædictos, tam in Vrbe, quam alibi & vbiq; locorum, nunc & pro tempore commorantes, & in suis Ecclesiis, seu diocesis non residentes, per affixionem ad valvas Basilicæ sancti Petri, ac in Acie Campi Floræ, & quoad præfatos in Romana Curia ad abundantiore cautelam, etiam domi dimissio, procedat: & consilio sibi quantum sufficere videbitur summarie, simpliciter & de plano sola veritate inspecta & manu Regia, de contrauentione, & inobedientia præfatis vsque ad sententiam exclusiue procedat, & deinde Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existenti, referat, ut Nos, ac Romanus Pontifex pro tempore existens, in Consisto-

rio ad sententiam declarationis incursum pœnarum, ac respectiue priuationis, seu depositionis, aliarumque punitionum præfatarum inobedientium, valeamus, & ipse Pontifex Romanus, pro tempore existens, valeat procedere. Volumus tamen Episcopos, Archiepiscopos, Metropolitanos, Primate, & Patriarchas, etiam S. R. E. Cardinales citra Montes, vel Mare existentes, per quatuor, alios vero ultra Montes, vel Mare degentes, per septem menses continuos à residentia in præfatis Ecclesiis faciendâ, ad effectum visitandi limina SS. Apostolorum Petri, & Pauli, iuxta sacros Canones, ac Apostolicas Constitutiones, pro qualibet visitatione excusari: ita tamen, ut tunc illis durantibus, visitationis huiusmodi munus explere teneantur, nec ad alios actus se diuertant. Cardinalibus vero nunc, & pro tempore existentibus, qui in casu vacationis sedis Apostolicæ ad electionem Romani Pontificis faciendam accedere solent ad locum Conclauis ad hoc designati, concedimus licentiam discedendi ab Ecclesiis præfatis sibi commissis, habita tamen prius certa notitia vacationis ipsius sedis Apostolicæ & extra residentiam in loco, in quo electionem huiusmodi celebrari contingeret, commorandi, & permanendi vsque ad peractam electionem, ac etiam postea per duos menses postquam Romanus Pontifex coronationis suæ insignia suscepit; quo tempore elapso, præfati Cardinales nisi illico, ut præfertur, ad Ecclesias præfatas, quibus præfideant eos contigerit, se contulerint subiaceant pœnis supradictis. Præfatis quoque litteras omniaque, & singula in eis contenta, de subreptionis, obreptionis aut cuiuscumque nullitatis, aut inualiditatis vitio, intentionisque nostræ ac quocumque alio defectu quantumlibet substantiali, etiam ex eo, quod in præmissis quomodolibet interesse habeat, vel præterentes, & præsertim iidem Ecclesiis prædictis nunc & pro tempore præfecti, etiam eiusdem S. R. E. Cardinales, præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditi, solemnitateque, & quouis alia seruanda & adimplenda, nullatenus seruata & adimpleta; & causæ propter quas præfates emanauerint, adductæ, verificatæ, seu alias sufficienter, aut etiam in aliquo iustificata non fuerint; ac quocumque alio colore, prætextu, occasione, & causa etiam in corpore Iuris clausis, & alia quacumque quantumvis rationabili, iusta, & priuilegiata; etiam tali quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, à quoquam notari, impugnari, inualidari, retractari, in ius vel controuersiam reuocari, aut ad terminos iuris reduci non posse; nec sub quibuslibet similibus, vel dissimilibus Constitutionum siue dispositionum, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam cõsistorialiter, aut alias quomodolibet per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores, & successores nostros, ac etiam per Nos factarum, & faciendarum, reuocationibus suspensionibus, pro tempore quomodolibet factis, cõprehendi, sed semper ab illis excepta, perpetuoque valida, firmaque & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inuolabiliter obseruari. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, Nuncios, & prædictæ S. R. E. Cardinales etiam de latere legatos, ac quoscumque alios quauis auctoritate, & potestate fungentes, sublata eis, & eorum cuiuslibet quantumvis aliter iudicandi, declarandi, interpretandi, &

definiendi facultate, vbiq; iudicari, interpretari, declarari, & defini debere; ita vt si vnquam aliquod dubium, seu hæsitatio super præmissis, seu eorum aliquo oriri, vel suscitari contingat, nullus præter nos, ac Romanos Pontifices successores nostros possit præsentibus litteris quouis modo interpretari, & declarare, ac irritum, & inane, si secus à quoquam quavis auctoritate contigerit attentari, decernimus. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis vniuersalibus, generalibus, prouincialibus, & synodalibus editis, & edendis, ac Cancellariæ Apostolicæ regulis, etiam primæ, & cuiuslibet secundæ editionis, & quatenus foret opus de non tollendo Iure quæsito, statutis quoque etiam iuratis, & consuetudinibus, etiam diuturnis, & immemorabilibus Ecclesiarum præfatarum, & cuiuslibet earum & licentiarum, alias quam, vt præfertur, impetratis, ac priuilegiis, & indultis etiam Apostolicis, eisdem Ecclesiis, earumque Præfatis quomodolibet, & ex quacumque causa hic forsan de necessitate exprimenda, concessis, etiam Motu, scientia & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet emanatis, ac quocumque iuramento per eosdem Ecclesiis huiusmodi præfectos, sub quouis prætextu, vel causa præfatis, & præstando, quod fuisse, & fore nullum ac irritum, & minime obstaré, nemini que suffragari, quominus ab integra obseruatione præsentium in aliquo excusari possit, declaramus, & quatenus opus sit decernimus, nec non omnibus, & singulis, quæ Prædecessores nostri præfati in suis litteris, & decretis præfatis voluerunt, non obstaré. Quibus omnibus & singulis eorum omnium & singulorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, & insertis habentes, ad effectum præsentium plenissime, specialiterque & expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod ij qui diuibus, vel pluribus Ecclesiis præfatis ex eorum vnione, vel alias ex concessione, seu dispensatione Apostolica quocumque nomine vel titulo præfecti sunt, vel pro tempore erunt, à residentia, & pœnis huiusmodi excusentur, dummodo in eorum altera, in qua de iure residere debent, verè, & personaliter resideant, exceptis tamè, vt præfertur, Ecclesiis Episcopalibus, Vrbi proximis, quibus Cardinales in ordine priores præesse solent: residentia enim, si quæ apud præfatas Ecclesias ritulorum Cardinalium fuerit, aliquam excusationem eisdem Cardinalibus, vt præfertur, non præstaret, quominus ipsi in alia, vel aliis Ecclesiis præfatis, quibus eos etiam pro tempore præfici contigerit, residere omnino teneantur. Quodque vt præsentibus, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam amplius educantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætereundere possit, eisdem præsentibus per aliquem, seu aliquos ex cursoribus nostris vt præfertur, in valuis Basilicæ sancti Petri, & in Acie Campi Flore affigantur, & publicentur: quæ sic affixæ, & publicatæ omnes & singulos, quos concernunt, afficiant, & arceant vt præmittitur, perinde ac si vnicuique eorum personaliter intimatæ, & notificatæ fuissent. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 12. Decembris 1634. Pontificatus nostri Anno duodecimo.

Extensio Const. Greg. XIII. ne Subcollectorum, & Commissariorum crimina possent cognosci nisi à Nuntiis, & Collectoribus Apostolicis in Regno Neapolitano, ad excessus, & crimina patrata in aliis Regnis, & Prouincijs, etiã expletis eorum officijs.

LXV.

Part. 3. alleg. 81.

VRBANVS Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Alias rec. mem. Gregorius Papa XIII. prædecessor noster indemnitati Ministrorum Cameræ Apostolicæ, ne vllis molestiis, vel incommodis fatigarentur, opportune providere cupiens, quod omnes & singulæ causæ tunc motæ, & pro tempore mouendæ quorūvis præfatorum excessuum, criminum, & delictorum, per quoscumque Subcollectores, & Commissarios tam generales, quam particulares, in quibuslibet Prouincijs, Ciuitatibus, & diocæsiibus Regni Neapolitani pro tunc, & pro tempore existentem Nuncium Apostolicum, & Collectorem generalem deputatos, commissorum, à tunc, & pro tempore existente Nuncio Apostolico in eodem Regno commorante solum, non autem à quibuslibet alijs Iudicibus etiam locorum Ordinarijs, non modo durante officio, sed etiam post ipsum dimissum donec viuerent, audiri, cognosci, & decidi possent, & deberent, statuit, & ordinauit: prædictisque Iudicibus, & locorum Ordinarijs ne in illis se quouis prætextu, seu quæsito colore intromittere quoquo modo vllatenus audent, vel præsumeret; districtius inhibuit, prout in suis litteris in simili forma Breuis sub datum die quarta Ianuarij 1575. Pontificatus sui anno tertio expeditis plenius continetur. Cuiusque postea, vt accepimus, fuerit à nonnullis pluribus dubitatum, an prædicta littera Gregorij prædecessoris prædicti de præsentibus excessibus, criminibus, & delictis durante officio dumtaxat, an vero etiam de alijs post finitum eorum officium vt præmittitur, donec viuerent commissis, intelligi deberent, & desuper diuersas resolutiones etiam ad inuicem contrarias emanasse asseratur. Nos volentes finè huic dubitationi imponere, & attendentes quod iidem Subcollectores, & Commissarij in concernentibus seruitiū Cameræ Apostolicæ, timidiores, ac negligentiores fierent, si sub prædictorum Iudicium & Ordinarium iurisdictione post finitum eorum officium se relictum iri timerent, & propterea, iusto metu retraherentur à gerendo, vt debent, eorum officio, dubitantes, ne illo finito prædicti Iudices & locorū Ordinarij in illos etiam ex causis mendicatis succurrerent, quod non modicum præiudicium Cameræ & Sedis Apostolicæ redundaret. Idcirco motu proprio & ex certa scientia nostra, deq; Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra constitutione perpetuo valitura, cognitionem, & decisionem causarum præsentium excessuum, criminū & delictorū per prædictos Subcollectores & Commissarios à Nuncijs & Collectoribus Apostolicis tam in Regno Neapolitano, quam in alijs Prouincijs, Regnis, & locis etiam speciali nota dignis, & vbiq; terrarum & locorum; per Nuncios;

Nuncios, siue Collectores Apostolicos hætenus deputatos, & pro tempore deputandos quomodocumque etiam post finitum officium, commissorum, vt præmittitur, & patrorum, spectasse, & spectare ad Nuncios, & Collectores Apostolicos pro tempore existentes priuatiue, quoad quoscumque alios Iudices, etiam locorum Ordinarios prædictos, declaramus, & quatenus opus foret decernimus statuimusque, & ordinamus, Ne autem inde maior libertas delinquendi, & excessus committendi eisdem subcollectores, & Commissarijs nascatur, & ne eorum delicta, si quæ patrata essent, vel patraretur, in posterum impunita remaneant; volumus quod collectores Cameræ Apostolicæ nunc, & pro tempore existentes, inter statuta per eorum subcollectores, & Commissarios obseruanda, tanquam ab ipsis Collectoribus iam edita, etiã impressa, addant comminationem de eisdem Subcollectores, & Commissarios priuatiue huiusmodi priuilegio, & illos ordinariæ iurisdictioni submitiendo, quatenus post dimissum officium ab excessibus, & delictis committendis non se abstineant; quodque prædicta statuta in Cancellarijs Episcoporum, & aliorum ordinariarum retineantur, & stent affixa. Decernentes, præsentibus Litteris & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere prætendentes, vocati & auditi non fuerint, aut præmissis non consenserint, seu causæ propter quas præsentibus emanarint, adductæ, verificatæ, seu alias iustificatæ non fuerint, aut alia quavis de causa de subreptionis vel obreptionis, seu nullitatis vitio aut intentionis nostræ, vel alio quouis defectu notari, impugnari, inuaditari, in ius vel controuersiam reuocari, ad terminos Iuris reduci, seu aduersus illas restitutionem in integrum, a peritorem oris aut quodcumque aliud iuris, vel facti, gratiæ, vel iustitiæ remedium impetrari, seu eo impetrato quæcumque vi, seu se iuuare in iudicio, vel extra nullatenus posse; sed eas semper validas, firmas, & efficaces existere & fore, sicque per quoscumque Iudices Ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores ac S. R. E. Cardinales etiam de Latere Legatos, & Nuncios, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & defini debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstante quatenus opus sit nostra de iure quæsito non tollendo, ac quibuslibet alijs Cancellariæ Apostolicæ regulis, necnon constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, priuilegijs quoque, indultis, & litteris Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuslibet etiam derogatorijs derogatorijs, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & consistorialiter, ac alias quomodolibet in contrarium concessis confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione, de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma de hoc seruanda foret, illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 2. Iulij 1636. Pontificatus nostri anno decimotertio.

catoris die 2. Iulij 1636. Pontificatus nostri anno decimotertio.

De non ieiunando in vigilia Sancti Ioannis Baptistæ, quando contingat in die solemnitatis Corporis Christi.

LXVI.

Part. 1. tit. 2. gl. 5. à n. 8.

VRBANVS Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Cum euenire quandoque possit vt vigilia sancti Ioannis Baptistæ in die festum solemnitatis sanctissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi incidat. Nos attendentes diem festum huiusmodi, quo tanti sacramenti institutio summam totius populi Christiani læticia colitur, è principalibus anni festiuitatibus existere, propterea venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium sacris Ritibus præpositorum consilio deinceps perpetuis futuris temporibus quoties vigiliam prædictam in dictum diem festum solemnitatis sanctissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi incidere contigerit, non esse ieiunandum, neque à carnibus abstinendum in die festo huiusmodi, sed anticipandum ieiunium de immediate antecedenti, nempe feria quarta prout ieiunaretur in ipsa vigilia, Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, & ordinamus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Volumus autem vt præsentium transumptis etiam impressis manu alicuius notarij publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadè prorsus fides vbiq; adhibeatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si foret exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 13. Octobris 1638. Pontificatus nostri anno 16. M. A. Marcellus.

Regulares ad secularium Confessiones, seu ad verbum Dei prædicandum semel & simpliciter admissi per Episcopum, quando possint per eum reprobari.

LXVII.

Part. 2. alleg. 25.

VRBANVS Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Alias à nobis emanarunt litteræ tenoris sequentis, videlicet à tergo, Dilecto nostro Balthasari S. R. Ecclesiæ Presbytero Cardinali de

Sandoual nuncupato, Ecclesiæ Giennensis ex concessione, & dispensatione Apostolica Præsuli: *imus vero.* Urbanus Papa VIII. Dilecte fili noster salutem & Apostolicam benedictionem. Cum sicut nuper exponi fecisti in tuis ciuitate, & diocesi Gienn. multi diuersorum Ordinum Religiosi sub pretextu quod ad sacras Confessiones audiendas, & verbum Dei prædicandum semel approbati fuerint absque tua licentia Confessiones prædictas audiant, & verbum prædicent non sine graui Christi fidelium scandalo & eorum salutis animarum detrimento: & licet per censuras & pœnas ecclesiasticas contra eosdem processeris, ij tamen vigore cuiusdam priuilegij à felicis record. Clemente Papa VIII. prædecessore nostro ad fauorem Mendicantium emanati, se ab alio quâ à Romano Pont. pro tempore existente excommunicari minime posse prætendant. Nos inconuenientibus huiusmodi iuxta creditum Nobis super Apostolicæ seruitutis officium quantum cum Domino possumus obuiare, teque specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, supplicationibus tuo nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio, tibi Religiosis prædictis ne absque expressa tua licentia sacras Confessiones de cætero audire, minusque verbum Dei prædicare audeant & præsumant, per censuras & pœnas ecclesiasticas auctoritate nostrâ inhiberi, eosdemque ad exhibendum tibi licentias, quos illi desuper à te siue à prædecessoribus tuis Ecclesiæ Giennensis Præsulibus, vel administratoribus obtinuerint, ad hoc vt eas vel confirmes, vel reuoces, prout ad diuini cultus augmentum, & animarum Ciuitatis & diocesis prædictarum salutem & confirmationem in Domino expedire iudicaueris, cogendi, & cõpellendi facultatem dicta auctoritate tenore præsentium concedimus, & impertimur, non obstantibus quibuscunque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & consuetudinibus, necnon prædicti Clementis prædecessoris, & quibusuis aliis priuilegiis in vim Cruciatæ sanctæ eis quomodolibet competentibus indultis, & licentis Apost. sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibuscunque derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliâ in cõtrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & singulis, si pro illorû sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruata foret, illorumque tenor pro plene & sufficienter expressis haberi, illis aliâ in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Maiorem sub anulo Piscatoris die 13. Octobris 1617. Pontificatus nostri anno quinto. Nunc autem litibus, & controuersis, quæ inter Ordinarium Gienn. ex vna, ac Religiosos prædictos ex altera partibus de & super præinfertis prædictis, vt accepimus, ad præsens viget, & de cætero oriri possint, quantum cum Domino possumus obuiare, ac de super opportuno declarationis nostre ministerio providere volentes, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis & cõsultationibus Episcoporum, ac Regularium præposi-

torum cõsilio, partibus auditis, reque mature discussa, auctoritate Apost. tenore præsentium decernimus & declaramus præinfertis litteras huiusmodi ita esse intelligendas & declarandas, vt Regulares quidẽ in ciuitate & diocesi Gienn. à prædecessoribus Episcopis examinati & approbati ad Confessiones personarum secularium audiendas à præsentente Episcopo successore pro maiori conscientie suæ quiete possint iterum examinari; at si minus idonei reperti fuerint, reprobari ad præscriptum Constitutionis sanctæ mem. Pij Papæ V. prædecessoris nostri hac de re editæ, sed illi, quos idem Episcopus approbauit, si quidem huiusmodi approbationem obtinuerint ad certum tempus, eo elapso non possint Confessiones audire absque noua Episcopi ipsius licentia & approbatione, præquo etiam si eidem liberit, nouo examine. Illi autem, quos ipsemet Episcopus ad Confessiones huiusmodi audiendas semel admisit simpliciter, ac sine vlla temporis præfinitione nullatenus possint ab eodem reprobari sine noua causa, eaque ad Confessiones ipsas concernente. Cæterum an eadem causa subsit necne Episcopus non teneri Regularibus edicere, sed sedi Apost. dumtaxat, vbi eam sibi aperiri postularit. Ad hæc quod in eisdem præinfertis litteris dicitur Regulares non posse verbum Dei prædicare sine Episcopi licentia, id locum sibi vindicare in his tantum Ecclesiis, quæ sui Ordinis non sunt, cum in aliis Ecclesiis suis Ordinis sufficiat Episcopi benedictio petita, licet non obtenta, ita tamen vt si Episcopus non modo benedictionem simpliciter non concesserit, verum etiam Regularibus prohibuerit quominus prædicent, tunc illo contradicente in sui quidem Ordinis Ecclesiis liceat illis prædicare, quemadmodum sacri Concilij Trident. decretis salubriter est cautum. Quod si Regulares siue in Confessionibus auditis, siue in prædicando aduersus ea, quæ superius declarauimus, quoquo modo deliquerint in vim earumdem præinfertarum litterarum ab Episcopo Gienn. coerceri & puniri possint, etiam censuris ecclesiasticis, sicque & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices Ordinarios, & delegatos, & causarum Palatii Apost. Auditores iudicari, & definiti debere, ac irritum & inane quicquid secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus illis quæ in præinfertis litteris huiusmodi volumus non obstare, cæterisque cõtrariis quibuscunque. Datum Romæ apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 30. Ianuarij 1639. Pontificatus nostri anno 6.

Postmodum hac de re in sacra Cong. S. R. E. Cardinalium negotiis ac cõsultationibus Episcoporum ac Regularium præposita dubitatum fuit, an Episcopus, qui Regulares ad Confessiones personarum secularium audiendas approbavit, possint eosdem ex noua causa ab eisdem Confessionibus audiendis suspendere, aut licentias illis concessas reuocare, non obstantibus quibuscunque priuilegiis in fauorem quaruncunque personarum atque Ordinum, & qualis huiusmodi causa esse debeat? Eadem S. Congreg. censuit Episcopum quamuis simpliciter, & absque vlla temporis præfinitione approbavit Regulares ad Confessiones personarum secularium audiendas, posse easdem si noua causa superueniat vt supra suspendere, ac licentias illis concessas reuocare, dummodo huiusmodi Confessiones ipsas concernat. Cæterum si Regulares cum scandalo, aut aliâ inhoneste viciâ, vel aliquod delictum committant, propter quod rationabili Episcopi iudicio videantur à Confessionibus suspendendi, in quo ipsius Episcopi conscientiam voluit esse oneratam, cum præcipua ministri qualitas sit integritas vite ac morum honestas: vtiq; eam causam ad

ministrum Confessionis pertinere, ac proinde nihil obstare quominus ob eam possit Episcopus Regulares vnicunque à semetipso approbatos suspendere aut expellere à Confessionibus audiendis. Datum Romæ die 30. Augusti 1630. quâ sacra Cong. sententiam Sanctissimus D. N. ad se relatam approbavit die 31. eiusdem, Fr. Antonius Card. S. Hieronymi, P. Fagnanus Secret.

Ecclesia à qua Episcopus de suo consensu transfertur, ab eo tempore vacat, quo idem Episcopus ab illius vinculo in Consistorio absoluitur, etiam ante expeditionem litterarû, vel adeptam secundæ Ecclesiæ possessionem; posteaquam verò ex testimonio, seu documento Secretarij sacri Collegij, vel alio huiusmodi absolutionis notitiam Episcopus translatus habuerit.

LXVIII.

Part. 3. alleg. 1 19. n. 8.

VRBANVS Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Nobis nuper pro parte dilectorû filiorum Cleri Hispaniarum expositum fuit, quòd occurrentibus in illis Regnis Ecclesiarum Cathedralium, per dimissionem, siue translationem vacationibus, vacationem non induci prætenditur, quousque Episcopus translatus Ecclesiæ nouiter obtinet, ac successore dimittentis Ecclesiæ dimissa possessionem adepti nõ fuerint. Ideòque tam ipsos Episcopos, quam eorum Vicarios interim ordinariam iurisdictionem retinere, eoque sub pretextu, quòd cum translationes & dimissiones huiusmodi, de translatorum, & dimittentium consensu fiant, non intelligatur Ecclesia dimissa, neque Episcopus ab illius vinculo absoluitur, quousque de huiusmodi consensu non constiterit, de quo minimè constare potest, cum à tergo litterarû Apostolicarum non adnotetur, prout fieri solet in expeditionibus beneficiorum inferiorum, quæ fiant per consensum, nec de illo fit adnotatio particularis, de qua Secretarij Consistorialis attestatio haberi queat: vnde oritur quòd iurisdicctio penes Episcopum translatum, seu dimittentem videatur, quousque de tali consensu appareat per aliquem actum positiuû subsequentem, qui non nisi ex capta possessione vigore litterarum Apostolicarum huiusmodi resultare potest. Nos inconuenientibus, & litium anfractibus, qui ex præmissis oriri possunt, quantum cum Domino possumus, obuiare, ac Clerum huiusmodi specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, & singulares illius personas à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à iure vel ab homine, quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innouataz existunt, ad effectum præfentium dumtaxat consequendum, harum ferie absoluentes, & absolutas fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinari, de venerabilium fratrum nostrorum

sacra Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Concilij Tridentini interpretum, quibus negotium huiusmodi maturè, ac diligenter examinandum, & Nobis referendum commisimus consilio, Ecclesiam, à qua Episcopus de suo consensu transferetur, ab eo tempore vacare, quo idem Episcopus ab illius vinculo in nostro, & pro tempore existentis Romani Pontificis Consistorio absoluitur, etiam ante expeditionem litterarum Apostolicarum, vel adeptam secundæ Ecclesiæ possessionem: posteaquam verò ex testimonio, seu documento Secretarij sacri Collegij, vel alio modo huiusmodi absolutionis notitiam Episcopus translatus habuerit, illico cum exercitio ordinariæ iurisdictionis abstinere debere, eamque in Capitulum transire, ita vt statim Capitulum eadem iurisdictione vt, Sedem vacantem publicare, atque Officiale, seu Vicarium ad dicti Concilij præscriptum constituere possit, & debeat: Præfentes quoque literas perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, necnon Clero prædicto in omnibus, & per omnia suffragari, sicque per quoscunque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Sedis Apostolicæ Nuntios, quauis auctoritate fungentes iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apostolica auctoritate tenore præsentium decernimus, & declaramus, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiarum huiusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innouatis: quibus omnibus, & singulis eorû tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis habentes illis aliâ in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscunque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die vigesima Martij, millesimo sexcentesimo vigesimo quinto, Pontificatus nostri anno secundo. V. Theatin.

Quòd maiorem post Pontificalem in Cathedralibus, & principalem in Collegiatis Ecclesiis dignitates obtinentes, & Canonici Magistrales, Doctorales, lecture, Pœnitentiarij, & Parochialium Ecclesiarum Rectores non possint esse in Regnis Hispaniarum familiares & commenales Episcoporum, nec officiales, seu visitatores.

LXIX.

VRBANVS Papa VIII. ad perpetuam rei memoriam.

Liâs à fel. rec. Gregorio Papa. XV. prædecessore nostro emanarunt litteræ ten. subsequentis, videlicet

videlic. Greg. PP. XV. ad perpetuam rei memoriam, alias fel. reg. Paulo PP. V. prædecessori nostro, nomine dilectorum filiorum Deputatorum, & Congregationis Cleri Regnorum Castellæ & Legionis, exposito, quod in penultimo Concilio Prouinciali Tolerano, prouide statutum & ordinatum fuerat, ut Canonicus Præbendam Doctorem, aut Magistralem, vel illam obtinens, cui munus legendi sacram Scripturam incumbit, necnon & Pœnitentiarius Metropolitanus, vel Episcopi Vicarius, Prouisor, aut Visitator, nõ possit esse iudex Ordinarius, vel Delegatus vniuersalis appellacionum, quod etiam in presbyterio parochiales Ecclesias obrinentibus, omnino obseruari voluit: ne ab Ecclesiis, quarum Cura Pastoralis ipsis est commissa, eos obesse contingeret, idem Paulus prædecessor, supplicationibus Deputatorum, & Congregationis huiusmodi sibi humiliter porrectis inclinatus de ven. fratrum nostrorum tonsuras sanctæ Rom. Ecclesiæ Cardinalium sacri Concilij Tridentini Interpretum statutum in præfato Concilio Prouinciali, ut præfertur, factum Apostolica auctoritate approbavit & confirmavit, & subinde Nos supplicationibus etiam Deputatorum, & Congregationis huiusmodi per dilectum filium Ludouicum de las Infantas & Saavedra, Archidiaconum Antequera nuncupatum, & Canonicum Ecclesiæ Malacitanæ dicti Cleri negotiorum in Romana Curia gestorem, Nobis humiliter porrectis inclinati, de eorundem Cardinalium Concilio statutum in Prouinciali Synodo Toletana editum, & à dicto Paulo prædecessore confirmatum, ut præfertur, ad Ecclesias omnes Metropolitanas, Cathedrales, Collegiatas, & Parochiales totius Regni Castellæ & Legionis, eadem auctoritate extendimus, illudque in eisdem Ecclesiis Prouinciæ Toletanæ præcepimus & mandauimus, & alias prout in dicti Pauli sub die xvij. Augusti 1615. & nostris sub die ix. Maij 1622. desuper in simili forma Breuis expeditis litteris, quarum tenor presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur. Cum autem sicut eorundem Deputatorum, & Congregationis nomine nobis expositum fuit, ipsi prouide considerantes, quod si statutum, ut præfertur, approbatum, confirmatum, & extensum ad primas dignitates post Pontificalem Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum eiusdem Regni extenderetur, ex hoc profectò earundem Ecclesiarum utilitati maximè consuleretur. Nobis propterea Deputati, & Congregatio huiusmodi per eundem Ludouicum humiliter supplicari fecerunt, ut super præmissis opportunè prouideret, de benignitate Apostolica dignaremur. Nosque laudabilij Deputatorum, & Congregationis huiusmodi desiderio quantum cum Domino possumus, annuere, ipsosque Deputatos, & Congregationem specialibus fauoribus & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas, à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica, tenore presentium decernimus, ne de cetero perpetuis futuris temporibus maiorem, post Pontificalem in Cathedralibus, & personalem in Collegiatis Ecclesiis dignitates obtinentes, nec Canonici Magistrales, Doctorales Lecturæ, Pœnitentiarij, nec Parochialium Ecclesiarum Rectores, Episcoporum, Familiares, seu Commenales esse possint. Præsentibus verò litteras, & in eis contenta quæcumque, ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inuolabiliter obseruari debere, ac irritum

stolici Auditores, iudicari & desiniri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca venerabili fratri Innocentio Episcopo Britoniorum moderno, & pro tempore existenti nostro, & Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuntio, ac dilecto filio causarum Curia Cameræ Apostolicæ generali Auditori, per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum per se, vel alium, seu alios, presentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Deputatorum, & Congregationis, necnon interesse habentium, fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra easdem presentes litteras, & in eis contenta huiusmodi, ab omnibus, ad quos spectat, inuolabiliter obseruari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per sententias, censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia, appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus omnibus illis quæ in litteris presentibus concessa sunt, non obstante ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 6. Aprilis 1623. Pontificatus nostri anno 3. Cum autem sicut dilectus filius Doctor Lucas Gonzalez de Leon Canonicus Magistralis Ecclesiæ Cordubens. Ecclesiarum præfatarum, quarum negotiorum in Romana Curia gestor existit, nomine Nobis nuper exponi fecit, ipse per Nos decerni summopere desideret, ut nec maiorem post Pontificalem in Cathedralibus, nec principalem in Collegiatis Ecclesiis dignitates obtinentes, nec Canonici Magistrales, Doctorales Lecturæ, Pœnitentiarij, nec Parochialium Ecclesiarum Rectores, Episcoporum familiares, seu Commenales esse possint, quandoquidem inde eadè prorsus inconuenientia, siue incommoda oriuntur, ex eo quod præfati eorundem Archiepiscoporum, seu Episcoporum, Officialis, seu Visitatores existentes, necessario cogantur deesse suarum Præbendarum obligationi, ac muneribus, & gubernio, necnon Ecclesiarum ipsarum regimini, ad quem vnum, seu solum, vel præcipuum officium Præbendæ præfate, Apostolica auctoritate erectæ, & institutæ sunt. Nobis propterea dictus Lucas, tam suo, quam Ecclesiarum præfatarum nominibus, humiliter supplicari fecit, ut super præmissis opportunè prouideret, de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, tam Deputatorum, & Congregationis, quam Lucæ præfatarum votis, hac in parte annuere, illosque specialibus fauoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusuis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica, tenore presentium decernimus, ne de cetero perpetuis futuris temporibus maiorem, post Pontificalem in Cathedralibus, & personalem in Collegiatis Ecclesiis dignitates obtinentes, nec Canonici Magistrales, Doctorales Lecturæ, Pœnitentiarij, nec Parochialium Ecclesiarum Rectores, Episcoporum, Familiares, seu Commenales esse possint. Præsentibus verò litteras, & in eis contenta quæcumque, ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inuolabiliter obseruari debere, ac irritum

&

& inane, si secus super his à quoquam quauis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca dilecto filio moderno, & pro tempore existenti nostro, & Sedis Apostolicæ in Regnis Hispaniarum Nuntio, ac dilecto filio Curia causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, per præsentibus committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum, per se vel alium, seu alios, presentes litteras, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Deputatorum, & Congregationis, necnon interesse habentium, fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra easdem presentes litteras, & in eis contenta huiusmodi, ab omnibus, ad quos spectat, inuolabiliter obseruari. Contradictores quoslibet, & rebelles, per sententias, censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita compescendo, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis. Non obstantibus omnibus illis, quæ in litteris presentibus concessa sunt, non obstante ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 21. Nouembris 1635. Pontificatus nostri anno 13. M. A. Maraldus.

Religiosi quæ decreta, & Constitutiones Apost. ad sanctum Inquisitionis officium contra hæreticam prauitatem pertinentes obseruari, & in Generalibus, & Prouincialibus Capitulis publicare debeant.

LXX.

Feria quinta die 14. Aprilis 1633. in generali Congregatione sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis habita in Palatio Apost. montis Quirinalis coram S. D. N. Urbano diuina prouidentia Papa VIII. ac eminentissimis, & Reuerendissimis D. D. S. R. E. aduersus hæreticam prauitatem Inquisitionis generalibus à sancta Sede Apost. specialiter deputatis. Sanctissimus D. N. sedulo incumbens ut ea, quæ salubriter Apostolicis decretis, & Constitutionibus statuta, & ordinata sunt, præsertim quæ ad sanctum Officium Inquisitionis contra hæreticam prauitatem pertinent, inuolabiliter obseruantur, & omnimodam sortiantur executionem, districte mandat & præcipit ut omnes superiores cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam de necessitate exprimentæ Regularis, aut cuiusvis alterius instituti, etiã quantumuis exempti, & priuilegiati, teneantur sub pœna priuationis officij, ac vocis actiue, & passiuæ ipso facto incurrenda, aliisque arbitrio Sanctitatis suæ infligendis in perpetuum semel saltem in anno, id est, feria sexta post octauam assumptionis B. Mariæ Virginis in publica mensa, vel in Capitulo ad hoc specialiter conuocato, & insuper in quocumque generali, ac prouinciali Capitulo, Conuentu, Dieta, vel alio quouis nomine nuncupato capitulari congressu suos subditos, ac Religiosos commonere de iniuncta omnibus obseruantia, & executione eorundem Apostolicarum Constitutionum & Decretorum, ad sanctum Officium Inquisitionis aduersus hæreticam prauitatem pertinentium, ac præsertim,

IVLII III. Const. Incip. *Licet à diuersis*, contra impediens Inquisitores hæreticæ prauitatis in eorum officio, aut in causis Inquisitionis se ingerentes, eorumque complices, & fautores, & contra ipsos Inquisitores admittentes laicos ad criminis hæresis cognitionem. Et Pij V. Constit. 82. incip. *Si de protegendis* contra occidentes, verberantes, deficientes, aut perterrefacientes quemuis ex ministris S. Officij Inquisitionis, vel Episcoporum id munus in sua diocesi, vel prouincia obeuntium, seu accusatorum, denuntiatorum, aut testem in causa Fidei quomodocumque productum, vel euocatum: necnon contra diripientes, expugnantes, inuadentes, dantes, expulantes, aliõve exportantes alicuius prædictorum bona, libros, litteras, auctoritates, exemplaria, siue priuata ubicumque posita, eorumque complices, & fautores, & contra effringentes carcerem, vel custodiam publicam, vel priuatam extrahentes, vel emittentes iunctum, prohibentes capiendum, caprumve eripientes, recipientes, occultantes, seu facultatem effugiendi dantes, seu id fieri iubentes, eorumque complices, & fautores etiam effectu non sequito nullatenus excusandos, nisi claris tantummodo probationes contrarium adducentes, & contra intercedentes pro præfatis delinquentibus inflictis contra quemlibet prædictorum pœnis, quæ damnatis ex primo capite legis Iulie Maiestatis, eorumque filiis irrogantur, & oblata reuelantibus impunitate.

PII IV. constit. 31. incip. *Cum sicut nuper*, contra Sacerdotes, qui pœnitentes mulieres in actu sacramentalis Confessionis ad inhonestos actus prouocare, & allicere tentant, & sollicitat. Et Gregorij XV. constit. 34. incip. *Vniuersi Domini gregis*, ampliatiua circa huius criminis probationes, & extensua contra Confessarios, qui personas (quæcumque illæ sint) ad inhonestas siue inter se, siue cum aliis quomodolibet perpetranda in actu sacramentalis Confessionis, siue antè, siue post immediatè, seu occasione, vel pretextu Confessionis, vel extra occasionem Confessionis in Confessionario, aut alio in loco ad audiendam Confessionem electo sollicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones siue tractatus habuerint. Et contra Confessarios non moneantes eos, quos sciunt ab alijs Confessariis sollicitatos esse, ut Inquisitoribus, vel Ordinariis sollicitantes denuntient, vel docentes eis ad ita denuntiandum non teneri.

GREGORII XIII. constit. 22. incip. *Officij nostri partes*, de iurisdictione Inquisitorum hæreticæ prauitatis in eos, qui ad Ordinem Pontificatus non promoti, Missas celebrant, & sacramentaliter Confessiones audiunt. CLEMENTIS VIII. constit. 81. incip. *Est aliàs*, declaratoria pœnæ contra eos infligendæ per Iudices laicos prauia eorum degradatione. Et Sanctitatis suæ constit. 79. incip. *Apostolatus officium*, extensua ad minores 25. annis, dummodo vigesimum ætatis annum compleuerint.

SIXTI V. constit. 17. incip. *Celi & terre creator*, contra exercentes artem Astrologiæ iudiciaria, & alia quæcumque diuinationum genera, librosque harum artium legentes, vel tenentes. Et Sanctitatis suæ constit. 113. incip. *Inferabilia iudiciorum, Dei* extensua ad alia, & cum grauioribus pœnis.

CLEMENTIS VIII. constit. 42. incip. *Cum sicut*, contra Italos ne extra Italiam proficiantur ad loca in quibus liber & publicus cultus, siue vsus Catholice Religionis non existat, minusque in eis locis habitent. Et Gregorij XV. constit. 23. incip. *Romani Pontificis*, contra hæreticos ne in locis Italia, & Insularum adiacentium quouis pretextu

commo

commoventur, & contra eorum fautores, & receptatores.

P A V L I V. constit. 26. incipit, *Romanus Pontifex*, reuocatoriæ facultatum Superioribus quorumcunque Ordinum, & Religioſorum quoquomodo cõceſſarum cognoscendi cauſas ſuorum ſubditorum ad Officium ſanctæ Inquiſitionis quomodolibet pertinentes.

Eiuſdem conſtit. 97. incipit, *Regis paciſici*, in nouatoriæ conſtitutionum à Sixto I V. & Pio V. de Conceptione B. Mariæ Virginis editarum; impoſitionis maiorum pœnarum in tranſgreſſores à locorū Ordinaris, & hæreticæ prauitatis Inquiſitoribus puniendos. Et Gregorij XV. conſtit. 29. incipit, *Santiſſimus Dominus noſter audiitis*, ampliatiuæ, & declaratoriæ prohibitionis aſſerendi B. Mariam Virginem conceptam eſſe in peccato originali.

G R E G O R I I X V. conſtit. 27. incipit, *Romanus Pontifex in ſpecula*, reuocatoriæ quorumcunque conſeſſionum viuæ vocis oraculo factarum. Et ſanctitatis ſuæ conſtit. 114. incipit, *Eo modo*, reuocatoriæ licentiarum quaruncumque legendi & habendi libros prohibitos.

Eiuſdem conſtit. 40. incipit, *Apoſtolatus officium*, & ſanctitatis ſuæ conſtit. 114. incipit, *Eo modo*, reuocatoriæ licentiarum quaruncumque legendi & habendi libros prohibitos.

S A N C T I T A T I S T V R E conſtit. 37. incipit, *Santiſſimus Dominus noſter ſollicitè animaduertens*, de imaginibus nondum à Sede Apoſt. canonizatorum, vel beatificatorum cum radiis, ſplendoribus; aut laureolis non proponendis, tabellis, aut luminariis ad eorum ſepulchra non opponendis, eorumve geſtis miraculis, reuelationibus, beneficiorum imperationibus non publicandis, aut imponendis, Pariter ſanctitatis ſuæ conſtit. 50. incipit, *Santiſſimus Dominus noſter pro debito ſui Paſtoralis officij*, de libris ubicumque compoſitis de quacunque materia tractantibus, ab his, qui deguntur in ſtatu eccleſiaſtico tranſmittendis aliò vt imprimantur ſine Vicarij & Magiſtri ſacri Palatij in Vrbe, vel extra iam ſine Ordinarij & Inquiſitoris aut ab eis deputatorum licentia. Et eiuſdem ſanctitatis ſuæ conſtit. ſub dat. Romæ die 5. Nouembris 1631. incipit, *Cum ſicut accepimus*, quod Conſtitutiones Apoſt. in concernentibus Fidem Catholicam, & ſanctæ Inquiſitionis officium hætenus editæ, & in poſterum etiam ſuper quacunque alia re edendæ, omnes Regulares quomodolibet priuilegiatos comprehendant, niſi in edendis illi ſpecialiter excipiantur. Et in ſuper iſ ſuperiores teneantur curare & efficere vt huius decreti exempla aliquo in loco apud eos publico aſſigantur, & affixa conſeruentur, itaut ab eiſdem ſubditis Religioſis omnibus videri, ac legi commode queant: deque huiusmodi commoſitione publico documento ſtatim certiorem facere Congregationem ſanctiſſimæ Inquiſitionis in Vrbe. Et ita mandat & præcipit ſanctitas ſua. Ioannes Antonius Thomafius, ſanctæ Romanæ & vniuerſalis Not.

Anno milieſimo ſexcentefimo trigefimo tertio, Indiſtione prima, Pontificatus S. D. N. Urbani diuina prouidentia Pape octauo, die vero ſeptima menſis Iunij ſupradictæ literæ ſue decretum aſſixum & publicatum fuit ad valuas Principis Apoſtolorum, ac in acie Campi Floræ, vt moris eſt, per me Alexandrum Latinum præſentem S. D. N. Pape Curſorem.

Canonici Pœnitentiarij, Lectores, Magiſtrales, & Doctores Metropolitanarum & Cathedralium Eccleſiarum Regnorum Hiſpaniæ & Legionis quauis de cauſa, occasione, vel prætextu, etiam ſeruitij S. Inquiſitionis, à ſuarum Eccleſiarum ſeruitijs ſe quoquo modo eximere, ac ſuper hoc quodcumque indultum etiam à Sede Apoſt. niſi eorundem Capitulorum ad id expreſſo accedente conſenſu, impetrare minimè poſſunt.

L X X I.

V R B A N V S P a p a V I I I. ad perpetuam rei memoriam.

Super vniuerſas Orbis Eccleſias ab eo, qui cunctis imperat, nullo licet meritorum noſtrorum ſuffragio conſtituti, in his per quæ ipſarum Eccleſiarum præſertim Metropolitanarum, & Cathedralium honori, & commodis opportunè conſulitur, Paſtoralis officij noſtri partes cum à Nobis petuntur, libenter interponimus, prout conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Nuper ſiquidem nomine dilectorum filiorum Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum, Regnorum Caſtellæ, & Legionis Nobis exponi fecit dilectus filius Auguſtinus Gonçalez Davila Iuris vtriuſque Doctor eorundem Capitulorum Procurator generalis, quod in qualibet Eccleſiarum huiusmodi dudum, iuxta ſacri Concilij Tridentini decreta Pœnitentiarij, cum vnione vnus ex Præbendis pro vno Magiſtro, vel Doctore, aut Licentiato in ſacra Theologia, vel Iure Canonico inſtitutus, necnò vna Lectoralis pro vno Theologo Lectore ſacræ Scripturæ, & præterea iuxta ordinatione ſæclis recordationis Sixti Quarti, & Leonis Decimi Romanorum Pontificum prædeceſſorum noſtrorum aliàs, & ex particulari Sedis Apoſtolicæ indulto in quibuſdam, ex dictis Eccleſiis duæ Doctores pro vno, ſeu duobus reſpectiue Doctores, ſeu Licentiatis in vtroque, vel altero Iurium, ac aliàs Præbeſi, Magiſtrales reſpectiue nuncupatæ pro vno Magiſtro, ſeu Licentiato in ſacra Theologia conſtitutæ fuerunt. Cum autem, ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, iuxta eiſdem Concilij Tridentini decreta Pœnitentiario onus audiendi Confeſſiones publicè in Eccleſia, Theologo autem Canonici prædictis, legendi, & interpretandi ſacram Scripturam incumbat, Magiſtrales verò, & Doctores Canonici huiusmodi in prædictis Eccleſiis in vim dictæ ordinationis Sixti Quarti, & Leonis Decimi prædeceſſorum noſtrorum huiusmodi, & reſpectiue indulti prædicti eo ſine inſtituti ſint, vt hi ſuæ Eccleſiæ in defendendis illius iuribus, & in dandis Capitulo ſuo, aliſque Eccleſiæ ſuæ miniſtris ſalubribus conſiliis pro ſæclis negotiorum eorundem directione aſſistant, ille autem vt verbum Dei populo prædicet, & in his, quæ ad conſcientiam pertinent,

recta

recta conſilia Capitulo, & miniſtris ſuæ Eccleſiæ præbeat, & proinde ipſos apud ſuas Eccleſias aſſiduè reſidere oporteat, contingit tamen interdum, vt nonnulli ex Canonici huiusmodi variis prætextibus, & inter alios, quod officio ſanctæ Inquiſitionis aduſus hæreticam prauitatem inſeruiant, ac etiam vigore indultorum ſibi ab Apoſtolica Sede conſeſſorum ab Eccleſiis ſuis abſint; & nihilominus ſuorum Canoniarum, & Præbendarum fructus, redditus & prouentus, ac etiam diſtributiones quotidianas integrè, tanquam ſi reſiderent, percipere præterdant, in graue ipſarum Eccleſiarum detrimentum. Quare dictus Auguſtinus eorundem Capitulorum nomine Nobis humiliter ſupplicari fecit vt Capitulorum, & Eccleſiarum huiusmodi indemnitati in præmiſſis opportunè conſulere de benignitate Apoſtolicæ dignaremur. Nos igitur attendentes petitionem huiusmodi rationi eſſe conſentaneam, ac Capitula, & Auguſtinum præſatos ſpecialibus fauoribus, & gratis proſequi volentes, eorumque ſingulares perſonas à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis & interdicti, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innotatæ exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutas fore cenſentes; huiusmodi ſupplicationibus inclinari, eiſdem Capitulis Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium Eccleſiarum Regnorum Caſtellæ, & Legionis prædictorum, vt nullo vnquam tempore Canonici Pœnitentiarij, Lectores, Magiſtrales, & Doctores ſuarum Eccleſiarum pro tempore exiſtentibus, ex quauis cauſa etiam prætextu, quod officio ſanctæ Inquiſitionis inſeruiant, abſentibus, & ſi aliquod ab Apoſtolica Sede indultum deſuper ſine ſpeciali Capitulorum prædictorum conſenſu obtinuerint, fructus, redditus & prouentus ac diſtributiones quotidianas ſuorum Canoniarum, & Præbendarum præſtare minimè teneantur, nec ad id inuiti cogi, aut compelli, ſeu vigore literarum Apoſtolicarum, niſi in illis de præſenti indulto de verbo ad verbum ſpecialis mentio fiat, interdicti, ſuſpendi, vel excommunicari poſſint auctoritate Apoſtolicæ tenore præſentium de ſpeciali gratia indulgemus, ac prædictos Canonicos Pœnitentiarios, Lectores, Magiſtrales, & Doctores, quauis de cauſa, occasione, vel prætextu, etiam ſeruitij dictæ ſanctæ Inquiſitionis huiusmodi à dictarum ſuarum Eccleſiarum ſeruitijs illis incumbentibus ſe quoquo modo eximere, ac ſuper hoc quodcumque indultum etiam à Sede Apoſtolica, niſi eorundem Capitulorum ad id expreſſo accedente conſenſu impetrare, aut ſibi quouis modo etiam Motu proprio conſeſſo vt, vel frui nullatenus poſſe, aut debere, nec illis in aliquo contra præſentium tenore ſuffragari, quinimò quodcumque contigerit, pro tempore exiſtentibus Canonicos Pœnitentiarios, Lectores, Magiſtrales, & Doctores huiusmodi in aliis, quàm dictarum ſuarum Eccleſiarum ſeruitijs, etiam officij ſanctæ Inquiſitionis, etiam intra ciuitates, in quibus Eccleſiæ præſatæ exiſtunt, occupari, Canonicatus & Præbendas, per


eos obtentos in Eccleſiis huiusmodi, eo ipſo vacate ac aliis perſonis qualificatis per eos, ad quos eorum collatio pertinebit, liberè conſeſſi poſſe, ſicque ab omnibus cenſeri, & ita & non aliter per quoscumque iudices Ordinarios & delegatos, etiam cauſarum Palatij Apoſtolicæ Auditores, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, noſtrosque, & Sedis Apoſtolicæ Nuntios, ac quoscumque alios quauis auctoritate fungentes, ſublata eis, & eorum cuiſlibet quauis aliter iudicandi, ſeu interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiti debere, irritumque, & inane, ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiſcopis & Epifcopis Metropolitanarum, & Cathedralium Eccleſiarum prædictarum reſpectiue, necnon noſtro & Apoſtolicæ Sedis pro tempore exiſtenti in Regnis Hiſpaniarum Nuntio per præſentes committimus & mandamus, quatenus Archiepiſcopi & Epifcopi præſati, quilibet in ſuis ciuitate & diœceſi, Nuntius verò præſatus in quibuſuis ſuæ iuriſdictionis locis in eiſdem Regnis per ſe, vel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta, vbi & quando opus fuerit, & quoties pro parte dictorum Capitulorum fuerint requiſiti ſolemniter publicantes, illiſque in præmiſſis efficaciſſime deſenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate noſtra eadem Capitula præmiſſorum huiusmodi effectum pacificè frui & gaudere, non permittentes illa deſuper à quoquam quauis auctoritate, quomodolibet indebitè moleſtari. Contradictores quoſcumque per ſententias, cenſuras & pœnas Eccleſiaſticas, aliæque opportuna iuris & facti remedia, appellatione poſtpoſita compescendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus ſæclis recordationis Bonifacij Pape Octauo prædeceſſoris noſtri de vna, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodò vltra tres dictas aliquis auctoritate præſentium in iudicium non trahatur, aliſque Conſtitutionibus & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum præſatarum, etiam iuramento confirmatione Apoſtolicæ, vel alia quauis firmitate roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, ſtabilitatis, vſibus, & naturis, priuilegijs quoque indulgentiis, & literis Apoſtolicis, etiã præſato ſanctæ Inquiſitionis officio, & quibuſuis aliis in contrarium præmiſſorum, nunc & pro tempore ſub quibuſcumque tenoribus & formis, quomodolibet conſeſſis, confirmatis, & approbatis. Quibus omnibus & ſingulis eorum tenores præſentibus, pro expreſſis habentes, ad præmiſſorum effectum ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Voluimus autem vt præſentium tranſumptis etiam impreſſis manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorsus adhibeatur fides, quæ adhiberetur, ſi fuerint exhibitæ, vel oſenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, ſub annulo Piſcatoris, die decima Iāuarij milleſimo ſexcentefimo quadragefimo, Pontificatus noſtri anno decimoſeptimo. Locus ꝛ annuli Piſcatoris. M. A. Maraldus,



INDEX

Bullarum, Constitutionum, & Decretorum,
quæ in hoc opere citantur, & hîc ordine
Pontificum referuntur.

PII II.

BULLA I.  CONTRA Clericos ad sacros Ordines male promotos. pag. 71

PII IV.

- 2 Super forma iuramenti professionis Fidei. ibid.
- 3 Quod gratia de non residendo, & percipiendo fructus ratione studij non valeant sine consensu Ordinarij. 72
- 4 Super residentia Prelatorum, & aliorum curam animarum habentium, & residere debentium. 73
- 5 Super executione Concilij, & litterarum eiusdem Sanctissimi D. Pij IV. contra Archiepiscopos, Episcopos, Prelatos, & alias personas ecclesiasticas non residentes in eorum Ecclesiis. 74
- 6 Reuocatio privilegiorum, exemptionum, immunitatum, facultatum, conseruatoriarum, indultorum, Confessionaliu, Mavis magni, & aliarum quarumcumque similium gratiarum, quibuscumque locis, & personis concessarum, in his in quibus statutis, & decretis sacri Concilij Trid. contrariantur. 75

PII V.

- 7 Super clausura, & reformatione Monialium cuiuscumque Ordinis. 76
- 8 Declaratio Regule à Pio IV. edita super expressione gradus propinquioris in dispensationibus matrimonialibus pro coniunctis in diuersis gradibus. 77
- 9 Declaratio super decretis Concilij Trid. de cognatione spirituali, & affinitate ex fornicatione, ac matrimoniis desuper contractis, & contrahendis. 78
- 10 Super declaratione decreti Concilij Trid. de cognatione spirituali, & eius impedimentis. ibid.
- 11 Declaratur Concilij Trid. Decretum super impedimento affinitatis ex fornicatione prouenientis. 79
- 12 De veritate exprimenda à procuratoribus Pœnitentiaria, &c. in dispensationibus matrimonialibus, & aliis gratiis Apostolicis sub pœnis falsi. ibid.
- 13 Super collatione Parochialium Ecclesiarum. 80
- 14 Declaratio super portione assignanda Vicariis perpetuis Parochialium Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, ac piis locis perpetuo unitarum. 81
- 15 Declaratio Decreti à Concilio Trid. editi super impedimento publicæ honestatis circa sponsalia, & matrimonia. 82
- 16 Quæ resignationes beneficiorum per Episcopos, & alios Collatores admitti possint. 83
- 17 De residentia Rectorum Ecclesiarum Parochialium, & obtinentium Canonicatus, & dignitates. 84
- 18 Contra quoscumque Clericos tam seculares, quàm Regulares nefandi criminis reos. ibid.
- 19 De trium votorum professione ab iis emittenda, qui in Congregationibus sub obedientia voluntaria viuunt, & habitus à secularibus Presbyteris distinctos habent. 85
- 20 Reuocatio indultorum recipiendi, vel retinendi Religiosos alterius Ordinis etiam laxioris. ibid.
- 21 Contra Moniales exeuntes à clausura, nisi in quibusdam casibus, easque comitantes, vel recipientes, & contra superiores exeundi licentiam concedentes, nisi in casibus hic expressis. 86

2. 2. Reuo

& Constitutionum.

- 22 Reuocatio privilegiorum, & consuetudinum Ecclesiarum aliquid recipiendi in collatione, seu admissione ad possessionem beneficiorum. 87
- 23 Prohibitio ne in publicis concionibus disputetur de Conceptione B. Mariæ Virginis, neque de ea vulgari sermone scribatur, immouando Constitutionem Sixti IV. & decreta Concilij Trid. 88
- 24 Quod Regulares cuiuscumque Ordinis, etiam Mendicantes, Lectores, aut in Theologia graduat non possint secularium Confessiones audire, nisi fuerint ab Ordinariis approbati. 90
- 25 Forma expediendi litteras Apost. monitoriales de excommunicandis his, qui bona deperdita, vel subtrahita restituere, aut renutare recusant. ibid.
- 26 Iurisdictio Episcoporum visitandi Parochiales Ecclesias Fratrum Militum S. Ioannis Hierosolymitani quoad animarum curam, & Sacramentorum administrationem. 91
- 27 Ordinariis locorum iniungitur ut Confraternitates Doctrinae Christianæ ad pueros, aliosque diuine legis expertes bonis moribus, sanæque doctrina instruendum, instillant, cum elargitione Indulgentiarum tam pro Confratribus, quàm per eos instruendis à Pontifice concessa. ibid.

GREGORII XIII.

- 28 Reductio Constitutionum à Pio V. pro Mendicantibus, & aliis Regularibus contra locorum Ordinarios, &c. editarum ad terminos Iuris, & Concilij Trid. 92
- 29 Super executione litterarum Apost. & declaratione Concil. Trid. sess. 24. cap. 20. de reform. 93
- 30 Reuocatio quarumcumque licentiarum ingrediendi monasteria, & loca Monialium, & virorum cuiuscumque Ordinis: & prohibitio utendi licentiis ab Episcopis, vel superioribus concessis pro casibus necessariis, nisi in necessitatibus urgentibus. 95
- 31 Iurisdictio ordinariorum in puniendis Vicariis, familiaribus, colonis, & ministris Fratrum Militum Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani iuxta dispositionem Concil. Trid. sess. 24. c. 11. ibid.
- 32 Quod etiam Prelati, & alij Monialium curam habentes, earum Monasteria ingredi non possint, nisi in casibus tantum necessariis. 96
- 33 De modo & forma publicandi beneficiorum resignationes, & iurium cessiones. ibid.
- 34 Quod Abbatissa, & alie prefectæ Monasteriorum Monialium in Italia consistentium ad tricenarium tantummodo eligantur. 98
- 35 Præcedentia declaratio inter Ordines Mendicantium, & inter Confraternitates laicorum in processibus. 99

SIXTI V.

- 36 Quod vacent omnes Ecclesie, & beneficia eorum, qui ad dignitatem Cardinalatus promouentur, & quando eis datur retentio, intelligatur de beneficiis non requirentibus residentiam in loco dictæ dignitati non conuenienti. ibid.
- 37 Contra Clericos male promotos, ac in Episcopos in Ordinum collatione peccantes. 100

GREGORII XIV.

- 38 De forma faciendi processus, & inquisitiones ex præscripto Concilij Trid. super promouendis ad regimina Ecclesiarum Cathedralium, & aliarum superiorum seu Monasteriorum, atque ad ceteras dignitates, de quibus in Consistorio prouidetur. 101

CLEMENTIS VIII.

- 39 Moderatio Bullæ Sixti V. contra clericos male promotos, & eos promouentes editæ, cum præsertione pœnarum ibidem simoniace Ordinatis, & ordinantibus inflictarum. 104
- 40 De executione Concilij Trident. contra Regulares non subditos Episcopo extra claustra notorie delinquentes. Et de pœnis eorum superiorum illos punire negligentium. 105
- 41 Quando locorum Ordinarij Regularibus licentiâ possint impartiri nouos Conventus construendi. ibid.
- 42 Concordia inter Capitula Cathedralium Ecclesiarum, & Nuntium Apost. Hispania de visa petita ex suppellectilibus Pontificalibus Prelatorum quando morerentur, eidem danda. 106

PAULI V.

- 43 Declaratio & confirmatio privilegij fori Religiosorum Regularium intra claustra degentium. 108
- 44 Contra mulieres ingrediendi monasteria Monialium licentiis abutentes. ibid.

1 2 45 Reuo

Index Bullarum,

45 *Renouatio omnium licentiarum monasterii Monialium ingrediendi, aut cum eis conuersandi, mulieribus haecenus concessarum.* ibid.

GREGORII XV.

- 46 *De exemptorum priuilegiis circa animarum curam, Sacramentorum administrationem, Sanctimonialium monasteria, & Praedicationem Verbi Dei.* 55
- 47 *De Monasteriorum, Conuentuum, domorum, Religiosorum cuiuscumque etiam Mendicantium Ordinis erectione.* 65
- 48 *De Canonatu Penitentiario in singulis Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis Hispania in concursu ad instar Doctoralium, & Magistratum prouidendo.* 109
- 49 *Regulares tam Monachi, quam Fratres quorumcumque Ordinum etiam Mendicantium in processionibus & publicis actibus, non debent Canonicos, Rectores, & Clericos seculares praecedere, nec cum eis mixtim incedere: & in uniuerso Regno Castella & Legionis Clerus secularis in omnibus locis etiam in Conuentibus, & propriis Ecclesiis eorundem Religiosorum praeferrī debet.* 111

VRBANI VIII.

- 50 *Decreta de celebratione Missarum auctoritate Urbani VIII. à sacra Congr. Concilij edita.* 58
- 51 *De Regularibus, apostatis, & eiectis decreta inssu Urbani VIII. à sacra Congreg. Concilij edita.* 62
- 52 *De non addendis Kalendario, & Missali Sanctorum officijs adhuc non concessis, & Missis non approbatis.* 63
- 53 *Contra ordinantes, & male ordinatos.* 64
- 54 *Circa accessum Regularium ad Monasteria Monialium ad colloquendum cum eis conceditur & praescribitur facultas Ordinariis.* 66
- 55 *Quod Capitula Ecclesiarum Cathedralium, quibus S. R. E. Cardinales praesunt ex Indultis conferendi beneficia ecclesiastica reseruata, vel affecta eisdem Cardinalibus concessis nullus inu praetendere possit.* ibid.
- 56 *Quod S. R. E. Cardinales Ecclesiarum Praesules indulta conferendi beneficia ecclesiastica ratione Ecclesiarum, quibus praesunt, vel quorum regimini ultimo loco cessarunt, dumtaxat vti possint.* 67
- 57 *Confirmatio, & inuolutio regulae Cancellariae, decreti Camerae Apostol. & constitutionum sel. rec. Iulij III. quoad fructus beneficiorum ecclesiasticorum inexhaustos.* 68
- 58 *Renouatio quarumcumque licentiarum à praedecessoribus Pontificibus loca Regularia erigendi non seruata forma Constitutionis Clementis VIII. & decretorum Sedis Apost. concessarum, quae nondum effectum suum sortita sunt. Ac prohibitio illa de cetero erigendi absque licentia ordinariorum, & sacris Canon. Concilioque Trid. necnon Clementis VIII. & Gregorij XV. constitutionibus non seruatis.* 113
- 59 *Prohibitio ne degentes in statu ecclesiastico mediata, vel immediata Sedi Apost. subiecto libros ab eis ubicumque compositos de quacumque materia tractantes absque Cardinalis Vicarij, & Magistrj sacri Palatij in vrbe, & extra eam absque Ordinarij, & Inquisitoris loci licentia deferant, aut imprimendos transmittant.* 114
- 60 *De bonis iurisdictionalibus ad Ecclesias, & loca pia spectantibus in feudum, vel emphyteusim non dandis, nec ultra triennium locandis, aut concessiones huiusmodi renouandis, seu prorogandis.* ibid.
- 61 *Confirmatio decreti, quo sacra Congr. Cardinalium Concilij Trid. interpretum censuit Constitutionem Gregorij XV. de Conservatoribus editam non afficere Religionem Hierosolymitanam, nisi quoad iudices Conservatores, eidemque Religioni adhuc inu eiusmodi iudices Conservatores eligendi competere.* 115
- 62 *De facultate eligendi Confessarium ad Regulares vtriusque sexus, & cuiuscumque Ordinis non extendenda, nec extra forum conscientiae.* 116
- 63 *De Nouitijs receptis, & professis contra formam decretorum.* 117
- 64 *Super residentia Episcoporum, Archiepiscoporum, Metropolitanorum, & aliorum Ecclesiarum Cathedralium praesentium, etiam S. R. E. Cardinalium, cum praefixione termini ad proficiscendum ad eorum residentias, & determinatione penarum, & prohibitione ab ipsis non discedendo absque Sedis Apost. licentia ex quibusuis etiam urgentissimis causis.* ibid.
- 65 *Extensio Constitutionis Gregorij XIII. ne Scholasticorum, & Commissariorum crimina possent cognosci, nisi à nuntiis, & Collectoribus Apost. in Regno Neapolitano, ad excessus, & crimina patrata in alijs Regnis, & prouincijs etiam expletis eorum officijs* 120

66 De

& Constitutionum.

- 66 *De non ieiunando in vigilia S. Ioannis Baptistae quando contingit in die solemnitate Corporis Christi.* 121
- 67 *Regulares ad secularium Confessiones, seu ad Verbum Dei praedicandum semel & simpliciter admisi per Episcopum quando possint per eum reprobari.* ibid.
- 68 *Ecclesia à qua Episcopus de suo consensu transfertur, eo tempore vacat, quo idem Episcopus ab illius vinculo in Consistorio absoluitur, etiam ante expeditionem litterarum, vel adeptam secundae Ecclesiae possessionem, posteaquam verò ex testimonio, seu documento Secretarij sacri Collegij, vel alio huiusmodi absolutionis notitiam Episcopus translatus habuerit.* 123
- 69 *Quod maiorem post Pontificalem in Cathedralibus, & principalem in Collegiatis Ecclesijs dignitates obtinentes, & Canonici Magistrales, Doctores, Lectores, Penitentiarij, & Parochialium Ecclesiarum Rectores non possint esse in Regnis Hispaniarum familiares, & commensales Episcoporum, nec officiales seu Visitatores.* ibid.
- 70 *Religiosi quae decreta & Constitutiones Apost. ad sanctum Inquisitionis officium contra hereticam prauitatem pertinentes obseruare, & in his Generalibus, & Prouincialibus Capitulis publicare debeant.* 125
- 71 *Canonici Penitentiarij, Lectores, Magistrales & Doctores Metropolitanarum, & Cathedralium Ecclesiarum Regnorum Hispaniae, & Legionis quauis de causa, occasione, vel pretextu, etiam seruitij sanctae Inquisitionis à dictarum suarum Ecclesiarum seruitijs se quoquomodo eximere, ac super hoc quodcumque indultum etiam à Sede Apost. nisi eorundem Capitulorum ad id expresso accedente consensu, impetrare minime possunt.* 126

F I N I S.



Auctoris Opera quæ hucusque emanarunt.

Dictionarium Lusitanico-latinum, impressum Bracharæ Augustæ, apud Fructuosum Laurentium de Bafo, 1611.

Remissiones Doctorum in varia loca Conc. Trid. Vlyssipone, apud Petrum Crasbeeck, 1618. & deinde alibi.

Castigationes, & additamenta ad annotationes Parentis in Ordinationes Regias Lusitanorum. Vlyssipone, apud Petrum Crasbeeck, 1620.

Remissiones Doctorum de Dictionibus, & Clausulis. Romæ, apud hæredes Bartholomæi Zannetti 1621.

Pastoralis sollicitudinis, sive de officio & potestate Episcopi, tripartita descriptio. Romæ, apud impressores R. Cameræ Apostol. 1623. deinde Parisiis, Venetiis, & accuratiùs Lugduni apud Laurentium Durand, 1628. nunc postremò recognitum, & auctum, apud eundem, 1641.

Collectanea Doctorum tam veterum, quàm recentiorum in Ius Pontificium uniuersum, in quatuor tomos diuisa, apud Impressores R. Cameræ Apost. 1626 & 1629. postea accuratiùs quinque Tomis Lugduni, apud Laurentium Durand, 1637.

Selectæ Iuris Canonici interpretationes addendæ Collectaneis Doctorum super quinque priores Decretalium libros. Romæ, apud Franciscum Corbelleum, 1626.

Variæ Iuris tractationes, in quibus continentur quinque tractatus Legales, iuxta seriem alphabeticam breui methodo dispositi; videlicet,

I. De Axiomatibus Iuris vsufrequentioribus.

II. De Appellatiua verborum vtriusque Iuris significatione,

III. De locis communibus argumentorum Iuris.

IV. De clausulis vsufrequentioribus.

V. De Dictionibus vsufrequentioribus. Lugduni apud Laurentium Durand. 1631.

Allegatio iuris in propria causa Bracharen. regressus sive ingressus ad Thesaurariam. Romæ, apud Franciscum Caballum, 1631.

Pastoralis sollicitudinis, sive de officio, & potestate Parochi, tripartita descriptio. Romæ, apud Guillelmum Facciottum 1632. postea auctiùs, & accuratiùs Lugduni apud Laurent. Durand, 1634. nunc denuò defæcatum & auctum apud eundem, & Laurentium Arnaud, 1640.

De Canonicis, & Dignitatibus Cathedralium, & Collegiatarum Ecclesiarum, eorumque officio, tam in Choro, quàm in Capitulo. Romæ apud Franciscum Corbelleum, 1632. postea accuratiùs & auctiùs Lugduni, apud Laurentium Durand, 1634. tandem pariter defæcatum & auctum apud eundem, & Laurentium Arnaud, 1640.

Tractatus de Iure Ecclesiastico uniuerso, in quo de Personis, locis, & Personis Ecclesiasticis plenissimè agitur. Lugduni, apud Laurentium Durand, 1634.

Collectanea Doctorum qui in suis operibus varia loca Conc. Trid. incidenter tractarunt. Lugduni, apud Laurentium Durand, 1634.

Collectanea Bullarum, aliarumve Summorum Pontificum constitutionum, necnon precipuarum Decisionum, quæ ab Apostolica Sede à Sacris Congregationibus S. R. E. Cardinalium, Romæ celebratis usque ad annum 1633. emanarunt. Lugd. apud Laurentium Durand, 1634.

Praxis exigendi pensiones, contra calumniantes, & differentes illas soluere, cui accesserunt vota aliquot decisiva Canonica, primùm Barcinonæ apud Gabrielem Nogues, 1635. postea Lugduni apud Laurentium Durand, 1636.

Collectanea Doct. in Ius Civile uniuersum in decem Tomos diuisa.

I. Tom. continet Collectanea in tres priores Codicis libros.

II. Tom. Collectanea in quartum, & quintum eiusdem Codicis libros, Lugduni apud Gabrielem Boissat. 1637. & 1638.